TRACTATVS
DE SALVIANO INTERDICTO

AVCTORE

STATILIO PACIFICO I.C.
ET ADVOCATO ROMANO.

AB EODEM AVCTORE NVPER AVCTVS, ET EMENDATVS,

*AC MVLTIS DECISIONIBVS ROTÆ ROMANÆ accuratissimè exornatus sub hoc signo * notatis, atque in calce operis impressis.*

Cum duplici Indice, tam Operis, quam Decisionum locupletissimus.



AVRELIÆ ALLOBROGVM,
Apud Philippum Albertum.
M. D.C. XIX.

REVERENDISSIMIS
PP. DD. MEIS

Io. Baptistæ Coccino Sac. Rot. Decan.
Francisco Sacrato Archiep. Damas.
Alphonso Manzanedo.
Io. Baptistæ Pamphilio.
Iacobo Cauelerio.
Philippo Pirouano.
Francisco Vbaldo.
Fabritio Verospio.
Matthæo Buratto.
Guglielmo Dunozet.
Io. Baptistæ Remboldo.
Martino Andreæ,

SACRAE ROTAE ROMANAE
AVDITORIBVS.

STATILIVS PACIFICVS. S.

TRACTATVM hunc de Saluiano Interdicto munusculum tametsi perexiguum, ac leui dense crasso filo contextum; meæ tamen in Vos obseruantiæ singularis argumentum, beneuolentiæ testimonium Vobis in primis Amplissimi Patres, & graui prudentium hominum Iudicio deberi videbam, & meo. Vos enim eruditissimis interpretationibus implicatos iuris prudentiæ nodos expeditis, Vos sapientissimis Oraculis difficillimas seditiones sedatis, Vestri senatus auctoritas integerrima, quotidie Iudicia consultissima, Consilia, & Christianæ Reipublicæ salutaria proponit, ex Vobis Reges ipsi leges accipere non dedignantur. Vestris prudentissimis decretis innumerabiles pœnè Ciuitates, quam plurimæ nationes longè, latéque diffusæ sese multum in commune commodum profecisse confitentur. Quotquot summi semper Viri, doctrinâ, ac probitate spectati ex tam insigni Collegio emerserũt, quot ad amplissimas dignitates, ad ipsum Pontificatus fastigium euexit, Vestri ordinis nunquam effecta, semper enixa fœcunditas. Plurimis igitur iustissimique de causis libellus hic meus qualiscunque ille sit, est tanquam nottigalis religiosissimo vestro concilio deferendus. Quod eo mihi liben-

¶

tius faciendum puto, quia quemadmodum prior ille ingenij mei partus super eodem argumento informis, ac rudis à Vobis est tamen liberalissimè exceptus, ita posterior hic magnis additamentis illustratus planéque ad vmbiculum perductus superioris vestigiis insistens vestram clientelam, ac fidem videtur sibi suo quodammodo iure vendicare. Huc accedit, quod cùm plurimum operæ, vt moris est mei, in amicorum causis agendis, nulla spe præmij adductus adhibuerim, vestris ad hanc rem consultissimis responsis sum semper vsus, vestra in iure faciendo, atque in hoc præcipuè Saluiano opere cumulatis fine elaborando, decreta semper mihi ante oculos sequenda proposui. Excipite igitur grauissimi legum interpretes, eâ humanitate, quâ soletis hoc volumen è mediâ iuris prudentiâ, atque adeo è vestro penu depromptum, vt quibus adiutoribus est absolutum, iisdem auctoribus tuto procedat in lucem, iisdem patronis contra insectantium calumnias, contra inuidorum, ac maleuolorum acerbissimam obtrectationem acerrimè constantissiméque defendatur.

INDEX

INDEX

OMNIVM CAPITVM

IN PRÆSENTI TRACTATV DE SALVIANO INTERDICTO CONTENTORVM.

IN INSPECTIONE PRIMA.

IN INSPECTIONE SECVNDA.

IN INSPECTIONE TERTIA.

IN INSPECTIONE

QVARTA.

IN INSPECTIONE

QVINTA.

INDEX

INDEX ARGVMENTORVM
IN PRAESENTI TRACTATV CONTENTORVM.

IN PROOEMIO.

INSPECTIO PRIMA.

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.

Cap. V.

Cap. VI.

Cap. VII.

INSPECTIO SECVNDA.

Cap. I.

Cap. *II.*

INSPECTIO TERTIA.

Cap. *I.*

Cap. *II.*

Saluia-

Cap.

Cap. V.

Saluianum datur vigore tacitæ hypothecæ, quæ ex facto hominis inducitur, veluti si domum, vel fundum cond uxit, & in eo bona sua fuerunt lata, & inuecta,& procedit etiam si locator de expressa hypotheca prouidit. Item procedit si bona in prædium emphytheoticum intulerit. Item si bona in Nauim conductam illata essent. Item si illata essent in Horreo, vel in Area, vel in stabulo domui iniuncto, & quando ibi illata sunt pro conseruatione bonorum præfertur omnibus aliis. Item si essent illata,& inuecta in porticu domus. Item dicuntur talia bona hypothecata, non solum pro pensione, sed etiam pro deterioratione. Item procedit in subconductore, qui gratis à subconductore conduxit quo ad deteriorationem, non quo ad pensionem. Item non habet locum si fundum conduxerit ad certam responsionem veluti tot rubra grani pro quolibet rubro, & sic de vinea. Item procedit si bona illata essent de dicta domo extracta, & alibi asportata.

Hypotheca tacita non comprehendit ea quæ non comprehenderentur in expressa, nisi non adessent alia bona. Item, nec comprehendit bona, quæ non in perpetuum, hoc est durante locatione ad tempus illata sunt, sed an illata, & inuecta in fundum rusticum sint tacitè hypothecata si dominus sciuerit valde controuertitur, sed pro affirmatiua est verior, & ad contraria respondetur, licet probandum sit bona illa in prædium rusticum, siue Vrbanum illata esse, minus instrumenta, & nomina debitorum veniunt in tacita hypotheca, nec in generali legato omnium bonorum in tali loco existentium. Item, nec in generali donatione facta bonorum in tali loco existentium, & an veniant in legato, quando est dictio vniuersalia, vide remissiue. Item, nec in tacita hypotheca veniunt instrumenta cum quibus vtilitati publicæ consulitur, vt aratra, legiones, iumenta,& similia, vt armatura militis, & libri scholarium. Item, nec veniant bona aliena illata in prædium conductum, sed hoc plures recipit distinctiones quas ibi vide.

Bona aliena tunc veniunt in tacita hypotheca, quando adesset longa, & diuturna patientia, quia eo casu habetur pro expressa. Item veniunt fauore Reipublicæ, pupillorum, Ecclesiæ, seu cultus Diuini. Item, quando adesset aliquis actus positiuus vltra taciturnitatem. Item, quando taciturnitas esset in iudicialibus. Item, quando quis esset vocatus, vt consentiat, vel contradicat,& tacet. Item fauore matrimonij. Item, quando statutum disponeret, quod vocatis talibus contractus fieri debeat, nam tunc eorum contumacia, & taciturnitas operatur consensum, nisi hoc pro forma requireretur, nam tunc cessat hoc dictum. Item, quando præsens, & tacens potuit actum impedire contrarium, vide ibi, & declara, vt expositum est. Item procedit in prorogatione iurisdictionis. Et consensus inducitur etiam per actum innalidum.

Hypotheca tacita an per illationem inducatur in mercibus venalibus, & an veniant in generali legato, vide opiniones hinc inde deductas, sed verior est affirmatiua, quia aliquibus venditis alia in eorum loco subrogantur, & ampliatur in grege, & vide distinctionem si in prædium rusticum, vel in vrbanum illata sunt, & quando adest scientia Domini,& quando non, sed quando illata essent in apotheca, seu domo Vrbano, vt ibi mercaturam exerceat, tunc inducitur tacita hypotheca, prout,& alia bona non venalia, & procedit in mercibus, quæ tempore solutionis pensionis in apotheca inuectis, & illatis reperiuntur, secus in aliis venditis, prout nec veniunt, quando obligatio esset restricta ad certum locum, quia eo casu venalia non veniunt. Item, nec venalia ante inclusionem censentur hypothecata, quæ inclusio debet fieri per notarium bona describendo, & ante descriptionem non impeditur eorum alienatio post inclusionem factam, creditor potest bona venalia pro suo credito retinere.

Bona subconductoris an sint tacitè hypothecata pro pensione primi conductoris,& dicitur, quod si subconductor domum sub certa pensione à primo conductore conduxit tunc remanent hypothecata, secus si gratis à primo conductore. Quod si secundus conductor partem domus à primo conductore conduxit, tunc pro rata illa tantum tenetur, & bona illata tantum pro parte dicuntur hypothecata, sed si pater familias domum conduxit, in qua fructus suorum prædiorum induxit, quos in proprios vsus conuertit partim venales, & eo casu illa pars dicitur hypothecata.

Pecuniæ illatæ, & inuectæ in fundum conductum non dicuntur pro pensione hypothecatæ, & dicuntur semper alienationi paratæ, & connumerantur inter ea quæ seruando seruari possunt, quod extenditur in pecunia Ecclesiæ, limitatur tamen vt infra.

Pecuniæ minorum sine Iudicis decreto alienari possunt, quod limitatur in pecunia minorum ad emptionem prædiorum destinata prout etiam in pecunia minorum data ad censum, vel ad societatem officij.

Pecuniæ illatæ, & inuectæ in domo, quæ præsidij causa, vel perpetuæ custodiæ, vel loco destinentur dicuntur immobilia, & tacitè pro pensione dicuntur hypothecata, limitatur tamen si essent in prædium rusticum illatæ.

Bona illata & inuecta in molendino non dicuntur pro pensione hypothecata, nisi prout de prædio rustico deductum est, contrarium tamen vide ibi, & distingue vt ibi dum declaratur, quando molendinum dicatur prædium rusticum, aut Vrbanum, sed quando tractatur de bonis alienis veluti grano ad effectum molendi, eo casu nunquam super eo inducitur tacita hypotheca, prout nec in bonis, famulis,& præcedunt omnia prædicta in fundo rurali.

Bona minoris an sint tacitè hypothecata pro pensione domus, in qua inhabitat, si ibi illata essent, & quia duæ sunt contrariæ opiniones, declara vt ibi, & pro affirmatiua est communis opinio, & vide fundamenta pro ea deducta prout etiam videmus, quod dicta bona pro dote fuut tacitè hypothecata,& sine difficultate procedit, quando domus cum præsentia, vel auctoritate curatoris ab eo fuit conducta.

INSPECTIO QVARTA

Cap. I.

potestatis. Item si adesset clausula *omni appellatione remota*, quia quo ad tertium non præiudicat.

Clausula *appellatione remota* quibus casibus non tollat appellationem.

Appellare in possessorio licet quando Iudex noluisset testes recipere, vel recipit, quando non erant recipiendi. Item, quando exceptiones liquidas, vel incontinenti liquidandas non receperit, & vide exempla. Item quando Iudex non seruasset formam statuti. Item, quando possessio esset probata vigore statuti continuantis possessionem in hæredem, & quando illa dicatur vera, vel ficta possessio, vide ibi. Item datur appellatio, quando sententia esset generalis, & in illius prosecutione adesset mixtura. Item datur appellatio si in libello Saluiani petitum esset immitti in possessionem bonorum, quæ possidebantur à debitore tanquam sua. Item, quando appellatus consentiret appellationi, vide ibi qualiter dicatur consentire. Item, quando in iudicio Saluiani disputaretur de validitate contractus. Item, quando Saluianum esset super iurisdictione intentatum. Contrarium tamen est verius, quæ pluribus modis, & pluribus exemplis confirmatur, etiam in possessorio iurisdictionis Castri.

Cap. III.

Restitutio in integrum in Saluiano concedenda est etiam ante sententiam, veluti si aduersus ommissam probationum testiũ petitur, quod procedit, quando minor in totum probationes facere omisit, secus in parte, & vellet post publicationem examinare. Item datur, quando minor sua culpa, vel negligentia à possessione ceciderit, Item in Ecclesia, in paupere, & loco pio. Item, quando minor dolo vero, & calliditate aduersarij est læsus, & quid si minor maior factus dolo aduersarij ratificauerit prius gesta & qualiter dicatur ratificare. Vide ibi cum multis declarationibus circa ratificationem. Item datur restitutio ex capite iustæ ignorantiæ, etiam aduersus statutariam præscriptionem etiam in quadragennaria præscriptione. Item procedit, siue sit actor, siue reus, & qualiter dicatur iusta ignorantia, vel crassa, & supina, & quando scire tenebatur, & qualiter probetur iusta ignorantia. Item datur ex capite iniustitiæ.

Restitutio in integrum in hoc iudicio non datur nisi Ecclesiæ, & minori, & pauperi, & talis restitutio prodit etiam litis consortibus maioribus. Item non datur, nisi probata minori ætate, & qualiter probetur, insuper etiam læsionem probare tenetur, & qualiter probetur, vbi distinguitur probatio, quæ fit ad obtinendam restitutionem, & probatio ad effectum, vt admittatur ad petendam restitutionem. Item, nec datur ex minima læsione & quæ sit minima, vel modica læsio, vide ibi. Item, nec datur, quando ex dispositione statuti minor habetur pro maiori, in quo articulo, vide distinctionem, & prædicta procedunt etiam si statutum non solum habilitaret minorem, sed vlterius procedendo confirmaret contractum. Verùm distinctio illa non habet locum in alienatione bonorum stabilium minoris. Item, nec datur, quando peteretur restitui ad possessionem vitiosam. Item, nec datur, quando Iudex per modum prouisionis, & ad euitanda scandala interloquendo in hoc iudicio fieri mandaret. Item, nec datur, quando minor, vel Ecclesia peteret restitui ad appellandum in casu in quo non datur appellatio. Item, nec datur si peteretur à minore cum quo nihil fuit gestum, sed successit maiori. Item si minor, vel Ecclesia allegaret titulum inualidum, & aliter procedat, quando peteretur per viam signaturæ gratiæ, vide ibi, & in casibus in quibus datur restitutio per Iudicem ordinarium, vel per delegatum, vide remissiuè, & quod differat iurisdictio gratiosa ab ea, quæ fit prout de iure, vide ibi.

Cap. IV.

Restitutio in integrum non retardat executionem, quando est petita principaliter, etiam post petitam executionem. Item si per viam exceptionis, seu replicationis, quando altiorem requireret indaginem, secus si incontinenti, vel in promptu offerrentur probationes, & procedit etiam in casu Ægidianæ. Item si peteretur aduersus æquè priuilegiatum. Item si commissio esset signata cum clausula *si quid exequendum*, & quid operetur talis clausula, & quando habet locum, & an stante dicta clausula operetur, vt possit reus opponere non esse locum executioni non solum ex eisdem, sed ex nouiter producendis, & quando sententia sit iustificanda, & quando dicatur iustificata.

Restitutio in integrum ad appellandum impedit executionem, & an operetur ne sententia transeat in iudicatum, limitatur tamen, quando non fuerit appellatum, vel post lapsum decem dierum appellauit, nisi ex iusto impedimento fuerit impeditus.

Restitutio non impedit executionem, quando calumniosè est petita. Item, quando est præuentum in petenda executione, vel executio sit cœpta, & quando dicatur cœpta vide ibi, & intelligendum de executione reali non autem iuris. Item, nec impedit executionem, quando immissio est irreuocabilis, quod procedit, etiam si petens executionem vellet dare fideiussionem de restituendo. Item non impedit, quando à tertio esset petita, nisi incontinenti tertius doceret de iure suo, quod amplia, & limita, vt ibi. Item, nec impedit quando constaret de vitio in ventre veluti de nullitate instrumenti, vel de non iure.

Item non impedit executionem, quando esset commissa cum clausula *parito iudicato*, & quando conceditur cum tali clausula, & quid operetur, & in quo casu habeat locum, vide ibi, insuper non impedit restitutionem, quando constaret de paupertate, nam tunc signatura non seruat rigorem talis clausulæ, sed rescribit cum clausula *dum ipsa possessione, & referuantis fructibus, & expensis in fine litis*, & prædicta omnia procedunt in beneficialibus, & vbi restitutio ex mera gratia conceditur, sed quando conceditur ex aliqua causa expressa, & non ex mera gratia, tunc conceditur cum clausula *prout de iure*, sed si commissio esset signata cum clausula *refectis expensis*, & qualiter dicta clausula sit intelligenda, vide varias Doctor. opiniones, & distinctionem ibi positam, & qualiter sit intelligenda commissio contra pauperem signata cum clausula parito iudicato, vel refectis expensis

INSPECTIO QVINTA.

Cap. Vnico.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM OMNIVM ET VERBORVM,

Quæ in præſenti Tractatu Saluiani Interdicti continentur, Ordine Alphabetico.

Cuius primus numerus eſt notabilium, ſecundus paginarum.

A

C

Conſue-

credi-

D

E

F

de

instrumen-

N

O

Præ-

Q

R

Quod

T

Thesau-

Indicis Tractatus de Saluiano Interdicto Finis.

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.

Cæsar Fidelis Vicesgerens.

EX *Commissione Reuerendissimi Patris F. Hyacinthi Petronij Sacri Palatij Apostolici Magistri, ego Angelus Lucianus I.V.D, & in Gymnasio Almæ Vrbis publicus Pontificij Iuris professor, vidi, & diligenter perlegi* Tractatum de Saluiano Interdicto Excellentissimi Domini Statilii Pacifici, *& nihil in eo reperi, quod vel Religioni Catholicæ, vel bonis moribus aduersetur, imò refertissimum optimis doctrinis, & Decisionibus, vt ex eo tàm theorici, quàm practici possint quàm maximè iuuari. Romæ die* 29. *Septembris* 1616.

Ita est Angelus Lucianus manu propria.

Imprimatur, Fr. Gregorius Donatus Romanus Magister Reuerendiss. P. F. Hyacinthi Petronii Sacri Palatii Apostolici Magistri Socius, Ordinis Prædicatorum.

TRACTATVS DE SALVIANO INTERDICTO.

AVCTORE

STATILIO PACIFICO I.C. ET ADVOCATO ROMANO.

Præfatio.

SVMMARIVM.

1 *Initium bonum à Deo procedit, & cum eo omnia rectè gerimus.*
2 *Si Deus non est fundamentum, nullius operis superest ædificium.*
3 *Saluij Iuliani nomen, cognomen, origo, & honores.*
4 *Saluius Iulianus primus fuit, qui inordinatum ius ciuile in consonantiam, & breuitatem redegit.*
5 *Idem fuit compilator perpetuorum edictorum Reipublicæ Romanæ, & fuit etiam ordinator prætoriani edicti, & gessit duos consulatus, & Præfecturam Vrbis, & nu.6.*
7 *Saluius Iulianus floruit Anno Domini nostri Iesu Christi 134. sub Adriano Imperatore.*
8 *Deinde tempore Commodi Imperatoris fuit cæsus, & sepultus in via Labicana.*
9 *Recollegit etiam in vnum edicta Adriani in libris fere centum, & tunc hoc Interdictum perpetuum cœpit appellare, collocauit sub varijs ff. titu. iuxta materias, & discere velle, etiamsi alterum pedē in sepulchro haberet dixit, & nu.10. & 11.*
12 *Saluianum Interdictum à Saluiano Iuliano denominatum est, dum prætoria fungebatur dignitate.*
13 *Contrarium per Thesaur. quia ante Saluium Iulianum, alij Saluij fuerunt.*
14 *Saluius Iulianus fuit primus, qui l. fi. ff. de Salu. Interd. interpretatus fuit.*
15 *Reprobatur Thesaur. opinio.*
16 *Lex fin. ff. de Salu. Interd. habet locum, etiam contra tertios possessores.*
17 *Habet etiam locum, quando res communis pignoris nomine est obligata.*
18 *Lex vna, plures casus continere potest.*
19 *Interpretari ille potest qui condere potest.*
20 *Priuilegium à Principe concessum, ab eodem declarari debet.*
21 *Saluius Iulianus ff. compilauit.*
22 *Pub. Alferius quatuor ff. libros compilauit.*
23 *Pub. Iuuentius Celsus 38. ff. libros compilauit, Vulpius Marcellus 31. & Seruidius Scæuola 4. compilauit.*
24 *Iulia, Cornelia, Pompeia, Aquilia ab eorum auctoribus, & compilatoribus denominatæ sunt.*
25 *Senatus consulta similiter à compilatoribus denominata sunt.*
26 *Thesaur. opinio reprobatur, & verior Burr. confirmatur.*
27 *Saluianum Interdictum ab Etymologia vocabuli denominari potest.*

PRÆFATIO.

1 QVONIAM omnia rectè gerimus si principium ab Omnipotenti Deo, ab eiusque auxilio procedat, illudque ei amabile sit, *vt in Auth. quomodo oporteat Episcopos in prin. coll. 1.* & vbi Deus initium, & fun-
2 damentum non est, ibi nullius boni operis superest ædificium *cap. cum Paulus 1. q. 1.* Ideò Sanctissimæ Trinitatis, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ præsens opusculum in palatijs versatissimum aggredior.

Et cùm de Saluiano Interdicto nonnulla tractaturi simus, æquum esse censui, etiam de ipso Saluio Iuliano Auctore aliquid commemorare.
3 Saluius itaque Iulianus cognomento Seuerus ex nobili Familia Mediolanensi oriundus, primus inter primarios legum conditores ille fuit,
4 qui cùm ius ciuile olim inordinatum, confusumque traditum esset, arbitrioque Prætorum plerumque constitueбatur, tanquam in quandam artem illud redegit, vt attestatur Alciat. *in rub. C. de eden. nu. 1.* fuitque perpetuorum edictorum Reipub. Romanæ compilator, vt habetur

5 *in Auth.quib.mod.natur.effic.legit.& in l. 2. §. con-*
trarius, versi. sed quia diuina quidem res C. de iur.
vet.enucl.& clarius *in l. si quis seruum in fiu. C. de*
*condic.indebit.*ibi dum dicitur, & huiusmodi sé-
6 tétiæ subtilissimũ testem adducit Saluium Iulia-
num, summæ auctoritatis hominem, & prætorii
riani edicti ordinatorem, qui consulatus
duos, & Præfecturam Vrbis gessit, prout etiam
7 Rutil. de eo attestatur, & floruit Anno à Nati-
uitate Domini nostri Redemptoris 134. sub A-
driano Imperatore, & tandem sub Commodo
8 Imperatore, cum alijs viris clarissimis cæsus, &
sepultus in via Labicana, miliari ab Vrbe quin-
to: vt attestatur Valenti. Forst. *histor. iur. ciuil.*
Romanæ versic. Saluius Iulianus. Prætorumque
edicta Adriani tempore simul, & in vnum in
libris fere centum recollegit, hacque de causa
9 sub digestorum nomine prius inscripsit,
& hoc Interdictum perpetuum cœpit appel-
10 lare, vt refert Alciat. *in d.rub. Cod. de eden. in*
priu. illaque sub varijs præfatorum digestorum
titulis, prout magis materia postulabat collo-
cauit, prout mentionem idem Imperator fecit
in d.l.2.§.contrarius.C.de iur.vet.enucl. & licet le-
gum supremus esset eruditissimus, nihilomi-
nus illud memorabile dictum nobis reliquit,
11 nempe, & si alterum pedem in sepulcro habe-
ret, adhuc ediscere vellet, & hoc etiam apud
Pomponium extat *in l.apud Iulianum, ff.de fidei-*
commiss.hared. quod dum sexagesimum suæ æta-
tis annum peragebat, emanauit, teste Anchar.
cons. 410. sub num.3.vers.nam & Iulianus.
12 Ab eo enim hoc vtile, & frequentatissimum
Saluianum Interdictum, dum prætoria dignita-
te fungebatur, fuit emanatum, nomen assump-
sit, vt attestatur Butr. *in cap.pastoralis nume.* 18. *de*
caus.poss.& propriet.
Ab hac tamen opinione dissentit Thesaur.
decis. 176. paulo post princ. vers. primum remedium
13 *est*, vbi dicit non fuisse à Saluio Iuliano editum,
sed multo ante cum Saluianum Interdictum
fuisse propositum existimat: Tum quia ante eũ
alij Saluij fuerunt, *vt in l. Saluius Aristo.ff. de leg.*
14 *præstan.* Tum etiam, quia idem Saluius Iulia-
nus primum *l.1.l.fin.ff.de Sal. Interd.* interpreta-
tus est, sed rationes huiusmodi, ex pluribus tol-
15 luntur. Primo quia in *d.l.1.* nulla adest interpre-
tatio, sed disponitur tale Interdictum habere lo-
16 cum si in fundum duorum fuerit à colono in-
ducta. Secundò idem disponit habere locum
17 contra tertios possessores. Tertiò etiam locum
sibi vendicare, si rem communem pignoris no-
mine induxerit, & similiter *in l. fin.* nulla adest
interpretatio, siquidem disponitur per hæc for-
malia verba, in Saluiano Interdicto si in fundum
communem duorum pignora sunt ab aliquo
inuecta, possessor vincet.
18 Nec est nouum quod in vna lege plures po-
nentur casus, imo aliquando ponuntur exem-
pla & ampliationes, & restrictiones, vt fere in
omnibus legibus, *& ff. & C.* videre est.
19 Et quatenus adesset interpretatio, nihil ob-
staret, quia eius est interpretari, cuius est con-
dere *l.fin.C.de leg.cap.inter alia de sentent. excom-*
mun. DD. *in cap.cum conuenissent de Iud.* Imol. *in l.*
ex facto nu.3.de vulg.& pupil. vbi Alex. Aret. *nu.4.*
Ias. *n.4.* Rip. *n.6.* & per Rot. *diuers. decis. 83. num. 4.*
par.2.
20 Et hinc videmus quod priuilegium à Prin-
cipe concessum, ad eundem spectat eius decla-
ratio, & interpretatio *d.l.ex facto in princ.l.Nera-*
tius in fi. de reg. iur. & per Innoc. Host. & alios,
quos refert, & sequitur Abb. & Dec. *in c.cum con-*
uenissent nu.3.de iudic. & per. Rot. *diuers. d.decis.*
83. *nu.4.& seq.*
21 Dicitur insuper, quod cùm non ipse Saluius
Iulianus solus digesta compilauerit, sed Pub.
22 Aiferius Varus, qui 48. ff. libros compilauit, &
23 P. Iuuentius Celsus, qui alios 39. Vulpius Mar-
cellus, qui 31. & Seruidius Scæuola, qui etiam
40. ordinauit, & alij qui *in principio ff. vet.* e-
numerantur, non est credendum, quod ab ex-
tranea persona hoc interdictum denominare
voluisset, si illud non edidisset, si quidem claré
24 perspicimus, *& l.Iuliam, & l.Aquiliam, l. Corne-*
liam, & l.Pompeiam, & multas alias leges, sicuti,
25 & Senatus consulta ab eisdem editoribus, præ-
fati compilatores denominarunt, refert Rutil.
in dictu leg.
26 Ex quibus claré colligitur, rationes Thesau-
ri, non subsistere, & primam Butr. opinionem
esse veram quam etiam affirmat Eguin. Baro *in*
§.retinenda Insti.de interdict. Bell. *in §.item Seruia-*
na nu.40.vers.& Saluianum Institut. de act. & se-
quitur Saliect. *in rubr.C.de prec.& Salu.Interd.in*
princ. Negus. *de pignor.in 1.memb.8.partis,n.7.* Me-
noch. *de adipisc.poss.rem.3.nu. 1.* & Cuiac. *in tit. de*
Salu. Interd. in princ. & hanc communem dicit
idem Thesaur. *loco citato.* licet ipse aliter sentiat,
& hanc opinionem Butr. vti veriorem sequor.
27 Hoc vnum tamen in medium afferre volui
quod ab Etymologia vocabuli Saluiani Interdi-
cti non immeritò, & satis congruè dictum sit,
quia per eum bona creditorum bene saluantur.

INSPECTIO
PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Ordo reddit materiam clariorem, & perfectiorem.*
2 *Scire quid sit, & nescire quo ordine, non est perfectæ cognitionis.*
3 *Diuisio perfectam operis intelligentiam introducit.*
4 *Opus præsens in quinque inspectiones diuiditur.*
5 *Saluianum Interdictum est remedium adipiscendæ possess.*
6 *Saluianum Interdictum duplex est, scilicet, vtile, & directum.*
7 *Actio directa, & actio vtilis. quæ sit, vide remissiuè.*
8 *Vtilis actio in materia nostra accipitur, quæ ad aliud datur, quàm directa.*
9 *Saluianum directū datur locatori pro rebus Coloni.*
10 *Saluianum vtile datur pro rebus Inquilini.*
11 *Saluianum vtile competit cuilibet creditori hypothecario.*
12 *Saluianum, vtile ideo dicitur, quia vtilius est illud intentare, quàm hypothecariam, & Seruianam, & num. 16.*
13 *Exceptio excußionis domini. & exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in hoc iudicio.*
14 *Appellatio in hoc Iudicio reijcitur.*
15 *Commoditates aliquæ in hoc Iudicio habentur, quæ in hypothecaria cessant.*
17 *Saluianum Interdictum est personale in rem scriptum, quia datur ratione hypothecæ quæ accedit personali, & eius assumit naturam, nu. 18. & 19.*
20 *Saluianum vtile datur propter annexionem quam habet ad personalem.*
21 *Saluianum vtile magis participat de reali, quam de personali.*
22 *Saluianum vtile datur contra quemlibet singularem possessorem, seu tertium possessorem.*
23 *Saluianum datur non solum heredi, sed heredi hæredis.*
24 *Saluianum datur ad effectum, vt creditori de fructibus satisfiat.*
25 *Fructus extenuant sortem principalem.*
26 *Limita in Legato, & Fideicommisso & in casu vbi bona ipsa sunt in obligatione, quia tunc datur ad auocandam possessionem, donec à debitore realiter fiat restitutio, & interim legatarius, & fideicommissarius, & creditor facit fructus suos.*
27 *Iudicium Saluiani dicitur merè possessorium.*

Quid sit Saluianum Interdictum, & quotuplex. Cap. I.

PRÆMISSA itaque præfatione, deueniendo ad ipsum tractatum Saluiani Interdicti, cum omnis res omnisq; disciplina ordine aliquo edita clarior reddatur, perfectioque omnis operis *ex ordine præcipuè* sumatur, vt per Bald. *in proœmio ff. in*
1 *princ.* ideoque vt aliquali ordine pro vera illius scientia procedamus, cum scire quid faciamus,
2 & nescire quo ordine faciamus non sit perfectæ cognitionis, vt refert Ias. *in l. gallus §. item credendum sub nu. 6. de lib. & posth.* & vt perfectius hæc
3 nostra materia intelligatur, in quinque partes di-
4 uidam, quarum prima erit inspectio quid sit Saluianum Interdictum, & quotuplex, & qualiter in eo procedatur, & quid in eo iudicio sit probandum, & qualiter.

Secunda erit Inspectio, quæ sit differentia inter Saluianum Interdictum, & Seruianam actionem, & hypothecariam, & quæ exceptiones in hoc iudicio non admittantur.

Tertia erit Inspectio quibus, & contra quos detur hoc Interdictum.

Quarta de sententia, & appellatione, & restitutione in integrum.

Quinta quibus ex causis cessat hoc Interdictum.

5 Et à principio incipiēdo dicitur, quod Saluianum Interdictum est remedium adipiscendæ possessionis, *§. interdictum quoque Instit. de Interd. l. 2. §. sunt autem, ff. eo. glos. in rubr. C. de precar. & Salu. Interd.* vbi Salicet. Bar. *in l. solutum, §. solutam, nu. 5. de pign. act.* Bald. *in l. certi iuris sub nu. 12.* vbi Salic. *nu. 9. C. loc.* Ange. *in §. item Seruiana sub num. 6. vers. & hanc.* Zas. *num. 39. Instit. de act.* Abb. *in cap. pastoralis sub nu. 11. de caus. poss. & propriet.* & alios refert Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. nu. 5.* tradit Constant. Roger. *de rem. poss. nu. 14.*

6 Et est duplex, quoddam directum, & quoddam vtile.

7 Et omissa disputatione, quæ dicatur actio realis, & quæ directa, & quando ex verbis legis, vel ex Iurisconsultorum interpretatione, ac quando per similitudinem dicatur directa, vel vtilis de qua latè per Bart. Sal. Bald. Ang. & alios *in l. curatores. C. de negoc. gest.* & per Bart. & alios *in l. 1. num. 11. 12. 13. & 15. C. de act. & oblig.* & per glo. *in l. ex legato nominis. C. de legat.* & latè per Benincas. *in præfat. Instit. de act. nu. 125. cum pluribus seq.* & per Marc. Ant. Eugen. *cons. 65. num. 39. vsque 48.* ta-
8 men ad materiam nostram, vtilis accipitur à Doctoribus respectu directæ, quæ ad aliud datur, quam directa, vt declarat Eugen. *dict. cons. 65. num. 24.*

9 Quod verificatur, quia Saluianum directum datur locatori pro rebus Coloni in prædium illatis.

10 Vtile verò datur pro rebus inquilini, quod competit etiam cuilibet creditori hypothecario *l. 1. vbi glos. C. de precar. & Salu. Interd.* Bar. *in l. 1. ff. eo.* & ibi Salic. Rip. *in rubr. sub num. 19. de pignor.* & idem Bart. *in l. solutum, §. solutam. num. 6. de pign. act.* Bald. *in l. certi iuris. num. 12. vers. & ideo. C. loc.* Ias. *in §. item Seruiana nu. 100.* vbi Zas. *num. 40.* Ang. *num. 6. vers. & hanc, Instit. de act.* Negus. *de pign. in 4. membro 2. partis num. 133.* & per

Menoch. *d. rem. 3. num.* 18. Thesaur. *deci.* 176. *num.* 1.
11 *& 2.* qui de communi attestatur, & pluries fuit
in Sacro Rotæ Auditorio declaratum, vt coram
* Illustrissimo Seraphino in vna Romana dam-
norum, & interesse 11. *Februarij* 1591. *in eius lib. im-*
* *pres. decis.* 935. *num.* 4. & in alia coram Illustrissi-
mo Pamphilio in vna Florentina legati, *in fine*
operis decis. 1. *num.* 5. & latius in tertia inspectione
explicabitur, vbi ad contraria respondetur, &
deducitur quibus, & contra quos detur.

Hoc vtile Saluianum Interdictum ideo dici-
tur, quia vtilius est illud intentare, quàm Ser-
12 uianam, & hypothecariam, tum respectu pro-
bationum, quæ in eo requiruntur, & successiuè
demonstrabitur, tum etiam respectu exceptio-
num, veluti dominij discussionis requirentis
13 altiorem indaginem, quæ in hoc iudicio non
admittuntur *vt in 2. Inspectione cap.* 3. explicabi-
14 mus; tum etiam quia appellatio in hoc iudicio
reijcitur *vt in 4. Inspectione cap.* 2. plenè declara-
bimus; & aliæ in eo sumuntur commoditates,
15 quæ cessant in hypothecaria, & Seruiana, vt suo
loco deducetur, ex quibus patet vtilius esse hu-
16 iusmodi Interdictum intentare vt attestatur
Ias. *in §. item Seruiana sub num.* 93. *versi. agenti au-*
tem, & ibi Ang. *num.* 9. Zas. *sub num.* 40. *versi. præ-*
terea. Gomes. *num.* 33. *Instit. de act.* Franc. Balduin.
de pign. capit. 14. *versic. ideoque accessit*. Menoch. *d.*
rem. 3. *num.* 7. Negus. *de pign. in* 3. *memb.* 8. *partis sub*
num. 26. Thesaur. *decis.* 175. *num.* 1.

17 Et hoc Interdictum est personale in rem scri-
ptum, quia datur ratione hypothecæ, quæ acce-
18 dit personali, & eius assumit naturam, & non
datur directum, sed vtile propter accessionem,
19 quam habet ad personalem, vt post Bart. tradit
Salic. *in l.* 1. *num.* 5. *C. de precar. & Salu. Interd.* & af-
20 firmat Menoch. *de adipiscen. possess. d. rem.* 3. *num.*
57. & tradit Papien. *in form. libelli in actione hypo-*
thecaria, num. 8. Signor. *in consi.* 4. *num.* 7. Marc.
Ant. Engen. *consi.* 65. *num.* 50. & nouissimè Surd. *d.*
decisi. 174. *num.* 9 licet magis participet de reali,
21 quàm personali, vt deducit Surd. *d. decis.* 174. *nu-*
17. & ideo datur contra quemlibet singularem
22 successorem, seu tertium possessorem, rei hypo-
thecatæ, vt est glos. *in l. 1. ff. de Salu. Interd. & in l.*
1. *C. eod.* vbi Bart. *numer.* 2. Salic. *nume.* 4. & omnes
Doct. & per Ias. *in d. §. item Seruiana sub numer.*
100. Petr. Plat. *in §. sequens diuisio sub num.* 4. *Insti.*
de act. Abb. *in cap. pastoralis sub num.* 14. *vers. ter-*
tium interdictum, de caus. poss. & propriet. Signor.
in d. consi. 4. *nume.* 7. Negus. *de pign. in* 3. *memb.* 8.
par. num. 19. Menoch. *d. rem.* 3. *num.* 15. Marant. *in*
sua praxi par. 4. *dist.* 7. *num.* 11. & dixit Rot. in d.
Romana damnorum, & interesse coram Illu-
* strissimo Seraphino *num.* 5. & in dicta Fauentina
* legati coram Illustrissimo Pamphilio *num.* 4. &
latius *in* 3. *Inspectione cap.* 1. deducemus.

23 Quod quidem Interdictum Saluiani datur
non solum hæredi, sed hæredi hæredis, vt per
Rot. *diuers. decis.* 47. *nu.* 1. *par.* 2.

24 Et datur ad effectum vt Creditori de fructi-
bus satisfiat, vt pluries declarauit Rota coram
* R.P.D. Orano in vna Romana executionis sen-
tentiarum de Brunis 11. Decembris 1591. *in calce*
operis decisi. 2. *in fine*, & in alia coram Illustrissi-
mo Mantica in vna Placentina Saluiani In-
terdicti 16. Iunij 1599. *in calce operis decisi.* 3. *nu-*
* *mer.* 1. *& 2.* & in alia coram Illustrissimo Ludo-
uisio Archiepiscopo Bononien. in vna Perusi-
na Bonorum de Oddis Ven. 5. Maij 1606. *in fine*
25 *operis decis.* 4. *num.* 1. Et fructus huiusmodi exte-
nuant sortem principalem, de quo latius *in* 4.
Inspect. cap. 1. *numer.* 28. *& seq.* deducemus.

Licet aliter sit dicendum in fideicommisso,
26 seu legato, vel vbi bona ipsa sunt in obligatio-
ne, quia eo casu, datur ad auocandam posses-
sionem illorum bonorum restituendorum, do-
nec realiter à debitore restitutio fiat, & interim
Creditor facit fructus suos, vt latius suo con-
gruo loco explicabimus, & ita declarauit Rota
* *diuers. decis.* 44. *num.* 7. *par.* 1.

27 Et hoc iudicium dicitur merè possessorium,
vt per Din. *in d. §. item Seruiana sub num.* 14. & ibi
per Ang. *sub num.* 9. *versi. sed Interdictum*, & sequi
tur ibi Zas. *numer.* 40. *versi. nos in hac*, & ibi per
Bell. *sub num.* 41. Negus. *de pign. in* 1. *memb.* 8. *part.*
sub numer. 1. *versi. in interdicto*, Roland. *consi.* 14.
numer. 3. *lib.* 1. Natt. *consi.* 532. *numer.* 2. Surd. *consi.* 4.
num. 36. *lib.* 1. Contard. *de m. m. poss. limit.* 14. *numer.*
10. *cum ibi allegat.* Rot. *diuers. decis.* 34. *sub num.* 16.
* *par.* 2. & in alia coram R.P.D. Manzanedo, in v-
na Romana Sal. Inter. 26. Nouembris 1605. *in fine*
operis decis. 5. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *In hoc Iudicio agitur summariè.*
2 *Contrarium per Sarmient. quia in hoc Iudicio ple-*
nè de suo credito quis probare tenetur, & nu-
mer. 3.
4 *Primum extremum in hoc Iudicio plenè est proban-*
dum.
5 *Iudicium non dicitur summarium respectu proba-*
tionum, sed respectu solemnitatum Iudicij, & re-
spectu dilationum, & num. 6.
7 *In Iudicio spolij, primum extremum plenè est pro-*
bandum, & ista est magis communis opinio, & nu-
mer. 8.
9 *Iudicium spolij est summarium.*
10 *Probatio plena est facienda in iudicio l. fin. C. de e-*
dict. diu. Adr. toll. quod quis sit hæres, vel fideicom-
missarius ex testamento non abolito, & est commu-
nis.
11 *Testamentum publicum plenam inducit probatio-*
nem, & dicitur probatio probata, & facit rem ma-
nifestam.
12 *Iudicium l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. dicitur sum-*
marium.
13 *Legitimatio personæ in quocumque Iudicio summa-*
rio, plene est facienda.
14 *Amplia in actione ad exhibendum quod iudicium*
dicitur summarium, tanquam præparatorium al-
terius iudicij.
15 *Probatio semiplena requiritur quando simpliciter*
tractatur ad rem exhibendam.
16 *Agi potest actione ad exhibendum, quando tracta-*
tur de transferenda possessione nomine legata-
rij, quando legatum est conditionale, vel in
diem.
17 *Probatio plena requiritur quando agitur de ple-*
na possessione, sicut in alijs Iudicijs possesso-
rijs.
18 *Probatio plena requiritur in quocumque Iudicio, li-*
cèt summariè examinari debeat.
19 *Termini substantiales in hoc Iudicio sunt seruandi,*
quando

quando agitur in Rota, vel in Tribunali Auditoris Cameræ vbi seruari solent.

20 *Termini huiusmodi possunt hoc casu per Iudicem abbreuiari.*

21 *Termini substantiales possunt vnica citatione reiterari, etiam si essent nulliter seruati à principio.*

22 *Termini huiusmodi seruandi sunt vbi de stilo seruari solent, in alijs verò Tribunalibus non sunt seruandi.*

Qualiter in hoc Iudicio sit agendum. Cap. II.

1 PRæsentis Iudicij ordinem sequendo, dicimus agendũ in eo esse summariè, vt attestatur Menoch. *de adip. poss. d. rem. 3. nu. 6.* & per Contard. *de mom. poss. d. limit. 14. nu. 14.*

Licet contrarium senserit Sarmient. *de redit.*
2 *Eccles. par. 3. q. 2. num. 13.* ex eo quia in hoc iudicio
3 plenè de suo credito quis probare tenetur, vt latè inferius explicabimus.

Verum eius opinio sustineri nõ potest, sicuti, & ratio per eum adducta, quia licet primum
4 extremum plenè sit ad probandum, vt latius infra *in c. 5. num. 2. & seq.* declarabimus, non ideo hoc operatur, vt iudicium desinat esse summa-
5 rium, quia iudicium non dicitur summarium respectu probationum, quæ plenariè secundum rei qualitatem sunt faciendæ, sed respectu solemnitatum iudicij, & dilationũ, vt docet Bart.
6 *in l. iudices, nu. 3. C. de iud.* & per Bald. *in l. præscriptione nu. 31. vers. in isto casu,* & ibi Barb. *in addit. in vers. innocentius. C. si contra ius, vel vtil. public.* & latè per Mars. *in rubr. de probat. num. 44.* & per Surd. *decis. 177. nu. 10.*

7 Et hinc videmus quod in iudicio spolij, primum extremum plenè est probandum, vt est gl. *in l. 1. vers. filium. C. quorum bon.* vbi communiter DD. & per Alexand. *consi. 139. num. 14. vers. tamen adhuc, & nu. 15. lib. 6.* qui hanc communem affir-
8 mat, & ab opinione *d. glo.* in iudicando, & consulendo non esse recedendum, & de magis cõmuni attestatur idem Alexand. *cons. 187. nu. 3. lib. 7.* & ex multis idem affirmat Roland. *consi. 50. num. 16. lib. 2.* Pontan. *de spol. lib. 2. c. 14. nu. 81. & 82.* Caputaq. *decis. 328. nu. 6. & decis. 368. & 370. lib. 2.* & ita de stilo Rotæ seruari attestatur Sarmien. *in reg. de infirm. resig. q. 36.* Put. *decis. 75. nu. 2. lib. 3.*
9 & nihilominus hoc iudicium est summarium, vt per Alexand. *consi. 139. num. 14. lib. 6.* & per Menoch. *de recuper. poss. remed. 15. nu. 413.* & fundatur in sola æquitate, vt declarat Rip. *in c. sæpe, nu. 12. de rest. spol.*

Hoc idem habemus *in l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* in quo iudicio plenè est probandum, quod
10 quis sit hæres fideicommissarius ex testamento non abolito, nec cancellato, nec in aliqua sui parte viciato, prout in *eadem l. fin.* disponitur, & ibi per Iãs. *sub num. 4.* Castren. *sub nu. 5.* Zuccar. *nu. 202.* & communiter Doctor. & per Contard. *de momen. poss. in ampl. seu quasi nu. 98.* Roman. *cons.*
11 *2. num. 39. lib. 3.* Quod quidem testamentum publicum plenam inducit probationem, & dicitur probatio probata, & facit rem manifestam, vt per Bald. *in l. Imperator sub nu. 2. circa medium, & in l. qui semel nu. 25. C. quomodo, & quando Iudex.* Dec. *cons. 423. nu. 10.* Socc. Iun. *in cons. 127. nu. 7. lib. 3.* Decian. *cons. 56. nu. 58. lib. 3.* & latius infra dice-
12 mus *in cap. 4.* & nihilominus illud iudicium dicitur summarium, vt declarant ibi Doct. & per Rol. *in d. cons. 2. nu. 37. & cons. 88. nu. 13. lib. 3.* Menoc. *de recuper. poss. remed. 15. nu. 275.* Contard. *loco citato nu. 99.*

Insuper etiam ad corroborationem deducitur, quod in quocunque iudicio summario, le-
13 gitimatio personæ plenè est facienda, vt per Bart. *in l. 2. num. 3. C. de edict. diu. Adr. toll.* & ibi Salic. & Alexand. & per Dec. *in l. fin. num. 47. C. eod.* vbi ad contraria respondet, & per Ias. *in §. præterea, nu. 54. Instit. de act.* & per Bart. *in extrauag. ad reprimendum vers. & figura nu. 7.* Alexand. *cons. 59. num. 2. lib. 2.* Paris. *consi. 11. num. 2. lib. 2.* Dec. *in cap. prudentiam §. sexta sub num. 3. versi. similiter, de offic. delegat.* Ias. *in l. naturaliter, §. nihil commune, numer. 176. de acquir. possess.* Alexandr. *in l. iudices, numer. 3. C. de iudic.* Put. *decis. 278. numer. 3. lib. 2.*

Pro vt etiam disponitur in actione ad exhibendum, quod iudicium dicitur summarium,
14 quia est præparatorium alterius iudicij ordinarij, *vt ex text. in l. 1. & 3. §. est autem ff. ad exhibendum,* & per Ias. *§. præterea num. 24. Instit. de act.* Salic. *in l. 1. nu. 8. C. ad exhibendũ.* Contard. *de mom. poss. limit. 14. vers. ad exhibendum nu. 24. in fine,* & quando tractatur simpliciter ad rem exhiben-
15 dam, tunc semiplena requiritur probatio, vt per Doct. *in l. 1. C. ad exhibendum,* & latè inferius *ca. 5.* explicabimus.

Tamen quando in eo tractatur de transferenda possessione, veluti si legatarius agat, vt heres
16 caueat de restituẽdo rem legatam relictam sub conditione, vel in diem; quia tunc legatarius potest agere, vt exhibeatur ad effectum, vt in eo transferatur possessio, *iuxta tex. in l. Celsus, §. Iulianus, & in l. 1. §. sæpe in fi. ff. vt legat. seu fideicommiss. causa,* & per Plot. *de in lit. iur. §. 26. nu. 6.* eo ca-
17 su, quia agitur de plena possessione, requiritur plena probatio, vt in alijs iudicijs possessorijs, vt per Ias. *in d. §. præterea num. 53. in fin.* Contard. *de mom. poss. limit. 14. num. 32.* & per Ioan. de Imol. *in Clemen. sæpe vers. habetur expeditam de verb. signif.* & per Bart. *in extrauag. ad reprimendum, verbo summarie, num. 11.* vbi expressè disponitur, quod in quocunque iudicio possessorio, quod sum-
18 mariè examinari debet, requiritur plena probatio per text. *in l. 1. C. quorum bonorum.* & hoc idem tradit Vant. *de null. processus num. 38.* & hoc idem affirmat Alexand. *consi. 139. numer. 14. in fin. lib. 3.* vbi de communi, & multos adducit Rolan. *consi. 50. numer. 16. lib. 2.* Afflic. *decis. 164. num. 5.* & latius infra in hac eadem Inspect. *in cap. 5.* deducemus.

Insuper etiam aduertendum est, quod si causa ageretur in Rota, vel in foro Auditoris Ca-
19 meræ, in quibus Tribunalibus termini substantiales seruari solent in hoc iudicio etiam
* seruandi sunt, vt declarauit Rota coram R.P.D. Orano in vna Romana Salu. Interd. 9. Nouembris 1598. *in calce operis decis. 6. num. 1.* vbi annullatur sententia Auditoris Cameræ ex eo quod dicti termini non fuerunt seruati; nam etiam in causis summarijs termini huiusmodi omitti non possunt, etiam si vigore commissionis sum-
* mariè agendi commissæ essent, vt dixit Rota coram Peregrino *decis. 24. lib. 1.* quæ est impressa in Rot. *diuers. decis. 24. par. 3. lib. 3.* Cassad. *decis. 8.*

*num.6.de rescript.*Rot.*in nou.decisi.2.num.5. versi. si vero,& seq.de rescript.*Rot. *diuers. decisi.* 24.*numer.*1.*par.2.lib.*1.licet hoc casu per iudicem possint tales termini abbreuiati, vt per Peregr. *d. decisi.*24.& per Rot.*diuers .d.decis.24.par.3.libr.1.*
20 & per Rot.*in nou.d.decis.2.sub num. 5. in fin,& in antiq.decisi.15.& 25.eod.titul.*

Possunt etiamvnica citatione reiterari,etiam si essent nulliter,& malè seruati,vt per Vestr. *in*
21 *sua prax.lib.5.tit.13.sub numer.1.versic. interum.* Cassad. *decis.* 8. *de rescript. in fin.* & vigore Bullæ Innoc.VI.Caputaq.*decis.*149.*par.3.* Et fuit dictũ in Rota coram R.P.D.Ludouisio in vna Eluen. beneficij 30.Octobris 1602.*in calce operis decisi.7. in fi.* & in ali a coram Illustrissimo Seraphino in vna Auximana dotis Vener. 5. Maij 1581. *in eius lib.impres.decisio.*515.*num.1.& 2.par.1.*Intellige tamen terminos huiusmodi,solum seruandos esse
22 in foro, vbi de stilo seruari solitum est, in alijs verò Tribunalibus non sunt seruandi, vt Vant. *de null.process.num.*37.& per Vestr.*in sua prax.lib.* 4.*capi.1.in princ.*& ita habetur *in d.decisi.*Peregr. 24.& per Rotam *.in nou.decisi. 3. de appellat.circa mod.*& declarat Roman.*consilio* 357. *numero* 5.*in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Libellus seu Monitorium in hoc iudicio experiendo, requiritur iuxta fori stilum licèt summariè agatur.*
2 *Creditum in libello est proponendum,siue ex venditione,seu locatione, seu ex quouis alio titulo sibi competente.*
3 *Et quod bona fuerunt pro dicto credito hypothecata.*
4 *Et petere immitti in possessionem, donec de fructibus illius,seu illorum fuerit integraliter de suo credito satisfactus.*
5 *Libellus in hoc iudicio,tria continere debet, nempe quantitatem debiti. Secundo quod bona fuerunt pro dicto credito hypothecata. Tertio immitti in possessionem donec fuerit de fructibus satisfactum.*
6 *Saluianum intentatum dicitur quando in libello est posita clausula ius iustitiam ministrari, etiam si in eo non sit facta mentio de Saluiano.*
7 *Clausula ius iustitiam ministrari operatur, vt quis videatur intentare illud remedium,& illam viã, qua libellanti competere posset & aquè actori magis proficua sit.*
8 *Saluianum Interdictum dicitur virtute dicta clausula intentatum, quando aliquid in libello fuit narratum,ex quo Saluianum competere posset, aliàs non.*
9 *Amplia procedere etiam, si libellus contraria contineret virtute dicta clausula.*
10 *Amplia etiam procedere in ordinarijs parte non opponente.*
11 *Quod procedere dicitur quando ante litem contestatam alterum tantum prosequitur, quia dicitur alterum contrarium detraxisse.*
12 *Libellus sustinetur, quando contraria alternatiuè deducta sunt.*
13 *Libellus sustinetur contraria continens, si iuris interpretatione possit ad ordinem compatibilem reduci.*
14 *Libellus non sustinetur in criminalibus si contraria contine,etiam parte non opponente.*
15 *Limitatur quando plures in eodem libello accusantur, quia sustinetur.*
16 *Limitatur etiam quando in causa criminali veniret pœna pecuniaria imponenda.*
17 *Sublimitatur quando iurisdictio alicui attribuitur incerto, & indetermino casui, quia specificandus est ille casus.*
18 *Libellus in iudicijs possessorijs non sustinetur, si contraria contineat.*
19 *Contraria sunt retinere possessionem,& denuo eam adipisci,& sunt origine contraria.*
20 *Remedium recuperanda, nunquam datur quando competit remedium adipiscenda,& num.27.*
21 *Electione vnius alterum tollitur.*
22 *Clausula ius iustitiam ministrari, non operatur quod quis videatur cumulasse contraria,nec præsumitur.*
23 *Clausula prædicta non saluat libellum à vitio contrarietatis.*
24 *Clausula prædicta non sustinet libellum in iudicio recuperanda, si fuerit intentatum retinendæ.*
25 *Remedium recuperanda. & adipiscenda sunt origine contraria,nec possunt cumulari.*
26 *Remedium adipiscendæ non datur, quando quis aliter possidet, quod declara vt nu.27.*
28 *Libellus sustinetur contraria continens, quando intentatur diuersa remedia in diuersis instantijs, contra diuersas personas, & quando ex diuersis respectibus num.29.& 30.*
31 *Libellus sustinetur, quando incertitudo causatur ex facto aduersarij.*
32 *Electio in alternatiuis spectat ad debitorem.*
33 *Libellus sustinetur, quando non purè, sed sub conditione contraria preponerentur.*
34 *Item sustinetur in vim consuetudinis.*
35 *Item sustinetur quando incertitudo veniret ex causa errore probabili.*
36 *Libellus contraria continens sustinetur, quando aduersarius vnum ex contrarijs remedijs acceptauerit.*
37 *Item quãdo contrarietas,& repugnãtia resultaret ex verbis narratiuis, secus si ex verbis dispositiuis.*
38 *Item quando Iudicium fuit nullum respectu iurisdictionis.*
39 *Item quando vna actio est probatoria alterius.*
40 *Libellus in summarijs etiam parte opponente sustinetur contraria continens.*
41 *Et eo maximè quando adest clausula ius iustitiam ministrari.*
42 *Clausula ius iustitiam ministrari operatur, vt actor obtinere debeat super eo, in quo iustitiam habet, non obstante contrarietate.*
43 *Clausula omni meliori modo operatur, vt non obstante contrarietate sustineatur libellus.*
44 *Clausula omni meliori modo operatur, vt cumulatio fieri possit, & maximè si adest clausula ius iustitiam ministrari.*
45 *Clausula omni meliori mode iuncta clausula ius iustitiam ministrari, operatur supradictum effectum quo ad cumulationem.*
46 *Libellum non sustineri dum contraria continet, hoc procedit in causis ordinarijs, non autem in causis summarijs.*
47 *Contrarium, sed respondetur vt infra.*
48 *Remedium adipiscenda, & recuperanda videntur quo ad originem contrariari, quia interdictum adipiscenda præsupponit actorem, seu heredem nunquam possedisse.*

49 Inter

49 *Interdictum verò recuperandæ præsupponit aliquando possedisse.*

50 *Et licet videatur pugnare, tamen datur vtrunque ad eundem finem, & effectum, vt actor consequatur possessionem, & inspecto effectu non dicuntur contraria.*

51 *Cumulari ideo possunt, cum tendant ad eundem finem, & effectum.*

52 *Hæres agens ad recuperandam, seu acquirendam bonorum possessionem defuncti, videtur agere possessorio recuperandæ, cum habeat illius similitudinem, quia hæreditas videtur spoliata, & sic hæreditas venit restituenda tanquam spoliata, & num. 53.*

54 *Spoliare hæredem dicitur qui bonorum defuncti possessionem occupat, licet vacet.*

55 *Possessorium adipiscendæ dicitur etiam recuperandæ, seu restituendæ, licet non ita propriè,*

56 *Hoc tamen procedere videtur vbi contrarietas deduceretur ex diuersa persona.*

57 *Cumulari possunt actiones origine contrariæ.*

58 *Fallit quando tendunt ad impediendum, & excludendum iudicium non in hiis quæ tendunt ad faciliorem expeditionem causæ.*

59 *Conciliatio supradictarum diffusionum.*

60 *Libellus contraria continens, sustinetur stantibus clausulis supradictis, dummodo actor nõ se restrinxerit in prosecutione litis ad vnum tantum remedium, sed generaliter egit, & n. 62.*

61 *Intellige procedere, si probationes in iudicio factæ conueniunt vni remedio in libello intentato.*

63 *Remedium illud intentatum dicitur quod prosecutus est, & tunc in alio obtinere non potest.*

64 *Intentionem suam quis declarare dicitur, si vnum remedium prosequatur.*

65 *Verba libelli intelligenda sunt secundum prosecutionem, & mentem actoris, etiamsi venirent impropriandæ.*

66 *Libellus non sustinetur in iudicio adipiscẽdæ, quando probationes ei non conueniunt, secus si ei conueniant, & num. 67.*

68 *Cumulata in libello separari possunt in processu.*

69 *Clausula iustitiam administrari, adiecta certo remedio intentato, tunc non potest ex ea aliud intentari remedium.*

70 *Saluianum Interdictum censetur intentatum, si in libello fuerit posita clausula deducens.*

71 *Actor non cogitur exprimere nomen actionis, sed sufficit factum narrare.*

72 *Libellus admittitur etiam si non sit expressum nomen actionis.*

73 *Clausula deducens omne ius, &c. operatur quod etsi actio incompetens fuerit proposita, nihilominus possit obtinere ex competenti remedio.*

74 *Libellus est interpretandus secundum intentionem libellantis.*

75 *Interpretatio semper est facienda pro validitate actus.*

76 *Amplia supradicta procedere, etiam si libellus contraria contineret, parte opponente virtute dictæ clausulæ.*

77 *Libellus in quo Saluianum, & hypothecaria fuerit intentata sustinetur.*

78 *Petitorium cum possessorio cumulari potest, & ideo Saluianum, & hypothecaria cumulari possunt, num. 79.*

80 *Dominium, vel quasi est probandum, quando agitur hypothecaria contra tertium.*

81 *Libellus sustinetur, etiam quod in eo fuerit petitorium deductum, si postea fuerit conclusum in possessorio, quia conclusio attenditur.*

82 *Cumulatio admittitur quando prius fuit intentatum petitorium, & deinde ante conclusionem in causa fuit propositum possessorium.*

83 *Remedia prædicta repugnantia non se impediunt.*

84 *Saluianum experiri poterit, etiamsi pro eadem re aliud iudicium contrarium, & nulliter contra eundem tertium fuerit intentatum.*

85 *Commissio si fuerit obtenta vt simul, & semel procedi possit, in possessorio, & petitorio, si super possessorio tantum fuerit pronunciatum, non ideo impeditur illius sententiæ executio.*

86 *Sententia super solo Saluiano ferri potest, etiamsi obtenta esset commissio, vt vnica sententia super petitorio, & possessorio terminaretur.*

87 *Petitorium, & possessorium si ab vtraque parte fuerit intentatum, de quo prius liquet pronunciari potest.*

88 *Cumulationis materia, tam possessorij, quàm petitorij vide remissiuè.*

De modo, & forma libellandi in præcedenti iudicio.

Cap. III.

1 QVoniam in præcedenti capitulo fuit di-
ctum summariè in hoc iudicio agendum
esse, verumtamen non ita summariè agi potest,
vt sine libello, seu monitorio iuxta illius Curiæ
stilum, in quo interdictum experitur, agendum
sit, si quidẽ per viam libelli, seu Monitorij pro-
ponendum, & intentandum est, vt per Ang. *in
§. item Seruiana num. 15. Instit. de act.* vbi libelli
formam deducit, & eandem ferè formam ponit
Menoch. *de adip. poss. rem. 3. num.* 158. & Neguf. *de
pign. in 3. mem. 8. par. n. 26.* Spec. *de loca. §. 5. num. 31.*
Odofr. *de form. libelli cap. 35.* Zas. *in d. §. item Ser-
uiana sub num. 41. versi. domine iudex. Instit. de act.*
2 qui omnes in hoc conueniunt, quod in libello
proponatur creditum, siue ex locatione, siue ex
venditione, siue ex impositione census, seu quo
vis alio titulo sibi competenti, super re, seu bo-
3 nis hypothecatis, quam tempore obligationis,
seu postea possidebat, & ex ea causa petatur co-
gi aduersarium ad dimittendam possessionem
dictæ rei, seu bonorum, in qua, seu quibus petit
immitti in possessionem, retinendam, donec de
4 fructibus illius fuerit integraliter de suo cre-
dito satisfactus, declarans super præmissis velle
vti Saluiano Interdict. omni meliori modo, &c.
5 Ita hæc tria omninò in libello ponenda sunt,
nempe exprimere quantitatem sui crediti, *vt
infra in c. 5. n. 2.* deducitur. Secundo quod bona
debitoris fuerant sibi pro dicta quantitate ob-
ligata, & hypothecata. Tertio quod petat dicta
bona sibi consignari, & in possessionem immit-
ti, donec de illorum fructibus fuerit satisfactus,
vt per Roland. *cons. 14. n. 33. lib. 1.* Marc. Ant. Eug.
consil. 65. num. 86. & ita tenuit Rota coram R. P.
* D. Penia in vna Romana Salu. Interd. Lunæ 22.
Martij 1599. *in calce operis decisi. 9. nu. 1. & seq.* &
* in alia coram eodem Romana Salu. Interd. 25.
Iunij 1599. *ibidem decisio. 10. n. 1. & 2.*
6 Amplianda tamen sunt prædicta quod Sal-
uianum Interdictum intentatum dicitur, etiam

si in libello expresſè non fuerit dictum velle vti Saluiano Interdicto, dum tamen in eo libello ſit appoſita clauſula in præmiſſis,& ſuper præmiſſa ius i iſticiam miniſtrari, per quam clauſulam dicitur intentatum hoc interdictum, vt in ſpecie tradit Aym.*conſ.201.nu.45.*& per Grat. *conſ.119. num.5. lib.1.* in terminis Saluiani tradit Berret.*conſ.151.n.6.*cum aliis relatis per Viu.*deciſ.*
7 *395.num.2.*& eſt ratio, quia illa clauſula operatur,vt quis videatur intentaſſe illud remedium, & illam viam,quę libellanti competere poteſt, & quæ ipſi actori ſit magis fauorabilis, vt per Grat. *conſ 37.num.8.lib.1. & conſ.119. num.5. lib.2.* Roland.*conſ.79.num.38.lib.1.*Alexand.*conſ.58. nu.3.lib.3.*Corn.*conſ.8.num.8.lib.1.* Rimin.Iun. *conſil.211.num.10.volu.2. & latius conſ.325. num.7.lib.3.* Neuiz.*conſi.79.num.5.*Marc.Ant.Eug.*conſi.4.nu.19.*Surd.*conſil.273.ſub num.5 volum 2.*Capic.*deciſion.10.numer.22.* Rot. *diuerſ.deciſ.156. in princip. par.1.*

8 Secundo ampliando declara locum ſibi vendicare, quando in libello aliquid fuerit narratum, ex quo Saluianum Interdictum intentari poſſit, veluti ſi dixerit ſe eſſe creditorem vigore hypothecæ,vel aliquid aliud fuerit expreſſum, vel deductum, ex quo interdictum competere poſſet, licet de eo non eſſet expreſſe facta mentio,alias ſi ex narratis non poſſet ſumi,quod tale remedium competeret libellanti, dicta clauſula non traheretur ad illud remedium,prout ita diſtinguendo,tradit Corn. *conſil.46. ſub num.4.& conſi.115.ſub num.1.paulo ante fin. verſ.illa autem clauſula volum.3.* Pariſ.*conſil.7. num.22.& 23. lib.1.*Grat.*conſil.37.num.7.& 8.lib.1.*& alios refert Gabr.*de clauſ.concluſ.4.num.2.* & per Surd. *conſil.273.num.27.verſic.tunc enim lib.2.* Capic. *deciſ.10. num.22.*

9 Tertio amplia etiam quando libellus contineret cõtraria remedia,quia virtute dictæ clauſulæ ſuſtineretur,vt per Soc.Sen. *conſ.128. num.1. lib.1.*Grat.*conſ.156.n.24.& 25.lib.2.*quos fuit ſecuta Rota *diuerſ.deciſ.156.n.7.par.1.*

10 Imo etiam in ordinariis libellus generalis,& incertus continens contraria procedit, & ſuſtinetur parte non opponente, etiam ſi ex eadem ſcriptura contrarietas proueniret, vt per Caſtr. *in l.fin.num.4. verſi.nam ſi pars.*vbi etiam Ang.*C. de codicill.* & per Aquen. *in d.l.edita num.21.* & Purput.*num.224.*Dec.*num.5.C de eden.* Rip.*in l. naturaliter §.nihil commune num. 177. de acquir. poſſeſ.*& per Iaſ.*in §.curare num.16.Inſtit.de act.*& alios refert Gab.*de clauſ.d.concluſ.4.num.2.*& per Rot. *diuerſ.d.deciſ.256.num.2. & deciſ. 257.num.1. par.1.*

11 Quod tamen procedere dicitur propter illam clauſulam,quando ante litem conteſtatam, alterum tantum proſequatur, quia dicitur alterum contrarium detrahere, & libellum reformare, vt bene per Rip. *in d.l.naturaliter §. nihil commune num.179.*& per Iaſ.*in l.1. nu.21. verſ.7.limita C. de furtis.*

Imnio Grat.*conſil.70.num.32. vol.2.* ſentit hoc fieri poſſe etiam poſt litem conteſtatam, & tenuit Bereng. *in l. naturaliter §. nihil commune in 3.par.num.67.* & faciunt tradita in additione in fine præcedentis *cap.nu.90.*

12 Secundo ſimili modo ſuſtinetur libellus,ſi fuerint in eo contraria alternatiuè deducta, vt per Ang.*in l.Papinianus§ quod ſi irritum prope fin.*vbi Caſtr.*ff.de inoff.teſtam.* & per Rip. *loco citato nu.179.verſi.ſecundo fallit.*

13 Tertio enim procedit libellus, quando iuris interpretatione contrarietas poteſt reduci ad ordinem compatibilem,& ad remedium intentatum iuxta tradita per Bald. *in l.ſi res in fin. C. de ord.cogn.*& per Rip.*loc.citat.n.179.*

14 Limita tamen quod dictum eſt libellum generalem continentem contraria procedere in iudiciis ordinariis parte non opponente, non procedere in cauſa criminali, vt docet Bald. *in l.1.ſub num.21.C.de confeſſ.*& per Dec. *in d. l.edita ſub num.6.*& Alex.*in conſ.32.ſub num.8.lib.4.* Dec. *conſi.83.ſub num.16.*

15 Sublimita tamen quando plures accuſantur in eodem libello ſi non opponatur à parte, quia tunc procedit cumulatio,vt per Iaſ. *in d.§. nihil commune nu.161.*

16 Secundo ſublimita in cauſa criminali,pro qua veniret imponenda pœna pecuniaria,vt per Iaſ. *in repet.l.admonendi num.275.de iur. iuran.* & per Alexan.*in con.56.ſub nu.1.& 2.lib.1.*& fuit dictum Rom.*in l.3.in princ.de iur.iur.*

17 Limita quando iuriſdictio alicui attribuitur incerto,& indeterminato caſui; nam tunc non procedit libellus, niſi ſpecificetur ille caſus, in quo iuriſdictio eſt attributa, etiam parte non opponente,vt per Ang.*in conſi.6.nu.2.*Alex. *in d. conſi.32.nu.9.*Dec.*in d.l.edita,nu.7.*

18 Contrariam verò ſententiam,nempe libellum non ſuſtineri contraria continentia in iudiciis poſſeſſoriis,tenet Alexand.*conſi.121.num.11.verſi. præterea lib.1.* & per Felin. *in cap. examinata ſub num.16.verſi.hoc non ſoluto,de iudiciis,*& alios pro hac parte refert Honded.*conſi.82.nu.59.lib.1.*qui de communi atteſtatur.

Et hanc partem in remedio adipiſcendæ poſſeſſionis,& recuperandæ tradit Bald. *in l.incerti num.17.C.de interdictis,*& per Menoch.*de adipiſc. poſſeſ.remed.1.nu.93.& remed.2.nu.107.*vbi reddit rationem, quia pugnantia ſunt retinere pof-
19 ſeſſ.& denuo eam adipiſci, & ſequitur Surd. *d. conſ.274.nu.17.lib.2.*vbi dicit,quod remedia prefata ſunt origine contraria, & cumulari non poſſunt, vt per Afflict. *deciſ.118.* quod adeo eſt
20 verum, vt nunquam detur remedium recuperandæ,quando competit remedium adipiſcendæ *l.1.C.quorum bonorum,* & multos pro hac parte adducit Tiraq.*in tract.le mort ſaiſit le vif,par.6.declarat.4. num.1.* & de magis communi atteſtatur Alciat.*conſil.257. num.5.* & hoc expreſsè tenet Bero.*conſil.61. num.26.volum.2.* & per Alexan.*in d.§.nihil commune num.90.*&per Menoch. *in d.tract.de adipiſc. poſſeſ.remed.4. num.505.* qui
21 hanc veriorem affirmat, & electione vnius alterum tollitur *l.in delictis §. detracta ff. de nox.l. quid in hered. §.eligere, ff. de tribut.* Bart. *in leg.1. §.vnde quaeritur ſub num.ſecund.verſic.capit. regul ff.de publican.*Capic.*deciſ 46.num.6.*Caccher. *deciſ.97.numer.quinto,*cum aliis relatis per Surd. *dict.conſil.273.num.20.*vbi *ſub num.22.*dicit, quod nec clauſula illa ius iuſtitiam miniſtrari,opera-
22 tur, quod quis videatur cumulaſſe in libello remedia contraria,nec præſumitur,vt per Alex. *conſil.121.numer.6.& 11. & ſeq.volum.1.& conſil.96. numer.7.& conſil.110.numer.2.lib.5.*Rip. *in dicto §. nihil commune numer.178. & conſil.153. numero 5.*

& per

& per Soc.Sen. *in conf.22.n.un.1.volum.*4.vbi di-
23 cit clausulam prædictam non saluare libellum
à vitio contrarietatis, quia tunc libellus se i-
psum excludit, & per Pa isconf.7.num.21. & conf.
131.nu.11.lib.1.
24 Et in Iudicio reintegrandæ, non sustineri li-
bellum per dictam clausulam si fuit intenta-
tum possessorium retinendæ, tradit Rip *in Re-
spon.33.num.*5.& per Menoch. *de recuper. poss. re-
med.15.nu.*2&1. vbi alios adducit, & alios refert
Surd. *d.conf.273.num.23.vers.vbi dicit.*
25 Vlterius etiam pro hac parte Surd. *d.conf.*273.
num.17.& 21. dicit quod ista remedia adipiscen-
dæ, & recuperandæ sunt ad inuicem origine
contraria, nec possunt in eodem libello cumu-
lari propter regulam contrarietatis, vt videtur
voluisse Bell.*conf.34.num.*8.vbi ait, remedium a-
26 dipiscendæ non dari ei, qui cõstituto median-
te alius possidet, sed opus est remedio *l.fin. C. de
acquir.poss.*& per plura confirmat Menoch.*de re-
cuper.poss.remed.*14.*num.*9. Sed de veritate istius
articuli plenè deducemus *in 3.Inspectione, capit.
secundo in fin.*ita quod ista remedia, adeo sunt
27 contraria, vt nunquam detur remedium recu-
perandæ, quando competit remedium adipi-
scendæ *l.1.C.quorum bonorum*, & multos pro hac
parte adducit Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif.
par.5. declarat.*4. *num.*1. & de magis communi
attestatur Alciat. *conf.257.num.*5. Et hanc nega-
tiuam partem infrascriptas recipiunt limita-
tiones.
28 Primo, quod sustinetur libellus contraria con-
tinens, quando contra diuersas personas in di-
uersis instantiis, contraria remedia intentaren-
tur, vt per Ias.*in l.1.num.21.C.de furt.* Socc.Sen. *in
cap.vlt.num.45.de lib.oblat.*
29 Secundo, quando ex diuersis personis contra-
ria deducerentur, vt si actor ex persona defuncti
remedium recuperandæ deduxisset, veluti quia
defunctus à possessione ceciderat, & remedium
adipiscendæ deduceret ex propria persona, vt
tradit Rom.*in d.§.nihil commune,nu.*14.& ibi Ias.
*num.*154.& per Menoch.*de adipisc. possess. remed.
1.nu.*1.& per Surd.*d.conf.273.n.31.*
30 Tertio, quando etiam ex diuersis respectibus
deducerentur contraria, puta recuperandæ, &
adipiscendæ, vt per Menoch.*de adipisc. possess.re-
med.1.num.*208.post Rom.*loco citato*, & per Cast.
conf.78.num.1.lib.2.& per Neuiz.*conf.80.nu.*38. &
per Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif, par.6. de-
clarat.*3.Surd.*loco citato num* 33.& per Ruin. *conf.
5.num.11.lib.*4.& per Ias.*in d.§. nihil commune, nu.*
154.*in fin.* Menoch. *de adipisc.possess.remed.1.num.*
92.
31 Quarto, quando incertitudo causatur ex facto
aduersarij, scilicet rei, quia tunc admittitur
contrarium remedium, cum protestatione,
quando cum vno tantum vult obtinere, vt per
32 Ias.*in d.l.1.n.22.versi.4.ista regula,C.de furt.* & i-
dem Ias.*in §.curare, num.*10. *Instit.de act.* vbi de-
ducit exemplum in obligatione alternatiua,
cuius rei electio spectat ad debitorem *l. vbi au-
tem,§.qui illud,aut illud de verb.obligat.* Socc.Sen.
*in d.cap.vlt.nu.*40.
33 Quinto, sustinetur libellus, quando contraria
remedia non purè, sed conditionaliter propo-
nerentur, vt per Ias. *loco citato vers. quinto fallit*,
& per Rip.*in d.§.nihil commune,num.*180.*vers.fal-
lit quarto*, & per eundẽm Ias. *in l.edita,n.32.C.de
eden.*Socc.*in cap.vlt.n.43.de libell.oblat.*
34 Sexto, etiam procedit, quando ex generali cõ-
suetudine seruaretur, vt contraria remedia in
eodem libello deduci possent, veluti si quis
vellet publicianam intentare, & rei vendica-
tionem, quod non est permissum, & tamen ex
consuetudine liceret pro vt exemplificat Ias. *in
d.l.1.sub nu.21.vers.sexto fallit.* Claud. Marmerius
in d.§.nihil commune,n.112.in fin.
35 Septimo, quando incertitudo proueniret ex
quocunque errore probabili, vt per Ias. *in d.l.1.
n.13.in fin.C.de furt.*
36 Octauo, sustinetur libellus, quando reus con-
uentus acceptaret vnum ex remediis contrariis,
ab ipso actore propositis, quia tunc ob com-
modum ipsius rei conuenti, libellus sustinetur.
Ias.*in d.l.1.n.22.* Alciat.*de præsump.reg.2.præsumpt.
31.n.5.*
37 Nono, quando contrarietas, & repugnantia
resultaret ex verbis narratiuis, secus quando re-
sultat ex verbis dispositiuis, vt per Grat. *in conf.
156.nu.16.vol.2.*.
38 Decimo, sustinetur libellus, quando iudicium
fuit nullum, ex defectu iurisdictionis, quia tunc
non impeditur actor, quo minus alteram ex a-
ctionibus contrariis propositis denuo deducat,
vt per Soc.*in d.cap.vlt.n.*38.
39 Vndecimo, sustinetur libellus, quando vna a-
ctio est probatoria alterius, nam tunc non im-
peditur actor, quo minus vtranque proponere
posset, vt per Soc.*in d.cap.1.nu.*44.
40 Verum priorem sententiam, quod in summa-
riis etiam parte opponente, sustinetur libellus
contraria continens, quam tradit Bart.*in extra-
uag.ad reprimendum,in vers. sine figura iudicij, sub
num.*8.tenet Io.de Lign.Anch. & Io. de Imol. *in
Clement.sæpe, de verb. signif.in princip.* & per A-
quen.*in d.l.edita,num.*21. & Purpur. *num.*224. &
latè ibi per Ias. *sub num.5. vers. nisi in causis sum-
marijs.C.de eden.* qui ad contraria respondet, *&
in l.vinum,sub num.15.vers.ego teneo, ff. si certum
41 petatur*, præsertim stante illa clausula, ius iu-
stitiam ministrari, vt per Socc.Sen. *d.conf.128.nu.
1.lib.1.*& Grat.*conf.156.num.24. & 25.lib.2.* & per
Alexand.*in conf.277.sub num.2. vers. præterea lib.
2.*Corn.*consi.46. sub num.4. vers. & quando lib.* 3.
Alexan.*consil.38.num.3.lib.*3.& hanc veriorem di-
cunt addentes ad Bar. *in d. extrauag. ad repri-
mendum loco citato in littera H.* & hanc partem
fuit secuta Rot.*diuers.decis.251.nu.3.& 256.num.2.
part.1.*
42 Nam propter illam clausulam, actor obtinere
debet super eo in quo iustitiam habet, non ob-
stantibus contrariis in libello deductis, vt per
Innoc.Cald.Abb.quos refert Socc. Sen. *d.consil.
128.in princ.*& per Grat.*in d.conf.156. nu.*25. & per
Rot.*d.decis.256.sub nu.7.*
43 Et hoc idem habemus in clausula *omni meliori
modo*,&c.per quam non obstante contrarietate,
sustinetur libellus, vt tradit Alexand.*conf.121. sub
num.12.vers. & per hoc non obstat. volum.*1. Butr.
*conf.63.sub num.*3.& in remed. adipiscendæ; quæ
44 ad inuicem sunt contraria, posse fieri cumu-
lationem virtute dictæ clausulæ, tradit Ruin.
conf.18. num.21. vers.præterea vol.1. & per Bero.
45 *conf.43.n.42.vol.3.*vbi videtur velle, quod con-
currente, etiam illa clausula ius iustitiam mi-

nistrari hoc locum habere, prout etiam tenet
Felin. *in cap. auditu, sub num. 3. in fin. de præscript.*

Et ad contraria responderi potest, non obsta-
re primò tradita per Alexand. *in d. cons. 121. nu. 11.*
& Felin. *in cap. examinata sub num. 16. vers. hoc non
soluto. de iudic. cum ibi alleg.* & tradita per Hon-
ded. *d. cons. 83. num. 59. vol. 1.*

46 Quia eorum dicta procedunt in causis ordi-
nariis, nam secus est in summariis, vt per Alex.
in l. ita stipulatus §. Crisogonus nu. 8. de verb. oblig.
& per Mars. *sing. 272.* & ita respondit Rot. *diuers.
d. decis. 256. n. 2. par. 1.* Put. *decis. 21. lib. 1.*

47 Secundo non obstat, quod secundo loco in
contrarium deducitur per Bal. *in d. l. incerti*, &
tradita per Menoc. Alex. Surd. & Senat. Pedem.
cum omnibus aliis supra in contrarium dedu-
ctis, qui loquuntur in causis possessoriis adipi-
scendæ, & retinendæ, vt ostensum est, & sic in
causis summariis.

48 Quia respondetur primò, quod remedium a-
dipiscendæ, & recuperandę videntur quo ad o-
riginem contraria, quia interdictum adipiscen-
dæ, præsupponit hæredem, seu actorem nun-
49 quam possedisse, *§. sequens Instit. de interd.* In-
50 terdictum verò recuperandæ præsupponit a-
ctorem aliquando possedisse, *vt in d. §. sequens*, &
sic videntur pugnantia, vt in d. §. *sequens* decla-
rat Menoc. *de adipisc. possess. remed. 4. num. 505.* ta-
51 men tendant ad eundem effectum, & datur v-
trumque, vt actor consequatur possessionem, &
ideo inspecto effectu, non possunt dici contra-
ria, & possunt cumulari, quia licet quo ad ori-
ginem, & initium possint dici inter se aduersa-
ri, tamen secus est, quo ad effectum, cum vtrum-
que tendat, vt agens possessionem consequatur,
vt tradit Curt. Iun. *in l. 1. in fin. C. de furt.* & decla-
rat Bero. *cons. 43. num. 41. volum. 3.* & Afflict. *decis.
118.* vbi dicit, quod dicta remedia non dicun-
tur contraria; nam quando hæres agit ad pos-
52 sessionem, quam defunctus habebat, tempore
mortis suæ, tale possessorium habet similitudi-
nem in possessorio recuperandæ, quia hæredi-
tas videtur quodammodo spoliata, vt per Bart.
in l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. num. 21. & per Bald.
*in cons. 141. num. 1. vers. quæ enim requiruntur vo-
lumine primo*, vbi ait, quod si agatur remedio
dicta leg. fin. tamen hæreditas tanquam spo-
53 liata, venit in personam hæredis reintegran-
da, & restituenda, vt per Afflict. *decis. 119. prope
fin.* & per Castr. *in l. 2. numero 2. versic. intellige
dictum, C. de edict. diu. Adr. toll.* dum dicit, quod
qui occupat possessionem bonorum, quam de-
functus habebat tempore mortis, dicitur hære-
54 dem spoliare sua possessione, licet vacaret, &
num. 3. ait possessorium adipiscendæ, dici etiam
recuperandæ, seu restituendæ, licet non ita pro-
55 priè, & per Bald. *in l. 2. C. quorum bonorum*, quod
ad hunc casum deducit Natt. *consi. 538. num. 16.* &
hoc refert Surd. *d. consi. 272. nu. 8. & 9.* licet ibi *nu.*
56 31. dicat hoc procedere in omni casu, vbi ex di-
uersa persona contrarietas deduceretur, *vt supra
in 2. limit. nu. 29.*

57 Immo etiam si actiones essent origine cōtra-
riæ, cumulari posse in eodē libello, tradit Curt.
Iun. *d. l. 1. nu. 24. C. de furt.* & hanc opinionem fuit
secuta Rot. *diuers. d. decis. 257. nu. 8.* Put. *decis. 21. n.
3. & 4. lib. 1.*

Nec etiam aduersatur, quod ex aduerso fuit
dictum, quod in summarijs non datur cumula-
tio, per Bal. *in l. incerti, nu. 17. C. de interd.* cum alijs
supra *nu. 18.* in contrarium allegatis.

58 Nam respondetur, & tolluntur, etiam alia fun-
damenta in contrarium adducta, quia illud
procedit in ea cumulatione, quæ tendit ad im-
pediendum, & excludendum iudicium, non in
ea, quæ tendit ad faciliorem expeditionem cau-
sæ, quia hæc tanto magis admittitur in summa-
riis, vt per Aquen. *in d. l. edita, num. 34.* & Pur-
pur. *num. 201.* & ita respondit Rot. *diuers. d. decis.
256. nu. 4. par. 1.*

Ex quibus clarè patet hanc conclusionem
propter varias Doctorum opiniones, valde du-
biam remanere.

59 Verum tantorum patrum dissensionem con-
ciliari posse censeo.

60 Primò, si actor contraria in libello deducens,
nō se restrinxit in prosecutione litis ad aliquod
remedium intentatum, sed generaliter egit, &
tunc vigore dictæ clausulæ libellus sustinetur,
vt declarat Castren. *in l. & an eandem §. actiones
sub num. 3. de except. rei iudic.* & latè per Curt.
Iun. *cons. 184. num. 16.* & ita tenere communiter
Canonistas *in cap. cum dilectus de ord. cognit.* atte-
statur, & latè per Surd. *cons. 14. num. 18. volum. 1.*
vbi alios cumulat, & idem Curt. Iun. *loco citato.*
ampliat etiam si petitio in prosecutione litis,
sit restricta, & ita declarauit Rot. *diuers. in d. de-
cis. 257. num. 9. & 10. par. 1.* dum tamen proba-
61 tiones in eo iudicio factæ conueniant vni re-
medio intentato in libello, quia eo casu su-
stinetur libellus, & obtineri potest, vt per Felin.
*in capit. auditis, sub numer. secund. prope fin. vers.
& hac etiam similia, de præscript.* & in his termi-
nis idem confirmat Surd. *d. consil. 273. num. 27.
vers. tunc etiam*, post Alexand. *in cons. 121. nu-
mero 13. volum. 1.* per eum allegatum, & est decis.
Capic. 96. *num. 6.* & hoc casu procedit opinio af-
firmatiua.

62 Quod si actor in prosecutione litis restrinxe-
rit se ad vnum remedium, veluti recuperandæ,
atque illud solum prosecutus est vsque ad fi-
nem litis, intelligendum est illud remedium in-
63 tentasse, pro vt prosecutus est, tunc non possit
obtinere in alio remedio, vt per Soc. Sen. *consil.
95. num. 16 volum. 3.* Ruin. *consil. 19. sub num. 9. vo-
lum. 4.* Ceph. *cons. 23. num. 183.* & per Surd. *d. consil.
24. num. 18. volum. 1. & consil. 273. num. 27. vers. &
vbi alios actor. volum. 2.* & hoc idem declarat
Grat. *cons. 157. nu. 22. lib. 2.* vbi ait illud remedium
intentatum intelligendum esse, pro vt est pro-
64 secutus, cum prosequendo, declaret suam in-
tentionem, & verba libelli intelligenda sunt se-
cundum prosecutionem, & mentem actoris, et-
65 iam si veniret impropriàda, vt etiam dicit
Surd. *d. cons. 273. num. 27. vers. tunc etiam*, & latius
vide infra *in 4. ampliat. cap. 2. num. 17.* & per Scac-
cia. *de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 6. memb. 9.
66 numer. 6. cum plur. seq.* & hoc casu libellus non
posset sustineri vigore dictæ clausulæ si vel-
let obtinere in iudicio adipiscendæ, cum nec
probationes ei conueniant; nam tunc dicta
clausula saluat libellum, quando causa probata
67 potest conueniri remedio deducto, etiam im-
propriando verba, vt per Felin. Alexand. Surd.
& Capic. *in locis supra alleg.* & hoc casu procedit
opinio contraria.

Et

68 Et quod cumulata in libello possint separari
in processu, vltra quod ex supra deductis appa-
ret. tradit Bald. *in cap. ad vltimum nu.4. de cauſ.*
poſſ. & propriet. & per Contard. *de momen. poſ-*
ſeſſ. limit.1.§.5.n.6. Rot. *diuerſ. deciſ.257.n.6.par.1.*

69 Ex quibus resultat limitatio ad præcedentia,
quod quando adiecta esset certo remedio in-
tentato, puta canonis reintegrandæ, & peteret
ius iustitiam ministrari, tunc dicitur restricta
ad illud remedium, scilicet ministrari iustitiam
super remedio canonis reintegrandæ, nec pos-
set aliud remedium continere, vt docet Corn.
conſ.272.num.6.lib.3. Soc. Sen. *conſ.39. nu.20. lib. 1.*
Paris. *conſ.131. num.12. volum.1.* cum aliis alleg. per
Gabr. *d. concl.4.n.11.* & per Rot. *diuerſ. d. deciſ. 257.*
num.6. par.1.

70 Secundo dicitur etiam intentatum Saluia-
num Interdictū, si in libello adiecta esset clau-
sula deducens omne remedium, &c. vt in spe-
cie tradit Burs. *conſ.32. num.41. vol.1.* Rolan. *conſil.*
9. num.17. lib.1. quia eo casu intelligitur intenta-
tum remedium aptum, & necessarium *l. ſi ma-*
ter. § eandem, & l. an eandem, § actiones de except.
rei iud. cap. Abbate ſanè, de re iudic. in 6. & tradit
Papien. *in forma libelli actionis realis num.1.* Grat.
conſ.79. nu.12. lib.2. Corn. *conſ.288. ſub num.7. lib.3.*
Rolan. *d. conſ.9. num.16. in fin.* Rot. *diuerſ. deciſ.251.*
num.3. & deciſ.254. n.1. & deciſ.257. nu.1. & num.5.
par.1.

71 Quod confirmatur, quia actor non cogitur
exprimere nomen actionis, sed sufficit factum
narrare, vt per Ias. *in cap. omnium, num.166. Inſtit.*
de act. Afflict. *deciſ.228. in fin.* & per Rot. *diuerſ. d.*
deciſ.256. num.5. & d. deciſ.257. num.4. & latius su-
72 pra deductum est *num.6.* & per Rot. coram Il-
lustrissimo Seraphino, in vna Romana Pecu-
niaria 9. Maij 1594. *in eius lib. impreſſ. deciſ.* 1074.
nu.1. & admittitur iste libellus, Egid. *deciſ.733. n.*
73 1. Rot. *diuerſ. d. deciſ.257. n.1.* quia deducendo o-
mne ius suum, censetur deduxisse eo modo, quo
sibi vtilius foret, vt supra exposui *num.7.* etsi ex-
pressa est actio incompetens, actor obtinere
debet virtute illius clausulæ ex competenti re-
medio, vt per Curt. Iun. *d. conſ.284. n.6. & in d. de-*
ciſ.251. n.4. in fi. & d. deciſ.257. n.5. in fin.

74 Et interpretatio libelli spectat ad libellan-
tem, & est facienda secundum intentionem a-
ctoris *l. ſi quis intentione ambigua, de iudi.* Rip. *in l.*
naturaliter, § nihil commune, nu.134. Rot. *diuer. d.*
75 *deciſ.254. n.8.* & pro validitate actus semper est
facienda interpretatio. *l. quoties, de verb. obl.* Ca-
putaq. *dec.296. par.2. in impr.* & per Rot. *diuer. dec.*
373. n.2. par.1.

76 Et prædicta amplianda sunt procedere, etiāsi
libellus contraria contineret parte opponente,
vt per Rot. *diuerſ. d. deci.251. n.3. par.1.* quod tamē
intellige iuxta declarationes superius in clau-
sula ius iustitiam ministrari deductas.

77 Ceterum si in libello non contraria, sed Sal-
uianum Interdictum cum hypothecaria fuerit
deductum, veluti si dixerit, quod dicta bona cō-
tra quę hoc experitur remedium, erant in bonis
debitoris, & per eum tempore obligationis pos-
sidebantur, vel detinebantur tanquam bona
sua, tunc vtrumque remedium intentatum di-
78 citur, & talis libellus procedit, quia petitorium
potest cumulari cum possessorio adipiscendæ,
cap. paſtoralis de cauſ. poſſeſſ. & propriet. l. cum fun-
79 *dum, § fin. ff. de vi, & vi armat.* & quod talis cu-
mulatio in his duobus remediis fieri possit tra-
dit Castren. *in l. rem alienam nu.10. de pign. act.* &
per Negus. *de pign. in 3. memb. 8. par. ſub nu. 26. verſ.*
ſi autem in libello, & per Menoch. *de adipiſc. poſſeſ.*
d. remed.3. nu.160.

80 Et hoc casu si dominium directum, vel vtile,
vel quasi dominium non fuerit probatum, pro-
ut requiritur, quando agitur contra tertium in
hypothecaria, vt per Soc. Sen. *conſ.112. num.7. lib.*
4. Negus. *de pign. loc. cit. & latius* infra dicetur *in*
2. Inſpect. cap.1. nu.29. & fuerit probatum debito-
rem tempore obligationis possedisse, obtinebit
in Saluiano Interdicto, vt per Negus. *d. n.26. verſ.*
tamen ſi probet. Rot. *diuerſ. deciſ.34. nu.8. par.2.* &
suo loco latius explicabimus.

81 Et similiter etiam si petitorium in libello de-
duxerit, & in conclusione libelli peteret immit-
ti in possessionem, & sic concluderet in posses-
sorio, tunc obtinebit in hoc iudicio, quia con-
clusio attenditur, vt declarat Rip. *in dict. § nihil*
commune, nu.197. Felin. *in cap. ex parte n.1. de teſti-*
bus. Federic. de Sen. *conſ.183. poſt princip.* Alex. *conſ.*
92. num.6. lib.5. Dec. *conſ.28. numer.3.* Contard. *de*
momen. poſſ. quæſt.13. num.33. Pont. *de ſpol. lib.2. ca.5.*
n.29. in fi. Honded. *conſ.22. nu.31. lib.2.*

82 Quod confirmatur ex doctrina Menoch. *de a-*
dipiſ. poſſ. remed.4. n.517. vbi dicitur, quod si prius
fuerit propositum petitorium, deinde ante cō-
clusionem factam in causa super eo proponit
hoc remedium possessorium, hoc in casu admit-
titur cumulatio, ex doctrina Rub. Fab. Fernan-
di, & Rip. per eum alleg. quia hæc iudicia ele-
83 ctione, seu repugnantia non se impediunt, &
ideo admittitur cumulatio iuxta doctrinā Bart.
in l. naturaliter, § nihil commune, num.16. & ibi
Ias. *nu.100. ff. de acquir. poſſ.* Et pro confirmatio-
ne prædictorum adduco decisionem factam
coram Illustrissimo Seraphino in vna Reatina
Molendini Lunæ 26. Iunij 1595. *in eius lib. impr.*
deciſ.1143. num.3. vbi dicitur, quod licet aliud
iudicium pro eadem re fuerit intentatum, et-
84 iam nulliter in vim executorialium contra ter-
tios possessores, non ideo impeditur quo minus
illa via poterit intētare Saluianum, quod datur
contra tertios possessores, Soc. Sen. *conſ.40. n.2. in*
fin. vol.3.

85 Verum hoc vnum notabile aduertendum est,
quod si quis commissionem obtinuerit, vt simul
& semel procedi possit in petitorio, & possesso-
rio, si super possessorio tantum fuerit sententia-
tum, non ideo impeditur executio illius sen-
tentiæ, quò minus in possessionem mittatur, sed
illa commissio remouet solum priuilegium pos-
sessorij, quod facit silere petitorium, *cap. in lit-*
teris de reſtit. ſpol. cap.1. de ſequeſtr. poſſ. Abb. *in cap.*
ad ſedem nu.7. de reſtit. ſpol. & declarauit Rota
coram Illustrissimo Pamphilio in vna Toletana
pecuniar. Lunæ 13. April. 1587. *in calce operis deciſ.*
11. n.2. & fuit confirmatum in vna Cæsaraugust.
parochialis Lunæ 16. Ianuarij 1589. coram R.P.
D. Robusterio *in calce operis dec.12. n.4.*

86 Et in terminis Saluiani Interdicti in quo iu-
dicio fuerat obtenta commissio, vt vnica sen-
tentia petitorium, & possessorium simul ter-
minaretur, & nihilominus cum essent extrema

requisita in Saluiano probata, fuit solum super eo pronunciatum, & decisum iuridicè fieri potuisse, fuit resolutum in vna Interamnen. Sal. Interd. Lun. 14. Nouem. 1611. coram R.P.D. Manzanedo *in fine operu decis. 13. nu. 4. & 5.* & est decis. Rot. *diuers. decis. 34. n. 3. & 4. par. 2.*

87 Et hoc idem operatur, quando ab vtraque parte petitorium, & possessorium simul fuerit intentatum, Nam tũc de quo prius liquet, prius terminari potest *c. 2. de caus. poss. & propriet.* Felin. *in c. suborta in princ.* vbi Innoc. *de re iudic.* Bar. *in l. naturaliter in d. §. nihil commune sub num. 29. de acq. poss.* Contard. *de mon. poss. limit. 2. ratione mixtura, §. 5. nu. 26.* & alios refert Gozad. *cons. 10. num. 23.* quos sequitur Capic. *decis. 88. nu. 6.* Egid. *decis. 506.* & per Rot. coram Illustrissimo Pamphilio in dicta Toletana pecuniaria 13. Aprilis 1587. *in fine operu decis. 11. nu. 1.*

88 Reliqua quæ ad cumulationem petitorij, & possessorij spectant, & quando dicatur petitorium intentatum, vide per Bart. Ias. & latissimè per Rip. *in d. §. nihil commune*, & per Contard. *de mon. poss. limit. 2. ratione natura*, & in terminis, Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. nu. 510. cum pluribus sequentibus.*

S V M M A R I V M.

1 *Petitorium in Iudicio adipiscenda suspendi potest.*
2 *Amplia etiam post publicatas attestationes, si non sit conclusum in causa.*
3 *Amplia etiam si pars super petitorio cognosci consenserit.*
4 *Amplia etiam non obstante commissione obtenta, quod super vtroque cognoscatur.*
5 *Petitorium, si semel fuerit suspensum, & tali suspẽsioni postea renunciatum, si iterum vellet suspendere de stilo Signatura non conceditur, nisi refectis expensis.*
6 *Petitorium, qui suspendere vult non tenetur ad expensas, & quando teneatur, vide remissiuè.*
7 *Possessorium, & petitorium Iudex cognoscere poterit, quando suspendens petitorium in termino, sibi vigore commissionis prafixo, nihil fuit doctum.*
8 *Petitorium potest etiam suspendi in causa appellationis licet in causa principali non possit.*
9 *Petitorium suspensum dicitur per appellationem, & conclusionem in causa factam.*
10 *Petitorij suspensio facta dicitur per actum contrarium.*
11 *Petitorij suspensio subsecuta, proceditur in causa cũ eisdem terminis ante suspensionem seruatis.*
12 *Petitorij suspensio operatur effectum quo ad vtrãque partem.*
13 *Petitorij suspensione subsecuta, dicitur suspensa Iudicis iurisdictio, & si procedatur in causa acta sunt nulla.*
14 *Petitorij suspensione stante non admittuntur testes ad discolorandum titulum, nec ad petitorij probationem.*
15 *Et quatenus testes fuerint examinati, non probant.*
16 *Sententia si feratur durante suspensione, erit ipso iure nulla.*
17 *Quod procedit etiam in Iudicio adipiscenda.*
18 *Possessorio relicto, an possit quis redire ad petitorium.*
19 *Suspensio calumniose petita non admittitur.*
20 *Suspensio non datur post conclusum in causa.*
21 *Limita, nisi Iudici aliter videretur.*
22 *Suspensio non admittitur, quando constat de bono iure in petitorio.*
23 *Exceptio proprietatis obstat iudicio adipiscenda, si fuerit probata, vel in continenti probanda.*
24 *Iudicium huiusmodi cessat statim in continẽti probata proprietate.*
25 *Exceptio, dolo facit, &c. obstat quando in continenti offertur probatio.*
26 *Suspensio non fit, quando agitur de Castro difficilis recuperationis.*
27 *Damnum quando est irreparabile, licitum est Iudici resistere.*
Declara, vt nu. 28.
29 *Petitorij suspensio non obstat tertio venienti ad causam.*
30 *Limitatur secundum Butr. quando ius tertij esset separatum à iure suspendentis.*
31 *Contrarium per Abb. & Felin.*
32 *Concordatur contrarietas, scilicet opinionem Butr. procedere, quando ius tertij aquè principaliter respiceret vtilitatem principalis agentis ratione iuris connexi.*
33 *Concordatur secundò quando possessio prodest tertio ratione conuentionis, & tunc impeditur suspensio, si verò non prodest tertio, tunc non impeditur.*
34 *Declara concordantias, quando ius tertij esset in actis deductum, vel in continenti deduci possit.*
35 *Auctoris declaratio, scilicet quando ius tertij esset in totum exclusiuum iuris agentis.*
36 *Intellige, quando ius sit clarum, & quod ius istud ante conclusum in causa sit deductum, & nu. 37.*
38 *Petitorij suspensio non est admittenda, quando sine periculo scandali fieri non posset, quod intelligẽdum est de graui scandalo, & nu. 39.*
40 *Secundo intelligendum est de scandalo vero, & certo.*
41 *Iudex, quando imminet scandalum, potest ad se possessionem auocare.*
42 *Petitorij suspensio fieri non potest, quando notoriè constaret de non iure suspendentis, & exemplum, vide ibi.*
43 *Dominium probari potest, etiam per aliud Instrumentum publicum, & sic de non iure agentis.*
44 *Notorium inducitur per instrumentum, & facit rẽ manifestam.*
45 *Notorium non inducitur per Instrumentum publicum, quando contra eum aliquid coloratè opponitur, & nu. 46.*
47 *Notorium inducitur per Instrumentum, quando de viribus Instrumenti fuerit discussum.*
48 *Quod procedit in Instrumento habente executionem paratam.*
49 *Notorium inducitur etiam per confessionem partis in iudicio factam.*
50 *Quod intelligendum est, quatenus à parte non impugnetur.*
51 *De non iure constare dicitur per falsi euidentiam.*
52 *Item etiam per sententiam contrariam, nu. 53.*
54 *Auctoris conciliatio, scilicet procedere, quando sententia transitum fecit in iudicatum.*
55 *Sententia effectus dicitur suspensus per appellationem.*
56 *Appellatio reducit causam ad eundem statũ, in quo erat in prima instantia post litem contestatam.*
57 *Contrarium, quod suspenditur effectus, quo ad executionem tantum.*

58 *Replic*

58 *Replicatur, quod pro sententia præsumitur, quando ab ea non est appellatum.*

59 *Sententia non probat sine actis, nisi in antiquis, etiam quod non sit appellatum.*

60 *Sententia instrumentum non probat.*

61 *Nullitas ab eadem parte apponi potest contra sententiam, etiamsi non fecit tra situm in iudicatum, vel nisi pars in ea consenserit.*

62 *Nullitas opponi potest contra sententiam, etiamsi esset appellatum, & appellatio esset deserta.*

63 *Sententia si opponitur contra tertium, verificandum est processus, siue lata sit de recenti, siue non, siue contra præsentem, siue contra absentem.*

64 *Sententia, quæ fecit transitum in iudicatum, probat sine actis.*

65 *Notorium deducitur etiam per Priuilegium, quando contra eum nihil est oppositum.*

66 *De non iure constare nō dicitur, nisi post conclusum in causa, vel quando fuit renunciatum probationibus, & per alios modos expressos, & n.67.*

68 *Notorium dicitur, quicquid in iudicio deductum est, & probatum, scilicet post conclusum in causa, & num.69.*

70 *Notorium inducitur ex actis, quo ad hoc, vt Iudex possit supplere, quo ad illa, sed quo ad definitionem causæ, requireretur, quod sit conclusum in causa, & num.71.*

72 *Contrarium quod etiam ante conclusum in causa, ex probationibus in actis factis inducatur notorium.*

73 *Confessio, & rei euidentia, & probatio facta per testes æquiparantur.*

74 *Confessio reuocari potest ante sententiam, & impugnari.*

75 *Notoria qualitas illa dicitur, quæ prima facie de iure communi est talis, licet subesse possit causa propter quam redderetur falsa.*

76 *Concorda, quod notoria dicatur probatio in se in actis facta, & quicquid in iudicio sit deductum, sed quo ad rem illam super qua inducta est non redditur notoria, nisi post conclusum in causa.*

77 *Notoria iuris præsumptione dicitur probatio in actis facta, sed est commutabilis vsque ad conclusionem in causa.*

78 *Notorium secundum veriorem opinionem non inducitur ex probationibus, nisi post conclusum in causa.*

79 *Notorium est duplex, aliud facti, aliud iuris.*

80 *Notorium quid, & num.81.*

82 *Notorium non inducitur ex actis in materia stricta, veluti in statuto.*

83 *Statutum excludens exceptiones, omnes, non excludit exceptionem notoriam.*

84 *Intellige de exceptione notoria, quæ non habet disputationem.*

85 *Statutum disponens de notorio differt à statuto reiiciente exceptiones.*

86 *Suspensio non admittitur in possessorio natura mixto, quando sine cognitione petitorij definiri non possit, & rationem vide, & nu.87.*

88 *Sententia lata in petitorio in quo fuit plenè de eo cognitum, parit exceptionem rei iudicatæ in possessorio mixto.*

89 *Possessorium mixtum quale sit in hoc casu, & nu. 91. & 94.*

90 *Petitorium habet annexam causam proprietatis.*

92 *Declara procedere, vt ibi, & n.97.*

93 *Interdictū de itinere, actúque priuato, cuius sit vtilitatis, & de tota eius materia, vide ibi remissiuè.*

95 *Matrimonium est probandum, si quis Mulierem exhibere peteret.*

96 *Matrimonium non solum suspenditur, quando quis opposuerit matrimonium esse nullum, quia coniuges sunt in gradu prohibito, sed tollitur omnino possessorium.*

98 *Possessorium mixtum dicitur, vbi probatio tituli requiritur ad iustificandam possessionem.*

99 *Sententia lata in possessorio non facit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, quando damnum est reparabile in alio iudicio petitorio.*

100 *Titulus in hoc iudicio adipiscendæ non requiritur, nisi quando essemus in concursu aliorum creditorum, & probationes essent pares.*

101 *Titulus inducit qualitatem maioris iustificationis.*

102 *Limitatur, quando titulus esset posterior possessione alterius.*

103 *Titulus anterior præfertur, quando probationes sunt æquales, & concurrit cum alio titulo.*

104 *Titulus si fuerit probatus, antiquiorem possessionem melius probare dicitur, cum ex eo titulo possidere præsumatur.*

105 *Causa in quibus titulus ad iustificandam possessionem requiritur.*

106 *Hypotheca præscribitur spatio decem annorum.*

107 *Saluianum cessat sublata hypotheca.*

108 *Exceptio præscriptionis, dicitur exceptio litis finitæ; quod procedit quando sit liquida, n.109.*

110 *Exceptio præscriptionis, etiamsi requireret altiorem indaginem, opponi potest, quando probationes in continenti offeruntur.*

111 *Arbitrio Iudicis relinquitur, quando in continenti quis probare dicatur.*

112 *Et opponenda est in processu, aliàs non valet.*

113 *Possessorium iudicium cessat in casibus in quibus denegatur restitutio possessionis.*

De Suspensione Petitorij.

Cap. IV.

VErum, quia si petitorij, & possessorij cumulatio, vt proximè in præcedenti cap. in fine dictum est, deducta esset, suspensio petitorij fieri potest, ideo aliqua breuiter de illius suspensione summatim deducemus.

1 Potest itaque petitorium in hoc iudicio adipiscendæ possessionis suspendi, *cap. pastoralis*, vbi Abb. *nu.2.* & omnes DD *de caus. possess. & propriet.* & per Lap. *alleg* 97. & latè per Gozad. *cōs.* 10. *n.22* qui de cōmuni attestatur, *sub n.36.* Rot. *in nou. decis.5. sub n.1. de caus. possess. & propriet.* Rot. *diuers. decisio.43. nu.2. par.1.* Caputaq. *decisio.70. in manuscriptis in calce operis decisio.14.* & in alia coram R.P.D. Bubalo in vna Senogalien. prædij 27. Aprilis 1583. *ibid. decisio.15. n.2.* & per Rot. *diuers. decisio.44. n.5. par.1. & decisio.54. n.4. par.2.*

2 Quod primo amplia, etiam si fuerint super petitorio publicatæ attestationes, & super illis esset disputatum, dum tamen non sit cōclusum in causa, vt per Abb. *in d. c. pastoralis nu.3.* Gozad. *d. consil.10. num.20* Card *in Clem. vnica. sub nu.15. versi. & sic conclusum, de restit. spol.* Put *decis.29. n. 3. lib.3. & decis.341. lib.2.*

3 Secundo amplia, etiam si pars consenserit super petitorio cognosci, vt per Gozad. *d. consil.10.*

*numer.*21.& per Rot.*diuerſ. deciſ.9. numer.* 1.*lib.*2.
*par.*3.

Tertio amplia, quod ſi quis commiſſionem
obtinuerit, vt ſuper vtroque procedatur, pote-
rit non ſolum ſemel, ſed etiam pluries in ca-
dem inſtantiã petitorium ſuſpendere, veluti
4 poſt primam ſuſpenſionem, denuo paſſus ſit ſu-
per petitorio cognoſci, vt per Gozad. *dict. conſi.*
10.*num.*24. *verſ.*3. Milis *in ſuo repertorio, verſ. peti-
torium cum poſſeſſorio.* Rot. *in nou. deciſ.*8. *de cauſ.
poſſeſſ. & propriet. & deciſ.*4. *in antiq. eod. tit.* & per
Rot. *diuerſ. d. deciſ.*9. *num.*1. *par.*3. *lib.*2. & prædi-
cta procedunt ante concluſum in cauſa ex ſu-
pradeductis; & latius inferius *limit.*2. declara-
bimus.

5 Verum hoc caſu Pont. *de ſpol. par.* 2. *cap.*6. *ſub
num.*44. *verſ. in eiſque*, ait, quod de ſtilo ſignatu-
ræ ſi quis petit denuo procedi in petitorio re-
iecta ſuſpenſione per ſe facta, eam non obtine-
bit, niſi prius refectis expenſis, in quibus reum
defatigaſſet in iudicio poſſeſſorio, vbi pro hac
parte multos adducit; & quando condemnan-
6 dus ſit in expenſis is qui petitorium ſuſpende-
re vult, vide per Abb. *in dict. cap. paſtoralis, num.*
21. & per Ioann. Andr. *numer.*25.27. & 28. & per
Butr. *nu.*14. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & per Pont.
*de ſpol. loc. cit. num.*54. & per Spec. *de expenſis*, §.3.
*num.*12.

7 Sed ſi poſt factam ſuſpenſionem fuerit ab ad-
uerſario in Signatura obtenta commiſſio, præ-
fixionis termini ad docendum de poſſeſſione,
& terminus fuiſſet præfixus, quo elapſo, ſi nihil
fuerit per ſuſpendentem doctũ circa poſſeſſio-
nem, Iudex vtique poterit in petitorio, & poſ-
ſeſſorio ſimul procedere, vt per Caputaq. *d. de-
ciſ.*322. *par.*2. *per totum.*

8 Quarto amplia, quod poteſt ſuſpendi etiam ſi
in cauſa principali non poſſit, vt puta quia eſ-
ſet concluſum in cauſa, vt per Rot. *in antiq. deci.*
4. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Milis *in ſuo repertorio
verſ. poſſeſſorium cum petitorio*, vbi dicit etiã pro-
cedere in tertia inſtantia, & ex multis tradit Ga-
br. *de reſtit. ſpol. concluſ.*1. *cap.*101. Capic. *deciſ.*35. *nu.*
6. Caputaq. *deciſ.*423. *par.*2. *in impreſſis*, & fuit re-
ſolutum in Rot. coram R.P.D. Bubalo in dict.
Senogalien. prędij, Veneris 26. Aprilis 1583. *in fine
operis deciſ.*15. *nu.*2.

9 Et eſt ratio, quia per appellationem etiã con-
cluſione in cauſa in prima inſtantia facta dici-
tur ſuſpenſa iuriſdictio, Gabr. *conſi.*54. *ſub n.*7. *lib.*
1. vt per Lancell. *de attent. c.*23. *nu.*53. *par.*2. Bero.
*in cap. quoniam contra ſub num.*235. *de probat.* Rot.
*in nou. deciſ.*16. *ſub num.*2. *verſ. non obſtat, de reſtit.
ſpol.* & prædicta procedere intellige in aliis iu-
diciis poſſeſſoriis mixtis, non autem in ſimpli-
ci iudicio Saluiani, ſeu alio ſimplici iudicio
poſſeſſorio non mixto, in quo non eſſet admit-
tenda appellatio, prout *in* 4. *inſpec. cap.*2. dedu-
cemus.

Verum hoc loco notandum eſt, quod ſi
quis petitorium ſuſpendit, licet proteſtetur,
quod à dicta ſuſpenſione ex aliquo tacito actu
recedere non intendit, niſi hoc declarauerit,
tamen ſi poſtea libellum dederit, vel remiſſio-
nem obtinuerit, in qua petitorium cum poſ-
ſeſſorio committi peteretur, tunc per hunc a-
10 ctum contrarium diceretur receſſum à dicta
ſuſpenſione, vt declarat Mil. *in d. repert. verſ. poſ-
ſeſſorio agere*, & latius per Pontan. *de ſpol. d. par.*
2. *cap.*6. *nu.*50. Rot. *in nou. deciſ.*5. *de cauſ. poſſeſſ. &
propriet.*

11 Quinto amplia, quod facta ſuſpenſione, pro-
ceditur in cauſa cum eiſdem terminis ante ſuſ-
penſionem ſeruatis, vt declarat Pontan. *de ſpol.
part.*2. *capitu.*5. *ſub numer.* 28. *verſ. ſuſpenſione au-
tem.*

12 Sexto amplia, quod ſuſpenſio petitorij facta
ab vna parte, operatur effectum etiam quoad
aliam partem non petentem, vt per Rot. *in an-
tiq. deciſi.*12. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Mil. *in ſuo
repertor. verſ. poſſeſſorio agere.* Gozad. *dict. conſi.*10.
*num.*22.

13 Septimo amplia, quod quando facta eſt ſu-
ſpenſio petitorij, eo caſu dicitur nulla etiam ſu-
ſpenſa Iudicis auctoritas, quo ad omnia concer-
nentia petitorium, & eius acceſſoria, ita quod
ſuper ea geſta dicuntur, vt per Soc. Sen. *in l. rem,
quæ nobis ſub nu.*49. *verſ. ſecunda ratio eſt, de acquir.
poſſeſſ.* & per Alexand. *in d. l. naturaliter*, §. *nihil
commune, nu.*44. *de acquir. poſſeſſ.* & per Mil. *loc. cit.
verſ. poſſeſſorio ſimul*, & per Vant. *de null. ex defe-
ctu iuriſdictionis ordinariæ, nu.*139. *verſ. nam ſi Iu-
dex.* Caputaq. *deciſi.*322. *num.*1. *par.*2. *in impreſſ.* &
dixit Rot. coram R.P.D. Comitulo in vna Ro-
mana Vineæ 21. Aprilis 1589. *in calce operis deciſi.*
16. *num.*8.

14 Et hinc videmus, quod ſtante ſuſpenſione pe-
titorij, non admittuntur teſtes ad diſcoloran-
dum titulum, nec ad petitorii probationem, vt
per Put. *deciſi.*76. *par.*2. & *in d. deciſi. coram Comi-
tulo num.*9.

15 Et quatenus durante ſuſpenſione eſſent exa-
minati teſtes, nihil probarent etiam poſt reuo-
cationem ſuſpenſionis inter eaſdem perſonas,
tanquam recepti à Iudice carẽte iuriſdictione,
vt bene per Pont. *de ſpol. d. par.*2. *c.*6. *nu.*52. Gabr.
*conſi.*54. *nu.*7. *vol.*1.

16 Et ſi durante eadem ſuſpenſione ferretur ſen-
tentia, eſſet ipſo iure nulla, vt per Vant. *loc. cit.* &
per Egid. *deciſi.*97.

Nec prædictis obſtat ſi diceretur prædicta
procedere in cauſa ſpolij in odium ſpoliantis.
17 Quia reſpondetur eã procedere in cauſa adi-
piſcendæ poſſeſſionis, in qua ſuſpenſio fieri po-
teſt, vt per text. *in d. c. paſtoralis*, & declarat Go-
zad. *d. conſi.*10. *n.*36. *verſ. nota diligenter.* Caputaq.
*d. deciſi.*70. *in manuſcriptis in fine operis deciſi.*14. &
per Rot. *diuerſ. d. deciſi.*34. *nu.*4. *par.*2. & *deciſ.*201.
*nu.*5. *par.*2.

18 An autem poſſit quis relicto poſſeſſorio re-
dire ad petitorium, vide per Gloſ. *in Clement. v-
nica in verſ. ſpoliantis, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* vbi
Card. *ſub nu.*7. & 24. & per gloſ. vbi Doct. *in d. c.
paſtoralis: verſ. cauſa non deciſa*, & quia hoc du-
bium non ſpectat ad materiam noſtram, cum
ſolum tractetur de proprietate, & in remedio
Saluiano ſolum de poſſeſſione querendum eſt,
vt aliàs deduxi, ideo remiſſiuè de eo mentio-
nem feci.

19 Limita primo, quando ex malignitate, vel
calumnioſè peteretur ſuſpenſio, veluti quia vi-
dens ſe deficere in petitorio, illud ſuſpendere
vellet, & intentare poſſeſſorium, vt declaratur
per tex. *in d. c. paſtoralis per illa verba, ne via frau-
dibus poſſet aperiri*, & ibi ita declarat Abb. *ſub nu.*
35. *verſ. nam duæ rationes.* Mohed. *deciſi.*198. *alias*

14. de

14.de restit.spol. Rot.diuer.decis.118.nu.1.lib.3.par. 5.quando autem calumniosè peti dicatur, arbitrio iudicis relinquitur, vt disponitur in eo.tex. ibi.nam si iudex,&c.Pont.de spol. d. cap.5.sub numer.48.

20 Secundo limita post conclusum in causa, quia tunc non datur suspensio, vt per omnes DD.in d.cap.pastoralis,& per Gozad. consil.10.num.20.& 22.Rot.diuers.d.decis.9.num.1.lib.2. par.3. & decis. 117.lib.5.par.3.Pont.de spol.d.c.6.num.59.& seq. & per Rot. in nou.decis.8.sub n.2.versi.ante tamen de caus.poss.& propriet.

21 Sublimita tamen hanc limitationem, nisi ex iusta causa aliter Iudici videretur, vt per text.in d.c.pastoralis per illa verba, nisi Iudex.qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iusta causa viderit expedire, & declarant ibi DD. vt per Abb. & Butr.Io. And.in princ.& per Pont.de spol.d.c.6.sub nu.48.versi.hac namque suspensio.

22 Tertio limita, quando ita processum esset in petitorio, quod legitimè constaret de bono iure illius, contra quem peteretur suspensio petitorij, quia eo casu diceretur, etiam calumniosè peti, vt declarat Pont.de spol.d.c.6.num.45. & per Rot.diuers.d.decisio.9.lib.2.par.3.ante fin.

23 Et est ratio, quia huic remedio adipiscendæ, obstat exceptio proprietatis statim probata, seu in continenti probanda, vt post Bart. per eum text.tradit Rip.in l.1.n.12.ff.quorum bonorum, vbi dicit locum habere in quocunque possessorio adipiscendæ, & latius in l.si quis alter, §.nihil commune, num.101.de acquir.possess. & per Castr. in l.2.sub numer.3.versic.sed insumpto. C.de edict.diu. Adr.toll.& per Butr.in cap.1.num.24. vbi Abb.nu. 5.de restitut.spol.& per Anchat. consil.146.sub nu. 3.versi.item concludit,& sub num.6. Ang.consil.136. Roland.consil.1 num.25.vol.1.Boer.decis.258.num. 9.Afflict.decis.24.num.4. Egid. decis.36.sub num.1. versic.habet enim locum. Capic.decis.121.numero 28.& in terminis Salu.Interd.tradit Put.deci.233. lib.3.

24 Immo hoc Iudicium cessat statim incōtinenti probata proprietate, seu dominio, vt per Rot. diuers.decis.201.nu.8.par.2.& latius de hac materia in 2.Inspect.cap.2.de except.n.115.& seq.explicabimus, vbi multa alia deducuntur cum limitationibus præsentis conclusionis.

25 Secunda est ratio, quia obstat exceptio dolo facis cum petis, quod statim restiturus es; quando incontinenti offertur probatio, vt per Castr.in d.l.2.nu.3. vbi Alex.& Ang.in princ.C.de edict.diu.Adr.toll. Gozad. d.consil.10.nu.11. qui de communi attestatur,& n.44.& in consi.50.nu.18. in fi.& n.19.versic.& obstat.

26 Quarto limita, quando ageretur de aliquo Castro, seu Fortilitio, quia sunt difficilis recuperationis, & si quis obtineret in possessorio, si postea in petitorio succumberet, non posset ita de facili consequi, vt docet Castr. in d.l.2.in fin. vbi Ias.sub nu.1.in fin.& per Alex.in d.§.nihil commune,n.21.& ibi Rip.n.75. Roland. consil.1. nu.32. lib.1.Gozad. qui de communi attestatur in dict. consil.10.nu.10.Menoch.de adipisc.possess.remed.4. num.887.

27 Immo hoc casu quia damnum est irreparabile, licitum est etiam aduersus Iudicem de facto resistere, cap.non debes 11.q.3.c.non inferenda 24. qu. 4.tradit Rip. loco proximè citato. Felin. in cap.si quando num.2. versi.secundo fallit,de offic.deleg.vbi Dec.nu.3.& omnes DD.

28 Verum quia hæc quarta limitatio aliquales recipit declarationes, ideo intellige eam, vt declarat Gabr. dict.concl.1. num.134.& seq.de restit. spol.

29 Quinto limita in tertio venienti ad causam; quia ei non obstaret talis suspensio petitorij, vt per Butr.in cap.in litteris sub nu.23.& per Abb.ibi sub n.33.de restit.spol.Pont.de spol.d.cap.6.sub n.53. lib.2.Rot.in nou.decis.3.de caus.poss.& propriet. per Rot.Bilignet.decis.7.de restit.spol.

30 Verum hæc limitatio restringitur per Butr.in d.cap.in litteris sub num.23.versic.quandoque procedere, quando ius tertij esset separatum à iure suspendentis, ex doctrina Innoc. in cap.veniens, de spol.

31 Contrarium tamen tenet Abb. in d.c. in litteris sub nu.23. versi.sed aduerte, & in cap.veniens el 2. sub nu.7.vers.quod autem, de testib.& seq. Felin. ibi num.12.

32 Pro concordia prædictarum dicit Rip.in l.naturaliter, §.nihil commune num.80. versic. quid dicendum, quod licet ipse procliuior sit in sententiam Butrij, tamen concordando dici potest, quod aut exceptio tertij respicit æquè principaliter vtilitatem principalis agentis ratione iuris connexi, & tunc procedit opinio Butrij: aut non æquè principaliter,& procedit opinio Abbatis.

33 Secundam adducit concordiam nempe, aut possessio prodest tertio ratione conuentionis, & tunc non impeditur suspensio, aliàs esset parata via fraudibus, si socius socium defendere posset contra l.conuenire de pact. aut non prodest tertio illa possessio, & tunc eius oppositio impedit suspensionem,& hoc sentit Gabr.de restit.spol.concl.1.num.47.

34 Verum prædicta procedere intellige, si ius tertij esset in actis deductum, vel in continenti deduci posset, aliàs non, vt per Gabr. loco citato n.46.Rot.diuers.decis. 201.n.2.par.2.

35 Ego autem distinctiones prædictas locum vendicare posse censeo, quando ius tertij esset in totum ipso iure exclusiuum iuris agentis, & tunc impediret processum possessorium, aliàs non, ex doctrina Bal. in l.si alienum in princ. vbi latè per Alexan.sub nu.8.in fi.ff.solut.matr. & per Soc.in l.2.sub num.6. ff. except. rei iud. post Bart. in l.his consequenter.§.sed an.n.1.fam.ercisc.& clarè per Imol.d.l.si alienum nu.1.

36 Secundo requiritur quod illud ius sit clarum, vt per Alex.d.l.si alienum, num.10.Rot. diuers.decisio.64.numer.16.par.1. & in decisio.201.numer.2. par.2.

37 Tertio requiritur quod ante conclusionem in causa sit illud ius in iudicio deductum, vt supra dictum est, & in terminis adipiscendæ possessionis tradit Rot. diuers. d.decisio.201. sub num.5. par.2.

38 Sexto fallit ratione scandali, nam quando sine scandalo suspensio fieri non posset, tunc non est admittenda, vt per Butt. in c.ex parte sub nu.33.de restit.spol. vbi ponit exemplum quando Abbas ageret ad recuperationem Monachi cōtra Monasterium alterius professionis, vt per Felin. in

cap. nihil cum scandalo nu.3. de Praescript. Gozad. *d. consil.10.n.9.& 42.in fi.* & alios refert Gabr. *d. conclu.1.n.148.de restit.spol.*

39 Quod tamen intellige de graui scandalo, non autem de leui, vt tradit Rip. *d. §. nihil commune n.76.in fi.* per ea quæ tradita sunt per Curt. Sen. *consil.66.*

40 Secundo intellige de scandalo vero, & certo, secus si esset dubium, vt per Ruin. *consil.37.sub n.3.versic. non obstat etiam lib.4.* Gabr. *loco citato num.149.*

41 Et potest Iudex hoc casu possessionem ad se auocare, quousque cognoscat, cui competat, vt per Gozad. *loco citato.*

42 Septimo limita quando notoriè constaret de non iure suspendentis, veluti si quis diceret aduersarium non esse immittendum in possessionem, & ostenderet testamentum publicum, ex quo constaret testamentum primum esse reuocatum, in quo erat suspendens heres institutus, & in secundo testamento appareret ipsum fuisse hæredem institutum, vt per Gozad. *d. consil.10.nu.26.*

43 Posset etiam per aliud Instrumentum publicum docere de suo dominio, & sic de non iure aduersarij, vt declarat Dec. *consil.203.n.24.* Paris. *consi.112.sub nu.61.vol.2.* Soc. Sen. *consi.87. sub nu.23. vers. sed tamen hn vol.3.* Grat. *consi.76.n.13.& 14.lib.2.* Capic. *decis.177.sub nu.5.* Rot. *in non. decis.16.sub nu.11.de restit.spol.*

44 Quia per Instrumẽtum inducitur notorium, & facit rem manifestam, vt per Bald. *in l. Imperator sub n.2.circa med.& in l. qui semel n.25.C. quomodo, & quando Index.* Dec. *consi.423.n.10.* & latius infra *c.7.n.15.* est deductum; & licet omnes Doct. simpliciter ita pertranseant.

45 Tamen hoc ita procedere intelligendum est, quatenus contra dictum Instrumẽtum aliquid coloratè, vel probabile non sit oppositum, aliàs non, vt ex doctrina Dec. *in cap. licet causam num.11.de probat.* Egid. *decis.404.* Rot. *diuers. decis.520.*

46 *num.5.par.1.* vbi habetur quod Instrumentum publicum non inducit notorium, quando (vt dixi) aliquid coloratè contra eum opponitur, vt in hoc casu requiritur notorium, vt deductum est, & alia deducit Contard. *de mom. poss. limit.9. ratione notoria iniustitiæ, nu.28.* Rimin. Iun. *consil.69.nu.24.lib.1.* Senat. Pedem. *decis.129.num.7.* qui multos allegat.

47 Et pro prædictis faciunt tradita per Natt. *consi.51. nu.19.* vbi dicit quod Instrumentum inducit notorium, postquam de viribus Instrumenti fuerit inter partes discussum, & conclusio causæ secuta sit, nam aliàs multa contra Instrumentum obiici possunt, ideo non dicitur ante facere rem manifestam, & fuit doctrina Imol. *in l.1.num.8 ff. de oper. non. nunc.* & per Ceph. *cons.241.nu.34.lib.2.*

48 Secundo intellige de Instrumento habente executionem paratam, veluti si esset cum obligatione Camerali, vel cum guarentigia, etiam si à parte contra dictum Instrumẽtum fuisset oppositum, quia habet executionem paratam, aliàs non inducit notorium, vt per Aret. *in d. §. nihil commune n.28.* & ita sentire videtur Gabr. *in d. conclu.1.nu.80.de restit.spol.*

49 Insuper etiam ad hunc effectum notoriè constare diceretur per confessionem partis in iudicio factam, vt per Felin. *in cap. significarunt num.4. versi. ergo sicut, de test.* & per Butr. *in cap. constitutus n.9.de fil. presb.* & per Corn. *consi.44. num.2. lib.1.* Gabr. *de restit. spol. d. concl.1. num.102.* & per Contard. *de mom. poss. limit. 1. ratione damni irreparabilis num.78.* Rot. *in non. decision.17. numer.2. de restitu. spol.* & per Rot. *diuers. decisio.153. num.8. par.1.*

Nam per confessionem in actis factam inducitur notorium, vt per Bald. *in l. properandum sub num.10.C. de Iud.* Aret. *consi.68. ante fin.* Grammat. *decis.36.num.38.* Afflict. *decisio.126. n.4.& 572.* & per Contard. *d. limit.9.num.28.* vbi dicit præ-
50 dicta intelligenda esse cum eadem declaratione, prout de Instrumento dictum est, quatenus talis confessio non impugnetur, ex doctrina Abb. *in cap. ex parte n.8.de verb. signific.* & per Felin. *in d. cap. significarunt nu.4.*

51 Similiter etiam de non iure constare dicitur per facti euidentiam, vt est *in cap. ad decimas in versi. præsumitur de restit. spol. in 6.* & per Butr. *in d. cap. constitutus num.9.* Abb. *in dict. cap. in litteris num.29.de restit. spoliat.* & de communi attestatur ibi Bero. *num.76.versi. corroboratur.* Gabr. *d. conclusion.1.num.102. de restit. spol.* Imol. *in d.l.1.sub num.8.*

52 Rursus etiam per sententiam de non iure petentis constare dicitur, vt per DD. omnes *in d. §. nihil commune.* vbi Rip. *num.35.* & communem dicit *num.40.* Gozad. *consi.50.sub num.19.* Afflict. *decisio.303. num.1,* & alios infinitos refert Gabr. *dict. conclu.1.num.87.* Rot. *in non. decision.17.sub numer.2.de restit. spol.* Cæsar de Crass. *decision.145. alias 1. de loc.& conduct. num.7.* & per Rot. *in non. decision.3. num.7. versicul. notorietatem, de restitut. spol.*

53 In contrarium tamen adsunt aliqui quos refert idem Gabr. *loc. cit. num.88.* vbi affirmat priorem sententiam esse magis communem, & ad contrarium respondet Rip. *d. §. nihil commune n.36.& 37.*

54 Tamen cogita quia prædicta procedere videntur, quando sententia in petitorio lata, fecerit transitum in iudicatum, pro vt in his terminis loquitur Bero. *in d. cap. in litteris sub num.43. versi.2. quia, de restit. spol.* & per Imol. *in l.1. num.8.ff. de oper. non. nunc.* & Soc. Sen. *consi.69.nu.4.vol.3.* Ias. *in consil.9.sub num.1.versic. item cum lib.3.* &
* fuit receptum in Rot. in vna Cæsaraugustana Parochialis coram R. P. D. Robusterio Lunæ 16. Ianuarij 1589. *in fine operis decision.12. numero 8.*

55 Quia aut à dicta sententia fuit appellatum & sine dubio illius vigore effectus dictæ sententiæ fuit suspensus, *cap. venientes de iur. iuran. l. vnica §. integer. ff. nihil inno. appell. pend.* & pro ea non præsumitur, vt tradit Bero. *in cap. quoniam contra sub nu.235. versi. pro ista de probat.* Lancell. *de attent. ca.24.n.53.* Rot. *in non. decis.2.sub n.1.vers. sed quia fuit, de restit. in integr.& decisio.16.sub nu.2.prope fin. de restit. spol.*

Et hoc casu constat, quod ex dicta sententia notorium induci non potest, cum effectus illius sit suspensus per appellationem, per quam re-
56 ducitur causa ad eundem statum in quo erat in prima instantia post litem contestatam, *l. ita demum,* vbi Bart. *in princ.* & Bald. & ceteri DD. *C. de procur.* Marant. *in sua prax. in 4. par.6. distinct. num.25.*

n.15.tradit.Rom.consi.381.n.2.& ibi Mand.in addit. Aym.cons.220.n.6. Cappell.Tolos. quæst. 280. num.1.

57 Quibus non aduersatur si diceretur, quod effectus suspenditur quo ad illius executionem, vt in d.c.venientes, & in d.§.integer, non autem quo ad probationem, quia pro ea præsumitur, vt per gloss.& Doct.in c.quoniam contra de probat. Dec.consi.341.n.12. Capic decisio.16.n.1.Rot.diuers. decis.336.n.1.par.1.

58 Quia replicatur prædicta locum habere posse, si à sententia non esset appellatum, vt per Rom.consil.334.n.8.Grat.consi.40.n.24. lib.2. & alios refert Gabr.de sent.concl.4.nu.31.versi.vt præsumatur.Gramm.decis.24.n.5.& seq. Cassad.decis. vnica num.2.de præsumpt.

59 Si verò ab ea non fuit appellatum, nec etiam probat, nisi producto etiam illius processu, dum tamen non versemur in antiquis, vt per Alex. in cons.200.num.11.lib.2.Gabr.cons.43.nu.37. vol.1. Cassad.decis.3.nu.3. de procur.& decis.vnica num 1. de præsumpt.Mohed.decis.319. alias 11. de sent. &
60 re iudic.Rot.diuers.decisio.704.nu.2.par.1.nam solum Instrumentum sententiæ non probaret, vt per Gabr.loco citato.

Vnde dicitur quod si sententia producitur
61 contra eandem personam,& non fecerit transitum in iudicatũ, poterit super validitate processus disputari,nisi denuo fuerit tacitè per partes in ea consensum,vt per Egid. decis.712.in fin.
62 imo etiam si esset appellatum, & appellatio esset deserta, adhuc etiã posset dici de nullitate processus,vt per Alex.in cons.200.n.11. & 12.lib.2. & per Bald. in l.1.n.11.in fin.C. quando prou. non est necess.

63 Si verò contra alium, cum quo non fuit agitatum,& tunc dicitur nouum Iudicium, & verificandus est processus, & ei non obstat dicta sententia,vt per Egid. loco citato, & per Doct.omnes in l.à Diuo Pio,§.si super rebus,de re iudic.

64 Sententia verò,quę fecit transitum in iudicatum probat,etiam sine actis, & sine processu,& pro ea præsumitur, tam pro rectitudine, quàm pro rititudine processus, vt per Felin.in cap.quoniam contra num.31. de prob. qui de communi attestatur, quod procedere dicit si sententia lata sit de recenti, siue non, siue contra præsentem, siue contra absentem.& per Bero.ibid.nu.236.& per Rom.consil.234.nu.8, & de magis communi attestatur Gabr.d.concl.4.nu.34. & iuxta doctrinam Felin. aliàs iudicauit Rot. vt per Caputaq.
* decis.380.par.1.in manuscript.in calce operis decisio. 18. in princip. ex quibus colligitur, quod hæc conclusio ad hunc casum restringenda videtur.

65 Deducitur etiam notorium per Priuilegium, vt per Abb.in cap.licet causam, nu.21. & ibi Butr. & per Felin.nu.10.de probat.& idem Abb.in cap. inter,num.21.de re iudic.& per Contard. in d.l. vnica,limit.9.n.3.cum ibi alleg.vbi dicit hoc procedere, quando nihil contra eum fuerit oppositum,& hoc idem confirmat Dec.in d.c.licet causam,sub num.10.

66 Nec prædictis obstare dicitur Rot.diuers.in d. decis.9.n.3.lib.2.par.3.& per Rot.diuers. decis.117. num.2.lib.3.par 3. vbi habetur, quod non dicitur constare de non iure, nisi post conclusum in causa,vel si probationibus fuerit renunciatum, quasi si non esset renunciatum probationibus, non dicatur constare de non iure.

67 Quia respondetur, quod in dd. decisionibus hoc dicitur, ad ostendendum, quod per illos actus notorios dicitur constare de non iure, non autem, quod alia notoria supra relata, non dicatur constare etiam de non iure, cum dicta notoria ex Doctorum auctoritatibus & decisionibus Rotalibus satis probata, & verificata dicantur, sed illud intelligendum est ad differentiam aliarum probationum,quæ in actis deducuntur, ex quibus non resultat notorium, vt declarat Gabr. d.concl.1.n.112. quasi exempli gratia illud dictum sit.

68 Sed contra prædicta obstare videtur, quia quidquid in iudicio probatum est, notorium esse dicitur. vt per Innoc. in cap. de insinuatione in fine,vbi latè per Dec.num.7. qui multos alleg. de appell.& per Butr.in cap.fi. in 6. notab. de temp. ord.Rom.cons.227.sub nu.3.versi.nunc si acta. Dec. consi.191.n.9.versi Quartò facit.Abb.cons.12.n.3.lib. 2.Gramm. decisio.36.n.37.

Et quia variæ sunt Doctorũ opiniones,quando dicatur inductum notorium ex actis.& probationibus factis, ideo necesse est, vt de eis aliqualem faciam mentionem, vt clarior veritas appareat. Nam aliqui dicunt probationes in a-
69 ctis factas, non inducere probationem notoriam,nisi post conclusum in causa,vt per Innoc. in cap.significarunt.sub n.3.versi.liquere,vbi Bald. num.2.de test.& latè ibi per Felin. num.3. qui varias deducit opiniones,& per Dec. d.cap.ex insinuatione sub num.7.vers.sed quoad decisionem causæ, de appellation. Ias. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, num.43.de pact.Abb.in d.consil.12.num.3. lib.2. & hanc partem sequitur Contard. d.limit.9. nu.23. Rot.diuers.dict.decisio.9.num.3.par.3. lib.2. & per Rot.in nou.d.decis.16.sub num.2. nam non dicitur liquidè constare, nisi post conclusum, & per Rot.diuers.d.decisio. 117. lib.3.par.3. Put. decisio. 184.num.6.lib.2. & est ratio secundum Præposit.
70 in d.cap.ex insinuatione in fin. quia acta faciunt notorium, quo ad hoc, vt Iudex possit supplere circa illa, quæ consistunt in actis, & ita per Castr.in d.l.si vnus,§.pactus ne peteret, sub num.12.
71 versi.vnde; quo ad definitionem negocij necesse est, vt sit conclusum in causa, vt acta faciant notorium, quia ante conclusum in causa, pars potest contrarium in actis probare, & declarat Imol. dict.l.2.sub numer.8.de oper.nou.nunc. & per Decian.in dict.cap.ex insinuatione sub num. 7.in fin.

72 Contrariam verò sententiam,quod etiam ante conclusum in causa ex probationibus in actis factis inductum sit notorium, tenet Felin. in d. cap.significarunt,num.4.& per Soc.Sen. consil.96. num 15.volum.4.qui hanc magis communem dicit, & ambo pro eorum opinione adducunt Ant.de Butr.in cap.fin.num.3.& de ord.iud. Imol. in cap.ex tenore.de rescript.Ioan.Andr.in addit.ad Speculat.in §.dicto versi.dixi ante fin. de except. Ancet.in dict.cap.significarunt. Abb.in cap.olim, num. tertio,de verbor.significat. Bartol. in l.fin. numero 3.de publ.Ind. & de magis communi attestatur Aym.consi.248.sub n.5.versic.2.respondeo, & idem affirmat Contard.in d.l. vnica limit.9. n.25. & alios,quàm plures adducit Mascard.de prob.concl. 1102.n.23.& pro hac parte Felin.in d.c.significarũt

sub num.4. dicit quod confessio,& tei euidentia,
& ptobatio facta per testes æquiparantur,*vt in*
d.cap.cum olim, & declarat ibi Abb. *in princip.*
73 Vnde cum notorium dicatur omne illud,quod
ex sola confessione,& tei euidentia appatet,et-
iam ante conclusum in causa, vt omnes faten-
tur, & tamen confessio potest reuocari ante
74 sententiam, & impugnari, *cap.fin.de confess.* ita
etiam in probatione testium, & Instrumento-
75 rum,insuper etiam dicit,quod illa qualitas di-
citur notoria, quæ prima facie de iure commu-
ni est talis,licet possit subesse causa propter quã
redderetur falsa *l.quoties*,& ibi per Bart. *ff. si quis*
*caution.*cum aliis ibi per eum alleg.

Et idem Felin. *loco citato* reiiciendo primam
opinionem dicit, quod non est bona ratio te-
nentium primam opinionem,scilicet quod pos-
sunt produci alia denuo, & contratium proba-
re,&sic ante conclusum in causa non est dicen-
dum esse inductum notorium.

Quia cùm probatio est facta in actis,nõ ideo
restat, quin non dicatur notoria ex eo quod
contra eam contrarium probari possit, quia se-
queretur, quod confessio facta in actis non in-
duceret notorium eo quia potest reuocari, si
quidem contrarium sit veritas, vt latè supra
numero 49.& sequent. deductum est, nisi impu-
gnetur,vt per Bald. *in l.properandum sub num.*10.
C.de Iud. Aretin.*consil.68.ante fin.* Contard.*d.li-*
mit.9.numero 28.Afflict.*decis.136.numero* 4.*& de-*
*cis.*372.

Vnde pro concordia harum contrarietatum
dicitur,pro vt declarat Abb. *in d.cap. cum olim,*
76 *sub num.3.* quod probatio in iudicio facta red-
ditur quantum in se notoria, quia quidquid in
iudicio deductum est dicitur notorium, vt per
Innoc.*in d.cap.ex insinuatione in fin.* vbi latè per
Dec.*num.7. de appellat.*Sur d.*consi.61. num.23.lib.1.*
cum aliis supra proximè *num.68.* deductis, sed
quo ad rem illam super qua inducta est non
redditur notoria nisi post conclusum in causa,
&hanc distinctionem sequitur Felin.*in d.cap.si-*
*gnificarunt sub nu.4.prope fin.*Natt.*consi.51.lib.1.nu.*
20.Soc.Sen.*d.consi.96.nu.15.in fin.* & hanc magis
communem attestatur Constan. *in d.l. vnica li-*
mit.9.nu.25.

Secundo modo declarat Abb.*in d.ca.cum olim*
*sub num.3.*quod eo ipso quod probatio est facta
77 in actis, reddit rem notoriam præsumptione
iuris, quia non præsumitur reuocatio, seu con-
traria probatio, quia facta non præsumuntur,
sed ista notorietas est commutabilis vsque ad
conclusionem in causa.
78 Verum primam opinionem veriorem esse exi-
stimo, nempe, notorium non posse induci ex
probationibus in causa factis, nisi post conclu-
sum in causa, quia notorium duplex est: aliud
79 facti, aliud iuris, de quo nos loquimur; noto-
rium iuris, est dispositio iuris, sic sui euidentia
demonstrata, quod non potest vlla tergiuersa-
tione negari, vt per Salic. *in l.ex quidem num.63.*
C.de accusat.& inscript. & Archid. *in cap.Romana*
sub numerum octauum, versi.notorio de appellat. di-
80 cit,notorium esse cuius dissimulationi non sit
locus,& per Paris.*consil.1.sub num.34.versi.ex qui-*
bus lib.1. vbi dicit quod verè notorium dicitur,
quod non potest tergiuersari. Ant. de Butt. *de*
*notorio art.2.in princ.*ait notoriam esse probatio-
nem indubitatam, & finitam nulla discussionẽ
egentem.Sebast.Medic.*de definit.in 6.definit.n.1.*
per eadem verba idem affirmat,ex quibus clarè
colligitur, quod si aliquid contrarium probari
81 potest quod non dicitur notorium, cùm non
esset probatio indubitata,& finita,iuxta doctri-
nam Præposit.*in d.cap. ex insinuatione in fin.* vbi
dicit quod cum ante conclusum in causa con-
trarium probari potest; non potest dici noto-
rium inductum, & pro hac opinione faciunt
omnia tradita supra pro hac parte.
82 Limitatur etiam contraria non procedere in
materia stricta, veluti in statuto disponente de
notorio, quia tunc veniunt quæ colliguntur ex
actis,vt per Abb.*in cap.dudum el 1.num.7.de elect.*
Dec.*in dict.cap.ex insinuatione num.7.in fin.de ap-*
pellat.

Sed aduertendum est quod licet statutum
excludat omnes exceptiones,non tamen exclu-
83 dit exceptionem notoriam,vt per Abb.*in consi.*
44.*sub num.3.versi.item in dicto, lib.1.* Cald. *consil.*
8.*in fin.de re iud.* Alex. *consil.113 num.13.versic.item*
illa lib.3. Dec. *in cap. ex parte sub num.5.ante fin.*
versi.& ista limitatio de appell. vbi multos addu-
cit,Contard.*de mom.poss.d.limit.9. num.33.* quod
84 intelligendum est de exceptione notoria,quæ
non habeat disputationem vt declarat Dec. *in*
dict.cap.ex parte sub num.5. in fine versic.& ista li-
mitatio, & per Contard.*in d.l. vnica loco proximè*
citato.
85 Differt enim,quod statutum disponat de no-
torio,vel quod reiiciat exceptiones;nam in pri-
mo casu non comprehendit notorium iuris, de
quo dispositum est,sed tantum de notorio facti
intelligendum est,vt declarat Abb. *in d.cap. du-*
*dum,num.*7.sed quando loquitur de exceptione,
tunc nõ excludit notorias, vt per eundem Abb.
in d.cons.94.loco citato cum alijs alleg.
86 Octauo limita principalem conclusionem vt
suspensio non admittatur in iudiciis possesso-
riis natura mixtis, quando sunt adeo ad inui-
cem connexi, vt definiri nequeat possessorium,
sine cognitione petitorij.vt per Bellam. *in cap.*
pastoralis in 5.quæst.principali de cau.possess.& pro-
priet.& per Abb.post sua consilia *in 4. quæst.nu.*
8.*versi.ad quartum,*&per Rub. Alexand.*cons.167.*
*num.2.*Contard.*de mom.poss.limit.2.§.8.n.9.* Pon-
tan.*de spol.d.cap.6.n.51.versi.licet posset,*& ex infra
dicendis.

Et ratio est, quia in his casibus per vnicam
sententiam causa proprietatis, & possessionis
87 terminatur, & totum resoluitur negotium, &
obstat victo exceptio rei iudicatæ volenti po-
stea agere petitorio *l.1.§.fin.ff.de aqua quotidian.*
*& æstiu.*per Rip.*in d. §.nihil commune n.103 in fin.*
qui de communi attestatur,vbi etiam Alex.*nu.*
76.Soc.Iun.*cons.182.nu.7.lib.2.* & per Grat. *consil.*
139.*nu.13.lib.1.*& alios refert Contard.*in d.limit.2.*
§.8.num.1.
88 Et è contra sententia absolutoria lata in peti-
torio huius iudicij,parit exceptionem rei iudi-
catæ in possessorio,vt per eundem Contard.*loco*
*citato nu.12.*verum hanc conclusionem declara,
& distingue vt per Menoch. *de retinend. poss.re-*
med.5.num.124.

Sed quia nonnulli Doctores in principio hu-
ius limitationis allegati, malè exemplificarunt,
deducendo casus in quibus suspensio admit-
tenda

tenda esset; Ideo pro clariori intelligentia di-
89 cendum est, quod possessorium mixtum dicitur ad hanc effectum, vt suspensio non detur, veluti in interdicto aquæ ducendæ de flumine publico, vel de Castello, vt per glos. *in l.1. §. quæd. in*
90 *versi. priuato, de interdict.* quia istud possessorium habet causam proprietatis annexam, cum non competat nisi probanti se habere proprietatem & ius ducendi aquam, vt per Soc. Iun. *d. consi.* 82. *num.* 10. & per Grat. *d. consi.* 159. *num.* 12. & latius per Contard. *de man. poss. limit.* 2. §. 7. *num.* 29. *cum pluribus seqq.*
91 Aliud est exemplum de itinere, actuq. priuato, nam si quis vellet reficere locum per quem haberet seruitutem viæ, vel itineris, si ab aduersario prohiberetur; non sufficit probare se esse in possessione illius seruitutis, sed necesse est probare habere ius illius seruitutis, *l.* 3. §. *fieri autem oportet de itin. actuque priuat.* & per glos. *in d. §. quædam*, & tradit Rip. *loco citato num.* 105. *in fin.* Abb. *in d. cap. pastoralis num.* 18. Guid. Pap. *sing.* 356 Rub. Alex. *d. consi.* 167. *sub num.* 2. *vers. hinc est*, & per Soc. Iun. *d. consi.* 182. *num.* 2. & per Contard. *loco proximè citato num.* 21. & per Menoch. *de retinen. poss. remed.* 5. *num.* 99. vbi dicit necesse esse probare etiam vsum illius anni, quia potest esse quod alius sit in ea possessione.
92 Verum prædicta intelligenda sunt, quando tractatur de reficiendo viam, quia tunc necesse est, probare dominium, secus quando quis vellet vti, vt prius vtebatur, quia tunc necesse est solum probare vsum præcedentem, ita declarat Guid. Pap. *d. sing.* 256. *ante fin.* & tenet Abb. *d. cap. pastoralis num.* 18. Rip. *in d. §. nihil commune n.* 41. Contard. *d. limit.* 2. §. 7. *sub num.* 23.
93 Cuius autem vtilitatis sit hoc interdictum de itinere reficiendo, & cui spectet & an danda sit cautio de damno infecto, & quid veniat in hac significatione reficiendi, & quando dicatur reficere, vel de nouo facere, & an competat successoribus, & an intentans remedium possessorium huius Interdicti, possit postea agere in petitorio, & de hac denique materia vide per Menoch. *de retinen. poss. d. remed.* 5. *à numer.* 95. *vsq. ad fin eius.*
94 Exemplificatur etiam in interdictis, quæ de locis sacris, & religiosis inferuntur, quæ similiter, quasi causam proprietatis continent, veluti de mortuo inferendo, sepulcro ædificando, & similia iuxta tex. *in l.* 2. *in princ.* §. *quædam ff. de interdict.* quia necesse est, in istis casibus deducere petitorium, & docere de titulo, & sic dicitur mixtum, vt per Guid. Pap. *d. sing.* 256. & per Abb. *d. quæst.* 4. *num.* 8. *in fin.* & per Contard. *loco citato num.* 25.
95 Insuper exemplificatur *in d. §. quædam* quando quis suam vxorem exhiberi peteret, quia necesse est probare de titulo, & sic de matrimonio carnali, vt per Milis *in suo repert. vers. in possessorio agens in c. causa matrimoniali*, & latè per Contard. *loco citato num.* 26. *& seq.* & per Cassad. *decis.* 4. *sub nu.* 3. *vers. & ita, vt lit. pendent.*
96 Imo si in tali causa opponeretur Matrimoniam esse nullum, quia coniuges sunt in gradu prohibito, & probationes in continenti offerentur, tunc non solum suspenditur, sed omnino tollitur possessorium propter periculum animæ, vt ex infinitis tradit Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 150.

de restit. spol. & per Rip. *in d. §. nihil commune numer.* 83. vbi ponit sex exceptiones quæ competunt contra petentem restitutionem vxoris, *vt ibi nu.* 14.
97 Verùm prædicta quo ad suspensionem petitorij intellige in casibus in quibus plenè fuit de proprietate cognitum; & in eo casu, quando vna sententia parit exceptionem rei iudicatæ, in alia, aliàs non, vt per Rip. *in d. §. nihil commune sub num.* 103. *in fin.* & ibi per Alex. *num.* 76. vbi ait prædicta procedere, vbi possessorium sapit principaliter causam proprietatis, & hanc distinctionem sequitur Menoch. *de retinend. possess. d. rem.* 5. *num.* 115. *&* 125. licet ponat distinctionem, quæ finaliter in hoc concludit, quod quando principaliter de dominio fuit cognitum, tunc parit exceptionem rei iudicatæ in alia, licèt secus sit quando incidenter dominium in eo iudicio deducitur, vt per Menoch. *loco citato num.* 119. & idem affirmat Contard. *d. limit.* 2. §. 8. *num.* 15. *&* 16. Rip. *in d. §. nihil commune num.* 155. *versi. fetus.*
98 Minus etiam procedit in possessorijs mixtis, in quibus probatio tituli requiritur ad iustificandam possessionem, quia eo casu iudicium nihilominus dicitur merè possessorium. & suspēsio fieri poterit vt per Rip. *loco citato sub num.* 155. *versi. ex qua declaratione*, & sequitur Contard. *d. limit.* 2. § 8. *num.* 19. quia tunc non dicitur continere causam proprietatis, Cassad. *decis.* 4. *sub n.* 3. *versi quoniam sufficit vt lit. pend.* Egid. *decis.* 50. *& decis.* 99. *in princ.*
99 Et in casu si damnum aliquod inferretur, & esset reparabile in alio iudicio, hoc casu sententia lata in possessorio nō parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, vt per Contard. *in d. limit.* 2. *sub nu.* 19. *in fine.*
100 Et regulariter in hoc iudicio adipiscendæ non requiritur titulus, vt aliàs fuit deductum, nisi quando essemus in concursu plurium possessorum, & probationes essent pares, quia tunc præfertur qui habet titulum, iuxta doctrinam Bart. *in l. si duo sub num.* 4. *versi. sed si vterq. ff. vti poss.* & latè per Felin. *in cap. licet causam sub num.* 9. *versi.* 4. *causa*, vbi Dec. *sub num.* 9. Bero. *num.* 55. *de probat.* Rimin. Sen. *consi.* 119. *num.* 36. *lib.* 2. & de communi Ferret. *consi.* 1. *num.* 13. infinitos congerit Menoch. *de retin. poss. remed.* 3. *num.* 733. qui etiam de communi attestatur Ioseph. Lud. *concl.* 71. *versi. si vero probant*, & per Rip. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune numero* 100. *de acquir. poss.* Rot. *diuers. decisi.* 27. *num.* 12. *& decisi.* 595. *numer.* 5. *par.* 1.
101 Quia titulus inducit quandam qualitatem maioris iustificationis, quæ cum alia æqualia sint præponderare debet, vt per Egid. *d. cap. licet causam quæst.* 9. *prope fi. sub n.* 75. & per Rot. *diuers. in decisi.* 27. *num.* 12. *in fin. par.* 1.
102 Hoc tamen limitatur quando titulus esset posterior possessione alterius, quia tunc titulus attenditur stante possessione antiquiori alterius partis, vt per Dec. *in consi.* 302. *sub nu.* 7. *versi. & ista conclusio* & per Ruin. *consi.* 53. *sub num.* 14. *versi. & vbi etiam lib.* 4. Gozad. *consi.* 86. *numer.* 19. Alex. *consi.* 88. *num.* 12. *lib.* 5. *versi. plus dicit.* Roland. *consi.* 9. *num.* 36. *lib.* 3. Menoch. *de retin. poss. remed.* 3. *numero* 728. & per Rot. *diuers. d. decisi.* 27. *num.* 9. *par.* 1.

B 4

103 Nam cùm ambæ probationes sunt æquales, & titulum deducunt & probant, tunc præfertur qui anteriorem titulum probauit, vt per Rip. *in d.l.naturaliter.§. nihil commune sub nume.* 100.& Bero. *in d.cap.licet causam sub numer.* 55.& 51. *versi. septima conclusio. de probat.*& per Menoch. *d.remed.3.num.*736.& est ratio, quia in pari causa præfertur qui meliorem titulum pro-
104 bauit, nam probans titulum antiquiorem, melius probare dicitur *l.quoties.C.de rei vend.* secunda est ratio, quia is, qui antiquiorem titulum probauit, præsumitur etiam in dubio antiquiorem possessionem probasse, cũ ea habuisse præsumatur ratione sui tituli probati, vt declarat Menoch. *d.remed.3.n.736.versi.ea ratione.*

105 Causæ autem in quibus titulus ad iustificandam possessionem deducuntur sunt istæ, videlicet causa beneficialis, causa Iurisdictionis, causa feudi, causa resignationis, causa officij Cancellariæ, causa census, & causa seruitutis personalis, in quibus licet titulus deduci aliquando necesse sit, non tamen illud iudicium desinit esse merè possessorium, & damnum in eo illatum potest reparari in iudicio petitorij, de quibus singulis causis vide per Contard. *in d. limit.2.ratione mixturæ §.8.à num.14.vsq.ad fin.* vbi de singulis tractat, & à contrarietatibus defendit, & dilucidat.

106 Nono limita, quando contra suspendentem possessorium objiceretur præscriptio decem annorum, quia tunc non potest petere immissionem, cum per spatium decem annorum præscribatur hypotheca *l.1.& 2.C.si aduersus creditorem.* Paris. *consi.10.num.2.lib.1.* qui de communi attestator. Roland. *consi.79 numer.7.& 8.lib.1.* & declarauit Rota coram R.P.D. Coccino in vna
* Romana Salu.Interd. Lunæ 2.Decembris 1601. *in calce operis decisi.17.num.8.*& per Card.Seraph. *decisi.920.numer.6.lib.1.*& latius *in 2.Inspect.cap.2.* deducemus.

107 Et sublata hypotheca cessat Saluianum. Corn. *consi.190.num.2.lib.1.* Natt. *consi.* 474 *.num.*
* 34.& per Rot. *in d.decisi.Rom. Sal. Interd.* coram R.P.D.Coccino *num.2.*& in alia coram Illustris-
* simo Lancellotto in vno Imolen. Sal. Interd. Lunæ 5. Nouembris 1601. *in calce operis decisi.18. numer.1.* & in alia coram R. P. D. Penia in vna
* Romana Salu.Interd.22.Maij 1599. *ibidem decisi. 9.num.4.*

108 Et ista exceptio est litis finitæ, & impedit quo minus agi possit *l.sicut in fin.C.de præscr.triginta, vel quadraginta annorum.* Bar. *in l.fin. sub n. 3.ff.pro suo.*& ita declarat Dec. *d.l.fin.num.22.C.de edict.Diu.Adr.toll.* Menoch. *de adipisc.poss.remed. 4. num.779.*

109 Quod procedere dicitur quando ista exceptio est liquida, vel saltem in continenti liquidanda, ita declarat Dec. *loco citato*, & Menoch. *vbi supra num.771.cum ibi alleg.* Dec. *consi.22.nu.3.* Alexand. *consi.213.sub n.1.vers.& licet lib.2.* Aym. *consi.204.nu.6.* Contard. *de mom.poss.limit. 2.§. 4. num.19.* Affl. *in decisi.52. in fin.* & latè vide infra *in 2.Inspect.capitu.2.& in 5.Inspect.cap. vnico ante fin. versi.14.cessare.*

110 Et eo casu etiam quando ista exceptio requirit altiorem indaginem, nihilominus opponi potest si in continenti probationes offerantur, vt declarat Bald. *in d.l.fin.numer.33.* quem sequitur Dec.& Menoch. *locis citatis*, & quando in
111 continenti probare dicatur relinquitur arbitrio Iudicis, vt per Bald. *in d.l.fin.n.33.*& per Menoch. *loco citato numero 771. in fine.* & idem Menoch. *de arbitr.Iud.lib.2. casu 11.* & latius de hac materia vide infra *Inspect.2.cap.2.numer.124. cum pluribus seqq.*

112 Et opponenda est in processu, aliàs non valet, vt per Dec.& Menoch. *locis citatis n.770.*& plenè vide *in 5.Inspect.cap.vnico n.107.q.13.vers.cetera cum sequen.*& latius deduxi *in 2. Inspect. cap.2. & in 5.Inspect.cap.vlt.*

113 Postremo dicitur quod in quocunque casu, quo alicui denegatur possessio, siue ex capite restitutionis, quia dicat se spoliatum, siue quia contra eum opponatur exceptio personæ, veluti quia sit hæreticus, vel bannitus, vel excommunicatus, & similia, de quibus habetur per Gabr. *de restit.spol.d.concl.1.numer.54.& 66.*& per Rip. *in d.§.nihil commune num. 88. vsq. 93.* in omnibus illis casibus cessat Iudicium possessoriũ, vt per Rip. *ibidem.*

SVMMARIVM.

1 *Extremum primum, scilicet creditum cum hypotheca ante omnia probandum est.*

2 *Extrema in Saluiano probanda sunt, nempe de credito, ac de certa eius quantitate hypotheca, & possessio debitoris tempore obligationis, vel postea quandocunque.*

3 *Probatio plena requiritur in probando primo extremo, scilicet credito.*

4 *Creditum ex Instrumento, vel per confessionem, vel per testes constare dicitur.*

5 *Creditum est substantia, & antecedens huius Iudicij.*

6 *Actor fundamentum suæ intentionis probare debet.*

7 *Probatio plena requiritur in iudicio adipiscendæ.*

8 *Probatio plena requiritur in Iudicio quorum bonorum.*

9 *Verba à lege conditionaliter prolata, plenam requirunt probationem, & debent in forma specifica adimpleri. & num.10.*

11 *Verba legis prædicta non possunt per coniecturas probari, nec per semiplenas probationes.*

12 *Summaria cognitio dicitur, quo ad modum procedendi, non autem quo ad modum probandi.*

13 *Verba conditionaliter prolata, etiam in rescripto Principis plenam requirunt probationem.*

14 *Probatio plena requiritur, vbi lex conditionalem probationem iubet, etiam si materia, verè, & præsumptiue probari possit.*

15 *Limitatur quando tractaretur de materia, quæ de sui natura non posset nisi præsumptiuè probari.*

16 *Iudicium l.fin.C.de edict.diu. Adr.toll. dicitur adipiscendæ.*

17 *Probatio plena requiritur in iudicio l.fi.C.de edict. diu.Adr.toll.*

18 *Testamentum in iudicio d.l.fin.C.de edict.diu. Adr. toll. debet esse publicum, authenticum, cum omnibus solennitatibus.*

19 *Hæres parte petente, tenetur exhibere originale testamenti, vt clarius de illius validitate certificari possit.*

20 *Testamentum publicum plenè probat, facit rem notoriam, & dicitur probatio probata.*

21 *Hæres, & fideicommissarius tenentur probare testatorem*

torem tēpore mortis plenam habuisse possessionem bonorum de quibus agitur.

22 Probatio plena requiritur, quando de plena possessione est docendum.

23 Probatio plena requiritur in Iudiciis possessoriis, & ita seruatur de stile Rotæ.

24 Contraria opinio à Rota reprobatur.

25 Testis unius dictum non sufficit in possessorio, etiam si faciat semiplenam probationem.

26 Probationem semiplenam sufficere in possessorio asserentes, & nu. 91.

27 Possessorij causa dicitur leuis, & modici præiudicij.

28 Saluianum intentans, probare debet se esse creditorem.

29 In Saluiano principaliter agitur de possessione, & num. 32.

30 Saluianum est remedium adipiscendæ possessionis, & est momentanea possessionis, & nu. 31.

33 Interdictum quorum bonorum; & quorum legatorū intentans obtinere non potest, nisi prius probet se hæredem.

34 Et in eo Iudicio principaliter agitur de causa possessionis, incidenter verò qualitas hæredis.

35 Probatio plena & exacta non requiritur in Saluiano Interdicto, sed leuis & summaria.

36 Testis unius dictum sufficit in possessoriis, secundum præcitatam opinionem.

37 Possessorij causa est magni præiudicij, & magnum est commodum possidere, & nu. 38. & 41.

39 Dominium probare est magnæ difficultatis, imo illius probatio quodammodo impossibilis videtur, & num. 40.

42 Possessorij causa unica sententia terminatur nec ab ea appellatur.

43 Testis unius dictum, non sufficit in causa possessorij.

44 Doctorum conciliatio in hoc casu, potius dissensionem, quàm conciliationem affert.

45 Possessorium Summarium dicitur, scilicet præparatorium ad iudicium possessorij plenarij.

46 Carbonianæ possessionis cognitio differtur post pubertatem, & tunc semiplena requiritur probatio.

47 Probatio semiplena requiritur in possessione Carbonianæ.

48 Probatio semiplena requiritur quando duo possidere prætendunt, & volunt venire ad arma.

49 Præparatorium iudicium dicitur, quando Iudex aliquid decernit, ne partes ad arma deueniant, & eo casu semiplena requiritur probatio, & numero 50.

51 Præparatorium iudicium dicitur, quando Iudex per modum prouisionis sine præiudicio ambarum partium mandat aliquem possidere.

52 Præparatorium etiam iudicium quando plures contendunt de adipiscenda possess. & Iudex vult se informare quis sit scriptus hæres, vel tertius vult contradicere, & docere de suo interesse ad effectum, vt admittatur ad iudicium.

53 Probatio semiplena requiritur, quando tertius vult contradicere, vt admittatur ad iudicium; secus est si unus ex principalibus vult docere de suo interesse.

54 Actio ad exhibendum, dicitur iudicium præparatorium.

55 Probatio semiplena requiritur in actione ad exhibendum.

56 Probatio semiplena requiritur in quolibet iudicio præparatorio.

57 Possessorium plenarium est vt hic narratur.

59 Probatio semiplena vbi sat est, intelligendum est de ea contra quam in contrarium non adsit aliqua exceptio, vel præsumptio.

60 Probatio semiplena vbi per unicum testem inducitur, intelligendum est, quod ille testis sit omni exceptione maior, & nu. 61.

62 Testis amicus, domesticus, familiaris, & vilis, non dicitur omni exceptione maior.

63 Probatio plena in possessorijs ordinarijs, & plenarijs requiritur.

64 Dominium perdit actor carens probatione proprietatis.

65 Ius in re habere dicitur, si possessionem habet.

66 Disponens de possessione, de re ipsa disponere dicitur.

67 Reprobatur opinio R.P.D. Cantucij subsequens.

68 Saluianum Interdictum solam possessionem continens, necessario sequitur, vt principaliter deducatur possessio, & incidenter per modum causæ ad effectum iustificandi possessionem creditum.

69 Probatio plena ideo ex supra deductis in eo non requiritur.

70 Saluiani iudicij fundamentum principale est creditum, & hypotheca.

71 Saluiani iudicij creditum est necessarium antecedens.

72 Extremum primum in Saluiano plenè est probandum.

73 Possessio rei conuenta non est fundamentum huius iudicij.

74 Hypotheca cessat, cessante obligatione.

75 Saluianum cessat, cessante hypotheca.

76 Actor deducit creditum, & hypothecam ad effectū consequendi possessionem aduersarij.

77 Extremi primi, & principale fundamentum est creditum.

78 Creditum, & hypotheca in libello ex parte actoris deducendum est, & possessio rei hypothecatæ ex parte rei.

79 Probationes leuiores in secundo extremo requiruntur.

80 Probatio semiplena sufficit in possessorijs antiquis.

81 Testes de auditu probant in antiquis.

82 Possessorium antiquum probatur per famam, indicia, & coniecturas.

83 Probatio semiplena sufficit in casu difficilis probationis.

84 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ probationes difficiles dicantur.

85 Probatio semiplena requiritur in secūdo extremo.

86 Iudicis arbitrio relinquendum est videre, quænam sit causa magna, vel modici præiudicij in præsenti specie, & nu. 88.

87 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ sit causa magna, vel minima.

89 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ sit causa magni ponderis, ad hoc vt iuramētum deferri nō possit.

90 Iudicis arbitrio relinquitur quale sit modicum vel magnum feudum.

92 Magnum, vel modicum præiuditium aliquando dicitur propter rei m dicitatem, aliquando propter circumstantias, & qualitatem negocij.

93 Probatio semiplena requiritur in possessorijs modici præiudicij, quod arbitrio iudicis relinquitur.

94 Actor probare debet se esse creditorem ex causa in libello expressa, illudque plenè probandum est.

95 *Probandum illud est quod ad se spectare praetenditur.*

96 *Legitimum qui se dicit, hoc illud probare debet.*

97 *Rei vendicatio propriè dicitur dominium, hoc est rem actione dominij vendicare.*

99 *Creditum plenè est probandum.*

De primo Extremo, & illius probatione. Cap. V.

1 PRæterea, quia in hoc iudicio duo extrema veniunt probanda, nempe creditum cum hypotheca, & possessio debitoris tempore obligationis, vel postea, quandocunque ex infra deducendis apparebit, ideo deueniendo ad primum extremum scilicet creditum cum hypotheca, ante omnia probandum est, vt per Rola. *consi.*14.*numer.*13.*lib.*1. Surd. *consi.* 131. *numer.* 1. *volum.*1.*& consi.*513.*numer.*18. *volum.* 4. Sarnien. *de reddit. Eccles. par.*3.*cap.*2.*numer.*14. Honded. *consi.* 17.*numer.*2.*volum.* 2. Menoch. *de adipisc. possess. remed.*3.*numer.* 163. Rot. *diuers. decisi.* 386.*numer.*1. *& seq. par.* 1. & declarauit Rot. coram R. P. D. * Penia in vna Romana Salu. Interd. Lunæ 22. Maij 1599. *in calce operis decisi.*9. *numer.* 1. & in * alia coram Illustrissimo Lancellotto in vna Romana Salu. Interdict. de Columna 19. Nouembris 1599. *in princip. ibidem decisi.* 19. & in a- * lia coram R. P. D. Iusto in vna Romana Salu. Interd. 31. Maij 1602. *in principio,* vbi attestatur ita aliàs fuisse in Rota resolutum *ibidem decisi.* 20. *numer.*1. & in alia coram eodem R. P. D. Iusto * in vna Romana Salu. Interd. Lunæ 20. Nouembris 1604. *in princip. ibidem decisi.*21. & in alia co- * ram Illustrissimo Ludouisio in vna Rauennaten. Salu. Interdict. 28. Iunij 1602. *ibidem decisi.* * 22. *numer.* 1. & in alia coram R. P. D. Litta in vna Romana Salu. Interdict. Lunæ 13. Ianuarij 1603. *ibidem decisi.*23.*numer.*1. & in alia coram * eodem R. P. D. Penia in Perusina spolij Veneris 1. Februarij 1608. *eodem loco decisi.* 24. *numer.* 1. & * in alia coram Illustrissimo Seraphino in vna Viterbien. bonorum Lunæ 17. Nouembris 1586. *in suis impressis decisi.* 577. *numer.* 1. & in alia co- * ram R. P. D. Vbaldo in vna Romana Salu. Interd. Lunæ 10. Ianuarij 1611. *ibidem decisi.* 25. *num.* 1. & in alia coram R. P. D. Manzanedo in vna Romana Salu. Interd. Lunæ 11. Ianuarij 1616. *ibidem decisi.*171.*num.* 1. *&* 2.

2 Verum ad effectum obtinendi Saluianum, non sufficit de suo credito probare in genere, sed necesse est iustificare de vera, & certa quantitate sui crediti, vt scire possit pro qua summa creditor immittendus sit in possessionem, & pro quo tempore retineri possit, & vt debitor docere possit creditum esse satisfactum, vt per Aret. *in §. item Seruiana in fin.* & ibi Io. de Plat. *Institut. de act.* Specul. *de pign. num.*5. *&* 8. & bene per Roland. *consi.*14.*num.* 13. *libr.* 1. & nouissimè per Gratian. *discept.*22.*num.* 1. & declarauit Rot. * coram Illustrissimo Millino in vna Maceraten. Domus 17. Iunij 1602. *in fine operis, decisi.* 203. *numer.*1.

Dubitari autem in hoc casu contingit, an plenè hoc primum extremum sit probandum, an verò semiplenæ sufficiant probationes.

3 Et quod plena requiritur probatio, tradit Sarnien. *loco citato num.*23. *&* 24. (sed non eo modo, vt ipse dicit,) quod per tres sententias sit decidendum, vt inferius demonstrabimus.

4 Quæ quidem opinio confirmari videtur, primo ex supra allegatis decisionibus, in quibus declaratur creditum constare ex instrumento, vel per confessionem, vel per testes, & ex alijs, ex quibus singulis resultat plena probatio, vt supra deductum est in præcedenti capitulo, & latius in sequenti capitulo de secundo extremo, & in septimo capitulo huius primæ Inspect. explicabitur, nam ex Instrumēto deducitur ex de- * cis. corā Illustrissimo Seraphino in vna Cæsenat. bonorum 18. Iunij 1596. *in eius libro impressis decis.* 1200. *num.*1. dum dicitur in Saluiano Interdicto primum extremum plenè probari ex Instrumento cum hypotheca, & in dicta Romana Saluiani Interdicti, coram R. P. D. Penia *in fine* * *operis decis.*9.*num.*1. & in alia coram eodem Romana Saluiani Interd. *ibidem decis.*10.*numer.*1. & clarè declaratur in alia coram Illustrissimo * Mantica Placentina Salniani Interdicti Veneris 16. Iunij 1589. *ibidem decisi.* 3. *sub num.* 2. & in alia coram Illustrissimo Lancellotto Romana * domorum in Burgo Veneris 24. Maij 1601. *ibidem decis.*26.*numer.*1. & in alia iam allegata corā * R. P. D. Iusto in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ 21. Nouembris 1604. *ibidem decis.* 21. *in princip.* & in alia coram R. P. D. Caualerio in v- * na Romana Saluiani Interdicti Lunæ 28. Iunij 1610. *ibidem decisi.* 27. *num.*1.

5 Secundo confirmatur, quia creditum est substantia, necessarium antecedens ad stabiliendum hoc Iudicium, vt per Menoch. *d. remed.* 3. *num.* 163.

6 Vnde cum creditum sit fundamentum istius iudicij, & actor fundamentum suę intentionis probare debet *l. ab ea parte l. in exceptionibus, ff. de probat. l. exceptionem l. actor qui assenerat. C. eod.* Rol. *cons.*56.*n.*33. *& cons.*86.*num.* 4.*lib.*3. Bero. *consi.*19.*n.*13.*lib.*1. Dec. *respons.*53.*nu.* 1.*lib.*2. Senat. Pedem. *decisi.*144.*num.*15. Rot. *diuersi. decisi.* 498. *lib.*3.*par.*2. Ideo creditum, quod est suum fundamentum plenè probare debet.

7 Et particulariter, quod in Iudicio adipiscendæ possessionis plena requiratur probatio; veluti in iudició quorum bonorum demonstratur, quia hoc est remedium adipiscendæ possessionis *§. sequens Instit. de Interd.* & per Bart. *in rubr. in princip.* & ibi Salic. & omnes Doct. *C. quorum bonorum.* Put. *decisi.*73.*num.*4.*lib.* 2. & tamen

8 in ea plena requiritur probatio, vt tradit Salicet. *in dict. l.* 1. *num.*8. vbi Ang. *num.*4. *C. quorum bonorum.* tradit Rip. *in l. interdicto, numer.*8. *ff. eod.* & Menoch. *de adipisci. possess. remed.* 1. *num.* 100. *in fin.* vbi de mente Salic. contrariam opinionem reprehendit.

9 Et hoc expresse probat text. *in d. l.* 1. *per illa verba si probaueris,* quæ cum conditionaliter sint à lege prolata, plenam requirunt probationem *l. Lucius. ff. de condit. & demonstr.* vbi Bat. *n.*1. & ibi Imo. & est glo. *in d. l. Lucius in vers. filium,* tradit Rip. *in d. l. interdicto, nu.*9. latè per Feli. qui multa adducit *in rubr. de probat. nu.*3. & per Bat. *in l. at prætor. §. si Iudex n.*7. *de re iudic.* & per Natt. *consi.* 19.*n.*3. *& consi.*581.*n.*9. Ruin. *consi.*228. *num.*2.*lib.*4. Dec. *consi.*31.*n.*19.

10 Et

10 Et est ratio secundum præfatos Doctores,
quia verba sunt à lege conditionaliter prolata,
quo casu debent plenè, & in forma specifica adimpleri *l. qui heredi, & l. Mauius, ff. de condit. &*
11 *demonstr.* & ideo non possunt per semiplenas,
vel per coniecturas probari, vt bene ex multis
tradit Felin. *loco citato nu. 3. versi. quod reputat.*
12 Nec aduersatur glos. *in d. l. 1. in verbo petiturus,*
vbi dicit, quod summatim cognoscatur, quia
illa summaria cognitio intelligitur, quo ad
modum procedendi, non autem quoad probandum, sed solum quo ad dilationes concedendas, & quo ad exceptiones admittendas, &
similia, vt bene declarat Salic. *in d. l. 1. sub num. 9. lib. 3.* Surd. *decisi. 277. nu. 10. cum alijs supra allegatis nu. 6. & 7.*
13 Quod ampliatur locum vendicare etiam in
rescripto Principis, veluti si dixerit, si probaueris, vel si Iudici constiterit, vt per Bald. *in l. bonæ fidei, numer. 8. versi. vnum restat. C. de rebus cred.* &
per Felin. *in d. rubr. sub numer. 3. versi. & ideo, de re iud.* Rip. *in d. §. interdicto, numer. 9. ff. quorum bonorum.*
14 Hoc tamen de lege iubente probationem
conditionaliter intelligendum est, quando materia verè, & præsumptiuè probari potest, nam
tunc censetur de vera, & plena probatione dispositum, pro vt in casu nostro, quia creditum
plenè probari potest, quod si tractaretur de materia, quæ de sui natura non possit, nisi præsup-
15 tiuè probari, tunc probatio præsumptiua, & semiplena sufficeret, quia censetur à lege probata:
ita egregiè tradit Felin. *in dict. rubr. num. 3. versi. sed aduerte, de probat.*
16 Et simili modo videmus in iudicio *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* quod dicitur etiam adipiscendæ possessionis, vt est glo. *in §. summa, in verbo bonorum possessori in fin. Instit. de interd.* & per
Batt. *in eadem l. fin. versi. 2.* Zuccard. *nu. 385.* Achill.
Personal. *de adipisc. possess. iuxta l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. numer. 1.* Roland. *consil. 78. numer. 4. lib. 3.*
17 Tamen in eo plena requiritur probatio, vt
supra *in cap. 2. num. 5. & 16.* deductum est per Rimin. Sen. *consi. 258. num. 35. lib. 2.* & veriorem, &
magis communem dicit Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. num. 678.* Zuccar. *in d. l. fin. num. 100. & 318.* & clarè colligitur ex dispositione eiusdem
legis per illa verba si iudici testamentum ostenderit non cancellatum, non abolitum, nec
ex quacunque suæ formæ parte vitiatum, sed
quod prima figura sine omni vituperatione
appareat, & depositionibus téstium legitimi
numeri, ita quod ex claris verbis ipsius text.
18 apparet, quod testamentum debet esse publicum, authenticum, ac cum omnibus suis solemnitatibus rogatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, vt tradit Ias. *in d. l. fin. numero 4. & 5.*
vbi Dec. *numero 37. & 38.* Zuccard. *numero 94.*
& latè Achill. Personal. *in suo tract. de adipisc. possessor. vigore eiusdem l. fin. num. 251. & 252.*
19 Quod adeo est verum, quod si pars se opponat, & petat exhiberi originale, vt clarius de illius validitate certificari possit, hæres illud exhibere tenetur *l. fin.* vbi Batt. Bald. *in princip.* &
omnes Doctor. *C. de fid. Instrumentorum.* Cagn. *in l. si librarius, num. 32. de reg. iur.* Cephal. *consi. 287. num. 39. lib. 2.* & in terminis nostris tradit Achill. Personal. *in dict. suo tract. de adipisc. possess. num. 151. in fine.*
20 Ex quo quidem testamento publico plena
inducitur probatio, & dicitur probatio probata, & facit rem notoriam, & manifestam, vt supra notatum est per Bald. *in l. Imperator sub num. 1 circa med. & in l. qui semel, n 2. C. quom. & quand. iudex.* Dec. *consi. 423. num. 10.* Soc. Iun. *consi. 127. nu. 3. lib. 3.* Senat. Pedem. *decisi. 72. num. 4.* Grammat. *decisi 155. num. 9.*
21 Ac insuper hæres, & fideicommissarius tenetur probare testatorem tempore mortis plenam habuisse possessionem illorum bonorum
de quibus agitur, vt per Aym. *consi. 61. num. 6.* &
* declarauit Rot. coram Illustrissimo Millino, in
vna Romana fideicommissi de Spinis, *in calce operis decisi. 28. num. 1. in fine.*
22 Et quando de plena possessione est docendum, tunc plena requiritur probatio, vt per
Cagn. *in dict. l. in pari, num. 7. de reg. iur.* Plot. *de in lit. iuran. §. 3. num. 45.* Viu. *opin. 901. num. 6.*
23 Tertio, quia in iudicijs possessorijs requiritur
plena probatio, vt ex supra deductis colligi potest, & tradit Batt. *in extrauag. ad reprimendum versi. summariè nu. 12.*

Verum, quia ex varijs Doctorum opinionibus hæc quæstio valde offuscata reperitur, ideo aliqua principalia, & necessaria recenseam pro clariori præsentis dubij resolutione, nam pro hac affirmatiua tenet Alexand. *consi. 139. num. 14. in fin. lib. 6. & consi. 187. numer. 1. lib. 7.* qui hanc magis communem dicit, & idem post multos per eum allegat. affirmat Roland. *consi. 50. num. 16. lib. 2.* & de magis communi attestatur Gabr. *consi. 31. numer. 6. lib. 1.* & idem affirmat Surd. *consi. 73. numer. 38. volum. 1.* & idem per Viu. *d. opin. 901. num. 6.* & hanc crebriorem, & veriorem sententiam dicit Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. numero 508.* qui hanc partem valde tuetur, & multa adducit. *& de adipisc. possess. remed. 4. num. 678.* & alios refert Mascard. *de probat. conclu. 1198. n. 10.* qui de communi attestatur, & per Beniut. *decisi. 62. n. 10.* Sen. Pedem. *dec. 99. n. 12.* Affli. *decisi. 364. n. 5.* Ioseph. Lud. *decisi. 59. n. 2.* & per Io. Bapt. Pont. *de spol. cap. 14. n. 110. l. 2.* vbi ita passim in Sacro Rotæ Auditorio Rom. seruari attestatur, & per Io. Paul. *dec. 105.* vbi contrariã reprobat opinionem, & per Caputaq. *dec. 328. n. 6. & decisi. 368.* vbi de eodem stilo attestatur, & *dec. 370. n. 1. par. 2. in impressis*, & idem affirmat Sarmient. *in reg. de infirm. resign. quæst. 36.* & pro hac parte est *decisio* Crescen. 302. Achill. *decisi. vlt. de testibus*, vbi
24 dicitur contrariam opinionem esse à Rota reprobatam.
25 Ex quibus clarè constat, semiplenam probationem ex dicto vnius testis resultantem
non sufficere, vt omnes supra citati Doctores
deponunt, & per Salic. *in d. l. 1. numer. 8. C. quorum bonorum.* & per Plot. *de in lit. iuran. §. 3. numero 40.* Gabr. *d. consi. 31. numero 5. in fin. lib. 1.* Roland. *consi. 50. sub numer. 16. lib. 2.* Surd. *d. consi. 73. numero 39.* Viu. *opin. 901. numer. 6.* Ioseph. Lud. *d. decisi. 59. numer. 2.* Afflict. *d. decisi. 364. num. 5.* Achill. *d. decis. vlt. de test.*
26 Contrariam verò partem nempe semiplenam sufficere probationem, tenet idem Bar. sibi contrarius *in l. 1. nu. 6. C. quorum bonorum, & in l. 2. § si vero, sub numer. 1. C. vbi in rem detur act.* &

eum ſequitur Iaſ. *in repe. l. admonendi. num.* 187. *de*
27 *iur. iuran.* ea quidem ratione, quia cauſa poſſeſ-
ſorij dicitur leuis, & modici præiudicij, cum ta-
le præiudicium reparari poſſit in iudicio peti-
torij, & hanc magis communem dicit Bero.
conſi. 43. *num.* 44. *& conſi.* 61. *numer.* 24. *in fin. lib.* 3. *&*
de communi atteſtatur Bertazzol. *conſ.* 123. *n.* 29.
& infinitos refert Maſcard. *de probat. d. concluſ.*
1198. *num.* 30. *& ſeq.* qui ſimiliter communem di-
cit, Viu. *opin.* 901. *nu.* 2. & alios adducit Menoch.
de adipiſc. poſſeſſ. remed. 1. *num.* 96. *& de recuperand.*
poſſeſſ. remed. 15. *num.* 410. & eam valde tuetur A-
chill. Perſonal. *de adipiſc. poſſeſſ. vigore l. fin. C. de e-*
dict. diu. Adr. toll. num. 487. vbi de communi at-
teſtatur, & idem affirmat Senat. Pedem. d. *deciſ.*
99. *numer.* 37. & pro hac parte eſt deciſ. Rot. 1. *in*
antiquior. de offic. Archid. Put. *deciſ.* 75. *num.* 1. *lib.* 1.
& pro hac parte in hoc iudicio Salu. Interd. eſt
* deciſ. R. P. D. Cantuccij in Rot. *diuerſ. deciſ.* 34.
numer. 16. *&* 17. *part.* 2. vbi dicitur, quod agens
Saluiano Interdicto, licet probare debeat ſe eſ-
ſe creditorem, & Reum conuentum debitorem,
28 cum debitum, & creditum ſint ſubſtantia, &
neceſſarium antecedens Saluiani, vt per Me-
noch. *de adipiſc. poſſeſſ. d. remed.* 3. *verſicu.* 153. & per
Sarmient. *de reddit. Eccleſ. loco citato num.* 24. *&* 25.
29 nihilominus negari non poteſt, quin in Saluia-
no principaliter agatur de poſſeſſione, cum Sal-
uianum ſit remedium adipiſcendæ poſſeſſio-
nis. §. *interdictum quoque. Inſtitut. de Interd. l.* 2. §.
30 *ſunt autem. ff. eod.* Imo eſt poſſeſſorium, & in eo
de ſola poſſeſſione contenditur, vt per Corn.
conſi. 190. *ante numerum primum verſi. retentio au-*
tem lib. 1. Rolan. *conſi.* 14. *num.* 6. *lib.* 1. Soccin. Sen.
conſi. 112. *num.* 6. *lib.* 4. per Diu. *d. §. item Serniana,*
vbi latè per Zaſ. *ſub num.* 31. *&* 40. Bell. *num.* 41. &
per Neguſ. *de pign. in* 1. *memb.* 8. *par. numer.* 6. & per
Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 161. *&* 162.
31 & eſt momentaneæ poſſeſſionis. Bart. *in l.* 1. *ff. de*
Salu. Interd. cum alijs per eum ibi alleg.
32 Vnde ſi Saluianum eſt merum, & momenta-
neum poſſeſſorium, & ſolius poſſeſſionis con-
trouerſiam continens, ſequitur neceſſario, vt in
eo deducatur principaliter poſſeſſio, inciden-
ter verò, ac per modum cauſæ, & ad effectum
iuſtificandi poſſeſſionem deducatur creditum,
& debitum, vt in ſimili apparet in Interdicto
quorum legatorum, & quorum bonorum, in
33 quibus actor licet non poſſit obtinere, niſi prius
ſe hæredem probet *l.* 1. *C. quorum legatorum, &*
quorum bonorum, tamen in illis principaliter
34 cauſa poſſeſſionis, incidenter verò qualitas hæ
redis deducitur, vt per Bero. *quæſt.* 91. *numer.* 8. *&*
conſi. 111. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 3. & per Menoch. *loco cita-*
to, numer. 174. quo ſtante ſequitur, vt in Saluiano
35 cognitio, & probatio crediti non requiratur e-
xacta, & plena, ſed leuis, & ſummaria ſufficit,
prout declarat Cantuccius in Rot. *diuerſ. dict.*
deciſ. 34. *num.* 18. *par.* 2.
36 Et ſecundum hanc opinionem, etiam appa-
rere videtur dictum vnius teſtis in his poſſeſſo-
rijs ſufficere poſſe, vt expreſſe notat Alexand.
conſil. 103. *ſub numer.* 3. *lib.* 7. Dec. *in conſil.* 252.
numer. 2. Mattheſil. *ſing.* 2. Ruin. *conſil.* 106. *num.* 18.
lib. 5.
Sed contra prædicta, ac contra rationem Bar.
in d. l. ſi ſuperius relatam, ſcilicet quod cauſa poſ-
ſeſſorij ſit leuis, & modici præiudicij optimis
fundamentis inſurgit Curt. Iun. *in repet. l. admo-*
nendi. ſub num. 67. *verſ. circa ſequen. doctrinam.* Bar.
37 deducens, quod cauſa poſſeſſorij, eſt magni
præiudicij, & magnum eſt commodum poſſi-
38 dere, §. *retinenda. & §. commodum Inſtit. de Inter-*
dict. & ratio eſt, quia magna eſt difficultas pro-
39 bare dominium, vt per Doctor. omnes *in l. cum*
res. C. de probat. Dec. *conſ.* 41. *numer.* 12. Pariſ. *conſil.*
104. *num.* 101. *volum.* 1. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. re-*
med. 4. *num.* 927. Afflict. *deciſi.* 40. *numer.* 4. Rot.
diuerſ. deciſi. 601. *num.* 4. *par.* 1. Imo videtur quo-
40 dammodo impoſſibile, vt tradit gloſ. *in d. l. cum*
res in verſi. emptionem, & latè per Boer. *deciſi.* 42.
numer. 25. *cum ibi allegat.* & ideo qui in poſſeſſo-
rio ſuccumberet, ſe ſubiugaret in hanc difficul-
41 tatem, & propterea his rationibus cauſa poſ-
ſeſſorij dicitur grauis præiudicij, & ita ante
eum reſpondit Alexand. *in d. conſ.* 139. *ſub numer.*
14. *lib.* 6. vbi vlterius dicit, quod cauſa poſſeſſorij
dicitur etiam magni præiudicij, quia poſt pri-
42 mam in poſſeſſorio, aliam non expectat ſenten-
tiam, nec ab ea appellatur, *vt in* 4. *Inſpect. cap.* 2.
explicabimus. Et hoc idem affirmat Salicet. *in*
dict. l. 1. *ſub num.* 9. *C. quorum bonorum.* Rip. *in l. in-*
terdicto ſub numero 8. *ff. eodem*, & eaſdem rationes
aſſignat Dec. ſibi contrarius *in cap. edoceri, nume.*
8. *in fin. verſ. ſed tamen aduertendum, de indic.* &
eaſdem rationes deducit Rip. *in cap. ſæpe numer.*
3. *de reſtit. ſpoliat.* qui hanc communem, & ve-
riorem dicit, etiam Abb. *conſil.* 55. *in princip.*
verſi. circa primum, volum. 2. & idem Abb. *in cap.*
conſultationis ſub num. 9. *verſi. nec eſt verum, de of-*
fic. delegat. Rip. *in l. ſi conſtante, num.* 7. *in fin. ſolut.*
matr. Cagn. *in d. l. in pari, num.* 3. *verſi. tu autem, de*
reg. iur. Rimin. Iun. *conſil.* 363. *numer.* 151. *lib.* 4. &
nouiſſimè Surd. *in conſ.* 73. *num.* 38. *volum.* 1. qui
ex multis hanc magis communem dicit, & di-
43 ctum vnius teſtis non ſufficere affirmat Ioſeph.
Ludou. *deciſi.* 59. *num.* 2. Benint. *deciſi.* 62. *numer.* 12.
& ex multis hoc idem dicit Roland. *conſi.* 50. *n.*
16. *volum.* 2.
Verum, quia in hoc principali articulo an, &
quando plenæ requirantur probationes, hinc
inde eſt maxima iuris peritorum auctoritas, i-
44 deo nonnulli fœdere diſtinctionis conciliatio
nem afferre conantur, & meo quidem iudicio
propter varias eorum diſtinctiones, potius diſ-
ſenſionem, quàm conciliationem afferre viden-
tur, vt ex Contard. *de moneu. poſſ. in d. leg. vnica in*
prima ratione decidendi numer. 10. *& ſeq.* qui qua-
tuor Doct. conciliationes ex longa ſerie addu-
cit, & per Maſcard. *de probat. conclus.* 1198. qui per
quatuor columnas varias recenſet Doctorum
concordias, quod nimis longum eſſet ſingulas
recenſere, ideo hanc magis receptam, in qua
fere omnes concordant breuiter adducere vo-
lui.
45 Nam aliquod eſt poſſeſſorium ſummarium
ſcilicet præparatorium ad iudicium poſſeſſorij
plenarij, veluti in poſſeſſione Carboniana, cu-
46 ius cognitio differtur poſt pubertatem *l.* 1. vbi
Bart. & Doct. *C. de Carbon. edict.* & tunc ſemiple-
47 na requiritur probatio, vt per Bart. *in l.* 2. *C. eod.*
& ita diſtinguendo tradit Matant. *in ſua prax.*
part. 4. *diſt.* 9. *ſub numer.* 43. *verſic. nam quadam*, &
eandem diſtinctionem tradit Rip *in l. naturali-*
ter, §. nihil commune, numer. 185. *verſic. aut parat. de*
acquir. poſſeſſ. num. 488. *in fin.* Benint. *deciſi.* 62. *ſub*
num.

num.13.lib.2.

48 Et similiter, quando in iudicio possessorio
Iudex vult prouidere, ne partes ad arma deue-
niant, si vtraque pars possidere prætendat. & vt
sciatur quis actor, & quis sit Reus, vt pleniùs de
eo cognoscatur, & hoc dicitur præparatorium
49 ad aliud iudicium, vt per Castren. & Bald. *in l.*
ordinari post princip. C. de rei vendic. & tunc semi-
50 plena requiritur probatio, vt plenè per Cagn.
in l. in pari num.6. de reg. iur. & Capic. *decisi.13.n.1.*
& decisi.55.n.1. & 5. in fi. & per Plot. *de in lit. iur. a.*
§.3. num.43. Ias. post alios, *in l. qui existimarunt sub*
nu.4. ff. si cert. petat.

51 Et huic similis est, quando Iudex per modum
prouisionis, sine præiudicio iurium amba-
rum partium mandat aliquem possidere, quod
est præparatorium alterius iudicij, vt per Capi.
decisi.13.nu.1. & dict. decisi.55.nu.7. Plot. *de in lit. iu-*
rau. dict. §.3. sub nu.36.

52 Et similiter si plures contenderent de adipi-
scenda possessione bonorum defuncti, & Iudex
vellet se informare quis scriptus hæres, vel ter-
tius vellet contradicere, & vult docere de suo
interesse ad effectum, vt admittatur in iudiciũ,
& contradicendum, vt per Doct. *in l. fin. C. de e-*
dict. diu. Adr. toll. & per Plot. *d. §.3. num.40.* & cla-
rè declarat Dec. *d. l. fin. sub n.45. prope fin. in 2. con-*
clu. C. de edict. diu. Adr. toll. post Bart & Alex. *in l. à*
diuo Pio. §. si super rebus sub nu.1. ff. de re iudic. cum a-
lijs per eum allegatis.

53 Hoc autem intellige procedere, quando ter-
tius vult cõtradicere, quia secus esset si vnus ex
principalibus suum interesse probare vellet, vt
per Felin. *in cap. veniens il 2. n.3.* & ibi Abb. *nu.9.*
de testibus. Couar. pract. *quæst. c.16. sub n.2. ante fin.*
versi. ita tamen intelligenda. Rot. *diuers. decisi.801.*
nu.3. par.1.

54 Et simili modo si quis agat possessorio, & in-
terim petat exhiberi bona, ne occultentur, vel
surripiantur, vel quia recognoscantur, quod iu-
dicium dicitur etiam præparatorium *l. 1. §. se-*
cundum. ff. ad exhiben. & per Ias. *in §. præterea, nu-*
mer.42. Instit. de act. vbi etiam Ang. Contard. *de*
momen. possess. limitat.14. num.25. & hoc casu sum-
55 maria requiritur probatio, vt bene per Ias. *in d.*
§. præterea, nu.52. & per Bald. *in l.1. n.4. C. ad exhi-*
bend.

56 Et regulariter in omnibus Iudicijs præpara-
torijs, quia tractatur de modico præiudicio, &
momentaneæ possessionis semiplenam requiri
probationem, tradit Castren. *in consi.3. sub num.2.*
par.2. Hippol. Rimin. *consi.363. nu.152. lib.4.* & per
Marant. & Cagn. *in locis citatis.* Achill. Personal.
de adipisc. possess. n.488. & hanc magis perfectam
distinctionem attestatur Beniten. *d. decisi.62.*
sub n.13. in fi.

57 Aliud verò est possessorium plenarium, in
quo tractatur de pleno possessorio, quia iam
certum est quis sit actor, & quis Reus esse de-
beat, & iam constet de interesse illius, qui pe-
tit admitti ad contradicendum, vel de identi-
tate bonorum, quæ exhibere instabatur, & or-
dinatur iudicium ad effectum perueniendi
ad sententiam definitiuam in possessorio ple-
nario, seu antiquiori, vt victor in possessione
58 permaneat, donec de causa principali, seu peti-
torio cognoscatur, & tunc plenæ requiruntur
probationes, & hanc veram distinctionem ap-
probat Marant. *d. par.4. distinct.9. numer.43.* Plot.
d. §.3. num.44. & Vant. *de null. process. num.51. & 52.*
Cagn. *in d. l. in pari, n.6.* Benint. *d. decis.62. n.13.* qui
hãc distinctionem magis perfectam attestatur.
& Achill. Personal. *de acquir. poss. nu.487. & 488.*
Grat. *d. consi.210. nu.14. lib.2.* Rimin. Iun. *consi.363.*
num.152. volum.4.

59 Aduertendum tamen est ad illud, quod fuit
dictum in summarijs præparatorijs semiple-
nam sufficere probationem, procedere dummo
do contra dictam semiplenam probationem
non adsit aliqua exceptio, seu præsumptio con-
tra, & ideo si fieri intendat per vnicum testem,
intelligendum est quod ille testis sit omni ex-
60 ceptione maior, vt per Zuccard. *in d. l. fin. numer.*
101. C. de edict. diu. Adr. toll. & ante eum dixit
Bart. *in d. l. admonendi num.37.* vbi Ang. *num. 9.* &
de communi attestatur ibi Ias. *num.175.* Roland.
consi.50. sub num.16. in fin. libr.2. Gabr. *consi. 31. nu-*
mero 2. libr.1. & per Contard. *in d. l. vnica in pri-*
ma ratione decidendi, numer.29. & 30. Viu. *opin.*
901. numer.4. Benint. *d. decisi.62. nume.14* vbi ait,
61 quod necesse est probare, & deducere illum
testem esse omni exceptione maiorem, vt etiam
tradit Dec. *consi.73. sub numero 10. versi. præterea.*
Gramm. *consi.36. num.6.* & Contard. *loco citato, nu-*
mer.5.

62 Et ideo amicus, domesticus, familiaris, viles
personæ, & similes non dicuntur idoneæ, vt per
Benint. & omnes Doct. *supra alleg.* & per Zuc-
cãt. *in d. l. fin. nume.101.* & per Contard. *loco citato,*
Achill. Personal. *d. tract. de adipis. poss. num.497.*

63 Et si licitum est in tanta illustrium, & præ-
stantissimorum virorum varietate meam in-
terponere sententiam, existimo affirmatiuam
veriorem, & magis communem esse, scilicet
plenam in possessorijs adhibendam esse pro-
bationem pro vt ex supra deductis apparet,
scilicet in possessorijs ordinarijs, seu plenarijs,
non autem in præparatorijs ad aliud iudicium,
vt in præcedenti conciliatione latius fuit de-
ductum, ac iunctis declarationibus, & limita-
tionibus infra dicendis, quia difficultas diluci-
dationis præsentis conclusionis residere vide-
tur in tollendis his quæ adducuntur pro con-
traria parte, cum pro affirmatiua vera, & sub-
stantialia fundamenta deducta fuerint, ideo di-
citur non obstare principale argumentum cõ-
trariæ opinionis, quod scilicet causa possessorij
sit modici præiudicij. Nam ex proximè supra
deductis tollitur, quia non solum hoc fit prop-
ter commoditatem possessionis, sed etiam pro-
pter difficultatem probationis dominij, quæ
64 est tantæ importantiæ, quod si actor careret
probatione proprietatis, perderet etiam domi-
nium, vt per Abb. *in cap. cum ad sedem. numer.30.*
post med. de restit. spol. & per Contard. *d. l. vnica*
in prima ratione decidendi, numer. 38. vbi *numero*
65 *35.* aliam adducit rationem, quia habens pos-
sessionem dicitur habere ius in re, vt per Alciat.
consi.112. numero 4. lib.4 & in noua impressione
66 *consi.45. nu.17. & 25. lib. 9.* & disponendo de pos-
sessione dicitur de re ipsa disponere, vt per Bel-
lam. *in cap. fin. col.1. circa med.* Vnde si possessio-
nem amitteret, perderet etiam dispositionem
ipsius rei.

67 Nec obstare dicitur, quod particulariter in
terminis huius iudicij traditum est à R. P. D.

* Cantuccio *in d.decis.34.* nempe quod in hoc iu-
68 dicio principaliter agitur de possessione, cùm Saluianum sit remedium adipiscendæ possessionis, & solius possessionis controuersiam contineat; vnde necessario sequitur, vt in eo principaliter deducatur possessio, incidenter verò; & per modum causæ, & ad effectum iustificandi possessionem deducitur creditum, & debitum.
69 Quare sequitur, quod in Saluiano Interdicto cognitio, & probatio crediti non requiratur exacta, sed lenis, & summaria sufficit.
70 Quia respondetur, quod in hoc iudicio primum, & principale fundamentum est creditum, & hypotheca ex parte actoris, quod quidem creditum dicitur necessarium antecedens
71 ad stabiliendum hoc iudicium, vt bene per Menoch. *d.remed.3.num.163.* & hoc idem confirmat Sarmient. *de rebus Eccles.non alienand.par.3.cap.2. sub numero 26.* ibi dum dicit, id non procedit in causa nostra in qua principale est creditum, & nouissimè Honded. *consi. 17. numero 1. part. 2.* & latius declarauit Rot. coram Reuerendissimo
* Ludouisio in vna Rauennaten. Saluiani Interdicti 28.Iunij 1602. *in calce operis decisi. 22. numer.*
* 1. & in alia coram R. P. D. Litta in vna Romana Salu.Interd. Lunæ 13.Ianuarij 1603. *ibidem decisi. 23. numero 1.* & hoc dicitur primum extremum, vt per Roland. *d.consi.14.numero. 13.lib.1.* & pluries declarauit Rot. vt in vna Roma. Salu.
* Interd. Veneris 25.Iunij 1599.coram R.P.D. Penia *in calce operis decisi.10. numero 1.* & in alia co-
* ram Illustrissimo Lancellotto in vna Romana Salu.Interd. Veneris 10. Nouembris 1599. *ibidem*
* *decisi.19.numer.1.* & coram R.P. D. Ottimbergo in vna Romana Salu. Interd. Veneris 8. Iunij
* 1601. *ibidem decisi.29. numer. 1.* & coram R. P. D. Iusto in vna Romana Salu. Interd. Veneris 31. Maij 1602. *ibidem decisi. 20. numero 1.* & in alia
* coram eodem Lancellotto in vna Romana domorum in Burgo *ibidem decisi. 26. numero 10.*
72 & alibi pluries: Et cùm sit primum extremum præsentis iudicij, plenè est probandum, Caputaq. *decisi. 318. numer. 6. & decisi. 368. part. 2. in impressis*, qui ita in Sacro Rotæ Auditorio seruari attestatur, & hoc idem affirmat Sarmient. *in reg. de infirm. resig. quæst. 36.* Pont. *de spolio ca. 14. nu.100.lib.2.*
73 Ex quibus patet quod possessio rei conuenti, non est fundamentum, & stabilimentum præsentis iudicij, sed creditum, & hypotheca, quod etiam probatur, quia cessante obligatione ces-
74 sat hypotheca, *l.item liberatur ff.de pign.* Neguf. *de pign.in 2.memb.6.par.num.11.* Ruin. *consi. 17.nu-*
75 *mer.8.lib.1.* & cessante obligatione, & hypotheca non est locus Saluiano Interdicto, cum sine hypotheca non detur. Salic. *in l. 1. sub numero 5. versi.sed quia.C.hoc eod. tit.* tradit Natt. *d. consil. 474.numer.34.* Roland. *consil. 14. numer. 13. libr.1.* Surd. *consi.331.num.1.volum. 1.* & per Rot. coram
* R.P. D. Penia in vna Rom. Salu. Interd. Lunæ 22.Martij 1599. *in calce operis decisi.9. numer. 4.* &
* in alia Romana Saluiani Interdicti coram Cardinali Lancellotto Ven.5. Decembris 1600. *ibi-*
* *dem decisi.30.num.1.* & coram R.P. D. Litta in vna Romana Salu.Interd.Ven.17. Maij 1602. *ibidem decisi.31.num.3.*
76 Et propterea licet verum sit quod actor deducit creditum, & hypothecam ad effectum consequendi possessionem aduersarij, tamen creditum dicitur in libello, principaliter tan-
77 quam primum extremum deductum, & possessio deducitur secundo loco, tanquam secundū extremum, vt bene declarat Roland. *d. consi.14. num.13.lib. 1.* & ita semper sensit Rot. vt per Illu-
* strissimum Seraphinum in vna Romana Salu. Interd. Veneris 11.Ianuarij 1602. *in eius libro impressis decisi.26.num.3. & in d.* Romana Domorum co-
* ram Cardinali Lancellotto *ibidem decisi.26.numer.2. & in d.* Romana Saluiani Interd. Ven. 31.
* Maij, 1602. coram R.P.D.Iusto *ibidem decisi.20. num.2.* & in alleg. decis. Romana Salu.Interd.25.
* Iunij 1599. coram R. P.D.Penia, *eodem decisi.10. nu.1.* & supra in forma libelli deduxi, dum pro-
78 baui quod prius creditum, & hypotheca ex parte actoris in libello deducendum est; & secundo loco possessio rei hypothecatæ ex parte rei, & ex his tollitur ratio per R. P. D. Cantuccium adducta.
79 Verum eius opinio quo ad probationem saluari potest, quia ipse loquitur de possessione rei conuenti, & sic necessario sequitur quod intellexit de secundo extremo, quia illa possessio (vt supra deduxi) dicitur secundum extremum in quo leuiores probationes sufficiunt, vt infra in sequenti capite latè explicahimus, vbi de secundo extremo plenè tractaturi sumus: reiectis tamen rationibus per eum adductis.
80 Primo limitatur, quod dictum est, primum extremum in causa possessorij plenè esse probandum, non habere locum in possessorio antiquo, vt per Felin. *in cap.cum causam nu. 12. de probat.* Dec. *consi.42.num.2. & consi.146.num.14.* Paris. *consi.104.num.42.lib.1.* Curt.Sen. *consi. 76. num.4.* Afflict. *decisi.13.num.13.* Put. *decisi.76.& 78.lib.2.& decisi.61.lib.2.*
81 Imo in antiquis probatur per testes de auditu à maioribus, vt per Innoc. *in cap.veniens num. 2.de verb.signif.* & per Put. *d.decisi.76.& 78. num. 1.lib.1.*
82 Insuper etiam probatur per famam, indicia, & coniecturas, vt per Curt. Sen. *loco citato*, & latius per Paris. *d.consi.104.num.42.* & per Menoc. *de arbitr.Iud.ca.su 115.num.2.& 3.* & dixit Rot. co-
* ram Illustrissimo Seraphino in vna Romana de Valle, 10. Decembris 1579. *in eius lib.impress.decisi. 431.num.2.*
83 Secundo limitatur quando versaremur in aliquo casu difficilis probationis, vt per Felin. *in d.cap.cum causam nu.4.* & per Socc.Sen. *consi. 187. num.13.lib.2.* Paris. *d.consi.104.num.43.* Cassad. *deci. 3.sub nume.2.de procur.* & declarauit Rota coram Illustrissimo Seraphino in d. Romana de Valle
* *num.1.*
84 Intellige tamen vt Iudicis arbitrio relinquendum sit, quæ probationes in hoc casu difficiles dicantur, vt per Menoch. *de arbitr. Iud. d. casu 115.num.9.* & latius infra *num. 37. & in sequ. cap.* in alijs casibus explicabimus.
85 Tertio limita, quando tractatur de secundo extremo, vt per Caputaq. *decisi.369. lib. 1. in impressis*, & qualiter hoc procedat infra in sequenti capite declaratur.
86 Nec immeritò quidem etiam, dici posse censeo Iudicis arbitrio relinquendum esse quando sit causa magni, vel modici preiudicij in præsenti
87 specie, sicut habemus quod Iudicis arbitrio

relin-

relinquendum est, quæ nam sit causa magna & quæ minima, vt in Glos. 1. *in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breui recit. & Glos. in cap. vlt. in verbo illustrium de re Iud. in 6.* & per Ias. *in d. l. admonendi num.* 100. & tradit Dec. *in auth. præterea numer. 15. in fin. C. Vnde vir & vxor.* & hanc veriorem dicit Menoch. *de arbitr. Iud. casu 72. num. 10.*
88 Viu. *opin. 61. num. 2.* & quod dicatur paruum, & leue, aut magnum, & graue præiudicium, & an arbitrio Iudicis sit committendum, ex infinitis tradit Tiraq. *in repetit. leg. si vnquam versi. omnia vel partem aliquam num. 31.* & in terminis possessorij hoc expresse tenet Contard. *in d. l. vnic. in prima ratione decidendi numero 25.* Hinc etiam vi-
89 demus quod an causa sit magni ponderis, ad hoc, vt non deferatur iuramentum, vel minima similiter positum est Iudicis arbitrio, vt tradit Ias. *in repetit. l. admonendi numer. 272. de iur. iuran.* & per Menoch. *de arbitr. Iud. casu 190. numer. 17.*
90 & simili modo quale sit modicum, vel magnũ fundum arbitrio Iudicis repositum est, vt per Menoch. *in eod. tractatu casu 214. n. 7.*
91 Et hinc est quod multi Doctores censuerunt quod non solum in iudicijs præparatorijs ad plenaria possessoria deductis, sed in ipso possessorio principali modici tamen præiudicij, semiplena requiratur probatio, vt supra plenè
92 fuit deductum *numer. 25. & 45. & seque.* nam aliquando propter rei modicitatem, aliquando verò propter circunstantias, & qualitatem negocij, causa possessorij redditur modici præiudicij, & ideo quandoque in sacro Rotæ Auditorio fuit tentum semiplenam sufficere probationem, vt supra *num.* 27. deduxi, aliquando verò contrarium censuit, vt supra *num. 23. & 58. & 63.* ostensum, & in hoc bene aduertendum est, quia ex hoc fundamento facilius scribentiũ contrarietates tolli possunt, quàm ex supradictis Doctorum conciliationibus, quæ non sine aliqua difficultate transeunt.

Nam in hac materia multi casus euenire possent, in quibus leuiores admittendæ essent probationes, veluti, (vt iam supra *numer.* 80. deductum fuit,) quando versaremur in facto antiquo, vel quando in casu difficilis probationis ageretur, quia tunc leuiores admittuntur probationes ex iuribus, & auctoritatibus eodem loco allegatis.

93 Et propterea infertur quod si quis in supradictis casibus possessoriũ experiretur; vel aliàs esset adeo mo dici præiudicij, quod sola semiplena sufficeret probatio, arbitrio Iudicis remittenda est, quænam sit causa magni, vel modici præiudicij ad hunc effectum faciendi probationes, iuxta tradita per Tiraq. *in d. l. si vnquam in verb. omnia vel partem aliquam num. 51.* & per Contard. *de man. poss. d. prima ratione decidendi, numer. 25.*

Præterea aduertendum est, quod in casibus in quibus dixi creditum plenè esse proban-
94 dum. debet intelligi quod actor probet se esse creditorem ex causa in libello expressa, scilicet vigore illius locationis, seu emptionis, seu impositionis census, in libello deducta, nam hæc qualitas plenè, & concludenter probari debet *l. exceptione l. ab ea parte. C. de probat.* Roland. *consi. 56. num. 33. lib. 3.* & in his terminis tra-
95 dit Sarmient. *de redit. Eccl. d. cap. 2. num. 24.* quemadmodum qui se filium dicit, & hac de causa aliquid ad se spectare prætendit, illud probare debet, Ang. *in l. liberorum circa princ. ff. qui not. ac. infam.* Abb. *in cap. peruenit. ante fin. qui fil. sint legit.* Dec. *consi. 321. num. 2.* Paris. *consi. 14. nu. 140. lib. 2.*
96 Ceph. *consi. 82. n. 8.* & qui dicit se legitimum ad eum spectat hoc probare, vt est tex. *in l. 1. C. quorum bonorum,* & per Abb. *in d. capit. peruenit. sub num. 4.* vbi Butr. *num. 5. versi. dicit ergo.* Dec. *consi. 471. num. 2.*
97 Et idem si quis vult agere rei vendicatione, quia rei vendicatio propriè dicitur dominium, hoc est rem actione dominij vendicare, tex. est *in l. 1. C. vbi in rem act. detur.* ideo dominiũ plenè probari debet, vt per Corn. *consi. 119. num. 4. lib. 4.*
98 Alex. *consi. 94. in fin. lib. 2.* Ruin. *consi. 141. in princ. lib. 4.* Aym. *consi. 157. sub nu. 3. versi. sed præmissis, & num. 4.*

Et simili modo qui rem Emphytheoticam dicit, illam probare debet. Bald. *consi. 177. sub num. 4. lib. 3.* Spec. *de locat. §. nunc vero nu. 7. & seq.* Paris. *consi. 138. num. 25. lib 4.* Bero. *consi. 49. num. 6. lib. 3.* & declarauit Rota coram R. P. D. Orano,
* in vna Foroliuien parochialis 3. Iulij 1589. *in calce operis decisi. 32. num. 1. & 8.* & multa alia ad hũc propositum adduci possent, ex quibus patet creditum plenè esse probandum, sed deducta sufficere visum est.

SVMMARIVM.

1 *Extremum vltimum probandum est, scilicet debitorem possedisse rem hypothecatã tempore obligationis, vel postea.*
2 *Reus non tenetur indicare suam possessionem.*
3 *Identitas probanda est in omni casu.*
4 *Identitas probanda est ab actore, qui videtur se fundare super identitate rei hypothecatæ, & leniores sufficiunt probationes.*
5 *Probationes leniores sufficiunt in probando vltimũ extremum.*
6 *Extremum vltimum per litis sustentationem probatur, contrarium, num. seq.*
7 *Litis sustentatio sola non est sufficiens ad probationem vltimi extremi, sed accedente aliquo adminiculo probat.*
8 *Extremum secundum probatur etiam per apocham manu aduersarij scriptam.*
9 *Amplia alijs decem modis remissiuè.*
10 *Amplia etiam ex confessione Reorum.*
11 *Amplia etiam per locationem, licèt locationis effectus non probetur.*
12 *Possessio vniuersitatis probatur ex actis à particularibus factis in re communi nomine Communitatis, & ea sciente, & num. 13.*
14 *Possessio probatur ex ficta confessione, quando articuli fuerunt habiti pro confessatis.*
15 *Mora purgatio non admittitur quando contra contumaciam fuerunt articuli habiti pro confessis.*
16 *Decretum per quod pronunciatur articulos haberi pro confessatis, transit in iudicatum post decem dies, quo ad partes.*
17 *Possessio probatur ex confessione facta à parte in respondendo positionibus.*
18 *Possessio immemorabilis non probatur per instrumentum, vel per scripturam.*
19 *Possessio probatur per clausulam constituti.*

20 *Possessio probatur per inuentarium, contra haredem conficientem.*

21 *Amplia, quod nec datur probatio in contrarium.*

22 *Inuentarium probat contra conficientem.*

23 *Amplia quod probat etiam contra debitores in inuentario descriptos.*

24 *Inuentarium non probat contra tertios non citatos.*

25 *Bona incorporalia quasi possidentur.*

26 *Possessio iurium incorporalium idem operatur, quantum possessio iurium corporalium.*

27 *Iurisdictio probatur per instrumentum fidelitatis.*

28 *Quod intelligendum est de illis Iuribus, quæ hypothecam recipiunt.*

29 *Possessio Iurisdictionis probatur per Instrumentum iurata Fidelitatis, quando sunt personæ quæ possessionem transferre possunt.*

30 *Item probatur per Instrumentum liberationis ab oneribus præstitis, vel à Iuramento fidelitatis.*

31 *Item probatur per præstationem onerum.*
Item per exactionem onerum.

2 *Item probatur per famam in antiquis.*

3 *Item probatur ex nominatione, & ex communi opinione.*

33 *Item probatur ex actibus Iurisdictionalibus, data scientia, & patientia Domini.*

34 *Ius incorporale sola cessione, & potentia sine traditione acquiritur.*

35 *Seruitus non acquiritur nisi data scientia aduersarij.*

36 *Subiectum quasi possessionis seruitutis est vsus, & patientia aduersarij.*

37 *Seruitus acquiritur quando vtitur iure proprio, sed limita, vt num. 40.*

38 *Ac insuper quando vsus est eo animo acquirendi seruitutem.*

39 *Quasi possessio iurium incorporalium non acquiritur ex actibus iure familiaritatis, seu amicitiæ, & facultatis, & similia factis.*

40 *Ius incorporale, veluti ius libertatis ex sola negligentia Domini non vtentis acquiritur, seu præscribitur.*

41 *Ius corporale formandum, acquiritur sine patientia, & scientia Domini.*

42 *Item quando illa quasi possessio est vacans.*

43 *Item quando adest tanti temporis cursus cuius initij memoria non inuenitur.*

44 *Item quando quis haberet titulum, etiam si esset inualidus.*

45 *Item in seruitute habente causam discontinuam.*

46 *Sublimitatur tamen tribus modis, vt ibi.*

47 *Possessio iurium incorporalium vnico actu acquiritur modo supradicto.*

48 *Ampliatur, vt Iurisdictio acquiratur vnico actu, extendatur ad alios actus comprehensos sub eadem specie.*

49 *Possessio iuris exigendi, per vnicam solutionem acquiritur, quantum iure proprio vsa est cum patientia, & scientia Domini.*

50 *Limitatur in beneficialibus quando quis non haberet titulum.*

51 *Limitatur 2. quando solutio facta esset vacante beneficio.*

52 *Possessio non acquiritur ex solutione facta à tertio, quando non constaret de mandato nisi concurrerent coniectura, & adminicula.*

53 *Animus requiritur ad acquirendam possessionem.*

54 *Possessio non acquiritur, in his quæ animi declarationem cernunt, nisi cum speciali mandato.*

55 *Possessio non acquiritur, etiam quod constaret de mandato seu commissione data tertio nisi constaret de vera solutione.*

56 *Mandatum de soluendo, vel dispensando aliud est, aliud venditio, seu dispensatio.*

57 *Possessio exigendi non acquiritur ex confessione Episcopi prædecessoris.*

58 *Limitatur quando talis possessio esset facta à priuata persona, quia tūc talis confessio ei præiudicat.*

59 *Possessio Iuris exigendi non acquiritur ex ficta solutione, veluti si esset facta compensatio.*

60 *Possessio non acquiritur quando solutio esset facta metu censurarum, hoc est præcedente tali protestatione.*

61 *Limitatur quando solutio esset facta simpliciter absque vlla protestatione, licèt mandatum esset relaxatum, vel Iudex in censuras incurrisse declarauerit.*

62 *Possessio non acquiritur quando solutio esset facta vigore clausulæ in commissione posita, veluti sine retardatione solutionis.*

63 *Tituli probatio requiritur ad acquirendam possessionem exigendi pensionem.*

64 *Saluianum cessat, quado possessio non probatur cū deficiat secundum extremum.*

65 *Possessio iuris præsentandi, & eligendi similiter per vnicum actum acquiritur.*

66 *Hypotheca non datur super iure præsentandi, eligendi.*

67 *Saluianum non datur sine hypotheca.*

68 *Saluianum datur super iuribus incorporalibus, quia veniunt sub hypotheca.*

69 *Possessio seruitutis per vnicum actum concurrentibus supra deductis acquiritur.*

70 *Saluiani Iudicium habet locum si probetur bona esse obligata cum obligatione valida.*

71 *Hypotheca resoluitur principali obligatione sublata.*

72 *Saluiano non est locus sine hypotheca.*

73 *In iudicio Saluiani non est necesse probare rem obligatam fuisse in bonis debitoris, sed ipsum possedisse.*

74 *Saluiani iudicium præsupponit quasi pignus vel hypothecam in sola possessione pignorantis.*

75 *Possessio sola probanda est.*

76 *Obligatio generalis omnium bonorum sufficit in hoc iudicio.*

77 *Bona futura veniunt in generali bonorum obligatione.*

78 *Amplia procedere etiam si non sit dictum bona sua.*

De secundo extremo, & illius probatione. Cap. VI.

1 VLtimum etiam extremum probandum est, nempe debitorem possedisse rem hypothecatam tempore obligationis, vel postea, vt est glos. *in §. item Seruiana in verbo quasi in fin. Instit. de act. & glos. fin. in §. interdictum quoque in fin. Instit. de interdict.* Bartol. *in l. 1. ff. & C. de Salu. Interd.* Alexand. *consi. 115. in fin. & consi. 185. num. 4. & 6. libr. 6.* Corn. *consi. 75. numer. 3. libr. 3.* Roland. *d. consi. 14. num. 6. & 13. lib. 1.* Grat. *consi. 119. nume. 7. libr. 2.* qui de communi attestatur. Socc. Sen. *consi. 112. numer. 6. libr. 4.* Surd. *consi. 513. numer. 18. volum. 4.* Honded. *consi. 17. numer. 7. & consi. 25. num. 2. volum. 2.* Negus. *de pign. in 3. memb. 8. par. sub num.*

num.19. Afflic. *decisi.382.nu.1.in fin.* Thesaur. *decisi.175. num. 1.* & declarauit Rota in vna Romana Saluiani Interdicti coram R.P.D. Penia Lunæ 12. Maij 1599. *in calce operis decisi.22.nu.1.* & in alia coram eodem Romana Salu. Interd. Ven. 25. Iunij 1599. *ibid. decisi. 10. num.1.* Et in alia coram Cardinali Lancellotto in vna Romana Salu. Interd. de Columna Ven. 19. Nouembris 1599. *ibid. decisi. 19. num.2.* Et in alia coram R.P.D. Iusto in vna Romana Salu. Interd. 31. Maij 1602. *eodem loco decis.20. num.2.* & in alia coram eodem Romana Salu. Interd. Lunæ 20. Nouembris 1606. *ibidem decis. 21. numer.2.* & in alia coram R.P.D. Litta in vna Romana Salu. Interdict. 13. Ianuarij 1603. *eodem loco decis.23. num.3.* & in alia coram eodem R.P.D. Penia in vna Perusina Spolii Vener. 1. Februarii 1608. *ibidem decis.24. nu.4.*

a In hoc autem casu illud singulare notandum est, quod actor in tantum aduersarii possessionem probare tenetur, quòd si, in iudicio instaret, vt reus suam indicaret possessionem, non teneretur, nec ad illud cogi posset, vt declarauit Rota coram Illustrissimo Seraphino in vna Romana pecuniaria 9. Maii 1594. *in eius libro impress. decis. 1074. in prin.* & in alia coram R.P.D. Vbaldo in Romana Saluiani Interdicti Lunæ 10. Ianuarii 1611. *in fine operis decis.25.*

3 Insuper etiam, & rei hypothecatæ identitas probanda est, cùm in omni casu probanda sit, *l. duo sunt Titij ff. de test.a.tut.* Dec. *cons.91.in fi.* Aym. *cons.112.nu.3.* Bertran. *cons.18.nu.15. vol.7.* Rol. *cons.67.nu.4. vol.2.* Surd. *cons.1.nu.101.lib.1.* Rot. *diuers. decis.441.nu.1.par.1.*

4 Et præcipuè in hoc iudicio, quia agens videtur se fundare super identitate illius rei sibi hypothecatæ, & sic ab eo est probanda. Corn. *cons.144.num.12.lib.4.* Zabarell. *cons.118. colum. penult. in fin. vers. finaliter princip.* Ruin. *cons.65.num.3.lib.5.* Menoch. qui alios allegat, *cons.495.num.41. lib.5.*

Licet ad eam probandam leuiores sufficiant probationes, Affl. *decis.23.nu.3.* Deci. *cons.17.nu.6. lib.3.* & dixit Rota coram R. P.D. Pamphilio in vna Foroliuien. fideicommissi Lunæ 11. Februarii 1613. *in calce operis decis.294.nu.3.*

5 In quo quidem vltimo extremo quo ad possessioné rei conuenti, leuiores probationes suf-
6 ficiunt, veluti per litis sustentationem, vt in his terminis tenuit Rota in d. Romana Salu. Interdict. coram R.P.D. Iusto 30. Maii 1602. *in fine operis decis.20.nu.2.* Caputaq. *decis.369.num.1.par.2.in impressis.* Pontan. *de spol.lib.2.c.17.* vbi multa congerit.

Verum non ita simpliciter hoc procedere dicitur, quia licet in secũdo extremo leuiores sufficiant probationes, vt per Caputaq. *decis. 400. part.1. in manu scriptis in calce operis decis.30.num.1.* & per Rot. *in nou. decis.8. de restit. spoly.* Gabr. *cons.*
7 *31.num.6.in fin.lib.1.* Tamen sola litis sustentatio nõ videtur sufficiens, quia potest esse, quod quis litem sustineat non eo quia possideat, sed respectu alterius interesse, quod in ea re habetet, & ideo vltra litis sustentationem necesse est, quod aliud accedat adminiculum, & tunc diceretur probatum secundum extremum, vt per Cæsar. de Grassi. *decis.4. num.2. de restit. spol.* & ita censuit Rota coram Illustrissimo Blanchetto in vna Regien. bonorum 21. Maii 1576. *in calce operis decis. 202.* & in alia coram Cardinali Lancelloto in dicta Romana domorum in Burgo Veneris 24. Maii 1602. *ibidem decis. 26. num. 15.* & coram R. P.D. Penia in vna Perusina spolii Domus 1. Februarii 1608. *eodem loco decis.24. num.5.*

8 Probari etiam per apocham manu aduersarii scriptam, & recognitam, vt per Rot. *diuers. decis. 227.in prin.par.2.*

9 Et alios decem casus ex quibus talis probatur possessio refert Menoc, *de retinen. poss. remed. 3. à num.560. vsque 577.* nempe primo per rei insistentiam; secundo per solam culturam agrorum, tertio ex sola fructuum perceptione; quarto ex perceptione pensionis; quinto ex solutione collectæ; sexto ex clauium traditione; septimo ex descriptione facta in libro æstimi; octauo ex Instrumento Inuestituræ, vel locationis; nono ex Instrumento ipsius immissionis in possessionem, pro vt etiam fuit resolutum in Rota coram R. P. D. Buratto in vna Romana domorum de Roncionibus Ven. 4. Martii 1616. *in fine operis decisi. 101. numer. 1.7.& 8.* Decimo ex solo vsu ipsius rei. Verum quia prædicta nonnullas recipiunt declarationes, ideo videas per eundem Menoch. loco citato qui eas exposuit.

10 Quibus adde primo quod possessio probatur ex confessione reorum, vt per Dec. *cons.125. nu.1. vers. de possess.* quem fuit secuta Rot. coram Illustrissimo Blanchetto in vna Perusina rescissionis Mercurii 24. Februarii 1588. *in fin. operis decis. 34.n.1.* Et in terminis nostris declarauit Rota coram R.P.D. Penia in vna Romana bonorum de Cellis Lunæ 14. Iunii 1610. *in fin. operis decis.35.nu. 5.* & in dicta Romana domorum de Roncionibus coram R.P.D. Buratto *num.7.*

11 Secundo adde pro vt tradit Menoch. *d. remed. 3. nu.572.* dum dicit quod per locationem, & receptionem pensionis probatur possessio, hoc etiam procedere si non probaretur locationis effectuatio, quia per receptionem pensionis inducitur præsumptio effectuationis, vt per Gab. *de locat. & cond. concl.4.nu.13.* & dixit Rot. coram R.P.D. Orano in vna Sarnen. Beneficiorum 22. Maii 1587. *in fin. operis decis.36.nu.2.* & in d. Romana bonorum de Cellis coram R. P.D. Penia *in fine operis decis.35.nu.4.*

12 Tertio adde quod probatur etiam possessio vniuersitatis per actus à particularibus factos in re Communitatis, tanquam in re communi, idque sciente, & patiente vniuersitate, vt est gl. *in l. sicut §. si quid vniuersitatis* in verbo *non debetur in fin. ff. quod cuiusque vniuersitatis*, quia vniuersitas habetur pro singulis hominibus, qui ibi sunt, vt habetur *in dict. gloss.* & ibi per Doct. & patientia vniuersitatis, seu agentium, vel administratorum, habetur loco mandati, *l. qui patitur ff. mand.* & ita declarat Bald. & Castr. *in d. §. si quid.*

13 Verum Cast. *in d. §. si quid in fi.* extendit locum sibi vendicare, etiam si non constaret particulares nomine vniuersitatis tales actus fecisse, dũmodo vniuersitas sciuerit, quia præsumitur mãdatum, & cum Castr. transit Aret. *in l.1.§.fi.in fin. de acquir. possess.*

Sed pro defensione Bald. quod requiratur a-

ctus fieri nomine Communitatis, ac ea sciente, alias non substineri, affirmat Dec. *in cons. 221. sub nu. 7. vers. non obstat.* Ruin. *cons. 129. nu. 11. lib. 4.* Paris. *cons. 111. nu. 64. & seq. vol. 1.* & hos sequitur Sur. *cons. 28. nu. 35. vol. 1.* & alios refert Gabr. *in tit. quod cuiusque vniuersitatis, concl. 2. n. 2.* ita has contrarias opiniones conciliando, & per Afflic. *decisi. 376. nu. 5. & 6.*

14 Quarto probatur possessio ex ficta confessione, quando articuli fueront habiti pro confessatis, vt est gl. *in c. 2. in verb. sufficienter in additione de confess. in* 6. vbi Anc. *nu. 11. prope fin. ver. gloss. penult. & num. 12.* & ibi Gemin. *sub num. 19. & 20.* Franc. *column. 2. prope fin. verb. in gloss. in verb. pro confesso,* & Prob. *sub numero 7. circa med.* Alexand. *consi. 128. numero. 6. volum. 2.* Hipol. Mars. *cons. 59. num. 2.* & nonnulla alia deducam *in seq. cap. nu. 37.*

15 Et prædicta ita firmiter procedunt, quod nec contumax admittitur ad purgationem moræ contra dictam fictam confessionem, vt per Ale. *in l. si Insula num. 36. de verb. oblig.* Cefal. *consi. 597. n. 5. vol. 4.*

26 Quod ego intelligo post decem dies, quia quoad partes transit in iudicatum, vt per Doct. omnes *in l. quod iussit.* vbi Rip. *num. 32.* & ibi Ias. qui de communi *num. 46. de re iud.* Dec. *in ca. cum cessante nu. 20. de appell.* & alios refert Surd. *consi. 167. nu. 11. & consi. 188. num. 18. vol. 2.* Egid. *decisi. 744. num. 5.*

17 Quinto adde quod possessio probatur per confessionem factam à parte in responsione positionibus, vt in terminis declarauit Rota
* coram R.P.D. Manzanedo in vna Romana Sal. Interd. 26. Nouembris 1605. *in fin. operis decisi. 5.*
* *num. 6.* & coram R.P.D. Giptio in vna Romana pecuniaria Merc. 26. Iunij 1596. *ibidem decisi. 38. num. 2.*

18 Sexto adde quod si essemus in casu in quo possessio immemorabilis probanda esset, nec per Instrumenta, vel per scripturas possessio huiusmodi probari posset, vt per Alexa. *cons. 16. nu. 17. lib. 5.* ex doctrina Io. Andr. *in cap. 1. ante si. versi. in gl. de præscript.* & tenuit Rot. coram Illustrissimo Pamphilio in vna Veronen. Iurisdictionis
* Lunæ 15. Martij 1596. *in calce operis decis. 39. num. 5.*

19 Septimo adde quod possessio probatur per clausulam constituti, de qua conclusione vide plenè *in 3. Inspect. c. 2. num. 985. & seq.* & dixit Rot.
* coram R.P.D. Caualerio in vna Camerin. fideicommissi Vener. 14. Decembris 1607. *in calce operis decisi. 40. num. 5.*

10 Octauo adde quod possessio probatur ex Inuentario ab herede confecto, iuxta doctr. Bart. *in l. fin. §. licentia C. de iure delib.* Paris. *consi. 45. num. 20.* Boer. *decisi. 61. num. 8.* Afflict. *decisi. 13. numer. 1.* cum alijs relatis per Mascard. *de probat. conclus. 958. in princ.* Pereg. *de fideicom. art. 44. numer. 2.* & in terminis declarauit Rota coram R.P.D. Manzanedo in vna Romana de Lambertinis Lunæ 20. Februarij 1612. *in calce operis dec. 295. num. 5.*

21 Quod ampliatur, vt contra conficientem Inuentarium non admittitur probatio in contrarium, Dec. *consi. 60. sub num. 2.* Afflict. *d. decis. 13. n. 1.* Rota *diuers. decisi. 71. parte 1.*

22 Secundo Ampliatur, vt contra conficientem probat, etiamsi tutorio, vel curatorio nomine confecerit, vt per Bart. Bald. Salicet. Castr. *in l. fin. C. Arbitr. tut.* Soc. Sen. *consi. 159. numer. 1.* & per Boer. Afflict. Paris. Mascard. *supra relat.* quos ad hunc casum adducit Menoch. *d. consil. 1017. numer. 25.*

23 Tertio Ampliatur procedere contra debitores in d. inuentario descriptos, quando cum decreto Iudicis fuerit confectum, vt per DD. relat. per Menoch. *d. consi. 1017. n. 26.*

24 Limitatur tamen contra tertios possessores non citatos, quia tunc etiam si esset ab hærede, vel tutore confecta, non probat, vt per Bart. *in l. tutor qui repertorium ff. de administ. tut.* Bursat. *consi. 9. num. 29.* Capic. *decisi. 107. numer. 11.* cum alijs infinitis relatis per Surd. *consi. 181. numer. 26.* Mascard. *d. concl. 938. num. 9.* Francisc. Mart. *decisi. 938.* Rota *diuers. decision. 800. numer. 24.* vbi exemplificatur in creditore legatario, & fideicommissario.

Et citatio huiusmodi est facienda nominatim quando persona est certa, nec sufficit proclama, vel edictum, vt ex infinitis tradit Surd. *d. consi. 181. num. 6.* Card. Seraph. *decisi. 371. num. 4.*

25 Et prædicta omnia quo ad bonorum, & re-
rum corporalium possessionem spectare dici-
mus, verum etiam quia bona, & iura incorpo-
ralia quasi possidentur, & ista quasi possessio
tantum operatur in Iuribus incorporalibus,
26 quantum vera possessio in rebus corporalibus,
vt tradit Castr. *in l. seruitutes num. 6. ff. de seruit.*
& hanc æquiparationem tradit Rip. *in cap. cum*
Ecclesia Sutrina num. 61. de caus. poss. & propriet. &
super eis datur Saluianum Interdictum, iuxta
tamen distinctionem positam de feudo *in 3. In-*
27 *spect. cap. 2. à numer. 52. vsque 68.* & de alijs Iuri-
bus incorporalibus *in cap. 2. à numer. 191. vsque*
28 198. intelligendo tamen de illis Iuribus, quæ re-
cipiunt hypothecam, de quibus vide per Ias.
in §. item Seruiana n. 109. & seq. & ibi per Bellon.
num. 32. & seq. Gomes. *num. 41. & seq. Instit. de act.*
sed quo ad illorum probationem dicitur, *vt in-*
fra.

29 Et incipiendo à Iurisdictione dicitur quod iurisdictio probatur per instrumentum Iuratæ fidelitatis, quatenus sint personæ, quæ possessionem transferre possent, aliàs intelligitur data possessio quo ad Iurantes tantum, vt per Brū. *consi. 20. n. 21. & seq. alijs relat.* per Menoch. *de retinen. poss. remed. 3. n. 579.*

30 Secundo probatur per Instrumentum liberationis ab oneribus præstitis, vel à iuramento fidelitatis, vt per Socin. Sen. *consi. 187. sub numero 2. vers. 2. vol. 2.* Oldr. *consi. 19. circa fin.* & per Menoc. *loco citato num. 580.*

31 Tertio probatur per præstationem onerum, vt per Soc. & Menoch. *locis citatis,* ex doctrina Bald. *in l. 3. C. de nat. lib.*

Quarto ista quasi possessio per exactionem onerum probatur, vt per Soc. Sen. *d. consi. 187. nu. 15.* cum alijs relatis per Menoch. *loco citato nu. 582.* Ruin. *consi. 163. num. 5. lib. 5.* qui exemplificat in iure decimandi, & ait necessariam esse scientiā, & patientiam Domini, de quo inferius latius deducemus.

32 Quinto probatur per famam in antiquis, vt per Soc. Sen. *dict. consi. 187. num. 6.* & per Menoc. *loco citato num. 183.* Rom. *consi. 70. num. 12.*

Sexto probatur ex nominatione, & ex com-

muni

muni opinione, vt per Soc.Sen. d.conf.187.n.6. & sub n.18 Menoch. loco citato n.587.

33 Septimo probatur ex actibus iurisdictionalibus, quos enumerat Socc.Sen. d.conf.187.nu.19.& declarat nu.21.& 23.& alios refert Menoch. loco citato num.585.& 586.Rom.conf.70.numero 12. & hoc intellige data scientia,& patientia Domini, vt per Socc. d.consil.187. num.22. & latè per Rip. in cap.cum Ecclesia Sutrina numero 64. de caus.poss. & propriet. Rota diuers.decision. 17.numero 7. par.2.

34 Amplia etiam quod iura incorporalia sola cessione,& potentia sine traditione acquiruntur, l. vlt.C.quando fiscus vel priu. Bald. in l.2.sub nu.2. in fin.de vsur. Tiraq. de retract.lignar.§.1.glos.7.nu.12. cum ibi alleg. & idem Tiraq. de const.poss.par.2.limit.32.nu.23.

35 Pro vt etiam dicitur de seruitute, quod quidem ius corporale non acquiritur nisi data scientia aduersarij, iux.tex. in l.2.C.de seru.& acq.

36 & ratio est, quia subiectum huius quasi possessionis, est vsus,& patientia aduersarij, vt declarat Rip. in d.cap.cum Ecclesia Sutrina nu.64. post Bart.& alios per eum allegat.& tradit Abb. in consil.18.sub num.7.post med.lib.2.& per Bald. in l. 2.num.2.C.de seru.& acquir. Castren. in l.seruitutes sub numer.9.versic. quarto requiritur ff.de seruit. Alexand. consil.108.numero 15.vol.2. Menoch. consil.6.2.numer.16.volum.7. & de Arbitr.Iud.casu 160.numero primo,& casu 161.numero 1.2.& 3. cum ibi relat.

37 Quod tamen locum habere dicimus, quando quis vsus est seruitute iure proprio, vt habetur in l.fin.ff.quemadmod.seru.amit. & bene declarat Paris.conf.27.sub num.111.& 113.vol.1.Alex.conf.108. nu.15.vol.2.& per Rip. in d.cap.cum Ecclesia Sutrina nu.49.Felin. in cap.de quarta sub nu.49. de praescript.& ad hoc vide Menoch. de arbit.Iud.d.casu 160.num.2.

38 Ac insuper si eo animo vsus est acquirendi seruitutem, aliàs non, vt declarat Felin. in d.cap. de quarta sub nu.40.circa fin. Castr. in l.seruitutes, num.9.ff.de seruit. Menoch.conf.612.num.16.vol.7. Abb. in conf.71.num.3.vol.2.& ita declarauit Rot. * coram R.P.D.Iusto in vna Vlixbonē. praeheminentiarum 8. Martij 1589. in fin. operis decis.41. num.2.

39 Nam aliqui sunt actus ex quibus nunquam acquiritur quasi possessio iurium incorporalium, veluti quando iure familiaritatis, vel amicitiae vel facultatis, & similes actus fecerit, de quibus per Doctor.omnes in d. cap. cum Ecclesia Sutrina,& ibi Rip. num.39.cum pluribus seq.& per Felin. in d. cap. de quarta sub num.40. vers.limita de praescript. Castr. d.l. seruitutes num.9. Menoch. d.casu 160.

40 Limita modo, quod dictum est seruitutem acquiri, quando iure proprio vtatur, data scientia,& patientia Domini in iuribus incorporalibus, quae sola negligentia Domini non vtentis acquiritur, & praescribitur. veluti in iure libertatis, vt per Rip. in d.c. cum Ecclesia Sutrina sub n. 64. vers.fallit autem.

41 Secundo limita in iure incorporali informando secus informato, vt per Rip. in d.cap.cum Ecclesia Sutrina sub nu.64.vers.declara, & vide ibi quid ... formatum, vel informandum.

42 Tertio limita, quando aduersarius non possideret, sed possessio esset vacans, vt per Rip. in d. cap.cum Ecclesia Sutrina sub n.64.vers.3. & praedicta procedunt in seruitute habēte causam continuam, & in his terminis loquuntur Doctores supra alleg.

43 Quarto limita, quod scientia non requiritur in possessione acquisita tanti temporis, cuius initij memoria non inueniatur, vt per Castr. in d.l.seruitutes sub num.10. Rip. in d.cap.cum Ecclesia Sutrina sub nu.66.vers.3.Felin.d.cap. de quarta sub num.41.vers.fallit in praescript. licèt Rip. dubitet de hac opinione. Caepol. de seruit. Vrb.praed. cap. 19.num.45. & communem dicit Dec. cons.85. sub num.2.

44 Quinto limitatur, quando quis haberet titulum etiam inualidum, veluti si habuisset à non Domino, si quidem eo casu non requiritur scientia, vt per Castr. in d.l.seruitutes sub n.9.vers. quarto quaritur. Felin. in d.ca.de quarta, sub nu.41. post med.vers.item fallit.

45 Sexto limitatur in seruitute habente causam discontinuam, quia tunc non requiritur scientia, vt tradit Castr. d.l. seruitutes. sub num.10. ff.de seruit. Felin. in d.c.de quarta sub nu.41. versi. est,& alia relata Rip. d.c.cum Ecclesia Sutrina sub nu.64. in fin. & hanc magis communem dicit Alexan. conf.6.num.4.vol.1. qui loquitur in seruitute discontinua cum aliis ibi in addit.lit. C.

46 Nec autem sexta limitatio sublimitatur à Felin. in d.c.quarta sub n.41. tribus modis; primo, nisi seruitus fuerit praescripta tanto tempore cuius initij memoria hominum non esset, vt tradit etiam Castren. in d.l.seruitutes num.10. Secundo, quando vtens seruitute habuisset titulum à Domino, & cum illum probare non posset testibus, vel instrumentis ad ipsum probandum, allegaret pro coniectura tituli se vsum tali seruitute Domino sciente, & patiente decem, vel viginti annos,& tradit Castr. d.l.seruitutes sub n. 10.vers.secundo fallit. Tertio, quando seruitus esset acquisita cum titulo vero non habito à Domino, sed à tertio, quia sufficit praescriptio communis,& tradit Castr. d.l.seruitutes sub nu.11.vers. est,& alius casus.

47 Supradictorum autem iurium incorporalium vnico actu acquiritur possessio, eo tamen modo, & forma, vt supra deductum est in limitatione seruitutis, & in materia iurisdictionis tradit Abb. in conf.71.n.3.vol.2. Socc.Sen. conf.187. n.19.vers.sed etiam, volum.2. Mohed decis.225. alias 22.sub n.1.vers.per possessionē, de publ.;& declarauit * Rot.coram Illustrissimo Mantica in vna Gerunden. Iurisdictionis 12. Decembr. 1588. in fin.operis decis.42.nu.1.& in alia Vlixbonen. praeheminen- * tiarum coram R.P.D.Iusto 8.Martij 1599. in fin. operis decis.41.n. 11.

48 Quod ampliatur procedere, vt talis iurisdictio ex vnico actu acquisita extēdatur ad alios actus comprehensos sub eadem specie iurisdictionis, licèt non fiat extensio ad alios actus alterius speciei iurisdictionis, vt latè per Alexan. conf.68.n.18.vol.2.Soc.Sen. conf.111.num.3.vol.1. Ias. conf.16.n.58.& seq.vol.2.& per Rot. diuers.decis.17. n.3.par.2.cum alijs ibi alleg.

49 Et hinc videmus, quod Ius exigendi similiter per vnicam solutionem acquiritur, Rom. consil. 311.sub num.7.Rip. in d.cap.cum Ecclesia Sutrina sub num.53.Rot. diuers.decis.196.num.2.par.1.& in alia

* coram Illustrissimo Pamphilio in vna Regien.
pensionis Vener.11.Decembris 1583. *in fin. operu*
* *decis.43.nu.1.* & in alia coram Illustrissimo Sera-
phino Gerunden.pensionis Vener.18.Decembr.
1579.*in eius lib.impress.decis.436.n.1.*

Quod quidem procedit data scientia, & pa-
tientia aduersarij, ac eo animo acquirendi ius,
& vsus sit iure proprio, vt supra de seruitute *nu.*
33.deductum est, & nouissimè tradit Menoch.
cons.612.n.16.vol.7.

50 Limitatur tamen supradicta conclusio, si so-
lutio esset facta non habenti titulum in benefi-
cio, quia solutiones huiusmodi non operantur
effectum, quasi possessionis, Achill.*decis.4.n.2.de*
preb.& dig.alias 267.Rot.*diuers.decis.*184.*par.*1.&
* denuo fuit secuta Rot.coram Illustrissimo Pam-
philio in vna Pacten. pens. Lunæ 5. Decembris
1594.*in fine operu decis.44.n.2.*

51 Secundo limita, si solutio facta esset vacante
beneficio, quia eo casu nulla potest acquiri pos-
sessio, cuius substantia consistit in scientia, &
patientia titularis, vt supra de seruitute dedu-
ctam est per Bald. *in l.2.n.12. & 17. C. de seruitut.*
Rip.*in d.cap.cum Ecclesia Sutrina.*Ruin.*cons.*163.*n.*
5.*vol.*5.& in his terminis declarauir Rot. coram
* Illustrissimo Pamphilio in dicta Pacten. posses-
sionis *nu.2.in fi.*& in d.Gerunden.pensionis *n.4.*
* coram Card.Seraph.

52 Tertio limita, si solutio esset facta à tertio, &
non constaret de mandato, quia eo casu princi-
paliter non acquiritur possessio. *l.1. §.per procu-*
*rat.C.mand.*nisi concurrerent coniecturę, & ad-
minicula, quia vt dictum est scientia, & patien-
tia Domini requiritur in ista possessione. Abb.
*cons.23.sub nu.2.vol.2.*Giga. *de pens.q.48.n.4.*Aym.
*cons.5.num.16.*Surd.*cons.150,n.23.vol.2.* Rot.*in nou.*
decis.9. de restit. spol. & declaratur in prædicta
* Pacten. pensionis; nam ad acquirendam pos-
53 sessionem requiritur animus, *l.3.§.in amitten.*v-
bi Ias.*num.1.de acquir.possess.*& in his quibus cer-
nunt animi declarationem requiritur speciale
54 mandatum, Bar.*in l.inter stipulantem,§.1.de ver-*
bor.obligat. Alexand. *cons.78.num.11.lib.1.*Surd. *d.*
cons.160.num.24. si eo animo cepit possessionem,
vt mihi mandanti acquiratur, *l.1.§.si per procura-*
torem.ff.de acquiren. poss.ff. Egid.*decision.* 107. *in*
fine. & dixit Rota coram Illustrissimo Sera-
phino in vna Vrbeuetana Castrorum Vene-
* ris 30. Aprilis 1568. *in eius lib.impress.decision.47.*
lib.1.

55 Quarto limita, quod etiam si constaret de
commissione data tertio, & non appareret de a-
ctuali solutione, nec diceretur acquisita posses-
sio, cum aliud sit mandatum de soluendo, aliud
solutio, vt in simili dicitur, aliud esse mãdatum
de vendendo, vel de dispensando, aliud vendi-
56 tio, seu dispensatio, vt de primo latè tradit Be-
ro.*quest.4. num.10.* & de secundo Achill. *decis.1.*
* *de mandato alias* 18.*de procur.in impress.* & ita de-
claratur in d. decis. Pacten. pensionis *num.6.* &
per Rot.*diuers.decis.389.sub n.3.par.1.*

57 Quinto limita, etiam si adesset confessio Epi-
scopi prædecessoris, qui confessus esset solutio-
nem pensionis, quia ad istum effectum acqui-
rendi quasi possessionem cõfessio antecessorum
non præiudicat Ecclesiæ, vt per Felin.*in c.fi.n.11.*
*de præscript.*vbi Paris.*n.54.& in d.decis.389.sub nu.*
3.& ita habetur in d. decis. Pacten.pensionis *n.7.*

58 Secus tamen esset si confessio esset facta à
priuata persona, quia tunc dicta confessio pro-
baret contra ipsum, vt per Dec.*cons.123.sub num.*
* 1. & ita tenuit Rota coram Illustrissimo Blan-
chetto in vna Perusina rescissionis Mercur.24.
Februarij 1588.*in fi.operu decis.34.num.1.* & latius
fuit supra deductum *n.14.& n.17.*

59 Sexto limita in ficta solutione, veluti si esset
facta compensatio, quia requiritur vera solutio,
ad hoc, vt dicatur esse in possessione exigendi,
nam compensatio huiusmodi operatur, vt quis
dicatur satisfactus, non autem, vt constituat
quem in possessione, & ita declarat Rot.*d.decis.*
389.n.2.par.1.

60 Septimo limita, quando quis solueret metu
censurarum, scilicet quando protestatus est sol-
uere metu censurarum, & sine præiudicio suo-
rum iurium, vt declarat Aym. *cons.114.num.6.* &
per Rot.*diuers.decis.196.nu.3.par.1.* & per Rot. *in*
d.decis.Pacten.pension.num.8. & ita intelligendus
est Put.*decis.281.lib.2.*& Capuraquen. *decis.331.n.*
4.par.2.

61 Nam si simpliciter soluisset absque vlla pro-
testatione, etiam si mandatum esset relaxatum,
vel Iudex in censuras incurrisse declarauerit,
tunc constituit aduersarium in possessione, vt
per Aym.*loco citato,*& per Rot.*diuers.d.decis.196.*
num.3.par.1.

62 Octauo limita, quando solutio esset facta vi-
gore clausulæ in commissione posita, nempe,
sine retardatione solutionis, quia eo casu soluit
metu mandati vigore dictæ clausulæ non ani-
mo obediendi, vt per Put.*d.decis.281.n.2.*

63 Postremo dicitur, quod ad hoc vt quis posses-
sionem iuris exigendi, veluti pensionem acqui-
rat, necesse est vt prius doceat de existentia il-
lius iuris, nempe de titulo pensionis ex literis
Apostolicis, Achil.*decis.4.de rescript.*Rot.*diuers.*
d.d.decis.196.in princ.

64 Vnde dicitur, quod in omnibus supradictis
casibus, quia non dicitur acquisita possessio,
nec Saluianum cõtra eum experiri posset, cum
deficeret secundum extremum de quo dictum
est *in 1.Inspect.c.6.*

65 Et redeundo ad alia iura incorporalia dico,
quod eodem modo, & forma, & concurrenti-
bus supra de seruitute traditis; Ius præsentandi,
& eligendi similiter per vnicum actum acqui-
ritur possessio, vt per Rip. *in cap. cum Ecclesia Su-*
trina,n.90.& 91.& ibi Abb. *n.23. de caus.possess.&*
*propriet.*Alex.*cons.74.n.16.vol.4.* Rot.*diuers.decis.*
66 *17.num.1.par.2.* & hæc iura præsentandi, & eli-
gendi non recipiunt hypothecam, cùm non re-
cipiant commodum pecuniarum, vt per Ias. *in*
§.item Seruiana n.109.Instit.de act. & per conse-
quens Saluianum super eis intentari non po-
test, cùm, vt alias deduxi, sine hypotheca non
datur Saluianum.

67 Sed super iuribus incorporalibus ex quibus
commodum pecuniarum percipitur datur Sal-
68 uianum, quia veniunt sub hypotheca, vt per
Ias.*loco citato,*& rei cohærentibus, de quo latius
in 3.Inspect.cap.2.num.201. explicabimus cum se-
quent. & aliqua fuerunt deducta *in 1.Inspect.*
cap.6.

69 Et similiter etiam possessio seruitutis per vni-
cum actum concurrentibus, tamen supra nar-
ratis acquiritur, Bart.*in l.1.num.3.C.de seru.& aq.*
Alexand.

Alexand.conſ.142.n.1.vol.1. Abb.*conſ.71.ſub n.3.vo-*
lum.2. Rip.*in d.cap.cum Eccleſia Sutrina num.52. de*
cauſ.poſſeſſ.& propriet.
70 Et redeundo ad materiam intellige hoc iudi-
cium locum ſibi vendicare, ſi probetur rem il-
lam fuiſſe hypothecatam cum obligatione, ſeu
contractu ſubſiſtente,& valido:quod ſi obliga-
tio eſſet nulla,hypotheca, quæ ei accedit, cor-
71 rueret,quia ſublata obligatione principali, hy-
potheca reſoluitur,per text.*iuncta gloſ. in l. item*
liberatur. ff. de pign. Neguſ.*de pign. in 2. membr.6.*
par.n.11.& Sarmient.*de redit. Eccleſ cap.2.ſub num.*
72 25.Ruin.*conſ.17.ſub num.8.lib.3.*& ſine hypothe-
ca non eſt locus Salu.Interd.vt ſupra deductum
eſt,vt per Corn.*conſ.190.poſt princip.* Natt. *conſil.*
474.num.34. Surd.*conſ.131.num.11.lib.1.* & pluries
declarauit Rot.& particulariter coram R. P.D.
* Penia in vna Romana Salu. Interd. Lunæ 22.
Martij 1599. *in calce operis deciſ.9.nu.4.* & coram
* R.P.D. Litta in vna Romana Salu. Interd. Ve-
neris 17.Maij 1602. *ibid. deciſ.31.num.3.* & coram
* R.P.D.Coccino in vna Romana Salu.Interdict.
Veneris 5.Decembris 1600.*ibidem deciſio.30. nu-*
* *mero* 1.& coram R.P.D. Coccino in vna Roma-
na Sal.Interdict. 2.Decembris 1601. *ibid.deciſ.17.*
num.2.
73 Nec hoc caſu neceſſe eſt probare rem obliga-
tam, tempore obligationis, vel poſtea fuiſſe in
bonis debitoris, quia hoc iudicium non fun-
datur in proprietate, vel dominio, ſed ſolum
præſupponit quaſi pignus, vel quaſi hypothe-
74 cam in ſola poſſeſſione pignorantis, vt decla-
rat Corn. *conſ.190.ante numerum primum, verſic.*
*retentio autem.lib.1.*Contard.*de mom.poſſeſſ.limit.*
*14.num.14.*Neguſ.*de pign.in 1.memb.8. par. num.6.*
Nicol.Bell.*in §.item Seruiana ſub num. 42. verſic.*
item fallit.Inſtit.de act. Zaſ. *ſub num.40. verſic.nos*
*in hac.*Din.*num.14.* Rip. *in rubr.de pign.numer.19.*
verſi.ſecundo caſu. Rot.*diuerſ.deciſ.34.num.15.par.*
75 2. & propterea ſola poſſeſſio probanda eſt,non
autem dominium,vt per Zaſ. Bell. Din. *in locis*
proximè alleg. & per Neguſ. *d.memb.1. ſub num.6.*
verſ.& propterea, & Roland.*d.conſi.14.numero 6.*
Soc.Sen. *dict.conſil.12. numero 6.* & alios refert
Menoch.*de adipiſc.poſſeſſ.d.remed.3.num.162.*&te-
* nuit Rot.coram Illuſtriſſimo Plato in vna Stri-
gonien.legati Lunæ 20.Iunij 1588. *in calce ope-*
ris deciſion.45. numero 5. ſed in iudicio petitorij
dominium eſt probandum prout *in 2. Inſpect.*
capit.ſecundo, de differentiis inter Saluianum In-
terdictum,& hypothecariam, & Seruianam ex-
plicabimus.
76 Nec etiam eſt neceſſe, quod in obligatione
ſit dictum, quod obligauit omnia bona ſua,
præſentia, & futura ad hoc, vt in ea obligatio-
ne comprehendantur bona in futurum acquiſi-
ta, quia ſufficit, quod dixerit,*Obligo omnia bona*
mea, quia tunc etiam bona in futurum acquiſi-
77 ta veniunt in dicta obligatione, vt eſt text. *in*
l.fin.C.quæ res pign.oblig.poſſ.& tradit Ang.*in d.§.*
item Seruiana ſub num.9. verſ. aduertas tamen.In-
*ſtit.de act.*Caſtr.*in l. rem alienam, num. 8. & in fin.*
ff.de pign. act. & per Neguſ. *de pign. in 2. memb.2.*
*par.nu.1.& in 3.memb.8.par.num.16.*Surd.*deciſ.97.*
num.2.
78 Quod ampliatur etiam ſi obligatio eſſet fa-
cta ſine illo pronomine *ſua,*veluti ſi dixerit *obli-*
gauit omnia bona, quia etiam futura eo caſu cō-
prehenduntur in dicta obligatione, vt declarat
Bart.*in l.1.n.1.per illum text. ff.de pign.* & per Ne-
guſ.*d.3.memb.8.par. num.2.* & latius infra *in 2. In-*
ſpect.circa princ. explicabitur.

An autem per clauſulam conſtituti veniant obligata in futurū acquiſita,ita quod ſi acquiratur etiam hypotheca,per eam intentari poſſit hoc interdictum; *in 3. Inſpect.cap.2.* declarabimus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per teſtes principaliter dicitur, ſecundum Viu.*
2 *Probatio maior dicitur, quæ ex confeßione partis ſumitur.*
3 *Confeßio partis præualet cuilibet Inſtrumento, & quibuſcunque depoſitionibus teſtium.*
4 *Confeßio partis habet vim ſcripturæ in caſibus, in quibus requiritur ſcriptura.*
5 *Probatio in Saluiano fieri poteſt per teſtes, per confeßionem partis, ac per ſcripturam, & per Inſtrumentum.*
6 *Probatio per Inſtrumentum firmior dicitur.*
7 *Memoria hominum labilis eſt.*
8 *Confeßio ſola debiti non eſt ſufficiens ad acquirendum actionem, niſi concurrentibus adminiculis.*
9 *Confeßio non redacta in ſcriptis, eſt verificanda per teſtes.*
10 *Confeßio, niſi eſſet concludens de neceßitate, nihil valet.*
11 *Confeßio debet eſſe certa, & non obſcura.*
12 *Confeßio obſcura interpretatur contra actorem.*
13 *Confeßio clara, plena, & concludens non nocet, niſi confitenti.*
Sicuti quando eſt facta ad alium finem, quæ nec confitenti nocet.
14 *Saluianum datur etiam contra tertium.*
15 *Probatio primi extremi per Inſtrumentum firmior dicitur.*
16 *Instrumentum publicum duas continet probationes, vna eſt Notarij, & ſcriptura, altera eſt teſtium in eo adhibitorum.*
17 *Inſtrumentum publicum facit rem notoriam, & dicitur probatio probata.*
18 *Amplia etiam in Inſtrumento confeßionato, concurrentibus alijs indicijs.*
19 *Inſtrumentum confeßionatum præiudicat, etiam filijs quoad legitimam.*
20 *Inſtrumentum confeßionis plenè probat, quando ſunt lapſa tempora ad opponendum de non numerata pecunia, & eſt verior, & communis, n.22.*
21 *Contrarium, ibid.*
23 *Prima opinio præcipuè procedit, quando adſunt aliqua coniectura.*
24 *Hypotheca anterior ex Inſtrumento confeßionato, præfertur omnibus alijs habentibus hypothecam poſteriorem.*
25 *Solutio non probatur in contanti, & pecunias fuiſſe numeratas, niſi in Inſtrumento dicat Titium confeſſum fuiſſe habuiſſe, & recepiſſe à Mauio dante, & numerante ſcuta centum.*
26 *Ablatiui abſoluti intelliguntur adſcripti in conſequentiam confeßionis.*
27 *Numeratio probatur, quando Notarius numerationis mentionem fecit per Gerundium, veluti ſi dixerit, confeſſus fuit recepiſſe à Maiuo dando, & numerando.*

28 Gerundium significat actum qui oculis subijcitur.
29 Instrumentum quando probet, si testes contradicũt, vide remissiuè.
30 Saluianum datur ex confessione facta à testatore in testamento, quando habet vim legati.
31 Amplia etiam, si ultra Testator nihil disposuit.
32 Litteræ Cambij probant, etiam primum extremũ.
33 Litteræ Cambij habent vim publici Instrumenti.
34 Campsor non liberatur per præstationem litterarũ Cambij, nisi sequatur solutio, etiam si essent acceptata, & nu. 35.
36 Confessio partis plenè probat, & deducuntur exempla.
37 Confessio resultans ex articulis habitis pro cõfessatis, plenè probat possessionem.
38 Confessio facta in positionibus plenè probat, ac etiam in supplicatione, & litteris impetrationis.
39 Limitatur in tertio possessore, qui positionibus respondere non tenetur in iudicio possessorio.
40 Confessio tacita resultans ex silentio, non plenè probat.
41 Extremum primum per testes plenè probatur, nec unicus testis sufficit, & nu. 42.
43 Hypotheca expressa per testes probari potest.
44 Hypotheca tacita per testes probari non potest, nisi per modum indirectum.
45 Apocha, seu scriptura priuata plenè probat, quando est ab eodem scribente recognita, vel fateatur eius manu scripta.
46 Amplia etiam, quando in productione scripturæ nihil à parte est oppositum.
47 Amplia etiam, quando per testes fuit plenè recognita.
48 Recognitio scripturæ rectè facta dicitur, si testes deponunt habere notam manum, & ideo eam recognoscũt de stilo Rot. ac ex stat. Rom. dispositione.
49 Contrarium de iure videtur, quia necesse est quod testes fuerint præsentes scripturæ confectioni.
50 Limitatur tamen procedere, quando in recognitione testes deponunt habere notam manum, & cum eorum depositione concurrit adminiculum.
51 Scriptura priuata, ut probet contra scribentem, nõ est necesse, quod habeat diem, & Consulem.
52 Limitatur, quando ageretur de præiudicio tertij, vel quod probaret contra tertium.
53 Scriptura priuata plenè probat, etiam si sit ab eodẽ debitore tantum subscripta.
54 Limita, quando esset ultro citròque obligatoria.
55 Scriptura priuata probat si esset à testibus recognita.
56 Recognitio rectè facta dicitur, si unus testis deponat de veritate apochæ, & alij deponant vidisse, & interfuisse illius confectioni.
57 Amplia etiam si non probetur testes esse probatæ, & integræ opinionis, quia præsumitur de iure.
58 Testes requisiti à Statuto debent esse omni exceptione maiores.
59 Scriptura priuata probat, quando inter partes fuit conuentum, quod ei plena fides habeatur.
60 Scriptura priuata probat de consuetudine.
61 Scriptura priuata probat quando est proprijs partium sigillis sigillata, vel Communitatis, vel Principis, vel officialis illius loci.
62 Scriptura priuata non subscripta, sed tantum sigillata Communitatis, vel officialis sigillo non probat.
63 Scriptura priuata facta in Iudicio, vel à Notario in actis redacta probat, quod declara, ut ibid.
64 Attestatio Notarij habet vim subscriptionis testiũ.
65 Scriptura priuata de qua supra, probat etiam quo ad anterioritatem inter creditores, quando per duos testes fuit probata veritas contentorum in apocha.
66 Scriptura priuata, quando de illius veritate constat, & cessat suspicio fraudis, falsitatis, & antidata præfertur posterioribus creditoribus hypothecarijs.
67 Et eo magis procedit, quando non agitur ex testibus in apocha descriptis.
68 Scriptura priuata non probat quo ad præiudicium tertij.
69 Amplia quod nec semiplenam inducit probationem.
70 Apocha, seu scriptura priuata in pluribus alijs casibus probet, vide remissiuè.
71 Scriptura priuata in Archiuio reperta probat.
72 Scriptura priuata in Archiuio reperta, si non sit à Notario, vel persona publica deputata ad scribẽdum scripta, nec habeat requisita ad faciendum plenam probationem, non efficitur publica, nec probat, & nu. 73.
74 Archiuium non dat robur scripturis inualidis, nisi sint in forma probanti.
75 Scriptura Notarij non habens requisita ad publicã, & authenticam scripturam non probat, etiam si inter scripturas, & protocolla reperiatur.
76 Scriptura in Archiuio reperta ad hoc, ut fidem faciat, tria requirit secundum Felin. & numero 92.
77 Aymon tamen quo ad secundum requisitum tenet contr.
78 Declaratio eiusdem Aymonis ad dictum secundum requisitum.
79 Scriptura quando est in loco publico, cum custode publico, & omnes scripturæ ibi reposita sunt authentica, dicitur authentica, secus verò quando nõ omnes sunt authenticæ, sed mixtæ.
80 Scriptura priuata non recipit fidem ex solo Archiuio.
81 Consuetudo sola sufficit ad dandam fidem scripturis.
82 Intellige duobus concurrentibus, nempè loco Archiuij, & auctoritate officialis.
83 Consuetudinem allegans, illam tenetur probare.
84 Archiuium ex se ipso tantum, non dat robur scripturis.
85 Consuetudo potest non solum diminuere fidem scripturis, sed etiam tollere solemnitates à iure ciuili requisitas.
86 Consuetudo potest inducere, ut testamenta valeãt etiam cum minori numero testium.
87 Consuetudo in specie probanda est.
88 Consuetudo probanda est ab eo, qui in ea se fundat.
89 Consuetudo notoria non indiget probatione, sed sufficit, ut tantum allegetur.
90 Amplia quod hoc casu iudex ex se ipso supplere potest.
91 Scriptura priuata absque consuetudine, nihil probat, quando non est solemnis.
93 Scriptura priuata in Archiuio reperta, ad hoc, ut probet, debet haberi ita pro publica, ut indifferenter Iudices pro tali utantur.
94 Limitatur non procedere extra Territorium.
95 Præsumptio iuris plenè probat.
96 Euidentia facti plenè probat.

Quibus

Quibus modis, & qualiter iudicium plenè probari dicatur.

Cap. VII.

VErùm, quia ſupra in præcedenti capitulo
fuit deductum, quando per vnicum te-
ſtem ſemiplena inducatur probatio, ac etiam
fuit oſtenſum, quando teſtibus de auditu, & in-
diciis in hac materia ſtandum ſit.

Reſtat nunc breuiter videre, quomodo, &
qualiter plena probatio in hoc iudicio fieri di-
catur, & licet hæc quæſtio potuiſſet *in fine cap.5.*
de primo extremo deduci, cùm fuerit ibi expo-
ſitum plenam probationem in eo faciendam
eſſe; tamen vt materia primi, & ſecundi extremi
magis continuata procederet hoc loco propo-
nere duxi, & quæ ſit principalior probatio in
1 hoc caſu, an per teſtes pro vt concludit Viu. *o-
pin.893.ſub nu.1.* qui hanc magis communem ex
multis atteſtatur, vbi dicit præualere Inſtru-
mento.

2 Licet in contrarium, quòd ex confeſſione
partis maior videatur probatio, eſt text. *in l.ge-
neraliter.C.de reb.cred.l.vlt.C.de fideicommiſſis.* A-
lex.*conſ.127.n.2.lib.4.* Aym.*conſ.31.nu.3.*Surd.*conſil.
94.n.25.lib.1.*Grat.*conſ.110.n.9.vol.2.*

3 Et quod præualeat cuiliber publico Inſtru-
mento, & quibuſcunq; depoſitionibus teſtium
tradit Aym.*conſil.61.ſub n.3.* Bald.*conſil.192.nu.8.
verſ. veruntamen lib.2.* & dixit Rot. coram R.P.
* D.Lancellotto in vna Romana Domus in Bur-
go 30. Martij 1590. *in calce operis deciſ.46.n.10.* &
* in alia coram Illuſtriſſimo Mantica in vna Ro-
mana alimentorum Lunæ 24. Aprilis 1595. *ibid.
deciſ.47.nu.3.*& in alia coram R.P.D.Buratto in
vna Romana Domorum de Roncionibus Ve-
neris 1.Iulij 1615. *ibid.deciſ.62.n.1.*

4 Immo quod confeſſio partis habeat vim ſcri-
pturæ in caſibus, in quibus requiritur ſcriptura,
& eo caſu ſufficiat confeſſio, tradit Dec.*in l.cum
à te,n.7.cum ſeq.C.de tranſac.*Aym.*d.conſi.61.n.3.*&
per Rot.*d.deciſ.39.n.11.*

5 Sed quidquid ſit in aliis caſibus in terminis
noſtris, & per teſtes, & per confeſſionem partis,
ac per ſcripturam, & Inſtrumentum probari
6 poteſt, vt inferius dicetur, tamen firmiorem, &
validiorem eſſe dicimus probationem per In-
ſtrumentum faciendam, iuxta gloſ. *in rubr. ff.de
fid.Inſtrum.* & præſertim in caſu noſtro, quia
non ſolum neceſſe eſt deducere creditum, ſed
etiam hypothecam, in qua fundatur hoc iudi-
cium, vt ſupra deductum eſt *in cap.5.num.1.*quæ
quidem hypotheca habet tractum ſucceſſi-
uum, & propterea eſt in poteſtate creditoris in-
fra quindecim, & viginti annos hoc experiri
remedium, & non ita de facili per teſtes proba-
ri poteſt, quod per ſpatium decem, & quinde-
7 cim annorum conuentum eſſet, cum memoria
hominum labilis ſit *l.peregre, ff. de acquir. poſſeſſ.*
Vnde propter diſtantiam temporis, teſtes inde
in aliqua parte diſcordare poſſent, & ſic iudi-
cium redderetur inutile, cùm (vt deductum
eſt) plenè creditum, & hypotheca probari de-
beat.

8 Et hoc idem in confeſſione partis ſuccedere
poſſet, ſi quidem ſi eſſet ſola debiti confeſſio,
non eſt ſufficiens ad actionem acquirendam
aduerſario, niſi concurrentibus adminiculis, vt
ex multis tradit Henric.Boic. *in cap. ex parte de
confeſſis.*Rot.*diuerſ.deciſ.94.n.1.par.1.*quæ quidem
adminicula ſimiliter venirent probanda, & ſic
negotium difficilius redderetur.

9 Vltra quod ſi hæc confeſſio non eſſet redacta
in ſcriptis, ſimiliter per teſtes eſſet probanda, vt
per Surd.*conſ.12.n.39.lib.1.* Afflict. *deciſ.375.num.5.*
Put.*deciſ.476. num.1. par.1.* quare eadem reſulta-
ret difficultas, quæ ſupra de probatione teſtium
deducta eſt.

10 Et niſi hæc confeſſio eſſet concludens de ne-
ceſſitate nihil valeret *l.non hoc.*vbi Bald.*num.1. C.
vnde legit.*tradit Aym.*conſi.157.n.9.* & Surd. *conſ.
5.num.45.volum.1.*Rot. *diuerſ. deciſ.441.numer.9.
par.1.*

11 Inſuper etiam debet eſſe certa, & non obſcu-
ra, *l.certum de confeſſ.l.fin.C.de falſa cau.* Bart *in d.
l.non hoc.num.3.*& per Natt. *conſ.245. nu.3.lib.2.&
520.n.13 lib.3.*Roland.*conſ.27.nu.10.lib.3.* alios re-
fert Surd.*d.conſ. 5.n.49.*Rot.*diuerſ.d.deciſ.685. nu.
3.par.1.*

12 Aliàs ſi eſſet obſcura contra probantem, &
ſic contra actorem eſſet facienda interpretatio,
vt per Dec.*in d.l.non hoc.nu.6.*Alex. *conſ.171.nu.14.
lib.6.*Natt.*conſ.592.n.13.*Surd.*d.conſi.5.nu.48.* Mo-
hed.*deciſ.37.alias 2.de reſtit.ſpol.*Caputaq. *deciſio.
189.n.1.par.2.in impreſſ.*Rot.*diuerſ.deciſ. 462. nu.1.
par.1.*

13 Immo etiam quando eſſet plena, clara, &
concludens non noceret niſi confitenti, non
autem tertio, vt per Alex. *in l. ſi ita ſtipulatus, §.
Chriſogonus ſub num.12.verſ.& hoc vltimo de verb.
oblig.*vbi Aret.& alij, tradit Ruin. *conſ.147. num.
13.lib.1.*Natt.*conſ.438.ſub num.9.lib.2.*Roland.*conſ.
58.num.14.lib.2.*Cephal.*conſ.101.numer.31.* Afflict.
*deciſio.245.numero 11.*Rot. *diuerſ.dict.deciſion. 685.
num.4.*

Sicuti non noceret confitenti quando con-
feſſio eſſet facta ad alium finem, Alber. Brun. *in
2.par.ſtatut.quæſt.148.*Tiraquel. *in tract. res inter
alios acta n.24.& 25.*Surd.*deciſ.250.num.6. & con-
ſil.371.num.62.* & fuit ſecuta Rota coram R.P.D.
* Buratto in vna Romana domorum de Roncio-
nibus Veneris 1.Iulij *1616.in fine operis deciſio.62.
num.7.*

14 Et Saluianum datur etiam contra tertium, vt
latè *in 3.Inſpect.cap.11.* explicabitur, & quia hæc
confeſſio non eſſet ſufficiens ad obtinendum
hoc iudicium contra tertium.

15 Ideò concludendum eſt probationem primi
extremi per Inſtrumentum in præſenti ſpecie
firmiorem, & validiorem eſſe, iuxta gloſ. *in d.ru-
bric. C. de fid.Inſtrum.* & Bald. *in l. ſi alterius num.
5.C.ſi minor ſe maior.*& per Dec. *in rubr.de teſtib.
16 poſt princ.* ſi quidem publicum inſtrumentum
duas continet probationes, vna eſt Notarij, &
ſcripturæ, altera eſt Teſtium in ea adhibitorum.

17 Et propterea non ſolum plenam inducit pro-
bationem, ſed facit rem manifeſtam, & dicitur
probatio probata Bald. *in l. Imperator ſub num.1.
circa medium, & in l.qui ſemel num.25. C. quomodo,
& quando Iudex.*Dec. *conſil.423.n.10.*Soc.Iun.*con-
ſil.127.num.3.lib.3.* Decian. *conſil.66. num.58. lib.3.*
& in terminis noſtris declarauit Rota coram
* Illuſtriſſimo Seraphino in vna Romana pecu-
niar.28.Aprilis 1586. *in eius lib. impreſſ. deciſ.736.
* numero 1.* & in alia coram Illuſtriſſimo Manti-
ca in vna Placentina Salu. Interd.Ven.16. Iunij

1599. *ibidem decis.* 3. *num.*2. & coram Cardinali
* Lancellotto in vna Imolen. Salu. Interd. Lunæ
5. Nouembris 1601. *ibidem decis.*18. *nu.*3. & coram
* eodem in vna Romana Domotuni in Burgo Ven. 14. Maij 1602. *ibidem decis.*26. *num.*2. & co-
* ram R.P.D. Litta in vna Romana Salu. Interdict. Lunæ 13. Ianuarij 1603. *ibidem decis.*31. *num.*2.
* & nouissimè dixit Rot. coram R.P.D. Penia in vna Romana bonorum de Cellis Lunæ 14. Iunij 1610. *in calce operis decis.*35. *num.*2. & in alia
* Romana Saluiani Interdicti coram R.P.D. Vbaldo Lunæ 10. Ianuarij 1611. *in fine operis decis.*33.

Quod tamen intelligendum est iuxta declarationem factam supra *in cap.*4. *num.*41. *& seq.* vbi fuit deductum quando Instrumentum faciat tem manifestam.

18 Hoc quidem ampliandum est etiam in Instrumento confessionato concurrentibus indiciis, & coniecturis, vt per Alex. *in cons.*18. *num.*2. *&* 3. *lib.*3. & per Socc. Sen. *conf.*82. *n.*3. *lib.*3. Neuiz. *consi.*57. *sub num.*9. Dec. *conf.*96. *sub n.*3. & per Gozad. *conf.*42. *n.*13. *vers. item.* Aym. *conf.*40. *n.*4. Rot. *diuers. decisio.*102. *nu.*17. *par.*2. & aliàs declarauit
* Rot. coram Illustrissimo Arigono in vna Romana Supplementi legitimæ Lunæ 8. Octobris 1593. *in calce operis decis.*48. *n.*3. vbi dicitur, quod hoc casu tale Instrumentum præiudicat etiam
19 filiis quo ad legitimam concurrentibus coniecturis, vt per Abb. & Butr. *ibi alleg.* & per Alciat. *resp.*153. *num.*2. *lib.*9. qui de communi attestatur.

20 Secundo declaratur instrumentũ confessionis tunc plenè probare, si lapsa sunt tempora ad opponendum de non numerata pecunia, vt per Bart. *in l. assiduis sub num.*11. vbi Bald. *num.*8. *in fin.* Aret. *cons.*83. *num.*3. Alex. *consil.*90. *num.*5. *lib.*3. Gozad. *consil.*42. *num.*13. Roland. *consi.*74. *num.*10. *lib.*4. Bero. *consi.*47. *num.*9. *vol.*1. Bursat. *consil.*32. *num.*42. *vol.*1. Aym. *consil.*40. *num.*6. Afflict. *decis.*402. *sub num.*10. *versic. item vera conclu.* Surd. *decis.*116. *num.*2. Rot. *diuers. decis.*102. *num.*16. *par.*2. & ite-
* rum dixit coram Illustrissimo Arigono in d. Romana supplementi legitimæ *in calce operis decis.*48. *nu.*2.

21 Et licet contrarium teneat Rom. *in consi.*445. *num.*10. Gozad. sibi contrarius *in cons.*28. *num.*23. *versic.*8. *& si dote.* Ial. *in §. fuerat num.*91. *Instit. de act.* & per Socc. sibi contrarium *in l.*1. *num.*82. *ff. soluto matr.*

22 Nihilominus opinionem Bart. esse veram, & communem dicit Aym. *d. cons.*40. *num.*5. *vers. sed opinio*, & idem affirmat Rolan. *d. consi.*74. *sub n.*10. *ante fin.* vbi dicit in iudicando ab hac opinione non esse recedendum: & idem dicit Bursat. *dict. consi.*32. *num.*42. & per Bero. *d. consi.*47. *num.*9. *in fi.* qui etiam dicit ab ea non esse recedendum in iudicando, & hoc idem affirmat Socc. Aym. *locis citatis*, & per Mandos. *in addit. ad Romanum in d. consi.*445. *in verbo temporis*, & per Rot. *diuers. dict. decisi.*102. *num.*16. *versi. & hanc esse communem.*

23 vbi dicit præcipuè procedere quando adsunt aliquæ coniecturæ ex auctoritatibus ibidem allegatis.

24 Et hypotheca ex dicto Instrumento cõfessionato quando lapsa sunt tempora opponẽdi exceptionem non numeratæ pecuniæ, præfertur omnibus alijs habentibus hypothecam posteriorem, vt per Roland. *d. consi.*74. *sub nu.*10. *vers. adeo, quod vigore hypotheca.* & per Bursat. *cons.* 32. *num.*42. *lib.*1. per communem doctrinam Bart. Bald. *in dict. l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab.* & per Dec. *in l.*1. *ff. solut. matr.*

25 Tamen aduertendum est quod si Notarius scripserit in Instrumento Titium confessum esse habuisse, & recepisse à Mæuio dante, & nume-
26 rante scuta centum, per hæc verba numeratio non probatur, quia vti ablatiui absoluti intelliguntur adscripti in consequentiam confessionis, & notarius non vidit numerationem, vnde numeratio non probatur, pro vt declarat Bald. *in l.*1. *nu.*41. *C. de confess.* & nouissimè tenet Cardinalis Mantica, *de tacit. & ambig. conuent. lib.*18. *tit.* 6. *num.*11.

27 Verum si Notarius non per participium, sed per gerundium mentionem fecerit numerationis, tunc numeratio probatur, veluti si dixerit, Titius confessus est se à Mæuio dando, & nu-
28 merando recepisse, quia gerundium significat actum qui oculis subijcitur, & cernitur, *l. cum sa cit de vi, & vi armata*, vt declarat Bald. *in l. ex cautione nu.* 9. *de non num. pecun.* & tradit Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. d. tit.*6. *num.*11. *in fin.*

29 Vbi etiam successiuè declarat, quia Instrumẽtum probat si testes ei contradicunt, & quando à crimine falsi defendi possunt.

30 Nam quando confessio est facta à testatore in testamento, quia tunc habet vim legati, datur Saluianum, & infra *in* 3. *Inspect. cap.*4. deducam,
31 & quod talis confessio habet vim legati, etiam si vltra confessionem testator nihil vltra disposuerit tradit Petr. Cin. *in l. eleganter quæst.*8. *num.* 11. *C. de non numerata pecun.* & alios quàm plures refert Emanuel Costa *in l. eleganter in* 2. *fall. num.* 6. & veriorem dicit Surd. *cons.*169. *sub nu.*5. *& decis.*285. *nu.*6. vbi pro hac parte multa deducit, & respondet ad contraria.

32 Insuper etiam plenè probatur primum extremum per litteras Cambij, Bald. *in tract. de consti. versi. modo quaro.* Marsi. *in Rubr. de probat. nu.*305. Zabarell. *consi.*153. *post princ. vers. idem quod.* Menoch. *de arbitr. Iud. casu* 94. *num.*4. Ioseph. Lud. *cons.*29. *amplia t.*35. Boer. *decis.*332. *nu.*8. & sequitur Mascard. *de probat. concl.*987. *n.*1. *&* 4.

33 Et præsertim quando sunt Campsores, vel Bancherij, quia tunc habet vim publici Instrumenti, vt tradit Bald. *cons.*148. *n.*31. *lib.*2. & per Zabar. *d. consi.*158. *n.*1. & per Gratian. *discept.*64. *n.*13. Rot. Ianuen. *decis.*126. *n.*3.

34 Nec liberatur Campsor per talem designationem nisi secuta solutione, *l. si debitore ff. de noua.* Castr. *in l. lege n.*4. *eo. tit.* & per Ias. *in l. singularia, num.*36. *versi. item.* Bart. & ibi Castr. *nu.*21. *in fi.* & Dec. *n.*26. Cagn. *sub nu.*161. *vers. sed contra.* cum aliis relatis per Rot. Ianuen. *decis.*1. *numer.*3. *& sub numer.*6. *& decis.*8. *numer.*17. vbi attestatur ita etiam de stilo seruari, & fuit dictum in vna Bononien. pecuniaria 13. Ianuarij 1581. coram Cardi-
* nali Lancellotto *in fine operis decis.*49. *nu.*1. *&* 2. & in alia Venera litterarum Cambij Lunæ 23.
* Maij 1593. coram R. P. D. Giprio *in fine operis decis.*50. *n.*1. *&* 2. & in alia Romana Cambiorum Lunæ 9. Iunij 1605. coram Illustrissimo Ludo-
* uisio *eodem loco decis.*51. *n.*1. *&* 2.

35 Quod procedit etiam si litteræ essent præsentatæ,

ſentatæ,& à Campſore acceptante, nam requi-
ritur ſolutio ad effectum conſequendi libera-
tionem,vt declaratur in d. Bononien. pecunia-
ria *n.2.& 3.*reiecta Bart.opinione *in d.l. ſingula-
ria*,& in d.Veneta Cambiorum,*n.1.& ſeq.*

Et ideò fuit reſolutum in d. Romana Cam-
biorum coram Illuſtriſſimo Ludouiſio ptimam
obligationem remanere firmam.

36 Similiter etiam per confeſſionem partis ple-
nè dicitur probari, vt per omnes Doct. ſupra *n.*
*2.& 3.*allegatos,& per Dec.*conſ.125.ſub n.1.*& Ca-
putaq. *deciſ.36. lib.2. in manuſcript.in calce operis*
deciſ.288. in prim. & in alia coram Illuſtriſſimo
Blanchetto Peruſina reſciſſionis, *ibidem deciſ.*
34.in princ.& coram Cardinali Lancellotto Ro-
mana domus in Burgo Veneris 21. Aprilis 1589.
ibidem deciſ.46.num.7. & in alia coram R.P. D.
Litta in vna Romana bonorum Lunæ 4.Maij
1598.*eodem loco deciſ.52.numero tertio*,& quo ad
poſſeſſionem probatur ex confeſſione reſultan-
37 te ex articulis habitis pro confeſſatis, tenuit
Rot.coram Illuſtriſſimo Platto in d.Strigonien.
legati.*in calce operis deciſ.45.num.4. cum alijs ſu-
pra in cap.6.num.14.*& ex confeſſione ad poſitio-
38 nes facta,tenuit Rota coram R.P.D.Manzane-
do in vna Romana Saluiani Interd.26.Nouem-
bris 1605.*ibidem deciſ.5.nu.7.* & in alia coram R.
P.D.Giptio in vna Romana pecuniaria Mercu-
rij 26.Iunij 1596.*ibid.deciſ.38.nu.2.* Inſuper etiam
probatur ex confeſſione in ſupplicatione , & in
litteris impetrationis factæ, vt fuit reſolutum
coram R.P.D. Veroſpio in Barbaſtren. Priora-
tus Lunæ 11. Ianuarij 1616. *in fine operis deciſ.37.*
num.2.

39 Hoc tamen primo limitandum eſt in tertio
poſſeſſore, qui licèt habeat auctorem qui ei de
euictione teneatur, tamē quando iudicium eſt
poſſeſſorium,poſitioni reſpondere non tenetur
quia confitendo pareret ſibi præiudicium ne
poſſet agere contra principalem, ſeu auctorem
ſuum de euictione,ſi quidem poſſeſſio facilè a-
liunde probari poteſt , ex quo plurimum facti
habet. prout in terminis poſſeſſorij eſt *deciſio*,
Surd.22.*à nu.2.vſque ad* 6. qui bene hanc mate-
riam deducit,quod eſt ſingulare dictum, vt per
Bart. *in l.at qui natura §.ſi cum me abſente , ff.de
neg.geſt.*

40 Secundo limitatur procedere in confeſſione
tacita, quæ reſultaret veluti ex ſilentio , vt per
Felin.*in c.2.ſub n.12.verſ.item de fid.inſtr.*

41 Plenè etiam probari poteſt per teſtes, vt ſupra
ex deductis *in 4.cap.in princ.*colligi poteſt,& per
Cæſar.de Graſſ.*deciſ.52.alias 6.de prob.*& in d.de-
ciſ.Romana pecuniaria coram R. P.D. Giptio
n.1.& in alia Peruſina ſpolij 1.Februarij 1608.*nu.*
1.& 2.in calce operis deciſ.24.n.1.& 2.Et hoc indu-
bitatum eſt quo ad probandum primum extre-
mum in hoc iudicio,non vnicum, ſed plures re-
42 quiri teſtes in ſpecie tradit Roland.*conſ.50.nu.*
*16.vol.2.*qui de magis communi atteſtatur, & i-
dem per Menoc. *de recup.poſſ.remed.15.num.*408.
Plot.*de in lit.iur.d.§.4.n.45.*Cagn.*in d.l. iuris ſuperiori n.*
*8.inſt.de reg.iur.*Aflic.*deciſ.354.ſub n.5.*& Ioſeph.
Lud.*deciſ.59.nu.2.*qui ſimiliter magis cōmunem
affirmat.& in his terminis declarauit Rot. corā
Illuſtriſſimo Lancellotto in d. deciſ. Romana
Domorū in Burgo Ven.24.Maij 1602.*in fi.operis
deciſ.26.n.15.verſ.item ex duobus teſtibus.*

Et quod dictum eſt per teſtes etiam hypo-
thecam probari poſſe, intelligitur de expreſſa
43 hypotheca,vt per Neguſ. *de pign. in 4. memb.2.*
*par.n.41.*poſt Bald.*in l.conuenticula in fin. C.de E-
piſc.& Cler.*& per Euſgol.*conſ.133.in.ſe propo nitur
probatium col.2.verſ.ad leg.*& per Tiraq.*de retract.
conuent.§.1.gloſ.7.num.*59. & dixit Rot.coram Il-
luſtriſſimo Pamphilio in vna Romana pecunia-
ria Ven.3. Decembris 1593. *in fin.operis deciſ.53.
num.3.*

44 Hoc tamen limitatur in tacita hypotheca,
quæ directè per teſtes probari non poteſt , niſi
per modum indirectum, veluti quia teſtes pro-
barent expreſſum,& ex probationis expreſſi iu-
ris diſpoſitione venit tacitum ; Vnde ſequitur,
quod teſtes probant tacitum legis auxilio coo-
perante,nō autem per ſe,vt bene declarat Bald.
in d.l.conuenticula in fin.& ſeq. Neguſ. *loco citato*,
licèt non ita per extenſum:exemplum erit,velu-
ti ſi teſtes probarent bona fuiſſe in fundum il-
lata,vtique hoc diceretur quod expreſsè proba-
tum,& ex huiuſmodi expreſſione oritur tacita
hypotheca ex legis diſpoſitione, quia illata , &
inuecta ſunt tacitè hypothecata pro penſione,
*l.certi iuris C.loc.l.item quia ff.de pact. §. item Ser-
uiana Inſtit.de act.* de qua materia latè *in 2. In-
ſpect.cap.1.*explicabimus,*& in 3.Inſpect. cap.4.* de-
ducemus.

45 Inſuper etiam per Apocham, ſeu ſcripturam
priuatam plenè probatur, ſcilicet in caſibus, in
quibus plenam inducit probationem, veluti
quando ſcriptura priuata eſt ab eodem ſcribē-
te recognita, vel idem confiteatur eſſe eius ma-
nu ſcriptum *l.publica §.fi. ff.depoſiti.l.cum de inde-
bito §.vlt.ff.de probat.in auth. de Inſtr. caut. & fid.
§.1.verſi.profeſſus eſt*,& per Bart.*in d.l. admonendi,
n.26.*vbi Roma.*n.26.*Rip.*n.101.de iur.iuran.* Dec.
*in rubr.de fid Inſtr.ſub n.5.*poſt Abb.*ibi*,& per A-
lex.*conſ.79.num.1.volum.3.* Aym.*conſ.73.ſub numer.
15.prope fin.& conſ.158.num.2.* Surd. *conſ.51.num.3.
volum.1.*

46 Secundo probat etiam ſi in productione
ſcripturæ nihil à parte eſſet oppoſitum, quia
cenſetur eo caſu illam approbare , vt poſt mul-
tos per eum alleg.tradit Surd.*deciſ.199.n.8.*& la-
tè declarat Aym.*in tract.de antiq.par.1.§.ſequitur
etiam nu.23.& ſeq.* qui multa pro hac parte ad-
ducit. Alex. *conſ.185 num.14.lib.6.* Caſtr.*conſ.314.
ſub num.2.verſi.& certè lib.2.* & eſt deciſ. Capu-
taq.*99.n.2.&ſeq.par.2.in impreſſ.*Rot.*diuerſ.deciſ.
191.par.3.lib.3.*

47 Tertio quando per teſtes fuit plenè recogni-
ta,quia tunc plenè probat,vt per Alex.*conſ.131.n.
3.lib.4.*Calcan.*conſ.29. ſub n.18.verſ.primo caſu*, &
per Imol.*cap.2.*vbi Dec.*nu.7.de fid.Inſtru.* & alios
refert Maſcard. *de probat.concl.110.num.1.& 3.* &
per Veſtr.*in ſua prax.lib.6.ca.1.n.8.* vbi atteſtatur
quod hoc caſu ſufficit quod teſtes deponant
48 habere notam manum ſcribentis, & propterea
eam recognoſcunt,licèt non fuerint præſentes,
& ita de ſtilo Sacræ Rotæ , Curiæ Romanæ ſer-
uari,prout etiam atteſtatur Rot.*diuerſ.deciſ.124.
nu.2.par.2.*& per Caputaq *deciſ.27.lib.1.in manu-
ſcript.in prim.in calce operis deciſio.54.*& hinc idem
à Statuto Romano *cap.84.lib.1.* diſponitur; licèt
dicat quod per tres teſtes fieri debeat recogni-
tio Apochæ.

49 Sed contrarium de iure procedere videtur;

quia in priuatis scripturis necesse est quod te-
stes fuerint præsentes earum cōfectioni, ad hoc,
vt plenè probet, vt per Alexan. *conf. 76. nu. 4. lib. 3.
& conf. 80. lib. 4. nu. 4.* Dec. *consi. 615. sub num. 3.* Pa-
ris. *consi. 19. nu. 43. & seq. lib. 3.* Ruin. *consi. 51. num. 3.
lib. 4.* & per Vestr. *in d. c. 1. num. 27.* Gram. *decis. 93.
num. 14.* Rot. *diuers. decis. 515. num. 3. lib. 3. par. 3.* A-
* chill. *decis. 193. alias 2. de fid. Instr.* Caputaq. *dict. de-
cisi. 27. libr. 1. in manuscript. in calce operis de-
cis. 54.*

50 Tamen hoc etiam limitandum est quando
testes non fuerunt præsentes, & deponunt ha-
bere notam manum, si cum eorum depositiuoe
alia concurrant adminicula, quia tunc probát,
vt per Aym. *de antiq. temp. par. 1. §. viso de verbis n.
7. in fi.* & per Ruin. *conf. 46. sub nu. 9. vers. suppletur
autem; & sub nu. 11. vers. istud vltimum lib. 4.* & di-
xit Rot. *diuers. d. decis. 124. n. 4. par. 2.*

51 Quarto dicitur quod scriptura priuata quo
ad sui validitatem, ita quod probet contra scri-
bentem, non est necesse quod habeat diem, &
Consulem *l. cum tabernam §. idem quærit ff. de pign.*
latè per Dec. post Abbat. *c. 2. num. 13.* qui de com-
muni attestatur *de fid. instrum.* Mathes. *sing. 45.* &
per Alex. *conf. 132. nu. 3. lib. 4.*

52 Quod tamen limitatur si ageretur de præiu-
dicio tertii, vel probaret contra tertium, Dec.
loco citato vers. serum autem, & Ale. & Mathes. *lo-
cis citatis,* & in fortioribus tradit Mascard. *de pro-
bat. concl. 1294. nu. 3.*

53 Quarto probat non solum quando scriptura
priuata scripta à debitore; & eo modo, vt supra
deductum est recognita, plenè probat; sed etiā
quando ab eodem debitore est solū subscripta,
cum tantum de eius obligatione in casu nostro
agatur, vt tradit Rom. *in d. l. admonendi n. 62. vers.
item adde, & seq.* Curt. Iun. *nu. 110.* & Purpur. *num.
166.* & per Imo. *in cap. 2. nu. 10. vers. intellige,* & ibi
Felin. *nu. 7. vers. nona declaratio, de fid. Instrum.* A-
lexa. *consi. 181. nu. 4. vers. & dicit lib. 2.* Tobias Non.
consi. 79. sub nu. 2. quos fuit secuta Rot. coram Il-
lustrissimo Pamphilio in vna Romana pecunia-
* ria Ven. 3. Decembris 1593. *in calce operis decis. 53.
num. 1.*

54 Licet aliud sit quando apocha vltro citroq;
obligationem contineret per Doctores proxi-
* mè alleg. & per Rot. in d. Romana pecuniaria
coram Illustriss. Pamphilio *sub nu. 1. in fine operis
decis. 53.*

55 Et quod dictum est supra scripturam priua-
tam probare etiam si à parte esset tantùm sub-
scripta, intellige si fuerit per testes, vel à parte
recognita, vt declarant Doctores proximè cita-
ti, iuncta doctrina Bart. *in d. l. scripturas nu. 4.* vbi
ceteri Doct. *C. qui pot. in pig. hab.* & per Alex. *cons.
181. nu. 4. lib. 2.*

56 Quinto ampliatur etiam si vnus testis depo-
nat de veritate apochæ, & alii deponāt vidisse,
& interfuisse confectioni dictæ apochæ, vt per
Ruin. *conf. 42. nu. 14. lib. 4.* Alex. *d. consi. 181. nu. 4. lib.
2.* & per Gabr. *concl. 10. nu. 12.* & per Rot. coram Il-
lustrissimo Pamphilio d. decis. Romana pecu-
niaria *in fi. operis decis. 53. nu. 4.*

57 Sexto amplia procedere etiam si non fuisset
probatum, testes istos esse probatæ, & integræ
opinionis, quia sufficit quod à iure præsumatur
quilibet bonus, & idoneus, vt declarat Feli. *in c.
cum Ioannes num. 44. in fi. de fid. Instrum.* Socc. Iun.
conf. 29. nu. 26. lib. 2. & latè per Couarr. *in c. relatum*
* *el primo n. 8. de testam.* & per Rot. d. Romana pe-
cuniaria coram Illustrissimo Pamphilio *in fi. o-
peris decis. 53. nu. 7.*

58 Tamen hoc limitatur in casu Statuti, quia
tunc requiruntur testes omni exceptione maio-
* res, vt per Couar. *d. cap. relatum sub num. 8. vers. se-
cundo respondeo,* & in Romana pecuniaria coram
* Illustrissimo Pamphilio *in fine operis decis. 53.
num. 8.*

59 Septimo ampliatur si inter partes fuerit cō-
uentum, vt plena huiusmodi priuatæ scripturæ
fides haberetur; & plenè probaret, ex quo partes
à principio eam approbauerunt, & de hoc con-
uenire possunt, vt per Bald. *in l. de quibus num. 9.
vers. sed certe ff. de legi. & seq.* Alexan. *in l. 1. §. si sub
num. 3. vers. sed Bald. de verbor. obligat.* Dec. *in cap.
2. sub num. 9. vers. non solum de fid. Instrum.* Decian.
consi. 21. num. 158. lib. 1. Alexand. *consi. 113. sub num. 5.
in fin. lib. 4.* & latè per Ias. *in repet. l. admonendi
num. 101. de iur. iurand.* & hanc veriorem affir-
mat Aym. *de antiq. temp. part. 1. §. viso de verbis nu-
mer. 26. & 27.* Rot. *diuers. decisi. 118. numer. 1.
par. 1.*

60 Octauo amplia quando de consuetudine il-
lius loci esset plena adhibēda fides priuatæ scri-
pturæ, vt per Butr. *d. c. 2. nu. 4. vers. nonus est casus,*
vbi alii Doct. *de fid. Instr.* latè per Ias. *in d. l. admo-
nendi nu. 95.* Federic. de Sen. *conf. 119. num. 6.* & per
Aym. *d. §. viso de verbis nu. 27.*

61 Nono amplia quando scriptura priuata es-
set sigillata cum propriis partium sigillis, vel
Communitatis, vel Principis, vel officialis il-
lius loci, vt per Butr. *dict. cap. 2. sub num. 4. vers. se-
primus est casus,* & per Ias. *dict. l. admonendi num. 91.*
Roman. *consi. 303. num. 2.* vbi Maud. *in addit.* qui
adducit Mars. *in Rubr. C. de prob. num. 300.* qui
alios allegat. & tradit Decian. *consi. 97. num. 28.
lib. 2.*

62 Aduertendum tamen est quod si scriptura
priuata non esset ab aliquo subscripta, & habe-
ret sigillum Iudicis, vel Communis non esset
sufficiens, nec probaret; cùm non agatur de re
ad eorum officium spectante, vt latè per Dec. *in
c. post cessionem sub n. 11. in fi. de prob.* Rot. *diuers. de-
cis. 535. nu. 4. par. 1.*

63 Decimo amplia quando scriptura priuata
esset facta in iudicio, & Notarius illam in actis
redegit, & registrauit, vel esset facta coram Iu-
dice, quia calore iudicii plenè probat, vt per
Bal. *in l. ne arbitris nu. 2. C. de arbitr. & seq.* Ias. *d. l.
admonendi num. 93.* & per Aym. *d. tract. de antiq.
temp. limit. 4. num. 20.* qui adducit Anan. *conf. 40.
nu. 4. in fi.*

Hoc tamen intellige iuxta declarationem
Aym. *loco citato numer. 22.* vbi dicitur supradi-
cta procedere dummodo appareat scripturam
factam esse in iudicio per attestationem Nota-
rii actorum, quia eo casu non videtur scriptu-
ra omnino priuata, cum calore iudicii, & coram
Notario sit facta; nam sine testimonio Nota-
rii absurdum esset quod scriptura in actis re-
perta fidem faceret, quia in actis multa produ-
cuntur, quæ fidem non faciunt, & ideo neces-
se est, quod Notarius actorum attestetur; non
quod talis scriptura in actis producta sit, sed
quod apud acta facta est, & ista attestatio No-
64 tarii vim habet subscriptionis testium. Guid.
Pap.

Pap.*decis.*275. & licet ibi dicat, quod requiritur etiam sigillum, illud tamen procedit in litteris iudicialibus, vt per Aym. *loco citato, numero* 23.

65 Vndecimo amplia apocham probare etiam quo ad anterioritatem, & prælationem inter creditores, si per duos testes fuerit probata veritas contentorum in apocha, vt per Bart. *in d.l. scripturas*, & latè per Socc.Sen.*cons.*274.*nu.*2.*lib.*2. Calca.*cons.*29.*sub num.*18.*versi. quoniam semper*, & alios adducit Gabr.*de prob.d.conclu.*10.*num.*9. Decian.*cons.*11.*num.*141.*&* 142. *volum.*1. Couar. *pract. q. cap.*22. *num.*1. & per Rot.coram Illustrissimo
* Pamphilio d. Romana pecuniaria *in fine operis decis.*53. *numero* 3. Caputaq. *decis.*112. *lib.*3. *in impressis.*

66 Duodecimo ampliatur, quod quando cessat suspicio falsitatis, fraudis, vel antidatæ in huiusmodi scriptura priuata, & constat de eius veritate, præfertur creditoribus hypothecariis posterioribus, vt per Bald. *in d.l. scripturas nu.*6. *versi. vide pluries, & in cons.*198.*sub nu.*5.*lib.*1. Calcan.*d.cons.*29.*n.*13. Vinc. de Fráç. *decis.*95.*n.*7. Caputaq.*decis.*112.*num.*1.*&* 2.*par.*3.*in impressis*, & per
* Rot.d.decis. Romana pecuniaria *in fin. operis* 53. *num.*6.

67 Quod quidem præcipuè procedit quando agitur de testibus descriptis in apocha, de quibus loquitur text.*in d.l.scripturas*, sed de testibus probantibus de tempore confectionis apochæ, cùm etiam absque aliqua apocha, soli sufficerent ad probandum creditum anteriorem in præiudicium posteriorum, etiam hypothecariorum, vt per Fulgos.*in cons.*132.*col.*2. Ruin.*cons.* 46.*sub n.*8.*lib.*4. & per Tiraq.*de retract.convent.*§.
* 1.*glos.*7.*nu.*59. Rot.in d.decis. Romana pecun. *in fine operis decis.*53.*n.*3.

68 Limita tamen prædicta omnia quoad præiudicium tertij, quia etiam quod sit recognita, non probat, vt per Alex. *in d.l. si ita stipulatus* §. *Crisogonus sub num.*12. *vers. & hoc vltimo de verb. oblig.* Dec.*in cap.*2.*sub n.*13. *vers. secus autem de fid. instr.* qui de communi testatur, Alex. *cons.*132. *nu.* 3.*lib.*4. Ruin.*cons.*134.*num.*4.*&* 7.*lib.*5. Tiraq.*de retract.convent.*§.1.*glos.*7.*n.*43.*&* 44. vbi multos adducit, & nouissimè Surd.*cons.*82.*n.*21.*vol.*1. Afflic. *decis.*245.*num.*11. Rot.*diuers.d. decis.*685. *numero* 4. *par.*1.

69 Amplia limitationem, vt nec etiam semiplenam inducat probationem in præiudicium tertij, vt per Aym.*cons.*216.*n.*19.

70 Alios verò casus in quibus apocha probat, vide per eundem Ias. *in d. repet.l.admonendi*, & Aym.*loco citato*, vbi etiam ponunt quando per comparationem litterarum probet, & ibi per Ias.*num.*89. Rip.*n.*106.*& seq.* & per Bald. *in auth. sed nouo iure C.si cert.pet.in vltimo vocabulo*, & latè per eundem Bald. *in l.comparationes num.*4.*&* 15. *C.de fid.instr.* Aym.*cons.*216.*num.*17. Rimin.Iun. *consil.*39.*num.*43.*cum seq.volu.*1. *& consil.*216. *num.* 3.*volum.*3. Bero. *cons.*86.*num.*9.*lib.*3. & latè per Surd.*consil.*187.*volum.*2. in quibus locis declaratur quomodo, & quando, & cum quibus scripturis sit facienda comparatio, & quando probet.

71 Ad illud etiam aduertendum est dum dicunt Doctores, quod scriptura priuata in Archiuio publico reperta plenè probat, vt per Ias. *in d.l. admonendi de iur.iuran.num.*99. & per Butr.*in d. cap.*2.*sub numer.*4.*vers.nouus est casus de fid.instru.* & per Rimin.Iun.*consil.*23.*num.*162.*lib.*1. & per Senat.Pedem.*decis.*96. *sub num.*3. *& sequent.cum ibi alleg.*

Quia hoc non ita de facili admittendum est, siquidem quando est scriptura priuata, quæ non sit à Notario, vel à persona ex publico de-
72 putata ad scribendum scripta, nec habeat requisita ad faciendam plenam probationem, ex eo solo quod reperiatur in Archiuio publico non efficitur publica, nec plenè probat, sed remanet priuata, vt latè per Corn. *cons.*142.*num.*6. *vol.*3. & bene declarat Paris. *cons.*27.*nu.*48. *& seq. vol.*2. qui dicit quod remanet priuatissima, & per Dec.*in cap.cum causam sub num.*7. *vers.& quod dictum est de prob.* vbi dicit ea, quæ dicta sunt de scripturis in Archiuio repertis intelligẽda sunt iuxta *d.cons.* Corn.142.*lib.*3. & latè per Aym. *de*
73 *antiq.temp.in* 4.*limit. in princ.* vbi dicunt quod non sufficit, quod talis scriptura sit in Archiuio reperta, sed oportet quod habeat testimonium Officialis deputati ad custodiã Archiuij, quod ipse sit rogatus de tali scriptura, vel quod attestetur esse scripturam Archiuij publici, iuxta dictum *cons.* Corn. 142. & prædicta omnia confirmat Put.*decis.*440.*&* 451.*lib.*2. Caputaq.*decis.* 41.*par.*1.*in impress.*

74 Et hanc veriorem puto, siquidem Archiuium ex seipso non dat robur scripturis inualidis, nisi sint in forma probanti, vt declarant Paris. Corn.Put.& Caputaq.*locis citatis*, & comprobatur ex infra deducendis, & in specie tradit Dec. *cons.*458.*num.*6.

75 Primo quia licet inter scripturas authenticas, & protocolla Notarij reperiatur scriptura eius manu scripta, tamen si non habet requisita ad publicam, & authenticam scripturam non probat, & dicitur priuata, vt per Alex. *consil.*48.*numero* 2.*lib.*5. *& cons.*153. *num.*10.*vers. sed in casu nostro lib.*2. Corn.*consil.*94.*num.*4.*lib.*4. Ruin. *consil.*134. *numero* 3.*&* 4.*vol.*5. nec ex eo quod stet inter scripturas publicas, vllam recipit validitatem.

76 Secundo comprobatur ex doctrina Felin. *in cap.ad audientiam nu.*11.*de præscript.* vbi ait, quod tria requiruntur ad hoc, vt scriptura in Archiuio reperta fidem faciat, primo quod in Archiuio præsit officialis publicus, secundo quod scriptura, quæ inde extrahitur, & producitur, fuerit inter authenticas posita, tertio quod ex consuetudine fidem faciat, & idem confirmat Aym.*de antiq.temp.d.limit.*4.*in princ.* ex quibus apparet quod ex solo Archiuij loco, priuata scriptura validitatem, & robur non accipit, ad hunc effectum probandi, sed requiritur quod de consuetudine dictæ scripturæ credatur.

77 Et licet ad secundum requisitum traditum per Felin.*proximè citatum* Aym. *in d.*4.*limit.nu.* 2. dicat animaduertendum esse, quia si inter scripturas authenticas tantum dicta priuata scriptura reponi necesse sit, hæc conclusio nimis restringeretur, quia videtur validare scripturam vnam minus solemnem, quæ sit inter alias authenticas: nam si plures scripturæ minus solemnes ibi reperiuntur, nulla videtur approbari: semper enim diceretur posita inter scripturas non authenticas, & sic corruerer

ptura in Archiuio reperta fidem faciat, com-
illa conclusio, & sequeretur absurdum quod
Archiuium publicum vni tantum scripturæ
non authenticæ robur dare posset.

78 Vnde pro solutione dicit, quod hoc secun-
dum requisitum, intelligendum est quando
scriptura priuata reperitur inter scripturas au-
thenticas, hoc est inter illas, quæ ratione Archi-
uij publici pro authentica haberetur, licet de
iure non sit; secus quando in Archiuio essent a-
liquæ scripturæ non authenticæ, neque de iure
communi, neque ratione ipsius Archiuij pu-
blici, puta quia ibi detinerentur etiam litteræ
missiuæ, aut aliæ scripturę, quas vniuersitas, pro
publicis non haberet, & hoc notandum esse ait,
quia alibi non legitur.

Nam respondetur quod ex responsione hu-
iusmodi Aym non tollitur dictum Felin. quia
ex ea nihil colligi potest, cum non declarat
quando scripturę priuatę ratione Archiuij pro
authenticis habeantur, scilicet an concurrente
consuetudine vel sine, sed eius responsio tolli-
tur, quia hæc eadem conclusio quando scriptu-
79 ra est in loco publico cum custode publico,
& omnes scripturæ ibi repositæ sunt authenti-
cæ, tunc etiam illa censetur authentica per tex.
in d.c.ad audientiam de præscript. sed secus quan-
do scriptura esset reposita in loco vbi non om-
nes scripturæ repetentur authenticæ, sed ali-
quæ sunt authenticæ, aliquæ non, quia tunc il-
la mixtura non probat, quod quęlibet scriptura
ibi reposita dicatur authentica, ponit Felin. *in
d.cap. ad audientiam n.15. de præscript.* & per Abb.
*in d.cap. cum causam sub num.1. verbo quandoque de
probat.* & eam refert etiam Dec. *ibid. sub num.7.
vers. & quod dictum est de scripturis*, dicens hanc
80 conclusionem declarandam esse iuxta *consil.*
Corn. 142. *superius relatum lib.3.* Ex quibus patet
quod ex solo Archiuio non datur fides priuatæ
scripturæ, & latè supra deductum est.

Et quoniam idem Aym. *eodem loco citato nu.
3.* dicit tertium requisitum à Felin. non esse ne-
cessarium, quia ibi consuetudo dat robur scri-
pturæ, tunc fides oritur ex consuetudine non
81 ex Archiuio, cum sola consuetudo sufficiat, *cap.
cum dilectus de fid. instr.* & tradit Rot. *diuers. decis.
789. n.2. par.1.* cui oppositioni idem Felin. *in d. ca.
ad audientiam num. 11. in fin.* respondet, quod con-
82 suetudo non simpliciter validat scripturam, sed
concurrentibus duobus scilicet loco Archiuij,
& auctoritate officialis deputati ad eius custo-
diam.

Tamen Aym. *loco citato.* replicando dicit hanc
Felini responsionem non sibi placere, quia ea
attenta sequeretur, quod producens hanc scri-
83 pturam Archiuij teneretur probare talem con-
suetudinem *l.1. & 2. C. quæ sit longa consuetudo,
cum alijs per eum alleg.* & propterea existimat
hoc tertium requisitum non esse necessarium,
sed quod ex eo fieri possit limitatio, nempe
conclusionem non procedere quando consue-
tudo esset in contrarium, quod fides non detur
huiusmodi scripturis minus solemnibus in Ar-
chiuio repertis.

84 Ego verò opinionem Felin. veriorem esse ar-
bitror, quia responsio data per Aym. firmat præ-
suppositum, quod si non extaret consuetudo
in contrarium; scilicet quod non esset danda
fides scripturis minus solemnibus in Archiuio
repertis, quod Archiuium ex seipso daret fidem,
& robur dictis scripturis, quatenus consuetudo
non esset necessaria, & tamen de iure contra-
rium verius esse supra *num.74.* firmatum est per
Paris. Corn. Dec. Put. Caputaq. cum aliis supra
nu.72. & 73. alleg.

Secundo respondetur, quod si extaret talis
negatiua consuetudo, in vanum disputaretur,
an Archiuium ex seipso faciat authenticas tales
scripturas, quia sola cõsuetudo hoc operaretur,
per ea quæ supra deducta sunt *nu.81. cum plurib.
seq. & in octaua limitatione*, & per Rot. *diuers. de
decis.789. nu.2. par.1.*

85 Consuetudo enim non solum potest dimi-
nuere fidem scripturis, sed etiam tollere solem-
nitates à iure ciuili requisitas, vt per Soc. *in l.1.
nu.3. de verb. oblig.* Abb. & communiter Doct. *in
cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* Reodan. *eodem tit.
rubr.23. n.78.* Roc. Curt. *de stat. sect.5. n.96.* Rot. *in
nou. decis.1. sub nu.1. de consuet.* Rot. *diuers. decis.620.
nu.2. & 4. par.1.*

86 Prout videmus, quod ex consuetudine tolli-
tur, & diminuitur solemnitas conficiendi te-
stamenta cum minori numero testium, vt de
vera & communi sententia attestatur Boer. *de-
cis.228. sub num.6.* cum aliis infinitis ibi per eum
allegatis, & per Io. de Amicis *cons.23. nu.3.* Egid.
decis.645. nu.1.

87 Quæ quidem consuetudo in specie probanda
est, Aym. *consil.96. nu.4.* Curt. Iun. *cons.26. num.10.*
latè per Natt. *cons.575. n.15.* Paris. *cons.112. num.12.
lib.4.* Roland. *cons.53. nu.39. lib.2.* Surd. *decis.131. nu.
10.* Rot. *diuers. decis.799. n.3. par.1. & decis.72. num.
31. par.2.*

88 Et est probanda ab eo, qui in ea se fundat, vt
per Dec. *cons.8. n.4.* verbo *non obstat.* Paris. *cons.31.
nu.14. vol.1. & cons.10. n.24. vol.4.* Rot. *diuers. decis.
36. nu.5. par.1.*

89 Verum si talis consuetudo esset notoria, non
esset necesse eam probare, sed tantum allegare
sufficeret, vt per Dec. *cons.148. n.4. & cons.483. nu.
20.* Aym. *cons.137. num.5.* Paris. *cons.13. num.32. lib.1.*
Natt. *cons.575. num.36.* Neuiz. *cons.45. num.38.* Cur.
Iun. *consil.173. num.7.* Aymon. *cons.104. num.9.* Ias.
in l. iubemus, in numero 4. C. de iud. Capic. *decis.176.
num.21.*

90 Et hoc casu iudex ex se ipso supplere potest,
Dec. *cons.483. nu.20.* Curt. Iun. *d. cons.173. n.7.* Aym.
d. cons.104. n.9. Alex. *cons.14. n.1. lib.5.* Dec. *cons.559.
num.9.*

Qualiter autem inducatur, & probetur talis
consuetudo, vide. per omnes Doctores in his
tribus proximè præcedentibus numeris alle-
gat.

Et redeundo ad materiam respondetur ad a-
liud dictum Aymon. quod in proposito casu
probationis vigore priuatæ scripturæ nihil va-
liditati, & probationi huiusmodi diminutum
91 diceretur, quia ipsamet scriptura absque con-
suetudine nihil probaret, cum non sit solemnis.
*l. ant hen. instrumenta. C. de probat. c.2. de fid. Instru-
ment.* ibi non videtur alicuius firmitatis robur
obtinere. Rip. *in d.l. admonendi, nu.96.* Paris. *cons.
125. n.14. lib.1.* Rimin. Iun. *cons.39. nu.10. vol.1.* Rot.
diuers. decis.781. n.9. & 10. par.1.

92 Et Felini opinio supra relata scilicet, quod
dicta tria requisita requiruntur ad hoc, vt scri-
probatur

probatur ex adductis à Io. Andr. *in addit. ad Specul. in §. nunc dicendum restat in additione magna* in verbo *Œconomus post medium in verbo quintum supplementum, de instr. edit.* qui eadem tria requisita ponit ad hunc effectum, vt scriptura priuata probet. & per Bal. *in l. exemplo sub num. 1.* verbo *primus quando, de prob.* vbi fortius dicit, quod talis scriptura debet haberi ita pro publica, quod
93 indifferenter Iudices, & aliæ personæ pro authenticis vtantur, & eis utent tanquam publicis authenticis communiter, & latè per Soce. Sen. *cons. 258. n. 6. vol. 2.*

94 Hoc tamen limitandum est non procedere extra territorium, & locum illius Archiuij, vt per Pelin. *in d. cap. ad audientiam, n. 11. de præscript.* & per omnes Doctores *in locu proximè alleg.* vbi alias deducunt limitationes, quas per te videre poteris.

Et quia adsunt etiam aliæ probationum species, ex quibus hoc primum extremum plenè probari potest, eas tamen particulariter non examinabo, cùm non ita in Tribunalibus frequententur, sed tantum remissiuè deducam, vt accedente casu eas per te videre possis, veluti per iuris præsumptionem ex qua plenè
95 probari potest, vt per Ias. *in l. Imperator num. 13.* vbi Alexand. & Doct. *de legat. 1.* Rom. *in l. Frater nu. 3. de milit. testam.* de qua quidem probatione latè vide per Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsump. 31.* & per Alciat. *de præsumpt. par. 2. nu. 15. & seq* per Mascard. *de probat. conclus. 1221.* & per Ror. *diuers. decis. 4. in fin. par. 2.*

96 Potest etiam per euidentiam facti plenè probari, cùm dicatur probatio optima, & superlatiua omnium aliarũ probationum, vt per Curt. Sen. *consil. 69. num. 6.* de qua latè per Tiraq. *de retract. lign. §. 4. glo. 1. num. 36.* & per Mascard. *de probat. quæstion. 9.* Alciat. *de præsumpt. in secund. part. num. 15.*

Ceteræ verò probationis species sub prædictis, & declaratis continentur, & sic primæ præsenti Inspectioni finem imponimus.

INSPECTIO
SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Actio Seruiana est actio prætoria, à Seruio prætore inducta.*
2 *Reprobatur opinio, quod à seruando dicta sit.*
3 *Pignori incumbere melius est, quàm in personam agere.*
4 *Actio quasi Seruiana vocatur hypothecaria.*
5 *In actione Seruiana veniunt bona tam expressè, quàm tacitè obligata.*
6 *Actio Seruiana datur ad auocandam possessionem, donec creditori satisfiat, prout etiam datur Saluianum.*
7 *Actio Seruiana differt à Saluiano in natura, quia Seruiana est iudicium petitorium.*
8 *In actione Seruiana, probandum est bona fuisse in bonis debitoris tempore contracta hypotheca.*
9 *Saluianum iudicium dicitur merè possessorium, & num. 14.*
10 *Saluianum differt ab hypothecaria, quia Saluianum est iudicium possessorium, hypothecaria verò dicitur iudicium petitorium.*
11 *Actio Seruiana, & Saluianum Interdictum vtrunque esse possessorium ait Ias. quod reprobatur, num. seq.*
12 *Seruianam intentans, tenetur probare rem obligatam fuisse in bonis debitoris tempore contracta hypotheca, reprobata Ias. opinione.*
13 *Saluianum intentans, tenetur probare debitorem fuisse in possessione rei hypothecatæ, tempore obligationis, vel postea.*
15 *Seruianam intentans, necesse est, vt rei incumbat, & docere debet de illius hypotheca, agens verò Saluiano solum possessioni incumbit.*
16 *Possessorium cum petitorio, nihil habet commune.*
17 *Concordantia diuersarum opinionum.*
18 *Hypothecaria agens contra principalem debitorem, possessionem tantum principalis debitoris tempore contracta obligationis probare debet.*
19 *Hypothecariam intentans deducere debet in libello debitorem fuisse dominum, vel habuisse rem hypothecariam in bonis, aliàs succumberet.*
20 *Debitor non potest refricare quæstionem dominij, & negare fuisse Dominum tempore contracta hypotheca, quia conuinceretur de dolo, & mendacio.*
21 *Amplia in hærede debitoris.*
22 *Amplia si defunctus rem illam nomine hæredis hypothecasset, & pro eo de rato promisisset, & rationem, vide ibi.*
23 *Hæres conficiens Inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias.*
24 *Hæres non tenetur factum defuncti approbare, quando contractus fuit à principio ipso iure nullus.*
25 *Amplia procedere etiamsi nullitas resultaret aliunde quàm ex ipso contractu, veluti ex prohibitione hypotheca.*
26 *Possidens rem tanquam suam, præsumitur Dominus.*
27 *Bona nostra dicuntur, quæ bona fide possidemus.*
28 *Hoc tamen procedit præsumptiuè, donec contrarium non probetur.*
29 *Hypothecariam intentans vigore generalis obligationis, sufficit vt probet debitorem saltem post contractam hypothecam possedisse.*
30 *Et hoc casu debitor potest negare rem esse suam, nominando tamen illum quem dominum esse asse-*

rit,& rationem vide n.31.

32 *Probare etiam debet fructus nomine illius percipere, alias præsumeretur rem esse suam ex quo possidet.*

33 *Actor in hypothecaria probare debet Reum tempore moti iudicij possidere,& num.35.*

34 *Actio hypothecaria sequitur fundum.*

36 *Hypothecariam intentans contra tertium, quid probare debeat secundum aliquos.*

37 *Hypothecariam intentans contra tertium, iuxta communem sententiam, dominium probare debet, siue habeat causam onerosam, siue lucratiuam.*

38 *Et hoc casu reus potest quæstionem dominij resricare.*

39 *Dolus auctoris non nocet singulari successori.*

40 *Emptor malæ fidei dicitur, qui sciens rem alienam emit à non domino.*

41 *Zasii opinio refutatur,& n. 42.*

43 *Emptor malæ fidei non dicitur, donec fuerit requisitus.*

44 *Debitor, qui non tenetur offerre, vel ire ad domum creditoris, non dicitur in mala fide, nisi facta interpellatione.*

45 *Mala fides non præsumitur, nisi probetur.*

46 *Mala fides non præsumitur, vbi adest titulus verus, vel putatiuus, etiam ex iusto errore.*

47 *Successor singularis non potest obijcere exceptionem dominij, quando vellet agere contra suum auctorem, licèt secus, quando conuenitur,& n.48.*

49 *Dominium non potest negare ille, qui causam dedit, vel dominium, vel titulum alteri concessit, quia allegaret suam turpitudinem.*

50 *Possessor habens titulum à debitore, vel emens rem à tertio, videtur fateri illum esse dominum secundum Salicet. contrarium est verius, & numer.51.*

52 *Dominij exceptio obijci potest, quando alienatio est facta in fraudem creditoris.*

53 *Dominium est probandum, quotiescunque agitur contra tertium possessorem non habentem causam à debitore.*

54 *Agens ex sua persona, non habet nisi ius hypotheca, quod non est habile ad transferendum titulum dominij, sed solam possessionem.*

55 *Dominium est probandum ab eo, qui fundat suam intentionem in titulo,& dominio.*

56 *Saluianum directum datur locatori pro rebus coloni in prædium illatis, vtile verò datur pro rebus inquilini.*

57 *Seruiana, vel quasi Seruiana, siue pro rebus coloni, siue pro rebus inquilini, semper est directa.*

58 *Actio quæ competit ex mente legis, non autem ex verbis, dicitur vtilis: contrarium, n.60.*

59 *Seruiana actio, vel quasi Seruiana competit ex verbis legis,& ideo dicitur directa.*

60 *Actio competens ex mente legis dicitur directa.*

61 *Actio directa dicitur, vbi cessant verba, tamen est par ratio per omnia.*

62 *Ratio est mens legis.*

63 *Dispositum illud dicitur, vbi est eadem ratio.*

64 *Actio vtilis dicitur, vbi identitas rationis non reperitur, tamen adest similitudo rationis.*

65 *Seruiana pro rebus coloni, & quasi Seruiana pro rebus inquilini, at pro alijs rebus ex conuentione obligatis datur.*

66 *Saluianum Interdictum ad rem vniuersalium, & & singularium possessionem datur.*

67 *Actio Seruiana ad res singulares tantum datur.*

68 *Appellatio datur à sententia lata in hypothecaria,& Seruiana.*

69 *Appellatio non datur in Saluiano.*

70 *Exceptio de iure hypotheca opponi potest in actione hypothecaria, quando requirat altiorem indaginem.*

71 *Exceptio altiorem requirens indaginem in Saluiano opponi non potest.*

72 *Excussio est facienda, quando agitur hypothecaria contra tertios possessores, secus tamen est in Saluiano.*

73 *Hypothecaria, & Seruiana idem est, & propterea quod dispositum est in vna, habet locum in alia.*

De differentiis inter Saluianum, & Seruianam, & Hypothecariam actionem.

Capvt I.

QVONIAM in præcedenti Inspectione in *cap.6. n.74.& 76.* fuit dictum solam possessionem in hoc Iudicio Saluiani probandam esse, non autem dominium, seu quod res hypothecatæ fuerint in bonis debitoris, ac etiam obiter fuit deductum in præsenti iudicio, non posse appellari, & quia hæ sunt duæ ex differentiis, inter Seruianam actionem,& Saluianum Interdictum, & hypothecariam, ideo vt prædicta clarius intelligantur, videndum erit quæ sint differentiæ inter Saluianum & Seruianam.

1 Quare prius præmittendum est, quod actio Seruiana, est actio prætoria,& à Seruio prætore inducta, vt refert Placent. *de variet. act. tit. 22. in princ.* & per Bell. *in §. item Seruiana, nu.13.& 38. in fi. Instit. de act.* & idem firmat Franc. Hotrom. *ibid. n.* &Io. Coras. *n.2.* & Mynsing. *n.10.* Petr. Plat.
2 *in fi.* & licet dixerit glo. *in d.§. itē Seruiana,* quod à seruando denominatur, non est verum, licet verum sit quod illius effectus est seruare credi-
3 toris actionem, quia melius est pignori incumbere, quàm in personam agere, *§. fin. Instit. quibus mod. re contrah. oblig. §. furti. Instit. de oblig. quæ ex delicto nasc.* Fab. *in d.§. item Seruiana sub nu.10.* & ibi Ias. *n.83.* licèt ipse dicat, quod sit à seruando dicta,& malè, nisi intellexerit quoad illius effectum.

4 Quod confirmatur, quia ista actio dicitur prætoria in rem,& similiter quasi Seruiana, quæ hypothecaria vocatur,& declarat glo. *in d. §. item Seruiana in princ.* vbi Ang. *n.13.* Ias. *sub nu.7. versic. Seruiana,& nu.119.* Zas. *n.3.* Mynsing. *n.11.* Bell. *sub nu.10. in fin.*

5 Et in hac actione veniunt bona tam expressè, quàm tacitè obligata, vt est text. *in l. certi. C. loca & per glos.1. in d.§. item Seruiana post medium,* & inferius latius deducetur.

His sic præmissis deueniendo ad differentias, quæ inter Seruianam, & Saluianum, & hypothecariam vertuntur, vt hæc materia clarior reddatur, dicendum est, quod licet Seruiana de-
6 tur ad auocandam possessionem rei, quæ detinetur per creditorem donec fuerit satisfactus, vt in glos. *in d.§. item Seruiana in versic. quasi,* & declarat. ibi Bell. *n.40. versi. quæritur modo.* Hotoman. *num.3.* & per Mynsing. *ibidem, numer.33.* & ibi

ibi benè per Petr. Plateam sub num. 1. versi. est autem, Negus. de pign. in dicto 1. mem. 8. par. sub num 8. versi. & sic ista actio, prout ad eundem effectum datur etiam Saluianum Interdictum, vt latè deductum fuit in 1. Inspect. c. 2. in princip. & per Bello. in d. §. item Seruiana, num. 40. versi. debetis scire, & ibi Zas. numer. 40. Roland. consi. 14. numer. 13. lib. 1. Eugen. consi. 65. nume. 86. Negus. in d. 1. memb. 8. par. sub numer. 8. & cum infinitis alijs in d. cap. 1. concordatis, tamen vnum ex eis non dicitur superfluum, quia pluribus differunt inter se, &
7 primo differunt natura, quia actio Seruiana est iudicium petitorium, nam licet per eam auocetur possessio, tamen illa auocatur iure pignoris, & hypothecæ, quod habet actor in illa re, de quo iure constare debet, & sic requiritur
8 probare bona illa fuisse in bonis debitoris tempore contractæ hypothecæ, l. cum res. C. quæ res pignor. oblig. poss. & ita declarat Bell. in d. §. item Seruiana, numer. 42. & ibi Zas. num. 40. versi. nos. Din. nu. 14. Mynsing. numer. 9. Petr. Platen. sub numer. 1. versi. est autem. & tradit Bart. in l. 1. in fin. C. de Salu. Interdict. Rip. in rubr. sub num. 19. vers. secundo differt. ff. de pignor. & hypothec. Negus. de pignor. in 1. memb. 8. par. sub numero 8. versiculo secundo differunt, & hæc fuit opinio Fabr. in d. §. item Seruiana. numero 15. & communem dicit Zas. Rip. Bell. locis citatis, Contard. de momen. possess. limitat. 14. numero 19. versi. Saluiani etiam.

9 Saluianum verò Interdictum dicitur merè possessorium, vt per Ang. in d. §. item Seruiana. sub nume. 9. vers. Interdictum, & declarant omnes præcitati Doct. in locis proxime alleg. & per Roland. consi. 14. num. 3. lib. 1. Natt. consi. 532. nu. 2. Contard. de momen. possess. limit. 14. num. 10. Rot. diuers. decis. 34. sub nu. 6. par. 2. & fuit deductum in 1. Inspect. cap. 1. num. 24.

10 Et eadem ratione differt hypothecaria à Saluiano Interdicto, quia hypothecaria dicitur iudicium petitorium, Saluianum verò possessorium, quam differentiam ponit Bar. in d. l. 1. n. 4. & per Rip. in d. rubr. sub nu. 19. vers. primo casu, & per Zas. & omnes præcitatos Doct. in locis proximè alleg. & per Negus. de pignor. in d. 1. memb. 8. par. num. 1. Contard. loco citato. Menoch. de adipiscen. possess. remed. 3. num. 13. Rot. diuers. decisi. 43. num. 3. par. 1.

11 Et licet Ias. in d. §. item Seruiana, numer. 96. dicat vtrunque iudicium scilicet actionem Seruianam, & Saluianum Interdictum esse possessorium, quia licet de iure hypothecæ in Seruiana probanda sit, hoc idem in Saluiano deducendum est; siquidem in eo quis obtinere non potest, nisi ostenderet, & probaret suam hypothecam.

12 Tamen hæc Ias. opinio communiter ab omnibus reprobatur, quia vt dictum est agens Seruiana tenetur probare ius hypothecatæ, & rem fuisse in bonis debitoris tempore contractæ hypothecæ, sed agens Saluiano non tenetur, probare rem fuisse in bonis debitoris, sed
13 tantum hypothecam, scilicet quod tẽpore constitutæ hypothecæ debitor erat in possessione illius rei, & sic de sola possessione quæritur, vt fuit dictum in prima Inspectione, in cap. 6. de secundo extremo, & illius probatione. num. 20. & 21. & per Corn. consi. 190. ante numerum primum, versi. retentio autem, lib. 1. & per Zas. in d. §. item Seruiana, sub num. 31. & 40. versi. nos in hoc, & ibi Din. num. 14. Bello. num. 41. & Negus. de pignor. in 1. memb. 8. par. num 6. Roland. consi. 14. nu. 6 Soc. Sen. consi. 112. n. 6. lib. 4. Contard. de mom. possess. limit. 14. num. 11. Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. num. 160. & 162. &
* declarauit Rot. coram Illustrissimo Platto in vna Strigonien. legati in calce operis, decisi. 45. numer. 4.

14 Vnde iudicium dicitur possessorium, & ita respondendo ad dictum Ias. declarat Rip. in d. rubr. sub nu. 19. vers. Seruiana, vel quasi. de pign. & hypothec. & per Zas. Din. & Bell. in locis supra alleg. & per Mynsing. in d. §. item Seruiana, n. 42. & per omnes Doct. supra proxime allegatos, & quod hoc iudicium sit merè possessorium latè fuit deductum in 1. Inspect. cap. 1. num. 27.

15 Aliter etiam ad dictum Ias. respõderi potest; nam intentando quis Seruianam necesse est, vt rei incumbat, & doceat de iure hypothecæ illius rei, vt supra num. 7. deductum est, sed expe-
16 riendo Saluianum solum possessioni incumbit, vt est ostensum, & petitorium cum possessorio nihil habet commune, l. naturaliter, §. nihil commune, de acquir. possess. & sic alterum petitorium, alterum possessorium esse apparet.

Verum pro clariori huius quæstionis intelligentia, quo ad verificationem hypothecæ, & dominij probationem omissis ijs, quæ longa serie per Ias. hoc loco traduntur, tres regulæ communes sunt constituendæ.

17 Nam aut agitur hypothecaria contra principalem debitorem, aut contra tertium possessorem habentem causam à principali debitore.

18 Primo casu, si obligatio fuit specialis, tunc possessionem tantum principalis debitoris tempore contractæ obligationis probare sufficit, vt tradit Ang. in d §. item Seruiana, num. 8. & latè ibi per Gomes. sub num. 35. versi. & vltra, & per Mynsing. num. 49. Zas. sub num. 32. versi. cum creditor. Bello. num. 43. & nouissimè Ant. Vssil. num. 53. Negus. de pignor. in d. 1. memb. 8. par. numer. 6. versi. primo igitur, qui omnes de communi attestantur, & tenet Ias. in l. 1. §. si forum corporaliter, in princip. vers. hinc est. ff. de acquir. possess. & per Alex. consi. 137 n. 5. lib. 2. Contard. de mom. possess. limit. 14. nu. 19. Afflict. decisi. 383. num. 9. & hæc fuit doctrina Bart. in l. rem alienam, nu. 5. de pignor. act. prout attestantur præcitati Doctores; sed reperio ante eos ita dixisse Din. in §. item si quis in fraudem, sub nu. 15. ante fin. versi. primo casu Institut. de act.

19 Et hoc casu Ang. loc. citato admonet, quod in libello ponatur, & deducatur ipsum debitotorem fuisse dominum, vel habuisse rem hypothecatam in bonis, aliàs succumberet, & tradit Bart. in l. rem alienam, n. 6. Ias. in d. §. item Seruiana, sub num. 86. vers. debet tamen. Mynsing. ibidem sub num. 49. Bello. sub num. 43. vers. & præsumptio. Negus. de pign. d. memb. 3. par. 8. sub num. 6. vers. sed, & dictum est, & tradit Alex. consi. 127. nu. 5. Salic. in l. cum res, numer. 5. Cod. si aliena res pignori data sit, & per Contard. loco citato versicul. vnde Ang.

20 Et est ratio, quare solum debitoris pignorantis possessionem probare sufficiat, quia debitor non potest retricare quæstionem dominij, & negare fuisse dominum tempore con-

tractæ hypothecæ; Nam conuinceretur de dolo,& mendacio, *l. si inter §. 1. cum ibi notatu, ff. de pigno. & d. l. rem alienam, de pignor. act.* & per Neguſ. Iaſ. Bell. *in locis proxime alleg.* & per Salic. *in d. l. rem alienam, nu. 7.* & per Mynſing. *in d. §. item Seruiana, nu. 49.* Ant. Vſſill. *ibidem n. 54.*

21 Quod ampliatur in hærede debitoris, qui perſonam defuncti repræſentat, nam ipſe nec quæſtionem dominij refricare poteſt, vt bene deducit Zaſ. *in d. §. item Seruiana, n. 34.* Salic. *in d. l. cum rem, ſub n. 5. verſi. ſi contra debitorem.* Neguſ. *d. 3. memb. 8. par. n. 7.*

22 Secundo ampliatur ſi defunctus rem illam nomine hæredis hypothecaſſet, & pro eo de rato promiſiſſet, tunc hæres teneretur ratum habere dictum contractum, & hypothecam, & ſufficeret probare (prout ſupra deductū eſt) quod tempore contractæ hypothecæ poſſideret, tradit Caſtr. *in d. l. ſolutum, §. ſolutam, n. 1. & in l. rem alienam, n. 9. de pignor. act.* vbi declarat procedere
23 ſi non confecit Inuentarium, nam ſi Inuentariū confecerit non teneretur vltra vires hæreditarias, quatenus non eſſet ſoluendo, *l. fin. C. de iur. delib.*

24 Limitari etiam poteſt, ſi ille contractus, & hypotheca à principio eſſet ipſo iure nulla, quia eo caſu hæres non teneretur factum defuncti approbare, immo poterit illum improbare, vt eſt gloſ. & ibi Bart. *in l. Lucius num. 4. ff. ſolut. matrim.* Alber. *in l. digna vox num. 3. C. d. legib.* Burſat. *conſi. 82. num. 14. lib. 1.* latè per Gabr. *de malef. concluſ. 35. num. 16. & 17.* Grat. *conſi. 91. num. 25. lib. 1.* Pariſ. *conſi. 33. num. 96. lib. 3.* Grammat. *deciſi. 93. numer. 8.* Afflict. *deciſi. 240. num. 8.* Senat. Pedemont. *deciſi. 80. in princip.* Rot. *diuerſ. deciſi. 110. numer. 1. par. 2.*

25 Quod procedit non ſolum quando nullitas cauſatur ex ipſo contractu, ſed etiam reſultaret aliunde, veluti ſi eſſet prohibita obligatio, ſeu hypothecatio, vel alienatio illius rei, vt per Grat. *d. conſi. 91. n. 25.* & latè per Bero. *conſi. 129. nu. 17. & 18. lib. 2.* Gramm. *d. deciſi. 193. numer. 8.* & Rot. *diuerſ. d. deciſi. 110. num. 4.*

26 Intellige tamen, quod dictum eſt, debitoris pignorantis poſſeſſionem cum bona fide probandam eſſe, ſcilicet quod rem illam tanquā ſuam poſſederit, quia tunc præſumitur dominus, vt per Neguſ. *in d. 3. mem. 8. par. ſub nu. 6. verſ. dum tamen.* & per Bell. & Mynſing. *locis citatis*, & tradit Salic. *in d. l. cum res, num. 5. C. ſi aliena res pign. data ſit.* & per Zaſ. *in d. §. item Seruiana, nume. 31.*

27 Nam hoc caſu in bonis noſtris dicitur, quod bona fide poſſidemus, vt per Salicet. *in d. l. cum res. ſub n. 6. verſ. de quarto*, & per Zaſ. *in d. §. item Seruiana, n. 31. in fi.* poſt Din. *ſub nume. 15. verſ. nam quando*, & per Bell. *ſub nu. 43. verſ. dum tamen*, vbi ait, quod eo caſu præſumitur, vt rem ſuam poſſe diſſe, & per Bart. *in d. l. rem alienam, numer. 5.* vbi Doct. *de pign. act.*

28 Tamen in hoc aduertendum eſt ad id quod tradit Salic. *in d. l. cum res, n. 6. in fi.* dum dicit prædicta procedere, vt præſumptiuè dicatur eſſe in bonis noſtris donec contrarium probetur. ſcilicet rem illam eſſe alienam non ſuam, quod credo verum ad euitandam contrarietatem per Din. *loco citato* deductam.

29 Si verò obligatio fuit generalis omnium bonorum; eo caſu ſufficit probare ſaltem poſt contractam hypothecam debitorem poſſediſſe, vt per Gomez. *l. d. §. item Seruiana, ſub n. 35. verſi. & quod dictum eſt*, & ibi Bell. *ſub n. 45. verſi. ſi hypotheca ſit generalis*, tradit Bart. *in d. l. rem alienā, ſub n. 5. verſi. ſi vero ex generali, de pign. act.*

30 Et hoc caſu poterit debitor, ſi conueniatur, ſuper vna re tantum refricare quæſtionem dominij, & allegare rem illam non eſſe ſuam, ſed alterius, nominando tamen in iudicio illum, quem dominum eſſe aſſerit, vt declarat Ang. *in d. §. item Seruiana ſub num. 8. verſ. ſed in generali.* vbi Zaſ. *ſub n. 34.* Bell. *n. 44.* Neguſ. *in dicto 3. memb. 8. par. num. 6. verſ. nam tunc*, & per Salicet. *in d. l. cum res ſub num. 11. verſ. & hoc clarum*, & idem Salicet. *in d. l. rem alienam ſub num. 7. ante fin. de pignor. act.* & ratio eſt; quia hoc caſu non conuincitur de mendacio, vt per Neguſ. Zaſ. Bell.
31 Salicet. *in locis proxime allegatis*, ſi quidem hoc caſu bene ſtare poteſt, quod quis obliget omnia bona ſua, & quod illa res, ad quam in ſpecie agitur, non fuerit, nec ſit debitoris hypothecantis, & ideo ceſſat diſpoſitio *d. l. ſi inter §. 1. & d. l. rem alienam, de pign. act.* prout declarat Salic. *in d. l. cum res numer. 11. C. ſi aliena res pignori data ſit*, & per Zaſ. *in d. §. item Seruiana ſub num. 34. verſi. limitare*, & per Doct. *ſuperius allegatos.*

32 Verum iſte reus conuentus non ſolum debet in actis nominare cuius ſit res, ſed probare debet, ſe fructus nomine illius percipere, aliàs ſi hoc non probaret, ex quo poſſidet, & res præſumitur ſua, ſuccumberet, & condemnari debet, iuxta notata *in l. 2. C. vbi in rem act. det.* & tradit Neguſ. *in d. 3. memb. 8. par. ſub n. 6. verſ. nam tunc conuentus.*

33 Sed actor probare debet, quod reus conuentus tempore moti iudicij poſſideat, aliàs obtinere non poteſt, quia ageret hypothecaria, quæ eſt actio in rem, *l. pignoris. ff. de pigno. & l. eos. C. eod. tit.* Neguſ. *de pign. in 2. memb. 5. par. num. 36.* Cephal. *conſi. 397. nu. 87. lib. 3.* Senat. Pedem. *deciſi. 156. num. 1.* Gramm. *deciſi. 58. num. 2.* Afflict. *deciſi.*
34 383. *numer. 3.* & hæc actio ſequitur fundum, & rem ipſam *l. ſi creditor, §. vltimo*, vbi Bartol. *ſub nu. 1. ff. de diſtract. pign.* Neguſ. *de pignor. in 3. memb. 2. par. numer. 72.* Senat. Pedem. *d. deciſi. 156. ſub numer. 1.*

35 Ideò neceſſe eſt, quod hoc caſu reus conuentus poſſideat, vt per Neguſ. *d. 3. memb. 8. par. nu. 6. verſi. item creditor.*

36 Secundo verò caſu, quando agitur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, ſecundum opinionem aliquorum diſtinguendum eſt, an habeat cauſam lucratiuam à debitore, an verò onerosam; nam in primo caſu ſufficit probare poſſeſſionem, prout quando contra principalem debitorem agitur, ſupra deductum eſt, ſi verò onerosam, & eo caſu dominium, vel quaſi probandum eſt, prout tenet Cin. *in d. l. cum res. C. ſi aliena res pign. data ſit*, & ſequitur Zaſ. *in d. §. item Seruiana ſub. n. 34.*

37 Tamen in contrarium nempe quod ſiue habeat cauſam lucratiuam. ſiue onerosam probandum ſit dominium, vel quaſi, vel vtile dominium, eſt communis opinio, Bartol. *in d. l. rem alienam numer. 5. ff. de pign. act.* & de communi atteſtatur Bell. *in d. §. item Seruiana ſub nume. 44. verſi.*

verſ. hæc opinio, & eam tenet Angel. *ibi num.* 8. &
Gomeſ. qui etiam de communi atteſtatur *ſub
num.35. verſ. ſecunda regula.* Myſing. *nu.39.* Ne-
guſ. *de pign.* qui magis veram affirmat *in 3. memb.
8. par. ſub nu. 8.* Contard. *de mom. poſſ. limit. 14. num.
10.* & hanc communem dicit Alex. *conſi. 115. ante
fin. libr. 6. & conſi. 101. ſub numer. 4. lib. 5. & conſi. 137.
num. 4. & 5. lib. 2.* & tradit Corn. *conſi. 45. ſub num.
2. & conſi. 122. ſub num. 3. lib. 3.* Afflict. *deciſ. 183. num.
2. & 3.*

38 Et hoc etiam caſu poterit reus conuentus
quæſtionem dominii refricare, quia cum iſte
reus bona fide poſſideat rem emptam, vel do-
natam, impune, vel abſque dolo dicit non cre-
dere rem illam eſſe hypothecatã, vel quod prin-
cipalis debitor non erat dominus tempore cõ-
tractæ obligationis, & hypothecæ, quia dolus
39 auctoris nunquam nocet ſingulari ſucceſſori
l. an vitium ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. & tra-
dit Bar. *in d. l. rem alienam ſub n. 6. verſ. ſecus in poſ-
ſidente*, & per Ang. *in d. §. item Seruiana ſub nu. 8.
verſ. ſed in generale*, vbi aliam deducit rationem.
Neguſ. *in d. 3. memb. 8. par. nu. 9.* & hanc commu-
nem dicit Zaſ. *in d. §. item Seruiana ſub nu. 35. verſ.
& hæc opinio.* Bar. tamen ipſe diſſentit ab hac o-
pinione ea ratione, quia ſi res non potuit ob-
ligari per auctorem rei conuenti tanquam a-
liena, nec potuit poſtea vendi, vel donari dicto
40 reo conuento, quia ſciens, & prudens emit à
non Domino, vel donatum accepit, eſt in ma-
la fide, *l. malæ fidei.* vbi Bald. *ſub num. 2. de condict.
ex leg.*

Vnde creditor replicare poterit dolo facis,
quia negas rem fuiſſe in bonis debitoris, & te
prodis malæ fidei, quia ſi non fuit in bonis de-
bitoris tempore hypothecationis, ergo nec fuit
in bonis tui auctoris, quando tibi vendita, vel
donata fuit.

41 Nam hæc Zaſij opinio de facili tollitur, quia
ipſe præſupponit quod emptor ſcienter rem a-
lienam emit, & ſic ſit in mala fide, vt per Bald.
in d. l. malæ fidei, & per Abb. *in c. ſi diligenti nu. 13.
verſ. generaliter dno de præſcr.*

42 Sed Bald. & Ang. & ſequaces præſupponunt
emptorem eſſe in bona fide; & verba Ang. ſunt
clara *in d. §. item Seruiana ſub nu. 8. poſt medi. verſ.
tu teneas*, dum dicit, & emens bona fide habens
titulum &c. & idem dicit Neguſ. *loco citato ſub
num. 9. ante fi.* dum dicit, tertius autem poſſeſſor
qui emit bona fide; & ſic præſupponunt quod
ignorabat rem eſſe alienam.

Secundo reſpõdetur, quod etiam ſi principa-
lis debitor ſciebat rem alteri eſſe obligatam, nõ
tamen dicebatur eſſe in mala fide; quia niſi fue-
rit requiſitus non dicitur eſſe in mala fide: Nam
43 probabiliter credere poteſt quod creditor non
repetendo, velit aut donare, vel maiorem gra-
tiam facere in expectando, vt declarat Hoſtien.
in Summ. de præſcript. §. quæ res tol. n. & per Abb. *in
cap. fi. nu. 18. de præſcript. & in cap. quod cleric. nu. 43.
de foro competent.* Purpur. *conſ. 339. num. 3.* Dec. *conſ.
554. nu. 4.* in quibus locis habetur, quod quando
44 debitor non tenetur offerre, vel ire ad domum
creditoris, non dicitur in mala fide; & ita per
Corn. Felin. & alios per Tiraq. *in l. ſi vnquam in
verſ. reuertatur nu. 390. C. de reuocand. donat.* Cac-
cialup. *in l. omnes populi num. 65. ff. de iuſt. & iur.*
Rip. *reſponſ. 160. numer. 5.* & hos ſequitur Surd.
conſ. 296. num. 6. lib. 2. Bou. *de ſtatut. præſcript. gloſſ.
2. numer. 14.* Valq. *illuſtr. quæſt. cap. 76. colum. penult.
num. 8.*

45 Nec mala fides præſumitur niſi probetur, *l. pe-
nult. C. de euict. glo. in cap. ſi diligenti.* vbi Doctor.
de præſcript. & ex multis hanc communem dicit
Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 13. num. 64. & de re-
tinend. poſſeſſ. remed. 3. num. 601.* & præſertim vbi
adeſt titulus, vt in caſu noſtro quamuis non eſ-
46 ſet verus ſed putatiuus, etiam ex iniuſto erro-
re, *l. igitur §. poteſt de lib. cauſa.* tradit Bartol. *in l.
Celſus ſub num. 17. verſ. dic ergo, de vſucap.* Barbat.
in conſ. 41. colum. 10. verſ. & ſi quiſpiam Socci. Iun.
conſ. 76. nu. 60. vol. 1. Balb. *de præſcrip. in 3. par. prin-
cipali verſ. tertio quæro, num. 5. & in dict. l. Celſus co-
lum. 30. verſ. prima concluſio.* Alciat. *de præſumpt.
reg. 3. præſumpt. 5. num. 1.* Ferret. *in l. 3. num. 6. de v-
ſucap.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 13. num. 66.
& 67.* Vnde ante probatam malam fidem po-
tuit ſucceſſor quæſtionem dominii refricare, &
opinio Bar. procedit exiſtente bona fide, vt di-
ctum eſt.

47 Limita tamen quod dictum eſt poſſeſſorem
poſſe obiicere exceptionem dominii non pro-
cedere, quando ſingularis ſucceſſor vellet ipſe
agere contra ſuum Auctorem, quia eo caſu non
poſſet opponere exceptionem dominii cum ei
obſtaret exceptio doli; & haberet locum tex. *in
d. l. ſi inter §. 1. cum ibi notatis de pignor. & l. rem a-
lienam de pign. act.* & ita declarat Bar. *in d. l. rem
alienam, num. 6. & in l. cum res, num. 6.* vbi Bald. *nu.
6. in fin. C. de probat.* & per Alex. *in l. ſi alienam nu.
2. ff. de ſolut. matrim.* & per Neguſ. *in d. 3. memb. 8.
par. num. 9.* quia regula procedit, quando ſingu-
48 laris ſucceſſor conuenitur, non autem, quando
agit, vt per Bar. & Neguſ. *locis citatis*: Imo Neguſ.
in d. 3. memb. 8. par. ſub nu. 10. verſ. & propterea, hoc
dictum ampliat quotieſcunque cauſa ageretur
cum debitore, qui cauſam, & titulum alteri cõ-
ceſſit, ſiue debitor agat, ſiue conueniatur, &
ſiue iudicium ſit inter ipſum, & illud qui cau-
ſam dedit, ſiue ſit inter alios, non poterit ille,
qui cauſam dedit, vel titulum alteri conceſſit
negare ſe fuiſſe dominum illius rei quia hoc
49 negando allegaret ſuam turpitudinem, iuxta
tradita per Alex. *in d. l. ſi alienam, ſub n. 3. verſ. non
obſtat.*

50 Nec obſtat ſi diceretur, quod poſſeſſor ha-
bens titulum à debitore, vel emens rem à tertio
videatur fateri illum eſſe dominum, prout vide-
tur tenere Salic. *in d. l. rem alienam ſub nu. 7. verſ.
ratio*, dum dicit quod creditor qui recipit rem,
& titulum à debitore, videtur illam recepiſſe, vt
ſuam.

51 Quia in contrarium eſt veritas; nam emendo
quis rem à tertio, non dicitur fateri rem eſſe
ſuam, vt tenet gloſſ. *in l. 1. verſ. à non domino*, vbi
Ang. *ff. de public.* & tradit Alexan. *in conſ. 92. num.
1. lib. 1. & conſ. 43. num. 9. lib. 4. & conſ. 185. numer. 6.
verſ. & ad probandum lib. 5. & conſ. 115. in fin. lib. 6.*
vbi Saliceti opinionem reprobat. & per Bell.
in dict. §. item Seruiana ſub num. 45. verſ. & quod,
& per Neguſ. *in dict. 3. memb. 8. par. num. 2.* & per
Ruin. *conſ. 47. num. 9. volum. 1.* Aym. *conſi. 157. num.
* 5. verſ. item vidimus.* Et dixit Rot. coram R.P.D.
Penia in vna Romana bonorum de Cellis Lu-
næ 15. Nouembris 1610. *in calce operis deciſ. 55.
num. 4.*

52 Secundo limita quando in fraudem credito-
ris esset facta alienatio, vt per Ang. *in d. §. item Seruiana sub nu.8. post med. vers. tu teneas.* Negus. *loco citato sub num. 9.*

53 Tertio casu, seu tertia communis regula est;
quod agens hypothecaria contra tertium pos-
sessorem non habētem causam à debitore, om-
nino dominium probare debet, & in hac regu-
la omnes concordant, vt post Cin. per eum al-
leg. tradit Bart. *in d. l. cum res in fin.* vbi Salic. *nu. 11. ff. si aliena res pignori data sit*, & hanc commu-
nem dicit Negus. *in d. 3. memb. 8. par. numer. 11.* &
per Ang. *in d. §. item Seruiana sub numer. 8. vers. quarto casu*, vbi Ias. *sub numer. 89. versi. tertio casu principali*, & ibi Bell. *sub numer. 45.* Mynsing. *sub numer. 39. in fin.* Zas. *sub numer. 36. versi. hanc loco:* Gomes. *sub numer. 35. versi. tertia regula.* & per
Corn. *consi. 55. sub numer. 1. & 2. & consi. 122. sub nu. 3. lib. 3. & consi. 118. num. 4. vol. 4.* Bald. *consi. 36. num. 1. lib. 1.*

54 Et est ratio secundum Doct. supra alleg. quia
agens ex sua persona non habet nisi ius hypo-
thecæ, quod non transfert titulum habilem ad
dominij acquisitionem, nec ad vsucapionem,
sed solum ad obtinendam possessionem *l. si cre- ditor. in princ. ff. de euict.* nec habet ius hypothe-
cæ, nisi probet; & fundet suam intentionem in
55 titulo; & dominio principalis debitoris: ideo
illud probare debet si vult obtinere; vt per Ias.
Ang. & Doct. *in locis proximè alleg.*

56 Secundo, differunt; quia Saluianum Inter-
dictum datur locatori pro rebus coloni in
prædium illatis, vtile verò datur pro rebus in-
quilini quod etiam competit cuilibet creditori
hypothecario *l. 1. vbi glos. C. de precar. & Saluian. Interd.* tradit Bart. Salic. *in l. 1. ff. eod. tit.* & per Ias. *in d. §. item Seruiana num. 100.* vbi Zas. *n. 40.* post
Ang. *num. 6. versi. & hanc.* & per Bar. *in l. solutum. §. solutam n. 6. de pign. act.* Bal. *in l. certi Iuris C. loca.* Rip. *in d. Rubr. nu. 19. ff. de pign. in 4. memb. 2. par. nu. 113.* & per Menoch. *d. remed. 3. num. 18.* & latius in
3. Inspect. cap. 1. num. 3. deducitur.

57 Seruiana autem vel quasi Seruiana, siue pro
rebus coloni, siue inquilini semper est directa,
vt in *d. §. item Seruiana*, & tradit Ioan. Crisp. de
Mont. *in terminis act. in tit. de Seruiana ante fin.* &
per Negus. *de pign. in 1. memb. 8. par. nu. 5. in fi. & n. 8. versi. primo quia*, & per Rip. *in d. Rubr. num. 19. de pign.*

58 Et quamuis Rip. *ibidem* dubitet ex doctrina
Bart. *in l. curatores. C. de negoc. gest. sub num. 3.* nam
dicit ibi Bart. quod quando actio competit ex
mente legis, non autem ex verbis, tunc dicitur
vtilis.

59 Tamen respondetur quod in casu nostro con
stat ex verbis, & mente legis actionem Ser-
uianam, vel quasi experiri posse; *vt in §. item Seruiana* ibidem dicit, Seruiana autem experitur
quis de rebus coloni, quæ pignoris iure, & pro
mercedibus fundi ei tenetur, quasi seruiana au-
tem ex qua creditores pignora hypothecasve
prosequuntur, ita quod Seruiana, & quasi Seruia-
na cum ex verbis legis competat dicitur dire-
cta, vt per Bar. *in d. l. curatores num. 5.* & ibi Bald.
num. 4. Castr. *sub numer. 3.* Ang. *numer. 4. C. de negot. gest.*

60 Immo etiam si non constaret ex verbis; ta-
men appareret ex mente legis, nihilominus di-
ceretur directa, vt per Bar. *in d. l. curatores num. 5.*
61 insuper vbi cessant verba, tamen si est per om-
nia eadem ratio, similiter dicitur directa, quia
62 ratio est mens legis, & virtus, *l. cum pater §. dul- cissimis de leg. 2. l. adigere §. quamuis de iur. patr.* Din. *in cap. fin. de reg. iur. in 6.* Bart. *in l. cum pater in*
63 *princ. sol. matr.* Bald. *in l. 1. sub num. 7. ff. eod.* & ta-
citè dispositum dicitur id, in quo est eadem
ratio, vt declarat Bald. *in d. l. curatores num. 4. C. de negoc. gest.* vbi in exemplum deducit, quod ex
tacita substitutione oritur directa petitio hære-
ditatis sicut in expressa, *l. in substitutione, ff. de vulg. & pup.*

64 Sed vbi in totum identitas rationis non re-
petitur, tamen adest similitudo rationis, tunc
dicitur actio vtilis, & hanc regulam indistin-
ctam tradit Bal. *in d. l. curatores n. 4. & 5.* & sequi-
tur ibi Castr. *nu. 5.* & Ang. *nu. 4.* licet etiam alijs
modis sumatur vtilis actio.

65 Verum in præsenti casu, nullibi apparet
mentem legis cessare, & actionem dari per si-
militudinem rationis, immo totum contrarium
ex mente omnium Doctorum constat, Seruia-
nam ex dispositione illius text. pro rebus colo-
ni, & quasi Seruianam pro rebus inquilini, seu
pro alijs rebus ex conuentione obligatis dari,
vt per Ias. *in d. §. item Seruiana sub num. 24.* Ang.
in 3. notabil. Zas. *num. 6.* Gomes. *num. 7.* Petr. Plat.
num. 2. & 6. Hottoman. *num. 11.* Bell. *sub n. 13. circa med.* Io. Crisp. de Mont. Ferm. *act. in tit. de Seruiana*, ex quibus patet hanc actionem semper esse
directam.

66 Tertia est differentia, quia Saluianum In-
terdictum ad rerum vniuersalium, & singulariũ
possessionem datur, actio verò Seruiana ad re-
rum singularium tantum, ita tradit Hottom. *in*
67 *§. Interdictum quoque Insti. de Interdict.* & eum se-
quitur Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. numer. 10.*
& fuit opinio Io. Crispi de Mont. Ferm. *act. in tit. de Seruiana versi. quarto est singularis.*

68 Quarto differt etiam Saluianum Interdi-
ctum ab hypothecaria, & Seruiana, quia in
sententia lata in hypothecaria, & Seruiana da-
tur appellatio, vt per Rip. *in d. Rubr. sub num. 19.*
Bell. *in d. §. item Seruiana sub nu. 42.* & ibi Gomes.
nu. 36. Et quod in hypothecaria appelletur tra-
dit Bart. *in d. l. 1. num. 4. ff. Salu. Interd.* Salic. *in l. vnica num. 8. C. si de mom. possess.* vbi Bald. *sub num. 7. versi. quero.* Ang. Ias. *in §. item Seruiana nu. 45.* A-
lexand. *consi. 73. sub num. 10. lib. 5.* Bertran. *consi. 213. colum. 2. volum. 2.* Roland. *consi. 14. num. 5. volum. 1.*
Cepoll. *caut. 81.* Negus. *de pignor. in 2. memb. 8. par. numer. 2.* Abb. *in cap. final. numer. 12. versi. & ad hoc de iud.* Contard. *de mom. possess. limit. 14. numer. 9.*
Senat. Pedem. *decisi. 25. numer. 11.* Thesaur. *decisi. 175. num. 5.* Caputaq. *decisi. 106. num. 1. par. 3. in im- press.*

69 Secus autem est in Saluiano Interdicto, vt
per Bart. *in d. l. 1. in fin.* Rip. *in d. rubr. sub numer. 19.*
Roland. *d. consi. 14. num. 4.* Corn. *consi. 190. numer. 2. volum. 1.* Natt. *consi. 532. numer. 5. libr. 3.* Alexand.
consi. 73. sub numer. 10. lib. 5. Ang. Ias. Gomes. Bell.
in d. §. item Seruiana in locis allegat. Negus. Con-
tard. *eisdem locis.* Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 3. numero 186.* qui de communi attestan-
tur. Sarmient. *de redit. Eccles. par. 3. cap. 1. n. 2. nu- mero 26.* Thesaur. *decisi. 175. num. 2.* Caputaquen.
decisi. 106. & 142. libr. 3. in impress. Rota *diuers. decisi.*

decis. 34. *nu.* 3. *lib.* 2. & latius *in* 4. *inspect.* cum suis ampliationibus, & limitationibus deducetur, & prædicta procedunt de iure ciuili.

70 Quinta est differentia, quia in hypothecaria poterit opponi de iure hypothecæ; & sic exceptio requirens altiorem indaginem, vt per Rip. *in d. rube. sub num.* 19. *vers. defendendo, de pign.* Ang. *in d. §. item Seruiana sub num.* 8. Ias. *sub num.* 89. Zas. *sub num.* 36. Bell. *sub num.* 44. *&* 46. Gomes. *sub numer.* 35. Corn. *consi.* 55. *sub numer* 3. *&* 2. *& consi.* 122. *sub num.* 3. *lib.* 3. & fuit deductum supra *numer.* 7. *&* 15.

71 Aliud autem seruatur in Saluiano , in quo exceptiones altiorem indaginem requirentes opponi non possunt. *l. fin. C. quorum bonorum* , & per Rip. *loco citato*, Natt. *consi.* 532. *nu.* 4. Sarmient. *de redit. Eccles. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 22. *&* 23. Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 3. *num.* 180. Rot. *diuers. decis.* 34. *num.* 21. *&* 23. *lib.* 2. Et in alia coram R. P. D. Lancellotto in vna Romana Saluiani Interdicti
* de Columna *num.* 1. *in calce operis decisi.* 19. *num.* 3. & latius *in sequen. cap. num.* 25. deducemus, & in
* alia coram R. P. D. Penia in vna Romana bonorum de Cellis Lunæ 14. Iunij 1610. *ibidem decis.* 35. *num.* 7. *in fin.*

72 Quæ autem sint istæ exceptiones, in sequenti capite videbimus, vbi alia deducetur differentia inter saluianum, & hypothecariam, quia hypothecaria non datur contra tertios possessores, nisi prius facta excussione principalis debitoris, *authent. ho. si debitor.* vbi Bart. Bald. Salic. *in princ. C. de pign.* & est tex. §. *sed neque in authent. de fideius. & in authent. sed hodie. C. de action. & obligat.* Negus. *de pignor. in* 2. *membr.* 8. *par. num.* 11. Bero. *consi.* 88 *numer.* 7. Surd. *consi.* 4. *numero* 35. Benedict. de Plumb. *de excuss. num.* 5. Grat. *consi.* 110. *num.* 4. *lib.* 2. Roland. *consi.* 9. *numer.* 5. *lib.* 1. Ioseph. Lud. *decisi.* 45. *nu.* 1. In Saluiano verò Interdicto contrarium seruatur, *vt in sequenti cap.* explicabimus.

73 Hoc vnum tamen sciendum est, quod omnia quæ de hypothecaria dicta sunt, locum habent in quasi Seruiana, & ideo de eo non fuit facta specialis mentio, quia hypothecaria , & quasi Seruiana idem est, vt per Bart. *in l. fin. num.* 1. *ff. de Salu. Interd.* Ang. *in d. §. item Seruiana in* 2. *notab.* Ias. *num.* 10. Gomes. *num.* 3. Bell. *n.* 11. Zas. *n.* 8. Petr. Plat. *n.* 4. Ant. Vssil. *n.* 59. Mynsing. *nu.* 1. Coras. *n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Contradictor legitimus non dicitur, qui sine titulo possidet, ad effectum impediendi immissionem.*

2 *Amplia quod requiritur, vt sine vitio possideat.*

3 *Contradictor legitimus in materia fideicommissi quando dicitur, vide remissiue.*

4 *Iudicium mixtum non efficitur per solam tituli productionem, ad iustificandam possessionem.*

5 *Exceptio excussionis in hoc iudicio secundum aliquos deduci potest.*

6 *Hypothecaria datur ad adipiscendam possessionem, prout etiam datur Saluianum.*

7 *Excussio nec speciali fauore dotis omitti potest, & est necessaria si mulier agit contra tertios possessores, & num.* 8.

9 *Iudicium repetitionis dotis dicitur summarium & agitur de bono, & æquo.*

10 *Exceptio excussionis non solum comprehendit ordinem Iudicij, sed etiam Ius partis.*

11 *Exceptio excussionis quo ad formam iudicialis ordinis differt ab eadem exceptione , quæ opponitur ratione interesse partis.*

12 *Exceptio excussionis, quando opponitur ratione interesse partis, si tunc excluderetur, iniquitas fieri videretur.*

13 *Excussio sicuti requiritur in hypothecaria , ita in Saluiano facienda est, cum in vtroque iudicio de sola possessione contendatur, & in vtroq. casu probanda est iure hypotheca secundum aliquos, & num.* 14.

15 *Limita hanc opinionem quando quis esset obligatus vti principalis, & in solidum.*

16 *Excussio requiritur vbi quis est obligatus cum Iuramento.*

17 *Iuramentum operatur, vt quis censeatur teneri vti principalis.*

18 *Iuramentum præstitum sub aliqua conditione, vel causa, recipit eandem conditionem, & regulatur secundum actum super quo interponitur.*

19 *Excussio non requiritur quando agitur hypothecaria contra nomen debitoris.*

20 *Excussio de iure antiquo non erat necessaria.*

21 *Authen. hoc si debitor. C. de appell. habet locum quando agitur contra possessores pignorum.*

22 *Excussio est facienda contra principalem debitorem.*

23 *Limita quando quis esset obligatus cum quarantigia, vel obligatione Camerali, quia in ea renunciatur excussioni.*

24 *Excussio non est necessaria vbi adest clausula constituti.*

25 *Declara procedere, si probetur dicta bona fuisse possessa per principalem debitorem tempore constituti possessorij.*

26 *Et quod fuit inuentarum remedium l. fin. de acq. poss.*

27 *Excussio non est necessaria quando constat notoriè principalem non esse soluendo.*

28 *Fideiussor si conueniretur, quia debitor principalis non esset soluendo, & post litem contestatam debitor principalis locuples factus sit, non videtur posse opponere exceptionem excussionis, cum respiciatur tempus motæ litis, sed contrarium est verius, vt infra nu.* 30.

29 *Exceptio superueniens post litem contestatam, Reo non suffragatur, contrarium numer. seq.* 31.

32 *Excussionis exceptio non obijcitur ordine petitionis, sed ordine executionis.*

33 *Intellectus ad tex. in l. si ego ff. si cert. pet.*

34 *Declaratio tex. in l. excusantur §. numerum. ff. de excusat. tut.*

35 *Excussio non est necessaria, quando debitor est absens.*

36 *Absens dicitur quando quis est in alieno territorio.*

37 *Excussio non est necessaria, quando bona sunt extra territorium, quia creditor non tenetur peregrinari, & num.* 38.

39 *Excussio in quibus casibus non sit necessaria, vide remissiuè.*

40 *Excussio in Saluiano Interdicto non est admittenda secundum veriorem sententiam.*

41 *Exceptio ista est altioris Indaginis, cum sit de apicibus Iuris.*

42 Exceptio altioris indaginis in Saluiano opponi non potest, & num. 53.
43 Excusio non requiritur ubi summariè agitur.
44 Excusio opponi potest, etiam si contra tertium ageretur.
45 Et precipuè quando debitor se constituit nomine debitoris possidere.
46 Exceptio altioris indaginis opponi non potest, quando agitur ad restitutionem possessionis.
47 Excussio datur in hypothecaria, siue sit tacita, siue expressa.
48 Excussio opponi potest etiam quando agitur vigore tacitæ hypotheca.
49 Excussio requiritur quando mulier agit vigore hypotheca ad recuperationem suæ dotis.
50 Iudicium reale dicitur respectu hypotheca.
51 Iudicium petitorium dicitur quando vigore hypotheca agitur, & dicitur petitorium, & n. 52.
53 Iudicium Saluiani dicitur merè possessorium.
54 Saluianum, & hypothecaria valde differunt, & num. 55.
56 Mulier viro vergente ad inopiam potest immissionem petere, & retinere bona pro sua dote, & impedire executionem tertij.
57 Hoc tamen procedit, præcedente sententia esse locum restitutioni dotis.
58 In Saluiano, vt quis retineat non est necesse, vt præcedat sententia hoc remedium sibi competere.
59 Exceptio excussionis, vt prius conueniatur principalis quàm tertius, concernit æquitatem.
60 Exceptio excussionis quando proponitur ratione præposterationis, nunquam admittitur in Saluiano.
61 Exceptio excussionis continet petitorium.
62 Illatio non fit ex diuersis.
63 Excussio requiritur in iudicio hypotheca de sui natura.
64 Excussio non requiritur in iudicio possessorio de sui natura.
65 Iudex ante oculos æquitatem habere debet.
66 Quod intelligendum est de æquitate informatiua à Iure.
67 Iudex tenetur seruare iura, & leges.
68 Aequitas in hoc Iudicio seruari non debet, cum non sit informatiua à lege.
69 Cessante interesse, quod est causa finalis, cessat oppositio excussionis.
70 Diuersus effectus oriri non debet ex eadem causa, & eadem re.
71 Ratio eadem vbi est, idem ius seruandum est.
72 Excussio est exceptio dilatoria. Et in iudicio summario non admittitur.
73 Exceptio excussionis, non admittitur in curia Mercatorum.
74 Excussio non est admittenda in causa summaria, & æquior est.
75 Exceptio excussionis de rigore Iuris in hoc iudicio admittenda non est.
76 Aequitas in Saluiano non est attendenda, cum non sit scripta in specie.
77 Rigor scriptus in specie est attendendũ.
78 Communis Doctorum sententia in iudicando amplectenda est.
79 Exceptio altioris indaginis in hoc iudicio admittenda est, quando prouenit ex eodem Instrumento.
80 Amplia quando damnum esset irreparabile.
81 Amplia si in totum non esset irreparabile, sed in parte.
82 Amplia etiam quando cum magna difficultate reparari possit.
83 Iudex potest exceptionem huiusmodi in fine litis reseruare.
84 Quæstio Iuris non dicitur requirere altiorem indaginem, & propterea est admittenda in hoc iudicio: contrarium num seq.
85 Amplia etiam si esset quæstio Iuris dubij, & perplexi, secundum Bald. & sequaces.
86 Quæstio iuris dubij, quia non est certa, & indubitata, dicitur requirere altiorem indaginem.
87 Quæstio iuris dubij, in summarijs non est admittenda.
88 Ius clarum dicitur quando de illo constat ex sola librorum apertura.
89 Exceptio Iuris dubij est altioris indaginis.
90 Quæstio iuris æquiparatur quæstioni facti.
91 Errans in Iure perplexo excusatur.
92 Ignorantia Iuris dubij, excusat sicut ignorantia facti.
93 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur quæstio iuris dubij.
94 Iudicis arbitrarium est, quando dicatur exceptio altioris indaginis.
95 Remissoria in Saluiano non est concedenda.
96 Remissoria pro exceptionibus dilatorijs, ac pro alijs præambulis incidentibus, vel emergentibus non datur.
97 Remissoria pro exceptionibus peremptorijs datur, veluti contra testes.
98 Remissoria sine retardatione in Saluiano datur.
99 Remissoria non conceditur etiam sine retardatione, quando calumniose est petita.
100 Calumniose petita dicitur, quando causa esset in fine, & tunc peteretur.
101 Calumniose etiam petita dicitur, si quis plures examinauit testes, & elapso termino diceret aliquos omisisse.
102 Calumniose etiam petita dicitur quando peteretur admitti ad id probandum, quod probatum nihil releuaret.
103 Iudicis arbitrio relinquitur quando dicatur calumniosa petitio.
104 Remissoria in Saluiano non conceditur intruso.
105 Remissoria non conceditur in hoc iudicio, nisi probationes respiciant possessorium tantum.
106 Remissoria non conceditur si semel quis eam obtinuit, & distulit eam expedire, vel testes examinare non curauit.
107 Limitatur quando probaretur de vero, & iusto impedimento.
108 Remissoria denegatur ex causa, veluti ex Instrumento.
109 Limitatur quando probatio partim per scripturas, & partim per testes esset facienda.
110 Remissoria non conceditur, quando quis vellet ea vti pro extrahendo tantum scripturam, secus si pro recognitione sigillorum.
111 Remissoria denegatur quando articuli essent irreleuantes.
112 Remissoria qualiter sit petenda, & an fumus præcedere debeat, & de deputatione Iudicis, Notarij, portitoris, & de constituendo rotulo vide remissiuè.
113 Exceptio dominij in Saluiano Interdicto non admittitur.

114 *Exceptio respiciens defectum pignoris non admittitur.*

115 *Exceptio dominij probata, vel incontinenti probanda est admittitur in Saluiano.*

116 *Probatio sua, itanea tollit suspicionem calumniæ.*

117 *Exceptio calumniosè opposita non admittitur.*

118 *Dominium non probatur per instrumentum emptionis, nisi probetur etiam de iure, & dominio venditoris.*

119 *Nec probatur per instrumentum locationis in Emphyteusim.*

120 *Limitatur quando concurrunt adminicula.*

121 *Minimè natium de præterito, probat dominium de præsenti.*

122 *Exceptio dominij in continenti probanda non est admittenda, quando esset penes reum cum vitio.*

123 *Exceptio dominij non est admittenda, quando possessorium adipiscenda concederetur in pœnam rei conuenti.*

124 *In continenti probare quando dicatur, & nu. 125. 126. 127. & 128.*

129 *Iudicis arbitrio relinquitur quando quis incontinenti probare dicatur.*

130 *Exceptio defectus pignoris in hoc iudicio nō admittitur nisi in continenti probetur.*

131 *Exceptio nullitatis in hoc iudicio admittitur.*

132 *Appellatio licet prohibita sit, non tamen prohibetur nullitas.*

133 *Exceptio nullitatis quando retardat executionem distingue, vt ibi, & nu. 134.*

135 *Exceptio nullitatis principaliter in iudicio deducta, maximam moram, & dilationem inducit, & rationem vide ibi.*

136 *Executio non est facienda ante sententiam.*

137 *Exceptio nullitatis principaliter deducta, non impedit executionem.*

138 *Limitatur quando Iudex nullitatis præueniſſet in inhibendo ante executionem petitam.*

139 *Exceptio nullitatis impedit executionem tribus concurrentibus, vt ibi.*

140 *Executio in hoc casu non impeditur si fuerit præuentum in petendo executionem.*

141 *Exceptio nullitatis non impedit executionem, quando est rescriptum cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis, vel partis iudicatæ, vel cum clausula si quid exequendum, &c.*

142 *Exceptio nullitatis per viam actionis proposita, non impedit executionem, Contrarium numero 143.*

144 *Inhibitio de stilo Rotæ, siue iusta, siue iniusta est timenda, & rationem vide ibi.*

145 *Contrarium de iure quod nisi sit iusta non est timenda.*

146 *Inhibitio quando dicatur canonica, vide remissiuè.*

147 *Inhibitio quod sit seruanda, siue iusta siue iniusta sit, procedit quando est dubium, an valeat vel non, sed si constaret de illius iniustitia non esset timenda.*

148 *Limita etiam quando nullitas proponitur per viam appellationis in hoc iudicio, & rationem vide ibi.*

149 *Appellatione sublata in alijs iudicijs, non dicitur deserta instantia prosequendi nullitatem.*

150 *Nullitate verificata circumducitur appellatio, etiamsi sententia sustineretur, & sola remanet in iudicio nullitas.*

151 *Nullitati renunciare dicitur qui in termino ad docendum de nullitate præfixo, nihil deduxit.*

152 *Nullitatis exceptio impedit executionem, quando executio esset irretractabilis.*

153 *Amplia etiam si esset executio trium conformium.*

154 *Nullitas quando incidenter, & quando principaliter intentata dicatur, vide remissiuè.*

155 *Nullitas per viam exceptionis deducta, si altiorem requirit indaginem, non retardat executionem.*

156 *Limita, quando executio esset irretractabilis.*

157 *Limita, quando per falsas allegationes esset lata sententia.*

158 *Limita, quando nullitas proueniret ex defectu Iurisdictionis.*

159 *Limita, & Amplia, vt ibi remissiuè.*

160 *Limita quando in Instrumento esset renunciatum tali exceptioni.*

161 *Exceptio nullitatis incidenter proposita si non requirit altiorem indaginem, impedit executionem.*

162 *Intellige quando in continenti probari potest.*

163 *Amplia etiam in obligatione Camerali.*

164 *Incontinenti quando quis probare dicatur, vide remissiuè, & n. 165.*

166 *Exceptio nullitatis non impedit executionem, quando calumniosè esset opposita.*

167 *Amplia etiam si probationes in continenti affectantur.*

168 *Iudicis præsumptio præfertur præsumptioni à parte calumniosè opposita.*

169 *Probatio quæ ex eisdem actis deducitur, dicitur notoria, & est admittenda.*

170 *Amplia etiam si adesset Statutum reijciens omnes exceptiones.*

171 *Exceptio melioramentorum, an possit in hoc Iudicio opponi cum pro ea detur retentio.*

172 *Melioramenta facta ad tempus quæ dicantur.*

173 *Melioramenta facta pro tempore quo quis fructus percipit, non habentur in consideratione, & ratio est, & in n. 174.*

175 *Melioramenta quando compensantur cum fructibus, vide remissiuè.*

176 *Melioramenta quando sunt maiora quàm fructus, & inseruiant pro annis sequentibus, illud plus repeti potest, & datur retentio.*

177 *Impensa magna dicitur quæ concernit perpetuam rei vtilitatem, & num. 194.*

178 *Impensa modica dicitur quæ fructuum perceptionem tantum concernit pro tempore locationis.*

179 *Melioramenta facta ante fructuum perceptionem veniunt reficienda, & datur retentio.*

180 *Amplia etiam si fuerit condemnatus ad restituendum.*

181 *Amplia etiam si esset malæ fidei possessor.*

182 *Amplia etiam si esset in sterorando, vel plantando pro commodiori fructuum quærendorum, veluti in metendo, triturando, & vindemiando non repetuntur, & num. 183.*

184 *Melioramenta facta ante fructuum perceptionem repetuntur, & pro eis datur retentio.*

185 *Melioramenta, & expensæ factæ causa fructuum conseruandorum repetuntur, & pro eis datur retentio.*

186 *Declara procedere quando fructus non sunt percepti.*

187 *Melioramenta, quæ ex industria conducentis sunt,*

non repetuntur.

188 Melioramenta,quæ fiunt circa ipsam rem, si fiunt ad tempus non repetuntur, & exempla vide ibi.

189 Limita quando respiceret perpetuam vtilitatem.

190 Melioramenta quæ fiunt in plantando arbores,& vites,& similia repetuntur,& pro eis datur retentio,& nu.191.

192 Limita,quando locator modicam,vel nullam vtilitatem esset percepturus.

193 Melioramenta facta in plantando arbores ad amœnitatem,quia voluptuaria dicuntur, non repetuntur.

195 Melioratio ad perpetuam rei vtilitatem,an dicatur deboscatio.

196 Melioramenta duratura vltra tempus,quo res est permansura penes eum,qui ea fecit,dicuntur ad perpetuam rei vtilitatem.

197 Impensa vtilis dicitur reducere nemus ad culturam.

198 Limitatur in terreno,quod vulgo dicitur cesa.

199 Meliorament orum tertia species cum distinctione.

200 Melioramenta ad perpetuam rei vtilitatem,quæ dicantur.

201 Auctoris regula ad cognoscenda melioramenta ad perpetuam rei vtilitatem.

202 Melioramenta prædicta ad perpetuam vtilitatem dicuntur,quando non minus decennio duratura sunt.

203 Iudicis arbitrio relinquendum est, quæ dicantur melioramenta ad perpetuam vtilitatem.

204 Melioramenta ad perpetuam vtilitatem à bonæ fidei possessore facta repetuntur,& pro eis datur retentio.

205 Retentio datur cui competit repetitio.

206 Retentio opponi potest, etiam in executione sententiæ.

207 Retentionem opponens, non dicitur impugnare sententiam.

208 Melioramenta ad hoc,vt habeant prælationem nõ solum necesse est plenè ea probare,sed etiam fuisse facta à possidente.

209 Nec sola possessio probat melioramenta fuisse facta à possidente.

210 Amplia pluribus modis relatiuè,vt ibi.

211 Retentio datur Mulieri pro sua dote.

212 Item datur heredi grauato restituere hereditatem, seu fideicommissum, donec reficiantur expensæ pro recuperatione bonorum hæreditariorum.

213 Item datur pro credito pecuniarum in extinctionẽ æris alieni hæreditarij erogatarum.

214 Item datur sutori pro mercede laboris, ac etiam scriuano,seu Copista pro mercede scripturæ.

215 Item datur vsufructuario pro expensis in lite factis pro defensione Rei.

216 Item datur ei, qui expensas exposuit in funeralibus mortui.

217 Item datur Emphyteotæ pro credito quod habet in re ipsa emphyteotica,nec hoc casu potest obijci compensatio fructuum.

218 Item datur Vasallo qui expensas,& melioramenta fecit in rebus feudalibus.

219 Ampliatur etiam posse retineri per heredem,etiã si ex fructibus perceptis ex rebus fundalibus facta essent.

220 Item datur retentio animalium propter impensas & alimenta eis præstita,nec fructus eorum compensare debet.

221 Item datur retentio etiam si melioramenta essent perempta,vel destructa sine culpa.

222 Item datur retentio scripturarum Aduocato, & procuratori pro expensis in causa factis.

223 Item datur etiam retentio possessori pro melioramentis factis ab alio contemplatione possidentis.

224 Limitatur si actor cautionem præstare voluerit pro dictis melioramentis,quando ea non sunt liquida.

225 Item datur retentio alicuius Castri propter melioramenta in eo facta.

226 Item datur malæ fidei possessori,vide remissiuè.

227 Item datur in omni casu,vbi competit officium Iudicis.

228 Item datur in omni casu,vbi res est obligata, vel hypothecata.

229 Retentio supradicta transit ad singularem successorem.

230 Retentio datur ei,qui fuit immissus in possessionem vigore Saluiani Interdicti.

231 Malæ fidei possessor deducit expensas vtiles implorando officium Iudicis, non autem iure actionis.

232 Expensæ vtiles,quando deducantur, vide remissiuè.

233 Expensæ voluptariæ,quando deducantur, vide remissiuè.

234 Melioramenta non deducit ille,cui fuit denunciatum,ne faceret.

235 Malæ fidei possessor in casibus, in quibus expensas non reficit, habet etiam locum etiamsi ignorante domino fecerit.

236 Retentio non datur,quando res meliorata cum vitio ad meliorantem peruenit.

237 Amplia etiamsi tractatur de retinenda re sibi debita.

238 Limita si res ad eum peruenit non ex illa causa,nec pro illo debito, pro quo vult illa retinere,secus si peruenit ex illa causa.

239 Melioramenta facta in vno ex fundis debitoris, si fuerit condemnatus ad illos restituendos,non poterit impedire executionem,nisi in illo fundo meliorato.

240 Retineri non potest vna res pro alia.

241 Neguſ.declarat prædicta procedere si dicta res esset data in solutum,vel in pignus ei,qui eam retinere intendit pro illo debito.

242 Limita etiam, quando melioramenta essent penitus illiquida,quia tunc non datur retentio, secus si de illis constaret in genere,& num.243.

244 Retentio ad hoc, vt habeat locum duo copulatiuè requiruntur,vnum quod probentur melioramenta,alterum quod sint liquida. & numer. 245.

246 Terminus ad probandum melioramenta de æquitate concedi solet.

247 Probatio si in termino non fuerit facta, tunc non retardatur executio.

248 Contrarium quod etiam non facta liquidatione melioramentorum retardetur executio,sed prima verior,& magis communis,& nu.249.

250 Retentio non datur,quãdo melioramenta sunt illiquida,præstita cautione de reficiendo.

251 Retentio impeditur per solam oblationem fideiussoris de soluendo facta liquidatione.

252 Verba

252 *Verba ablatini absoluti ante omnia sunt adimplenda.*

253 *Melioramenta, quando sunt liquida, vel in continenti liquidanda, tunc datur retentio, & impeditur executio, secus si non sunt liquida.*

254 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in hoc Iudicio.*

255 *Cautio non est necessaria, quando debitor est diues.*

256 *Melioramenta non impediunt executionem, quando subest aliquod periculum.*

257 *Limita quando in sententia fuerit dictum, solutis prius expensis.*

258 *Retentio non datur pro melioramentis, quando eadem res fuit ab eodem domino deteriorata.*

259 *Solutio melioramentorum est facienda iuxta valorem tempore restitutionis, etiam quod sit maior, quàm à principio fuerit expensum.*

260 *Contrarium est verius, & equius, quod solutio sit facienda, prout minus fuit expensum.*

261 *Expensa si sit minus pretij, quàm res accessit, tunc impendens non recuperat, nisi quantum res pretiosior facta sit, quia residuam inutiliter erogauit. si verò plus pretiositatis res accessit quàm sit impensa, tunc impensam tantum recuperat, quia plus non expendit.*

262 *Hoc tamen arbitrio Iudicis remittendum est.*

263 *Hæres quando bona restitutioni subiecta retinere posset causa detrahenda dotis, vel quando legata, seu debita hereditaria soluit indebitè, vide remissiuè.*

264 *Exceptio præscriptionis in hoc Iuditio opponi potest, & impedit illius executionem.*

265 *Intellige procedere si opponitur ad impediendum processum, secus si opponeretur ad merita causa.*

266 *Amplia, quod impedit immissionem vigore legis fin. C. de edict. diu. Adr. toll.*

267 *Intellige esse verum si exceptio huiusmodi sit liquida, vel in continenti liquidanda.*

258 *Præscriptionem legitimam probare necesse est licet sufficit allegare se legitimè præscripsisse.*

269 *Exceptio præscriptionis si opponitur ab ipsemet debitore, vel ab eius herede, vel à tertio causam ab eo habente, viuente ipso debitore, vel sit in mala fide, eo casu præscribitur spatio quadraginta annorum.*

270 *Si verò tertius vult præscribere à die mortis sui auctoris, & tunc præscribit spatio triginta annorum.*

271 *Quod intelligendum est si iste tertius possessor sit successor vniuersalis dicti sui auctoris.*

272 *Si verò sit successor particularis, veluti emptor, vel donatarius, tunc præscribit spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes.*

273 *Intellige si habet titulum cum bona fide, tamen nō potest se iuuare tempore principalis debitoris in præscribendo.*

274 *Tertius cum titulo, & bona fide præscribit spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, & qualiter procedat vide successiuè.*

275 *Amplia etiam in dote non solum soluto matrimonio, sed etiam constante matrimonio quando certum, & notorium est maritum vergere ad inopiam.*

276 *Præsentia requiritur ad hoc, vt decennalis præscriptio inducatur, & probanda est, nec sufficit præsentia vnius.*

277 *Præsentia ambarum partium ad effectum præscribendi probare necesse est.*

278 *Præsentia præsumitur, quando partes sunt eiusdē Ciuitatis, & domicilium habent in ea.*

279 *Præscriptio decennalis non currit contra Ecclesiam.*

280 *Amplia in Minoribus, & Hospitalibus.*

281 *Præscriptio decennalis non habet locum, in eo qui rem communem cum Ecclesia habet.*

282 *Socius gaudet priuilegio socij in re communi.*

283 *Præscriptio non currit, quando possidens non habet pacificam possessionem.*

284 *Item, nec operatur quando res esset affecta vitio reali, etiam quod pacificè possideat.*

285 *Item nec currit, quando debitum esset conditionale cuius implementum spectat ad creditorem.*

286 *Item, quando quis sciret rem alienam, & haberet malam fidem.*

287 *Quod procedit, quando sit nata actio, sed competere potest acceptando ius sibi debitam.*

288 *Præscriptio non currit Bannito.*

289 *Nec tempus præteritum cum tempore post restitutionem, & remissionem coniungitur ad effectum præscribendi, sed nouum integrum tempus requiritur, & nu. 290.*

291 *Præscriptio in annua præstatione, ex contractu debita, quando vnica est stipulatio vnica sufficit.*

292 *Census fructus non debentur, nisi sub conditione quatenus non sit redemptus, & ideo tot requiruntur, quot sunt anni, vide verb. legatum.*

293 *Legatum annuum cum dinumeratione temporis non præscribitur vnica præscriptione, sed tot requiruntur, quot sunt anni.*

294 *Legatum annuum cum dinumeratione temporis dicitur conditionale.*

295 *Legata alimenta, vel vsufructu sine dinumeratione temporis dicitur vnum, & in eo vnica sufficit præscriptio.*

296 *Amplia procedere in præscriptione statutaria.*

297 *Hæres non dicitur esse in mala fide si legata annua non soluerit.*

298 *Præscriptio decennalis non currit, nisi à tempore, quo licitum sit actori agere contra debitorem.*

299 *Non valenti agere non currit præscriptio.*

300 *Exceptio detractionis legitimæ, seu illius supplementi non impedit immissionem.*

301 *Exceptio altiorem requirens indaginem non admittitur in hoc iudicio.*

302 *Hypotheca non datur pro legitima, seu illius supplemento.*

303 *Condictio ex lege est actio personalis.*

304 *Legitima non detrahitur de legatis, quando adsunt alia bona.*

305 *Legitima detrahitur de legatis pro rata ipsorū.*

306 *Filius non potest vnam rem, quam velit pro sua legitima eligere.*

307 *Legitima debetur deducto ære alieno.*

308 *Filius non potest agere pro sua legitima contra tertios possessores, quando adsunt alia bona.*

309 *Bona hereditaria non sunt hypothecata pro legitima.*

310 *Contrarium secundum aliquos, sed prima magis communis.*

311 *Hypotheca competit pro legitima, seu illius sup-*

De Exceptionibus in hoc iudicio admittendis. Cap. II.

SEquitur nunc videre de exceptionibus, quę
in præsenti iudicio opponi possunt, & pri-
mo breuiter præmittendum est, quis possit ex-
1 ceptiones huiusmodi in hoc iudicio opponere;
qua propter dicitur, quod, qui possidet sine ti-
tulo, non dicitur legitimus contradictor ad im-
pediendam immissionem in hoc iudicio, sicuti
dicitur de fideicommissario, vt per Bart. *in l. fin.*
nu. 10. *&* 21. vbi Zuccard. *nu.* 986. Dec. *nu.* 48. *C. de e-*
dict. diu. Adr. toll. Menoch. *de adipisc. possess. remed.*
4. *num.* 582. Gozad. *consi.* 93. *num.* 5. Rot. *diuers. de-*
cisi. 103. *numer.* 1. *part.* 1. & aliàs dixit coram Illu-
* strissimo Seraphino in vna Vrbeuetana Ca-
strorum 12. Decembris 1567. *in eius lib. impress.*
decis. 29. *num.* 1. quod quidem iudicium est pos-
sessorium adipiscendæ, vt per Doctores omnes
in d. l. fi.

2 Secundo requiritur, quod possideat sine vi-
tio, aliàs nihil ei suffragatur, vt per Bart. *in l. fin.*
num. 22. vbi omnes Doctores, & de communi at-
testatur Paris. *consi.* 53. *num.* 108. *vol.* 4. Soc. Iun. *consi.*
75. *nu.* 18. *vol.* 1. Honded. *cons.* 28. *nu.* 9. *lib.* 1. & com-
munem dicit Menoch. *de adipisc. possess. d. remed.*
4. *nu.* 635. Gabr. *de fideicom. concl.* 5. *nu.* 1. *& seq.* Rot.
diuers. d. decis. 103. *sub nu.* 1. *&* *decis.* 520. *nu.* 1. vbi at-
testatur ita pluries fuisse resolutum, & ite-
* rum dixit in dict. decis. Vrbeuetana Castrorum
in princip.

3 In aliis verò casibus, in quibus fideicommis-
sarius dicatur legitimus contradictor, latè vi-
de per Menoch. *dict. remed.* 4. *num.* 554. *vsque ad*
finem.

Nec aduersatur si diceretur, quod per produ-
ctionem tituli iudicium efficeretur mixtum,
cùm titulus concernat proprietatem, iuxta do-
ctrinam Bald. *in Rubr. num.* 6. *de caus. possess. & pro-*
prietat.

4 Quia respondetur, quod sola ostensio, & pro-
ductio tituli non inducit mixturam, quia hoc
casu requiritur, ad iustificandam possessionem,
& ideo non inducit mixturam, & quando do-
minium deducitur ad adiuuandam possessioné,
iudicium non desinit esse possessorium, ita per
Bald. *in l. certi sub nu.* 11. *C. de interdict.* & per Con-
tard. *de mom. possess. limit.* 2. § . 7. *nu.* 13. *&* 14. vbi ait,
ita aliàs in Rota esse resolutum, vt tradit Cassa.
decisi. 8. *sub num.* 14. *vers. nam super, de restitut. spol.*
Put. *decisi.* 193. *in fin. lib.* 2. & faciunt tradita per
Rot. *diuers. decis.* 263. *num.* 1. *& seq. part.* 1. & latius
in 4. *Inspectione cap.* 2. in materia Egidianæ dedu-
cemus.

5 Secundo loco videndum est, an exceptio ex-
cussionis deduci possit, & hæc ideo primo loco
deducitur, quia ex ea elicitur alia differentia in-
ter Seruianam, & Saluianum Interdictum, & in
hoc articulo duæ sunt opiniones, vna est affir-
matiua, quam expresse tenet Nat. *cons.* 531. *per to-*
tum. Becc. *cons.* 89. *nu.* 9. Bell. *consi.* 34. *n.* 9. Bertran.
cons. 113. *nu.* 7. *vol.* 3. *& cons.* 449. *in fin. lib.* 7. Calcan.
consi. 29. *num.* 9. & æquiorem dicit Thesaur. *decis.*
175. *nu.* 5. & pro hac parte Natt. plures deducit
rationes.

6 Et primo, quia hypothecaria datur ad adi-
piscendam possessionem, prout etiam datur
Saluianum, & Saluianum si sine excussione in-
tentari non posset, frustra hypothecaria intro-
ducta esset, & subuerteretur tota materia, *Auth.*
hoc si debitor. C. de pignor. & hoc confirmat The-
saur. *d. decis.* 175. *sub nu.* 5. & ad corroborationem
deducunt, quod nec speciali fauore dotis po-
7 test omitti discussio, sed & est necessaria, vbi
mulier agit ad restitutionem, si agit contra ter-
8 tios possessores, per Cin. & Bald. *in l. vbi adhuc,*
sub nu. 24. *vers. sed statim. C. de iur dotu.* & pro hac
parte adduco Bartol. *in l. si constante, num.* 72. v-
bi Alexand. *numer.* 20. & de communi attesta-
tur ibi Ias. *numer.* 201. *ff. sol. matrim.* Negus. *de pi-*
gnor. in dict. 1. *membr.* 8. *part. numer.* 23. *vers. tamen.*
Salic. *in d. l. vbi adhuc num.* 13. Mandel. *consi.* 57. *nu.*
53 Natt. *cons.* 81. *num.* 1. *lib.* 1. Ioseph. Lud. *decis.* 45.
num. 1.

9 Et Iudicium repetitionis dotis dicitur sum-
marium, & agitur de bono, & æquo, *l. iure succur-*
sum in fi. de iur. dot. & ita per Ias. *in d. l. si constante,*
nu. 202. *ff. solut. matr.* Natt. *loco citato,* & quod ex-
cussio sit necessaria etiam in causis, vbi agitur
summariè, tenent Aquen. Aret. Alciat. Fel. Crot.
Aym. relati per Thesaur. *decisi.* 52. *nu.* 4.

10 Alia etiá adducitur ratio per Natt. *d. consi.* 531.
quia ista exceptio non solum comprehédit or-
dinem iudicii, sed etiam ius partis, prout etiam
dicit, & tenet Negus. *in d.* 1. *memb.* 8. *par. sub nu.* 31.
prope fi. Calcan. *d. consi.* 29. *nu.* 10. Becc. *d. con.* 89. *nu.*
21. Thesaur. *d. decis.* 52. *n.* 4. qui allegat Rot. Ianuě.
decis. 90. *nu.* 16.

11 Nam aliud est excipere de excussione nó fa-
cta, quo ad simplicem formam iudicialis ordi-
nis, quia tunc est de apicibus Iuris, & requirit
altiorem indaginem. Secus est, quando opponi-
12 tur ratione interesse partis. Nam tunc si exclu-
deretur exceptio, videretur iniquitas fieri, vt
per Thesaur. Negus. Rot. Ianuen. *locis citatis,* &
per Roland. *cons.* 9. *nu.* 21. *lib.* 1. & per Ioseph. Lud.
decis. 45. *nu.* 9.

13 Insuper etiam deducit rationem Becc. *d. consi.*
89. *nu.* 9. nempe quod sicuti in hypothecaria re-
quiritur excussio principalis debitoris, *Auth. hoc*
si debitor. C. de pignor. quæ solam possessionem a-
uocat, ita & facienda est in Saluiano, in quo de
sola possessione contenditur. Bal. *in l.* 1. *C. de Sal-*
14 *uian. Interdict.* & in vtroque casu probandum
est de iure hypothecæ, per Ias. *in d.* § . *item Seruia-*
na nu. 92.

15 Si hanc opinionem sequi volueris eam limi-
ta non procedere, quando quis esset obligatus
vti principalis, & in solidú, quia dicitur renun-
ciatum excussioni, vt est glos. *in l. decem. in vers.*
excussum, vbi Doct. *de verb. oblig.* & per Bald. *in l.*
1. *nu.* 16. *C. de conuenien. Fisc. deb.* & per Boer. *d. decis.*
221. *sub num.* 13. *ante fin. ver. quia vtrique.* Caputaq.
decis. 273. *nu.* 9. *par.* 2. *in impress.* & per Rot. coram
* Illustrissimo Blanchetto in vna Romana trium
milium Veneris 18. Aprilis 1586. *in calce operis de-*
cis. 57. *num.* 2.

16 Limita secundo si esset obligatus cum iura-
mento, quia tunc non requireretur excussio per
Bal. *in c. ex rescript. sub nu.* 2. *vers. item quia, de iur.*
iuran. Socc. *in regula* 124. *limit.* 1. Capel. Tolos. *de-*
cis. 130. cum aliis relatis per Gabr. *de fideiuss. d. con-*
cl. 1. *nu.* 43.

17 Quia stante iuramento censetur teneri vti
principalis, quia iuramentum habet vim, quod
actus valeat omni meliori modo, vt per Gabr.

*conclus.c.nume.*44. Rot.*diuers.decis.*125.*numero* 20. *par.*1.

18 Sublimitatur tamen supradicta limitatio, quando fuisset promissum, vel fideiussum sub aliqua conditione, vel causa: quia iuramentum recipit eandem conditionem, & regulatur secundum actum, super quo interponitur, vt per Ias.*in l.decem.n.*24.*ff.de verb.oblig.*Gozad.*consi.*32. *num.*14.Pacif.*consi.*86.*n.*48.*lib.*3.Cephal.*consi.*61.*n.* 16.*vers.iuramentum autem n.*30.Olasc.*decis.*92.*n.* 5.Gabr.*de iur.iuran.conclu.*10.

19 Tertiò limita, quando ageretur hypothecaria contra nomen debitoris, vt tradit Surd. *cons.* 4.*n.*32.per Bar.*in l.si conueniret la* 2.*fu·nu.* 4.*ff.de pignor.act.*Salic.*in l. nomen nu.* 6. & ibi Bar.*nu.* 8. *C.qua res pignor.oblig.poss.*Ang.*consi.*208.*in fi.*& est

20 ratio secundum Bar.*in d.l.si conueniret*, quia de iure antiquo non erat necessaria excussio, *l.creditores.ff.de distr.pign.*sed de nouo iure aliter fuit dispositum, *Authent.hoc si debitor.C.de appell.*scilicet quando agitur contra possessores pignoris.

21 Vnde iam reperitur mutata dispositio in hoc casu, illa est attendenda, & ita tradit Surd. *loco citato*, reddens rationem diuersitatis, quia cùm agitur contra pignoris possessorem si res euinceretur, veniunt contra auctores, & sic multiplicarentur lites, & ad tollendum litium anfractus, lex noua statuit executi debere principa-

22 lem debitorem, sed hæc ratio cessat, quando cõuenitur nomen debitoris, cùm si exigatur rema net liberatus à suo creditore, & ita per Cin. *in d. l.uomen debitoris.*

23 Quarto limita, si esset obligatus cum guarantigia, vel obligatione Camerali, quia in ea renunciatur excussioni, & dicitur pignus prætorium constitutum, & ideo ibi non requiritur excussio, vt per Socc.Sen.*consi.*24.*nu.*48.*vers. quidam lib.*1.&per Bald.*in l.*1.*in* 2.*lectura versi. idem puta.ff.qui satisd.cog.*Negul.*de pign.in d.*1.*memb.*8. *par.num.*32.Gabr.*de fideiuss.concl.*1.*num.*78. Benedic Barz.*de guarantigia quæst.*34.& bene per Grat. *consi.*87.*nu.*25.*vers.sed vltimo,vol.*1.Ioseph.Lud.*decis.*45.*n.*14.*in fi.*qui exemplificat, quando agitur * via executiua, & per Rot. in d. Romana trium millium, *n.*5.*in fi.operis decis.*57.

24 Et eo magis, vbi in obligatione adest clausula constituti, quia in eo casu non est necessaria excussio, vt per Bald.*in l.fin. sub num.* 1. & ibi Ang.*C.de acq.poss* Alexand.*in l. exirus num.*7.vbi Imol.*circa med.vers.subdit,de acq.poss.* Corn.*consi.* 228.*sub num.*1.*vers.nam precario lib.* 2. Alexand. *consi.*138.*num.*4.*lib.*2.*& consi* 81.*num* 2.*lib.*6.Gozad. *consi.*42 *sub num.*15.*vers.non obstat tertium, & n.*17. Socc.Sen.*consi.*82 *num.*8.*lib.*3.Guid.Pap.*decisi.*412. *numer.*12.Negus.*de pign.in d.*1.*memb* 8.*par.sub nu.* 17.alios refert Gabr.*de fideiuss.concl.* 1. *num.* 49. & quàm plures allos congerit Thesaur, *decis.* 215. *num* 2.

25 Quod declara procedere si probetur dicta bona fuisse possessa per principalem debitorẽ tempore constituti precarij, iuxta tex. *in l. quod meo in princip.de acquir. possess.* & quod fuerit in-

26 tentatum remedium *l.fin.C. de acquir. possess.* & ita tradit Negus.*loco proximè citato.*

27 Quinto limita, quando constat notoriè principalem non esse soluendo, vt per Bar.*in l.fi. nu.* 1.vbi Doct. *si cert. petat.* & de communi attestatur Corn.*consi.*151.*num.*5. *lib.* 4. & idem affirmat Grat.*consi.*87.*nu.*22.*volum.*1. Bero. *consi.* 80.*num.*5. *lib.*3.Rol.*consi* 9.*n.*20.*lib.*1. & hanc magis communem dicit Ias.*in l.decem n.*27.*de verb.obl.*& alios innumeros refert Gabr.*de fideiuss.d.conclus.* 1.*numer.*50.Ioseph.Lud.*decis.*45.*numer.*15.Capic. *decisio.*54.*prope fin.*Caputaq.*decisio.* 273.*numer.*9. *par.*2.

Et an requiratur Iudicis sententia in hoc casu, scilicet, principalem non esse soluendo, & qualiter, vide per Gabr.*d.conclus.* 1. *numero* 51. *&* 52.

28 Nam quid dicendum esset si fideiussor conueniretur, & debitor principalis non esset soluendo, & post litem contestatam locuples factus esset, an dictus fideiussor opponere posset, quod ipse debitor excuteretur, & prima facie dicendũ videbatur non posse: hoc excipere, quia inspicitur tempus quo iudicium cœptum est, an debitor principalis sit, vel ne soluendo, *l.si ego in princip.ff.si cert.petat.*

29 Secundo, quia exceptio superueniens post litem contestatam Reo non suffragatur, *l. excusatur.§.numerum,ff.de excusat.tut.* Cin. *in authen. præsente,num.*6.*de fideiuss.* Bald. *in l. si ego §. sed si cum Seio colum.*3.*vers. quid si est facta excussio. ff. si cert.petat. & in l. peremptoriæ numer.*48 *C.sent.res non poss.*Salic.*in authen.hoc si debitor num.*10.*versi. quæro* 12.*C.de pign.*Castr.*in d.l.si ego in princip.nu.* 10. Aret.*in l.decem.sub num.*2.*post med.vers.secunda ratio de iurib. ob.* qui omnes loquuntur in his terminis.

30 Contrariam tamen sententiam veriorem esse existimo, quia exceptio dilatoria, quæ oritur post litem contestatam, licèt non possit opponi ante litem contestatam, tamen post litem contestatam obijci possunt, *cap.insinuatæ, de offic.deleg.clem.post.de except. l.* 2. *C. de conser. eiusd. lit.*

31 Secundo, quia exceptio superueniens post litem contestatam Reo suffragatur, *l.fin autem, §.*1.*ff.de rei vend.& l.rei iudicata in princ.ff.sol.matrim.*Bart.*in d.l.*1.*num.*9. *vers. contrà Petram,ff.de excep.*cum alijs alleg.ibi per Alexan. *in addit.ad* Bat.*in littera C.*

32 Tertio, quia exceptio huiusmodi non obijcitur ordini petitionis, sed ordini executionis, & quia fideiussori competit ex persona sua, ideo eam opponere potest, vt in simili proposito scribit Bald. *in l.vlt.§.& cum antiquitas, nu.* 3. *vers.non enim.C.de vsur.rei iud.*Ruin. *consi.* 98. *nu.* 3. *lib.* 5. & hanc opinionem tenet Iacob. de Belvis, *in §.sed neque in fin. in Authen. de fideiussor.* Iacob. de Rauen. quem ipse etiam refert, & latè per Rom. *in l. stipulatio in princip. ff. de oper. non. nunciat.*& sequitur Alex.*in l.fin.n.*16.*ff.si cert.pet. & in l.si mulier,numer.*3.*ff.solut. matrim.*vbi dicit hanc esse veriorem,& pro ea dicit Bald. *in §.sed neque quæst.*12.*in Authen.de fideiuss.*qui ait Petrum non rectè dixisse, & has supradictas rationes deducit nouiss. Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*16.*tit.*16.*num.*14.*&* 15.qui hanc opinionẽ valde tuetur.

33 Nec refragatur *d. l. fin. in principio*, quia respondit Alexand. *ibi sub num.* 16. quod ibi non deciditur, an si debitor principalis pendente iudicio locuples factus fuerit fideiussor, hac exceptione tueri possit, sed solum dicit illud, quod à Seio non est exactũ, posse à Titio peti secun-

eundum stipulationis tenorem, vel ideo à Iure consulto tempore cœpti Iudicij dicitur, vt intelligatur quod si ante cœptum iudicium cum Scio, Titius minus soluere poterat quàm deberet, & postea adhuc ante iudicium cœptũ cum Scio, Titius locupletior factus sit, sed non posse ad totum debitum soluendum aduersus Scium fideiussorem agere pro summa, quam exigi non poterat à Titio tempore; quo Iudicium cum Scio acceptum fuerit non habita ratione alterius temporis, vt dixit Alexand. qui ob id *in l. si mulier diuerterit, nu.3. ff. solut. matr.* dicit *d. l. fin. in princip.* in decem mille annis contrarium non probare.

34 Nec etiam obstare *d. l. excusantur, §. numerum, ff. de excusat. Tutor.* quia loquitur de tutoribus, qui ab onere tutelæ excusantur ex determinato numero liberorum, qui debent adesse eo tempore, quo quis creatur Tutor, & ideo si post creationem liberi nascantur ei prodesse non possunt, quia onus tutelæ rectè iniunctum est, neque excusatio superueniens respicit munus ante delatum, & consequenter proponi non potest, Bart. *in l. 1. n. 9. vers. vt videamus, ff. de excep.* sed in casu nostro agitur de exceptione excussionis, quæ executioni obiicitur, & quia exceptio superueniens Reo post litem contestatam debet ei suffragari, vt deductum est in secunda ratione, ideo opponi potest, & ita respondet Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. d. lib. 16. tit. 16. num. 16. & 17.*

Cætera quæ in contrarium deducta sunt per Alexand. *in d. l. fin.* tolluntur, quia loquuntur in diuersis casibus.

35 Quarto limita, quando principalis debitor esset absens, vt *in Authen. præsente. C. de fideiuss.* & per Bald. *in l. 1. nu. 40. C. de conuenien. Fisc. deb. lib. 10.* & per Alex. *cons. 100. n. 11. lib. 5.* Rom. *cons. 93. nu. 1.* Grat. *cons. 28. nu. 17. lib. 1.* Gabr. *d. concl. 1. num. 61. de fideiuss.*

36 Et absens dicitur, quando est in alieno territorio, vt per Alex. *d. cons. 100. nu. 11.* Rom. & Grat. *locis citatis, & in addit. ad decis. Capel. Tolos. 197. nu. 4.* & hanc veram conclusionem dicit Dec. *in l. si. n. 26. ff. si cert. petat.*

37 Prout etiam dicitur, quando bona sunt extra territorium, & difficilis est exactio, vt per Bald. *in d. l. fin. vers. sed pone. ff. si cert. petat.* & per Alex. *cons. 84. sub nu. 12. lib. 3.* vbi ait dummodo sit locus

38 vicinus, quia non tenetur creditor peregrinari, & per Gabr. *loco citato, n. 61.* & Neguſ. *d. 1. membr. 8. par. nu. 42. cum ibi alleg.*

39 Alios verò casus in quibus excussio minimè locum sibi vendicare dicitur, vide per Gabr. *d. conclus. per totam*, qui ad saturitatem omnes casus deducit, & per Neguſ. *d. 1. membr. 8. par.* & per Dec. *in l. si. si cert. pet. & in addit. ad decis. Capel. Tolos. 197.*

40 Alteram verò contrariam opinionem veriorem esse ostenditur, nempe excussionem in Saluiano Interdicto non esse adhibendam tradit Soc. Sen. *cons. 80. nu. 2. in fin. lib. 3.* Aym. *cons. 201. nu. 45.* Alex. *cons. 73. nu. 11. lib. 5.* Burs. *cons. 52. num. 45.* Roland. *cons. 9. nu. 18. lib. 1.* Surd. *cons. 4. num. 36. & cons. 131. n. 2. lib. 1. & cons. 141. lib. 2. n. 6.* Bertran. *cons. 199. num. 2. lib. 2.* Honded. *consil. 17. num. 14. lib. 2.* Gabr. *de fideiuss. conclu. 1. num. 108.* Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. num. 180.* Lanfranc. Balb. *decis. 84.* Ioseph. Lud. *decis. 45. num. 3.* & de communi attestatur Thesaur. *decis. 175. num. 4. in fi.* licèt ipse dubitet in traditis per Natt. *d. cons. 521.* Rot. *diuers. decis. 444. num. 2. par. 1.* reprobata opinione Natt. *d. cons. 521.* & ita sentit Rot. coram R.P.D. Penia in vna Romana Saluiani Interd. Ven. 25. Iunij 1599. *in calce operis decis. 10. num. 5.* & coram Illustrissimo Seraphino in vna Perusina bonorum 15. Maij 1577. *in 2. lib. impr. decis. 327. num. 1.* & in alia coram R.P.D. Litta in vna Romana Saluiani Interdicti 28. Aprilis 1597. *ibidem decision. 58. num. 2.*

41 Et est ratio, quia ista exceptio est altioris indaginis, cùm sit de apicibus Iuris, vt per glos. *in l. si mancipium §. 1. de euict.* & tradit Roman. *in l. si constante in princ. ff. solut. matr.* Roman. *cons. 430. num. 1.* Aret. *cons. 127. sub num. 2.* Soc. Sen. *cons. 14. num. 48. lib. 1.* Corn. *consil. 55. num. 28. lib. 3.* Alan. *cons. 52. in fin.* Aym. *cons. 201. num. 47.* Ias. *in d. §. item Seruiana num. 78.* Neguſ. *de pign. in d. 1. membr. 8. par. num. 23.* Bald. Nou. *de dot. part. 8. pria. num. 37.* Dec. *cons. 27. sub nu. 8. versi. tertio respondetur.* Honded. *cons. 17. n. 14. lib. 2.* Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. num. 180.* Lanfran. Balb. *d. decis. 84.* Thesaur. *dict. decis. 52. numero 2.* Capell. Tolos. *d. decis. 197. sub num. 2.*

42 Et in Iudicio Saluiani exceptio altiorem indaginem requirens opponi non potest, vt per Rip. *in Rubr. sub num. 19. versic. defendendo de pign.* Bell. *in d. §. item Seruiana sub num. 46. versic. non est, sic Instit. de act.* Surd. *d. cons. 4. nu. 36.* Honded. *cons. 21. num. 26. lib. 1.* Natt. *cons. 532. num. 9.* Sarmient. *de redditu Eccles. par. 3. cap. 2. num. 22. & 33.* qui de communi attestatur, Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. num. 180.* Rot. *diuers. decis. 34. num. 23. par. 2.* & tenuit Rot. coram R.P.D. Litta in vna Romana bonorum de Capite ferreo 4. Maij 1598. *in calce operis decis. 52. num. 7.* & in alia coram R.P.D. Orano in vna Romana Saluiani Interdicti 18. Maij 1598. *ibidem decis. 59. num. 1.* & in alia coram Illustrissimo Lancellotto in vna Romana Saluiani Interdicti 3. Iulij 1606. *ibidem decis. 60. nu. 2.* & coram eodem Litta in vna Bononien. dotis 5. Iunij 1603. *in calce operis decis. 61. n. 1.* & in alia Imolen. Saluiani Interdicti coram eodem Lancellotto Merc. 5. Decembris 1601. *in calce operis decis. 18. n. 2.*

43 Quod confirmatur, quia Saluianum est Iudicium possessorium, vt fuit deductum *in prima Inspectione cap. 1. nu. 26.* & in eo agitur summariè, vt per Contard. *de mom. poss. limit. 14. num. 14.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. num. 6. cum ibi alleg.*

44 & vbi summariè agitur non requiritur excussio, Bald. *in l. clarum num. 1. C. de verit. præst.* tradit etiam Bened. de Plum. *in tract. de discuss. num. 25.* prout de communi attestatur Grat. *cons. 63. n. 45. lib. 2.* Alex. *cons. 114. nu. 8. lib. 6.* Roland. *cons. 14. nu. 16. lib. 1.* Neguſ. *in d. 1. membr. 8. part. n. 28.* Rot. Ianuen. *decis. 78. num. 3.* & relat. per Thesaur. *decis. 52. num. 1.* licèt Senatus aliter senserit, *vt ibi*, Ioseph. Ludou. *decis. 45. num. 8.* Capell. Tolos. *d. decision. 197. num. 3.*

Ex prædictis constat hanc negatiuam sententiam esse communem, vt deductum est, & testatur Surd. *cons. 513. num. 19. vol. 4.* & veriorem auctoritatibus, tam in numero, quàm in grauitate maioribus, & fortioribus rationibus fulcitam.

45 Quam amplia procedere etiam si contra ter-
tium possessorem ageretur ; vt ex multis tradit
Menoch.*de recuper.poss.remed.4.nu.28.* qui tres
addueit rationes,quas etiam confirmat Surd *d.*
46 *consi.513.nu.19.vers.in quo pariter,col.4.*vbi ait hoc
esse regulare quando debitor constituit se no-
mine creditoris tenere bona obligata,& infini-
tos allegat pro hac parte Roland. *consi.9. nu.19.*
volum.1.

47 Secundo amplia non solum quando agitur
ad effectum immittendi in possessionem vigore
Saluiani Interdicti,sed nec exceptio altioris in-
daginis opponi potest,si ageretur ad restitutio-
nem possessionis postquam creditori fuerit de
fructibus satisfactũ, quia à pari procedunt im-
missio, & reuocatio possessionis;Cagn. *in l.nihil*
tam naturale ff.de reg.iur.& ita in terminis decla
* rauit Rot.coram Illustrissimo Ludouisio in vna
Perusina bonorum de Oddis Ven. 5. Maij 1606.
in fine operis decis.4.num.5. Modo restat solum ad
contraria respondere.

Non obstat primum fundamentum adductũ
per Natt.*d.consi.*521.nempe quod si mulier agens
contra tertium possessorem ad recuperationem
dotis,est necessaria excussio,ex supra allegat. &
tamen illud iudicium dicitur priuilegiatum, &
in eo agitur summariè de bono, & æquo, & ita
dicendum est in Saluiano, quod etiam dicitur
summarium.

48 Nam respondetur quod Bal.Natt.& Doct.in
contrarium alleg. loquuntur quando quis agit
hypothecaria contra tertium possessorem , siue
tacitam; siue expressam experiatur hypothecã,
quia in vtroque iudicio datur excussio, vt per
Negus.*in d.3.memb.8.par.nu.22.*

49 Et quod in tacita hypotheca detur excussio
quando agitur hypothecaria,tradit Bart. *in l.si*
*constante nu.72.sol.matr.*Romanus *consi.189.nu.9.*
Aym.*consi.263.sub nu.6.vers.tangit*, Cephal.*consi.*
86.nu.20.

50 Et in terminis nostris quod dispositio *d. Au-*
then.hoc si debitor,vbi habetur quod tertius pos-
sessor conueniri non possit , nisi prius facta ex-
cussione principalis debitoris ; in quo textu
Natt.suam fundat intentionem, non habeat lo-
cum nisi quando mulier vigore suæ hypothe-
cæ repetit dotem,tradit Bal.Nou. *de dote par.7.*
51 *priuil.24.sub num.2.vers.nec obstat.* quod quidem
iudicium dicitur reale occasione d.hypothecæ
l.cos C.de pign. Ceph.*consi.197.nu.87.* qui de com-
muni attestatur,Negus.*de pig.in 1.memb.8. par.n.*
*1.*Senat. Pedem.*decis.156.nu.1.*Gram. *decis.58.nu.2.*
Afflic.*decis.383.nu.3.*

52 Et ideo hoc Iudicium quod ex ea intentatur
dicitur iudicium petitorium,*l.pignoris.ff. de pig.*
Bart.*in l.1.nu.3.ff.de Salu. Interd.*Negus. *de pign.in*
*d.1.mem'.8 par.sub nu.1.*Gomes.*in d.§.item Seruia-*
*na nu.36.*Bell.*nu.40.*Mynsin.*sub nu.42.*Alex.*consi.*
*73.nu.10.vol.5.*Rip. *in d.Rubr.sub nu.19.vers.hoc re-*
*spectu,de pignor.*Menoch.*de adipisc.poss.d. remed.3.*
num.13.

53 Iudicium verò Saluiani dicitur merè posses-
sorium,Corn. *consi.190.sub nu.1. vers.retentio au-*
*tem lib.1.*Roland.*consi.14.num.6.libr.1.*Soce. Sen.
*consi.112.nu.6.lib.4.*Contard. *de mom. possess.limit.*
14.nu.11.& latius fuit *in præcedenti cap. num.9. &*
*14.*deductum, *& in prima Inspect.in cap.1.num.26.*
54 Vnde non est inferendum de vno iudicio ad
aliud , cùm sint valde diuersa , & nihil inter se
habent commune,*l.naturaliter §. nihil commune*
de acqu.poss. & in eo de sola possessione conten-
ditur,vt per Rip.*in d.Rubr.sub nu.19.vers.secundo*
*casu.*Corn.*consi.190.sub nu.1.in fi.vers. retentio lib.*
*1.*Natt.*consi.532. numer.2.*Negus.*de pig.in 1.membr.*
8.par.num.6. tradit Bell. *in d.§. item Seruiana sub*
num.42.vers. item fallit Instit.de act. vbi Zas. *sub*
*nu.40.vers.nos in hoc.*Din.*nu.14.* Cõtard. *de mom.*
poss.limit.14.num.14. Rot. *diuers.decisi.34.num.16.*
par.2.

55 Vltra quod hæc duo Iudicia valde inter se
differunt tam ratione naturæ , quàm in proba-
tionibus,ac alijs differentiis supra in præcedẽti
cap per totum deductis, & nõnullas ex eis tra-
dit idem Natt.*consi.532.à nu.1.vsque ad 15.*

56 Postremo respondetur quod licèt mulier
constante matrimonio,si vir vergit ad inopiam
possit immissionem petere,vel dicere,volo reti-
nere bona Mariti pro mea dote,& impedire ex-
ecutionem tertij, vt per Doctores omnes *in l. si*
constante in priu.solut.matrim. Bald.Nouell.*de do-*
*te par.7.priuil.24.numer.2.*tamen hoc nec facere
nec retinere poterit,nisi prius præcedat senten-
57 tia esse locum restitutioni dotis,quia per prius
hæc actio non competit,vt per Castrens. *in l.2.*
sub numer.3. vbi Aretin. *consi.4.in fin. vers.tangit*
*etiam ff.solut.matrim.*Soce.Sen.*consi.111. numer.4.*
*volum.3.*Roland.*consi.9.sub num.4.in fi.lib.2.*Bald.
Nouell.*in d.priuil.24. sub num.2.vers.nam in quæ-*
stione.

58 Sed in Saluiano non est necesse quod præce-
dat talis sententia, scilicet ius competere ad ex-
periendum hoc iudicium Saluiani , cùm solum
creditum cum hypotheca , & possessio aduersa-
rii probandum sit,vt deduxi *in prima Inspect.c.4.*
& 5. Vnde cum tot modis inter se differant non
possunt applicari in casu nostro,*l.Papinianus ex-*
ulis de minor.

Similiter nec aduersatur quod secundo lo-
co dicitur , quod etiam quando agitur sum-
marie exceptio excussionis opposita, quo ad
simplicem formam iudicialis ordinis , scili-
cet præposterationis ordinis, vt prius conue-
niatur principalis quàm fideiussor, est de api-
cibus iuris,cum non concernit facti veritatem,
sed secus est quando opponitur ratione inter-
59 esse partis,quia tunc concernit æquitatem, sci-
licet, vt donec debitor principalis sit soluendo
non molestetur tertius possessor, vel fideiussor,
& post Natt.bene declarat Negus. *in d.3. memb.*
*8.par.sub nu.31.*sed hæc fuit opinio Corn.*in consi.*
55.nu.28.lib.3.

60 Nam respondetur illa procedere non posse
in iudicio Saluiani Interdicti , quia aut oppo-
nitur ratione præposterationis , & in hoc om-
nes conueniunt , exceptionem huiusmodi non
esse admittendam,tanquam sit de apicibus iu-
ris , aut verò proponitur ratione interesse , &
hoc etiam casu minimè opponi potest,quia cla-
rum est quod quando hoc ideo tertius oppo-
nit,vt prius principalis conueniatur,antequam
contra ipsum agatur hypothecaria; nam vt di-
ctum est negari non potest,quin hoc iudicium
in quo de hypothecaria tractatur , non dicatur
reale , & concernens petitorium (vt supra de-
61 ductum est *num.51.*) Et quod ista exceptio con-
tineat petitorium tradit Menoc.*de adipis.poss.re-*
med.3.

med.4.num.180: qui allegat Balb.*decis.*84. Rolan.
cons. 14. *numero* 14.*libro* 1. & est omnino diuer-
sum à Iudicio Saluiani, *vt in præcedenti cap. per*
totum fuit deductum sex modis differri, & pro-
pterea eadem ratio quæ militat in hypotheca-
62 ria non potest applicari in Saluiano mero pos-
sessorio, cùm ex diuersis non fiat illatio, *cap. quod*
translationem de offic. deleg. l. Papi l. exuli de min. &
in his terminis tradit Surd. *decis.*35. *sub num.*14.
post med.

63 Insuper aduertendum est (prout iam fuit di-
ctum) quod præter Natt. cæteri Doctores ad e-
ius fauorem in principio præsentis cap. alleg.
loquuntur in causa hypothecæ ordinariæ, quæ
de sui natura requirit excussionem quæ erat
commissa cum clausula summariè, &c.

64 Non autem versamur in iudicio de sui natu-
ra possessorio, & summario in quo de sui natu-
ra non requiritur excussio; & sic differunt inter
se; Vnde non est dicendum hoc idem seruan-
dum esse in vtroque iudicio, quia æquitas in
causa ordinaria cum clausula summariè seruan-
da est, quia in ea Iudex potest vti æquitate, cùm
65 Iudex debeat ante oculos æquitatem habere *l.*
66 *quod Ephesi ff. de eo quod certo loco*, tamen hoc in-
telligitur de æquitate informata à iure, vt post
Abb. tradit Decan *cap. ex parte num.*2. *de offic. de-*
*leg. & in l. si tibi pecuniam sub num.*6. *ff. si cert. pet.*
Roman. *cons.*149. *num.* 3. quia Iudex tenetur ser-
67 uare iura, & leges. *Instit. de offic. iud. in princ.* & de
iure talis excussio non est admittenda in Sal-
uiano Interdicto, vt omnes fatentur, & deduxi
suprà *num.*40. & licet Natta & sequaces dicant
hoc procedere de æquitate, quando opponitur
ratione interesse, tamen hæc æquitas in hoc iu-
dicio locum minimè habere potest, cùm non
68 sit informata à Iure. Immo contra ius, cum de
iure non admittatur excussio in hoc iudicio,
& ideo cessat in casu nostro, ex traditis per
Doctor. *locis citatis*, licet forsan in aliis iudiciis
hypothecariis cum tali clausula summariè
commissis, procedere posset, quia de eorum
natura, & de iure excussio adhibenda esset, &
procederet doctrina Decij, & Romani *locis*
citatis.

69 Secundo respondetur quod in hoc casu cau-
sa finalis est interesse fideiussoris, seu tertij pos-
sessoris, siue opponatur ratione ordinis, siue ra-
tione interesse, quia occasione interesse, excus-
sio semper opponitur à tertio possessore, & si
cessaret interesse, nec exceptionem huiusmodi
opponere posset, vt expressè tradit Aym. *consil.*
182. *sub num.*8. *versi. alibi notat.* Tiraq. *in tract. ces-*
*sante causa nu.*1. *& nu.*21. Surd. *cons.*114. *num.*11. *lib.*1.
& quod hęc dicatur causa finalis, apparet; quia
influit in vtrumque effectum. Scilicet tam in
ratione ordinis, quàm in ratione interesse, iuxta
not. *in cap. statutum de hæret. in* 6. tradit Bal. *in l.*1.
*sub numer.*8. *post med. versic. adde quod illa causa*, &
per Corn. *consil.*35. *sub num.*2. *versic. dicens. lib.*3. *&*
*consil.*253. *sub num.*8. *versi. & ex hoc lib.*4. Aymon
*consil.*192. *numer.*21. Rot. *diuers. decision.*139. *num.*4.
*par.*2.

70 Vnde succedit communis regula, quod ex
eadem causa, & eadem re non debet diuersus
oriri effectus, *l. meminerit C. vnde vi. l. qui homi-*
nem. ff. de solut. & est text. clarus *in l. Labeo.* vbi
Bar. & Bald. *in princ. ff. de compens.* & idem Bald. *in*
*l. & quæ n.*2. *C. de eden.* Scilicet, vt interesse in vno
casu operatur, vt excussio non dicatur altioris
indaginis, & in alio dicatur contrarium.

71 Et vbi est eadem ratio, ibi & idem ius seruan-
dum est, *l. illud ff. ad leg. Aquil. l.*3. *de iniust. testa.*
Cephal. *con.*249. *n.*9. latè per Tiraq. *cessante causa*
*par.*1. *num.*150. *cum pluribus seq.* Surd. *decision.*276.
*num.*8.

Ex quibus colligitur quod cum interesse sit
causa finalis, non habet, nec potest hos diuersos
inducere effectus.

72 Tertio pro hac parte dicitur, quòd cùm ex-
cussio sit exceptio dilatoria, vt per Bart. *in l. ex-*
*ceptiones sub num.*6. *ff. de except.* Auch. *cons.*317. *nu.*
2. Iacob. de Aren. *in tract. de excussionibus num.*18.
Marsil. *sing.*14. *num.*2. Petr. Plat. *in §. appellatur au-*
*tem num.*5. *Instit. de act.* Alexan. *consil.*32. *num.*2. *&*
*cons.*34. *num.*2. *lib.*4. Paris. *cons.*50. *num.*44. *vol.*1. *&*
*consil.*103 *vol.*3. *num.*6. latè per Gabriel. *de fideiuss.*
*conclus.*1. *num.*12. qui de communi, Rot. *diuers. de-*
*cis.*444. *num.*4. *par.*1.

Et exceptio dilatoria in hoc iudicio sum-
mario non admittitur, Aym. *cons.*263. *num.*1. Ro-
land. *cons.* 9. *nu.*18. *& cons.*71. *num.*38. *lib.*2. post Mar-
sil. *in Rubr. de fideiuss. num.*12. & per eum alleg. &
particulariter quod non admittatur in Saluia-
no Interdicto dixit Rot. *diuers. d. decis.* 444. *num.*
7. *par.*2.

73 Et hinc videmus quod in curia mercatorum,
vbi agitur summariè de bono, & æquo, talis ex-
ceptio non admittitur, vt est glos. sing. *in §. ar-*
gentarium in verb. moderno, quæ est glos. penult.
Authen. de fideiuss. & per Ang. *in §. si quis in frau-*
*dem sub num.*10. *versi. vbi dicit. Instit. de act.* & ibi
Ias. *num.*78. & idem Ias. *in l. si constante num.* 204.
Solut. mat. Curt. sen. *cons.*6. *num.*1. *in fin.* Marc. Ant.
Blan. *de compromiss. inter coniun. qu.*1. *num.*47. *vers.*
præterea. Boer. *decis.*221. *num.*14. *in fi. & num.*15. Io-
seph. Ludou. *decis.*45. *num.*12. Thesaur. *decision.* 52.
*num.*52.

74 Nec aduersatur quod de æquitate talis ex-
cussio sit admittenda, quia respondetur quod
ęquius est excussionem huiusmodi non esse ad-
mittendam, cùm agatur in causa summaria, &
excussio ista est dilatoria respiciens petitorium
contra naturam illius actionis, (vt supra proxi-
mè deductum est) *num.*68. *&* 69. & ita sentit
Thesaur. *d. decis.*52. *n.*5.

75 Secundo respondetur quod de rigore iuris, vt
supra deductum est, talis exceptio in Saluiano
Interdicto admitti non debet, cum sit de apici-
bus iuris, & respiciat petitorium, & admittere-
tur contra naturam illius Iudicij, & hoc casu
76 dicta æquitas non habet locum, cum non sit
scripta in specie in Saluiano Interdicto, sed tan-
tum in genere, nec per modum regulæ, & su-
mus in casu in quo rigor est scriptus in specie,
& sic præfertur rigor, & ille est attendendus
77 non autem æquitas, vt per Bart. *in l.*1. *sub num.*
2. *C. de legib.* & per Marsil. *singul.*685. *num.*2. Dec.
*in dict. l. in omnibus num.*11. *de reg. iur.* & per Bald.
in dict. l. placuit in fin. vbi Salicet. Ang. *num.*1. *C.*
de iudic.

Et quatenus talis exceptio esset admittenda,
sequerentur omnia infrascripta inconuenien-
tia. Primo quod Saluianum non diceretur sum-
marium si admitterentur istæ exceptiones dila-
toriæ, cuius contrarium ostensum est *in* 1. *Inspect.*

cap.2. num.1. & alibi pluries. Secundo admitterentur in eo exceptiones reales; & concernentes petitorium, cuius contrarium deductum est supra *num. 43. & seq.* cùm sit possessorium, vt *in 1. inspect. cap.1. num.3.* Vltra quod in contrarium est communis sententia Doctorum & Rot.
78 ita semper seruauit: à qua in iudicando non est recedendum, *capit. nonnius de verbor. signif.* cum vulgaribus Bart. & Doct. *in l. fin. de pœn. ind. qui mal. iud.*

79 Limita tamen principalem conclusionem, scilicet quod exceptio altioris indaginis in hoc iudicio sit admittenda, quando ex ventre eiusdem Instrumenti cuius vigore agitur proueniret, vt per Bald. *in l. in pradiis, nu.3. C. de euict.* & per Roman. *consi.42. sub nu.3. vers. & tunc dico.* Dec. *consi. 8. num.7.* Honded. *consi.17. num.5. vol.2.* Sarmient. *in compend. signatura num.84. & 85.* Cassad. *decisi. 10. de rescript.* & in terminis Salu. Interd. declarauit Rota coram Illustrissimo Seraphino in vna Portien. bonorum *in eius lib. impresso decis. 430. nu.8.*

80 Secundo limitatur quando ab alio Iudice talis exceptio non esset cognoscenda, & sic damnum irreparabile resultaret; nam tunc etiam ista exceptio altioris indaginis veniret admittenda, vt docet Bartol. *in extrauagant, ad reprimendum in verbo summarie num.4.* Ias. *consi. 60. num.5. lib.1.* Grat. *consi. fin. num.18. vers. quarto considero lib.2.* Menoch. *de adipiscen. possess. remed. 4. numer. 863.* Contard. *de mom. possess. limit. 1. ratione damni irreparabilis numer.1.* & idem Menoch. *de arbitr. iud. quaest.53. num.2.* & in terminis Senat. Pedem. *decisi.1. sub nu.1. vers. verum aliquando.*

Amplia hanc limitationem, non solumquando in totum non esset reparabile, sed etiam si in parte præiudicium reparari posset, & in parte non, quia idem est non esse in totum, seu in par-
81 te reparabile, vel non esse reparabile, vt per Fel. *in c. cum super, nu. 17. vers. tamen tertius de re iud.* & per Contard. *de momen. possess. in dict. limitat. 1. nu.n.6.*

82 Secundo amplia, quando de facili reparari non posset, sed cum magna difficultate, ex doctrina Bar. *in l.2. sub nu.6. ibi; non tamen sine magna difficultate, & sine magna læsione,* & ibi per Ang. *sub nu.9.* Felin. *in cap. accepimus sub nu.9. vers. & ita etiam de fid. Instrum.* & alios refert Contard. *in d. limit.1. nu.6.7. & 10.* Rimin. Sen. *consi.577. nu.7. lib. 3.* Rimin. Iun. *consi.161. nu.8. lib. 2.* Rot. *diuers. decisi. 356. nu.7. par.1.*

83 Potuit tamen Iudex exceptionem huiusmodi in fine litis reseruare, vt per Menoc. *d.q.53. num.3.* Marsil. *sing.3'5. n.1.* vel in iudicio petitorio, vt declarat Contard. *loco citato nu.7.* Rolan. *cons.22. num. 36. lib.1.*

Tertio limita principalem conclusionem, quando quæstio est in facto, secus si esset quæstio iuris quia tunc non diceretur requirere altiorem indaginem, si quidem ius est certum;
84 nec aliquam probabilem dubitationem recipit, vnde venit admittenda, vt per Bald. *in l. ancilla numer 1. C. de furt. & in l. postquam numer. 6. C. de pact.* & per Franc. *in cap.1. de lit. contest. lib.6.* Menoch. *dict. quaest.53 num.4.* & tenuit Rot. co-
* ram Illustrissimo Seraphino *in d. decis.* Portuen.
* bonorum *num.7.* & in alia coram R.P.D. Bu-
balo Ariminen. bonorum, *in calce operis decisi.63. num.12.*

Verùm hæc limitatio secundum Bal. *in l. postquam sub nu.5. vers. septima exceptio. C. de pact.* ampliatur, vt locum sibi vendicaret, etiam si esset quæstio iuris dubij perplexi, quē sequitur Soc.
85 Sen. *in cap. 1. num. 51. & 52. de lit. contest.* Blanc. *in tract. de compromiss. quaest.4. n.102.* Fel. *in c. exceptionem nu.40. de except.* Alex. *in addit. ad Bart. in l. si vir bonus vers. impedit. ff. iud. solui.* & hoc refert Menoch. *de arbitr. iud. d. quaest.53. num. 4.* quos ipse sequitur.

86 Tamen verior videtur contraria opinio, quā tenet Ang. Aret. *in §. in bonæ fidei sub num.2. Instit. de actio.* quia non est certa, & indubitata determinatio iuris, & dicitur requirere altiorem indaginem, & propterea in causis summariis non
87 est admittenda, & dicit esse menti tenendum, quem sequitur Socc. Sen. *consi.59. sub nu.2. in fin. lib.3.* dicens hoc casu requirere altiorem indaginem, cum in illius cognitione vertatur subtilitas Iuris, & præsertim vbi adsunt variæ Doctor. opiniones per Bald. *in l. cum proponas sub num. 1. vers.* si autem esset quæstio in qua variæ essent opiniones bene possent compromitti, vbi etiam Salic. *num.1. in fin. C. de reb. cred.* clarè per Roland. *consi.22. num.36. lib.3.* & per Ruin. *consi.87. numer.28. lib.3.* & bene per Contard. *de mom. poss. limit.12. nu.19. & 20.* qui attestatur ita aliàs in Rot.
* fuisse resolutum coram R. P. D. Oradino, & hanc opinionem tenet Odd. *de restit. in integr. quaest.8. num. 44.* Put. *decisi.233. par.3. num.3.* & per Rot. *diuers. decis.103. circa fin. par.1.* & iterum dixit in vna Tudertina officii Cancellariæ coram
* Card. Lancellotto Lunæ 19. Ianuar. 1598. *in calce operis decisi. 64. num. 7.* & quamuis Put. *dict. decis.233. numer. 4.* sentiat, quod vbi adest communis opinio, dicatur ius clarum, tamen Do-
88 ctor. aliter sentire videntur, dum dicunt, quod ius clarum dicitur, quando de illo constaret ex sola apertura librorum, vt per Roland. *dict. cons.22. num.38. lib.3.* Ruin. *dict. cons.87. sub num. 23.* post Bald. *in l. cum proponas sub numer. 1. vers. quod apparet. C. de reb. cred.* Marc. Anto. Blanc. *de compromiss. dict. quaest. 4. sub num. 2.* & ex aliis
89 supra allegatis. Et quod exceptio iuris dubii sit altioris indaginis, tradit Capiec. *decis.10. numer.19. & 20.* qui ait, quod hoc casu dicitur requirere altiorem indaginem, ac si esset quæstio facti. & hoc idem confirmat Corn. *consi. 290. num.5. lib.1.* & per Blanc. *in dict. tract. de compromiss. quaest.4. num.2.* Socc. Sen. *cap.1. num.25. de lit.*
90 *contest.* vbi etiam habetur quod quæstio iuris æquipatatur quæstioni facti, & tradit Curt. Iun. *cons.6. sub numer.25. vers. & per consequens.* Capiec. *d. decis.10. num.20.* Felin. *in cap. de quarta numer. 27. de præscript.* Roland. *consi.22. num.37. lib. 3.* Ruin. *dict. consi.87. num.28.* Curt. Sen. *cons.71. sub num. 14.* & per Rot. coram Illustrissimo Sera-
* phino in vna Romana de Salamonibus *in eius lib. impress. decis.268. num.5.* & propterea errans in
91 iure perplexo excusatur, ac si errasset in facto, vt ibi per eos, & ignorantia iuris dubii excusat sic-
92 ut ignorantia facti, vt per Felin. *loco citato nu.29.* Socc. Sen. *consi.33. num.10. lib.4.* Curt. Iun. *consi.28. num.8.* Curt. Sen. *dict. cons.71. sub num.14.* Ex quibus patet hanc veriorem, & magis receptam opinionem;

93 Tamen quando dicitur quæstio iuris dubij, arbitrio Iudicis relinquitur, prout sentire videtur Menoch. *de arbitr. iud. quæst. 53. sub n. 8. & 9.*

94 Sicut etiam arbitrarium Iudicis est, quando dicatur exceptio altioris indaginis, vt per Roman. *in rubrib. de arbitr. numero 30. & cons. 144. in fin.* Soc. Sen. *cons. 59. lib. 3. numero secundo,* qui de magis communi, Ayin. *cons. 156. num. 17. in fin.* Abb. *in cap. veniens il secondo num. 11. de test.* Tiraquell. *in l. si vnquam versic. omnia vel partem sub numer. 51. versic. similiter quando Cod. de reuocand. donat.* Menoch. *de arbitr. iud. casu 20. num. 3. & d. quæst. 53. numero 1.* Rot. *diuers. decis. 57. num. 3. par. 2.*

95 Minus etiam in hoc iudicio Saluiani concedendæ sunt remissoriæ, cùm sint dilatoriæ, vt declarat Vestr. *in sua prax. lib. 6. cap. vltim. sub nu. 2. vers. quamobrem,* & per Rot. coram Illustrissi- * mo Lancellotto in vna Imolen. Saluiani Interdicti 5. Decembris 1601. *in calce operis decis. nu. 18. num. 2.*

96 Et regulare est quod pro exceptionibus dilatoriis, nec pro aliis præambulis incidentibus, vel emergentibus in causa non detur, vt Mil. *in suo repert. in verb. remissio ad partes.* Vestr. *in sua prax. lib. 6. cap. vlt. sub nu. 2. vers. quamobrem,* Herculi. Seuerol. *de remiss. cap. 8. in princ.* Rot. *in nou. decis. 6. de probat.*

97 Nam pro exceptionibus peremptoriis datur, veluti contra testes, vt bene Vestr. *loco citato, versu nisi forte.* Mil. *in eodem loco versi. remissio.* Seuerol. *in d. tract. cap. 8. in princ.* Rot. *in nou. decis. 6. circa fin. de probat.* Cassad. *decision. 3. de dilat. num. 2.*

98 Intellige tamen quod dictum est remissoriam non dari in Saluiano, procedere cùm retardatione iudicij, nam sine retardatione datur, * vt declarat Rot. coram Illustrissimo Lancellotto *in d. decis.* Imolen. Saluian. Interdicti Mercu. 5. Decembris 1601. *in fin. operis decis. 18. nu. 3.* vbi ita aliàs fuisse resolutum in Rot. attestatur, & aliæ deducuntur decisiones, & habetur per Rot. *diuers. 111. & 115. lib. 3. par. 3.* vbi exemplificatur in iudiciis summariis, & iterum dixit Rot. in vna Portuen. de Columna Lunæ 9. Aprilis 1576. co- * ram Illustrissimo Seraphino *in suis impress. decis. 294. nu. 1.*

99 Nam sæpe etiam in his casibus remissoria cum retardatione minimè concedenda venit primo quando calumniosè esset petita, vt per Roman. *cons. 273. in fin.* Felin. *in cap. de cetero. num. 11. de re iud.* Seuerol. *de remiss. c. 5. 5. 6. & 8.* Vestr. *in sua prax. lib. 6. c. vlt. sub num. 3.* Mil. *in suo repert. in vers. remissio non est danda.* Lancell. *de attent. par. 3. cap. 26. num. 131.* Cassad. *decis. 3. sub n. 5. versic. quæ remissio de dilat.* Rot. *diuers. decis. 128. n. 3. & decis. 322. lib. 3. par. 3.*

100 Et per calumniam petita dicitur, quando causa esset diu disputata, & esset in fine, quia præsumitur calumniosè petita, Rot. *diuers. dict. decis. 322.*

101 Item calumniosè petita dicitur, quando quis pluries examinauit testes, & elapso termino diceretur aliquos omisisse, quos examinare vellet, vt per Caputaq. *decis. 50. num. 5. in fin. par. 3.*

102 Item si quis vellet admitti ad probandum illud, quod probatum nihil releuaret, cùm frustra concedatur dilatio, cuius disputatio, & finis potius dispendium, quàm commodum, vtrique parti afferre debet, vt per Seuerol. *d. tract. cap. 5. vers. remissionem,* per Roman. *cons. 356. nu. 6.* Caputaq. *decis. 32. n. 3. lib. 1. & decis. 54. n. 20. & decis. 66. num. 1. & 68. n. 2. par. 3. in impress.* Rot. *diuers. decis. 647. n. 3. lib. 3. par. 3.* vbi ita de stilo Rotæ seruari attestatur, & in d. decis. Imolen. Saluiani * Interdicti coram Card. Lancellotto *nu. 1. in calce* * *operis decis. 18. n. 2.* Et in alia coram R. P. D. Penia in vna Romana executionis Lunæ 5. Iunij 1595. *in calce operis decis. 65. nu. 6.* vbi ampliatur etiam, quando difficulter fieri posset.

103 Hoc tamen arbitrio Iudicis relinquitur, quando dicatur calumniosè petita, cùm ex qualitate negotij, & circumstantiis ipsemet colligere potest, vt tradit Lancell. *de attent. cap. 18. num. 70. par. 2.* Contard. *de mom. poss. limit. 8. nu. 54.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. casu 250. nu. 2.* Beniuten. *decis. 85. num. 14. in fi.* Cassad. *decis. 3. sub num. de dilat.* Caputaq. *decis. 58. num. 2. par. 3. in impress.*

104 Secundo nec esset concedenda remissoria, si quis intentando Saluianum reperiret possidentem esse intrusum, & ille intrusus peteret remissoriam, nisi etiam consentiret sequestrationi fructuum, vt per Rot. *diuers. decis. 919. lib. 3. par. 4.*

105 Tertio nec est concedenda remissoria in hoc iudicio possessorio, nisi probatio quàm petens facere intendit respiciat possessorium tantum, non autem petitorium, vt fuit dictum coram * Illustrissimo Seraphino in d. Portuen. de Columna Lunæ 9. Aprilis 1576. *in eius libro impressi decis. 294. num. 5.* & in alia allegata Vibeuetana * Castrorum coram eodem 12. Decembris 1567. *in eius impress. decis. 29. nu. 2.*

106 Quarto minus remissoria conceditur, si semel eam obtinuit, & distulit eam expedire, vel testes examinare non curauit, vt per Oldrad. *cons. 311. sub n. 1. ante fin.* Vestr. *in sua prax. lib. 6. cap. vlt. n. 5.* Rot. *in antiq. decis. 29. de iud.* Rot. Fast. *decis. 28.* Caputaq. *decis. 58. nu. 4. & decis. 65. in princ. lib. 3. in impress.* Egid. *decision. 624. sub num. 1. ante fin. versu. vel quia.* Rot. *diuers. decis. 128. numero 2. lib. 3. par. 3.*

107 Hoc tamen limitatur, quando probaretur de vero, & iusto impedimento quo minus examinare potuisset, vel culpa Iudicis remissorialium, vel ex causa testium, vel infirmitatis, & similia, vt per Vestr. *loco citato sub num. 2. versic. qui a propter.* Herculi. *d. tract. de remiss. cap. 6.* Lancell. *de attent. d. cap. 27. par. 3. nu. 127. 128.* Rot. *diuers. decis. 534. num. 3. lib. 3. par. 3.* & eo magis quando culpa aduersarij dilatio, seu terminus remissoriæ lapsus fuerit, vt per addent. ad Vestr. *in d. cap. vlt. num. 25.*

108 Denegatur etiam ex causa remissoria, quando aliquid constaret ex instrumento, veluti si quis ad excludendum Saluianum dicat habere anteriorem hypothecam ex instrumento in partibus rogato, de quo in sequenti Inspect. latius deducemus, vt tradit Vestr. *in dict. cap. vlt. sub num. 2. ante fin.* Mil. *in suo repert. versic. remissio ad partes.* Rot. *in nou. decis. 10. numero 3. de offic. delegat. & decisio. 6. de probat. & in antiq. decis. 45. de test.* Egid. *decision. 384.* nam hoc casu datur terminus ad producendum, vel datur com-

pulsoria, vt per Hercul. *de remiss.capit.10. ante fin.*

109 Verùm hæc limitantur quando probatio partim per scripturas, & partim per testes esset facienda, vt per Vest. *loco citato*, & per Rot. *in nou.decis.17.de test.*

110 Secundo limita, quando peteretur remissoria in extrahendo tantum scripturam; secus si ea vellet vti pro recognitione sigillorum, vel Instrumentorum, vel scripturarum, vt per Vestr. *loco citato*, & per Mil. *in suo repert.vers.remissio ad partes.* Hercul. *de remiss.dict.capit.10.in fine*, Rot. *in nou.dict.decision.17.de test. & decisio.6. de probat.*

111 Tertio limita quando articuli essent irreleuantes, Mohed.*decis.3.de probat.* Rot. coram R. * P.D.Iusto in vna Strigonien. Violat. Testamenti 3.Iulij 1595.*in fi.operis decis.66.n.1.*

112 Qualiter autem sit petenda remissoria, & an sumus præcedere debeat, & qualiter sint producendi articuli, & de deputatione Iudicij Notarij, & portitore, & conficiendo rotulo, vide per Gallel. *d.cap.vlt.* qui multa alia ad hanc materiam deducit, & per Lancell.*d.ca.16.* & per Hercul.*de remiss.per dis.ursum*, quæ tamen quia sunt extra materiam, nec ei applicari possent omitto, & per te videre poteris, quia in aliis materiis sunt valde necessaria.

113 Minus etiam exceptio dominij in hoc Saluiano Iudicio est admittenda, vt pluries fuit deductum, & vltra eos tradit Franc. Sarmient. *de reddit.Eccles.par.3.cap.2.num.23.* & per Rip.*in d. Rubr.de pign.sub numer.19.* Bellon. *in dict. §. item Seruiana sub numer.36. versic. licet enim Instit.de act.* Lanfranc. Balb. *decis.84.* & dixit Rot.coram * R.P.D. Iusto in vna Romana census, 17. Martij 1600. *in calce operis decis.67.numero nono*, vbi alias fuisse resolutum attestatur, & in alia Romana bonorum de Cellis coram R.P.D. Penia Lunæ 15. Nouembris 1610. *ibidem decision. 55. num.2.*

114 Et similiter etiam nec admittitur exceptio respiciens defectum pignoris, Rip. *in d.Rubr. de pignor.sub num.19.* Natta *cons.521.nu.4. & supra num. 84. & 85.*

115 Limitatur tamen principalis conclusio, quando exceptio dominij in continenti esset probanda, vt per Bart.& Doct. *in l.si de vi.ff.de iud.* & per Rip.*in l.1.num.12. ff.quorum bonorum.* Dec. *in l.fin.num.42. C. de edict. diu. Adr. toll.* Et idem Rip. *in l naturaliter §.nihil commune num. de acq.poss.* & per Castr. *in d. §. sub numer.5 versic.sed insumpto*, & ibi Alex. *num. ... C. de edict.diu. Adr. toll.* Butr. *in cap.1.num.24. vbi Abb. de except.spol.* Anchar.*consil.146.num.3.versic. item concludit, & num.6.* Ang.*consil.136.* Roland.*consil. num.25. lib.1.* Gabr.*consil.38.num.1.volum.2.* Bott.*decis.238. num. 5.* Afflict.*decis.14. num.4.* vbi de communi, Capic.*decis.121.numero 28.* Egid.*decis.26. sub num.1. versic. habet enim locum.* Et in terminis Saluiani Interdicti Put.*decis.233.num.1.lib.3.* Rot.*diuers.decis.57.in* * *fin.par.2.* & per Rot.coram Decano Rubeo in vna Romana Domus 2. Decembris 1579. *in calce operis decision. 50. num.2.* & in alia coram Card. * Seraphino in vna Viterbien. bonorum Lunæ 17. Nouembris 1589. *in impress. decis.757. numero* * *primo*, & in alia coram Illustrissimo Pamphilio in vna Fauentina legati 24. Decembris 1589. *in fin.oper.decis.1.numero 8.* & coram Illustrissimo * Lancellotto in vna Romana Saluiani Interdicti de Columna Ven.19.Decembris 1599. *ibidem* * *decis.19. num.3.* & coram eodem in vna Imolen. Saluiani Interdicti 3. Decembris 1601. *ibidem* * *decis.18.num.3.* & coram R.P.D. Orano Romana Saluiani Interdicti Lunæ 18. Maij 1598. *ibid.decis. 59.nu.1.* & in d. Romana bonorum de Cellis coram R.P.D.Penia *ibidem decis.55. num.1. & alibi pluries.*

116 Et per hanc subitaneam probationem tollitur etiam suspicio, ne calumniose opposita dicatur, vt per Abb. *in cap.super eo sub nu.6. vers. & puto hoc dictum de offic.& pot. iud. deleg. & in cap. suscitata n.7.de restit.in integ.* & per Couar.*pract. quæst.c.6.n.2.versi.nihilominus.*

117 Nam si per calumniam peteretur, non esset admittenda, vt per Doct.*proximè allegatos*, & per Corset.*sing.2.in verbo exceptio.*

Tamen Felin.*in d.c.veniens el 2.sub nu.18. versi. nec mirum, de test.* videtur sentire contrarium, tandem dicit opinionem Abbatis procedere, quando offertur plena probatio in continenti, secus autem si semiplena.

118 Et in casu de quo agitur non diceretur probatum dominium, si in continenti ostenderetur Instrumentum emptionis illius rei *l.proprietatis*, vbi Castr.*num.3.* Alexand.*cons.43.num.9.vol. 4.* Aymon *cons.157.num.4.* vbi ait per tale Instrumentum non probari dominium, nisi probetur, & de iure, & dominio venditoris, & idem Aymon *cons.157. sub num.5.vers.item videmus*, qui adducit Ang.*in d.l.2.ff.de pub.* Afflict.*decis.40. n.* * *2.* & dixit Rota coram R.P.D.Penia in dicta Romana bonorum de Cellis Lunæ 15. Nouembris 1610. *in fine operis decis.55.num.2.* cùm etiam aliena bona vendi possint, *l.rem alienam,ff.de contrahen.emp.*

119 Secundo, nec dicitur probatum dominium per Instrumentum locationis in Emphyteosim *cap.inter dilectos, de fid. instrument. l. ad probationem.C.locat.* declarat Alexand.*consil.12.sub num.4. lib.4.* Paris.*consil.27.num.25.volum.1.* Curt.Iun. *cons.41.num.8.* vbi de communi attestatur, Aym. *cons 157.* Afflict.*decis.24.n.8.* Cassad. *decis.20.super reg.* Rot.*diuers.decis.141.nu.1. par.2.* Et declarauit * Rot.coram R.P.D. Cantuccio in vna Placentina Administrationis Sacramentorum, Veneris 10.Martij 1581.in Rota *diuers.decis.141.par.1.num.*

120 *1.* vbi limitatur, quando concurrerent alia adminicula, & in d. Romana bonorum de Cellis *num.3.*

121 Tertio, nec ex dominio de præterito probatur dominium de præsenti, Corn.*cons.24.num.6. & seq.lib.4.* Paris.*cons.104.n.8.volum.1.* Afflict.*decis.40.sub num.3.versi.& videtur dicendum*, & per * Rotam in d. decis. Romana bonorum de Cellis *num.5.*

122 Limitatur tamen principalis conclusio, quando possessio esset penes Reum cum vitio, quia tunc nec exceptio dominij in continenti probanda est admittenda, vt per Rip. *in l.1.num. 12.versi.adde tertiam limitationem. ff. quorum bonorum.* Menoch.*de adipisc.possess.remed.1.num.107.* vbi adducit Bart.*in l.filium,sub num.1. versi. si vero ad Trebell.*

123 Secundo limita, quando possessorium adipiscendæ concederetur in pœnam Rei conuenti,

qui

qui primo negauit se possidere, & postea conuictus est de mendacio; tunc propter odium delinquentis fit, vt non admittatur volens statim probare de dominio, vt per glo. *in l. final. in verf. per iud. de rei vendic.* & bene declarat Ias. *in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 42.* vbi Rip. *n. 102. de acquir. poss.* Angel. *in d. l. fi. sub nu. 185. verf. retenta tamen communi opinione*, Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. n. 15.*

124 Quis autem in continenti probare dicatur
variæ sunt Doctorum opiniones. Vna est quod
in continenti dicitur, quando infra tempus in-
125 tra quod causa expediri deberet. Secunda est,
quando infra tres dies. Tertia est intra vnum
diem, & antequam deueniatur ad extraneos a-
ctus, de quibus omnibus latè, vide per Menoch.
de recuperan. possess. remed. 1. à num. 252. vsque 260.
vbi ad saturitatem de hac materia disponitur,
& per Felin. *in cap. significasti el 2. num. 12. de homicidio*, & per Bero. *in cap. 1. num. 38. de restit. spoliat.*
qui etiam omnes supradictas opiniones recen-
set, licèt ipse teneat, quod in continenti dica-
126 tur, quando infra eadem die antequam ad a-
ctus extraneos deueniatur. Verum Menoch. *in d. remed. nume. 257. & 258.* reprobat Bero. opinio-
nem, & meritò quidem. Sed ad hunc proposi-
tum Neuiz. *consil. 56. sub num. 8.* dicit quod ali-
127 quando infra octo dies, aliquando infra de-
cem, aliquando infra duos menses, prout tenet
Bart. *in l. 1. in princip. C. de edict. diu. Adrian. toll.*
cum aliis per eum alleg. & aliquando per de-
128 cem annos secundum subiectam materiam,
vt per Ias. *in l. fin. numero 3. C. de iud. cum aliis per eum alleg.*

129 Vnde verior videtur opinio, quod Iudicis arbitrio relinquatur, vt est glos. *in l. si, à quo*, vbi Bar. *num. 2. in fin. ff. vt in poss. leg.* & per Bald. *in l. 1. num. 1. in fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* Felinus *in cap. veniens, el 2 num. 15. de testib.* Ias. *in l. 4. §. condemnatum, num. 50. de re iud.* Dec. *in cap. an sit, num. 2. in fin. de appellat.* Soc. Iun. *consil. 67. numero 9. lib. 1.* Calcan. *consi. 16. num. 45.* Natt. *consil. 502. numero 7.* Guid. Pap. *quæst. 132. numero 2.* Tiraquel. *in l. si vnquam in verbo omnia, sub num. 31. & de reuocan. donat.* Menoch. *de recuperand. possess. remed. 1. numer. 259.* Contard. *de mom. possess. limit. 12. numero 7.* & idem Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. cas. 12. numero 40.* qui magis communem dicit, Thesaur. *decis. 77. numero 3.* qui etiam de communi attestatur.

130 Nec etiam exceptio defectus pignoris in hoc iudicio opponi potest, vt per Rip. *in rub. sub num. 19. vers. descendendo, de pignorib.* Natt. *consil. 512. num. 4.* Honded. *cons. 25. numero 20. lib. 2.* Surd. *consi. 166. n. 30. versic. non obstat lib. 2.* cùm respiciat petitorium, *l. pignoris ff. de pignor.* & fuit in præcedenti capit. deductum. *nu. 48.* & præsertim si requireret altiorem indaginem per ea, quæ supra *in præcedenti cap. numero 71.* declaraui, & per Rip. *loco citato*, ibi saltem si requirat altiorem indaginem, & per Natt. *dict. cons. 512. numero 4.* ex quibus dicitur, quod si in continenti probari posset, vel constaret in actis, talis exceptio opponi posset, sicut dictum est de exceptione dominij.

131 Exceptio verò nullitatis in hoc iudicio admittenda videtur, vt post Bald. Alexand. Dec. Zuccard. per eum relat. tradit Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4 num. 879.* & infinitos congerit Contard. *de mom. poss. limitat. 7. in princ.* & clarè deducit Natt. *cons. 217. numer. 6.* Grat. *consil. vltim. num. 41. volum. 2.* Vant. *de null. in tit. quis poss. dicere, de null. numer. 34.* Et declarauit Rot. coram R. P. D. Orano in vna Romana Salu. Interd. 6. Nouembris 1598. *in fin. operis decis. 10. nu. 1.* vbi declarauit sententiam esse nullam, ex eo quod non fuerunt seruati termini substantiales, & in alia coram R. P. D. Iusto in vna Rauennaten. Saluiani Interdicti Lunæ 14. Iunij 1604. *ibid. decis. 701 nu. 1.* & hanc materiam exposui supra *in 1. Inspect. cap. 1. in fin.*

132 Et est ratio, quia licet prohibita sit appellatio, non tamen prohibetur nullitas per quam declaratur, nihil esse actum; vt per Menoch. *loco citato, num. 880.*

133 Modò quæritur, an exceptio nullitatis huiusmodi in iudicio opposita impediat executionem sententiæ in possessorio latæ, quo casu distinguendum est; nam aut principaliter agitur de nullitate, aut incidenter; si principaliter agitur, & in hoc iudicio duæ sunt contrariæ opiniones. Vna est affirmatiua, quam tradit Specul. *in tit. de libel. concep. §. nunc dicendum in fin.* quam sequitur Castr. *in l. 4. §. condemnatum, numero 3.* qui magis communem dicit, & ibi per Alexan. *numer. 14.* & per Couarr. *pract. quæst. cap. 24. sub num. 6.*

134 Altera verò est negatiua, quæ verior, & magis communis videtur, vt ex infra dicendis apparebit, in qua omnes Moderni concurrunt, & in practica præualuit, vt attestatur Contard. *loco citato, num. 19.* & fuit originalis opinio Innocent. *in cap. cum in iure peritus, num. 2. & 3. de offic. deleg.* & tradit Bald. *in l. 1. num. 1. Cod. ne liceat tert. prouoc.* Roman. *in l. si seruitus in fin. de seruit.* Castr. *consil. 166. numero 5. versic. circa quod, & versic. ex quibus, lib. 1.* Alexand. *consil. 83. numero 9. lib. 5.* Ruin. *consi. 61. num. 8. lib. 5.* Grat. *cons. 165. nu. 41. lib. 2.* Vant. *de null. in tit. quot & quibus mod. null. prop. poss. num. 19.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. numero 882.* Lancellot. *de attent. cap. 17. numero 60. par. 2.* qui de communi attestatur *ibidem, num. 90.*

135 Et est ratio, quia ita principaliter deducendo talem exceptionem in iudicio maxima dilatio, & mora induceretur, cùm in iudicio ordinario cognoscendum esset, si quidem in eo requiritur libellus, & expectatur sententia, quæ nihil aliud effectualiter facit, quàm actum euacuare, & executionem impedire, si incontinenti per simplicem nullitatis exceptionem executio
136 impediretur esset dare executionem sententiæ
nondum latæ quæ super dicta exceptione fieri debet. contra regulas iuris communis *l. 1. C. de execut. rei iud.* & hęc fuit opinio Vant. *loco citato. sub numero 29. ante finem.* quem sequitur Contard. *d. limit. 7. num. 19. vers. vbi prædictam opinionem*, & per Menoch. *d. l. remed. 4. sub numero 882.*

137 Et ideo eo casu semper fit executio firmo remanente iudicio nullitatis, vt docet Vant. *de null. dict. tit. quot & quib. mod. nu. 29. in fin.*

138 Verùm limitatur non procedere, nisi Iudex nullitatis præuenisset in inhibendo antequam actor in executionem sententiæ peteret, quia tunc impediret executionem iuxta doctrinam

Castr. *in Authent. quæ supplicatio numer. 3. vers. aut
incipit à nullitate. C. de prec. Imper. offer.* & eam se-
quitur Menoch. *loco citato, numer.* 883. & per
Rip. *in l. 4. §. condemnatum, sub num.* 28. *vers. 1. ff. de
re iud.*

139 Vbi dicit procedere tribus concurrentibus;
scilicet primo, quod Iudex nullitatis præuene-
rit, secundo quod sit opposita exceptio nullita-
tis, tertio quod Iudex executionis fuerit inhibi-
tus à iudice nullitatis. Verùm Contard. *in d. li-
mit. 7. nu.* 13. ait quod si hæc opinio est; vera cau-
140 tela est, quod ille contra quem petitur senten-
tiam declarari nullam compareat, & præue-
niat in petendo executionem sententiæ, quia
tunc prima petitio nullitatis habet vim simpli-
cis exceptionis, & ad eam reducitur, & sic per
viam exceptionis de nullitate tractabitur, & i-
sta instantia iudicij ab illa secunda petitione
inchoabitur, & illa cautela Castr. redderetur il-
lusoria, & hoc idem tradit Dec. *in cap. in præsen-
tia sub num. 3. vers. ex quo colligitur de prob.* qui di-
cit hanc esse opinionem Aretini, ibi ita decla-
rantis.

141 Et prædicta procedunt circumscriptis clau-
sulis de stilo Rom. Cur. in Commissionibus in
his causis apponi solitis, veluti quia sit rescriptũ
sine præiudicio legitimæ executionis, vel cum
clausula, parito iudicato. vel cũ clausula si quid
exequẽdum exequatur, sin autẽ causam appel-
lationis cognoscat, vel cum clausula dũmodo
non agatur in possessorio cum finibus, quia
eo casu non retardatur executio, vt per Vant. *lo-
co citato*, de quorum iuribus dicam *in 4. Inspect.
cap. 2.*

142 Contrarium tamen tenet Vant. *de null. dict. ti.
quot & quib. mod. num.* 30. vbi dicit, quod exceptio
nullitatis per viam actionis propositæ non im-
peditur per inhibitionem subsecutam, & addu-
cit Franc. *in cap. dilecta, num.* 38. *vers. tertio limi-
tanda, & vers. certè contrarium.* Anton. Canar. *de
guarantigia quæst.* 51. & huius opinionis est Mi-
lis *in verbo Iudex mere nullitatis*, & hanc partem
tuetur, & habetur per Rot. *in nou. decisi. 3. de
appell.*

143 Verùm Lancellottus *loco citato sub nu. 64. vers.
ego tamen*, firmiter dicit, quod facta inhibitione,
executio sententiæ suspenditur, & addũcit Dec.
consi. 103. *nu.* 1. Natt. *cons.* 217. *sub num.* 7. *vers. tertio
respondeo lib.* 1. & pro hac parte idem Lancellot.
loco citato num. 66. deducit, quod de stilo Rot.
144 inhibitio, siue iusta, siue iniusta semper est ti-
menda, & adducit Achill. *decis. 29. de appell.* &
* in alia coram R. P. D. Acorambono *decis. 52. de
attent. in calce operis decisi.* 71. *numer.* 2. quibus ad-
de Put. *decisi.* 395. *numer. 1. lib.* 2. Cæsar. de Grass.
decisi. 3. numer. 10. de appellat. Caputaq. *decisi.* 93.
* *numer. 1. par.* 2. & per Rot. coram Illustrissi. Lan-
cello. in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ
14. Decembris 1558. *in calce operis decisi.* 72. *num.*
3. quod procedit etiam non cognito, an inhibi-
tio emanata fuerit canonica, vt habetur in dict.
decis. Roman. Saluiani Interdicti coram Lancel.
* *num. 3. & 4.*

Et est ratio, quare ita de stilo Rotæ seruatur,
quia si causa tractatur in Curia, facile est adire
Principẽ pro remedio, & ne sub isto clypeo in-
iustę inhibitionis, iudices contemnant inhibi-
tiones, & quatenus tractetur in partibus nõ est
repetienda via inferioribus iudicibus, vt inhibi-
tiones negligantur, ita per Lancell. *de attent. d. c.*
17. *nu. 66. par.* 2. Put. Achill. *loco citato*, & in d. de-
* cis. Romana Saluiani Interdicti coram Lancell.
nu. 3. in fi.

145 Nam circumscripto stilo aliter esset dicendũ
de iure in aliis iudiciis extra Rotam, quia cùm
inhibitio non est canonica, vel iniusta non est
seruanda, per tex. *in c. non solum in vers. Canonica.
de appell. in 6.* Felin. *in c. dilectus filius el 2. nu. 14. de
rescript.* & per Mand. *de inhibit. q.* 20. tradit Paris.
consi. 108. nu. 6. & 16. & 27. lib. 1. Roland. *cons. 77. nu.
23. lib.* 2. & bene per Contard. *de mom. possess. q. 5.
146 nu.* 14. vbi latè declarat, quando inhibitio dica-
tur canonica, & per Rot. *in nou. decisi. 58. nu. 2. de
appell.* vbi habetur qualiter dicatur canonica, &
per Egid. *decis.* 239. Achill. de Grass. *dict. decisi.* 29.
nu. 2. de appell. Couar. *pract. q. c. 24. sub n. 3.*

147 Nam quod dictum est de stilo Rotæ, inhibi-
tio, siue iusta, siue iniusta est timenda, habet lo-
cum, quando esset dubium an valeat, vel non,
sed cùm constaret euidenter de illius iniusti-
tia, vel calumnia non esset attendenda. Put. *dict.
decisi. 121. lib.* 1. Contard. *de mom. poss. d. q. 5. nu. 14. in
fi. cum ibi alleg.* Paris. *d. consi. 108. num. 11. & 12. lib. 1.*
Mand. *de inhibit. q. 29. cum ibi concordat.* Couar.
*pract. quæst. dict. cap. 24. sub num. 3. ante fin. vers. licet
posset.*

148 Secundo limita, principalem conclusionem
scilicet, quod nullitas principaliter deducta nõ
impediat executionem, quando proponitur per
viam appellationis, quia tunc assumit naturam
illius appellationis, & in hoc iudicio non datur
appellatio, prout infra *in 4. Inspect. c. 2.* deductũ
est: sublata igitur appellatione remanet solus
articulus nullitatis, & non impeditur executio,
vt per Franc. *in d. c. dilectus q. 61. de appell.* & Vant.
in d. tit. quot & quibus mod. null. prop. poss. num. 35. &
per Lancell. *d. c. 17. nu. 69. par.* 2. & quia supra *nu.*
121. fuit deductum exceptionẽ huiusmodi prin-
cipaliter per viam actionis non impedire exe-
cutionem immissionis.

149 Illud tamen verum esse intellige, quod in a-
liis iudiciis sublata appellatione, non dicatur
deserta instantia prosequendi nullitatem sic
principaliter in appellatione deductam, veluti
si quis dixerit, dico sententiam nullam esse, & si
qua est appello, & per Franc. *in d. c. dilectus q.* 58.
vbi Dec. qui de communi attestatur *num. 6. & 7.
de appell.* Alexan. *consi. 2. nu. 14. circa med. vol.* 3. Soc.
Sen. *consi. 10. nu. 12. vol.* 4. Paris. *cons. 95. num. 37. vol.*
1. Grat. *consi. 63. num. 41. volum.* 2. Nat. *consi. 217. nu.*
9. Neuiz. *cons. 41. num.* 57. & per Lancell. *de attent.
in d. cap. 17. num.* 70. latè per Couar. *pract. q. cap. 24.
sub nu. 8. vers. verum.* Viu. *opin.* 551. *in fi.* qui post a-
lios per eum relat. attestatur de communi. Rot.
in nou. decis. 23. num. 9. de rescript. & per Put. *decisi.
172. lib. 2.*

Et aduerte, quod non dico, nec præsuppono
in hoc iudicio esse locum appellationi ex eo,
quod fuit dictum, quod quando pars dicit sen-
tentiam esse nullam, & si qua sit appello, ita
quod cum causa esset inappellabilis, fiat appel-
labilis. Nam Doct. dicunt quod in prædicto ca-
su ita cẽsetur nullitas principaliter deducta, ac
si seorsum, & separatim à quouis alio remedio
princi-

principaliter in iudicio deducatur, nam verifi-
150 cata nullitate, circumducitur appellatio in
euentum in quem sententia sustineretur, & ha-
bebitur, ac si non esset appellatum, & sola rema-
net in iudicio nullitas, super qua tantum Iudex
pronunciare debet, ac si nullitas sola, & sine ap-
pellatione coram eo deducta esset, ex doctrina.
Bart. *in l. si summatim num.8. de appellat.* & tenet
Alexand. *cons.130.nu.1.lib.6.& cons.49. sub num.4.
vers.& ideo lib.7.* & tradit Vant. *de null. in titul.
quot & quibus modis, num.114.* & per Contard. *de
mom.possess.d.limit.7.num.10.* & hæc quando prin-
cipaliter, & per viam actionis nullitas dedu-
cta sit.

151 Sublimitatur tamen, quod proximè dictum
est, sublata appellatione, non esse desertam in-
stantiam prosequendi nullitatem, nisi esset pre-
fixus terminus ad dicendum de nullitate in
quo nihil esset deductum, quia eo casu dicitur
iuri suo renunciatum, vt per Contard. *de mom.
poss.limit.7.num.8.in fin.* & per Rot. *in nou.decis.23.
de rescript.num.9.in fin.* & per Ceph. *cons.201. nu.
8.& 202.num.18. lib.2.* & sequitur Lancell. *de at-
tent.d.cap.17.num. 131.par.2.* vbi ampliat etiam si
exceptio esset notoria, per Cephal. *d.cons.202.nu.
17.& 18.* Natt. *cons.120.num.15.lib.1.& cons.524.n.2.
& 20. lib.3.* & tradit Paris. *d.cons.95.numero 35.
volum.1.*

152 Tertio limita, quando executio esset irretra-
ctabilis; nam eo casu licèt nullitas per viam a-
ctionis principaliter esset deducta, tamen im-
pedit executionem etiam non liquida, vt per
Bald. *in l.ab executione n.8.C.quorum appel.non re-
cip.* Franc. *in d.cap.dilecto q.10.de appell.* & per Ca-
stren. *in l.4.§.condemnatum sub num.3.vers.& præ-
dicta,* vbi Alexand. *num.10.* Rip. *num.21. de re ind.*
Vant. *de null.loco citato nu.32.* Couar. *pract.quæst.
cap.25.num.3.* Contard. *d.limit.7.nu.29.* Nam hoc
casu cessat ratio ob quam permittitur execu-
tio, nempe quia in cognitione causæ nullitatis,
153 si apparet executionem indebitè factam, pos-
set retractari, vt declarat Rip. *in d.§.condemna-
tum n.21.* vbi ampliat etiam in executione trium
conformium.

154 Quando autem principaliter, vel incidenter
intentata dicatur, vide per Vant. *in d.tit.quot &
quib.mod.à num.17.vsque 48.* & per Contard. *d.li-
mit.7.n.2.cum pluribus seq.* & per Couarr. *pract.qu.
cap.24.n.7.& seq.*

155 Si verò incidenter, vel per modum exceptio-
nis, seu replicationis nullitas deducitur, eo casu
iterum distinguendum est, nam aut nullitas
incidenter, vel per viam exceptionis deduce-
tur, & tunc si altiorem requirit indaginem non
impedit executionem, cùm exceptio requirens
altiorem indaginem in præsenti iudicio non
admittatur, vt supra *num.42.* deductum est, &
quod non impediat executionem in specie,
tradit Rip. *in d.§.condemnatum, num.20.* Menoch.
de adipisc.possess.remed.4.n.884. Contard. *d.limit.7.
num.62.*

156 Quod tamen limitatur si executio esset irre-
tractabilis, nam eo casu, etiam quod requirat
altiorem indaginem impeditur executio ea-
dem ratione, qua supra in præcedenti casu, *nu.
152.* deductum est, ac etiam in exceptione domi-
nij latè fuit declaratum, & tradit Lancell. *d.ca.
17.n.95.par.2.* qui multa pro huius confirmatio-
ne deducit, & per Menoch. *d.remed.4. num.886.*
Contard. *d.limit.7.n.29.* & idem Menoch. *de ar-
bitr iudic.qu.98.nu.7.* & per Rip. *in d.§.condemna-
tum n.22.* vbi Ias. *n.23.de re ind.*

157 Secundo limitatur, quando per falsas allega-
tiones esset lata sententia, vt per Bald. *in l.1. C.si
ex fals.instr.* & per Rip. *in d.§.condemnatum, num.
26.* & ibi Alexand. *num.21.* & per Menoch. *de adi-
pisc.possess.d.remed.4.num.891. & de arbitr.iud.in d.
quæst.98.sub nu.8.* Vant. *de null.in tit.quot & quibus
mod.sus num.30.in fin.* & per Lancellot. *loco citato
num.106.* Soc. *in reg.& fall.122.num.4.* quod tamen
Rip. *loco citato* procedere dicit si concurrat ali-
qua coniectura, prout etiam affirmat Menoch.
loco citato.

158 Tertio limitatur, quando nullitas proueni-
ret ex defectu iurisdictionis, siquidem eo casu,
& si requireret altiorem indaginem impeditur
executio, vt per Alexand. *in d.§.condemnatum nu.
22.* & ibi Ias. *num.19.* & multa deducit Lancell. *de
attent.d.cap.17.nu.100.& seq.par.2.* Menoch. *d.re-
med.4.nu.889.* & per Rip. *in d.§. condemnatum nu.
23.* vbi ampliat hanc restrictionem tribus mo-
dis. Primo procedere etiam si statutum per ver-
ba vniuersalia nullitatem quamcunque remo-
ueret, vt per Soc.Sen. *in cons.83.num.26.lib.4.* post
Ancharan. *cons.271.incip.de tit.crim.sub num.5.* qui
loquitur, quando statutum prohiberet nullam
speciem nullitatis opponi posse, & per Dec.
cons.8.sub num.7.versi.secundo respondetur. Secun-
do ampliat, vt de tali nullitate possit perpetuo
opponi, vt per Dec. *cons.38.nu.7.* per glos. *in Clem.
1.de sequestr.poss.& fruct.* Rom. *cons.43.nu.5.* Ang.
cons.149.sub nu.3.prope fin. Alexand. *cons.77.num.8.
lib.2.* Tertio etiam si essent latæ tres sententiæ
conformes, vt etiam affirmat Vant. *de null.in tit.
quis poss.dic.de null. num.57.* vbi ceteras supra alle-
gatas ampliationes confirmat in vna cum prin-
cipali conclusione, & idem affirmat Couarr.
pract.quæst.c.25.nu.4. Alexan. *d.cons.77.nu.8.* Socc.
d.reg.122.

159 Alias verò ampliationes, & limitationes hu-
ius articuli nullitatis ex defectu iurisdictionis,
vide per Gabr. *de stat.concl.3.* & per Bursat. *consil.
74.lib.1.* & per Rip. *in d.§.condemnatum nu.23. &
seq.* & per Soc. *d.reg.122.*

160 Quarto limita, si in Instrumento esset tali ex-
ceptioni renunciatum, vt per Rip. *d.§.condemna-
tum num.19.* & per Franc. *in d.cap.dilecto, quæst.50.
num.116.* & faciunt tradita supra *num.151.* vbi fuit
dictum habere locum etiam si nullitas esset
notoria, per Cephal. *cons.202.num.17.& 18.cum a-
liis ibi alleg.* & ampliatur etiam in ficta renun-
ciatione, veluti, si lapsus sit terminus præfixus
ad docendum de nullitate, vt latè fuit supra de-
ductum, *nu.151.*

161 Aut verò exceptio nullitatis incidenter pro-
ponitur, & altiorem non requirit indaginem, &
tunc sine dubio impedit immissionem, vt ex in-
finitis tradit Vant. *d.tit.quot & quibus mod. num.
34. versic. sed nullitas.* Lancell. *dict.cap.17. num.34.
par.2.* qui omnes post alios de communi atte-
stantur. Rot. *in nou.decis.3.de except.in princ.* Ale-
xand. *consil.33.numero 9.lib.1.* Afflict. *decisi.n.283.
num.2.*

162 Quod tamen intellige, si in continenti de ea
constare potest, & offeratur probatio in conti-
nenti, vt post Alex. & alios tradit Rip. *in d.§.con-*

demnatum sub num.15.de re iudic. Ang.*cons.260.sub num.3.vers.remedium est.* Alexand.*d.cons.35.num.9.lib.1.* Paris.*cons.20.num.78.lib.1.* Honded. *cons.17.num.5.volum.1.* Vant.*de null.d.tit.quot & quib.modis,num.30.versic.sed si nullitas.* Contard. *de mom.possess.dict.limit.7.num.25.* Menoch.*de remed.4.numero 892.* vbi ampliat etiam impedire executionem Instrumenti executiui *numero 893.* &
163 hoc confirmat in obligatione Camerali,
quando apparet ex eodem Instrumento. Hond. *d.cons.17.num.5.* & idem Menoch. *loco citato* hoc comprobat, quia impedit rem iudicatam, vbi multos allegat; & alios quamplures deducit Lancellot *loco citato*, qui de communi attestatur reiecta contraria opinione, & per Couar. *d.cap.25.sub numer.2.* de qua materia, vide latè per
* Gabr.*de execut.rei iudic. conclus.1.* & est decisio Cottæ in vna Neapolitana nullitatis Instrumenti 4. Iunij 1574. *in calce operis decis.73. num.1. & 6.*

164 In continenti autem, quando fieri dicatur, iam supra in exceptione dominij, *nu.124. & seq.* deductum fuit, veriorem esse, vt arbitrio iudicis sit, & de magis communi attestatur Menoc. *de arbitr.iudic.lib.2.casu 11.num.4.* Tiraquel. *in l.si vnquam in verb.omnia, sub nu.4.C. de reuoc. donat.* & per Thesaur.*decis.77.nu.1.*

165 Ampliatur etiam, quando ex eisdem actis deduci potest, cùm dicatur euidens, & notoria, vt per Abb.*in cons.44.num.3.vers.sed de hu non obstant.part.1.* Rom.*cons.51.sub nu.1.vers.secus.* Corn. *cons.204.num.5.volum.2.* Cephal.*cons.263. num.15.volum.2.* Oldrad.*cons.106.num.4.* Afflict. *d.decis.283.num.2.* Contard.*de momen.possess.limit.9.num.33.* & quàm plures alios adducit Couar.*d.cap.25.num.2.*

166 Limitatur tamen, quando Iudex ex aliqua probabili causa cognouerit hanc exceptionem calumniosè esse petitam, ad effectum retardandi executionem, ita tradit Alexand. *d. §.condemnatam,num.2.* & ibi Rip. *num 14.* latè per Ruin. *cons.7.num.4.lib.4.* Felin.*in cap. de catero sub num 11.vers.limita omnia.* Contard. *de momen.possess.d.limit.7.num.42.* & multa deducit Lancell. *d.cap.17.nu.121.par.2.*

167 Quæ quidem limitatio ampliatur etiamsi in continenti offerantur probationes, vt per Alex. *in d.§.condemnatam,nu.20.* & ibi Rip.*nu. 14.* Menoch.*d.remed.4.num.894.in fin.* Vant.*in d.tit. quis poss. dic.de null.n.27.* Contard.*d.limit.7.n.46. vers. posset tamen.*

168 Nam hoc procedit si contra dictam obligationem adesset aliqua calumniæ præsumptio, quæ ad differendam immissionem proponeretur, quia tunc iudicis præsumptio præualet, vt declarat Vant.*loco citato*, & per Lancell.*d.cap.17.num.127.*

286 Sexto limita, quando quis sciret rem esse alienam, & haberet malam fidem, vitiumque furtiuitatis, per text. *in l. si quis, nec causam, §. si pignori, ff. si cert. pet.* & tradit Senat. Pedemont. *decis.* 15. *n.* 11. *in fin.* post Bald. *in consi.* 341. *sub n.* 7. *vers. sed ego dico lib.* 4. & per Menoch. *consi.* 201. *num.* 103. *lib.* 3. Caputaq. *decis.* 360. *par.* 2.

287 Quod tamen intellige procedere, si nata sit actio, aliàs si nondum nata sit actio, sed sibi cōpetere potest acceptando ius sibi delatum, tūc currit præscriptio, vt tradit Bald. *consi.* 342. *sub n.* 1. *circa fi. vol.* 1. Negul. *de pign. in* 2. *mem.* 6. *par. n.* 21.

288 Septimo limita in bannito qui præscribere non potest, immo cæpta interrumpitur, vt per Bal. *in tit. de pac. C. ust. n.* 5. *imperi alu nu.* 3. *de vsib. feud.* quem refert, & sequitur Ruin. *consi.* 46. *nu.* 5. *lib.* 4. Nell. *de bannitis in* 2. *par.* 2. *temp. quæst.* 234. & Honded. *consi.* 83. *n.* 15. *lib.* 1.

289 Quod adeo est verum, quod bannito restituto tempus ante bannum cum subsequenti nō continuatur, quo ad præscribendum, sed ad perficiendam præscriptionem, opus est tempus in-

290 tegrum de nouo currere, & tradit Honded. *d. consi.* 83. *num.* 16. reliqui verò casus, in quibus non currit præscriptio, vide per Balb. *de prescript. in* 6. *vlt. par. princ. q.* 1. & 2. & ratio est quia amittūt ca, quæ iuris communis sunt, vt ibi de hac materia latè vide per Farinac. *de varijs, & diuersis crim. q.* 102. *per tot.*

Postremo etiam videndum est, quod si intentatum fuerit Saluianum aduersus censum, seu annuam præstationem: an ad illud euitandum sola vnica decennalis præscriptio sufficiat, vel potius tot requirantur præscriptiones, quot sūt annuæ præstationes. & pro clariori illius articuli intelligētia distingue, quod aut versamur in annua præstatione, aut in censu: si in annua præstatione, & illa debeatur ex cōtractu, tūc quia vnica est stipulatio, & obligatio, similiter ex vnica præscriptione tollitur ista actio, vt per Bar. *in l. de pupillo. §. si in pluribus, num.* 2. vbi cæteri DD. *ff.*

291 *de oper. nou. nunc.* & ibi Ias. *sub numero* 4. & Alexand. *numero* 5. & communem dicit ibi Cuman. *colum.* 3. & tradit Io. Andr. *in capitul. auditu sub numero* 4. *de prescript.* Balb. *de præs. ript. par.* 4. *quarte partis princip. quæstio.* 1. *numero* 2. Surd. *consil.* 28. *numer.* 8. *lib.* 2. de magis communi attestatur Decian. *consi.* 2. *numero* 39. *lib.* 1. & alios multos DD. Hispanos adducit Ceuall. *de communi contra communem quæst.* 56. *nu.* 1. & 8 & per Boer. *decis.* 336. *sub num.* 2. qui etiam communem dicit, Mohed. *decis.* 4. *de præscript.* Put. *decisi.* 159. *in non impress. lib.* 3. & in terminis Saluiani Inter-

* dicti, tenuit Rota coram R.P.D. Vbaldo in Romana Saluiani Interdicti Merc. 22. Iunij 1616. *in fine operis decis.* 300. *nu.* 1.

292 Aut verò Saluianum intentatur contra censum, & ex aduerso opponatur de præscriptione, & eo casu, quia Census vigore Bullæ Calisti, Martini, & Pij Quinti est redimibilis, & illius fructus non debentur, nisi in singulo anno, & soluuntur de semestre in semestre, & sic debentur sub ista conditione, quatenus non redimatur: vnde clarum est, quod ante euentum conditionis, actio non nascitur, *l. cedere diem, ff. de verb. signif.* ideo tot requiruntur præscriptiones quot sunt annuæ præstationes, vt tradit Foller.

* *de Censibus, §. censu, nu.* 105. & fuit sequuta Rota coram R.P.D. Giptio in vna Romana de Cafarellis 9. Decembr. 1597. *in calce operis decisi.* 302.

* *numero* 9. & fuit firmatum coram Illustrissimo Millino in vna Romana fructuum Census 13. Iunij 1603. *idem decisi.* 303. *num.* 3. licet in d. Romana Saluiani Interdicti coram R.P.D. Vbaldo dicat non transire sine difficultate.

293 Si verò versamur in annua præstatione, quæ debeatur ex legato cum dinumeratione temporis, & hoc casu quia consideratur tempus cessatæ solutionis cuiuslibet anni, *l. cum notissimi. §. cum hu. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *an.* 1. & tradit Alexand. *in d. l. pupillo, §. si in pluribus numer.* 3. & per Ruin. *consi.* 34. *sub num.* 5. & 6. *lib.* 2. Cephal. *consi.* 98. *num.* 43. Surd. *d. consi.* 302. *num.* 8. Menoch. *consi.* 231. *sub num.* 44. Pancirol. *consi.* 198. *numer.* 8. idem Surd. *de aliment. tit.* 9. *num.* 17. & 22. Balb. *de prescript. loco citato.* Caualc. *de vsufruct. mul. num.* 116. qui omnes de communi attestantur, vt per Put. *d. decisi.* 259. *numer.* 6. Mohed. *d. decis.* 4. *de præscript.* & secuta est Rota coram R.P.D. Iusto in Roma

* na dotis 27. Iunij 1600. *in fine operis decisi.* 301. *numer.* 2.

294 Et ratio est, quia tale legatum dicitur conditionale, veluti si dixerit, si in domo testatoris remanserit, vel donec vitam vidualem seruauerit, vel aliquid fecerit; Et in quocunque legato conditionali tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni, tradit Balb. *loco citato, nu.* 3. Surd. *de aliment. loco citato, nume.* 16. Caualc. *d. num.* 116. Mohed. *d. decis.* 4. *vers. quia obligatio hac*, & per Put. *d. decis.* 259. *num.* 7. Rota in d. Romana dotis *num.* 2.

295 Sed si legatus esset vsusfructus, vel alimenta simpliciter absque dinumeratione temporis, tunc dicitur vnum legatum, vt tradit Ruin. *dict. consi.* 34. *num.* 5. Balb. *loco citato, nume.* 5. Foller. *de Censib. dict. §. censu sub numer.* 105. Surd. *de alim. tit.* 1. *titul.* 9. *numer.* 16. *circa med.* & per Menoch. *dict. consi.* 231. *sub numer.* 44. *cum alijs ibi*, & in eo casu vnica sufficit præscriptio ex supra deductis.

Et præ-

296 Et prædicta procedunt etiam in statutaria præscriptione, vt tradit Surd. *de aliment. loco citato n. 20. in fi.* Bonius *de statut. Vrb. prescript. glos.* 18. n. 23. & gl. 19. n. 220. Mohed. d. dec. 4.

297 Nec hoc casu heres nō soluendo legatum dicitur in mala fide ad effectum, vt non posset præscribere, vt ex infinitis tradit Dec. *consi.* 48. n. 4. qui multos de communi attestantes adducit, & alios refert Surd. *de aliment. d. tit. 9. sub nume.* 20. & in terminis statuti loquitur Mohed. *d. decis.* 4. & in d. decis. Romana dotis coram R. P. D. Iusto.

298 Illud etiam vulgatissimum deduco, quod talis præscriptio decem, vel viginti annorum non currit, nisi à tempore, quo licitum sit auctori agere contra debitorem, *l. persecutione. C. de pign.* & per Balb. *de præscrip. in 4. par. in princi. quæst.* 3. *sub n.* 6. & latè per Alex. *cons.* 58. *num.* 9. *lib.* 5. & per Roland. *consi.* 79. *nu.* 13. *lib.* 1. & per Boni. *d. glos.* 19. *num* 227.

299 Et quia hoc satis vulgare est per regulam, non valenti agere non currit præscriptio, *l.* 1. *in fin. C. de ann. except.* vlterius non insisto, & qualiter procedat quādo est impeditus impedimento iuris, vel ex culpa aduersarij, vide per Balb. & Rolan. *locis citatis*, & per Negus. *d.* 2. *memb.* 6. *par. num.* 4.

300 Insuper etiam quærendum est an exceptio detractionis legitimæ, aut supplementi illius opposita in hoc iudicio impediat immissionem, & quod non impediat, aliàs fuit in Rota
* resolutum, vt in vna Romana Saluiani Interdicti 3. Iulij 1606. *in fin. operis decis.* 60. *num.* 1 coram
301 Illustrissimo Card. Lancellot. & ea quidem ratione, quia in hoc iudicio non admittitur exceptio altiorem requirens indaginem, *l. fin. C. quorum bonorum*, & per Rip. *in rubr. de pignor. sub num.* 19. *vers. defendendo.* Surd. *consi.* 4. *num.* 36. *lib.* 1. & de communi attestatur Sarmient. *de reddit. Eccles. par.* 3. *cap.* 2. *numer.* 22. & 23. Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 3. *num.* 180. Rot. *diuers. decisi.* 34. *numer.* 23. *part.* 2. & alias decisiones, & auctoritates deduxi supra in exceptione excussionis *num.* 72.

302 Secunda est ratio, quia pro legitima, siue eius supplemento non datur hypotheca, quia non petitur actione ex testamento, sed condictione ex lege, vt per Iason *l. omni modo, num.* 3. *C. de inoff. test.* & per Castr. *in l. scimus num.* 2. *in fin. C. eodem.* Alexand. *in l. in quartam sub num.* 16. *vers. ergo apparet ad l. falc.* & latè per Socc. *in l. ex toto sub num.* 3. *vers. quia argumentum de leg.* 1. Ruin. *consi.* 58. *numer.* 1 2. *libr.* 5. qui de communi attestatur, Corn. *consi.* 148 *num.* 3. *lib.* 4. & *consi.* 302 *num.* 8. *lib.* 3. Aym. *consi.* 109. *num.* 3. Cephal. *consi.* 42. *in princip.* Rub. *consi.* 115. *num.* 3. & per Petr. Ant. de Petr. *de fideicommiss. quæst.* 15. *numero* 36. qui etiam de communi attestatur. Afflict. *decisi.* 162. *num.* 4. Put. *decisi.* 137. *numer.* 3. *li. r.* 2. & in dicta decis. Romana Saluiani Interdicti 3. Iulij 1600. *in calce operis decisi.* 68. *numer.* 4. coram Illustrissimo Lancellotto.

303 Et ista conditio ex lege est actio personalis, vt declarat Afflict. *d. decisi.* 162. *nu.* 4. & ita intelligunt omnes præcitati Doctores, & per Socc. *in d. l. ex toto sub nu.* 3. *versi. conditio autem ff. de leg.* 1. dum dicit, quod ista conditio non reperitur priuilegiata, vt habeat hypothecam, & datur in subsidium, sed ha ratio mihi non placet, quia dicta decisio est reprobata à Put. *decisi.* 137. *nu.* 1. *lib.* 2. *per totum.*

304 Sed verius pro confirmatione dicitur, quod si verum esset bona patris esse pro legitima hypothecata, sequeretur, quod filius posset legitimam super bonis alteri legatis petere, quod non est verum, quando adsunt alia bona in hęreditate, vel nisi testator legasset res meliores, vt declarat Alex. *in d. l. in quartam sub num* 16. & latè per Dec. *consil.* 81. *sub num.* 7. *versi. & est verum*, & bene per Aym. *d. consi.* 109. *num.* 6. Alexand. *consi.* 12. *sub numer.* 2. *lib.* 5. & latè per Natt. *consil.* 199. *num.* 6.

305 Et quando adsunt bona patris æquiualentia ad legitimam, tunc potest filius pro rata legatorum tantum à legatarijs repetere. & non vnā rem solam eligere, prout potuisset si bona essent hypothecata, vt per Bar. *in d. l. in quartam n.* 13. & ibi Rip. *numer.* 101. Bald. *in l. omnimodo in fi. C. de inoff. test. in.* Dec. *consi.* 633. *sub nu.* 1. *versi. secum detrahitur*, & per Peregr. *de fideicommiss. articul.* 36. *numer.* 154. Gram. *decisi.* 90. Ruin. *consi.* 17. *num.* 8. *lib.* 5. vbi ampliat, vt etiam si bona non essent à testatore legata, sed ab hærede alienata, posset filius pro rata contra possessores pro legitima agere.

Secundo sequeretur, quod esset in electione filij eligere vnam rem, quam vellet, si haberet super bonis patris hypothecam, & tamen con-
306 trarium est verius, quia arbitrio Iudicis est illā assignare in aliquam rem, vt post Bar. tradit Alexand. *in d. l. in quartam num.* 15. & 16. & ibi Rip. *num.* 111. & 112. Corn. *consi.* 180. *num.* 7. *lib.* 4. Ruin. *dict. consil.* 17. *numer.* 1. Roland. *consil.* 78. *numer.* 15. *lib.* 1. Surd. *consi.* 128. *numer.* 22. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 163. *numer.* 16. & *seq.* Put. *decisi.* 240. *lib.* 1.

Tertio sequeretur, quod filius esset præferendus creditoribus, quia statim nato filio haberet hoc ius, & hypothecam super bonis patris pro sua legitima, & tamen contrarium de iure ha-
307 betur, cùm legitima non debetur, nisi deducto ære alieno, *l. Papinianus. §. quarta a. ff. de inoff. testa.* vbi Bar. & omnes Doctores, Bald. in *l. final. §. in computatione num.* 10. *C. de iur. delib.* Pereg. *de fideicommiss. art.* 36. *num.* 150. *ante fin.* Castr. *consi.* 188. *sub num.* 2. *vol.* 2. Roland. *cons.* 85. *num.* 13. *volum.* 1. vbi ampliat etiam in impensa funeris, & per Senat. Pedem. *decisi.* 148. *sub num.* 12. Rot. *diuers. deci.* 749. *nu.* 3. *par.* 1.

308 Quarto pro hac parte dicitur, quod si bona hæreditaria essent in tertium translata, filius non posset contra dictum tertium possessorem agere pro sua legitima, quando adsunt alia bona eiusdem qualitatis, & valoris in hæreditate, pro vt firmat Surd. *consi.* 142. *num.* 10. & *n.* 11. *volum.* 1. Cucc. *de legitima vers. in substantia nume.* 9. & 10. quod si essent pro legitima hypothecata hoc facere potuisset, & bene declarat Ruin. *d. consi.* 17. *num.* 8. *volum.* 1. & ita fuit resolutum in Rota coram R. P. D. Manzanedo in vna Romana
* Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 27. Nouembris 1615. *in fine operis decisi.* 304. *numer.* 1.

309 Et propterea bona hereditaria non dicuntur obligata, nec hypothecata pro legitima, seu illius supplemento, vt est textus *in §. ceterum*

Autbent. vt cum de appell. & latè per Rip. *in l. in quartam numer.*114. & per Alexand. *numer.* 16.&
communem dicit *in consi.*88.*num.*5. *lib.* 3. & hoc
idem firmant omnes præcitati Doctores *in locis
proximè allegat.* Dec.*consi.*235.*sub numer.*6.*versi. in
contrarium:* Ruin.*consi.*17.*sub numer.* 8. *versi. ergo
sequitur lib.*5. Roland.*consi.*78.*num.*18 *lib.* 1.& per
Gabr.*de legitima conclus.* 5. *num.*1. vbi de magis
communi attestatur, & per Afflict. *in locis allegat.*

310 Et licèt contrarium aliqui tenuerint, nempe
bona testatoris esse tacitè hypotheeata pro legitima, quos refert Negus.*de pignor.in*4.*memb.*2.
*par.sub n.*16. *versi. vigesimus quartus casus.* & per
Menoch.*consi.*77.*n.*15.& per Gabr.*d.conclus.* 1.*sub
nu.*1.*in fi.* Pereg.*de fideicommiss.d.art.*36. & tenuit
Rota in d.decis.Romana Saluiani Interdicti coram Lancellotto *n.*4.

Tamen in contrarium est magis communis
superius relata, & alia opinio reprobatur à Rip.
*in d. l.in quartam numer.*114.& ab eodem Negus.
loco citato versi. ista etiam,& optimis fundamentis eam confutat Dec. *d.consi.* 235. *sub numero* 6.
& latè per Pereg.*de fideicomm.d.artic.* 36. *numero*
149. 150. *&* 151. vbi pro hac parte multa dudu-
cit fundamenta, & optimè ad contraria respondet.

Vnde cùm cessat hypotheca, cessabit remediũ
Saluiani Interdicti.

311 Limitatur verò supradicta conclusio, quando
legitima, vel eius supplementum esset à testatore legatum, quia eo casu, competit hypotheca,
vt per Dec.*d.consi.*235.*sub num.*6.*versi. non obstat*,
& per Negus. *in d.* 4. *memb.*2.*par.sub n.* 164. *ante
fin.versicul.quam tamen conclusionem limita*,& per
Gabr.*d.conclus.* 1.*n.*2. Petr.Ant.de Petr.*d.q.*15.*n.*41.
versi.hypothecã tamen;& per Rip.*in d.l. in quartã
sub num.*15.

Sequitur nunc videre, an exceptio compensationis immissionem impedire possit, & quia
hæc est materia valde controuersa, vt ex inferius deducendis apparebit, ideo plures sunt
distinguendi casus; nam aut agitur vigore obligationis Cameralis, prout plurimum euenire
solet, & hoc casu non admittitur compensatio,
312 vt per Sebast.Medic.*de compens.q.*24.*n.*2. Gall.*ad
4.particulam obligat.Camer.q.*2.*n.*6.*in fi.* vbi attestatur ita etiam receptum esse.

313 Et ea ratione mouentur, quia in tali obligatione iuramentum inseritur, & vbi debitor soluere iurauit, non admittitur compensatio, cùm in
forma specifica adimplere teneatur, *cap. ad nostram de iur. iuran.* & hanc opinionem esse magis communem, & melioribus rationibus fundatam dicit Natt. *cons.*54. *num.*5. & de magis communi attestatur Surd. *cons.*82.*num.*25. qui multos
allegat, & idem affirmat Tiraq. *de retract.ling.*
§.3.*glos.*3.*num.*5.*&* 6.*vers.payier.*& Ias.*in l.eum qui
num.*5. *de iur.iur.* & magis communem affirmat
Medic.*de compens.q.*23.*n.*3.& Ioseph. Lud. *decis.*15.
numer. 9.*&*. 10. vbi multos, qui de magis communi attestantur, allegat, Afflict.*decisi.*381.*n.*2.*&*
3.& infinitos deducit, qui etiam de magis communi attestantur, Senat. Pedemont. *decisi.* 92. *à
numero* 19. *vsque* 35. vbi nouum fundamenta
pro hac parte adducit, reprobando contra-
314 riam opinionem, *in eadem decisi.* infinitos contrariam tenentes pro parte affirmatiua congerit, qui etiam de communi attestantur *à num.* 21.
vsque 18. & multos deducit Surd.*in consi* 82. *nu.*
6. *lib.* 1. & pro affirmatiua tenet etiam Card.
Mant.*de tac.& ambig.conuent.lib.*16.*tit.*15. *nu.*17.
vbi attestatur ita aliàs fuisse resolutum in Rota
coram R. P. D. Robusterio in vna Romana pe-
* cuniaria de Bubalinis 7. Nouembris 1572. Tamen *in dict.decisi.* Senat. Pedemont.*nu.*23. dicitur
quod opinio negatiua est crebrior sententia, sed
posterior affirmatiua est verior, & de iure magis sustentabilis, & pro ea adducunt Couar.
in repet.capitul.quamuis in 1.*par.*§. 4. *numero* 9. *&
seq.*

Tamen has contrarias opiniones fœdere distinctionis Doctores ita conciliare videntur,
limitando supradictam negatiuam sententiam,
315 nempe eam procedere, quando opponeretur
compensatio debiti iam ante promissionem iuratam de soluendo contracti: secus si creditum,
quod compensare intendit superuenit, post dictam promissionem iuratã, hanc distinctionem
tradit Abb. *in d. cap. ad nostram num.* 3. *vers. quod
dicendum de iure iurand.* Afflict.*d.decisi.*381.*n.* 3. *&*
4. Capic.*decisi.*167.*n.*8.& hos sequitur Soce.Cat.
Cotta Veronen. Silu. Paris. relati per Senat. Pedem.*in d.decisi.* 92. *num.*34. & nouissimè approbatur per Surd.*consi.*246.*nu.*15. *lib.* 2.& per Burs.
*consi.*106.*num.*1.*in fi. lib.*1.& per Galles. *in* 2. *quæst.
num.*9.

Et ratio est secundum præcitatos Doctores:
quia cum quis promisit cum iuramento soluere tempore, quo iam ipse erat creditor, videtur
se obligare ad non compensandum.

316 Secus si debitum sit contractum post promissionem, quia eo casu videtur illud fecisse
animo compensandi, ita per Senat. Pedem. *loco
citato num.*34. *in fin.* Afflict. Capic. & Surd. *locis
citatis*. Paris.*consi.*121.*nu.*40.*lib.* 1. quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus, *cap.quemadmodum de iur.iuran.* & per Doct. omnes *proximè
allegatos.*

317 Hoc tamen sublimitatur in dote, nam licet
ante iuratam promissionem esset promissa dos,
nihilominus aduersus eam non est admittenda compensatio, vt est tex.*in l. vnica* §. *caueat.* C.
de rei vendic. per Viu.*commun.opin.*114.*n.*6. Bald.
Nouel.*de dote par.*8.*priuileg. vbi sub num.*3. & hoc
dictum restringitur, nisi compensatio opponeretur per viam extenuationis sortis princi-
318 cipalis, propter fructus perceptos ex re ipsa hypothecata pro dote, quando fructus essent cõsumpti, per tex.*in l.diuortio.*§.*ob donationem. ff.solut.matrim.*

Secundo restringitur à Bal.Nouel. *eodem loco*,
319 quando opponeretur ipsi restitutioni dotis, secus si restitutioni fructuum perceptorum per
Virum, vel eius hæredes post solutum matrimonium, vel in vltimo anno soluti matrimonij pro
rata tangenti ipsi mulieri, quia fructus essent
consumpti, & sic deberetur eorum æstimatio,
quia tunc posset opponi compensatio, cũ diuerso iure censentur fructus ab ipsa dote, per tex. *in
dict.*§.*ob donationes.*

Tertio restringitur, quando opponeretur
compensatio non ab ipso Viro contra mulie-
320 rem, sed è contra à muliere contra virum agentem aduersus mulierem, puta ad res dotales si essent in pecunia, vel specie existerent,

& ta-

& tamen essent consumptæ, & sic deberetur æstimatio pro rebus amotis; nam posset mulier conuenta obijcere contra virum, vel eius heredes compensationem, super eo quod sibi debetur pro dote, per tex. in l. si filio familias in 1. in princip. ff. solut. matrim. & ibi Bar. & latius vide per Bald. Nouell. loco citato.

321 Secundo limitatur in debitore paupere, quia eo casu non obstante iuramento poterit compensationem opponere, vt tradit Paris. d. cons. 121. n. 41. Grat. cons. 121. n. 4. lib. 1. Honded. cons. 18. n. 41. vol. 1. Corlett. tract. de iure iuran. q. 8. nu. 40. Afflic. decisi. 143. num. 1. in fi. & per Senat. Pedem. d. decisi. 82. num. 35. Seball. Medic. de compens. quest. 25. n. 25. & 26. par. 1. Viu. opin. 115. numer. 3. Gallel. d. quest. 2. num. 7.

322 Tertio limitatur, quando debitum quod opponitur similiter est iuratum, quia tunc admittitur compensatio, vt per Senat. Pedem. d. decisi. 92. n. 35. versi. aliam etiam. Medic. de compens. in d. q. 25. n. 26. Viu. communi opin. 114. n. 3. Bursat. cons. 106. nu. 2. lib. 1.

323 Quarto etiam limitatur, quando agitur de bono, & æquo, vt per Grat. cons. 121. n. 12. lib. 1. Me. 82. dic. d. quest. 25. numer. 24. Senat. Pedem. d. decisi. num. 25.

324 Quinto limitatur, quando expresse renunciatum esset, non posse compensationem opponi; Nam licet eo casu ista exceptio veniat reijcienda, Put. decisi. 452. lib. 2. tamen hoc intelligendum est quo ad debita præterita ante renunciationem facta, secus quo ad futura, & ita declarat Capic. decisi. 167. num. 8.

325 Ad cuius dicti corroborationem deduco, quod renunciatio ad futura non extenditur, nisi de ea sit facta specialis mentio Abb. in cap. ex multiplici in fin. de decim. & per omnes Doct. in l. 1. C. de pact. vbi Ias. n. 17. Dec. n. 26. latè Zuccard. nu. 559. Rip. n. 26. Paris. cons. 95. n. 33. lib. 3. Dec. cons. 27. n. 3. Rimin. Iun. consi. 72. n. 108. vol. 1. Surd. consi. 267. nu. 5. volum. 2. Rot. Bisignet. decisi. 1. num. 2. de iure iuran.

326 Nam quælibet renunciatio intelligitur rebus sic stantibus, cap. cum inter. de renunc. l. fin. ff. qui satisd. cog. Dec. consi. 106. sub num. 4. vers. nec obstat. Corn. cons. 180. numer. 3. & consi. 186. sub num. 6. versi. tamen libr. 2. Federic. de Sen. consi. 77. in nu-mer. 1. versi. quia illud. Paris. consi. 7. numer. 70. volum. 2. & consi. 88. numer. 30. volum. 1. Surd. consil. 133. numer. 29. libr. 1. & latissimè per Senat. Pedemon. decisi. 91. nu. 2. qui alios allegat, & ampliat etiam in dispositione iurata. Afflict. decisi. 328. numer. 4.

327 Sexto limitatur, quando iuramentum non esset præstitum ab opponente; sed ab eius antecessore, à quo causam habet, quia iuramentum non ligat successores quo ad effectum periurij, licet obseruare teneantur, vt per Roland. cons. 17. n. 15. & 17. lib. 2. Medic. de compens. quest. 23. numer. 7. par. 1. qui alios adducit, Afflic. d. dec. 381. num. 8.

328 In alijs verò debitis, & creditis non iuratis rectè fit compensatio, dummodo sint liquida, vt est tex. clarus in l. fin. vbi Bal. in princip. Castr. nu. 1. Salicet. n. 1. C. de compens. Henric. Boic. in c. bona fides n. 15. de deposit.

329 Quæ quidem conclusio procedit etiam si creditum oppositum non esset liquidum, tamen de proximo esset liquidandum; vt per Castr. in d. l. fin. in princ. & per Mynsing. in §. bona fidei numer. 10. Instit. de act. Abb. in cap. 2. sub numer. 10. de depos. Castr. cons. 370. sub num. 1. versi. nam tunc lib. 1. Alex. consi. 93. sub num. 1. in fin. lib. 4. Decian. consi. 94. numer. 23. lib. 3. Medic. de compens. quast. 13. sub numer. 1. par. 1. Felin. in capitul. suborta sub numer. 2. versi. & qui dicit de re iud. Salic. in d. l. compensationes sub numero 6. in fin. C. de compensat. & de communi attestatur Senat. Pedem. d. decis. 92. num. 26.

330 Nam si non posset in continenti liquidari, & altiorem requireret indaginem, tunc non esset retardanda immissio, vt fuit resolutum in Rota
* coram R. P. D. Litta in vna Bononien. dotis 3. Iunij 1605. in calce operis decis. 61. num. 1.

331 Limitatur tamen, quod dictum est compensationem admittendam esse in creditis, & debitis non iuratis, si sint liquida, non procedere quando esset sub certa forma, seu sub certa qualitate promissa soluere, vt per Natt. cons. 60. num. 5. & faciunt tradita per Roland. cons. 53. numer. 45. volum. 1. & hoc sequitur Surd. cons. 246. numer. 20.

332 Quia si admitteretur compensatio, clarum est, quod forma inter partes conuenta non seruaretur, & sic esset in potestate alterius partis commutare pactum, quod fieri potest, vt deducit Surd. d. cons. 246. nu. 21. vol. 2.

333 Et similiter etiam non est admittenda compensatio in legato cum debito voluntario, quia in debito voluntario non datur compensatio, iuxta tex. in l. venditorem, ff. de leg. 2. cum alijs infra deductis, veluti si debitor voluntarius creditori suo legatum in suo testamento reliquisset, & legatarius pro consequendo legatum Saluianum contra hæredem intentasset, & hæres compensationem opposuisset, quo casu non datur compensatio, vt tradit Bar. in l. si cum dotem, §. si pater, nu. 3. ff. solut. matrim. Ias. in Authe. preterea sub numer. 18. C. vnde vir & vxor. Paris. consi. 95. num. 38. lib. 2. Ruin. consi. 92. numer. 6. lib. 5. Roland. consi. 65. num. 19. & sequen. lib. 2. Neuiz. consi. 62. numer. 22. cum aliis relatis per Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 2. & per Decian. cons. 3. num. 127. lib. 1. & per Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 110. numer. 7. & latè per Surd. consi. 112. numer. 42. vbi multos refert
* qui de communi attestantur, & secuta est Rota coram Reuerendissimo Archiepiscopo Damasceno in vna Roman. census Vener. 8. Nouembris 1613. in calce operis decisi. 88. num. 2. licèt secus sit in debito necessario, vt per Doctor. proximè alleg. & latè per Barbos. in d. l. si cum dotem §. si pater num. 1. sol. matr. Castil. d. c. 46. num. 3. Phanut. de lucro dotis glos. 8. num. 38. cum ibi cumulatis.

334 Quod ampliatur etiam in dote, veluti si maritus legauerit Vxori alimenta, vel certam quantitatem, & similia, quia non dicitur factum animo compensandi cum dote, vt tradit Ias. in Authen. preterea numer. 1. vbi Dec. numer. 11. C. vnde vir, & Vxor. vbi Picus nu. 60. qui communem dicit, Alexand. in cons. 19. num. 15. lib. 6. Castr. cons. 224. numer. 1. lib. 2. Paris. consi. 69. num. 25. cum seq. lib. 2. Aretin. cons. 93. colum. 2. vers. hoc præmisso, Iacob. Alba. cons. 17. numer. 6. & alios multos refert Surd. cons. 112. num. 44. & tenet Barbos. in d.

l. si cum dotem sub num. 1. vers. unde maritus ff. solut.
matrim. & per Peregr. *de fideicom. art. 33. sub nu. 51.*
Caual. *de vsufruct. n.* 200. Castil. *de vsufruct. c. 46. n.*
13. qui alios adducit.

335 Sed dubitari contingit, quid dicendum esset
si maritus alimenta, vel aliquid aliud Vxori le-
gasset, cui insuper per mortem mariti quartum
dotale ex statuto, vel ex conuentione iux. for-
mam statuti deberetur, & mulier pro consecu-
tione legati Saluianum contra bona Mariti ex-
periri vellet, & hæres ad euitandum Saluianũ,
allegaret compensationem esse faciendam cum
quarto dotali.

336 Et pro negatiua dicitur, quod hoc lucrum
dotale dicitur debitum voluntarium, cùm ori-
ginem habeat à voluntate contrahentium, licèt
ex dispositione statuti postea fiat necessarium,
vt declarat Bal. *in l. si cum dotem §. si pater nu. 4. ff.*
solut. matrim. & in l. si vxor sub num. 3. & in fi. C. de
bon. auct. iud. poss. Alexand. *cons. 7. n. 16. lib. 6.* Rip. *in*
l. femina num. 61. C. de secund. nupt. Osasc. *decisi. 167.*
numero 16. vbi ait, initium contractus spectan-
337 dum esse, etiam si vnus contractus causatur ab
alio, quia non consideratur causatus, sed cau-
sans.

338 Et quod actus necessarius qui prouenit ex a-
ctu voluntario præcedente, non dicitur neces-
sarius, sed voluntarius, firmat Surd. *d. consi.* 196.
num. 37.

339 Secundo confirmatur, quia lucrum huius-
modi à principio causatur ab actu voluntario,
hoc est à matrimonio, & constitutione dotis, &
partes poterant renunciare dispositioni statuti,
& voluerunt locum habere, & sic dicitur actus
voluntarius, vt declarat Bal. *in d. Authen. præterea*
num. 5. C. unde vir & vxor. & in locis supra allegatis.
Et ideo dicitur voluntarius. Primo comproba-
340 tur, quia si tale legatum censeretur animo cõ-
pensandi relictum, redderetur inutile, quod
non est admittendum, cùm illa sumenda est in-
terpretatio per quam legatum vtile reddatur. *l.*
341 *Maxim, de legatis* 2. Et ex his confirmat Bald. *in*
d. l. si cum dotem §. si pater num. 4. ff. solut. matrim.
Natt. qui in his terminis loquitur *in consil.* 186.
num. 7.

342 Ex quibus concluditur tale legatum non
esse compensandum cum lucro dotali ex Sta-
tuto proueniente, vt tradit Bald. *in d. l. si cum do-*
tem § si pater, & in d. l. si vxor. C. de bon. auct. iud.
poss. Picus *in Auth. præterea numer. 60. C. vnde vir,*
& Vxor. & per Alexand. *consi. 19. num. 12. volum. 6.*
Paris. *consi 69. nume. 25. volum. 2.* Roland. *consi. 65.*
numero 18. cum pluribus seq. volum. 2. Signor. *consil.*
176. numero 4. & 5. Capra *consi. 143. numer. 5.* Surd.
consil. 112. numero 44. libr. 1. qui alios adducit, *&*
consi. 196. numero 35. 36. & 37. lib. 2. & per Rol. à
Valle *de dote quæst. 86. numero* 10. & tenet Couar.
in capit. officij sub numer. 4. versi. quod si arra de test.
& hoc idem sensit Menoch. *consi. 56. numer. 14.*
& 15. dum firmat legatum factum à marito non
censeri factum animo compensandi cum bonis
parafernalibus, quæ restituere tenebatur, &
hanc partem in terminis lucri dotalis vigore
* Statuti secuta est Rot. coram Cardinale Blan-
chetto in vna Romana fructuum 50. mil. 1. Iulij
1577. *in fine operis decisi. 89. num. 1.* Et in alia coram
Reuerendissimo Archiepiscopo Sacrato in vna
Romana census Ven. 8. Nouembris 1613. *ibidem*
decisi. 88. n. 1. & 2.

343 Contrariam verò partem affirmatiuam, nẽ-
pe lucrum huiusmodi vigore Statuti esse neces-
sarium, & ideo esse inductam compensationem
& animo compensandi fuisse supradictum le-
gatum à marito factum tenet Bar. *in l. si cum do-*
tem §. si pater n. 4. solut matr. vbi Castr. *n. 4. & 5.* &
Alex. *n. 5.* qui dicit communem, & tenet Dec. *in*
d. Authen. præterea nu. 18. C. vnde vir & vxor. Corn.
consi. 230. num. 3. lib. 4. qui communem dicit, & per
Gabr. *consi. 16. num. 9. lib. 1.* qui veriorem firmat,
Roland. *de lucro dotis quæst. 96. num.* 8. Phanut. *de*
dote in glos. 8. num. 34. Dec. *consi. 31. numer. 6. volu. 2.*
Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. num. 35.*
cum alijs ibi per eum cumulatis, & latè per
Card. Mant. *de coniect. lib. 10. titul. 2. numer. 7.* qui
etiam valde tuetur, & latissimè per Barbos. *in*
d. l. si cum dotem §. si pater sub numer. 8. versi. quod si
statutum, & numer. seq. ff. solut. matrim. vbi *numero*
10. ad fundamenta in contrarium adducta re-
spondet.

344 Verum à priori sententia recedendum non
videtur, si quidem in hoc particulari articulo
Doct. ferè omnes fundant se in eo, quod lucrum
dotale sit debitum necessarium, cùm re vera sit
voluntarium, & ostenditur. Nam vltra rationes
supra allegatas dicitur, quod debitor necessa-
rius dicitur, quando habet initium necessa-
rium ex necessitate legis, vt est legitima filij,
345 quæ legis dispositione nulla præcedente obli-
346 gatione causatur, *l. Papinianus, §. quoniam autem*
quarta. ff. de inoffic. testam. l. omni modo, & l. scimus.
C. eo. tit. & eo casu legatum filiæ factum compu-
347 tatur ei in legitima, vt tradit Bar. *in l. quartam,*
numero 10. & ibi omnes Doctor. *ff. ad l. falcid.* A-
lexand. *consil. 31. numero 2. volumin. 4.* & in his
terminis consuluit Gabr. *consil. 106. numero 1. &*
2. Nam enim hoc casu lucrum statutarium, ne-
cessarium appellari potest, cùm procedat obli-
gatio Mariti, & vxoris occasione matrimonij,
348 si quidem initium contractus attendi debet,
non autem, quod ex eo sequitur, vt latè per O-
sasc. *d. decisi. 167. sub numero 27.* vbi sub *numero 25.*
ait, quod si vnus contractus causatur ab alio
non consideratur causatus, sed causans, & quod
actus necessarius qui ex actu præcedenti vo-
luntario sequitur, non dicitur necessarius, sed
voluntarius, & idem comprobat Surd. *d. consil.*
196. numero 37. Neuiz. *consil. 62. numero 22.* Ex
quo cessare dicitur responsio per Barbos. *in*
d. l. si cum dotem §. si pater numero 10. dum co-
natur firmare, quod statutum sit causa imme-
diata, & proxima deferendi lucrum, & ideo
dicatur debitum necessarium, quia vt dictum
est tale lucrum originem habet à contractu ma-
riti, & vxoris, ex quo descendit potestas sta-
tuti deferendi lucrum, & certum est quod nisi
procederet contractus matrimonij, statu-
tum inter eos non haberet locum, cùm sub-
lato principali tollitur, quod accessoriè se-
quitur, *l. oratio. ff. de spons. capitul. cum quid pro-*
hibet de reg. iur. & ex his tolluntur alia fun-
damenta per Barbos. *loco citato* adducta, dum
semper se fundat hoc lucrum deferri princi-
paliter ex dispositione statuti, & tamen cer-
tum est, quod nisi præcederet obligatio homi-
nis, statutum ex se ipso nullum daret lucrum: &
necessarium debitum, vt dictum est, illud dici-

tur,

349 tur, quod ita lege iubente absque hominis facto debetur, & latè tradit Card. Mantic. *de coniect. d. lib. 10. tit. 2. nu. 3.* & per Menoch. *de præsump. lib. 4. præsump. 109. nu. 2.* & per Castil. *de vsufruct. d. c. 46. nu. 5.*

350 Verùm, quia multi sunt casus in quibus cum legato facienda est compensatio, & adsunt nonnulli alij, in quibus non est admittenda compensatio, breuitatis causa eos omitto, & vide per Mant. *d. lib. 12. tit. 2.* & per Menoch. *de præsump. d. præsumpt. 109. & 110.* & Couar. *d. c. officij de testam.* Pereg. *de fideicommiss. art. 33. num. 41. & 42.* Roland. *de lucro dotis loco citato*, Phanut. *de lucro dotis quæst. 8.* Simon de Pret. *de interpretat. vlt. volunt. lib. 4. dub. 6.* Crass. *in §. legatum q. 22.* Burs. *consil. 60. lib. 1.* Rim. Iun. *consil. 393. lib. 4.* vbi in multos deducit casus, & latius per Bathos. *d. §. si pater per totum.*

351 Hæc autem conclusio alias plures recipit restrictiones, quas videre poteris per Hentic. Boic. *in d. c. bona fides à num. 8. vsque ad fin. de depos.* qui multa in hac materia deducit, & aliqua ponit Vin. *commun. opin. 114.* & latissime per Butr. *in c. 1. de mutua pet. à num. 12. vsque ad fi.* & per Surd. *consil. 246. lib. 3.* & aliqua vide *in 5. Inspect. cap. unico, num. 76. cum pluribus seq.* & per Tind. *de compens. quæst. 45.*

Sed intra quantum tempus hæc liquidatio fieri debeat variæ sunt Doctorum opiniones, vt refert Ias. *in dict. §. in bonæ fidei numer. 72. & 73. Instit. de act.* & Salicet. & Docto. *in dict. l. fin.* & per Decian. *in dict. consi. 92. num. 23.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. casu 14.* & aliam satis æquiorem adducit Hentic. Boic. *d. cap. bona fides sub num. 15.* distinguens, quando sit facta probatio ex confessione partis, vel ex propriis probationibus.

352 Tamen verior est sententia, & magis communis, quod iudicis arbitrio relinquendum sit, vt per Bald. *in d. l. fi. sub nu. 4.* Salic. *sub num. 7. C. de compens.* Ia s. *in d. §. bonæ fidei num. 37.* qui de magis communi attestatur, licet ipse aliter sentiat, & hanc communiorem, & tutiorem affirmat. Neuiz. *consi. 56. nu. 3. vers. non obstat.* Paris. *consi. 121. nu. 25. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. glo. 3. num. 11.* Afflict. *decisi. 122. num. 2.* Menoch. *de arbitr. iud. d. casu 14.*

353 Et supradicta conclusio ita intelligenda est, quod licet in aliquibus casibus admitti nō debeat, non ideo dicitur præclusa via, quin possit per viam mutuæ petitionis, seu recognitionis agi *l. neque C. de compens.* & ibi Salic. *sub nu. 4. & c. 1. & 2. de mutua petit.* & Paris. *consi. 100. nu. 33. & 36. lib. 2.* Alexand. *consi. 86. sub nu. 2 lib. 5.* Dec. *consi. 94. nu. 25. vol. 3.*

354 Præterea sciendum est etiam; quod compensatio non solum ante sententiam, sed etiam post sententiam opponi potest, & impedit executionem, vt ex infinitis tradit Medic. *de compens. q. 25. per totum. & quæst. 31. nu. 9. par. 1.* quibus adde Magon. *decisi. Florent. 42. nu. 8.* Surd. *decis. 191. nu. 7.* Rot. *diuers. decis. 253. num. 3. & 257. num. 5. libr. 2. part. 3.* vbi dicit procedere, quando debitum est liquidum, aliàs non, vt per Surd. & Rot. *diuers. locis citatis*, & per Rot. *diuers. decis. 708. lib. 3. part. 3.* & in dict. Romana fructuum 50. mil. coram Cardinal. Blanchetto *in calce operis decis. 89. num. 1.*

355 Hoc tamen limitatur non procedere in casu supradictæ reconuentionis, cùm non admittatur post litem contestatam, vt tradit Specul. *de reconuent. §. nunc videamus num. 6.* & Felin. *in c. ex litteris nu. 2. de mut. petit.* & per Bald. *in c. cum venisset sub num. 9. & 10. de iud.* & per Maran. *de ord. iud. par. 4. distinct. 6. nu. 24.* vbi de communi attestatur, & ponit regulam cum aliquibus declarationibus, & pro hac parte tenet Guid. Pap. *decis. 436. nu. 102.*

356 Videndum est etiam, an exceptio cedendarum in hoc iudicio opponi possit, & breuiter quidquid sit in fideiussore, vel in alio creditore, de quibus habetur per Alber. & alios Doct. *in l. Modestinus ff. de solut.* & per Neguś. *de pign. in 3. memb. 5. part. num. 33.* & aliqua etiam deducit Gratia. *decis. Marc. 215.* tamen in hoc casu non est admittenda exceptio huiusmodi, quia contra possessorem non potest opponi, cùm ipse possessionem à creditore non eo animo acceperit, vt iura sibi cederentur, sed hoc venit extra considerationem intellectus, vt declarat Bald. *in l. tutemus in fi. C. ad Vell.* & ibi per Salic. *sub num. 15. vers. in contrarium*, & per Neguś. *de pig. in 3. memb. 5. par. num. 29. vers. quidquid*, & alios adducit Gratia *in decisi. 215. sub nu. 24.* vbi latius hanc materiam deducit, & in nostris terminis ita fuisse resolutum, & seruatum in Romana Curia attestatur Saluct. *in sua prax. par. 3. c. 18. nu. 19. & seq.* & ait sufficere cedere iura talia qualia sint.

357 Insuper dicitur etiam exceptionem incapacitatis in præsenti iudicio opponi posse, vt luti si quis tanquam fideicommissarius intentaret Saluianum Interdictum, & peteret immitti in possessionem, quod fieri potest, vt *in sequenti Inspect.* latè deducemus, & contra eum talis obiiceretur exceptio, quā opponi posse tradit Cont. *de mom. poss. q. 6. nu. 3.* vbi ait in quocumque possessorio summario locum sibi vendicare ex allegatis per eum, & comprobatur, quia etiā in remedio *l. fi. C. de edict. diu. Adr. toll.* quod est adipiscendæ possessionis opponitur, vt post Bald. per eum alleg. tradit Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. nu. 753.* & ad corroborationem deducit doctrinam Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif part. 2. declarat. 2.* vbi ait, quod si statutum mandet possessionem defuncti continuari in hæredem, intelligitur de capace, non autem de incapace, prout est Statutum Romanū *c. 147. lib. 1.* Et quod in iudicio possessorio obstet exceptio incapacitatis, tradit Afflict. *decis. 361. num. 16.* & quælibet generalis dispositio recipit interpretationem de idoneo, & habili, *l. vt gradatim ff. de muner. & honor.*

358 Limitatur quando inhabilitas resideret in persona patris, & filius ex persona eius propria, & iure proprio tanquam vocatus peteret immissionem, vt latè per Cephal. *consi. 103. num. 6. 7. & 16.* & per Veg. *consi. 63. num. 93.* Socc. Iun. *consi. 2. num. 22. & seq. lib. 3.* dum dicit, quod veniens ex persona propria, non impeditur per inhabilitationem medij, vt per Bald. *consi. 146. sub numer. 5. lib. 1.* ibi dum affirmat nepotem odio paterno non esse excludendum, Ale. *consi. 88. sub num. 5. lib. 7.* Ludou. de Sard. *de natur. lib. & eorum success. part. 2. §. de success. spur. num. 5.* & per Rot. *diuers. decis. 11. numer. 6. lib. 2.* & ex multis tradit

Tiraquell. *de iur. primogenit. quæstio. 40. numero 116. & 117.* reddens rationem, quia iste vltimus descendens non succedit ex persona patris tanquam ex iure transmisso, quia patri propter eius inhabilitatem nunquam fuit hæreditas transmissa, sed succedit ex propria eius persona tanquam vocatus.

359 Secus tamen esset quando bona de cuius successione agitur ex patris persona peruenirent, vel quando necesse esset quod filius in locum patris succederet ad hoc, vt immissionem obtinere posset, vt per Nattam *consil. 470. numer. 26.* Cephal. *d. consi. 103. num. 11.* Tiraq. *de iur. primog. quæst. 19. num. 19.* Rot. *diuers. d. decisi. 15. n. 6. lib. 2.*

360 Insuper in hoc iudicio obstat exceptio implementi, quæ dicitur exceptio litis finitæ; & impedit litis ingressum, & qui vigore contractus vult agere, quia est vltro citroq. obligatorius, debet docere se prius adimpleuisse, *l. Iulianus §. offerri.* vbi Doct. *de act. Empt.* Aym. *consi. 151. n. 10. & consi. 192. n. 16.* Roland. *consi. 69. num. 19. volum. 4.* Beto. *consil. 15. numer. 16. lib. 3.* Menoch. *consil. 1. numer. 165.* Put. *decis. 357. lib. 3.* Capuraq. *decisi. 232. lib. 1. in impress.* Rot. *diuers. decisi. 97. numer. 6. par. 2.*

361 Quod procedit etiam in obligatione Camerali, vt per Galles. *ad 4. par. obligat. Camer. q. 1. n. 7.* Aym. *d. consi. 151. n. 10.* Et tenuit Rot. in vna Rom. * affictus seu damnorum coram Illustrissimo Mantica 2. Aprilis 1593. *in fi. operis decis. 90. n. 1.* & hanc conclusionem plenius *in 5. Inspect. in fi.* deducam cum suis ampliationibus, & limitationibus.

362 Postremo etiam exceptio periurij in hoc iudicio opponi potest, cùm impediat litis ingressum, *c. verum de iure iur. c. 1.* vbi Doct. *de lite contest.* Socc. Sen. *consi. 38. n. 21. lib. 1.* Grat. *consi. 30. nu. 15. lib. 1.* Roland. *consi. 26. n. 28. lib. 3.* Paris. *consi. 26. n. 95. lib. 3.* Rot. *diuers. decis. 97. n. 8. par. 2.* Et in terminis * Saluiani fuit dictum in vna Interamnen. Saluiani Interdicti Lunæ 14. Nouembris 1611. coram R.P.D. Manzanedo *in fin. operis decis. 91. numero* * *6. versicul. alias.* & in alia coram Card. Millino in vna Placentina Castri 4. Iulij 1601. *ibidem decisi. 2. nu. 1.*

363 Et hoc casu est necessaria absolutio ad effectum agendi, vt per Bal. & Salic. *in l. fin. C. de non numerat. pecun.* & per Paris. *consi. 69. n. 108. lib. 3.* & per Natt. *consi. 495. n. 6.* Rot. *diuers. decis. 102. nu. 8.* * *par. 1.* in d. decis. Interamnen. Salu. Interd. & in d. Placentina Castri, *num. 1.*

364 Verùm si in Instrumento essent plura iuramenta, veluti si iurauerit rem esse liberam, ac etiam non contrauenire, tunc requiritur absolutio in vtroque casu, vt declarat Bald. *in repet. l. 2. num. 91. ff. de iur. iuran.* Felin. *in capit. constitutus, num. 14. de rescript. & in ca. debitores num. 9. de iur. iuran.* Rom. *consi. 326. num. 6. & 7.* Socc. Sen. *consi. 59. num. 7. lib. 3.* Rol. *consi. 34. num. 6. lib. 1.* Paris. *consi. 43. nume. 3. lib. 3.* Dec. *consi. 551. numer. 21. versi. præterea.* Grot. *consi. 66. num. 12.* Afflict. *decis. 220. numero 11. & tt.* Seraph. *de priuil. iuram. priuil. 8. numero 48.* Et fuit resolutum in Rot. coram Reuerendissi- * mo Corduba in vna Veliterna Afflictus Lunæ 15. Maij 1600. *in fin. operis decisi. 93. numero 3. ante fi.* Et in terminis Saluiani Interdicti fuit declara- * tum coram R.P.D. Manzanedo in d. Interamnen. Saluiani Interdicti 14. Nouembris 1611. *in* * *fin. operis decisi. 13. num. 7.* Et in alia coram Cardinale Seraphino *in eius lib. impress. decis. 244. numer. 2.*

365 Et si in vna supplicatione totum factum esset narratum, ac etiam singula iuramenta, tunc vnica absolutio est sufficiens, quia comprehen- * dit etiam iuramenta, vt declaratur in d. Interā- * nen. Saluiani Interdicti *n. 8.* & in alia coram Illustrissimo Pamphilio Mediolanen. bonorum 4. Iunij 1597. *in fine operis decisi. 94. n. 2.*

366 Et similiter si plura Instrumenta super eadē re essent confecta, & contra vnum tantum quis venire vellet, eo casu sufficit absolutionem aduersus illud iuramentum obtinere, vt per Rom. * *sing. 99. num. 2.* & fuit secuta Rota coram Card. Pamphilio in d. Mediolanen. bonorum *in fi. operis decisi. 94. n. 3.*

367 Et absolutio prædicta petita ad effectum agendi operatur etiam quoad effectum rescindendi contractum, vt per Castr. *cons. 220. num. 2. lib. 2.* Afflict. *decis. 322. num. 12.* Viu. *commun. opin. 2. num. 10.*

368 Sed si post periurij incursum quis absolutionem petierit, tunc non est ei concedenda, vt per Innoc. Io. Andr. Abb. *in c. debitores de iur. iuran.* Anchar. *in consi. 191. sub num. 1. in fi.* Feder. de Sen. *cons. 300. num. 2.* Alexan. *cons. 17. num. 4. lib. 3.* Rolan. *cons. 34. nu. 2.* Gozad. *consi. 69. num. 21.* qui de communi attestatur. Afflict. *decisi. 31. numer. 1.* Mag. *decisi. Florent. 119. num. 10.* Viu. *d. opin. 2. numero 6.* & fuit dictum in dicta Placentina Castri, *numer. 2.*

369 Et quatenus esset obtenta, nō est attendenda tanquam intempestiua, vt per Roland. *d. consi. 34. num. 4.* & per Mag. *d. decisi. 119. numer. 10.* & per Viu. *loco citato cum ibi allegat.* Et ita fuit dictum coram R.P.D. Marcomontio in vna Firmana Altaris 29. Ianuarij 1607. *in calce operis decisi. 65. num. 3.*

370 Verùm quod dictum est absolutionem non esse concedendam, ita intelligendum est, nisi prius esset absolutio à periurio obtenta, & postea peteretur absolutio à iuramento, vt tradit Afflict. *decis. 220. num. 11.* & per Rot. coram Ptolomeo, *inter nouiss. diuers. decis. 786. par. 3.* & in d. Firmana Altaris, *num. 4.*

371 Quæ quidem absolutio aduersus periurium à solo Pontifice impetranda est, vt per Afflict. *in d. decis. 220. num. 17. in fi.* & in d. decis. Rot. *diuers. decis. 786. par. 3.* & per Rot. in d. Firmana Altaris, *num. 5.*

INSPEC.

INSPECTIO TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum duplex, directum, & vtile.*
2 *Directum datur pro rebus Coloni, vtile pro rebus Inquilini.*
3 *Directum, an detur contra tertium pro rebus Coloni.*
4 *Saluianum vtile competit cuilibet hypothecario creditori, de magis communi.*
5 *Saluianum vtile datur contra quemlibet singularem successorem.*
6 *L.1.ff.de Salu.non verificatur in colono, sed comprehendit extraneos.*
7 *Verba legis cui non conueniunt, nec eius dispositis.*
8 *Verba clara text. non indigent interpretatione.*
9 *Proprietas verborum est attendenda.*
10 *Correctio non debet induci.*
11 *Verba* debitor tuus *l.1.ff.de Salu.ad colonum referuntur.*
12 *Verba* debitor tuus, *ad omnem debitorem extendi debent.*
13 *Ampliatur etiam in odiosis.*
14 *Verba non sunt restringenda absque ratione.*
15 *Etiam si maior ratio sit in vno, quàm in alio.*
16 *Proprietas verborum est attendenda, n.17.*
18 *Dictio, ve, intelligitur pro, &.*
19 *Dictio, &, ponitur inter diuersa ex eius natura, num.20.*
21 *Copula non cadit in coniunctione legali.*
22 *Dictio, ve, pro, &, stat argumentatiuè, & non debet restringi.*
23 *Nomine filiorum, & haredum comprehenduntur extranei.*
24 *Causa super iuribus, & redditibus Ecclesia comprehendit beneficiales causas, & profanas.*
25 *Correctio debet concordari.*
26 *Correctio non inducitur per subauditum intellectum, sed expresse poni debet.*
27 *Ampliatur etiam in maioritate rationis.*
28 *Correctio non expressa, non admittitur etiam per argumentum à contrario sensu.*
29 *Verba debent aliquid operari.*
30 *Saluianum ratione hypotheca est in rem scripta actio, qua accedit personali.*
31 *Actio personalis in rem scripta sequitur fundum, & datur contra quemcunque successorem.*
32 *Saluianum datur contra quemlibet extraneum successorem, etiam vigore tacita hypotheca, qua inducitur ex illatione bonorum.*
33 *Hypotheca tacita, qua datur pro legato distingue, vt ibi remissiuè.*
34 *Saluianum datur contra tertium possessorem, etiam si possessio hypotheca esset amissa per mortem debitoris, qui tantum ciuiliter possidebat tempore mortis.*
35 *Saluianum datur cuilibet creditori hypothecario.*
36 *Amplia procedere, vbi adest obligatio Cameralis, in qua continetur clausula quorum interest, vel interesse poterit, & sic ad fauorem tertij cuius interest, vel interesse poterit, & n.37.*

Quibus, & contra quos detur Saluianum Interdictum; & primò, an detur contra tertium Possessorem.

Caput I.

VT magis distinctè perspiciatur quibus, & contra quos detur hoc Interdictum, præsupponendum est prout *in 1. Inspectione ca. 1. num. 6.* deductum fuit, quod duplex est, alterum directum, alterum verò v-
1 tile. Directum est illud, quod datur Domino
2 prò rebus Coloni in prædium illatis. Vtile verò datur pro rebus Inquilini, quod competit etiam cuilibet creditori hypothecario, iuxta doctrinam Bart. *in l. 1. ff. & C. de Salu. Interd. in rubr. sub num. 19. de pignor.* Bart. *in l. solutum, §. solutam, num. 6. de pignor. act.* Ias. *in §. item Seruiana, n. 1 00.* vbi Zas. *sub nu. 41.* Ang. *sub nu. 6. vers. & hanc Instit. de act.* Neguſ. *de pignor. in 4. memb. 2. par. n. 133.* & de communi attestatur Thesaur. *decis. 176. num. 1. & 2.* & fuit *in 1. Inspect. cap. 1. numero 9. 10. & 11.* expositum.

3 Sed quod dictum est Saluianum directum dari pro rebus coloni, limitatur contra tertium possessorem, contra quem non datur directum Saluianum, vt per Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. n. 55.* Honded. *cons. 25. n. 55. lib. 2.*

In contrarium verò tenet Franc. Sarmient. *de reddit. Eccles. par. 3. cap. 2. nu. 19. & 20. cum seq.* asserens, tam directum, quàm vtile Saluianum, solum ex causa locationis concedi, Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. sub num. 20. vers. ceterum.* & per Thesaur. cum aliis per eum alleg. *decis. 176. numero 10.* vbi de communi attestatur, & mouentur ex illis verbis *in l. 1. C. de precar. & Saluian. Interdict.* prolatis, ibi dum dicit in princip. *debitor tuus*, & successiuè; id enim tantummodo aduersus conductorem, debitorémve competit, intelligendo illa verba, *debitor tuus*, referri ad conductorem tantum, & illa verba *conductorem, debitorémve*, pro eodem conductore accipienda, vt sentit ibi *glos.* & illa dictio, *ve*, intelligitur posita inter duo, quæ idem significant, & ita declarat Menoch. *loco citato, sub numer. 20. & 21.*

4 Verùm Bart. opinionem; nempe vtile Saluianum Interdictum cuilibet hypothecario creditori competere, veriorem, & magis communem esse ostenditur, nam eam tenet Aug. *in §. item Seruiana sub n. 9.* vbi ait malè sentire cõtrarium tenentes, & sequitur ibi Mynsing. *n. 41.* Ias.

5 *num.*106. Neguſ. *de pignor. in 4. memb. 2. par. num.*
153. & datur contra quemlibet ſingularem ſuc-
ceſſorem, ſeu tertium poſſeſſorem rei hypothe-
catæ, vt eſt gloſ. *in d. l. 1. ff. de Salu. Interd. & in l. 1.*
vbi Bart. *num.* 2. Sal. *num.* 4. & omnes Doct. Petr.
Plat. *in §. ſequens diuiſio ſub n. 4. Inſtit. de act.* Abb.
in cap. paſtoralis ſub num. 14. *verſ. tertium Interdi-*
ctum, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Soc. Sen. *conſ.* 80.
num. 2. in fin. lib. 3. Alexand. *conſ.* 185. *num.* 4. *libro* 6.
Rolan. *conſi.* 14. *ſub num.* 13. *lib.* 1. Gabr. *conſil.* 44. *nu-*
mero 5. *libro* 2. Signorol. *conſ.* 4. *numero* 7. & idem
Gabr. *conſil.* 46. *numero* 20. *lib.* 1. qui hanc rece-
ptam eſſe atteſtatur. Surd. *conſil.* 131. *numero* 1. *&* 2.
lib. 1. Franc. Balduin. *de pign. & hypoth. cap.* 14. *verſ.*
dari tamen vtiliter. Cuiac. *obſeruat. lib. 5. cap.* 24.
Rip. *in rubr. de pign. ſub numer.* 19. Neguſ. *de pign.*
in 3. membr. 8. par. numero 19. Menoch. *de adipiſc.*
poſſ. remed. 3. num. 57. Marant. *in ſua prax. par.* 4. *di-*
ſtinct. 7. num. 11. & per Cepol. *caut.* 81. Surd. *deciſ.*
174. *numero* 17. hanc etiam magis communem
atteſtatur Marc. Anton. Eug. *conſil.* 65. *numero* 20.
vbi pro hac parte adducit Corn. Aret. Zaſ. Grat.
Neuiz. Caſtr. Socc. Sen. Plot. Platean. Bero. Sil-
uan. Parr. Imol. Burſ. Io. Muſ. Bertrand. & tradit
Put. *deciſ.* 207. *numero* 2. *lib.* 1. Et ita fuit reſolu-
* tum in Rot. coram Illuſtriſſimo Pamphilio in
vna Fauentina legati 2. Nouembris 1589. *in cal-*
ce operis deciſ. 1. *numero* 5. reprobata opinione Sar-
* mient. & ſequacium, & in alia coram Illuſtriſ-
ſimo Seraphino in vna Romana damnorum, &
intereſſe 11. Februarij 1591. *in eius lib. impreſ. deciſ.*
* 935. *numero* 3. Et in alia coram R. P. D. Bubalo in
vna Senogallien. prædij 27. Aprilis 1583. *eodem*
loco deciſ. 15. numero 12. Et in eadem coram eodem
* Lunæ 14. Nouembris 1583. *in fine operis, deciſ.* 207.
numero ſecundo. & in alia Peruſina de Oddis Ve-
* netis 25. Maij 1590. coram Illuſtriſſimo Platto,
ibidem deciſ. 56. numero primo. & in alia coram R.
* P. D. Pamphilio in vna Romana Saluiani In-
terdicti Lunæ 15. Decembris 1614. *ibidem de-*
ciſion. 56. *numero tertio.* & in alia coram R.
* P. D. Penia in vna Romana Saluiani Interdicti
25. Iunij 1599. *ibidem deciſ. 10. num.* 4. & alibi plu-
ries fuit receptum in Rota, *vt ibidem in deciſio-*
nibus apparet. Ex quibus patet hanc magis eſſe
communem, & magis receptam eſſe, prout et-
iam de communi atteſtatur Rota *diuerſ. deciſ.* 34.
num. 24. par. 2. & hoc eſſe certum dixit Rota co-
* ram R. P. D. Vbaldo in vna Romana Saluiani
Interdicti Lunæ 10. Ianuarij 1611. *in fine operis de-*
ciſ. 25. n. 5.

Non aduerſatur Sarmien. & ſequacium opi-
nio; ſi quidem illa ex optima ratione per The-
ſaur. *in d. deciſ.* 176. *ſub nu. 2. verſ. non obſtat adducta,*
tollitur, licet pro ea nihil ſit allegatum, tamen
nonnulla pro illius confirmatione deducemus:
Dicitur enim pro opinione Sarmient. quod illa
verba *debitor tuus,* verificantur ſolum in colo-
no conductore, & ſimiliter illa verba *condu-*
ctorem, debitorémve, in ſolo colono conductore
eſſe verificanda.

6 Nam aduertendum eſt quod *in l. 1. ff. de Salu.*
Interd. in princ. diſponitur de colono in numero
ſingulari, ibi *ſi colonus,* & ſucceſſiuè *ſi colonus res*
in fundum, &c. ſucceſſiuè diſponit per hæc ver-
ba, vtilis actio aduerſus extraneos, & ſic in
numero plurali, quod verbum in eadem lege
duplicatur, & proponitur caſus de colono con-
ducente fundum, qui ancillam pignoratam in
extraneum alienauerat, & ſic in tertium contra
quem Saluianum intentari poſſe declaratur.
Vnde clarum eſt, quod citra deſtructionem di-
cti textus, & citra iniuriam manifeſtam, non
poſſunt dicta verba in ſolo colono verificari,
dum tractatur de pignore in alium tranſlato:
nam impoſſibile eſt quod conductor, & ille in
quem pignus transfertur, ſit eadem perſona, &
7 ſic patet quod verba legis interpretationi, &
opinioni in contrarium adductæ non conue-
niunt: vnde nec eius diſpoſitio conuenire po-
teſt, *l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.* Aymo. *conſ.* 205.
numero 17. Tiraquel. *l. ſi vnquam in verbo libertis*
numero 2. Rom. *conſil.* 362. *in fin.* Socc. Iun. *conſil.* 20.
numero 16. *lib.* 1. Natt. *conſil.* 35. *num.* 2. *lib.* 1. Cephal.
conſil. 149. *numero* 15. *lib.* 1. Bec. *conſil.* 57. *numero* 13.
Senat. Pedem. *deciſion.* 50. *numero* 9. Surd. *deciſ.* 35.
num. 5.

Secundo dicitur quod textus *in d. l. 1.* expreſ-
ſè loquitur de extraneo, ibi ſinguli aduerſus ex-
traneum, & ſucceſſiuè, ibi vtilis actio, & aduer-
8 ſus extraneos. Vnde cum verba tex. ſint clara
non indigent alia interpretatione, *l. ille, aut ille,*
§. cum in verb. de leg. 3. & à proprietate verborum
9 non eſt recedendum *l. non aliter, ff. de leg. 3. l. 1. §.*
u, qui nauem, ff. de exercit. Dec. *in Rubr. ſi cert. pet.*
num. 27. & 30. Aleſand. *conſ. 18. n. 8. vol.* 1. Dec. *conſ.*
41. *num.* 1. Gabr. *conſ.* 168. *quæſt.* 4. *num.* 44. *volum.* 1.
& conſ. 88. *num.* 13. *lib.* 2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 223. *num.*
1. *par.* 2.

Et iuxta intelligentiam, & diſpoſitionem, *d. l. 1.*
de Salu. Interd. intelligendum eſt *l. 1. C. eo.* quia lex
10 noua C. determinatur, & dirigitur per leges ve-
teres, ne inducatur correctio, vt eſt glo. *in l. ſiten-*
dum, in princ. ff. qui ſatiſd. cogat. & per Alexan. *in*
Authen. ex teſtamento nu. 7. ff. de coll. & latius infe-
rius deducemus.

11 Nec etiam obſtat intellectus per Menoch. &
Theſaur. *ad l. 1. C. de Salu. Interd.* datus, dum di-
cunt, quod illa verba *Debitor tuus* ad eundem
colonum referri debent, & ſimiliter illa verba,
conductorem, debitorémve, pro eodem colono ac-
cipienda ſunt, prout ſentit ibi gloſ.

12 Nam reſpondetur quod iſta verba *debitor*
tuus, generaliter & indefinitè à lege ſunt prola-
ta, & propterea generaliter ad omnem debito-
rem extendi debent, & ſic generaliter intelli-
gendum, *l. 1. §. & generaliter de leg. præſt. l. de pretio.*
ff. de public. Bald. *in l. in fraudem, in fin. ff. de milit.*
teſt. Ang. *in l. fin. ſub num. 13. ff. de conſt. princ.* Pariſ.
conſ. 67. *num.* 8. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 92. *n.* 4. quod proce-
13 dit etiam in odioſis, & per Decian. *reſponſ.* 30. *nu.*
22. *lib.* 3. & tradit Aymo. *conſ.* 118. *ſub num.* 26. *verſ.*
præterea. Afflict. *deciſ.* 106. *ſub num.* 7. Rot. *diuerſ.*
deciſ. 54. *nu.* 19. *part.* 2. & præſertim quia nulla a-
14 deſt ratio reſtringendi. *l. emptor. §. Lucius. ff. de*
pact. l. Aurelius. §. Titius de lib. leg. Bald. *conſ.* 48. *in*
princip. lib. 4. Aym. *conſ.* 92. *nu.* 4. *& conſ.* 118. *num.* 17.
Surd. *deciſ.* 176. *nu.* 1.

15 Quod procedit etiam quod maior ratio ſit
in vno, quàm in alio, *l. 1. §. quod autem de aleat. l.*
in fraudem in fin. & ibi Bal. *de teſt. m. milit.* Socc.
in l. 2. §. ex his in princip. de verb. oblig. Dec. *in Rubr.*
ſi cert. pet. ſub nu. 30. verſ. ſed cum verba generalia,
& idem Dec. *conſ. 5. n. 2. & conſ. 20. ſub nu. 3. verſic.*
4. *vt ſupra,* & Aym. *d. conſ.* 92. *num.* 4. Decian. *conſ.*
30. *num.* 11.

16 Et eo magis quia proprietas verborum id pa-
titur, vt per Aret. in l. cum lege post princip. versic.
sed tamen de testam. Dec. in cap. 1. num. 23. & in cap.
cum accessissent sub num. 14. in fin. de const. Cald. con-
sil. 1. in tit. de consang. post princ. vers. item potest be-
ne responderi. Dec. cons. 76. sub num. 2. versicul. vnde
bene infertur. Aym. d. cons. 118. num. 12. Decian. re-
17 spons. 1. num. 39. lib. 2. alias si restringerentur, es-
set contra proprietatem, & generalitatem ver-
borum, vt per Bald. cons. 371. num. 1. lib. 1. Gab. cons.
168. quest. 4. num. 45. lib. 1. nam de proprietate ver-
borum hæc verba comprehendunt etiam debi-
torem possidentem rem pignoratam, vt decla-
rat Neguſ. de pignor. in 1. memb. 2. par. numero 32.
33. & 34.

Aliter etiam respondet Marc. Ant. Eug. in d.
cons. 65. n. 22. nempe quod tex. in d. l. 1. C. de precar. &
Salu. Interd. aduersatiuè loquitur, vt patet ex illis
verbis, id enim, &c. vbi de creditore ex locatione
apertè mentio fit, vt ergo aduersetur supra cum
verbo debitor, de debitore ex alia causa intelli-
gendum est, & quatenus debitor idem condu-
ctor intelligeretur, vt malè interpretatur ibi
in verbo debitor, contra cum daretur illud In-
terdictum, quod expresse negat text. vers. id e-
nim. asserens dari Seruianam, vel quasi, non In-
terdictum illud, necesse est igitur reiecta glos.
verbum illud debitor, secundum Bart. opinio-
nem, quod exponatur generaliter pro quocun-
que debitore, vt fatetur Menoch. consil. 295. sub
num. 9. sibi contrarius, quo ad hoc (vt supra de-
ductum est) & pro hac parte multa adducit
Eug. in d. cons. 65. per totum, quæ per te videre
poteris.

Secundo respondetur, quod illa verba in ea-
dem lege posita, nempe conductorem, debitorém-
ve, ostendunt extraneum debitorem compre-
hendere; nam primo dicit conductorem, secundo
loco ponit debitorémve, ad ostendendam diuer-
sitatem debitorum, nam illa dictio, ve, intelligi-
18 tur pro, &, vt tradit Gomes. in §. pœnales, sub nu.
45. vers. item aduersus Instit. de act. Bart. in l. si ita
ibi natus, natáue erit, ff. de iniust. rupt. & irrit. te-
stam. Alexand. in l. si cum dotem. §. item pater sub
num. 2. ff. solut. matrim. Aret. in l. possidere, num. 3.
ff. de acq. poss. per text. in l. si post tres, ff. si quis cau-
tio. Et ita in terminis intellexit Eug. in d. cons. 65.
num. 29.
19 Quæ quidem dictio, &, ponitur inter diuersa,
vt in Rubr. ff. de iur. & fact. ignor. & per Parisi. ibi in
addit. ad Bart. & in cap. querelam de Simon. & per
Ias. & ceteros Doct. in l. 1. n. 2. versi. aliquando poni-
tur, ff. de iur. & fact. ignor.
20 Vbi ait, quod hæc est propria illius dictionis
natura, & per Paris. cons. 92. n. 13. vol. 1. & per Rot.
* coram Illustrissimo Lancellotto in vna Roma-
na Saluiani Interdicti 26. Aprilis 1599. in calce o-
peris decis. 97. nu. 3.

Et si dicatur quod hæc dictio, ve, est posita
inter genus, & speciem, & propterea non dici-
tur posita inter diuersa, nisi, vt genus, & spe-
ciem: Respondetur nihilominus venire vtrum-
que, scilicet, & conductorem, & debitorem ex-
traneum, vt per Afflict. decis. 106. sub nu. 7. vers. &
nunc, & per Imol. & Felin. ibi allegat. & per Ro-
man. cons. 104. sub nu. 4. vers. & licet. & ad hoc vi-
de omnino Bal. in l. 1. n. 20. C. quand. non pet. par.
21 Vbi dicit, quod in coniunctione legali non
cadit copula, quia omnis copula requirit duo
extrema, & ostendit pluralitatem, cùm habeat
copulare diuersa significata, quia construitur
coniunctio cum suis extremis, non cum vno
tantum extremo, & ideo natura copulæ est ex-
tensiua, & latius vide ibi per eum.
22 Et quod ista dictio, ve, pro, &, hoc casu stet
ampliatiuè, & augmentatiuè, nec restringi pos-
sit, vt in l. ea tamen adiectio de leg. 3. declarat Bart.
in l. Gallus, §. etiam si parente, sub num. 4. ff. de lib. &
posth. Gabr. cons. 110. n. 9. vol. 2. Grat. cons. 9. nu. 83. vol.
1. Paris. cons. 75. n. 65. vol. 2. Rota diuers. decis. 37. nu.
21. par. 2.
23 Hinc videmus, quod si in aliqua dispositione
exprimantur filij, & hæredes, non intelligitur
de filiis tantum, sed comprehendit etiam alios
heredes, & descendentes extraneos, vt post Bart.
supra allegat. tradit Paris. cons. 7. numero 29. lib. 3.
& per Decian. respons. 84. n. 12. vol. 3. & hinc etiam
videmus, quod si committitur causa super iuri-
bus, prouentibus, & redditibus Ecclesiæ opera-
tur, quod ne dum causa beneficialis; sed etiam
24 profana super pecuniis, & decimis sit commis-
sa, vt tradit Felin. cap. 2. n. 23. in fin. de rescript. Egid.
decis. 557.

Tertio pro hac parte dicitur, quod si iste tex.
in d. l. 1. C. de Salu. Interd. supradictam magis com-
munem non reciperet interpretationem, &
iuxta Sarmien. intentionem esset intelligendus,
sequeretur quod iste text. corrigeret text. in d. l.
1. ff. eo. tit. qui expresse, & geminatè de tertio ex-
traneo loquitur (vt deductum est.)
25 Quę quidem correctio omnino est euitanda,
& ad concordiam reducenda. cap. cum expedit.
de elect. in 6. l. 1. C. de inoff. donat. Corn. consil. 1. num.
13. volum. 2. & consil. 276. numero octauo. versi. legum
autem correctiones, lib. 4. Rom. cons. 104. numero 2.
Bero. consil. 151. num. 9. volum. 2. & consil. 71. numero
15. volum. 3. Gramm. decis. 92. numero 9. Surd. decis.
21. num. 19.
26 Et præsertim per subauditum intellectum, vt
prætenditur, quo casu nullo modo conceditur,
nisi quatenus reperitur expressa, l. præcipimus. C.
de appell. vbi Bart. in fin. glos. in cap. cupientes, §. quod
si per 20. versi. præterea, de elect. in 6. & per text. in
l. vnum. C. de inoff. donat. & tradit Roland. cons. 80.
num. 49. volum. 1. Corn. cons. 115. num. 17. & cons. 158.
num. 8. volum. 2. & cons. 271. sub num. 9. volum. 4. Ias.
consil. 164. sub num. 1. circa fin. volum. 2. Bero. consil.
150. numero 17. volum. 1. Decian. consil. 16. numero
36. volum. 1. Surd. consil. 163. num. 10. volum. 2. Aym.
de antiq. temp. in 2. par. 4. par. princip. numero 42.
Gramm. d. decis. 92. sub num. 9. & per Surd. d. decis.
21. sub numer. 19. Rot. diuers. decis. 485. numero 2.
par. 2.
27 Quod adeo prohibitum dicitur, quod nec
ex identitate, vel maioritate rationis fieri po-
test, vt per Ias. d. cons. 164. nu. 1. in fi. Corn. cons. 188.
num. 2. volum. 2. & cons. 169. sub num. 6. vers. tamen
volum. 4.
28 Vbi ait, quod nec per argumentum à contra-
rio sensu, prout etiam firmat Roland. dict. cons.
80. num. 50. versi. sed illud, & quatenus hæc nostra
magis communis sententia non admitteretur;
sequeretur destructio multarum conclusio-
num communiter receptarum; veluti quia
non daretur Saluianum pro legatis, & fidei-
* commissis, prout declarauit Rot. coram Illustris.

extenditur ad fructus.

21 *Fideiussor, qui pro certa quantitate fideiussit non tenetur ad fructus, secus si simpliciter fideiussit.*

22 *Saluianum vigore generalis obligationis cum hypotheca conceditur.*

23 *Obligatio generalis, comprehendit omnes casus.*

24 *Saluianum, an detur contra bona emphytheosi, & num. 26.*

25 *Bona Emphytheotica veniunt sub generali obligatione, & hypotheca, & num. 35.*

27 *Bona Emphytheotica obligari non possunt per Prælatum, secus per Emphyteutam, qui ius suum priuatum non Ecclesiæ obligare potest, & numer. 37.*

28 *Ius Emphytheoticum in alium transferri non potest.*

29 *Alienatio tacita resultans ex tex. in l. fin. C. de iure Emphyt. non est sufficiens, vt bona Emphytheotica non dicantur comprehensa in generali hypothecatione.*

30 *Text. in l. fin. C. de iure Emphyt. prohibet alienationem, & translationem iuris hypothecarij in alium fieri.*

31 *Hypotheca, rem illam in aliam non transfert, sed remanet penes pignorantem.*

32 *Bona Emphytheotica veniunt in generali obligatione.*

33 *Alienationis appellatione venit hypotheca, sed impropriè, & per interpretationem.*

34 *Venit etiam vbi larga sit interpretatio, non vbi strictè interpretanda est.*

36 *Limitatur in administratione Ecclesiæ.*

37 *Hypotheca resoluitur resoluto iure obligationis.*

38 *Obligatio, & hypotheca euanescit finita Emphytheusi, & idem est in fideicommisso, cum hypotheca sustinetur vita tantum heredis hypothecantis durante.*

40 *Seruitus potest imponi super bonis Emphytheoticis durante Emphyteusi.*

41 *Bona Emphytheotica nō possunt obligari pro tanta quantitate, quod non esset spes luitionis, & hoc casu dicitur alienatio.*

42 *Alienatio facta de re Emphytheotica irrequisito domino non sustinetur.*

43 *Legatum dicitur ademptum, quando à testatore esset pro tanta quantitate hypothecatum, quod non esset verisimilis spes luendi.*

44 *Saluianum non habet locum cessante hypotheca, & num. 46.*

45 *Bona Emphytheotica expressè alienari prohibita sub pœna caducitatis, non veniunt sub generali obligatione.*

47 *Ampliatur etiam si alienatio est prohibita latè sumpto vocabulo.*

48 *Amplia insuper in tacita prohibitione latè sumpto vocabulo.*

49 *Bona alienari prohibita veniunt sub generali obligatione si obligans non habeat alia bona.*

50 *Asserenti non adesse alia bona incumbit onus probandi.*

51 *Saluianum Interdictum datur pro melioramentis in re Emphytheotica factis, ac pro eis datur retentio.*

52 *Prohibita hypotheca in Instrumēto Emphytheotico, non dicitur prohibita hypotheca quo ad melioramenta per conductorem facienda.*

53 *Et in eis datur Saluianum Interdictum.*

54 *Feuda non veniunt in generali obligatione.*

55 *Ampliatur quod nec etiam pro dote.*

56 *Ampliatur etiam si feudatario data esset licentia de vendendo feudum.*

57 *Feudum sicut non potest in præiudicium domini hypothecari, ita nec in præiudicium agnatorum.*

58 *Feudum non potest hypothecari per fratrem in præiudicium fratris, licet patri esset data licentia in præiudicium filiorum, & nepotum hypothecandi.*

59 *Feudi pars hypothecari non potest.*

60 *Feudum quando est diuisum hypothecari potest vni ex dominis, etiam aliis dissentientibus, secus si non esset diuisum.*

61 *Feudum hypothecari potest ipsi Domino.*

62 *Feudum hypothecari potest non tamen si sequatur rei traditio.*

63 *Feudum non intelligitur hypothecatum, nisi in eius possessionem quis fuerit inductus.*

64 *Saluianum cessat cessante hypotheca.*

65 *Feudum pro suis necessitatibus hypothecari potest à Vassallo.*

66 *Feudum hæreditarium potest alienari etiam in extraneam personam.*

67 *Feudum in dubio præsumitur hæreditarium.*

68 *Feudum hypothecari potest pro soluenda vita militia.*

69 *Feudum ex causa dotis obligari, & hypothecari potest.*

70 *Quod procedit, nisi adessent alia bona libera, seu mobilia.*

71 *Amplia procedere etiam si primogenitus, cui dos esset soluta patri prædecesserit.*

72 *Feudi fructus, & commoditates hypothecari possunt.*

73 *Feudum non est obnoxium æris alienari contracti per Vassallum, etiam ipso viuente, secus est in fructibus.*

74 *Amplia etiam si esset feudum hæreditarium, dum tamen non transiret ad hæredes extraneos.*

75 *Fructus feudi vendi, & alienari possunt sine consensu domini, dummodo venditio non fiat ad longum tempus, & n. seq.*

76 *Feudi fructus obligari possunt, quando Vassallus obligat se personali actione ad illos fructus, secus si vellet vsumfructum in re feudali constituere, & declara, vt ibi.*

77 *Feudi fructus possunt in causam iudicati, & executionem capi.*

78 *Feudi mobilia, & se mouentia hypothecari possunt.*

79 *Feuda hypothecari possunt, quando sunt redacta ad instar patrimonialium, vt est consuetudo in Gallia.*

80 *Feudum de consuetudine alienari potest.*

81 *Emphyteusis ex consuetudine Ecclesiæ alienari potest, & in eis datur Saluianum.*

82 *Consensum si quis à Principe obtinuerit posse feudum obligare: talis consensus ad obligationes præteritas ante factas non extenditur.*

83 *Feudi melioramenta hypothecari possunt.*

84 *Saluianum experiri potest in omnibus supradictis casibus, in quibus cadit hypotheca in bonis feudalibus.*

85 *Dominus de causa feudali cognoscere debet.*

86 *In Iudicio Saluiani de causa possessionis agitur, & dicitur merè possessorium ad effectum, vt de fructibus satisfaciat.*

148 *Minor,& mulier in quibus casibus se obligare possint, vide remissiuè.*

149 *Minoris contractus, vt valeat non sufficit, vt iudicatur ex iusta causa sit factus, sed est verificanda.*

150 *Iudici asserenti ex iusta causa decretum interposuisse, non creditur, & nu.161.*

151 *Notario non creditur asserenti in Instrumento, ex iusta causa fuisse decretum interpositum.*

152 *Decretum esse ex iusta causa interpositum, debet constare per Iudicis cognitionem.*

153 *Decretum ex iusta causa fuisse interpositum, de ea est facienda priuata scriptura, & intercedat temporis interuallum, & nu.154.*

155 *Opinio Pici, & Doctorum quod decretum possit eodem tempore, & in continenti in eodem Instrumento interponi, non videtur tuta.*

156 *In contractibus minorum consuetudo est, quod vnico contextu in celebratione decretum interponatur, licèt aliter sit de iure.*

157 *Responsio ad contraria, & nu.158.*

159 *Præsumitur pro decreto, quando causa cognita interpositum est, & nu.160.*

162 *Decretum interpositum vnico contextu in celebratione contractus minoris, eo casu non dicitur satisfactum fuisse statuto, c.151.lib.1.*

163 *Causa decreti, est Iudici in scriptis insinuanda, & exprimenda, ac de ea plenè cognoscendum est.*

164 *Stilus non potest decreti defectum sanare.*

165 *Pro decreto præsumitur, quando vnico cõtextu decretum interponitur, secus quo ad validitatem, si contrarium velit probare.*

166 *Gesta per Tutorem, qui inuentarium non confecit, sustinentur.*

167 *Tutor, qui inuentarium non confecit, potest vti suspectus remoueri.*

168 *Tutoris gesta sustinentur etiam, quod non confecit inuentarium, quando palam, & publicè se pro tutore gessit, & pro tali reputabatur.*

169 *Saluianum experiri potest in casu, quo obligatio tutoris sustinetur.*

170 *Gesta per falsum tutorem, qui à nemine fuerit deputatus, sunt nulla.*

171 *Et similiter, quando pecunia in vtilitatem pupilli non essent versa.*

172 *Quod ampliatur etiam in muliere, nisi probetur pecunias in eius vtilitatem esse versas.*

173 *Contractus tutoris redditur nullus, quando solemnitates statutaria simul cũ solemnitatibus iuris communis non essent seruata.*

174 *Obligatio minoris, & mulieris cum præsentia Iudicis, sine solemnitatibus non sustinetur.*

175 *Amplia etiam minor esset forensis.*

176 *Statutum circa solemnitates in contractibus requisitas, ligat etiam forenses.*

177 *Contractus minoris sine solemnitatibus, redditur nullus, etiam si adessent duo iuramenta, vnum assertorium, & aliud confirmatorium.*

178 *Saluianum datur contra bona præscripta ab hærede, quando possessio fuit capta viuente defuncto à debitore.*

179 *Bona acquisita ex re defuncti, veniunt in generali illius bonorum obligatione.*

180 *Saluianum an detur contra venalia bona.*

181 *Bona venalia, & non venalia, veniunt sub generali obligatione.*

182 *Saluianum datur contra venalia, maximè si non adsunt alia bona.*

183 *Ampliatur in grege.*

184 *Ampliatur in grano, at etiam in aliis mobilibus.*

185 *Merces veniunt in legato generali, quando aliàs redderetur nullum, veluti quando non adessent bona, ex quibus satisfieri posset.*

186 *Merces veniunt in generali obligatione, non solũ existentes tempore obligationis, sed etiam eorũ augmentum.*

187 *Ampliatur etiam in mercibus per hæredem acquisitis post mortem debitoris ex contractu eiusdem debitoris.*

188 *Limitatur tamen in mercibus per hæredem acquisitis sine contractu, & facto debitoris.*

189 *Ampliatur etiam, vt pretium mercium veniat in generali obligatione, antequam in alium versum sit.*

190 *Saluianum non datur in mercibus venditis ante motum iudicium.*

191 *Saluianum datur in mercibus, quando totum corpus mercium venditur.*

192 *Merces Apothecæ dicuntur destinata ad continuã venditionem.*

193 *Corpus mercium, & Apotheca vendita, transit in Emptorem cum suo onere.*

194 *Bona venalia restricta ad certum locum, non veniunt in generali obligatione.*

195 *Nomina debitorum veniunt in generali obligatione bonorum.*

196 *Saluianum datur contra nomina debitorum.*

197 *Ampliatur etiam in futuris.*

198 *Dominium transfertur per dationem in solutum.*

199 *Et transit cum sua causa, & hypotheca.*

200 *Nomen debitoris licet in solutum datum, tamen si non fuerit exactum, poterit ab anteriori creditore auocari.*

201 *Saluianum vigore hypothecæ anterioris, contra posteriorem creditorem super credito sibi in soluto dato experiri poterit.*

202 *Creditor anterior auocat nomen debitoris à posteriore creditore sibi delegato.*

203 *Amplia in pecunia ex nominibus debitorum exacta, vt ibi remissiuè.*

204 *Limitatur in obligatione restricta ad certum locum.*

205 *Limitatur quando adest verbum mobilium, vel immobilium.*

206 *Nomen debitoris potest extingui in præiudicium creditoris, antequam sit ei intimatum.*

207 *Creditor, vt possit agere contra debitorem debitoris, quæ requirantur.*

208 *Debitor debitoris, non est debitor creditoris.*

209 *Debitor debitoris debet confiteri debitum, vt cõtra eum possit exequi.*

210 *Saluianum datur in iuribus incorporalibus, veluti censu, & similibus, quia rei adhærent.*

211 *Census, seruitus, & iurisdictio, veniunt in generali obligatione bonorum.*

212 *Idem iudicatur in iuribus incorporalibus, vt de vniuersali iure.*

213 *Census impositus super vna re, si postea transfertur super alia, hypotheca remanet super bonis obligatis, ac si à principio esset impositus.*

214 *Pensiones, subrogato remanent hypothecata pro censu, ac etiam fideiussiones.*

215 *Saluianum experiri potest super re subrogata.*

216 *Saluianum experiri potest per translatarios contra bona beneficij.*

285 *Distinctio Alexandri reprobatur.*

286 *Distinctio Negus, quod defunctus, tunc obligat bona hæredis, si hæres adiuerit hæreditatem.*

287 *Secus quando defunctus nullam fecit mentionem de hærede.*

288 *Ratificari potest, quod suo nomine gestum est.*

289 *Hæres adeundo hæreditatem sine beneficio legis, & Inuentarij, videtur quasi contrahere, & se obligare actione personali.*

290 *Testator potest obligare bona hæredis.*

291 *Hæres non conficiendo inuentarium videtur ratificare obligationem factam per defunctum de bonis suis.*

292 *Contraria opinio reprobatur.*

293 *Hæres non conficiens inuentarium, potest facto, & obligatione defuncti conueniri, quando erat expresse prohibitus alienare.*

294 *Hæres potest venire contra factum defuncti, quando adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, & vires hæreditariæ sufficiant, & aliqua bona remaneant pro hærede.*

295 *Ampliatur non solum in primo hærede, sed etiam in hærede hæredis.*

296 *Ampliatur etiam si contractus, vel obligatio esset nulla.*

297 *Contrarium quod hæres potest contra factum defuncti venire, etiam si esset obligatio nulla.*

298 *Intellige procedere vbi adesset prohibitio fauore alterius absentis, vt in exemplis ibi.*

299 *Secus in simplici fideicommisso, vel in feudo hæreditario, vel quando de consuetudine esset alienabilis, vel pro soluendo vita militia secundi geniti, vel quando esset secuta traditio ipsi Domino animo luendi, & in alijs casibus ibi relatis.*

300 *Hæres particularis potest venire contra factum defuncti, veluti in re certa pro sua legitima institutus.*

301 *Limitatur in acquisitis hæreditate iacente, non comprehenduntur in obligatione defuncti.*

302 *Limitatur quando fuisset dictum suósque hæredes, & successores quoscunque, & omnia, & singula bona.*

303 *Sublimitatur quando quis simpliciter est obligatus in forma Cameræ.*

304 *Saluianum experiri non potest in omnibus supradictis casibus, in quibus hæres potest venire contra factum defuncti.*

305 *Hæres obligatus ad solutionem legatorum, seu debitorum, non iuuatur beneficio leg. & Inuentarij: contraria opinio verior, vt infra.*

306 *Beneficium leg. & Inuent. operatur quo ad obligationes per defunctum factas, non autem quo ad suas.*

307 *Obligatio hæreditaria desinit esse hæreditaria, quando denuo cum hærede deducitur in stipulatione, & efficitur sua.*

308 *Obligatio hæredis differt ab obligatione, quæ datur pro conseruatione legati, seu crediti.*

309 *Renunciare beneficio dicitur, actum contrarium faciens.*

310 *Hæres obligans ad solutionem legatorum seu debitorum hæreditariorum, non censetur renunciare beneficio leg. & Inuent.*

311 *Obligans se ad solutionem, non censetur renunciare beneficio sibi competenti.*

312 *Hæres obligans se ad solutionem legatorum, non censetur renunciare detractionem Trebellianicæ.*

313 *Obligans, non præsumitur se obligare animo nouandi legalem promissionem.*

314 *Obligare se quis non præsumitur in plus, quàm fuerit obligatus.*

315 *Promissio facta de restituendo dotem, intelligitur detracta parte sibi à statuto delata.*

316 *Nouatio non inducitur, nisi expresse dicatur.*

317 *Nouatio non inducitur, si debitor, qui est obligatus in centum, iterum se pro eadem summa in centum se obligauerit.*

318 *Obligans propriam personam, & bona, si facta discussione Inuentarij apparet superesse bona hæreditaria, potest contra personam, & bona obligantis exequi.*

319 *Renunciatio priuilegij dicitur facta, quando de necessitate infertur renunciatio.*

320 *Hæres cum beneficio leg. & Inuent. obligando se ad solutionem legatorum, etiam cum obligatione in forma Cameræ, non dicitur renunciare beneficio leg. & Inuent.*

321 *Amplia etiam si se obligauerit ad solutionem omnium legatorum.*

322 *Limita quando se obligauerit ad solutionem omnium legatorum.*

323 *Limita quando testator legasset certam quantitatem, & hæres obligasset ad solutionem certæ quantitatis.*

324 *Limita quando hæres in solidum se obligasset.*

325 *Bona præsentia & futura veniunt sub generali obligatione.*

326 *Bona in quibus sola spes habetur hypothecari non possunt, & non veniunt in generali obligatione, & propterea non datur Saluianum.*

327 *Bona in quibus solam spem habemus, non veniunt in generali obligatione, quando esset expressum nomen illius, de cuius hæreditate agitur.*

328 *In obligatione præsentium, & futurorum continentur bona sibi ex aliqua successione quæsita.*

329 *Bona, in quibus quis habet spem, quæ pendet à futuro euentu, non ex mera voluntate alterius, veniunt in generali obligatione, etiam de spe causata de futuro.*

330 *Obligatio de hæreditate hominis incerti, non valet, secus de homine certo.*

331 *Saluianum non datur contra bona hypothecata per defunctum, & ab hærede non adhuc possessa.*

332 *Saluianum duo requirit, creditum cum hypotheca, & possessionem aduersarij.*

333 *Interdictum quorum bonorum cessat, si non extet possessor.*

334 *Saluianum datur contra bona non adhuc possessa ab hærede, si statuto censeatur continuari possessionem defuncti.*

335 *Possessio defuncti continuatur in hæredem ex statuto.*

336 *Possessio fideicommissi vigore statuti in hæredem continuatur.*

337 *Contrarium reprobatur.*

338 *Possessio fideicommissi non continuatur in hæredem, nisi facta restitutione verbali, & est communis.*

339 *Possessionis continuatio huiusmodi, habet etiam locum in bonis Emphyteoticis, & feudalibus.*

340 *Contrarium per Doctores allegatos.*

341 *Distinctio auctoris nempe quod aut sumus in loco, in quo feuda, & emphyteotica habeantur loco patrimonialium, vt in Gallia, & procedit*

405 Salua-

405 *Saluianum datur contra Emptores bonorum per subhastationem factam à maiori parte creditorum, si minor pars non fuerit citata.*

406 *Limitatur si pars non citata non consenserit.*

407 *Subhastatio facta ad instantiam unius ex creditoribus non praeiudicat caeteris, qui non interuenerunt, nec fuerunt citati.*

408 *Emptores possunt cogere principales & fideiussores qui pecunias receperunt, & se obligarunt restituere anterioribus, ut illas anterioribus soluant.*

409 *Actio ratione interesse competit Emptoribus contra receptores pecuniarum, licèt non sint nominati in fideiussione.*

410 *Clausula* quorum interest *comprehensa in obligatione Camerali, quid operetur.*

411 *Maior pars praeiudicat minori in dilatione concedenda decoctori.*

412 *Princeps, quando possit concedere dilationem.*

413 *Maior pars Creditorum praeiudicat creditoribus hypothecarijs.*

414 *Ampliatur si creditores essent numero pares, & debiti quantitate.*

415 *Ampliatur etiam si creditores separatim concessissent, & num. 411.*

416 *Maior pars praeiudicat minori in concedenda remissione, si haeres defuncti vult adire haereditatem.*

417 *Limitatur si principalis debitor viuit, & potest conueniri.*

418 *Maior pars praeiudicat minori si principalis debitor aufugit, & conueniri non possit.*

419 *Ampliatur in alijs casibus, quando debitor non est soluendo, & esset carceratus.*

420 *Maior pars quae dicatur.*

421 *Maior pars non praeiudicat hypothecarijs.*

422 *Maior pars non praeiudicat in remissione, quo ad fideiussores.*

423 *Maior pars non praeiudicat minori, quado tractatur de re communi.*

424 *Minor pars potest appellare à resolutione facta per maiorem iniusta.*

425 *Resolutio facta à creditoribus non valet, nisi omnes conueniant, & sint citati.*

426 *Declaratur procedere, quando sunt plures creditores ex pluribus creditis separatis.*

427 *Modus conueniendi creditores ad dilationes concedendas, & nu. 428.*

429 *Dilatio à Principe concessa debitori, quando prosit fideiussori.*

430 *Dilatio Principis an habeat locum in debito iurato, seu dotis, & similibus.*

431 *Prior, & potior quis dicatur in hypotheca.*

432 *Creditores habentes parem hypothecam, si non apparet de anterioritate, pariter immittendi sunt in possessionem.*

433 *Limitatur si hypotheca sit contracta diuersis Instrumentis, & temporibus, quia tunc est melior conditio possidentis.*

414 *Saluianum non datur possidenti.*

415 *Saluianum praesupponit Reum possidere.*

416 *Possidens cui non datur Saluianum, debet manuteneri.*

437 *Prioritas praesumitur, ubi adest causa, seu persona priuilegiata, & in altera parte esset causa, seu persona non priuilegiata nec constaret de prioritate, seu anterioritate.*

438 *Creditor secundus habet bona debitoris hypothecata, & illius vigore agere potest, quando bona debitoris excedunt valorem primi creditoris.*

439 *Creditor primo nominatus praefertur secundo in eadem re, & in Instrumento obligato.*

440 *Primus dicitur in ordine Scripturae.*

441 *Creditor anterior in hypotheca praefertur in Saluiano.*

442 *Saluianum intentare non potest posterior contra anteriorem creditorem.*

443 *Creditor anterior non dicitur, quando eadem res in eodem Instrumento obligata est, ubi scriptura non est de substantia contractus, quod declara, ibi remissiue.*

444 *Contractus in ultimo verbo perficitur, quando partes habent pro perfecto.*

445 *Creditor anterior dicitur ille, qui habet creditum cum Scriptura in certum diem, si alius probat creditum sine die.*

446 *Creditor anterior non dicitur, qui emit domum sub pacto, quod pretium soluatur prioribus creditoribus, & pecuniae solutae fuerunt non aliter recepta cessione ad effectum excipiendi, & retinendi domum contra secundum creditorem.*

447 *Obligatio tollitur per solutionem, ita quod Emptor non succedit in ius primi Creditoris nisi fuerit conuentus.*

448 *Creditor secundus quando possit per oblationem se liberare ab anteriore creditore, vide remissiuè.*

449 *Creditor secundus potest intentare Saluianum super re priori obligata pro residuo valoris, si fuerit notificata prior obligatio.*

450 *Hypotheca probatur non solùm per instrumenta, sed etiam per testes.*

451 *Ampliatur etiam ad effectum anterioritatis.*

452 *Bona praesentia, & futura veniunt sub generali obligatione.*

453 *Etiam si obligata essent simpliciter.*

454 *Ampliatur etiam si obligatio esset sine pronomine* mea.

455 *Obligatio generalis cum clausula constituti extenditur ad futura.*

456 *Ampliatur si bona non essent eo animo à debitore acquisita.*

457 *Ampliatur, quod pro bonis acquisitis potest agi contra tertium.*

458 *Posterior cum anteriore concurrit ad bona acquisita.*

459 *Creditor secundus non potest cum anteriore concurrere, & est verior.*

460 *Hypotheca secundi creditoris non obstat priori in postea acquisitis, quia prior in tempore est potior in iure, & nu. 461.*

462 *Ampliatur etiam si bona essent sic undo creditori tradita.*

463 *Ampliatur etiam si esset cauta hypotheca.*

464 *Ampliatur si secundus creditor haberet duas hypothecas, & primus unam tantum.*

465 *Limitatur si secundus creditor haberet hypothecam priuilegiatam.*

466 *Ampliatur si secundus haberet specialem in re, & primus generalem.*

467 *Excussio non requiritur in Saluiano Interdicto.*

468 *Bona specialiter hypothecata prius detrahi debent, & si quid deest, tunc ad venditionem bonorum generaliter hypothecatorum deueniendum est, extra Iudicium Saluiani Interdicti.*

469 Creditor anterior præferturetiam si anteriorem haberet hypothecam ex tit. lucratiuo, & posterior haberet ex causa onerosa.

470 Creditor ex causa onerosa debet præferri donatarijs.

471 Donatarius non habet hypothecam, sed tantum personalem actionem.

472 Creditor anterior præfertur, etiam fisco quando habet expressam hypothecam.

473 Restringitur habere locum in bonis ante factam obligationem ad fauorem fisci, secus si postea acquisiuit.

474 Iudicis arbitrio relinquitur quando, & in quibus casibus contra fiscum, vel priuatum pronunciandum sit.

475 Onus probandi bona fuisse acquisita post factam obligationem incumbit ei, qui se fundat in tempore.

476 Fiscus in dubio, veluti, si in eodem die esset facta obligatio præfertur.

477 Menoch. distinctio in hac materia.

478 Creditor anterior præsumitur. priuatus contra fiscum, quando possidet.

479 Contrarium tenent Doctores ibi relati.

480 Fiscus non præsumitur anterior, quando Instrumentum priuati habet horam certam.

481 Amplia in pluribus Instrumentis à pluribus Notarijs celebratis, quia ex ordine protocolli potest constare de anterioritate.

482 Amplia etiam quod quando contentio esset inter fiscum, & mulierem repetentem dotem, quia mulier præfertur.

483 Amplia etiam quando inter fiscum, & alium priuilegiatum, veluti si cum pupillo ageretur.

484 Confessio dotis receptæ, præiudicat etiam creditoribus, quando lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis.

485 Instrumentum confessionatum, quando sunt lapsa tempora opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, præfertur.

486 Hoc tamen videtur restringendum, quando creditor sciuerit confessionem de recepto fuisse factam, secus si ignorauerit, vel saltem est restituendus.

487 Creditor priuatus, & Mulier ex causa dotis in eadem die præfertur dos.

488 Prælatio non procedit, quando instrumentum habet ordinem à natura, veluti quando in vno, & in alio priuationem contineret.

489 Instrumentum dotis non præfertur, quando esset in priuata scriptura non subscripta à tribus testibus.

490 Limitatur, quando vigore statuti priuata scriptura haberet vim publici Instrumenti.

491 Limita quando contra Instrumentum, vel contra dotem, vel contra aliam causam priuilegiatam haberet certum tempus post horam certam.

492 Creditor anterior priuatus præfertur posteriori creditori, etiam in causa dotis.

493 Limitatur in quæsitis post obligationem ad fauorem dotis.

494 Et hoc procedit etiam in Ecclesia.

495 Contrarium, quod sicut in tacita hypotheca præfertur dos, ita, & in expressa, veriorem attestatur.

496 Creditor prior præfertur etiam quando essent duæ dotes, quæ concurrerent.

497 Ampliatur etiam in pignore prætorio, quando sunt creditores ex diuersis titulis.

498 Et idem est quando concurrunt pignus prætorium, & conuentionale.

499 Ampliatur etiam non solùm pro sorte principali, verùm etiam pro fructibus, & accessionibus.

500 Ampliatur etiam non solùm pro fructibus vigore expressæ obligationis, sed etiam pro tacita.

501 Limitatur quando obligatio esset restricta pro sorte principali tantum.

502 Amplia procedere etiam, si prima obligatio nouetur cũ conseruatione, & repetitione primæ obligationis.

503 Præseruatio hypotheca dicitur facta cum priuilegio anterioritatis.

504 Creditor anterior præfertur, etiam ei qui pecunias numerauit pro mercibus emendis.

505 Limitatur quando à principio fuerit conuentum, vt merces pro dicto mutuo remanerent specialiter obligatæ.

506 Contrarium tamen est verum, quia sufficit quod detur pecunia pro re emenda sine speciali hypotheca.

507 Limitatur etiam non procedere contra Mulierem agentem ad recuperandam dotem, & habentem anteriorem hypothecam, quia præfertur mutuanti pecuniam pro mercibus emendis posteriori.

508 Creditor posterior, prior dicitur, quando prior habet hypothecam sub conditione, quæ post alterius hypothecam extiterit, quando conditio fit merè potestatiua.

509 Limitatur quando conditio sit causalis, vel mixta non dependens à mera voluntate debitoris.

510 Creditor anterior dicitur, si inter venditorem, & Emptorem fuerit conuentum, vt bona empta, essent pro aliquo debito obligata, & eo casu præfertur omnibus alijs.

511 Intellige procedere, quando esset ita cõuentum ante rei traditionem.

512 Creditori non potest ex aliquo pacto præiudicari.

513 Debitor in acquisitis non potest creditori præiudicare, sed in acquirendis.

514 Filius, & seruus non possunt in acquisitis patri suo, vel domino præiudicare.

515 Quod procedit si ab initio contractus, & ante traditionem factus fuerit.

516 Creditores duo priuati, qui ambo à non domino causam habent, præfertur possessor, etiam si esset posterior.

517 Creditor posterior præfertur, quando habet causã à domino, & alius haberet à non domino.

518 Creditor anterior si consenserit alienationi pignoris efficitur posterior, & secundus anterior.

519 Amplia procedere etiam si eadem res ad primum creditorem redijsset.

520 Creditor prior in credito, & posterior in hypotheca, ille qui est posterior in hypotheca efficitur anterior.

521 Ampliatur etiam si et secundo creditori tradita esset.

522 Creditor secundus licèt in venditione præferatur, tamen in pignore præfertur anterior.

523 Proprietarius pro canone præfertur omnibus alijs anterioribus creditoribus.

524 Creditor, qui semen dedit, vel pecuniam pro eo emendo, pro recolligendis fructibus, omnibus alijs præfertur.

525 Sal.

525 Saluianum in omnibus supradictis casibus in quibus creditor praefertur experiri poterit, & praefertur in eo iudicio.

526 Haeres censetur vna, & eadem persona cum defuncto.

527 Patrimonium defuncti confunditur cum patrimonio haeredis per aditionem haereditatis.

528 Haereditas adita desinit esse haereditas.

529 Haeredes hypothecarij defuncti posteriores, praeferuntur creditoribus haeredis.

530 Iura plura si deuenerint in personam vnius, vnũquodque retinet suam naturam, & consideratur de per se.

531 Creditores haereditarij praeferuntur ita mortuo debitore, sicuti viuo.

532 Creditores haereditarij praeferuntur, si separatio à creditoribus petita est.

533 Haeres cum beneficio inuentarij, semper potest petere separationem, quia inuentarium operatur, ac si haereditas esset iacens.

534 Haeres non potest praeiudicare creditoribus haereditarijs anterioribus.

535 Testator non potest creditoribus praeiudicare.

536 Haeres adeundo haereditatem non praeiudicat creditoribus.

537 Creditor, qui plures habet in solidum obligatos, potest contra obligatos variare.

538 Ampliatur, quod possit vnam ex rebus obligatis eligere.

539 Maxime in obligatione Camerali.

540 Diuisio non inducitur, quando contra vnũ ex obligatis fuerit actum, & simpliciter ratam partem soluisset, secus si dixerit soluere pro rata.

541 Quod procedit, quando punctualiter correspondet ratae portioni soluentis, secus si plus, vel minus soluerit.

542 Diuisio inducta dicitur, quando creditor contra omnes in solidum obligatos pro virili portione ageretur.

543 Et hoc procedit si lis super petitione contestata fuerit.

544 Qui praeferuntur in hypotheca, praeferuntur etiam in Saluiano.

545 Saluianum, quando possit intentari contra debitorem generis, speciei, vel quantitatis, & numer. 546.

547 Debitor quantitatis non perempta quantitate, nõ liberatur, & competit Saluianum.

548 Debitor liberatur cum fideiussoribus, soluta specie pro quantitate.

549 Et contrahitur venditio.

550 Debitor liberatur per dationem rei in solutum.

551 Obligatio extinguitur, & fideiussores liberantur per dationem in solutum, siue sit data à parte, siue à Iudice.

552 Ampliatur in omni re, quae pro pecunia detur in solutum.

553 Ampliatur etiam si literas cambij in solutum dederit, & à creditore fuerint acceptata.

554 Ampliatur etiam si nomen debitoris in solidum dederit.

555 Periculum nominis debitori in solutum datum, ad creditorem spectat.

556 Limitatur si res data euincatur, quia tunc datur vtilis actio contra fideiussores.

557 Vtilis actio ex empto competit contra principalem debitorem, non tamen ex primaua actione.

558 Saluianum datur contra fideiussores vtili actione prouenientе ex contractu.

559 Actio vtilis non differt à directa.

560 Hypotheca non extinguitur per dationem in solutum, quando est reseruatum sibi ius hypothecae.

561 Datio in solutum si continet plus debiti, tunc in totum redditur nulla, nec extinguitur hypotheca.

562 Limitatur, quando essent plura capitula separata, tunc enim pro rata capitulorum, pro quibus certum esset debitum sustineretur.

563 Datio in solutum sustinetur, etiam quando vna tantum summa esset data pro pluribus capitulis, quia tunc tot dicuntur summae, quot sunt capitula.

564 Datio in solutum si tanquam nulla reuocaretur, tamen datur retentio creditori pignoris donec de toto credito fuerit satisfactum.

565 Creditor an faciat fructus suos in eo casu, quo datio in solutum esset nulla, duae sunt contrariae opiniones ibi.

566 Bonae fidei possessor dicitur, qui vigore sententiae possidet, & vsucapit.

567 Error iuris etiam iniustus sufficit ad fructuum acquisitionem.

568 Negatiua opinio, quod creditor non facit fructus suos, quando vsucepit ex datione in solutum nulla, procedit siue à parte, siue à Iudice fuerit datum in solutum.

569 Emptor non facit fructus suos, quando nulliter ab Ecclesia, siue à minore emit.

570 Errorem iuris allegans, tenetur illum probare.

571 Error iuris nõ operatur, quo minus possessor teneatur illos restituere cum ipsa re, quatenus locupletior factus sit, quod est probandum.

572 Error iuris non excusat à restitutione fructuum si versatur in casu in quo ius resistit, secus si non resistit.

573 Mala fidei possessor dicitur, quando ius actum prohibet, & vigore illius actus possideat, & non facit fructus suos.

574 Error iuris, quando dicitur de nullitate contractus ex defectu solemnitatum, excusat à mala fide, & à restitutione fructuum, quia sufficit abesse malam fidem.

575 Saluianum an intentari possit vigore obligationis, & hypothecae vnius ex socijs.

576 Emptio facta communi nomine à socio efficitur cõmunis, & sic competit Saluianum.

577 Emptio facta ab vno ex duobus fratribus, qui haereditatem pro indiuiso possiderent, dominium non acquiritur alteri fratri, nisi ratificatio sequeretur.

578 Emptio facta ab vno ex socijs non efficitur communis, si non haberet mandatum ad illud emens.

579 Consensus probatur ex praesumpta scientia, & cursu temporis.

580 Item probatur ex possessione, & perceptione fructuum.

581 Item, quando ambo eandem rem vendiderunt.

582 Emptio facta ab vno ex socijs, & si constaret de societate, tamen dominium soli ementi acquiritur, & solum ad pecuniae restitutionem, si est empta de pecunijs communibus.

583 Saluianum ex sola obligatione, & hypotheca ementis datur.

584 *Hypotheca non acquiritur Domino pecuniarum, sed emptori nomine proprio.*

585 *Amplia etiam in pupillo, qui recuperatione pecuniarum solum agere potest, & hoc casu cessat Saluianum.*

586 *Socius non tenetur communicare officia à Summo Pontifice ei concessa.*

587 *Socius non obligat socium, etiam si habeat liberam administrationem, nisi probetur versio in societatem.*

588 *Versio in vtilitatem societatis, ex coniecturis probari potest.*

589 *Limitatur tamen procedere in societate particulari, non autem in societate vniuersali, in qua omnia concurrunt.*

590 *Socius non obligat socium, nisi pro bonis, ac summa in societate posita.*

591 *Socius tutor, vel curator pro medietate acquiritur pupillo, etiam si suo nomine stipuletur.*

592 *Socius omnium bonorum, quicquid acquirit pro medietate consocio acquiritur, etiam si suo nomine acquiratur.*

593 *Socius consocio acquirit, quando est solitus rem proprio nomine emptam communicare.*

594 *Socius acquirit consocio, quando rem proprio nomine vti de alijs rebus communibus vsus fuerit.*

595 *Socij duo, qui promiscuè negociari soliti essent, tunc quia inter ipsos mandatum datum videtur, ambo ex negotiatione alterius conueniri possunt.*

596 *Et idem est si vnus ex socijs præpositus esset administrationi.*

597 *Socius qui proprio nomine emit, & postea illa res fuerit descripta, tunc efficitur communis.*

598 *Saluianum in omnibus supradictis casibus vigore obligationis vnius ex socijs exerceri poterit.*

599 *Socius particularis, qui proprio nomine de pecunia sociali rem emerit, tenetur ad omnia damna, & interesse, quæ alter socius ex illa pecunia negociando superlucrari potuisset.*

600 *Contrarium, quod solum ad damna emergentia teneatur.*

601 *Lucrum honestum dicitur, quod socius fecit in eo, quod proprio nomine gessit.*

602 *Statutum disponens, quod quidquid acquirit Maritus constante matrimonio efficiatur commune Vxori: tunc etiam si proprio nomine acquiratur, efficitur commune.*

603 *Saluianum eo casu ex obligatione vtriusque experiri poterit, stante dicto statuto Hispaniæ.*

604 *Statutum prædictum Hispaniæ comprehendit etiam officia publica quanquam Vxor de eis esset incapax, vel officia essent indiuidua.*

605 *Communio etiam in indiuiduis inducitur, & acquiritur ius pro indiuiso, prout in iure præsentandi, & ad heredes transmittatur.*

606 *Ius patronatus dicitur indiuiduum, quo ad substantiam, sed quo ad ius præsentandi, & exercendi dicitur diuiduum.*

607 *Communio in hoc casu inducitur in omnibus indiuiduis.*

608 *Saluianum intentari potest contra bona, cum aliena pecunia empta vigore hypothecæ ementis.*

609 *Dominus pecuniarum potest agere aduersus rem sua pecunia emptam in subsidium suarum pecuniarum.*

610 *Saluianum experiri non potest contra bona, cum pecunia aliena empta vigore hypothecæ domini pecuniarum, quia nullum ius ei acquiritur.*

611 *Emptio facta ex pecunia dotali non acquiritur Vxori.*

612 *Tamen, quando mariti bona non essent soluendo, mulier in solidum contra dicta bona agere posset.*

613 *Saluianum cessaret, quando hoc casu mulier talia bona hypothecasset.*

614 *Emptio facta ex pecunia administrata ab administratore, administranti acquiritur.*

615 *Amplia in deposito.*

616 *Amplia in vxore emente suo nomine ex pecunia viri.*

617 *Et in dubio præsumitur de pecuniis mariti soluisse.*

618 *Amplia in vidua emente intra annum luctus, & in concubina.*

619 *Amplia eandem præsumptionem procedere contra heredes, & successores mulieris, & ad fauorem heredum, & successorum viri.*

620 *Amplia in Procuratore, & in Mandatario emente cum pecunia sui principalis.*

621 *Quod procedit, quando nulla est facta mentio mandantis, etiam si haberet speciale mandatum.*

622 *Procurator, & Mandatarius in eo casu tenentur ad damna, & interesse.*

623 *Actio mandanti competit principali contra Procuratorem, & Mandatarium, ad rei restitutionem.*

624 *Saluianum ex hypotheca, & obligatione ementis tantum, non autem ex hypotheca domini pecuniarum experiri potest.*

625 *Procurator, & Mandatarius, tunc principali acquirit, dum emit ex illius pecunijs, si in contrahendo expressit nomen mandantis.*

625 *Procurator non præsumitur, quod nomine Procuratoris emerit, quando mandatum esset adeo generale, quod posset etiam esse, quod de eo non fuerit actum.*

627 *Et idem est, quando ageretur de re, seu negotio, quod non pertineret ad principalem, seu mandantem.*

628 *Ampliatur etiam, si ex forma statuti resultaret aliquod delictum, quatenus Procuratorio nomine contraxisset.*

629 *Emptio facta cum pecunia pupilli, illa remanet hypothecata pupillo, pro sua pecunia.*

630 *Electio est pupilli, quando res est empta cum sua pecunia, an velit rem illam tanquam suam, vel repetere suam pecuniam.*

631 *Emptio facta ab extraneo suo nomine ex pecunia pupilli, acquiritur ementi, sed pupillo competit hypotheca, cuius vigore competit Saluianum.*

632 *Emptio facta cum pecunia Ecclesiæ, acquiritur Ecclesiæ, prout de pupillo dictum est.*

633 *Et idem procedit in re empta cum pecunia illius, cui bonorum administratio interdicta est.*

634 *Et idem procedit in re empta, cum pecunia militis.*

635 *Saluianum in omnibus supradictis casibus limitatis experiri poterit.*

636 *Saluianum, quando possit per creditorem contra officia Cancellariæ Romanæ Curiæ experiri, seu contra illorum fructus, & n. 648. & seq.*

637 *Officia Cancellariæ obligari, & hypothecari non possunt, nisi de licentia Papæ.*

638 Officia

638 *Officia Cancellaria aliquando ex indulgentia Papa subhastantur.*

639 *Hypotheca non erat in militia antiquis.*

640 *Officia Cancellaria non possunt obligari, quando ad hæredes non transeunt, & nu. 643.*

641 *Nisi im subhastari sine licentia Papæ.*

642 *Officia Cancellaria computantur in legitimam. Intellige de officiis, quæ ad hæredes transmitti, & vendi non possunt, & nu. 643.*

644 *Officia Cancellaria licèt in legitimam computentur, intelligitur quo ad illorum pretium, non autem quo ad titulum.*

645 *Officia veniunt communicanda cum Vxore, quo ad æstimationem, non autem quo ad titulum in eo casu.*

646 *Officia, quæ ad hæredes transeunt veniunt sub hypotheca.*

647 *Officialis potest ad libitum de fructibus illorum disponere, & contra eos Saluianum experiri potest, quia veniunt sub hypotheca, & numero 659.*

648 *Loca Montium vacabilium non transmittuntur ad hæredes, sed de eis Papa disponit, & solùm fructus spectant ad hæredes, & contra eos agere potest.*

649 *Loca Montium stabilium transmittuntur ad hæredes, & de eis Montista disponere potest, & dominium residet penes Emptorem.*

650 *Et veniunt in generali institutione.*

651 *Saluianum super locis Montium stabilium experiri potest, quia veniunt sub hypotheca.*

652 *Loca Montium stabilium, & officia non vacabilia transeunt ad hæredes.*

653 *Loca Montium stabilium credita, spectant ad eũ, cui fuerunt tradita, & eius nomine empta à principio.*

654 *Creditores posteriores agere non possunt contra supradicta loca à principio pro alio empta, & tradita, cùm dominium à principio in alium fuerit translatum.*

655 *Saluianum in prædicto casu experiri non potest cùm deficiat hypotheca.*

656 *Saluianum experiri non potest super officio, seu illius fructibus, quando emptor super vita alterius posuit, nulla facta reseruatione.*

657 *Emens officium super vita, & periculo alterius nulla facta reseruatione, dicitur donare.*

658 *Hypotheca super re aliena constitui non potest.*

659 *Saluianum super fructibus officij experiri potest.*

660 *Officium emptũ super vita, & periculo alterius, cum decreto reseruationis, tunc venit in generali institutione hæredũ.*

661 *Loca Montium super vita alterius posita, cum dicta reseruatione, veniunt in generali hæredũ institutione.*

662 *Bona fideicommisso subiecta, si fuerint diuisa cum potestate liberè disponendi, tunc veniunt in generali institutione.*

663 *Licentia concessa alienandi bona, dicitur etiam cõcessa, vt in eis hæredem instituere possit.*

664 *Officium emptum à consanguineo, cum decreto reseruationis non dicitur donatum.*

665 *Saluianũ experiri potest super fructibus officij vigore hypothecæ ementis de propriis pecuniis cum reseruatione, ac etiam vigore hypothecæ hæredũ institutorum post mortem ementis.*

666 *Officium emptum cum libera disponendi reseruatione, sed sub cõditione, quod nõ aliter de eo dispositum, remanere deberet illi, sub cuius vita, & periculo emptum erat: eo casu per generalem institutionem hæredis non dicitur de eo dispositum.*

667 *Interpretatio largè facienda est, quando non agitur de alicuius præiudicio, secus si ageretur de alterius præiudicio.*

668 *Negligentia, & prætermissio non præsumitur.*

669 *Saluianum experiri potest super fructibus nondum exactis.*

670 *Saluianum intentari potest super fructibus officij habentis titulum dum viuit, vigore suæ hypothecæ, quia super fructibus cadit hypotheca.*

671 *Fructus officij acquiruntur ei, qui habet dominium officij.*

672 *Saluianum, an experiri possit per creditorem patris vsufructuarij bonorum filij.*

673 *Pater est vsufructuarius bonorum aduentitiorum filij, etiam si esset coniugatus.*

674 *Saluianum ex generali obligatione, & hypotheca patris, creditor experiri poterit super dictis fructibus, cùm possit in alium commoditatem transferre.*

675 *Amplia in dote, & donatione propter nuptias ex dispositione statuti super lucratis, ac etiã si adesset Statutum permittens filiam posse testari.*

676 *Amplia in omni eo, quod ex Statuti dispositione constante matrimonio Vxori acquiritur, vel defertur viro, cùm sit filius familias.*

677 *Amplia, vt vsusfructus acquiritur patri, etiam si statutum permitteret filium posse testari.*

678 *Amplia in fructibus relictorum ab auo paterno nepoti ex filio.*

679 *Amplia in omni eo, quod filius sua opera, & labore acquisiuit, & dicuntur aduentitij.*

680 *Amplia in fructibus ex feudo patris per filium sua industria acquisitis.*

681 *Amplia in eo, quod quis ex bona fortuna, vel ex liberalitate amicorum, item in salario Procuratoris, item in salario à Testatore relicto, item in salario Notariorum, deducto victu, & vestitu.*

682 *Amplia in casibus, in quibus bona filij propter eius delictum ceciderãt in commissum, nam pater retinet vsumfructum.*

683 *Amplia etiam si bona ad filium ex delicto patris peruenerint.*

684 *Amplia etiam si filius Monasterium ingrederetur.*

685 *Amplia si efficiatur Episcopus.*

686 *Amplia, quod vsusfructus semper remanet penes patrem, ipso vitam viuente.*

687 *Pater ingrediens Monasterium, an vsusfructus ei acquisitus Monasterio acquiratur, vide remissiuè.*

688 *Pater acquirit vsumfructum in bonis filij, etiam si filius moriatur.*

689 *Amplia etiam si filius, vel filia esset coniugatus, vel coniugata, vel vidua, quia per Matrimoniũ non liberatur à patria potestate.*

690 *Amplia in vsufructu bonorum maioratus filijfamilias, scilicet donec vixerit.*

691 *Limitatur, quando expresse esset prohibita illius alienatio.*

692 *Limitatur etiam, quando primus maioratus institutor expresse disposuisset, parentes ex bonis eiusdem maioratus, vsumfructum percipere non posse.*

693 *Et quod pater possit ex bonis aduentitijs filij v-*

sumfructum accipere, amplia in pluribus alijs modis, ut hic remißiuè cum suis limitationibus, quibus adde etiam, si filius bona sua donasset, & latius, nu. 694.

695 Patri ad effectum acquirendi vsumfructum in bonis aduentitijs filij sufficit, quod tempore acquisitionis filius esset sub patria potestate, licet postea liberetur.

696 Saluianum in omnibus supradictis casibus per creditores patris experiri poterit deducto victu, & vestitu filij familias, & eius Vxoris.

697 Pater denegans alimenta filio supradicto casu amittit vsumfructum.

698 Pater non acquirit vsumfructum in bonis aduentitijs filij si emancipat, reprobata contraria opinione.

699 Amplia etiamsi pater in emancipatione tale ius acquirendi sibi reseruasset, talis enim reseruatio seu conuentio non sustinetur.

700 Quod tamen sublimitatur in bonis maternis in quibus etiam post emancipationem acquisitis, pater acquirit vsumfructum.

701 Pater retinet medietatem vsusfructus aduentitiorum, quem ante emancipationem habebat.

702 Limitatur tamen, quando pater coactè filium emanciparet.

703 Pater transiens ad secundas nuptias existentibus filijs primi matrimonij, amittit successionem filiorum.

704 Et procedit siue pater transeat ad secundas nuptias, ante successionem, siue post.

705 Pater per transitum ad secundas nuptias amittit lucrum dotis vigore Statuti.

706 Pater per transitum ad secundas nuptias non amittit successionem filiorum in bonis, quæ aliunde filio obuenerunt, quàm ex bonis maternis.

707 Pœna legis fœminæ, cessant in aliquibus casibus, primo quando filij primi Matrimonij cessarent.

708 Cessante causa finalis legis, cessat etiam eius dispositio.

709 Pœna l. fœmina cessat, quando mulier, seu vir de expresso consensu, seu tacito secundo nubat.

710 Quod intelligendum est, si post annum luctus secundo nupserit, alias licentia non suffragatur.

711 Immo intra annum luctus dicta pœna remitti non potest.

712 Pœna l. fœmina tacitè remittitur si Vir aliquod Vxori leget, si secundo nubat.

713 Item, quando filius dum vixit, de ea conquesta non fuerit.

714 Item, quando filij scientes matrem conuolasse ad secundas nuptias, & essent certi de iure suo, nihilominus, in diuisione integram portionem assignarent, vel aliter donarent, dicitur remissa pœna.

715 Consensus tacitus remittendi pœnam ad hunc effectum l. fœminæ, non sufficit, vltra taciturnitatem requiritur actus positiuus.

716 Item requiritur, quod sint maiores, & certiorati de iuribus suis, etiam cum patre cohabitent.

717 Pœna l. fœminæ dicitur remissa si filij essent maiores, & certiorati de iuribus suis, & cum patre, & nouerca cohabitarent, & eos dilexissent, & non conquesti sunt.

718 Pœna l. fœminæ non dicitur remissa, quando essent duo filij, & vnus ante mortem matris, vel patris prædecessisset absque conquestione, sed transmittit tale ius conquerendi ad alium filium.

719 Et an dicta pœna recuperetur si pater, vel mater iterum vidua efficiatur, vide remißiuè.

720 Pater non acquirit vsumfructum in bonis filij quæ non sunt alienabilia, & transibilia ad extraneas personas.

721 Et præcipuè in feudo à principe acquisito, & feudo dignitatis cohærente personæ feudatarij, & in feudo acquisito in Castris virtute armorum.

722 Contrarium ibi.

723 Verùm illud procedit in feudo paganico, secus in emphytheosi, & in feudo inalienabili.

724. Ius commune seruatur in feudali materia, vbi nõ adest textus, vel decisio expressa.

725 Patri in aduentitijs acquiritur vsusfructus.

725 Fructus feudi à solo separati non dicuntur feudales, sed allodiales.

727 Saluianum super dictis fructibus experiri poterit.

728 Pater non acquirit vsumfructum in maioratu à Rege filio donato, vel si in ipso maioratu adesset expressa prohibitio alienationis, vel si primus maioratus institor expresse disposuerit, parentes non posse vsumfructum ex eo percipere.

729 Pater spurius non acquirie vsumfructum bonorum filiorum.

730 Limitatur, quando filius esset legitimatus.

731 Pater non acquirit vsumfructum in dote aduentitia filia, veluti si ab extraneo esset dotata.

732 Amplia, quod nec acquirit vsumfructum in omni casu, vbi pater, vel filius in aliqua hæreditate simul succedunt, quia tunc in portione filij extinguitur vsusfructus.

733 Amplia etiam si ab extraneo pater, & filius simul ad hæreditatem essent vocati.

734 Amplia in casu in quo liceat filio retrahere rem à patre venditam, quia non solum fructus, sed etiam proprietatem recuperat.

735 Amplia in bonis alienare prohibitis sub pœna, vt ad filium reuertantur.

736 Amplia, quando filius inuito patre hæreditatem adiuit.

737 Amplia, quando pater dißiparet omnia bona filij, priuatur illorum administratione, & vsufructu.

738 Et quando teneatur conficere inuentarium, & rationem reddere, vide ibi remißiuè.

739 Amplia patrem priuari vsufructu, quando ob alicuius delictum amittit bona, & filio applicantur.

740 Contrarium ibi.

741 Tamen pater debet habere alimenta in casu indigentia.

742 Amplia in bonis, quæ pater per fideicommissum grauatus est restituere filio.

743 Fideicommissum relictum fauore filiorum habet tacitam conditionem, cum filij essent sui iuris.

744 Fideicommissum, quando est purificatum, omnes actiones, tam actiua, quam passiua transeunt in fideicommissarium, tam contra grauatum, quàm contra omnes alios.

745 Patri dicitur probitus vsusfructus, quando actio redditur filio contra patrem.

746 Patri non acquiritur vsusfructus in bonis filij, dum

dum constat de mente testatoris, & pater tenetur restituere hæreditatem filio.

747 *Ampliaprocedere in omni casu, vbi aliàs testatoris præceptum redderetur nullum, & frustratorium, nisi pater remaneret priuatus vsufructu.*

748 *Amplia, quando in homine, vel à lege relinquuntur, vel deferuntur bona filio cum prohibitione, ne patri acquiratur vsufructus.*

749 *Et an pater in hoc casu dicatur legitimus administrator, vide ibi remissiuè.*

750 *Amplia, quando à Principe aliquid donatur filio, quia assumit naturam Castrensium.*

751 *Amplia, quando testator mandasset, quod filio soluerentur tot pecuniæ.*

752 *Amplia, quando testator mandasset vt fructus, & reditus reinuestirentur in tot stabilibus in commodum hæredis.*

753 *Amplia, quando instituto patre, aliquid filio separatim relinquitur.*

754 *Amplia, quod in multis casibus vsufructus patri non acquiratur, tamen acquiritur ei commoditas illorum fructuum.*

755 *Amplia quod adsunt etiam nonnulli casus, in quibus nec commoditas patri acquiritur, veluti, quādo patri in pœnam aufertur vsufructus.*

Item, quando ex dispositione hominis patri prohibetur vsufructus.

756 *Amplia, quando esset solus vsufructus filio relictus, non autem proprietas, sed habet commoditatem, & nu. 759.*

757 *Seruitus seruitutis non datur.*

758 *Pater habet commoditatem, vbi non habet vsumfructum formalem, sed ius vtendi, & fruendi arbitrio boni viri.*

760 *Limitatur tamen, quando patri vsufructus est prohibitus.*

751 *Pater, quando solus vsufructus filio relinquitur, de eo acquirit commoditatem, & tenetur cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & cautionem præstare de restituendo fructus, vel eorum æstimationem.*

762 *Contrariū nempe patrem acquirere vsumfructū formalem, non autem commoditatem, nec teneri ad restitutionem, vt tenet Castill. l. fi. C. de vsufructu.*

763 *Declaratur secundum Castill.*

764 *Vsufructus remanet intactus respectu patris, vel domini decedente filio, vel seruo, & num. 766. & 770.*

765 *Vsufructuarius hoc casu dicitur pater non filius secundum Castill.*

767 *Verba legis in proprio casu intelligenda sunt.*

768 *Vsufructus formalis si relinquitur filio, eo casu filius concurrit cum patre, idest filius quo ad titulum & pater quo ad effectum recipiendi vsumfructum eo viuente, & sic impedit quominus talis vsufructus consolidetur cum proprietate.*

769 *Vsumfructum residere penes patrem, & filium, est contra communem opinionem.*

771 *Possidere eandem rem duo in solidum non possunt.*

772 *Possidere eandem rem duo in solidum possunt ad diuersos effectus.*

773 *Filius, & seruus æquiparantur in acquirendo vsumfructum patri, vel domino.*

774 *Determinabile verbum respiciens plura determinabilia, vniformiter debent illa determinari.*

775 *Filius, & seruus valde differunt in acquirendo vsumfructum.*

776 *Seruus quidquid acquirit, acquiritur domino, secus est in filio.*

777 *Determinatio vna non semper æqualiter determinat, vbi maior est fauor.*

778 *Seruus non potest esse procurator.*

779 *Filius familiàs potest esse procurator.*

780 *Pater in vsufructu filio relicto habet commoditatem, id est fructuum fructus, sed vsumfructum principaliter filio restituere tenetur retenta commoditate.*

781 *Seruitus seruitutis non permittitur.*

782 *Pater non tenetur rationem reddere de commoditate sibi acquisita.*

783 *Sed fructum principalem restituere tenetur.*

784 *Patri acquiritur vsufructus ad effectum, vt ex eo capiat commoditatem, id est fructuum fructus.*

785 *Legatum contemplatione filij, & non patris, in dubio censetur relictum.*

786 *Legatum, quando contemplatione filij relinquitur, tunc proprietas soli filio acquiritur.*

787 *Vsufructus formalis filio relictus, tanquam proprietas filio acquiritur, & vsufructus patri.*

788 *Dominium rei legatæ filio statim in eum transit.*

789 *Pater in bonis aduentitiis filij acquirit vsumfructum, sed non acquirit vsumfructum filio relictū, quia illius dominium filio acquiritur.*

790 *Dominium eiusdem rei penes duos dominos in solidum esse non potest.*

791 *Pater tenetur reddere rationem de vsufructu filio legato, & cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri præstare tenetur.*

792 *Saluianum experiri potest vigore obligationis patris super commoditate, id est super fructibus dicti fructus.*

793 *Saluianum an experiri possit contra omnes alios vsufructuarios.*

794 *Ius vsufructus obligari, vel hypothecari non potest, sed potest vendi, & obligari commoditas vtendi, & fruendi.*

795 *Vsufructuarius non potest cedere suo creditori vsumfructum.*

796 *Sententia lata pro debito vsufructuarij non potest exequi contra vsumfructum, sed contra cōmoditatem illius vsufructus.*

797 *Donans, seu cedens omnia bona reseruato sibi vsufructu, non potest ius ipsius vsufructus in creditores transferre.*

798 *Vsufructus non transit in Fiscum, sed sola commoditas, & vide declarationes ibi remissiuè.*

799 *Vsumfructum cedens, dicitur sola commoditas cessa.*

800 *Et per clausulam constituti dicitur sola commoditas translata.*

801 *Vsufructus in bonis Emphyteoticis, & feudalibus non acquiritur, scilicet in feudo ex pacto, & prouidentia, quæ sunt inalienabilia, & numera 802.*

803 *Et idem in Emphytheosi inalienabili.*

804 *Commoditas acquiritur ex feudo, & Emphytheosi inalienabili.*

805 *Commoditas obligari, & hypothecari, & in alium transferri potest.*

806 *Vsufructus potest ex bonis Emphytheoticis alie-*

habilibus constitui, & illum obligari, & hypothecari, ac etiam eandem Emphyteusim, & numer. 807.

808 *Et durante dicto vsufructu si res aliqua in commissum ceciderit, non ad vsufructuarij vtilitatem, sed ad proprietarium spectabit, reprobata distinctione Tiraq.*

809 *Commoditas patri acquisita in bonis filij differt ab aliis commoditatibus, nam talis commoditas est habere fructum fructus.*

810 *Commoditatem pater habet in bonis filij in vtendo fruendo arbitrio boni viri, sed pretium illorum tenetur restituere, non autem fructum fructus, cum sui iuris erit.*

811 *Pater cautionem praestare tenetur de restituendo, & fruendo, vt dictum est.*

812 *Commoditas valde differt ab vsufructu.*

813 *Vsufructus patri acquisitus morte filij non extinguitur, sed durat donec viuit, sed in casibus, vbi habet solam commoditatem tenetur fructus filio restituere, cum sui iuris fuerit.*

814 *Commoditas in bonis Emphytheoticis, & feudalibus durante vita feudatarij, seu Emphyteuta durat.*

815 *Commoditas altera est, quam habet pensionarius, quando pensio posita est super capite alterius, & durante vita illius super cuius capite imposita est, perdurat.*

816 *Commoditatem huiusmodi, qui habet, agit actione mandati ad eam consequendam.*

817 *Commoditas ista obligari, & hypothecari potest, & ideo Saluianum super ea experiri potest.*

818 *In vsufructu generali, veluti in legato omnium bonorum omnes res comprehenduntur.*

819 *Comprehenduntur etiam omnes vtilitates, & emolumẽta, quae quoquo modo ordinariè, vel extraordinariè contineri possunt.*

820 *Amplia procedere etiam si sine pronomine* meorũ *legatum esset.*

821 *Amplia etiam in augmento facto per alluuionem.*

822 *Amplia etiam, quod insula per alluuionem post factum legatum non accreuerit.*

823 *Amplia in vsufructu generali venire etiam laudemium.*

824 *Amplia etiam, quod in eo comprehenditur ius praesentandi.*

825 *Amplia in emolumento, & fructu ex exemplatione protocollorum percepto.*

826 *Amplia, quod in vsufructu veniunt etiam salaria actuarij, & cabellionum.*

827 *Pecuniae redactae ex protocollis non spectant ad vsumfructuarium, quando in perpetuum penes ipsum essent remansura.*

828 *Pecunia praedicta, quae penes vsumfructuariũ permanere debent ad effectum vtendi, & fruendi durante vsufructu, tunc veniunt eodem modo in vsufructu.*

829 *In vsufructu veniunt poenae, confiscationes, & multa alia, quando est concessum Castrum ad vsumfructum, vel datum in dotem prout emolumenta officiorum.*

830 *Amplia venire etiam venationes, & piscationes.*

831 *Amplia etiam venire animalia, & pisces, & columbos, quae detinentur in viuario, quãdo in eorum locum alia subrogantur.*

832 *Amplia, quod in dicto vsufructu veniunt etiã vectura animalium, & iumentorum.*

833 *Amplia etiam comprehendere vecturas nauium.*

834 *Amplia comprehendere foetus animalium.*

835 *Vsufructuarius tenetur alia animalia in locum demortuorum eiusdem generis ponere, & finito vsufructu illa restituere.*

836 *Et repletio huiusmodi ex foetibus eiusdem generis facienda est, & quando repletio ex eis fieri non potest, tunc aliunde substituere non tenetur, sed gregem prout reperitur restituere tenetur.*

837 *In vsufructu veniunt etiam aurifodina, & lapidicina, quando cultura essent nociua.*

838 *Intellige procedere, quando fundus non deterioraretur, sed pretiosior fieret, aliter vsufructuarius teneretur ex caua restituere.*

839 *Intellige secundo de lapidibus qui ibi nascuntur, non autem de marmoribus quae ibi inueniuntur.*

840 *Thesaurus si per vsumfructuariũ inueniatur, vna pars ad vsumfructuarium, alia pars ad proprietarium spectat.*

841 *In vsufructu omnium bonorum veniunt etiam omnia bona, quae vsu consumuntur, sed vsufructuarius tenetur satisdare de restituendo tantundem, vel eorum pretium.*

842 *Amplia quod etiam veniunt nomina debitorum.*

843 *Legato vsufructu omnium bonorum mobilium, & immobilium non veniunt iura, & actiones.*

844 *Legato vsufructu omnium bonorũ quae domi sunt, tunc veniunt omnia iura, & actiones.*

845 *In legato mobilium non veniunt venalia.*

Limitatur quando est factum coniuncta persona.

846 *Limitatur etiam quando dixerit,* lego omnes *res: vel si dixerit,* quoquo modo sunt in domo.

847 *In legato mobilium An veniant pecuniae, vide remissiuè.*

848 *Et an veniat Molendinum, vide remissiuè.*

849 *Et an in legato vsusfructus omnium bonorum veniant vinum, oleum, frumentum recõditum ad vsum domus, vide remissiuè.*

850 *Vsufructuarius potest incidere arbores caduas ac siluam caduam quando essent infructifera, & renascerentur.*

851 *Contrarium quod sit seruanda consuetudo Testatoris, tenent nonnulli, sed prima opinio videtur verior.*

852 *Vsufructuarius non potest siluam quae ad pasculandum tantum detinetur, etiam quod sit cadua incidere.*

853 *Silua cadua dicitur quae breui tempore renascitur, & est verior.*

854 *Maritus non potest deteriorem cõditionem in dotem afferre.*

855 *Vsufructuarius potest siluam caduam incidere etiam si in totum non esset inutilis, veluti quia produceret castaneas Siluestres, vti glandes, si esset illius loci consuetudo ita incidendi.*

856 *Vsufructuarius non potest arbores fructiferas incidere quando à principio ad producendos fructus sunt constituta.*

857 *Vsufructuarius tenetur alias arbores in locum demortuarum plantare.*

858 *Amplia procedere in Vasallo, in Emphyteota, & in colono, aliàs possunt expelli.*

859 *Vsufructuarius tenetur ad damna, quae ex sua culpa eueniunt.*

860 *Vsufructuarius potest arbores incidere, quando*

ex in-

ex incisione silua efficeretur fructuosior.

861 Vsufructuarius potest arbores fructiferas incidere, quando in eumdem locum alias substituit.

862 Item quando grandes illæ arbores essent ad illius loci refectionẽ necessaria. Item quando illa Silua non cædua esset vsufructuario inutilis, ne tale legatum reddatur frustratorium.

863 Saluianum in omnibus supradictis casibus experiri poterit.

864 Vsufructuarius non habet integrum vsumfructum, quando testator aliquas res particulares alteri legauerit, sed in ea re concurret pro medietate.

865 Amplia procedere, siue vsufructuarius sit vniuersalis, siue particularis, siue ambo particulares legatarij.

865 Sublimitatur quando constaret de mente testatoris volentis vsumfructuarium integrum vsumfructum percipere, tunc legatarij solam proprietatem habebunt.

867 Vsufructus si fuerit vni legatus, & alteri similiter idem fundus, tunc ambo in vsumfructum dicti fundi concurrunt.

858 Contrarium ibi, sed prima est Communis.

869 Vsufructus si vni fuerit relictus, & alter hæres in omnibus bonis pleno iure institutus, tunc hæres dicitur institutus in proprietate, & vsufructu, & concurrit cum vsufructuario.

870 Vsufructus si vni relictus esset, & duobus aliis communiter idem fundus relictus esset, tunc illi medietatem vsusfructus habebunt, & altera medietas ad vsumfructuarium spectabit.

871 Vsufructus si vni relictus esset omnium bonorum, & alteri prædia particularia legata essent, tunc etiam simul concurrunt.

872 Vsufructuarius, quando non concurrit cum legatario, vide remissiuè.

873 Vsufructuarius omnium bonorum non acquirit vsumfructum in feudo.

874 Amplia etiam si testator de feudo mentionem fecisset, quia in feudo vsumfructum constituere non potest.

875 Sublimita in feudo nouo alienabili, vel hæreditario.

876 Vsufructuarius non acquirit vsumfructum in Emphytheosi inalienabili.

877 Vsufructuarius non acquirit vsumfructum in bonis fideicommisso subiectis.

878 Limita, quando testator non haberet, nisi bona feudalia Emphytheotica, & restitutio iis subiecta.

879 Vsufructuarius potest percipero vsumfructum bonorum feudalium, & Emphyteoticorum, quãdo testator iussit vsumfructuarium posse præcipere vsumfructum dictorum bonorum, & hæres adiuit hæreditatem simpliciter siue beneficio legis, & Inuentarij.

880 Vsufructuarius omnium bonorum non potest percipere vsumfructum legitimæ filiorum præmortuorum, quia illa debetur simul cum vsufructu.

881 Amplia si filius decessit hærede extraneo constituto.

882 Legitima transit ad extraneos heredes, sine onere, & debentur fructus à die obitus, etiam de bonis per patrem donatis.

883 Limitatur, quando mater esset filio à patre pupillariter substituta, quia tunc habebit etiam vsumfructum in legitima.

884 Pater potest filio pupillariter substituere.

885 Pater potest onus super legitimam filio imponere, quando pater plusquam legitimam filio relinqueret, & sustinebit etiam quo ad vsumfructum legitimæ.

886 Limitatur, quando filius renunciaret illud, quod fuit supra legitimam ei relictum.

887 Vsufructuarius habet vsumfructũ bonorum præsentium, non autem futurorum, quia vsufructuarius intelligitur de bonis existentibus tempore testamenti, non autem de postea acquisitis.

888 Limitatur tamen, quando legatum esset factum coniunctæ personæ, quia tunc attenditur tempus mortis testatoris, non autem testamenti.

889 Vsufructuarius potest etiam fructus pendentes, & maturos tempore in quo dies legati cedit à die aditæ hæreditatis percipere.

890 Vsufructuarius hoc casu poterit etiam actione de dolo cõtra hæredem agere, si differret hæreditatem adire, quia vellet dictos fructus percipere.

891 Vsufructuarius cui legatus est vsusfructus in recompensam, veluti si esset relictus vxori in recompensam suæ dotis, tamen comprehendit fructus, qui tempore mortis testatoris extabant.

892 Vsufructuarij hæredes fructus recollectos aut pendentes, sed nondum in horreo conductos habebunt.

893 Fructus verò pendentes non recollecti, ad proprietarium spectant.

894 Legato vsufructu omnium bonorum Vxori relicto, restringitur ad alimenta.

895 Vsufructuarius, quando teneatur conficere inuentarium, & cautionem præstare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, vide remissiuè.

896 Saluianum contra vsumfructuarium in ea parte tantum, in qua vsumfructum acquirit experiri poterit.

897 Vsufructuarius pro consequendo vsumfructum, siue sit particularis, siue generalis habet exercitium omnium actionum hæreditariarum, etiam absque cessione hæredis.

898 Poterit etiam agere proprio nomine, ac sine proprietarij mandato actione reali, vel personali.

897 Saluianum, an intentari possit vigore cessionis factæ alicuius hypothecæ.

900 Cessionarius dicitur propriè principalis creditor.

901 Cessionarius succedit in locum cedentis.

902 Saluianum competit cessionario.

903 Cedi etiam possunt iura anterioritatis, & posterioritatis quando ceduntur iura personalia, & erit anterior Saluiano.

904 Cessio fieri potest, etiam de credito obligatione Camerali vallato.

905 Cessionarius habebit vigore cessionis executionem paratam, & viam executiuam.

906 Cedere potest creditor iura in iudicio deducta, quando sunt indubitata, & peteretur executio illius iudicij, & an eis Saluianum experiri poterit.

907 Cedi etiam potest ius immissionis, & ipsa tenuta.

908 Cedi etiam potest possessorium.

909 Limitatur in possessorio iuris.

910 Cessio de quibus iuribus fieri possit, vide remissiuè.

911 *Cessio ex internallo, quando fieri possit, vide remissinè.*

912 *Cessionarius tenetur obseruare, & adimplere omnia, ad quæ tenebatur cedens, & in eo transeunt iura actiuè & passiuè.*

913 *Contra cessionarium competunt omnes actiones, quæ competebant contra cedentem.*

914 *Intellige de exceptionibus, quæ rem respiciunt.*

915 *Cessionarius tenetur intimare debitori cessionem, nisi scientiam habuerit.*

916 *Cessionarius tenetur probare existentiam crediti, & præsertim, quando in actu est oppositum.*

917 *Cedi non potest tacita hypotheca, quæ mulieri cōpetit pro recuperatione suæ dotis cum priuilegio anterioritatis.*

918 *Dictio* tantum *est taxatiua, quæ excludit omnes alios casus, & effectus, & omnes alias personas.*

919 *Limitatur in filio, cui cedi potest talis tacita hypotheca, quia gaudet eodem priuilegio.*

920 *Item in hæredem sanguinis, licet secus sit in actione personali.*

921 *Contrarium quod actiones personales transeunt in filios susceptos in eodem matrimonio.*

922 *Cessio facta per mulierem, quæ ad sui vtilitatem facta est, tunc priuilegia mulierum transeunt in cessionarium, & exemplum, vide ibi.*

923 *Cedi non potest hypotheca tacita, quæ locatori cōpetit in rebus inuectis, & illatis in domum conductam.*

924 *Cedi non potest ius exigendi alimenta futura, & percipere in præiudicium tertij.*

925 *Hypotheca competit pro alimentis à marito debitis.*

926 *Hypotheca competit pro alimentis in bonis Vxoris, vel alterius, qui dotem promisit.*

927 *Hypotheca competit vnicuique debenti alimenta.*

928 *Saluianum cessat in omnibus supradictis casibus, quia hypotheca illa cedi non potest.*

929 *Saluianum an experiri possit, quando alimenta debentur ex redditibus aliquorum bonorum, vel ex legato, vide remissiuè.*

930 *Cedi non potest hypotheca, quæ datur pro fideicōmisso generali, quia nec fideicommissum generale cedi potest.*

931 *Limitatur in legatis, & fideicommissis particularibus.*

932 *Cedi non potest ius immittendi mortuum in sepulturam.*

933 *Cedi non potest ius, & hypotheca vni ex fideiussoribus in solidum obligatis ad effectum, vt illius vigore agi possit contra fideiussores, & omnes, vide ibi, sed contrarium, & concordiam, vide infra.*

934 *Amplia in pluribus debitoribus.*

935 *Rei plures debendi dicuntur, quando plures in solidum sunt obligati, vti principales.*

936 *Si Rei sunt duo debendi, differunt à fideiussoribus, quia tenentur principaliter.*

937 *Cessionario extraneo, qui soluit de proprio competit omne ius, quod principali competebat.*

938 *Fideiussor, qui integrum debitum soluit recuperat pro rata à confideiussoribus, si cessionem habuerit.*

939 *Amplia si non esset facta cessio.*

940 *Fideiussor soluens debitum collit suam, & alterius obligationem, & à confideiussore ratam portionem repetit.*

941 *Fideiussor, qui soluit annullat etiam cōfideiussoris obligationem, & habet beneficium vigore Epistolæ Diui Adriani, & habet repetitionem.*

942 *Absurdum videtur, quod dicitur fideiussorem confideiussorem à lite, & obligatione liberare, & totum damnum, & incommodum in se recipere.*

943 *Cessio redderetur fere vana, si contra confideiussorem exercere non posset.*

944 *Obligatio Cameralis cedi potest, & in cessionarium transit.*

945 *Confideiussores se obligando videntur, quasi adinuicem contrahere, & eo pacto vnus alterum pro parte releuat, & quasi societas contracta de eo videtur.*

946 *Stipulatio est necessaria in obligatione, quæ oritur ex fideiussione.*

947 *Secus in tacita obligatione, quæ inter confideiussores oritur.*

948 *Fideiussio facta ex causa onerosa, tunc datur repetitio à confideiussore.*

949 *Si verò est facta ex liberalitate, tunc si soluit nō repetit à confideiussore, nisi sint socij.*

950 *Confideiussores in multis casibus ad inuicem tenentur, vt ibi.*

951 *Fideiussores, quando simul, & vnico contextu se obligarunt in solidum, tunc videtur conuentum, vt æquè ferant onus, vt principalis, aliàs nōn essent promissuri.*

952 *Fideiussores plures si vnus in absentia alterius se obligauit, si sunt socij agunt ad inuicem iudicio societatis.*

953 *Confideiussor si soluit in casu in quo impossibile foret competere beneficium diuisionis, esset que contractum occasione rei corporalis, tunc datur repetitio à fideiussore.*

954 *Amplia etiam si mutui periculi causa esset fideiussum.*

655 *Iudicium secundum veritatem faciendum est, aliàs sententia non tenet.*

956 *Iudicis arbitrio relinquendum est quo animo sit facta fideiussio.*

957 *Emptor qui soluit de precio domus emptæ obtenta cessione, hoc casu cessio nihil operatur.*

958 *Fideiussor qui soluit nomine debitoris, vel de pecunijs debitoris, non acquirit cessionem.*

959 *Cessionario consignanda sunt iura Apochæ Instrumento cessionis accedente.*

960 *Saluianum, quando vigore hypothecæ conditionalis experiri possit.*

961 *Actio vigore obligationis conditionalis non oritur, nisi adueniente conditione.*

962 *Hypotheca conditionalis non oritur ante euentum conditionis.*

963 *Ampliatur, tam in tacita, quàm in expressa hypotheca.*

964 *Ampliatur procedere, tam in principali, quàm in accessorio.*

965 *Contrarium, quod ante euentum conditionis oriatur hypotheca, sed non exercitium illius.*

956 *Obligatio in diem, & hypotheca, quando exerceri possit ante diem, & quando, vide remissinè.*

967 *Saluianum ante euentum conditionis hypothecæ appositæ experiri non potest.*

968 *Conditio causalis operatur, vt ius dicatur conditionaliter acquisitum.*

969 Con-

969 *Conditio causalis, & potestatiua inter se differunt, vt ibi.*

970 *Debitor suspectus de fuga potest ante euentum conditionis conueniri.*

971 *Amplia etiam pendente appellatione.*

972 *Conditio non impedit exercitium actionis, quando adest legitima causa.*

973 *Legatum sub conditione, quod tale legatum daret suae filiae pro dote debetur si de aliena pecunia fuerit maritata.*

974 *Conditio expressa, quae tacitè inest, de iure, nihil operatur, & non reddit contractum conditionalem.*

975 *Intellige, quando inest de necessitate, non autem de voluntate.*

976 *Conditio non impedit actum obligationis ad fauorem Fisci ex causa publica necessitatis.*

977 *Conditio, quae intra tempus conditionis adimpleri non potest, tunc non expectatur tempus conditionis, sed statim peti potest.*

978 *Legatum pro dote relictum filiae, non excedens summam legitimae, dicitur purum.*

979 *Pater tenetur relinquere filiae legitimam purè, non autem sub conditione.*

980 *Legatum pro dote, etiam si excederet summam legitimae, dicitur purum.*

981 *Contrarium, quod pro rata legitimae tantum dicatur purum, vide ibi.*

982 *Legatum factum filiae pro dote à patre diuite, dicitur purum.*

983 *Item dicitur purum, quando esset communis vsus loquendi in Ciuitate, quod mulieres dicantur dotatae, etiam quod non nupserint, veluti si dicatur talem habere amplam dotem.*

984 *Item dicitur purum, si pater omnibus filiabus dotem reliquisset, & prima iam nupsisset, & dotem consecuta fuisset, ne inaequalitas inter eas oriretur.*

985 *Item dicitur purum, quando pater filiae dotem reliquit, & iussit eam stare tacitam, & contentam.*

986 *Legitima conditionem non recipit.*

987 *Item legatum dicitur purum, quando pater titulo institutionis dotem filiae reliquit, & extaret statutum exclusiuum foeminarum.*

988 *Item legatum dicitur purum, quando pater dotem filiae reliquit, & interim mandauit praestari alimenta.*

Contrarium, vide ibi.

989 *Item dicitur purum, quando pater in legando vsus est verbis praeteriti temporis.*

990 *Item dicitur purum, quando non extat statutum, quod filia dotata non succedat cum Masculo.*

991 *Conditionalis actus non dicitur, quando conditio tacita ex natura negotij subintelligitur.*

992 *Conditio pro impleta habetur, quando stat per eum, ad cuius fauorem est apposita, quo minus adimpleatur.*

993 *Item pro adimpleta habetur in detrimentum illius, qui adimplere tenetur.*

994 *Ampliatur etiam, si ille, qui adimplere tenetur, non curat id facere.*

995 *Limitatur, quando constaret testatorem verè voluisse conditionem esse adimplendam.*

995 *Conditio potestatiua habetur pro adimpleta, quando ex natura actus adimpleri non potest.*

997 *Conditio pro impleta habetur, quando ex facto, vel culpa, testatoris apponentis deficit.*

998 *Conditio deficit si oneratus ante euentum conditionis deficeret.*

999 *Conditio necessaria non facit actum conditionalem.*

1000 *Amplia etiam procedere, tam in conditione necessaria de praesenti, quàm de futuro.*

1001 *Conditio impossibilis in vltima voluntate adiecta pro non apposita habetur.*

1002 *Intellige procedere, quando testator sciebat conditionem esse impossibilem, secus si ignorabat esse impossibilem.*

1003 *Conditio, quando pro parte est possibilis, & pro parte est adimpleta, tunc statim agi potest.*

1004 *Conditio, quando operatur circa impeditum, vide remissiuè.*

1005 *Conditio sub modo facta non suspenditur, quando est adiecta ad fauorem legatarij, secus si ad fauorem tertij.*

1006 *Saluianum in omnibus supradictis limitationibus statim experiri potest.*

1007 *Clausula constituti transfert naturalem, & ciuilem possessionem.*

1008 *Saluianum non datur possidenti.*

1009 *Intellige de ficta iuris possessione non reali.*

1010 *Venditor licèt sit liberatus à traditione possessionis iuris per clausulam constituti, non tamen liberatur à traditione possessionis actualis.*

1011 *Constitutum transfert dominium ipso iure in legatarium.*

1012 *Declara non verè, sed fictè.*

1013 *Constitutum transfert possessionem, tamen potest constitutarius Saluianum intentare pro consequenda reali possessione.*

1014 *Saluianum datur pro legato.*

1015 *Donatarius potest ex constituto agere ad consecutionem bonorum.*

1016 *Constitutum non transfert possessionem conditionalem, quia tunc etiam constitutum dicitur conditionale.*

1017 *Constitutum non operatur suum effectum, nisi probato constituentem tempore constituti possidere.*

1018 *Limitatur in antiquis, quia possidere praesumitur.*

1019 *Limitatur, quo ad praeiudicium tertij, sed non quo ad praeiudicium constituentis.*

1020 *Sublimitatur, quando tertius haberet causam ab ipso constituente, & quia esset singularis successor.*

1021 *Possessio per constitutum non transfertur, si tertius de cuius praeiudicio agitur, esset praesens, & consentiret.*

1022 *Contraria verò sententia verior est, & sequenda.*

1023 *Constitutum non operatur in bonis postea, & sic in iuturis acquisitis, nisi expressè fuerit dictum.*

1024 *Constituens non acquirit constitutario, nisi eo animo acquirat, secus si eo animo, vt sibi non constitutario acquirat.*

1025 *In dubio pro constitutario acquiri praesumitur.*

1026 *Constitutum non operatur, quando post mortem constituentis ipsa bona fuerint ab haerede apprehensa, & postea constitutarius neglexerit apprehendere naturalem possessionem.*

1027 *Constitutarius sciens haeredem possessionem ac-*

cēpiſſe per modicum tempus, amittit poſſeſsionem quam habebat.

1028 *Constitutum non operatur ſtante nullitate contractus.*

1029 *Constitutum non tollitur per praſcriptionem decem annorum, licet hypotheca tollatur à tertio, cùm ſit ſeparatum ab hypotheca.*

1030 *Saluianum non datur ſemel immiſſo in poſſeſsionem vigore Saluiani.*

1031 *Limitatur, quando ex diuerſa cauſa, vel ex diuerſa obligatione.*

1032 *Limitatur, quando ageretur contra diuerſas perſonas.*

1033 *Limitatur, quando ageretur vigore Instrumenti in quo daretur electio.*

De Saluiano vigore expreſſæ generalis Obligationis.

Capvt II.

PRæſuppoſita igitur concluſione ſuper ius firmata, & quia Saluianum Interdictum non datur ſine hypotheca, vt fuit deductum ſupra *in 2. Inſpect. cap. 4. num.* 107. & vt aliquo ordine procedamus, prius de Saluiano vigore expreſſæ hypothecæ, diſcutiemus, quæ qualis ſit latè ſupra *in 2. Inſpect. cap. 1. nu.* 29. fuit deductum, & ſucceſ-
ſiuè in ſequenti capitulo de Saluiano vigore ta-
1 citæ hypothecæ explicabimus. Verùm, quia ex-
preſſa hypotheca duplex eſt: quædam eſt gene-
2 ralis, qua partium conuentione generaliter bo-
na pignorantur, de qua loquitur text. *in §. item Seruiana Inſt. de act. & toto titulo, ff. & C. de pign.* & ita per Iaſ. *in d. §. item Seruiana, num.* 70. & per Bell. *ibi num. 32. verſ. & ita eſt*, & Franc. Balduin. *de pignor. & hypothec. cap.* 9. & de ea loquitur Ne-
3 guſ. *de pignor. in 1. memb. 2. par.* & generalis obli-
gatio verbis vniuerſalibus, & indefinitâ oratio-
ne concipi poteſt, cùm indefinita æquipollet v-
4 niuerſali, *l. ſi ſeruitus, ff. de ſeru. vrb. prad. l. ſi plures*, vbi Bart. *ff. de legat. 2. cap. ſi Romanorum 19. diſtinct.*
5 & in ea veniunt bona præſentia, & futura, etiam ſi fuerit dictum, *obligo omnia bona mea*, vt per Gall. *ad form. Camer. par. 2. quaſt. 3. num.* 3. & etiam ſi fuerit dictum, *obligo omnia bona*, ſine illa dictione *mea*, vel ſi fuerit dictum, *obligo bona mea*,
6 ſine illa dictione *omnia*, vt tradit Bart. *in l. 1. in princip. ff. de pignor.* & per Neguſ. *de pignor. in 2. memb. 2. par. nu.* 2. & per Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 4. num.* 2. vbi ampliat ſi fuerit dictum fide, & periculo rerum ad me per-
7 tinentium, vel per earum actionem ſatisfieri tibi promitto, per tex. *in l. vlt. C. qua res pign. oblig. poſſ. & §. item publicum authen. de argent. contract.*

Verùm quia adſunt nonnulla bona, quæ in generali omnium bonorum obligatione non continentur, ideo prius generaliter de eis mentionem faciemus, & ſucceſſiuè, & particulariter de ſingulis diſcutiemus.

8 Vnde primò limitatur in generali omnium bonorum obligatione non venire bona, quæ non eſt veriſimile, quod quis in ſpecie non eſſet obligaturus, *l. obligatione generali*, vbi Bartol. & Ang. *ff. de pign.* & idem Bart. *in l. 1.* per illum text. vbi cæteri Doctor. *C. qua res pign. oblig. poſſ.* & per Neguſ. *de pignor. in 2. memb. 2. par. num. 34. & ſeq.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 4. num. 2. & num. 14.* ita fuiſſe reſolutum in Rota,
* vt atteſtatur Cardin. Lancellott. in vna Romana bonorum 5. Iunij 1577. *impreſſa in Rot. diuerſ. deciſ. 426. num. 2. par. 2.*

9 Et ratio eſt, ſecundum præcitatos Doctores, quia indefinita non æquipollet vniuerſali, quando diuerſa ratio eſt eorum, quæ ſub vniuerſali oratione continentur, vt per Bart. *in l. ſi pluribus num. 6. verſ. aut per verba pluralia ff. de leg. 2.* in quibus locis exemplificatur in veſtimentis, & aliis ad vitam neceſſariis: Verùm quia præſens concluſio deducitur ex Gabr. *de reg. iur. concluſ.* 12 vbi ponit ampliationes, & limitationes, ideo hoc loco ſola ea deducam, quę ab eo deducta non fuerunt, & neceſſario deducenda forent, reliqua per eum videri poſſunt.

10 Sublimitatur tamen præſens limitatio in mu-
liere repetente dotem propter inopiam viri
conſtante matrimonio, iuxta diſpoſitionem *l.*
11 *ſi conſtante ſolut. matrim.* quia eo caſu non agi-
tur de præiudicio viri, cùm eadem bona debent ei pro oneribus matrimonij deſeruire. *l. vbi adhuc. C. de iur. dot.* & ita declarat Imol. *in d. l. ſi conſtante ſub num. 3. colum. 5. verſ. circa tertiam*, & ibi Cret. *num.* 83. reprobando opinionem Alexand. & ſequitur Card. Mantic. *de tacit. & ambig. in d. lib. 11. tit. 4. num. 33. & ſeq.*

12 Secundo ſublimitatur, quando agitur vigore obligationis Cameralis, quia eo caſu renunciatur omni legū auxilio, vt per Gall. *ad form. Cam. in 1. par. num. 5. in fin.*

13 Tertio ſublimitatur, quod licet in generali obligatione non veniant, quæ in ſpecie quis non obligaſſet, tamen tunc veniunt, quando aliàs ipſa obligatio non valeret, vt per Bar. *in l. liberti. C. de oper. lib.* Petr. Sant. *ſing.* 35. Menoch. *de praſumpt. libr. 6. praſumpt. 4. num. 31. & 32.* dum ex-
14 emplificat quod licèt filia cedat iura, quæ ha-
bet in bonis patris, continentur iura dotis, alioquin ipſa ceſſio eſſet nulla: nam aliàs non cōtineretur, & idem Menoch. ibi dicit idem procedere in donatione, quæ ſui natura ſtrictè interpretatur, & idem in ſententia, quæ ſimiliter ſtrictam recipit interpretationem, vt per Dec. *in l. ius noſtrum num. 11. de reg. iur.* & idem in renouatione iuris proprij, vt per Dec. *in l. ſi donatione numer. 22. & 23. C. de coll.* & idem Menoch. *in d. praſum. 4. num.* 36. dicit hoc procedere etiam contra eum, qui lege apertius dicere potuit, quod tamen limita, vt ibi per eum; nam in iſtis caſibus Saluianum experiri poſſet, cùm valida eſſet hypotheca.

15 Limitatur ſecundo principalis concluſio, quod in generali obligatione non venit pecunia, pro cuius reſtitutione fuit facta obligatio, vt per Bald. *in l. obligatione generali, ff. de pignor.* Roman. *ſing.* 611. cum aliis ibi in addit. Bero. *conſ. 46. num. 20. vol. 1.* Stracc. *de Mercat. in tit. de mandato §. reliquum num. 5. & ſeq.* Surd. *conſ. 613. n. 12. lib. 4.* & rationes vide infra *in quaſt. 9. nu. 229. & ſeq.* nam licèt res empta veniat in generali
16 obligatione ad fauorem venditoris, vt ibi dixi, tamen hoc non procedit ad fauorem Emptoris, *ex iuribus ſupra allegat.* & faciunt tradita per Neguſ. *de pign. in 2. memb. 2. par. num.* 12. & latius infra deducam.

17 Tertio limitatur, quod ſi ſeruus eſſet pignori datus,

datus, non venit eius peculium, vt per Bald. *in l. 1. §. 1. ff. de pignor.*
18 Quarto limitatur, quando verba contractus
essent limitata, & restricta ad certa bona, quia
tunc alia bona non comprehenderentur in illa
obligatione, cùm non detur extensio in contra-
19 ctibus, quando verba sunt limitata ad certum
casum, seu ad certum modum, iux. trad. per Pa-
ris. *cons. 65. nu. 26. lib. 2.* Aym. *cons. 171. nu. 17.* Corb.
*de iur. Emphyt. in tit. de caus. priuat. ob alienat. irre-
quisito domino factam. ampliat. 31. sub num. 4.* Rot.
diuers. decis. 266. n. 28. par. 1.
20 Et ampliatur supradicta limitatio, quod quã-
do obligatio est restricta ad certam quantita-
tem, non extenditur ad fructus, nec ad damna,
vel interesse, vt per Rip. *in d. l. priuilegio. nu. 15. de
priuil. cred.* & idem procedit in fideiussore, qui
21 specificè pro certa quantitate fideiussit: nam
tunc non tenetur ad fructus, secus si simplici-
ter, & indefinitè pro sorte principali fideiussit,
quia tunc tenetur etiam ad vsuras, *l. fideiussores
magistratus. §. 1. ff. de fideiuss.* Neguf. *de pignor. in 4.
memb. 2. par. num. 48.* Gabr. *cons. 52. nu. 8. lib. 2.* Surd.
de aliment. tit. 8. priuil. 50. nu. 2. de quibus latius
infra explicatur. Altera verò est specialis de qua
suo loco discutiemus, ideo prius, de Saluiano
vigore expressæ hypothecæ, & generalis obli-
gationis videbimus.
22 Et nulli dubium est Saluianum Interdictum
vigore generalis obligationis cum hypotheca
concedendum esse, prout in his terminis respõ-
det Socc. Sen. *cons. 80. sub nu. 2. in fin. lib. 3.* Roland.
cons. 14. num. 13. lib. 1. Signorol. *cons. 4. num. 3.* Gabr.
cons. 46. num. 20. lib. 1. & cons. 44. num. 5. lib. 2. Surd.
cons. 131. num. 1. & 5. lib. 1. Rip. *in Rubr. sub num. 19.
vers. amplia de pignor.* Neguf. *de pignor. in 3. memb.
8. par. nu. 19.* Marant. *in sua prax. par. 4. dist. 7. nu. 11.*
Surd. *decis. 174. n. 17. & 18.* Put. *decis. 207. nu. 1. lib. 1.*
& in his terminis tenuit Rot. coram Illustrissi-
* mo Pamphilio in vna Fauentina legati 2. No-
uembris 1589. *in fin. operis decis. 1. num. 4.* Et in alia
* coram Illustrissimo Seraphino in vna Romana
damnorum, & interesse *in eius lib. impress. decis.*
* *935. num. 1.* & coram R.P.D. Bubalo in vna Seno-
gallien. prædij 17. Aprilis 1583. *ibidem decis. 15. nu.*
* *1.* Et coram R.P.D. Penia in vna Romana Sal-
uiani Interdicti 25. Iunij 1599. *ibidem decis. 10. nu.*
* *1.* Et in alia coram eodem in vna Romana Sal-
uiani Interdicti 12 Nouembris 1592. *ibidem decis.*
* *99. nu. 1. & 2.* Et coram R.P.D. Iusto in vna Ro-
mana census, 17. Martij 1600. *ibidem decis. 67. n. 3.*
& alibi pluries, vt habetur in decisionibus ibi-
dem positis.
23 Et sub generali bonorum obligatione omnes
casus comprehenduntur, vt bene per Surd. *cons.
131. num. 5. cum ibi alleg. lib. 1.* prout de singulis suc-
cessiuè explicabimus.
24 Quapropter videndum est, an Saluianum In-
terdictum detur contra bona emphytheotica
vigore generalis obligationis, & hypothecatio-
nis bonorum, & huius quæstionis resolutio
pendet ab ea conclusione, an bona emphytheo-
tica veniant in generali obligatione bonorum,
nam his casibus, in quibus dicta bona obligari,
& hypothecari possunt, erit locus Saluiano In-
terdicto, ideo vt clarior hæc conclusio redda-
25 tur, ponam regulam affirmatiuam, nempe bo-
na Emphytheotica obligari, & hypothecari
posse, & venire in generali obligatione bono-
rum, vt est glos. *in l. fin. in verbo alijs, C. de iur. Em-
phyt.* & tradit ibi Salic. *sub nu. 6.* Ial. *num. 78. & 79.*
& hoc verum esse dicit Bald. *in l. vectigal. versic.
reuoco in dubium. ff. de pign. & hypoth.* & post Bald.
& alios tenet Rip. *in l. filiusfamilias, §. diui, nu. 40.
in fi. de leg. 1.* vbi de communi attestatur, & hanc
etiam communem dicit Grat. *cons. 54. nu. 5. lib. 1.*
prout etiam communem affirmat Gabr. *de reg.
iur. conclu. 12. nu. 18.* & ita communiter teneri ait
Clar. *in §. Emphytheosis, quæst. 18.* & de communi
attestatur etiam Neguf. *de pign. in 2. memb. 2. par.
num. 28.* & post multos per eum alleg. tradit
Corb. *de iur. Emphyt. de caus. priuat. ob alienat. li-
mit. 33. num. 1. & 2.* qui etiam communem atte-
statur, Surd. *decis. 160. num. 1. & decis. 154. num. 4.*
tradit Afflict. *decis. 181. num. 2.* Guid. Pap. *decis. 575.
numero 1.* Rot. *diuers. decis. 3. numero 10. par. secund.*
* & in terminis declarauit Rota coram R. P. D.
Penia in vna Romana bonorum de Cellis Lu-
næ 14. Iunij 1610. *in fine operu decis. quinquagesi-
maquinta, num. 3.* vbi aliàs in Rota fuisse resolu-
tum attestatur.
26 Ex quibus sequitur super eis competere Sal-
uianum Interdictum, vt fuit resolutum in Ro-
* ta coram R.P.D. Penia in dicta Romana Sal-
uiani Interd. Veneris 12. Nouembris 1592. *in fine
operis decis. 99. nu. 2. & 3.* & in alia Romana cen-
* sus coram R.P.D. Iusto Veneris 17. Martij 1600.
ibid. decis. 67. nu. 3. & n. 4.
27 Nec obstat quod bona Emphytheotica hypo-
thecari, & obligari non possunt, *Authent. hoc ius
C. de sacros. Eccles. in fin.* quia respondetur illud
procedere in Prælato, non autem in Emphy-
theota, qui obligando dicta bona, intelligitur
obligare ius suum tantum, vt declarat Bald. *in
l. vectigal. vers. non obstat, ff. de pignor.*
28 Secundò respondetur quod iura, quæ in con-
trarium deduci possunt, non prohibent simpli-
citer alienationem, sed prohibent ius Emphy-
theoticum in alium transferri, & ita respondet
Neguf. *de pign. in 2. memb. 2. par. num. 29.* & ita fuit
* resolutum in Rota coram R.P.D. Penia in vna
Romana Salu. Interd. Vener. 12. Nouembris 1592.
in fin. operu decis. 99. nu. 2. vbi dicit, non obstare
tacitam alienationem resultantem ex text. *in l.
fin. C. de iur. Emphyt.* quia illa non est sufficiens,
29 vt bona Emphytheotica non censeantur com-
prehensa in generali hypotheca bonorum, quia
tex. *in l. fin.* non prohibet simpliciter alienatio-
30 nem, sed venditionem, & iuris hypothecarij in
alium translationem; nam per pignus non fit
huiusmodi translatio, quia remanet in bonis
31 pignorantis, *l. 1. C. de pign.* & consequenter pre-
dicto modo bona Emphytheotica veniunt sub
32 generali hypotheca, reiecta opinione Alex. *in
cons. 16. nu. 4. lib. 2.*
Tertiò respondetur, quod licèt appellatione
alienationis veniat hypotheca, tamen illud est
33 impropriè, & per interpretationem, vt per glo.
in l. fin. C. de reb. alien. non alienan. vbi Bald. Salic.
Castr. *in princ.* qui omnes affirmant quod tunc
34 appellatione alienationis venit hypotheca,
quando sumus in dispositione, in qua fit latissi-
ma interpretatio: secus quando sumus in inter-
pretatione, in qua stricta fit interpretatio, vt
in isto casu prohibitionis alienationis, quæ fit
in odium alterius, vt declarat Socc. Sen. *consil.*

95.*n.2.vol.1.*& per Negus.*de pignor.in d.2. membr. par.2.num.31.*

Nec aduersatur distinctio tradita à Bero.*cons. 127.nu.18.& seq.lib.1.*quam sequitur Surd. *d.decis.*
35 *160.nu.1.in fin.& n.12.*dum dicunt; tunc demum bona Emphyteotica venire in generali obligatione, quādo de eis in obligatione est facta specialis mentio, quę fuit opinio cuiusdam antiqui Doctoris, ptout refert Salic. *in d.l.1.sub num. 6.vers.audiui,C.de iur.Emphyt.*

Nam respondetur, vt per Salic. *in eodem loco* dicentem, leges ex aduerso allegatas nihil probare, cùm loquantur in administratore Eccle-
36 siæ, qui cùm nullum ius habeat in re, nec etiam obligare, vel pignorare poterat, & post Salic.eandem rationem reddit Iaf.*in d.l.fin.nu.78. vers.dicit tamen,* & eodem modo respondit Negus. *in d.2. memb.2.par.sub num.19. vers.ad aliud,* & per Corb. *loco citato sub num.6.* & aliter respondet Bald.*in d.l.vectigal.vers.non obstat ,ff.de pign.*nempe(vt supra dictum est)quod ius super
37 quo Emphyrheota contrahit, & obligat, est ius priuatum ipsius, & non ius Ecclesiæ. Et hoc idem firmat Mantic.*de tac.& ambig.conuent.d.lib. 11.tit.4.n.25.* vbi ampliat procedere tam in Emphytheosi priuatorum quàm Ecclesiæ. Et ideo hoc Ecclesiæ non præiudicat, quia resoluto iure obligantis, resoluitur etiam ipsa hypotheca,
38 & idem firmat Corb.*loco citato* : nam reuertendo Emphytheosim ad dominium, obligatio, & hypotheca euanescit, *vt in d.l.vectigal.*vbi Bald. & Ang.*numero 1.*Bart.*in l.1.§.fin.ff.de superfic.* Alex.*cons.174.nu.5.vol.7.*Guid. Pap. *decis.575.* Boer. *decis.181.num.3.& 7.*& dixit Rot. coram Cardin.
* Seraphino in vna Romana Vineæ Ven.26. Iunij 1598. *in eius lib. impress. decis. 1290. numero 11.* prout etiam dicitur de bonis fideicommisso subiectis ab hærede alienatis, quia vita tantum
39 hæredis durante sustinetur alienatio, *l.fin.§.fin autem conditione.C.de fideicommiss.* & per Castr.*in l.peto,§.fratre,numero secundo,ff.de leg.2.*Rip. *in l. filiusfamil.§.diui.numero 57.& 58.de leg.1.* Achill. *decis.9.de iur.patr.*& tenuit Rot. coram Illustris-
* simo Arigonio in vna Neapolitana Iuris patr. Lunæ 11. Maij 1592. *in fine operis decis.100.numero secundo,* quæ quidem procedere intellige, quando bona sunt simpliciter fideicommisso subiecta, absque alia prohibitione, vt per Doct. proximè allegatos.

40 Immo potest Emphytheota seruitutem imponere duraturam quandiu durat Emphytheosis, vt per Bart.*in l.1.§.fin.ff.de superfic.*tradit Bald. *in l.4.sub num.3.vers.soluto,* vbi Castr.*sub nu.1.C. de seruit.*Pinell.*in l.1 num.7. C.de bon. mater.* qui alios congerit per Padill.*in d.l.3.num.6.cum ceteris seqq.*Peregr.*de fideicom. art.40. nu.113.* Afflict. *decis.380.n.2.& 3.*Boer.*d.decis.181.nu.3.* Rot. *diuers. decis.717.nu.8.par.1.*

41 Limitatur tamen, quod dictum est bona Emphytheotica posse obligari, quando essent pro tanta quantitate obligata, & hypothecata, quod non esset amplius spes luitionis, quod intellige facta traditione, vt per Bald. *in §. aut si libellario qui.mod.feud.amitt.* & per Negus.*in d. 2.membr.per sub num.30.in fin.& in 1. memb.3. par.*
42 *num.17.* vbi ait quod eo casu dicitur alienatio non obligatio, & per Corb. *in d.limit.33.num.6.* & propterea non sustineretur, cùm esset facta irrequisito domino, vt per Corb. *loco citato,* & ad corroborationem deducitur, quod si esset
43 legata res, quæ fuit postea per testatorem pro tanta quantitate pignorata, quod nulla verisimilis esset spes luendi, tunc diceretur ademptum legatum, ac si plenè, & perfectè esset res illa alienata, vt per Doct. *in l.1. §. per seruum corporaliter,*vbi Alex.*num.8.de acq.possess.* Bald. *in l. voluntas,num.9.C.de fideicom.* & idem Bald.*in consil.218.sub nu.2.vol.1.*Tiraquel.*de retra.lign.in præfat.nu.36.*& hos fuit secuta Rota coram R.P.D.
* Orano in vna Romana executionis sententiarum in causa Romana Vineæ de Brunis Mercur.11.Decembris 1591.*in fin.operis decis.2. num.6.* & per cōsequens nec Saluiano esset locus, cùm
44 non adesset hypotheca, vt pluries fuit deductum, & in terminis declarauit Rot. in d. decis.
* Romana Salu.Interd.coram R. P.D. Penia *in fi. operis decis.99.n.7.*

45 Secundò limitatur quando Emphytheusis esset expressè prohibita alienari sub pœna caducitatis, quia eo casu non veniret sub generali obligatione, quia vetisimiliter non esset specialiter obligaturus propter pœnam adiectam, *l. obligatione generali,ff.de pign.* Bart.& communiter Doct.*in l.Codicillis,§.instituto,ff.de leg.2.* Alex. *cons.168.num.6.vol.2.& cons.10. num.5. lib.7.* Gr. *cons.54.num.1.lib.1.*Gabr.*de reg.iur.conclu.12. num. 12.*& latè per Negus.*de pign.in 3.memb.2.par.num. 80.* Rot.*diuers.decis.426.& aliàs 425. num.1. par.1.*
* & ita tenuit Rot.coram R.P.D. Penia in d. decis.Romana Saluiani Interdicti, *in fine operis decis.99.in fine.*Et in alia Romana Saluiani Interd.
* coram R.P.D.Coccino 2.Decembris 1601.*in fin. operis decis.17.num.4.& 5.*& in supradicta Roma-
* na Census coram R.P.D. Iusto Ven. 17. Martij 1600.*ibidem decis.67.num.6.* Et coram Illustrissi-
* mo Seraphino in vna Romana Vineæ 26. Iunij 1598. *in eius lib. impress. decis.1290. num.5.* Et coram R.P.D. Cantuccio in vna Romana Salu.Interd. Ven.29.Martij 1585. *ibidem decis.102. num.1.* & hoc casu nec datur Saluianum Interdictum, vt habetur in decisionibus proximè allegatis, & expressè dixit Rot.in vna Romana Salu. In-
* terdicti coram R.P.D.Litta, Lunæ 1.Iulij 1602.
46 *ibidem decis.103.num.1.* quia cùm cessaret hypotheca non esset locus Saluiano Interdicto, vt in his terminis declaratur in proximè allegatis decisionibus, & alia deduxi *in 1.Inspect. capit. 6. num.71.*

47 Tertio limitatur non procedere si alienatio esset prohibita latè sumpto vocabulo, quia tunc dicitur prohibita hypotheca, vt est gloss. *in l.fin.in verb.vel hypotheca,C.de reb.Eccles. non alien.*vt per Socc.Sen. *num.75.sub num.2. volum.1.* Negus.*de pignor.in 3.memb.2.par. nu.71.* quos fuit secuta Rot. *diuers.d.decis.426. num.8.par.1.* quæ corruptè est allegata, cum velit dicere decis.
* 425. Et fuit resolutum in Rota coram R.P.D. Coccino in vna Romana Salu.Interd. 2. Octobris 1601.*in calce operis decis.17.num.5.* Et in alia coram R.P.D. Penia in vna Romana seu Amalfetana Saluiani Interd.Lunæ 9.Iunij 1603. *ibidem decis.104.num.1.& 2.* vbi ampliatur proce-
48 dere, etiam in tacita prohibitione latè sumpto vocabulo, & ponit exemplum si diceret si alienauerit, sine consensu domini, largè *alienationis* sumpto vocabulo, solum cum melioramentis

ad

ad dominum reuertatur, quæ verba, *solum*, vir-
tualiter ipsam prohibitionem sub pœna cadu-
citatis continet.
49 Sublimitatur quando obligans non haberet
alia bona, quàm alienari prohibita, quia tunc
veniunt in generali obligatione, ne obligatio
reddatur frustratoria, vt per Gerard. *sing.* 35. latè
per Mars. *in repet. Rubr. de fideiuss. quæst.* 27. Gabr.
de reg. iur. conclus. 12. *nu.* 40. Rot. *diuers. d. decis.* 426.
nu. 9. *alias* 425. Et fuit dictum in d. Romana Salu.
* Interd. coram R.P.D. Coccino Lunæ 2. De-
cembris 1601. *in fin. operis decis.* 17. *num.* 6. & alle-
50 ganti non adesse alia bona, incumbit onus
* probandi, vt in d. decis. coram R.P.D. Coccino
dicitur.
51 Ex quibus suprà deductis patet, quod etiam
pro melioramentis in re Emphyteotica factis
datur Saluianum Interdictum, quia sicut ipsa
bona Emphyteotica veniunt in generali obli-
gatione, quando non sunt expresse prohibita a-
lienari, (vt dictum est) pro eis detur Saluianum
Interdictum, multo magis procedit in melio-
ramentis, quæ sunt propria facientis, & resti-
tuuntur, & transeunt ad hæredes. & pro eis da-
tur retentio, vt latè supra *in* 2. *Inspect. nu.* 204. *&
seq.* & in specie quod dicta melioramenta ve-
niant in generali obligatione tenuit Rot. corā
Illustrissimo Seraphino in vna Romana Casalis
Marcigliani 19. Iunij 1587. *in eius lib. impress. decis.*
794. *nu.* 9. & habetur in voto eiusdem Illustrissi-
mi Seraphini *ibidem decis.* 76. *num.* 4. *&* 5. & stāte
hypotheca datur Saluianum Interdictum, vt su-
pra *num.* 46. *&* 44. deductis, & inferius *nu.* 53. de-
ducendis.

Immo etiam si esset expresse prohibita hypo-
theca, tamen pro melioramentis pro quibus
52 conductor facere se obligauerat, nō intelligitur
facta dicta prohibitio, & poterit hypothecari
absq. incursu pœnæ caducitatis, & idē est in alijs
promissis, & adimplendis in contractu condu-
ctionis, vt per Corb. *de caus. priuat. ob alienatio-
nem irreq. Domino, limit.* 33. *nu.* 5. *in fin.* vbi attesta-
* tur ita fuisse resolutum in Rota coram Cantuc-
cio in vna Romana deuolutionis domus 21. Fe-
bruarij 1575. quæ est impressa in Rota *diuers. de-
53 cis.* 3. *sub num.* 9. *in fin. par.* 2. Et hoc casu daretur
Saluianum Interdictum vigore hypothecæ, &
in his terminis fuit dictum in Rota coram R.P.
D. Vbaldo in vna Romana Saluiani Interdicti
Lunæ 10. Ianuarij 1611. *in cal. operis decis.* 25. *per to-
tum.*
54 Quarto limitatur in feudis, quia non veniūt
in generali obligatione, vt per Ias. *in l. fin. n.* 84. *C.
de iur. Emphyt.* & per Ale. *in l. si constante n.* 26. *Sol.
matr.* & idem *in consi.* 2. *n.* 2. *lib.* 4. Grat. *consi.* 4. *nu.*
58. *versi. non obstat lib.* 1. Socc. Iun. *consi.* 72. *num.* 5.
vol. 1. & infinitos deducit Gabr. *de reg. iur. d. concl.*
12. *num* 15. & communem dicit Negus. *de pign. in*
2. *memb.* 2. *par. numer.* 43. & latè per Beto. *consi.*
66. *numer.* 18. *volum.* 1. vbi ampliat quod nec pro
55 dote expresse, & tacitè obligari potest. Afflic. *in
capitul.* 1. §. *in generali num.* 4. *&* 5. *de prohibit. feud.
alien. per Federic.* vbi Bald. *sub num.* 1. Tiraq. *de re-
tract. lign.* §. 1. *gloss.* 3. *num.* 5. Afflic. *decisi.* 14. *sub nu-
mer.* 9.
56 Quod primo ampliatur, etiam si feudatario
data esset licentia de vendendo feudum, quia
adhuc nec hypothecari poterit, cùm aliud sit
vendere, aliud obligare. & vtrumq. sit prohibi-
tum, vt post Ist. & Afflic. per eum allegat. tra-
dit Corb. *de iure Emphyt. in tit. de caus. priuat. ob a-
lien. irreq. Domino q.* 6. *n.* 14. & per Marin. Frec. *de
subfeud. Baro. lib.* 2. *q.* 9.
57 Secundò ampliatur, quod sicut non potest in
præiudicium domini hypothecari, ita etiā nec
in præiudicium agnatorum, tradit Aluar. *in c.* 1.
§. *præterea sub n.* 2. *de c. Corradi in tit. de alien. feud.
pater.* & per Rip. *in l. obligatione n.* 35. *vers. eo sicut
de pign.*
58 Tertio amplia, quod si data esset licentia pa-
tri, vt posset in præiudicium filiorum, & nepo-
tum, & filijs, in præiudicium nepotum hypo-
thecari, non posset frater in præiudicium alte-
rius fratris obligare, & hypothecare, vt per Cor.
in d. q. 6. *n.* 15. *versi. vbi etiam admonuit.*
59 Quarto amplia, quod nec nulla feudi pars
hypothecari potest, vt per Rip. *in d. l. obligatione
sub n.* 35. *versi. ampliatur secundo*, & per consequēs
nec Saluianum competere potest deficiente hy-
potheca.
Sed ad hoc propositum quæritur, an si vasallus
plures haberet dominos, & vni ex dominis feu-
dum pignorasset sine voluntate aliorum, an ta-
lis sustineretur hypotheca, per quam posset ex-
periri Saluianum Interdictum, & hoc casu di-
stinguendum est, quod aut feudum est diui-
60 duum, & tunc posset vni ex Dominis hypothe-
cari, etiam alijs dissentientibus, aut verò non
est diuiduum, & tunc non posset, & ita distin-
guunt Aluarot. *in cap. Imperialem*, & ibi Bald. *nu.*
2. *de prohib. feud. alien. per Feder.* refert Negus. *de
pign. in* 2. *memb.* 2. *par. num.* 45. *& seq.* Franc. Curt.
de feud. in 4. *par. sub num.* 95. *versi. quod autem*, quā-
do autem feudum dicatur diuiduum Bald. re-
fert se ad notata *in ca.* 1. *de fratribus de nouo bene-
ficio inuestitu.* sed tu vide per Card. Mant. *de tac. &
ambig. conuent. lib.* 23. *tit.* 38. *à n.* 43. *vsque* 48. vbi po-
nit multas distinctiones. Vnde sequitur quod
eo casu, vbi feudum non sit diuiduum, nec etiā
super eo possit experiri Saluianum, cùm careat
hypotheca.
61 Limita modo principalem conclusionem, pri-
mo quando feudum esset hypothecatum ipsi
domino, quia eo casu cōcurrit ipsius consensus,
& sustinetur hypotheca, vt per Bal. *in d. c.* 1. *sub n.*
1. *vers. sed quid vasallus de prohibit. feud. alien. per
Federic.* Negus. *in d.* 2. *memb.* 2. *par. num.* 44. Franc.
Curt. *de feud. d. par.* 4. *sub nu.* 95. *vers. quarto fallit*
Rip. *in d. l. obligatione sub num.* 39. *vers. quartus ca-
sus.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum sub nu.* 84. *vers.
& in generali de constit.*
62 Secundo limita, quando feudum esset hypo-
thecatum, non tamen esset secuta illius traditio
animo luendi, vt per Franc. Curt. *loco citato vers.
ad illud tamen.* Negus. *d.* 2. *memb.* 2. *par. n.* 47. & fuit
opinio Bal. *in cap.* 1. §. *aut si libellario num.* 4. *quibus
mod. feud. amitt.* & idem Bal. *in l.* 2. *sub nu.* 5. *C. com-
mun. de leg.*
63 Vnde dicitur, quod in omni casu, quo feudū
obligari possit, non intelligitur obligatum, nisi
in eius possessionem fuerit quis inductus, vt tra-
64 dit Bal. *in l.* 3. *num.* 2. *C. vt in possess. legat.* & sic de-
ficiente hypotheca Saluianum intentari non
poterit, vt fuit dictum supra *in prima Inspect. cap.*
5. *num.* 75. *& alibi pluries.*
65 Tertio limita, quando feudum pro suis necess

ſitatibus fuiſſet hypothecatum, vt per eundem
Bald. *in d.c.*·.§.*aut ſi libellario ſub nu.*3.*inſ.* Franc.
Curt. *loco citato verſ. vt regula prædicta.* Neguſ. d.
2.*memb.*2.*part. num.*47. Rip. *in dict. l. obligatione*
*ſub num.*39.*verſ. quintus*, reprobata Iſer. & Alua-
rot. opinione contrarium ſentientium *in d.* §.
aut ſi libellario.

66 Quarto limita in feudo hæreditario, quod
poteſt alienari, & hypothecari ad fauorē quan-
tumuis extranei, vt per Afflict. *in c.*1.*col* 4.*verſ.*
modo quæro de alien. feud. pat. Pariſ. *conſi.*16. *num.*
43.*volum.*1. Natt. *conſ.*561.*num.*20. latè per Surd.
67 *conſil.*105.*num.*9.*lib.*1. qui alios adducit: & in du-
bio præſumitur hæreditarium, vt per Afflict.
*dict. cap.*1.*num.*55. & latè per Menoch. qui alios
allegat, *conſi.*104.*num.*6. Surd. *dict. conſi.*105.*num.*8.
Menoch. *conſi.*39.*num.*67.*volum.*1. Afflic. *deciſ.*112.
*num.*3.& 4.

68 Quinto limita, quando feudum eſſet hypo-
thecatum pro ſoluenda vita militia ſecundo
genito, quia eo caſu ſuſtinetur obligatio, vt latè
per Afflict. *dict. c.*1.*n.*9.*de alien. feud pat.* & lariſſi-
mè per Surd. *conſi.*351.*n.*16.& *ſeq. lib.*3. vbi pro hac
parte multos cumulat.

69 Sexto limita quando eſſet obligatum ex cau-
ſa dotis, ſi quidem feudum, & Baronia pro do-
te hypothecari poteſt, vt per Afflict. *ſuper Con-*
*ſtit. Regni in Conſtit. fratribus nu.*10.& *in Conſtit. ſi*
*Dominus Vaſallum n.*6. Bologn. *in l. ſi filius, familias*
§.*diui num.*41.& 42.*ff. de legat.* 1. Intrigl. *de feud.*
*Cent.*2. *art.* 7.*numer.* 77.& *ſeq.* & in terminis Sal-
uiani Interdicti tradit Caſtill. *deciſio.*61. *numero*
70 14.15.& 16. quod procedit quando non adſunt
alia bona burgenſatica, ſeu mobilia ex quibus
ſolutio dotis fieri poſſit, vt declarant omnes
Doctor. *ſupra allegat.* & per Molin. *de primo*
Genit. Hiſpan. lib. 4.*capitul.*6.*ſub numero* 15.16.
& 17.

Et ampliatur procedere etiam ſi primogeni-
tus, cui dos ſoluta fuerit prædeceſſerit patri, nā
71 adhuc Baronia tranſit ad quoſcumque cum di-
cta hypotheca, & obligatione, vt tradit Caſtill.
*loco citato n.*17.*cum ibi allegatis.*

72 Sexto limita in fructibus, & commoditati-
bus feudi qui poſſunt hypothecari, vt per Iaſ.
*in l. ſi. ſub n.*78.*ante ſi. C. de iur. Emphyt.* Franc. Cur.
loco citato verſi. tertiam limitationem, referendo
ita tenere Iaſ. & Fabr. *in* §.*item Seruiana Inſtit. de*
act. vbi ſub *n.*26. hoc firmat, & per Neguſ. *loco ci-*
*tato nu.*48. Grat *conſi.*55.*nu.*12.*lib.* 2. Aluar. *in cap.*
*Imperiali num.*13.*de prohibit. feud. alien. per Feder.*
& per Rip. *in d. l. obligatione ſub num.*37. *verſ. Sal-*
uari tamen de pign. & tradit Aym. *conſi.* 197. *nu.*2.
73 vbi ait, quod ipſa bona feudalia non ſunt ob-
noxia æri alieno contracto per vaſallum, etiam
ipſo viuente, licèt de ipſis commoditatibus feu
74 di ſatisfieri poſſunt, ac inſuper ampliat etiam ſi
eſſet feudum hæreditarium, dum tamen non
tranſiret ad hæredes extraneos, *num.* 3. Et alios
multos refert Surdus, *de alim. tit.*4.*queſt.*10. *num.*
75 29. vbi ampliat, quod fructus feudi vendi, & a-
lienari poſſunt ſine aſſenſu domini, dummodo
non fiat venditio in longum tempus, & *num.*26.
ait fructus huiuſmodi non eſſe feudales, ſed
allodiales, & idem affirmat, *in tit.*7.*queſt.*14.*num.*
30. vbi alios allegat, & latius deducitur *in* 11.*quæ.*
& 12.

Verum hoc loco admonet Neguſ. *in d.*2.*mem.*
2.*par. nu.*49. quem ſequitur Caualca. *de vſufruct.*
*ſub num.*66.*verſi. quod licet Bart.* Surd. *de alim. tit.*
4.*queſt.*10.*num.*29. Molin. *de primog. Hiſp. lib.*1.*cap.*
76 20.*num.*15. quod fructus feudi obligari poſſunt,
quando vaſallus obligaret ſe perſonali actione
ad illos fructus, & commoditates feudi, ſecus ſi
vellet ius vſusfructus in re feudali conſtituere,
per ea quæ tradunt Bart. & Bald. *in l. codicillis* §.
*inſtituto queſt.*2.*de leg.*2. vbi habetur, quod pro-
hibitus alienare, vel obligare poterit tamen fru-
ctus rei prohibitæ obligare, & ſe aſtringere o-
bligatione perſonali ad præſtandum dictos fru-
ctus, non autem conſtituere vſumfructū, quia eo
caſu diceretur conſtituere ius in re, & eſſet
quædam alienatio, vt declarat Franc. Curt. *de*
*feud. d. par.*4.*numer.*106. & ſic iſta perſonalis obli-
gatio operatur ne dicatur cōſtitutum ius in re,
non autem quod actio reſtringatur ad perſo-
nam tantum, cùm fructus, & commoditates
huiuſmodi obligari, ac vendi, & alienari poſ-
ſunt, vt deductum eſt, & vltra ſupra citatos,
77 tradit Surd. *de Aliment. titul.* 4. *quæſtio.* 10.*nu-*
mero 29. & 31. vbi vlterius dicit poſſe in cauſam
iudicati, & in executionem capi, & in legatum
relinqui; quod ſi ad perſonalem actionem
reſtringeretur, hoc fieri non poſſet, & tra-
dit Corb. *de cauſ. priu. ob alien. non requiſit. Do-*
*mino, ampliat.*49.*numero* 13.& 15. Peregr. *de fidei-*
comm. articul. 40 *numero* 117. & ita fuit de præ-
ſenti declaratum, & pronunciatum per R.P.D.
* Virilem Aud. Cam. Locumtenentem ad fauo-
rem Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi d. Marchio-
nis de Ruere.

78 Octauo limita in bonis mobilibus, & ſe mo-
uentibus exiſtentibus in feudo, vt per Rip. *in d.*
l. obligatione ſub numero 37. *verſ. ſaluari tamen de*
pign.

79 Nono limita in caſibus vbi feuda ſunt redā-
cta ad inſtar patrimonialium, vt eſt conſuetu-
do in Gallia, nam ſtāte dicta conſuetudine poſ-
ſunt hypothecari, & alienari, vt per Rip. *in d. l. o-*
*bligatione n.*3.*de pign.*

80 Et quod de conſuetudine feuda alienari poſ-
ſint, latè tradit Becc. qui infinitos cumulat
conſi. 88. *numer.* 28. & alios etiam adducit Surd.
*conſ.*105.*n.*14.*lib.*1. Gozz. *conſi.*26.*num.*8.& 59.& *in*
*conſi.*90.*nu.*9. & latè per Peregr. *de fideicomm. art.*
6.*num.*30.& *art.*32.*num.*53.& *art.*36.*nu.* 18. *verſi. ſi*
autem feudum.

81 Et idem procedit in emphyteuſi quando
ex conſuetudine alicuius Eccleſiæ, vel Abbatis
bona locari ſolita ad inſtar allodialium redacta
ſunt, adeo quod quilibet in inueſtitura compre
henſus de illis diſponere poſſet, vt per Rip. *in l.*
*in quartam nu.*182.*ff. ad l. falcid.* Guid. Papæ *queſt.*
59.*num.*2. Gram. *deciſ.*103.*num.* 125. cum alijs infi-
nitis relat. per Peregr. *de fideicom. locu proximè ci-*
tatis. quæ quidem conſuetudo fuit à Rota cano-
nizata, vt fuit dictum coram R.P.D. Buratto in
vna Farfen. bonorum Veneris 19. Decembr.
1614. *in fine operis deciſi.*172. *num.* 6. & in his caſi-
bus, quia obligari poſſunt etiam Saluianum
contra ea intentari poterit, vel quod aliàs eſſet
alienabile, vt per Mantic. *de tac. & ambig. con-*
uent. d. lib. 23. *titul.* 24. *numer.* 26. ſed aduerte
82 quod ſi quis cum conſenſu Principis obtineret
poſſe feudum obligare, talis conſenſus ad obli-
gationes præcedentes iam factas non exten-
dere.

detetur, vt per Lofred. *consi.7.nu.35.& consi.9.num.20.& seq.* Mant. *d.tit.24.in fi.* & sic eo casu, nec Saluianum intrare posset, cùm deficeret hypotheca.

83 Nouo limita in melioramentis in feudo factis, quæ possunt hypothecari, vt clarè per Bero. *consi.73.nu.39. vol.2.* ac ista melioramenta transeunt non solum ad filios, sed ad quoscumque extraneos successores, tam ex testamento, quàm ab intestato, vt latè per Paris. *consi.28. per totum volum.3.* Curt.Iun. *consi.42.num.10.* Bero. *d.consi.73.num.39.vers.rursus.* Ruin. *cons.42.nu.10. volum.1.* & tradit Bald. *in cap.1.§.si vasallus in tit. hic finitur lex.* & per Ias. *in l.2.num.28.in fin.C.de iur.Emphyt.* & ea quæ sunt transibilia, & cessibilia possunt etiam hypothecari, & tradit in his terminis Bero. *d.consi.73.nu.39.vol.1.* & pro eis datur retentio, vt per Curt.Iun. *d.consi.42.sub n.10.vers.sed marita vol.2.* & quæ hypothecari possunt vigore dictæ hypothecæ, etiam Saluianum super eis ex-
84 periri poterit, & idem dicitur de aliis supra deductis casibus, in quibus dictum est feudum hypothecari posse.

85 Restat modo videre coram quo Iudice causa huiusmodi terminanda sit, & licèt quæstio huiusmodi scilicet, quando Dominus de causa siue de materia feudali cognoscat, diffuse sit à Felino *in c.ceterum de Iudic.* tractata, & per Marian. Soc. *in c.ex transmissa de foro compet.* & per Rip. *in c. decernimus de iud.* & per Curt.Iun. *de feud.in 7. par.nu.3.& seq.*

86 Tamen in casu nostro, quia agitur de sola possessione, iudicium dicitur merè possessorium, vt deductum est supra *in 1.Inspect. c.1.* ad effectum, vt creditori de fructibus tantum satisfiat, & supra *in 1.Inspect.c.3.nu.5.*

87 Hoc casu quia possessorium non adminiculatur proprietati, cognitio pertinet ad iudicem ordinarium, non autem ad dominum, vt tradit Bal. *in cap.inter pares de lege Corradi.* Felin. *in d.c.*
88 *ceterum num.14.de iud.* & ratio est, quia hoc iudicium non pertinet ad naturam feudi, scilicet ad ipsius feudi constitutionem, vel conser-
89 uationem, vt declarat Bald. *in d. cap. inter pares, sub num. 2.* & neutrum in hoc casu comprehenditur.

90 Tertio quæro an Saluianum Interdictum intentari possit contra bona fideicommisso subiecta, & dicitur, quod, aut Interdictum intentatur contra principalem debitorem viuentem, qui bona fideicommisso subiecta possidet, & nulli dubium est, quod experiri poterit, quia Saluianum datur solum ad auocandam possessionem vt de fructibus creditori satisfieri possit, vt fuit deductum *in 1.Inspect.c.1.* qui fructus possunt per possidentem obligari, & hypothecari cum ad eum spectant, *l. in fideicommissariam*, vbi Bar. Ang. Castren. Rip. *in prin.ad Trebell.* nec veniunt in restitutione, sed efficiuntur proprij, vt latè per Card. Mantic. *de coniect.vltim. vol.lib.7. titul.10. numer.7.* Peregrin. *de fideicomm.artic.49. num.20.* Surd. *consi.291. num.6. lib.2.* & præsertim quando sunt maturi, vt per Tiraq. *de retract.lig. §.1.gl.§.7.num.41.& 47.cum ibi alleg.* & latè per Petr. Anton. de Petr. *de fideicommiss. quæst.15.sub num.38.*

91 Si verò experitur post mortem principalis debitoris, & essent reuersa ad fideicommissariũ, tunc cessat Saluianum, quia fructus bonorum fideicommisso subiectorum veniente casu restitutionis spectant ad fideicommissarium, vt est tex. *in l.cum ita in princip.ff.ad Treb.* & per Doct. omnes *in dict.l.in fideicommissariam*, & per Aug. *consi.331. sub num.1.* & alios refert Illustrissimus Mantica *de coniect.lib.7.titul.10.num.10.* & Petr. Ant.de Petr. *in d.q.15.sub nu.348.* vbi de communi attestatur, quia fructus spectant ad eum ad quem bona spectant, *l.fructus.ff.de rei vend.* nec ista veniunt in generali bonorum obligatione, tex.est *in l.fin.§.sed quia nostra*, vbi communiter Doct. *C.com.de legat.* Alex. *in d.l.si constante nu.26. solut.matr.* & ex multis tradit Negus. *de pign. in 2. memb.2.par.nu.53.* Petr. *de fideicom.q.8.num.108.* &
* declarauit Rota coram R.P.D.Iusto in vna Romana census 17.Martij 1600. *in calce operis decisi. 67.nu.2.*

Sed quid dicendum esset si hæres grauatus post eius mortem substituto restituere, & heres post multa debita contracta restituit, An tunc Creditores potuerunt Saluianum contra bona fideicommisso subiecta, & alienari prohibita experiri.

92 Et dubium facere videbatur, quia hæres grauatus potest etiam ante casum fideicommissi euentus bona ipsa fideicommissariis restituere, cum fructibus in creditorum præiudicium, vt tradit Bal. *in Rub.n.11.de reuoc.his quæ in fraud. credit.* & per Alex. *in addit.ad Bart.in l.patrem ff.quæ in fraud.credit.vers.patre,* Rebuf. *cons.176.nu.21.& 22.vers.contrarium est verius.* Pereg. *de fideic.art.3. num.127.*

93 In contrarium tamen videtur textus *in l.sed, & si antè ff. ad Trebellian.* vbi dicitur hæredem rogatum post eius mortem, vel sub conditione pluribus, vel vni, & in eius defectu alteri restituere, non posse ante casum mortis, vel euentum conditionis restituere, quia non ita restituit prout testator mandauit, & ea restitutio alteri nociua esse posset, & propterea actiones, nec dominium in eum translatum non dicitur.

94 Sed prædicta tolluntur, quia dilatio mortis huiusmodi in hæredis fauorem adiecta dicitur, perinde, ac si testator mandasset restituere, quãdo voluerit, vt ex pluribus tradit Pereg. *de fideic. art.2.* sed in proposito nostro solum difficultas residet, An in præiudiciũ creditorum restitutio fieri possit ad effectum, vt impediatur remediũ Saluiani Interdicti.

95 Pro cuius dubij resolutione, sic distinguendum censeo, nempe, quod aut restitutio huiusmodi fuit facta per hæredem ante addictionẽ, & sic ante ius ei acquisitum super dictis bonis fideicõmisso subiectis, & tunc procedit opinio Bald. cum aliis supra citatis, quia dilatio huius-
96 modi, cum sit adiecta in gratia hæredis grauati fauori suo renunciare potest, iuxta gl. *in l.qui Romæ in prin ff.de verbor.oblig.* cum aliis relatis per Pereg. *de fideicommiss. d. art.3. num.127.& art.49. num.26.*

Si verò post aditam hæreditatem, & sic post acquisitum Ius, quo casu dicitur etiam creditori vigore obligationis generalis Ius acquisitum, cum in ea veniant Iura, & actiones, etiam futuræ, & comprehenduntur omnes casus, prout deductum est in præsenti *cap.2.num.31.*

cum pluribus seqq. & eo casu cùm sit etiam Ius ac-
quisitum creditori, tunc in eius præiudicium
resignatio, seu restitutio fieri non potest, prout,
ita distinguendo tradit Ancar. *consi.106. sub num.*
4. Castr. *consi.105. lib.1.* Beto. *consi.143. num.1. lib.1.*
Surd. *consi.116. num.78. 82. & 83.* Cost. *de remed. sub-
sid. rem. 5. num.7.* & hoc casu erit locus Saluiano,
cùm obligationes, & hypothecæ non sint sub-
latæ.

97 Et ad corroborationem deducitur, hoc idem
esse in Prælato, qui potest ante ius acquisitum
Ecclesiæ in acquirendis Ecclesiæ præiudicare,
secus est in acquisitis, tradit Roman. *consi.184. n.
1. 2. & 3.* Rol. *consi.15. nu.23. lib.1.* qui de communi,
Aym. *consi.122. num.9.* Ruin. *consi.156. num.22. lib.1.
& consi.164. num.22. lib.5.* Menoch. *consi.73. num.9.
& 12.*

Tamen hoc limitatur, in muliere, quæ vellet
Saluianum intentare contra dicta bona fidei-
98 commisso subiecta, pro recuperatione suæ do-
tis, intelligendo tamen iux. distinctionem sub-
sequentem, nempe, aut adsunt bona libera, ex
quibus mulieri satisfieri potest in totum, vel in
parte, & hoc casu prius super illis experiri de-
bet, vt habetur, *in §. si vero Authen. de restit.* ibi *si
aliam non habens substantiam.* & tradit Ias. *in l. fi-
liusfamil. num. 25. de legat. 2.* & de communi atte-
statur Rol. *consi.85. nu.9. lib.1.* & idem firmat Me-
noch. *consi.95. num 133.* & infinitos deducit Bur-
sat. *consi.179. num.20.* qui de magis communi at-
testatur, & alios idem affirmantes adducit Petr.
de fideicom. quæst.8. & num. 459. & seq. & Peregr.
de fideicom. artic.42. vbi sub *numer. 74. & seq.* de-
clarat, an habeat locum quando adsunt fide-
99 iussores, & an fratet de bonis fideicom. subiectis
100 sororem dotare possit; &, quod contra bona
fideicommisso subiecta mulier agere non possit,
quando erant bona libera, tradit Rot. *diuers. de-
* cisi.690. nu.1. par. 1.* & dixit Rota in vna Romana
Saluiani Interdicti Lunæ 3. Martij 1608. coram
R.P.D. Penia *in calce operis decis.107. num. 4.* Et i-
dem erit si extarent fructus bonorum fideicom-
misso subiectorum, ex quibus mulieri satisfieri
posset, nam eo casu nec contra dicta bona age-
re posset *l. mulier §. cum proponeretur in verb. potius
fructus ff. ad Trebell.* vbi Cuman. *in fine,* Castr. *num.
6. & 7.* Alex. *n.3.* & ceteri Doct. Roman. *consi.231.
num.2. in fine,* & per Molin. *de primo genit. Hispan.
lib.4. cap.6. nu.15.*

101 Veruntamen in hac facti specie mulier, quæ
contra bonorum fideicommisso subiectorum
possessores agere voluerit tenetur probare,
quod non aderant alia bona libera, & allodia-
lia, vt in his terminis tradit Rolan. *consi.19. num.
9. lib.4.* Curt. Sen. *consi.27. sub num.17.* Vincent. de
Franc. *decisi.241. num.2.* Milanens. *decisi. 7. num.57.*
cum aliis relatis per Castill. *d. decis.61. n.5.*

Aut verò non adsunt bona libera, & tunc di-
stinguendi sunt plures casus, vt latè per Petr.
d. quæst.8. num.459. vsque 502. & Menoch. *de præ-
sumpt. lib.4. præsumpt.189. num.116. & præsumpt.191.
num.44. & seq.* & per Peregr. *de fideicom. art. 42.
cum pluribus seqq.* & latissimè per Burs. *d. consi.179.
per tot.* Surd. *decisi.62. num.1. & 2.* Rot. *diuers. decis.
37. per tot. par. 1.* nam vltra quod esset nimis lon-
gum omnia recensere, nec etiam multum ad
rem nostram facerent, quia esset potius validi-
tatem fideicommissi deducere, quàm nostram
explicare materiam, & ideo ea tantum quæ ad
rem nostram faciunt, & frequentiora sunt bre-
uiter deducemus.

102 Quare dicitur, quod siue tacita, siue expressa
sit prohibitio alienationis bonorum, ita quod
venirent restituenda ex causa dotis, & donatio-
nis propter nuptias bona præfata obligari, &
alienari possunt, vt post Bart. Bal. Castr. Ias. & a-
lios *in Auth. res quæ C. com. de leg.* tradit Rim. Iun.
consi.562. num.53. & seq. vol.5. Couar. *var. resol. cap.
6. nu.10. lib.3. versi. primum,* qui de communi at-
testatur, & alios infinitos, quidem affirmant
deducit Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.189.
num.96.* & per Petr. Ant. de Petr. *de fideicom. qu.
8. numer. 412. & 425.* & alios multos refert Burs.
consi.179. num.17. lib.2. Rot. *diuers. decisi. 37. num.2.
par.1.*

103 Quod ampliatur, siue filius vxorem duxerit
in vita patris, siue post mortem, & sic post in-
iunctum fideicommissum, vt ex multis tradit
Menoch. *consi.35. num.27. volu. 1.* qui communem
dicit, & alios infinitos refert Peregr. *de fidei-
com. d. art. 42. num.81. versi. contrarium.*

104 Secundo ampliatur, etiam si per statutum
esset facta prohibitio alienandi, vt per Ancar.
consi.383. n.1. & latius per Curt. Sen. *consi.27. n.11. &
seq.* & per Rip. *in l. filius familias. §. Diui. n.71. de le-
gat. 2.* Peregr. *de fideicom. art.42. n.65.* Petr. Ant. de
Petr. *de fideicom. q.8. n.44.*

105 Tertio ampliatur etiam in augmento dotis,
quando augmentum verè, & realiter fuerit fa-
ctum, vt per Ruin. *consi.199. sub num.5. vol.2.* Bald.
in Auth. res quæ num.10. & ibi Castr. *num.7.* & per
Peregr. *de fideicom. d. art. 42. num. 84.* licet contra-
106 rium sit dicẽdum in tacita hypotheca pro aug-
mento dotis, quæ ad augmentum non extendi-
tur, vt per Negus. *de pignor. in 1. memb. 5. par. nu.17.*
de quo suo loco dicemus.

107 Quarto amplia in dote constituenda filiæ,
vel nepti, quæ vult ingredi religionem, & se
monachare, vt per Bart. *in d. Auth. res quæ num.7.
C. comm. de leg.* vbi Bald. *num.13.* Ias. *num.18.* & per
Menoch. *de præsumpt. d. præsumpt. 189. num. 89.* &
communem dicit Petr. Ant. de Petr. *d. q. 8. n. 418.*
vbi ad contrarium respondet, Peregr. *de fideicom.
ar. 42. num.57. cum alijs ibi.*

108 Quinto amplia etiam in filia naturali, vel
spuria, quando non habet vnde se alat, & ratio
est, quia de iure Pontificio, quod iure ciuili ser-
109 uatur, pater tenetur dotare filiam naturalem,
vt de communi attestatur Rip. *in l.1. num. 66. ff.
solut. matr.* & alios refert Menoch. *de præsumpt.
186. num.125.* Petr. Ant. de Petr. *d. quæst.8. num.354.*

110 Sexto amplia etiam procedere si bona Eccle-
siæ, seu pio loco veniunt restituenda, vt per Ias.
in d. Authen. res quæ num.32. Padell. *num. 78. & 94.*
cum alijs allegat. per Menoch. *dict. præsumpt.
189. num.120.* & per Petr. Ant. de Petr. *d. quæst.8.
num.145.*

111 Septimo amplia procedere, tam in constitu-
tione dotis, quàm in restitutione, & ideo am-
pliationes præfatæ pro vtroque casu intelli-
gendæ sunt, prout deductæ fuerunt, & tradit
Rolan. *consi.20. num.1. 2. & 3. volum.4.* Peregr. *de fi-
deicom. d. art. 42. nu.82.* Couar. *var. resolut. lib.3. cap.
6. sub nu.10. vers. quarto* Surd. *d. decis.62. num.1.*

112 Octa-

112 Octauo amplia in donatione propter nuptias,
vt de communi attestatur Roland. *dict. cons.* 20.
n.7.*vol*.4. quem refert, & sequitur Petr. *de fidei-
com.d.q.*8.*n*.355.& per Couar.*var.resolut.d.c.*6.*nu.*
10.*vers.primum lib*.4.

Aliæ verò ampliationes, quæ multæ sunt, vide
per Petram *d.q.*8.& per Menoch.*d.præsumpt*.189.
& 191.& per Peregr. *d.art*.36. *&* 42.*&* 49.

113 Prædicta autem tantum tanquam frequen-
tiora deduxi, in quibus omnibus casibus stante
obligatione patris, seu aui, seu fratris de danda,
seu restituenda dote, vigore illius obligationis,
& hypothecæ Saluianum contra dicta bona fi-
deicommisso subiecta experiri poterit.

114 Illud tamen aduertendum est, quod neces-
se est constare pretium dictorum bonorum
venditorum in causam dotis præfatæ verè, &
realiter cessisse, nec sufficere assertionem factā
in Instrumento, ad tex. *in l.si forte C. de castr. pe-
cul*.& ex doctr. Dec. *in cons*.132.*sub num*.2.*& cons.*
603.*numer*.8.& per Peregr. *de fideicom.art*.42.*nu-
mer*.79.

115 Et in casu in quo bona fideicommisso sub-
iecta pro dote alienari possunt, si contingat me-
dietatem domus, seu feudi ad dotis constitu-
tionem sufficere, tunc poterit totam domum
vendere, nisi adesset alia domus minor suffi-
ciens, vt tradit Riminald. Iun. *d.consi*.526.*num*.58.
vol.5. vbi ait residuum precij esse reinuestiendū
116 ad fauorem fideicommissi, & sequitur Peregr.
d.art 49.*num*.67.

117 Ampliatur procedere in apparatu ipsius
Mulieris, ac pro festiuitatibus fieri solitis, cùm
118 dicatur de appendicijs dotis, vt post Salicet. *in
authen.res quæ.C.commun.de leg.* tradit Bero.*consi.*
113.*n*. 44. *vol*. 2. & latius per Peregr. *de fideicom.
art*.42.*num*.80.& tenuit Rot.*diuers. decis*.556.*n*.1.
par.1.

119 Limitatur tamen, quando testator expresse
prohibuisset alienationem, etiam ob causam
dotis, pro vt ex multis tradit Menoc. *de præsump.
lib*.4.*præsumpt*.189.*nume*.116.cum alijs relatis per
Bursf.*d.consi*.179.*nu*.22.& per Couarr. *d. capit*. 6.
sub numer.10.*versi.tertio*, & per Petra. *loco citato
num*.432.

120 Contrarium tamen, quod non obstante di-
cta expressa prohibitione alienationis, etiam ex
causa dotis deducenda sit dos de fideicommisso,
tenet Castr. *in consi*.80.*in* 1.*dubio*, *volu*.1. & alios
multos maximæ auctoritatis refert, & sequitur
Bursf.*d.cons*.179.*num*.8.*lib*.2. qui hanc magis com-
munem dicit, pro qua est decisio Surd.62.*n*.11.vbi
bi pro hac parte infinitos deducit, & eam se-
quendam censeo, aliàs nimis durum esset testa-
torem posse tollere, quod à lege fauore publico
fuit inductum pro hac parte, & tenet Marzar. *de
fideicom.quæst*.48.Crass.*sent. in §.fideicom.sub num.*
3.*in fin*.& est decisio Rot.*diuers.decisi*.449.*num*.5.
par.1.

121 Hanc autem conclusionem ponit latè Me-
noch. *de præsumpt.lib*.4 *præsumpt*.189.*num*. 116. *&
seq.& præsumpt*.191.*num*. 44. *& seq.* ideo ad eum
recurras, quia multas recipit declarationes, quo
ad eorum obligationem, & quando pro restitu-
tione dotis alienari possit, & per Peteg. *de fidei-
com.d.art*.42.

122 Verùm limitatur procedere in descendenti-
bus tantum per rectam lineam, non autem in
transuersalibus, vt declarat Ias. *in d. Auth.res quæ.
n*.12.*&* 34.Petr.*d.q*.8.*n*.394.*&* 442.Couar.*d.c*.6.*nu.*
10 *vers.primum*. Mich. Crass. *sent. §.fideicom.q*.57.*n*.
5.Riminald. Iun. *cons*.562.*nu*.52.*vol*.5. Rot. *diuers.
decisi*.37.*n*.2.*par*.1.

123 Quando autem fideiussor qui dotem soluit
recepta cessione iurium à Muliere agere possit
contra bona fideicommisso subiecta, latè vide
per Menoch. *de præsumpt.lib*.4.*præsumpt*.189. *nu.*
141.& infra *in* 4.*Inspect.cap*.1.

124 Quarto quæro, An contra minoris bona à
tutore, seu curatore hypothecara Saluianum
experiri possit, & dicitur, quod quatenus ritè,
& rectè, ac cum solemnitatibus requisitis, ex
legitima causa hypothecata fuerunt ita, & ta-
liter, quod obligatio sustineatur, nulli dubium
est, Saluianum competere vigore dictæ hypo-
thecæ, prout in alijs obligationibus deductum
est.

125 Quæ autem solemnitas, & requisita in obli-
gatione huiusmodi requirantur latè vide per
Roland. *con*.33.*per totum lib*.1. vbi nouem requisi-
ta deducit, & per Paris. *consi*.98. *lib*.1. Dec. *consil.*
403. Brogn. Caual. *de tut. & curat.cap*.1. *nu*. 139. *&
seq.* Afflict. *decisi*.249. & latè per Simoncell. *de
decret.lib*.1.*tit*.1.*per totum*, & multa deducta fue-
* runt per Rotam coram R. P. D. Butatto in vna
Romana Hæreditatis, & patagij dotis Veneris
22. Iunij 1615. *in calce operis decis*.241.*per totum.*

126 Verùm in obligatione mulierum, & minorū,
etiam si cum tutore, vel curatore se obligarent,
vel eorum tutor bona eorum obligaret,
iusta, & necessaria causa requiritur, ad effectum
illius validitatis, vt per Doct. omnes supra alle-
gatos, & est tex. *in l. à diuo Pio §.fin.in fine*, vbi Ias.
& Alexand. *ff.de re iud.* tradit Salic. *in l.emptorem
sub num*. 6. *in fin. ff. locat.* vbi rationem reddit,
127 quia ad hoc dicitur habere mandatum & dici-
tur legitimus administrator illius bonorum, &
tradit Soccin. Sen. *cons*. 32. *nu*.8.*& cons*.125.*num*.6.
lib.1. Cephal. *cons*.255.*nu*.32. *&* 35. Roland. *cons*.49.
num.7.*lib*.2. Tiraquel. *de retract.conuent.§*.3.*glos*.1.
nu. 15. quem sequitur Surd. *decis*. 299.*n*.1.*&* 2.&
* tenuit Rota coram Illustrissimo Ludouisio in
vna Romana societatis officij Lunæ 12. Nouem-
bris 1601. *in fine operis decis*.108.*nu*. 1. *&* 2. vbi de-
128 claratur, quod in vtilitate pupilli versum dici-
tur, quando constaret in manibus tutorum non
extare pecunias pro recolligendis messibus,
iuxta tradita per Federic. de Sen. *cons*.119.*num*. 4.
& per Bald. *cons*.152.*num*. 2.*lib*.3. Rom. *in l. ciuitas
sub nu*.8. vbi etiam Alexand. *sub num*.11. *&* 12.*ff.de
priuil.cred.*

129 Et eo casu, quando adest necessaria causa mi-
norum, & mulierum, obligatio etiam sine so-
lemnitatibus sustinetur, vt post Alexand. & Ias.
in d.l.à diuo Pio, tradit Rom. *cons*.394.*num*.4.*&* 5.
Alexand. *cons*.113.*num*.7.*lib*.6. Simoncell. *de decre-
to tit*. 6. *Inspect*.15.*num*.126.*lib*.3. Tiraquell. *de leg.
Connub. glos*.8.*nu*.187. Caputaq. *decis*.199.*lib*.3.*n*.2.
Rot. *diuers.decis*. 79.*num*.3.*par*.1.*& decis*.867.*num.*
5.*lib*.3.

130 Aduertendum tamen est, quod necessaria
causa non diceretur, nec etiam iusta, quando
obligatio, seu renunciatio minoris de præsenti
nullum afferret damnum, & potius videretur

cępisse per modicum tempus, amittit possessionem quam habebat.

1028 *Constitutum non operatur stante nullitate contractus.*

1029 *Constitutum non tollitur per præscriptionem decem annorum; licèt hypotheca tollatur à tertio, cùm sit separatum ab hypotheca.*

1030 *Saluianum non datur semel immisso in possessionem vigore Saluiani.*

1031 *Limitatur, quando ex diuersa causa, vel ex diuersa obligatione.*

1032 *Limitatur, quando ageretur contra diuersas personas.*

1033 *Limitatur, quando ageretur vigore Instrumenti in quo daretur electio.*

De Saluiano vigore expressæ generalis Obligationis.

Capvt II.

PRæsupposita igitur conclusione super ius firmata, & quia Saluianum Interdictum non da-
tur sine hypotheca, vt fuit deductum supra *in 1.*
Inspect. cap. 4. num. 107. & vt aliquo ordine procc-
damus, prius de Saluiano vigore expressæ hy-
pothecæ, discutiemus, quæ qualis sit latè supra
in 2. Inspect. cap. 1. nu. 29. fuit deductum, & succes-
siuè in sequenti capitulo de Saluiano vigore ta-
1 citæ hypothecæ explicabimus. Verùm, quia ex-
pressa hypotheca duplex est: quædam est gene-
2 ralis, qua partium conuentione generaliter bo-
na pignorantur, de qua loquitur text. *in §. item*
Seruiana Inst. de act. & toto titulo, ff. & C. de pign.
& ita per Ias. *in d. §. item Seruiana, num.* 70. & per
Bell. *ibi num. 32. vers. & ita est*, & Franc. Balduin.
de pignor. & hypothec. cap. 9. & de ea loquitur Ne-
3 gus. *de pignor. in 1. memb. 2. par.* & generalis obli-
gatio verbis vniuersalibus, & indefinitâ oratio-
ne concipi potest, cùm indefinita æquipollet v-
4 niuersali *l. si seruitus, ff. de seru. vrb. præd. l. si plures,*
vbi Batt. *ff. de legat. 2. cap. si Romanorum 19. distinct.*
5 & in ea veniunt bona præsentia, & futura, et-
iam si fuerit dictum, *obligo omnia bona mea*, vt per
Gall. *ad form. Camer. par. 2. quæst. 3. num. 3.* & etiam
si fuerit dictum, *obligo omnia bona*, sine illa di-
ctione *mea*, vel si fuerit dictum, *obligo bona mea,*
6 sine illa dictione *omnia*, vt tradit Batt. *in l. 1. in*
princip. ff. de pignor. & per Negus. *de pignor. in 2.*
memb. 2. par. nu. 2. & per Card. Mantic. *de tacit. &*
ambig. conuent. lib. 11. tit. 4. num. 2. vbi ampliat si
fuerit dictum fide, & periculo rerum ad me per-
7 tinentium, vel per earum actionem satisfieri ti-
bi promitto, per tex. *in l. vlt. C. quæ res pign. oblig.*
poss. & *§. item publicum authen. de argent. con-*
tract.

Verùm quia adsunt nonnulla bona, quæ in
generali omnium bonorum obligatione non
continentur, ideo prius generaliter de eis men-
tionem faciemus, & successiuè, & particulariter
de singulis discutiemus.

8 Vnde primò limitatur in generali omnium
bonorum obligatione non venire bona, quæ
non est verisimile, quod quis in specie non esset
obligaturus, *l. obligatione generali*, vbi Bartol. &
Ang. *ff. de pign.* & idem Batt. *in l. 1.* per illum text.
vbi cæteri Doctor. *C. quæ res pign. oblig. poss.* & per
Negus. *de pignor. in 2. memb. 2. par. num. 34. & seq.*
Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit.*
4. num. 2. & num. 14. ita fuisse resolutum in Rota,
* vt attestatur Cardin. Lancellott. in vna Roma-
na bonorum 5. Iunij 1577. *impressa in Rot. diuers.*
decis. 426. num. 2. par. 1.

9 Et ratio est, secundum præcitatos Doctores,
quia indefinita non æquipollet vniuersali,
quando diuersa ratio est eorum, quæ sub vni-
uersali oratione continentur, vt per Batt. *in l. si*
pluribus num. 6. vers. aut per verba pluralia ff. de
leg. 2. in quibus locis exemplificatur in vesti-
mentis, & aliis ad vitam necessariis: Verùm
quia præsens conclusio deducitur ex Gabr. *de*
reg. iur. conclus. 12. vbi ponit ampliationes, & li-
mitationes; ideo hoc loco sola ea deducam, quę
ab eo deducta non fuerunt, & necessario dedu-
cenda forent, reliqua per eum videri possunt.

10 Sublimitatur tamen præsens limitatio in mu-
liere repetente dotem propter inopiam viri
constante matrimonio, iuxta dispositionem *l.*
11 *si constante solut. matrim.* quia eo casu non agi-
tur de præiudicio viri, cùm eadem bona debent
ei pro oneribus matrimonij deseruire. *l. vbi ad-*
hunc. C. de iur. dot. & ita declarat Imol. *in d. l. si con-*
stante sub num. 3. colum. 5. vers. circa tertiam, & ibi
Crot. *num.* 83. reprobando opinionem Alexand.
& sequitur Card. Mantic. *de tacit. & ambig. in d.*
lib. 11. tit. 4. num. 33. & seq.

12 Secundo sublimitatur, quando agitur vigore
obligationis Cameralis, quia eo casu renuncia-
tur omni legũ auxilio, vt per Gall. *ad form. Cam.*
in 1. par. num. 5. in fin.

13 Tertio sublimitatur, quod licet in generali
obligatione non veniant, quæ in specie quis
non obligasset, tamen tunc veniunt, quando a-
liàs ipsa obligatio non valeret, vt per Bar. *in l. li-*
bertis. C. de oper. lib. Petr. Sant. *sing.* 35. Menoch. *de*
præsumpt. libr. 6. præsumpt. 4. num. 31. & 32. dum ex-
14 emplificat quod licèt filia cedat iura, quæ ha-
bet in bonis patris, continentur iura dotis, a-
lioquin ipsa cessio esset nulla: nam aliàs non cō-
tineretur, & idem Menoch. *ibi* dicit idem pro-
cedere in donatione, quæ sui natura strictè in-
terpretatur, & idem in sententia, quæ similiter
strictam recipit interpretationem, vt per Dec.
in l. ius nostrum num. 11. de reg. iur. & idem in re-
nouatione iuris proprij, vt per Dec. *in l. si dona-*
tione nuner. 22. & 23. C. de coll. & idem Menoch.
in d. præsum. 4. num. 36. dicit hoc procedere etiam
contra eum, qui lege apertius dicere potuit,
quod tamen limita, vt ibi per eum; nam in istis
casibus Saluianum experiri posset, cùm valida
esset hypotheca.

15 Limitatur secundo principalis conclusio,
quod in generali obligatione non venit pecu-
nia, pro cuius restitutione fuit facta obligatio,
vt per Bald. *in l. obligatione generali, ff. de pignor.*
Roman. *sing.* 611. cum aliis ibi in addit. Bero.
cons. 46. num. 20. vol. 1. Stracc. *de Mercat. in tit. de*
mandato §. reliquum num. 5. & seq. Surd. *cons. 613. n.*
22. lib. 4. & rationes vide infra *in quæst. 9. nu. 229.*
& seq. nam licèt res empta veniat in generali
16 obligatione ad fauorem venditoris, vt ibi dixi,
tamen hoc non procedit ad fauorem Emptoris,
ex iuribus supra allegat. & faciunt tradita per Ne-
gus. *de pign. in 2. memb. 2. par. num. 12.* & latius in-
fra deducam.

17 Tertio limitatur, quod si seruus esset pignori
datus,

datus, non venit eius peculium, vt per Bald. *in l. 1. §. 1. ff. de pignor.*

18 Quarto limitatur, quando verba contractus
essent limitata, & restricta ad certa bona, quia
tunc alia bona non comprehenderentur in illa
obligatione, cùm non detur extensio in contra-
19 ctibus, quando verba sunt limitata ad certum
casum, seu ad certum modum, iux. trad. per Pa-
ris. *cons. 65. nu. 26. lib. 2.* Aym. *cons. 171. nu. 17.* Corb.
*de iur. Emphyt. in tit. de caus. priuat. ob alienat. irre-
quisito domino factam. ampliat. 31. sub num. 4.* Rot.
diuers. decis. 266. n. 28. par. 1.

20 Et ampliatur supradicta limitatio, quod quã-
do obligatio est restricta ad certam quantita-
tem, non extenditur ad fructus, nec ad damna,
vel interesse, vt per Rip *in d. l. priuilegio. nu. 15. de
priuil. cred.* & idem procedit in fideiussore, qui
21 specificè pro certa quantitate fideiussit: nam
tunc non tenetur ad fructus, secus si simplici-
ter, & indefinitè pro sorte principali fideiussit,
quia tunc tenetur etiam ad vsuras, *l. fideiussores
magistratu. §. 1. ff. de fideiuss.* Negus. *de pignor. in 4.
memb. 2. par. num. 48.* Gabr. *cons. 52. nu. 8. lib. 2.* Surd.
de aliment. tit. 8. priuil. 50. nu. 2. de quibus latius
infra explicatur. Altera verò est specialis de qua
suo loco discutiemus, ideo prius, de Saluiano
vigore expressæ hypothecæ, & generalis obli-
gationis videbimus.

22 Et nulli dubium est Saluianum Interdictum
vigore generalis obligationis cum hypotheca
concedendum esse, prout in his terminis respõ-
det Socc. Sen. *cons. 80. sub nu. 2. in fin. lib. 3.* Roland.
cons. 14. num. 13. lib. 1. Signorol. *cons. 4. num. 3.* Gabr.
cons. 46. num. 20. lib. 1. & cons. 44. num. 5. lib. 2. Surd.
cons. 131. num. 1. & 5. lib. 1. Rip. *in Rubr. sub num. 19.
vers. amplia de pignor.* Negus. *de pignor. in 3. memb.
8. par. nu. 19.* Marant. *in sua prax. par. 4. dist. 7. nu. 11.*
Surd. *decis. 174. n. 17. & 18.* Put. *decis. 207. nu. 1. lib. 1.*
& in his terminis tenuit Rot. coram Illustrissi-
* mo Pamphilio in vna Fauentina legati 2. No-
uembris 1589. *in fin. operis decis. 1. num. 4.* Et in alia
* coram Illustrissimo Seraphino in vna Romana
damnorum, & interesse *in eius lib. impress. decis.*
* *935. num. 1.* & coram R.P.D. Bubalo in vna Seno-
gallien. prædij 27. Aprilis 1583. *ibidem decis. 15. nu.*
* *1.* Et coram R.P.D. Penia in vna Romana Sal-
uiani Interdicti 25. Iunij 1599. *ibidem decis. 10. nu.*
* *1.* Et in alia coram eodem in vna Romana Sal-
uiani Interdicti 12 Nouembris 1592. *ibidem decis.*
* *99. nu. 1. & 2.* Et coram R.P.D. Iusto in vna Ro-
mana census, 17. Martij 1600. *ibidem decis. 67. n. 3.*
& alibi pluries, vt habetur in decisionibus ibi-
dem positis.

23 Et sub generali bonorum obligatione omnes
casus comprehenduntur, vt bene per Surd. *cons.
131. num. 5. cum ibi alleg. lib. 1.* prout de singulis suc-
cessiuè explicabimus.

24 Quapropter videndum est, an Saluianum In-
terdictum detur contra bona emphytheotica
vigore generalis obligationis, & hypothecario-
nis bonorum, & huius quæstionis resolutio
pendet ab ea conclusione, an bona emphytheo-
tica veniant in generali obligatione bonorum,
nam his casibus, in quibus dicta bona obligari,
& hypothecari possunt, erit locus Saluiano In-
terdicto, ideo vt clarior hæc conclusio redda-
25 tur, ponam regulam affirmatiuam, nempe bo-
na Emphytheotica obligari, & hypothecari
posse, & venire in generali obligatione bono-
rum, vt est glos. *in l. fin. in verbo alijs, C. de iur. Em-
phyt.* & tradit ibi Salic. *sub nu. 6.* Ial. *num. 78. & 79.*
& hoc verum esse dicit Bald. *in l. vectigal. versic.
reuoco in dubium, ff. de pign. & hypoth.* & post Bald.
& alios tenet Rip. *in l. filiusfamilias, §. diui, nu. 40.
in fi. de leg. 1.* vbi de communi attestatur, & hanc
etiam communem dicit Grat. *cons. 54. nu. 5. lib. 1.*
prout etiam communem affirmat Gabr. *de reg.
iur. conclu. 12. nu. 18.* & ita communiter teneri ait
Clar. *in § Emphytheosis, quæst. 18.* & de communi
attestatur etiam Negus. *de pign. in 2. memb. 2. par.
num. 28.* & post multos per eum alleg. tradit
Corb. *de iur. Emphyt. de caus. priuat. ob alienat. li-
mit. 31. num. 1. & 2.* qui etiam communem atte-
statur, Surd. *decis. 160. num. 1. & decis. 154. num. 4.*
tradit Afflict. *decis. 181. num. 2.* Guid. Pap. *decis. 575.
numero 1.* Rot. *diuers. decis. 3. numero 10. par. secund.*
* & in terminis declarauit Rota coram R. P. D.
Penia in vna Romana bonorum de Cellis Lu-
næ 14. Iunij 1610. *in fine operis decis. quinquagesi-
maquinta, num. 3.* vbi aliàs in Rota fuisse resolu-
tum attestatur.

26 Ex quibus sequitur super eis competere Sal-
uianum Interdictum, vt fuit resolutum in Ro-
* ta coram R.P.D. Penia in dicta Romana Sal-
uiani Interd. Veneris 12. Nouembris 1592. *in fine
operis decis. 99. nu. 2. & 3.* & in alia Romana cen-
* sus coram R.P.D. Iusto Veneris 17. Martij 1600.
ibid. decis. 67. nu. 3. & n. 4.

27 Nec obstat quod bona Emphytheotica hypo-
thecari, & obligari non possunt, *Authent. hoc ius
C. de sacros. Eccles. in fin.* quia respondetur illud
procedere in Prælato, non autem in Emphy-
theota, qui obligando dicta bona, intelligitur
obligare ius suum tantum, vt declarat Bald. *in
l. vectigal. vers. non obstat, ff. de pignor.*

28 Secundò respondetur quod iura, quæ in con-
trarium deduci possunt, non prohibent simpli-
citer alienationem, sed prohibent ius Emphy-
theoticum in alium transferri, & ita respondet
Negus. *de pign. in 2. memb. 2. par. num. 29.* & ita fuit
* resolutum in Rota coram R.P.D. Penia in vna
Romana Salu. Interd. Vener. 12. Nouembris 1592.
in fin operis decis. 99. nu. 2. vbi dicit, non obstare
tacitam alienationem resultantem ex text. *in l.
fin. C. de iur. Emphyt.* quia illa non est sufficiens,
29 vt bona Emphytheotica non censeantur com-
prehensa in generali hypotheca bonorum, quia
tex. *in l. fin.* non prohibet simpliciter alienatio-
30 nem, sed venditionem, & iuris hypothecarij in
alium translationem; nam per pignus non fit
huiusmodi translatio, quia remanet in bonis
31 pignorantis, *l. 1. C. de pign.* & consequenter præ-
dicto modo bona Emphytheotica veniunt sub
32 generali hypotheca, reiecta opinione Alex. *in
cons. 16. nu. 4. lib. 2.*

Tertiò respondetur, quod licèt appellatione
alienationis veniat hypotheca, tamen illud est
33 impropriè, & per interpretationem, vt per glo.
in l. fin. C. de reb. alien. non alienan. vbi Bald. Salic.
Castr. *in princ.* qui omnes affirmant quod tunc
34 appellatione alienationis venit hypotheca,
quando sumus in dispositione, in qua fit latissi-
ma interpretatio: secus quando sumus in inter-
pretatione, in qua stricta fit interpretatio, vt
in isto casu prohibitionis alienationis, quæ fit
in odium alterius, vt declarat Socc. Sen. *consil.*

ad dominum reuertatur, quæ verba, *solum*, virtualiter ipsam prohibitionem sub pœna caducitatis continet.

49 Sublimitatur quando obligans non haberet alia bona, quàm alienari prohibita, quia tunc veniunt in generali obligatione, ne obligatio reddatur frustratoria, vt per Gerard. *sing*. 35. latè per Marf. *in repet. Rubr. de fideiuss. quæst*. 27. Gabr. *de reg. iur. conclus*. 12. *nu*. 40. Rot. *diuers. d. decis*. 426. *nu*. 9. *alias* 425. Et fuit dictum in d. Romana Salu.
* Interd. coram R.P.D. Coccino Lunæ 2. Decembris 1601. *in fin. operis decis*. 17. *num*. 6. & allegenti non adesse alia bona, incumbit onus
50 * probandi, vt in d. decis. coram R.P.D. Coccino dicitur.

51 Ex quibus suprà deductis patet, quod etiam pro melioramentis in re Emphytheotica factis datur Saluianum Interdictum, quia sicut ipsa bona Emphyteotica veniunt in generali obligatione, quando non sunt expresse prohibita alienari, (vt dictam est) pro eis detur Saluianum Interdictum, multo magis procedit in melioramentis, quæ sunt propria facientis, & restituuntur, & transeunt ad hæredes, & pro eis datur retentio, vt latè supra *in 2. Inspect. nu*. 204. *& seq*. & in specie quod dicta melioramenta veniant in generali obligatione tenuit Rot. corã Illustrissimo Seraphino in vna Romana Casalis Marcigliani 19. Iunij 1587. *in eius lib. impress. decis*. 794. *nu*. 9. & habetur in voto eiusdem Illustrissimi Seraphini *ibidem decis*. 76. *num*. 4. *&* 5. & stãte hypotheca datur Saluianum Interdictum, vt supra *num*. 46. *&* 44. deductis, & inferius *nu*. 53. deducendis.

Immo etiam si esset expresse prohibita hypotheca, tamen pro meliotamentis pro quibus
52 conductor facere se obligauerat, nõ intelligitur facta dicta prohibitio, & poterit hypothecari absq. incursu pœnæ caducitatis, & idẽ est in alijs promissis, & adimplendis in contractu conductionis, vt per Corb. *de caus. priuat. ob alienationem irreq. Domino, limit*. 33. *nu*. 5. *in fin*. vbi attesta-
* tur ita fuisse resolutum in Rota coram Cantuccio in vna Romana deuolutionis domus 21. Februarij 1575. quæ est impressa in Rota *diuers. de-*
53 *cis*. 3. *sub num*. 9. *in fin. par*. 2. Et hoc casu daretur Saluianum Interdictum vigore hypothecæ, & in his terminis fuit dictum in Rota coram R.P.D. Vbaldo in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ 10. Ianuarij 1611. *in cal. operis decis*. 25. *per totum*.

54 Quarto limitatur in feudis, quia non veniũt in generali obligatione, vt per Ias. *in l. fin. n*. 84. *C. de iur. Emphyt*. & per Alc. *in l. si constante n*. 26. *Sol. matr*. & idem *in consi*. 2. *n*. 2. *lib*. 4. Grat. *consi*. 4. *nu*. 58. *versi. non obstat lib*. 1. Socc. Iun. *consi*. 72. *num*. 5. *vol*. 1. & infinitos deducit Gabr. *de reg. iur. d. concl*. 12. *num* 15. & commun em dicit Neguf. *de pign. in 2. memb. 2. par. numer*. 43. & latè per Bero. *consi*. 66. *numer*. 18. *volum*. 1. vbi ampliat quod nec pro
55 dote expresse, & tacitè obligari potest. Afflic. *in capitul. 1. §. in generali num*. 4. *&* 5. *de prohibit. feud. alien. per Federic*. vbi Bald. *sub num*. 1. Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloss. 3. num*. 5. Afflic. *decisi*. 14. *sub numer*. 9.

56 Quod primo ampliatur, etiam si feudatario data esset licentia de vendendo feudum, quia adhuc nec hypothecari poterit, cùm aliud sit vendere, aliud obligare, & vtrumq. sit prohibitum, vt post Iser. & Afflic. per eum allegat. tradit Corb. *de iure Emphyt. in tit. de caus. priuat. ob alien. irreq. Domino q*. 6. *n*. 14. & per Marin. Frec. *de subfeud. Baro. lib*. 2. *q*. 9.

57 Secundò ampliatur, quod sicut non potest in præiudicium domini hypothecari, ita etiã nec in præiudicium agnatorum, tradit Aluar. *in c. 1. §. præterea sub n. 2. de c. Corradi in tit. de alien. feud. pater*. & per Rip. *in l. obligatione n*. 35. *vers. eo sicut de pign*.

58 Tertio amplia, quod si data esset licentia patri, vt posset in præiudicium filiorum, & nepotum, & filijs, in præiudicium nepotum hypothecari, non posset frater in præiudicium alterius fratris obligare, & hypothecare, vt per Cor. *in d. q*. 6. *n*. 15. *versi. vbi etiam admonui*.

59 Quarto amplia, quod nec nulla feudi pars hypothecari potest, vt per Rip. *in d. l. obligatione sub n*. 35. *versi. ampliatur secundò*, & per cõsequẽs nec Saluianum competere potest deficiente hypotheca.

Sed ad hoc propositum quæritur, an si vasallus plures haberet dominos, & vni ex dominis feudum pignorasset sine voluntate aliorum, an talis sustineretur hypotheca, per quam posset experiri Saluianum Interdictum, & hoc casu distinguendum est, quod aut feudum est diui-
60 duum, & tunc posset vni ex Dominis hypothecari, etiam alijs dissentientibus, aut verò non est diuiduum, & tunc non posset, & ita distinguunt Aluarot. *in cap. Imperialem*, & ibi Bald. *nu*. 2. *de prohib. feud. alien. per Feder*. refert Neguf. *de pign. in 2. memb. 2. par. num*. 45. *& seq*. Franc. Curt. *de feud. in 4. par. sub num*. 95. *versi. quod autem*, quãdo autem feudum dicatur diuiduum Bald. refert se ad notata *in ca. 1. de fratribus de nouo beneficio inuestitis*. sed tu vide per Card. Mant. *de tac. & ambig. conuent. lib*. 23. *tit*. 38. *à n*. 43. *vsque* 48. vbi ponit multas distinctiones. Vnde sequitur quod eo casu, vbi feudum non sit diuiduum, nec etiã super eo possit experiri Saluianum, cùm careat hypotheca.

61 Limita modo principalem conclusionem, primo quando feudum esset hypothecatum ipsi domino, quia eo casu cõcurrit ipsius consensus, & sustinetur hypotheca, vt per Bal. *in d. c. 1. sub n. 1. vers. sed quid vasallus de prohibit. feud. alien. per Federic*. Neguf. *in d. 2. memb. 2. par. num*. 44. Franc. Curt. *de feud. d. par. 4. sub nu*. 95. *vers. quarto fallit*, Rip. *in d. l. obligatione sub num*. 39. *vers. quartus casus*. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum sub nu*. 84. *vers. & in generali de constit*.

62 Secundo limita, quando feudum esset hypothecatum, non tamen esset secuta illius traditio animo luendi, vt per Franc. Curt. *loco citato vers. ad illud tamen*. Neguf. *d. 2. memb. 2. par. n*. 47. & fuit opinio Bal. *in cap. 1. §. aut si libellario num. 4. quibus mod. feud. amitt*. & idem Bal. *in l. 2. sub nu. 5. C. commun. de leg*.

63 Vnde dicitur, quod in omni casu, quo feudũ obligari possit, non intelligitur obligatum, nisi in eius possessionem fuerit quis inductus, vt tra-
64 dit Bal. *in l. 3. num. 2. C. vt in possess. legat*. & sic deficiente hypotheca Saluianum intentari non poterit, vt fuit dictum supra *in prima Inspect. cap. 5. num. 75. & alibi plures*.

65 Tertio limita, quando feudum pto suis neces-

de tetur, vt pet Lofred. *consi. 7. nu. 35. & consi. 9. num. 20. & seq.* Mant. *d. tit. 24. in fi.* & sic eo casu, nec Saluianum intrare posset, cùm deficeret hypotheca.

83 Nono limita in melioramentis in feudo factis, quæ possunt hypothecari, vt clarè per Beto. *consi. 73. nu. 39. vol. 2.* ac ista melioramenta transeunt non solum ad filios, sed ad quoscunque extraneos successores, tam ex testamento, quàm ab intestato, vt latè per Paris. *consi. 28. per totum volum. 3.* Curt. Iun. *consi. 42. num. 10.* Bero. *d. consi. 73. num. 39. ver. rursus.* Ruin. *cons. 42. nu. 10. volum. 1.* & tradit Bald. *in cap. 1. §. si vasallus in tit. hic finitur lex.* & per Ias. *in l. 2. num. 28. in fin. C. de iur. Emphyt.* & ea quæ sunt transibilia, & cessibilia possunt etiam hypothecari, & tradit in his terminis Bero. *d. cons. 73. nu. 39. vol. 1.* & pro eis datur retentio, vt per Curt. Iun. *d. consi. 42. sub n. 10. vers. sed marito vol. 2.* & quæ hypothecari possunt vigore dictæ hypothecæ, etiam Saluianum super eis ex-
84 periri poterit, & idem dicitur de aliis supra deductis casibus, in quibus dictum est feudum hypothecari posse.

85 Restat modo videre coram quo Iudice causa huiusmodi terminanda sit, & licèt quæstio huiusmodi scilicet, quando Dominus de causa siue de materia feudali cognoscat, diffuse sit à Felino *in c. ceterum de Iudic.* tractata, & per Marian. Soc. *in c. ex transmissa de foro compet.* & per Rip. *in c. decernimus de iud.* & per Curt. Iun. *de feud. in 7. par. nu. 3. & seq.*

86 Tamen in casu nostro, quia agitur de sola possessione, iudicium dicitur merè possessorium, vt deductum est supra *in 1. Inspect. c. 1.* ad effectum, vt creditori de fructibus tantum satisfiat, & supra *in 1. Inspect. c. 3. nu. 5.*

87 Hoc casu quia possessorium non adminiculatur proprietati, cognitio pertinet ad iudicem ordinarium, non autem ad dominum, vt tradit Bal. *in cap. inter pares de lege Corradi.* Felin. *in d. c.*
88 *ceterum num. 14. de iud.* & ratio est, quia hoc iudicium non pertinet ad naturam feudi, scilicet ad ipsius feudi constitutionem, vel conser-
89 uationem, vt declarat Bald. *in d. cap. inter pares, sub num. 2.* & neutrum in hoc casu comprehenditur.

90 Tertio quæro an Saluianum Interdictum intentari possit contra bona fideicommisso subiecta, & dicitur, quod, aut Interdictum intentatur contra principalem debitorem viuentem, qui bona fideicommisso subiecta possidet, & nulli dubium est, quod experiri poterit, quia Saluianum datur solum ad auocandam possessionem vt de fructibus creditori satisfieri possit, vt fuit deductum *in 1. Inspect. c. 1.* qui fructus possunt per possidentem obligari, & hypothecari cum ad eum spectant, *l. in fideicommissariam.* vbi Bar. Ang. Castren. Rip. *in prin. ad Trebell.* nec veniunt in restitutione, sed efficiuntur proprij, vt latè per Card. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 7. titul. 10. numer. 7.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 49. num. 20.* Surd. *consi. 291. num. 6. lib. 2.* & præsertim quando sunt maturi, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gl. §. 7. num. 41. & 47. cum ibi alleg.* & latè per Petr. Anton. de Petr. *de fideicommiss. quæst. 15. sub num. 38.*

91 Si verò experitur post mortem principalis debitoris, & essent reuersa ad fideicommissariū, tunc cessat Saluianum, quia fructus bonorum fideicommisso subiectorum veniente casu restitutionis spectant ad fideicommissarium, vt est tex. *in l. cum ita in princip. ff. ad Treb.* & per Doct. omnes *in dict. l. in fideicommissariam,* & per Ang. *consi. 331. sub num. 1.* & alios refert Illustrissimus Mantica *de coniect. lib. 7. titul. 10. num. 10.* & Petr. Ant. de Petr. *in d. q. 15. sub nu. 348.* vbi de communi attestatur, quia fructus spectant ad eum ad quem bona spectant, *l. fructus. ff. de rei vend.* nec ista veniunt in generali bonorum obligatione, tex. est *in l. fin. §. sed quia nostra,* vbi communiter Doct. *C. com. de legat.* Alex. *in d. l. si constante nu. 26. solut. matr.* & ex multis tradit Negus. *de pign. in 2. memb. 2. par. nu. 53.* Petr. *de fideicom. q. 8. num. 108.* &
* declarauit Rota coram R.P.D. Iusto in vna Romana census 17. Martij 1600. *in calce operis decisi. 67. nu. 2.*

Sed quid dicendum esset si hæres grauatus post eius mortem substituto restituere, & heres post multa debita contracta restituit, An tunc Creditores potuerunt Saluianum contra bona fideicommisso subiecta, & alienari prohibita experiri.

92 Et dubium facere videbatur, quia hæres grauatus potest etiam ante casum fideicommissi euentus bona ipsa fideicommissariis restituere, cum fructibus in creditorum præiudicium, vt tradit Bal. *in Rub. n. 11. de reuoc. his quæ in fraud. credit.* & per Alex. *in addit. ad Bart. in l. patrem ff. quæ in fraud. credit. vers. patre,* Rebuf. *con. 176. nu. 21. & 22. vers. contrarium est verius.* Pereg. *de fideic. art. 3. num. 127.*

93 In contrarium tamen videtur textus *in l. sed, & si antè ff. ad Trebellian.* vbi dicitur hæredem rogatum post eius mortem, vel sub conditione pluribus, vel vni, & in eius defectu alteri restituere, non posse ante casum mortis, vel euentum conditionis restituere, quia non ita restituit prout testator mandauit, & ea restitutio alteri nociua esse posset, & propterea actiones, nec dominium in eum translatum non dicitur.

94 Sed prædicta tolluntur, quia dilatio mortis huiusmodi in hæredis fauorem adiecta dicitur, perinde, ac si testator mandasset restituere, quādo voluerit, vt ex pluribus tradit Pereg. *de fideic. art. 2.* sed in proposito nostro solum difficultas residet, An in præiudiciū creditorum restitutio fieri possit ad effectum, vt impediatur remediū Saluiani Interdicti.

95 Pro cuius dubij resolutione, sic distinguendum censeo, nempe, quod aut restitutio huiusmodi fuit facta per hæredem ante addictionē, & sic ante ius ei acquisitum super dictis bonis fideicōmisso subiectis, & tunc procedit opinio Bald. cum aliis supra citatis, quia dilatio huius-
96 modi, cum sit adiecta in gratia hæredis grauati fauori suo renunciare potest, iuxta gl. *in l. qui Romæ in prin ff. de verbor. oblig.* cum aliis relatis per Pereg. *de fideicommiss. d. art. 3. num. 127. & art. 49. num. 26.*

Si verò post aditam hæreditatem, & sic post acquisitum Ius, quo casu dicitur etiam creditori vigore obligationis generalis Ius acquisitum, cum in ea veniant Iura, & actiones, etiam futuræ, & comprehenduntur omnes casus, prout deductum est in præsenti *cap. 2. num. 31.*

cum pluribus seqq.& eo casu cùm sit etiam Ius acquisitum creditori, tunc in eius præiudicium resignatio, seu restitutio fieri non potest, prout, ita distinguendo tradit Ancar.*consi.*106.*sub num.* 4.Castr.*cons.*105.*lib.*1. Bero. *cons.*143.*num.*1.*lib.*1. Surd.*consi.*116.*num.*78.82.*&* 85.Cost. *de remed.subsid.rem.* 5.*num.*7.& hoc casu erit locus Saluiano, cùm obligationes, & hypothecæ non sint sublatæ.

97 Et ad corroborationem deducitur, hoc idem esse in Prælato, qui potest ante ius acquisitum Ecclesiæ in acquirendis Ecclesiæ præiudicare, secus est in acquisitis, tradit Roman.*consi.*184.*n.* 1.2.*&* 3.Rol.*consi.*15.*nu* 23.*lib.*1. qui de communi, Aym.*consi.*122.*num.*9.Ruin.*consi.*156.*num.*22.*lib.*1. *& consi.*164.*num.*22.*lib.*5.Menoch.*consi.*73.*num.*9. *&* 12.

Tamen hoc limitatur, in muliere, quæ vellet
Saluianum intentare contra dicta bona fidei-
98 commisso subiecta, pro recuperatione suæ do-
tis, intelligendo tamen iux. distinctionem sub-
sequentem, nempe, aut adsunt bona libera, ex
quibus mulieri satisfieri potest in totum, vel in
parte, & hoc casu prius super illis experiri de-
bet, vt habetur, *in* §.*si vero Authen. de restit.* ibi *si*
aliam non habens substantiam.& tradit Ias. *in l. fi-*
liusfamil.num. 25. *de legar.* 2.& de communi atte-
statur Rol.*consi.*85.*nu.*9.*lib.*1. & idem firmat Me-
noch.*consi.*95. *num* 133.& infinitos deducit Bur-
sat.*consi.* 179.*num.*20.qui de magis communi at-
testatur, & alios idem affirmantes adducit Petr.
*de fideicom.quæst.*8. *& num.* 459. *& seq.* & Peregr.
*de fideicom.artic.*42.vbi sub *numer.* 74. *& seq.* de-
clarat, an habeat locum quando adsunt fide-
99 iussores, & an frater de bonis fideicom.subiectis
100 sororem dotare possit, &, quod contra bona
fideicommisso subiecta mulier agere non possit,
quando erant bona libera, tradit Rot.*diuers.de-*
* *cisi.*690.*nu.*1.*par.* 1.& dixit Rota in vna Romana
Saluiani Interdicti Lunæ 3. Martij 1608. coram
R.P.D.Penia *in calce operis decis.*107.*num.* 4. Et i-
dem erit si extarent fructus bonorum fideicom-
misso subiectorum, ex quibus mulieri satisfieri
posset, nam eo casu nec contra dicta bona age-
re posset *l.mulier* §.*cum proponeretur in verb.potius*
*fructus ff.ad Trebell.*vbi Cuman.*in fine*,Castr.*num.*
6.*&* 7.Alex.*n.*3.& ceteri Doct. Roman.*consi.*231.
*num.*2.*in fine*,& per Molin.*de primo genit. Hispan.*
*lib.*4.*cap.*6.*nu.*15.

101 Veruntamen in hac facti specie mulier, quæ contra bonorum fideicommisso subiectorum possessores agere voluerit tenetur probare, quod non aderant alia bona libera, & allodialia, vt in his terminis tradit Rolan.*consi.*19. *num.* 9.*lib.*4.Curt.Sen.*consi.*27.*sub num.*17.Vincent.de Franc.*decisi.*241.*num.*2.Milanens.*decisi.* 7. *num.*57. cum aliis relatis per Castill. *d.decis.*61.*n.*5.

Aut verò non adsunt bona libera, & tunc distinguendi sunt plures casus, vt latè per Petr. *d.quæst.*8.*num.*459.*vsque* 502. & Menoch. *de præsumpt.lib.*4.*præsumpt.*189.*num.*116.*& præsumpt.*191. *num.*44.*& seq.* & per Peregr. *de fideicom. art.* 42. *cum pluribus seqq.*& latissimè per Burs.*d.consi.*179. *per tot.*Surd.*decisi.*62.*num.*1. *&* 2.Rot.*diuers.decis.* 37.*per tot.par.* 1. nam vltra quod esset nimis longum omnia recensere, nec etiam multum ad rem nostram facerent, quia esset potius validitatem fideicommissi deducere, quàm nostram explicare materiam, & ideo ea tantum quæ ad rem nostram faciunt, & frequentiora sunt breuiter deducemus.

102 Quare dicitur, quod siue tacita, siue expressa sit prohibitio alienationis bonorum, ita quod venirent restituenda ex causa dotis.& donationis propter nuptias bona præfata obligari, & alienari possunt, vt post Bart. Bal. Castr. Ias.& alios *in Auth.res quæ C.com.de leg.* tradit Rim.Iun. *consi.*562.*num.*53.*& seq.uol.*5.Couar. *var. resol.cap.* 6.*nu.*10.*lib.*3.*versi. primum*, qui de communi attestatur, & alios infinitos, quidem affirmant deducit Menoch.*de præsumpt.lib.*4.*præsumpt.*189. *num.*96.& per Petr. Ant.de Petr. *de fideicom. qu.* 8.*numer.*412. *&* 425. & alios multos refert Burs. *consi.*179.*num.*17.*lib.*2.Rot.*diuers.decisi.* 37.*num.*1. *par.*1.

103 Quod ampliatur, siue filius vxorem duxerit in vita patris, siue post mortem, & sic post iniunctum fideicommissum, vt ex multis tradit Menoch.*consi.*33.*num.*27.*volu.* 1. qui communem dicit, & alios infinitos refert Peregr. *de fideicom.d.art.*42.*num.*81.*versi.contrarium.*

104 Secundo ampliatur, etiam si per statutum esset facta prohibitio alienandi, vt per Ancar. *consi.*383.*n.*1.& latius per Curt.Sen. *consi.*27.*n.*11.*& seq.*& per Rip. *in l.filius familias.*§.*Diui*,*n.*71.*de legat.*2.Peregr.*de fideicom.art.*42.*n.*65.Petr. Ant.de Petr.*de fideicom.q.*8.*n.*44.

105 Tertio ampliatur etiam in augmento dotis,
quando augmentum verè, & realiter fuerit fa-
ctum, vt per Ruin.*consi.*199.*sub num.*5.*vol.*2. Bald.
*in Auth.res quæ num.*10.& ibi Castr.*num.*7.& per
Peregr.*de fideicom.d.art.*42.*num.*84.licet contra-
106 rium sit dicẽdum in tacita hypotheca pro aug-
mento dotis, quæ ad augmentum non extendi-
tur, vt per Negus.*de pignor.in* 1.*memb.*5.*par.nu.*17.
de quo suo loco dicemus.

107 Quarto amplia in dote constituenda filiæ, vel nepti, quæ vult ingredi religionem, & se monachare, vt per Bart.*in d. Auth.res quæ num.*7. *C.comm.de leg.*vbi Bald.*num.*13.Ias.*num.*18. & per Menoch.*de præsumpt.d.præsumpt.* 189. *num.* 89. & communem dicit Petr. Ant.de Petr.*d.q.* 8.*n.* 418. vbi ad contrarium respondet, Peregr.*de fideicom. ar.*42.*num.*57.*cum alijs ibi.*

108 Quinto amplia etiam in filia naturali, vel
spuria, quando non habet vnde se alat, & ratio
est, quia de iure Pontificio, quod iure ciuili ser-
109 uatur, pater tenetur dotare filiam naturalem,
vt de communi attestatur Rip. *in l.*1. *num.* 66.*ff.*
solut. matr. & alios refert Menoch. *de præsumpt.*
186.*num.*125.Petr. Ant.de Petr.*d.quæst.*8 *num.*354.

110 Sexto amplia etiam procedere si bona Ecclesiæ, seu pio loco veniunt restituenda, vt per Ias. *in d. Authen.res quæ.num.*32. Padell.*num.*78.*&* 94. cum alijs allegat. per Menoch. *dict. præsumpt.* 189.*num.*120. & per Petr. Ant.de Petr. *d. quæst.*8. *num.*145.

111 Septimo amplia procedere, tam in constitutione dotis, quàm in restitutione, & ideo ampliationes præfatæ pro vtroque casu intelligendæ sunt, prout deductæ fuerunt, & tradit Rolan.*cons.*20.*num.*1.2.*&* 3. *volum.*4. Peregr. *de fideicom.d.art.*42.*nu.*82.Couar.*var.resolut.lib.*3.*cap.* 6.*sub nu.*10.*vers.quarto.*Surd.*d.decis.*62.*num.*1.

112 Octa-

112 Octauo amplia in donatione propter nuptias, vt de communi attestatur Roland. *dict. consi.* 20. *n.* 7. *vol.* 4. quem refert, & sequitur Petr. *de fideicom. d. q.* 8. *n.* 355. & per Couar. *var. resolut. d. c.* 6. *nu.* 10. *vers. primum lib.* 4.

Aliæ verò ampliationes, quæ multæ sunt, vide per Petram *d. q.* 8. & per Menoch. *d. præsumpt.* 189. *&* 191. & per Peregr. *d. art.* 36. *&* 42. *&* 49.

113 Prædicta autem tantum tanquam frequentiora dedimi, in quibus omnibus casibus stante obligatione patris, seu aui, seu fratris de danda, seu restituenda dote, vigore illius obligationis, & hypothecæ Saluianum contra dicta bona fideicommisso subiecta experiri poterit.

114 Illud tamen aduertendum est, quod necesse est constare pretium dictorum bonorum venditorum in causam dotis præfatæ verè, & realiter cessisse, nec sufficere assertionem factã in Instrumento, ad tex. *in l. si forte C. de castr. pecul.* & ex doctr. Dec. *in consi.* 132. *sub num.* 2. *& consi.* 603. *numer.* 8. & per Peregr. *de fideicom. art.* 42. *numer.* 79.

115 Et in casu in quo bona fideicommisso subiecta pro dote alienari possunt, si contingat medietatem domus, seu feudi ad dotis constitutionem sufficere, tunc poterit totam domum vendere, nisi adesset alia domus minor sufficiens, vt tradit Riminald. Iun. *d. consi.* 326. *num.* 58. *vol.* 5. vbi ait residuum precij esse reinuestiendũ
116 ad fauorem fideicommissi, & sequitur Peregr. *d. art* 49. *num.* 67.

117 Ampliatur procedere in apparatu ipsius Mulieris, ac pro festiuitatibus fieri solitis, cùm
118 dicatur de appendicijs dotis, vt post Salicet. *in authen. res quæ C. commun. de leg.* tradit Bero. *consi.* 113. *n.* 44. *vol.* 1. & latius per Peregr. *de fideicom. art.* 42. *num.* 80. & tenuit Rot. *diuers. decis.* 556. *n.* 1. *par.* 1.

119 Limitatur tamen, quando testator expresse prohibuisset alienationem, etiam ob causam dotis, pro vt ex multis tradit Menoc. *de præsump. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *nume.* 116. cum alijs relatis per Burs. *d. consi.* 179. *nu.* 22. & per Couarr. *d. capit.* 6. *sub numer.* 10. *versi. tertio*, & per Petra. *loco citato num.* 432.

120 Contrarium tamen, quod non obstante dicta expressa prohibitione alienationis, etiam ex causa dotis deducenda sit dos de fideicommisso, tenet Castr. *in consi.* 80. *in* 1. *dubio, volu.* 1. & alios multos maximæ auctoritatis refert, & sequitur Burs. *d. consi.* 179. *num.* 8. *lib.* 2. qui hanc magis communem dicit, pro qua est decisio Surd. 62. *n.* 11. vbi pro hac parte infinitos deducit, & eam sequendam censeo, aliàs nimis durum esset testatorem posse tollere, quod à lege fauore publico fuit inductum pro hac parte, & tenet Marzar. *de fideicom. quæst.* 48. Crass. *sent. in* §. *fideicom. sub num.* 3. *in fin.* & est decisio Rot. *diuers. decisi.* 449. *num.* 5. *par.* 1.

121 Hanc autem conclusionem ponit latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *num.* 116. *& seq. & præsumpt.* 191. *num.* 44. *& seq.* ideo ad eum recurras, quia multas recipit declarationes, quo ad eorum obligationem, & quando pro restitutione dotis alienari possit, & per Pereg. *de fideicom. d. art.* 42.

122 Verùm limitatur procedere in descendentibus tantum per rectam lineam, non autem in transuersalibus, vt declarat Ias. *in d. Auth. res quæ, n.* 12. *&* 34. Petr. *d. q.* 8. *n.* 394. *&* 442. Couar. *d. c.* 6. *n.* 10 *vers. primum.* Mich. Crass. *sent.* §. *fideicom. q.* 57. *n.* 5 Riminald. Iun. *cons.* 562. *nu.* 52. *vol.* 5. Rot. *diuers. decisi.* 37. *n.* 2. *par.* 1.

123 Quando autem fideiussor qui dotem soluit recepta cessione iurium à Muliere agere possit contra bona fideicommisso subiecta, latè vide per Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *nu.* 141. & infra *in* 4. *Inspect. cap.* 1.

124 Quarto quæro, An contra minoris bona à tutore, seu curatore hypothecata Saluianum experiri possit, & dicitur, quod quatenus ritè, & rectè, ac cum solemnitatibus requisitis, ex legitima causa hypothecata fuerunt ita, & taliter, quod obligatio sustineatur, nulli dubium est, Saluianum competere vigore dictæ hypothecæ, prout in alijs obligationibus deductum est.

125 Quæ autem solemnitas, & requisita in obligatione huiusmodi requirantur latè vide per Roland. *con.* 33. *per totum lib.* 1. vbi nouem requisita deducit, & per Paris. *consi.* 98. *lib.* 1. Dec *consil.* 403. Brogn. Caual. *de tut. & curat. cap.* 1. *nu.* 139. *& seq.* Afflict. *decisi.* 249. & latè per Simoncell. *de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *per totum*, & multa deducta fue-
* runt per Rotam coram R. P. D. Buratto in vna Romana Hæreditatis, & paragij dotis Veneris 22. Iunij 1615. *in calce operis decis.* 241. *per totum.*

126 Verùm in obligatione mulierum, & minorũ, etiam si cum tutore, vel curatore se obligarent, vel eorum tutor bona eorum obligaret, iusta, & necessaria causa requiritur, ad effectum illius validitatis, vt per Doct. omnes supra allegatos, & est tex. *in l. à diuo Pio* §. *fin. in fine*, vbi Ias. & Alexand. *ff. de re iud.* tradit Salic. *in l. emptorem sub num.* 6. *in fin. ff. locat.* vbi rationem reddit,
127 quia ad hoc dicitur habere mandatum & dicitur legitimus administrator illius bonorum, & tradit Soccin. Sen. *cons.* 32. *nu.* 8. *& cons.* 125. *num.* 6. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 255. *nu.* 32. *&* 35. Roland. *cons.* 49. *num.* 7. *lib.* 2. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 3. *glos.* 1. *nu.* 15. quem sequitur Surd. *decis.* 199. *n.* 1. *&* 2. &
* tenuit Rota coram Illustrissimo Ludouisiu in vna Romana societatis officij Lunæ 12. Nouembris 1601. *in fine operis decis.* 108. *nu.* 1. *&* 2. vbi de-
128 claratur, quod in vtilitate pupilli versum dicitur, quando constaret in manibus tutorum non extare pecunias pro recolligendis messibus, iuxta tradita per Federic. de Sen. *cons.* 119. *num.* 4. & per Bald. *cons.* 152. *num.* 2. *lib.* 3. Rom. *in l. ciuitas sub nu.* 8. vbi etiam Alexand. *sub num.* 11. *&* 12. *ff. de priuil. cred.*

129 Et eo casu, quando adest necessaria causa minorum, & mulierum, obligatio etiam sine solemnitatibus sustinetur, vt post Alexand. & Ias. *in d. l. à diuo Pio*, tradit Rom. *cons.* 394. *num.* 4. *&* 5. Alexand. *cons.* 215. *num.* 7. *lib.* 6. Simoncell. *de decreto tit.* 6. *Inspect.* 15. *num.* 126. *lib.* 3. Tiraquell. *de leg. Connub. glos.* 8. *nu.* 187. Caputaq. *decis.* 199 *lib.* 3. *n.* 2. Rot. *diuers. decis.* 79. *num.* 3. *par.* 1. *& decis.* 867. *num.* 5. *lib.* 3.

130 Aduertendum tamen est, quod necessaria causa non diceretur, nec etiam iusta, quando obligatio, seu renunciatio minoris de præsenti nullum afferret damnum, & potius videretur

vtilis, si ex futuro euentu damnum minori afferre posset; nam eo casu talis obligatio non sustineretur, vt per Curt. Iun. *in rub. C. de pact. nu. 25.* Alciat. *num. 33. & 34.* Bolognet. *num. 53. versi. sed breuiter.* Bal. *in l. pactum, quod dotali in fine. C. de collat.* Ias. *consi. 53. num. 4. in fine, volum. 1.* Lamberteng. *super Statuto Mediolani glos. 4. numer. 2. cum seq.* Gabr. *consil. 6. numer. 2. & seq. volum. 2.* & fuit * secuta Rota coram R.P. D. Buratto in vna Romana Hæreditatis, & paragij dotis Veneris 22. Iunij 1615. *in fine operis decisi. 241. num. 14.* vbi multa ad validitatem huiusmodi obligationis deducuntur.

131 Et necessaria causa ad hunc effectum dicitur, quando propriam, & præcisam necessitatem minoris contineret, ad quam compelli possit, vt per Tiraquell. *loco citato*, & per Alexa. *d. cons. 215. n. 7.* cum alijs relat. per Gabr. *cons. 20. n. 50. lib. 2.* * Rota coram R. P. D. Marcomontio in vna Bononien. census Lunæ 20. Februarij 1609. *in fi. operis dec. 289. n. 2.*

132 Et exemplificari potest, quando adesset æs alienum, *l. ob æs. C. de præd. Minor. l. magis puto. §. ne passim ff. de rebus eorum.* Rom. *cons. 321. num. 2.* Rol. *consi. 33. n. 1. lib. 1.* Corn. *cons. 109. n. 2. lib. 3.* Alexan. *d. cons. 215. numer. 7. lib. 6.* Fab. de Monte *de empt. & vend. in quæst. 5. principali numer. 95. versi. sequitur videre.* Afflic. *decisi. 49. in fi.* Surd. *decisi. 287. num. 18.* Card. Manc. *de tac. & ambig. lib. 4. tit. 7. num. 6. par. 1.*

133 Prout in simili videmus, quod bona minoris stabilium alienari possunt, quando fœnus, seu vsuræ æris alieni superat fructus suorum bonorum, vt est tex. *in l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eorum, qui sub.* & tradit Immo. *cons. 98. num. 4.* Ang. Aret. *in consi. 128. num. 25. & 26.* Natt. *cons. 631. num. 37. vers. ex præmissis*, & fuit secuta Rota coram R.P.D. Dunozetto in vna Romana Casalis * Veneris 3. Aprilis 1615. *in fine operis decision. 106. num. 5.*

134 Quod quidem æs alienum non solum necesse est plenè, & concludenter eum probare, vt tradit Simoncell. *de decreto d. tit. 1. lib. 1. num. 18. cum ibi allegat.* & per Roland. *d. consil. 33. num. 3.* & * dixit Rota coram R.P.D. Iusto in vna Imolen. nullitatis permutationis 29. Martij 1599. *in fine operis decisi. 109. num. 9.* & inferius cum alijs ad-
135 ducendis; sed necesse est etiam, quod constet creditores contra minores instare pro consecutione sui crediti, vt tradit Dec. *consi. 403. num. 12.* Paris. *consi. 98. num. 4. volum. 1. cons. 85. nu. 20. vol. 3.* & per Roland. *d. consi. 33. num. 2. in fin. lib. 1.* Et tenuit Rota coram Reuerendissimo Archiepisco * po Saciato in vna Romana domus de Cupis Veneris 10. Nouembris 1600. *in calce operis decis. 110. num 23.*

136 Insuper etiam constare debet non adesse bona mobilia sufficientia ad satisfactionem dicti æris alieni, vt tradit Dec. *d. cons. 403. sub nu. 12.* Corn. *consi. 109. num. 1. lib. 3. & cons. 92. num. 5. lib. 4.* Rom. *consi. 312. sub nu. 1. vers. item requirere.* Rol. *d.* * *cons. 33. n. 4.* Et in dicta decis. Romana domus de Cupis, *num. 24.*

137 Verum nouissimè Rota coram R.P.D. Ma- * zanedo in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ 11. Ianuarij præsentis anni 1616. tenuit Vxorē posse pro marito se obligare ad eum subleuandum à carceratione, & ab expensis, vt in ea videre poteris *in fine operis decis. 171. num. 4. & 5.* Et * idem coram eodem in eadem causa confirmauit, sub die 20. Maij eiusdem anni, *ibidem decis. 227. per totum.* & hæc esset altera iusta causa se obligandi, quæ quidem propositio qualiter sit intelligenda ex supra deductis, & inferius deducendis colligere poteris.

138 Et similiter necessaria causa dicitur, quando mulier pro cōstituenda dote se obligaret, quod sine solemnitatibus facere potest, vt tradit Salic. *in l. fi. in 4. notabili, C. de iur. dot.* Calcan. *consi. 13. colum. 2.* Socc. Sen. *cons. 46. num. 25. lib. 4.* Ruin. *cons. 138. num. 5. & consi. 194. num. 4. lib. 1. & cons. 61. num. 3. lib. 3.* Natt. *cons. 52. num. 15. & 16. lib. 1.* Gozad. *cons. 43. nu. 11. & cons. 97. num. 7.* Roman. *cons. 394. num. 5.* Riminald. Sen. *cons. 597. num. 5. lib. 3.* Bald. Nouell. *de dote part. 6. priuil. 48. num. 1.* Baptis. de Santo Blas. *de priuileg. dot. priuileg. 352. nu. 52.* Cott. *in memor. vers. dos habet.* Mars. *sing. 42. num. 3.* & per Iason. *in cons. 171. colum. vltim. vers. ad idem & in Auth. res quæ numer. 25. vers. tertio facit. C. commun. de leg. st.* & nouissimè tenet Menochius *consil. 242. num. 6.* qui veriorem, & magis receptam dicit, & hanc partem fuit sequuta Ro- * ta in vna Anconitana dotis Veneris 28. Iunij 1602. coram Cardinale Millino, *in calce operis decis. 111. num. 1.* & in alia Maceraten. dotis Veneris 4. Iunij 1594. coram eo, *ibidem decis. 112. num. 1.*

139 Contrariam verò sententiam tenuit Dec. *cons. 5. num. 3.* & per totum sequitur Rip. *in l. 1. numer. 14. ff. solut. matrim.* Riminald. Sen. *consi. 447. num. 16.* Riminald. Iun. *cons. 3. num. 11. & cons. 31. numer. 43. lib. 1.* Gabr. *cons. 20. num. 41. & 42. lib. 2.* vbi ait hanc opinionem, quod minor possit pro dote se obligare, non procedere, quando adest statutum prohibens minorem contrahere, sed procedere de iure, & successiuè dicit procedere in casu, vbi dos reperitur priuilegiata specialiter. Et hanc negatiuam tenent Negus. *de pign. in 1. memb. 8. par. numer. 27.* Cagnol. *in l. 1. numer. 22. de reg. iur.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. gloss. 14. num. 96. & 105.* & etiam tenet Surd. *consi. 191. numer. 22.* qui tenet, quod bona non possunt vendi, nec obligari pro dote, in hoc casu sine solemnitatibus, *& in decisi. 287. numero 18. & 19.*

140 Tamen à priori sententia nō videtur esse recedendum, cùm sit communis, vt attestatur idē Surd. *locis citatis*, & veriorem, & magis receptam dicit Menoch. *loco citato*, & ad fundamenta adducta per Dec. Gabr. & alios bene respondet Menoch. *in d. cons. 242.* quæ breuitatis causa omittuntur, & per eum videri poterunt.

141 Et optima est illa ratio, quæ ex auctoritatibus pro parte affirmatiua colligitur, nempe, quod reperitur priuilegiata, quod minor possit pro dote se obligare, *l. fin. C. ad Vell.* & tradit Bald. Nouell. *de dote part. 6. priuileg. 12. num. 1. & priuileg. 48. num. 1.* & quando statutum, seu constitutio generaliter loquitur, non comprehendit casum dotis *l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* & ita firmant omnes Doctores supra relati, & præcipuè Menoch. *dicto consi. 242. nu. 7.* & per Put. *decisi. 160. lib. 3.* & firmauit Rot. coram * R. P. D. Ottembergo in vna Romana dotis Mercur. 29. Maij 1602. *in fine operis decisi. 113. num. 2.*

142 Et

142 Et hoc sine dubio in Muliere maiore, procedere videtur. sed in Muliere minore aliter resoluendum videtur, quia in muliere minore dupliciter concurrit prohibitio, prima est iuris communis prohibentis mulierem non posse se obligare. Secunda est statuti prohibentis minores non posse, & hoc casu, quando persona inhabilitatur de iure communi, & concurrit inhabilitatio iuris specialis, tunc comprehenditur etiã casus specialis, qui non comprehenderetur, si versaretur in simplici prohibitione, vt tradit Ruin. *consi.* 195. *num.* 7. *lib.* 1. & per Gabr. *d. consi.* 10. *nu.* 41. *&* 42. *lib* 2. qui de communi attestatur, & tenet Picus *super statut. cap.* 151. *glos.* 7. *num* 259. &
* fuit sequuta Rota in d. Bononien. Census 20. Februarij 1609. *n.* 28. *&* 40. *in fine operis decisi.* 289.

143 Poteris tamen hanc Doctorum controuersiam ita concordare quo ad masculum minorẽ, nempe quod aut minor ad sui fauorem constituit dotem, vel ad filiæ fauorem, quam dotare tenebatur, se obligauerit, & tunc opinio affirmatiua Salic. & sequacium locum habebit, quã
* sequuta fuit Rota in dicta Bononien. Census, & procedit in omni casu necessario, vt supra *n.* 116. deductum est, *& n.* 117.

144 Aut verò se obligauit pro dote, quam dare non tenebatur, & procedit opinio negatiua Decij, & sequacium, & hanc distinctionem tenet Socc. Sen. *consi.* 80. *sub num.* 26. *lib.* 4. & per Rot. in
* vna Anconitana dotis 27. Nouembris 1598. coram Card. Lancellotto *in fine operis decisi.* 114.
* *num.* 1. 2. & in his terminis loquitur Rota extra casum dotis in dicta Romana domus de Cuppis *nu.* 29. dum firmat alienationem bonorum minoris non sustineri nisi cum vtilitate cõcurrant solemnitates.

145 Alteram etiam in Muliere distinctionem adducit Picus *super statu. unic.* 151. *lib.* 1. *in gl.* 7. *n.* 237. *&* 239. nempe, quod aut mulier est pauper, & inops, & tunc non potest cogi ad filiam dotandam, & quatenus pro dote se obligauit, talis obligatio non sustineret.

146 Aut verò est diues, & tunc cogi potest ad eam dotandam, & eius promissio esset valida, & sustineret, & præsupponitur quod mulier diues semper pro dote se obligare possit, dùm modo non remaneat penitus indotata, vt aliàs fuit in Rota resolutum coram Cardin. Arigonio in vna Romana fideiussionis Lunæ 5. Iunij 1593. *in fine operis decisi.* 115. *n.* 3. & fuit confirmata coram
* R.P.D. Penia in vna Perusina dotis Merc. 1. Iulij 1598. *ibidem decis.* 116. *n.* 7. *&* 8. & nouissimè in alia
* coram R.P.D. Manzanedo in Romana Saluiani Interdicti 11. Ianuarij 1616. *in fine operis decis.* 171. *n.* 5. *&* 6.

147 Quod tamen intelligendum est in hoc casu sufficere, quod ei remaneat maior pars dotis, vt est decisio Thesaur. 223. *nu.* 9. *&* 13. *prope fin.* & firmauit Rota coram Card. Millino in d. Anconitana dotis Ven. 28. Iunij. 1602. *in calce operis decis.* 111. *nu.* 3.

148 Et quia multæ sunt causæ, in quibus mulier sine solemnitatibus se obligare potest, breuitatis causa eas omitto, & vide per Galcan. *in d. c.* 151. & per Picum *in eodem Statuto glos.* 7. qui similiter 34. casus, cum aliquibus declarationibus ponit; & nonnullos refert Tiraquell. *de leg. connub. in gl.* 8 *fere per totum & de retract. lign.* §. 1. *gl.* 14. *n.* 91. *vsque ad finem*, & per Lambert. de Carp. per eos allegat. & præcipuè à Simoncell. *de decreto tit.* 1. de quo Moderni nullam faciunt mentionem.

149 Illud etiam adde, non sufficere quod Instrumento dicatur alienationem, seu obligationem minoris ex iusta, seu necessaria causa factam esse, quia debent verificari causæ narratæ. *Ias. in l. nequicquam nu.* 80. *ff. de offic. proc. & leg.* Castr. *consi.* 78. *sub n.* 2. *par.* 2. Paris. *consi.* 98. *n.* 9. *lib.* 1. & per Rot. coram R.P.D. Iusto in vna Imol. nullitatis per-
* mutationis 24. Maij 1600. *in calce operis, decisi.* 117. *num.* 4. & in alia Mediolanen. Sediminis co-
* ram R.P.D. Iusto Lunæ 3. Iunij 1595. *in fin. operis decisi.* 112. *nu.* 3.

150 Immo etiam si cum præsentia Iudicis, ac cũ illius decreto facta esset obligatio minoris, nec creditur iudici asserenti ex iusta causa decretũ interposuisse, Ias. *in l.* 2. *n.* 5. *in fi. ff. de offic. eius.* Dec. *in Auth. si quis in aliquo numer.* 36. *C. de edendo. & consi.* 510. *numer.* 4. Alexand. *consi.* 86. *num.* 46. *lib.* 2. Paris. *consi.* 85. *num.* 28. *lib.* 3. Curt. Iun. *consi.* 29. *n.* 16. Roland. *consi.* 59. *num.* 8. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. iud. casu* 171. *num.* 24. *& consi* 439. *num.* 28. *& consi.*
* 564. *num.* 4. & per Rot. in d. Mediolanen. Sediminis *nu.* 3.

151 Minus assertioni factæ in Instrumento, ex iusta causa fuisse interpositum decretum standũ est, vt tradit Rol. *d. cons.* 59. *n.* 8. *& cons* 7. *n.* 69. *lib.* 3. Cor. *cons.* 71. *nu.* 3. *lib.* 3. Dec. *consi.* 566. *nu.* 6. Castr. *cons.* 38. *sub n.* 2. *lib.* 2. Soc. Sen. *cons.* 52. *n.* 8. *lib.* 4. Curt. Iun. *cons.* 29. *nu.* 16. & per Paris. *consi.* 98. *sub n.* 9 *lib.*
* 1. Rota coram Cardin. Pamphilio in vna Romana inualiditatis Census 24. Maij 1591. *in fine operis decisi.* 119. *num.* 5 & in alia coram R.P.D. Iusto
* in dict. Imolen. nullitatis permutationis *num.* 4.
152 vbi dicitur, quod debet constare per iudicis cognitionem, & in dicta Mediolane. Sediminis *num.* 3.

153 Ex quibus sequitur, quod cùm non credatur Notario, nec Iudici asserentibus cum causæ cognitione, decretum fuisse interpositum, necesse est, quod de hac cognitione fiat scriptura priuata, vt tradit Alex. *in l. sciendum num.* 35. *de verb. obligat.* Ias. *in l. nequicquam sub num.* 71. *de offic. proc. & legat.* Castr. *consi.* 38. *sub numer.* 2. *versi. debuit lib.* 2. Corn. *consi.* 71. *num.* 4. *lib.* 3. Ruin. *consi.* 40. *nu.* 3. *lib.* 5. latè per Paris. *d. consi.* 98. *numer.* 9. *lib.* 1. qui communem dicit sub *nu.* 10. Natt. *consi.* 631. *num.* 32. Neuiz. *consi.* 85. *num.* 5. Curt. Iun. *d. consi.* 29. *num.* 26. Roland. *consi.* 99. *num.* 23. Rimin. Iun. *consi.* 5. *n.* 177. Menoch. *de arbitr. Iud. cas.* 171. *num.* 23. *& de recuper. poss. remed.* 5. *n.* 147. *versi.* 7. & per Simoncell. *de decreto lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 100. qui alios adducit, & per Crot. *consi.* 76. *num.* 10. *lib.* 1. Honded. *consi.* 32. *numer.* 110. *lib.* 1. qui similiter communem dicit, & ideo necesse est, quod etiam præcedat tem-
154 poris interuallum, vt per Doct. supra allegatos, & tradit Alex. *consi.* 18. *numer.* 10. *lib.* 2. Neuiz. *consi.* 85. *num.* 5. Vnde nec videtur decretum sustineri posse, quando eodẽ contextu interponitur, vt tradit Honded. *loco citato n.* 9. cum ibi allegatis.

155 Et propterea nec opinio Pichi *in glos.* 21. *dicti Statuti cap.* 151. *lib.* 1. *num.* 12. tuta videtur, dum firmat, quod de stilo decretum Iudicis vnico

contextu, & eodem instanti in eodem Instrumento minoris, & Mulieris interponi potest. Alber. *in l. actus versi. debet enim. C. de ferijs.* vbi Castr. & sequitur Bertaz. *de clausi. in claus. 10. gl. 2. sub n. 15. vers. quid si forte.* Burs. *cons. 283. n. 20. & seq. lib. 3.* & quod fuit approbata à Rota talis consuetudo, vt per Achill. *decis. 3. num. 2. in fin. de pro-*
* *bat.* & per Rotá coram R.P.D. Litta in vna Romana Societatis Officij 13. Februarij 1606. *impress. in d. tract. decis. 11. numer. 11. cum ibi alleg.* in
* Romana de Grandis 16. Ianuarij 1601. coram Decano, quæ similiter est impressa *in eodem tractatu decis. 25.*

Si quidem respondetur; quod Alexand. & Castr. *in d. l. actus.* dicunt, quod in interpositione decreti super alienatione bonorum minorũ, non conficiuntur acta de consuetudine, licèt
156 de iure requiratur, sed sufficit in Instrumento contineri, quod iudex tali venditioni minoris causa cognita interposuit decretum, & sic præsupponunt, quod verè causa cognita fuerit interpositum decretum, non autem quod de consuetudine sufficiat decretum esse interpositum vnico contextu.

157 Minus etiam hoc firmat Bertaz. *loco citato,* quia disputatur, an decretum sit apponendum in fine, vel in principio Instrumenti, & tenet quod in fine.

158 Et similiter Bursat. *d. consi. 273. nu. 10.* declarat quod sufficiat, quod ante decreti interpositionē causa cognita fuerit interpositum & sic præsuponit contrarium, ad quod allegatur, quia ibi dicitur, quod ante decreti interpositionem fuit causa cognita, & non dicit quod vnico contextu sufficiat decreti interpositio. Ex quibus concluditur, quod causæ cognitio ante decreti interpositionem sit facienda.

159 Nec aduersatur dicta decisio Romana Societatis officij *nu. 11.* quia licèt dicat, quod in similibus non proceditur iudicialiter, nec conficitur processus pro decreto, tamen dicit, quod vti causa cognita emanato pro eo præsumen-
* dum est, & adducit dictam decis. Romana de Grandis, & in alia coram R.P.D. Manzanedo in
* vna Romana Saluiani Interdicti 20. Maij 1616. *in fine operis decisi. 227. num. 1.*

160 Quia ibi similiter præsupponitur, quod fuerit causa cognita interpositum, & ideo pro eo præsumendum, & idem dicitur in dicta Romana de Grandis *num. 9. & 10.* nempe quod pro decreto præsumitur; & præcipuè, quia proximiores de validitate attestabantur, & in Instrumento causæ exprimebantur. Vnde non firmat validitatem decreti, sed solum quod pro eo præsumitur.

161 Quibus respondetur, quod hæc assertio Iudicis, & Notarij non sufficit, vt supra ex infinitis ostensum est, & pluries fuit in Rota resolutum.

162 Et quod non dicatur satisfactum fuisse statuto *cap. 151.* requirente decretum causa cognita interponendum esse, si in continenti, & vnico contextu decretum interponatur propter breuitatem temporis, iuxta consil. Paris. *98. num. 19. lib. 1.* & Neuiz. *d. consi. 85. num. 4.* supra allegat. Et hoc idem sentit etiam Rota coram R.P.D. Caualerio in vna Perusina donationis Veneris 21. Iunij 1613. *in fine operis decis. 120. nu. 12.* dum dicit: Nec potest vllo modo dici causa plenè cognita, vt statutum requirat, ex breuitate temporis, cũ eodem momento, & contextu Iudex causam intellexerit, & decretum interposuerit. Et comprobatur ex eo, quod fuit resolutum coram R.
* P.D. Pamphilio in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ 15. Decembris 1614. *in fine operis decis. 56. n. 12. & 18.* dum dicit ex dispositione statuti
163 *cap. 151. lib. 1.* causa Iudici in scriptis sit exprimẽda, & insinuanda, ac plenè cognita, & sic requiritur, vt contractus huiusmodi vltra alias solennitates, quod fiat cum causæ cognitione, & adducit decis. Seraph. *1187. num. 1.* quod etiam disponitur in statuto *cap. 113. lib. 1.* & confirmatur in eadem decis. coram R.P.D. Pamphilio, ex qui-
* bus colligitur, quod non potest dici causa plenè cognita ex breuitate temporis, & hoc idem
* videtur sensisse Rota coram Cardinali Seraphino in vna Prænestina administrationis seu compromissi Veneris 13. Februarij 1612. *in eius libr. impress. decisi. 193. numero 1. & 2. par. 1.* dum respondendo ad obiectum, dicit quod non releuat decretum fuisse eodem tempore interpositum propter consuetudinem, quia in contrarium fuit allegat. Castr. *consi. 337. alias 338. numero 5. libr. 1.* & Felin. *in capitul. cum venerabilis celum, penult. de except.* Et ideo fuit restrictum dubium; qui Doctores firmant, quod non dicitur causa cognita, quando in continenti decretum interponitur, & quod decretum sic nullum tradit Bar. Castr. Simoncell. *de decreto,* quos refert, & sequitur Honded. *d. consi. 32. numer. 110.*

164 Minus stilus potest decreti defectus sanare, nisi ad id sit conceptus, quod cessat in præsenti casu, tradit Cardin. Seraphinus *decisi. 78. num. 2. par. 1.* Nec est seruandus, quando ius commune est in contrarium, Bero. *consil. 40. numer. 12. lib. 3.*

Et licet Notarij ita seruare soleant, tamen in contrarium experientia docet, quod in dies in quocumque Tribunali sæpè talia Instrumenta minorum, & mulierum, ac obligationes reuocantur, & iste etiam stilus appellari potest, certo modo, cùm in magnis Tribunalibus sit seruatum, iuxta doctrinam Bar. *in l. de quibus. ff. de le.* ita quod stilus pro vtraque parte vrgeri dici potest.

165 Posset tamen pro opinione Rotæ in dicta
* Romana Societatis officij, & in dicta Romana de Grandis hanc facere distinctionem, nempe, aut quæritur an pro decreto præsumatur, quãdo vnico contextu, & eodem tempore causæ cognitio, & decretum fuerit interpositum. & tunc procedit affirmatiua, quod pro eo præsumatur, vt dicitur in dictis decisionibus, scilicet donec contra dictum decretum non fuerit oppositum, aut verò quæritur, & disputatur super validitate dicti decreti, & procedit opinio negatiua supra relata Bat. Castr. Paris. Simoncelli
* & aliorum, & dict. decis. Perusinæ donationis coram R.P.D. Caualerio.

166 Amplia modo quod supradictum est, bona minoris per tutorem obligari posse, etiam si tutor Inuentarium, & alia solemnia non confecisset, quia nihilominus gesta per eum sustinentur licèt potuisset vti suspectus remoueri, Bart. *in l. tutor qui repertorium sub num. 7. versi. contrarium*

vniq

puto de administr. tut. Salic. *in l. tutores sub num.* 7. *vers. aut interim administrat.* C. *eodem tit.* Alber. *in cap. ex parte num.* 6. vbi etiam Dec. *sub num.* 22. *de appell.* Alex. *consi.* 86. *sub num.* 8. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 89. *num.* 6. *lib.* 5. Mandel. *cons.* 21. *nu.* 7. Put. *decis.* 283. *& 318. lib.* 1. Rot. *diuers. decis.* 378. *num.* 2. *par.* 1. *& de-* * *cis.* 89. *num.* 8. *par.* 2. & habetur in dicta decis. Romana Societatis Officij circa finem coram Illustrissimo Ludouisio *in fine operis decis.* 108.

Et quamuis in hac materia variæ sint Docto-
rum opiniones, tamen dico veriorem, &
magis communem sententiam affirmatiuam
esse, quidquid enim sit in vltimis voluntatibus,
181 vel in legato, tamen in contractibus veniunt
tam venalia, quàm non venalia, vt per Alex.in l.
si constante n.27.versi.in contrarium tamen. ff.solut.
matrim. Et est ratio, quia aliquibus venditis a-
lia in eorum locum subrogantur, & ita tradit
Bar.in d.l.si constante, num.73. Salic. in l. vbi adhuc
n.12.C.de iur.dot.qui hoc verum dicit, & verio-
rem, & magis communem affirmat Ias.in l.qui Ro-
mæ §.Calimachus n.5.de verb.obli.Rip.in l.1.n. 8. de
pign.Calcan.consi.15.n.16.Paris.cons.69.n. 4. lib.4.
Pinell.in rubr.C.de bon.mater.par.2 nu.46.in fin.&
hanc veram, & magis communem attestatur
Couar.var.resolut.lib.2.c.5.n.2. & per Gomes. in
§.item Seruiana n.22.Instit. de act. Put. decis 297.
nu.1.& 2.lib.2.& pro hac parte ita fuit resolutum
* in Rota coram R.P.D. Giprio in vna Romana
pecudum 24. Aprilis 1598.in fi. operis decis.125. nu.
* 1.& ibidem in eadem coram Illustrissimo Mil-
lino 24.Maij 1600.decis.126.nu.2.& 4.reiecta Bal.
182 Rom.Alber. opinione contrarium sentientiũ,
& eo maximè, quando non adessent alia bona,
quàm venalia, vt per Gabr.de reg.iur.concl. 12.nu.
8.Petr.Sant. sing. 35. & per ea quæ supra deduxi
ver.sublimatatur.
183 Quod ampliatur etiam in grege, vt in dict.
* decis. Romana pecudum coram Illustrissimo
* Millino num. 4. & in d. decis. coram Giprio per

Septimo quæro, an Saluianũ Interdictum experiri possit vigore generalis obligationis contra nomina debitorum. Pro cuius intelligentia
195 præmittendum est, quod in generali obligatione bonorum veniunt nomina debitorum. *l. vxori meæ, vbi Bar. num. 2. de vsufruc. leg.* Ias. *in §. item Seruiana num. 41. Instit. de act.* Bal. *conf. 25. nu. 5. volum. 1.* Alexand. *conf. 156. numer. 2. lib. 6.* Ang. *conf. 108. sub numer. 1. vers. contrarium puto.* Castr. *conf. 198. numero 1. par. 1.* Ruin. *conf. 202. numero 11. volum. 2.* Parif. *conf. 94. numer. 12. volum. 2.* Aym. *conf. 213. num. 6.* Dec. *conf. 425. num. 11. & conf. 349. num. 10.* Soccin. Sen. *conf. 101. num. 4. volum. 1.* Beto. *conf. 43. num. 3. volum. 2.* Decian. *conf. 113. sub numer. 7. volum. 3.* Surd. *conf. 4. numer. 19. & 20. lib. 1.* Tiraquell. *in l. si vnquam in verf. bona num. 5. C. de reuocan.* Magon. *decisi. Florent. 146. numero 1.* & licet aliqui teneant contrarium, tamen prior opinio verior est, prout attestatur Decia. *loco citato.*

196 Et cùm veniant in obligatione, & hypothecatione, datur Saluianum Interdictum, *l. 1. vbi* Salic. *sub nu. 5. C. de Saluiano Interdicto.* Nat. *consi. 474. num. 4.* Gabr. *conf. 46. num. 20. lib. 2.* Surd. *conf. 19. num. 11. li. 1.* Et fuit receptum in Rota coram R. P. D. Cocno in vna Romana Saluiani Interdicti 2. Decembris 1601. *in calce operis decisi. 17. num. 2.*

197 Hoc etiam ampliatur, non solum procedere in nominibus debitorum præsentibus, sed etiã in futuris, quia veniunt sub generali obligatione bonorum, vt per Surd. *consi. 4. n. 22. lib. 1.* & per Neguf. *de pign. in 4. memb. 2. par. n. 165. cum ibi allegatis.*

198 Amplia secundo etiam in nominibus debitorum alteri creditori in solutum datis, nam licèt per dationem in solutum transferatur dominium, vt per Parif. *conf. 100. n. 41. in fi. lib. 1.* Aret. *in conf. 159. in 6 dub.* Hond. *conf. 31. nu. 72. lib. 1.* Aym. *conf. 346. n. 12. vol. 3.* tamen transit cum sua causa, & hypotheca, tradit Ang. *consi. 208. num. 2.* pro vt
199 dicitur in venditione, & semper permanet super illa re hypotheca, vt per Neguf. *in 3. memb. 2. par. n. 81.* Senat. Pedemont. *decisi. 156. sub num. 1.* & aliàs fuit latè deductum.

200 Et hoc casu si tale nomen debitoris non fuit exactum remanet sub hypotheca, & poterit ab anteriore creditore auocari, vt per Bald. *in l. fi. n. 3. C. deposit.* & latè per Parif. *conf. 69. n. 7. & seq. vol. 4.* & alios multos adducit idem Surd. *conf. 4. nu. 25. & 42. vol. 1.*

201 Et stante hypotheca anteriore poterit illius vigore anterior creditor Saluianum contra eum experiri, sicut inferius de pecunia à debitore posteriori creditori soluta deducetur.

202 Tertio amplia in nominibus debitorum creditori delegatis, quæ à creditore anteriori retractari possunt, vt bene deduxit Surd. *d. conf. 436. num. n.*

203 Et idem esset in pecunia redacta ex nominibus debitorum, de quo infra dicemus, & tradit Surd. *d. consi. 4. n. 25. & d. conf 336 nu. 10. & nu. 11. cum ibi adductis.*

204 Limitatur tamen, quando obligatio esset restricta ad certum locum. Bar. *in l. 1. post princip. de stat. homin.* latè per Soccin. Sen. *d. consi. 101. nu. 4.* Corn. *consi. 49. num. 10. volum. 3.* Beto. *consil. 43. volum. 2.* Ruin. *consil. 155. num. 10.* Lap. *alleg. 92.* & alios refert Tiraquell. *loco citato num. 13.* Rot. *diuerf. decif. 546. num. 4. par. 1.* Et comprobatur, quia nec veniunt in generali legato, vel donatione bonorum in tali loco existentium, vt fuit deductum supra *numer. 175. verfi. secundo limitatur.*

205 Secundo restringitur, quando dicto verbo *bonorum* addita esset illa verba, *mobilium vel immobilium*, quia tūc nomina debitorum non veniunt in generali obligatione, vt per Socci. Sen. *consi. 101. n. 4. vol. 1.* & per Tiraquell. *in l. si vnquam verfi. bona, num. 10. in fin. C. de reuocat. donat.* Neguf. *de pignor. in 2. membr. 2. part. numer. 9.* qui etiam loquitur de iuribus, & actionibus, & de hac materia latissimè per Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 7.* qui nihil intactum reliquit. Ioseph. Lud. *conclus. 48.* & per Gabr. *de verb. sign. conclus. 7. num. 1. & seq.* Rot. *diuers. d. decisi. 546. nu. 4. par. 1.*

206 Hoc etiam aduertendum est, quod nomen debitoris potest extingui etiam in præiudiciũ creditoris, dicitur tamen, vt id fiat antequam sit per creditorem ei intimatum, & prohibitum, *l. 3. ff. de nouat.* tradit Bald. *conf. 25. num. 5. vol. m. 1.* nec vlla remanet hypotheca, vt ibi per Bald. & per Neguf. *de pign. in 3. memb. 2. par. num. 16.* & latè per Surd. *conf. 4. sub n. 32. verf. sed hac ratio. vol. 1.* vbi infinitos allegat.

207 Aliud etiam notabile deduco, quod ad hoc, vt creditor possit contra debitorem debitoris agere, tria copulatiuè requiruntur.

Primo, quod talis debitor debitoris debitum fateatur.

Secundo, quod principalis debitor fuerit condemnatus.

Tertio, quod sit excussus, & fuerit repertus nõ soluendo, *l. 2. 3. & 4. C. quand. Fisc. vel priu.* & per Roman. *conf. 224. a. 7.* & per Surd. *conf. 4. nu. 1. & in sua decis. 306. n. 13.*

208 Et est ratio, quia debitor debitoris mei non est meus debitor, cùm nihil cum eo contraxerim, vt per Bald. *in cap. ceterum num. 13. in fi. de Iud.* Roland. *consi. 1. num. 5. volum. 2.* Surd. *d. consi. 4. numer. 2.*

209 Et similiter ratio est, quare necesse sit, quod debitor debitoris confiteatur debitum ad hoc, postquam primus debitor fuerit condemnatus possit contra debitorem debitoris exequi, quia sicut creditor talis debitoris non potest contra eum exequi, nisi facta confessione, & si contradiceret, necesse est cognoscere de causa debiti, ire seruari deber in creditore debitoris, ne fiat per alium deterior illius conditio, vt per Bald. *in l. etiam in princip. C. de exe. ut. rei iud.* & quod sit necessaria confessio ponit Cin. & Bar. *in d. l. 2. C. quan. Fisc. vel priu.* & ratio, quare necessaria sit confessio, vt fiat executio in nominibus debitorum in subsidium tantum deficientibus alijs est, quia talis executio excedit terminum executionis, quia fit in re aliena, non autem in re debitoris, vel per eum possessa, vt per Salic. & Bald. *in d. l. etiam*, & has rationes deducit Surd. *d. consi. 4. num. 2.*

210 Octauo quæro, & in consequentiam prædictorum videndum est, an in alijs iuribus incorporalibus, veluti pro annuo cēsu, vel pro vsufructu, vel seruitute, vel iurisdictione Saluianum

229 Verùm huius conclusionis duæ contrariæ reperiuntur opiniones, vna est affirmatiua, quod in generali bonorum obligatione veniunt pecuniæ, pro qua est tex. *in l. bona, ff. de bonorum poss. l. quotiens §. fin. ff. de vsufruct.* Et hanc opinionem tenet Ias. *in §. item Seruiana sub num. 47. vers. quia in ea venit pecunia Instit. de act.* Castr. *in l. cum tabernam. §. fin.* per illum text. *ff. de pign.* & ibi Bald. *in princ.* & per Neguss. *de pign in 2. memb. 2. par. num. 11. & in 4. memb. 2. par. sub num. 166. vers. in illis cesset ratio.* Paris. *cons. 94. num. 12. & 13. vol. 2.* Natt. *cons. 530. num. 5. lib. 3.*

230 Contrarium verò tenet Gomes. *in d. §. item Seruiana numero* 20. Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. num. 138. in fin.* Gabr. *de regul. iur. conclus. 12. num. 30.*

231 Et ratio redditur, quia pecunia ita detinetur, vt expendatur, & videtur semper alienationi parata, vt per Menochium, *loco allegato.*

232 Verùm priorem sententiam sequendam censeo, si quidem pro illius confirmatione deducitur, quod bonorum appellatione simpliciter prolata, idem continetur, quod hæreditas, vt per Bart. *in l. si quis seruum §. fin. nu. 2. de leg. 2.* cum aliis ibi in addit. & per Ias. *in l. bene est. num. 27. ff. si cert. pet.* Bald. *cons. 234 nu. 1. in fin. lib. 2.* Ruin. *consil. 202. nu. 11. vers. ad hoc lib 2.* Dec. *cons. 425. num. 11.* Decian. *cons. 113. nu. 4. vol. 3.* Aym. *cons. 11. nu. 7.* sub quo nomine veniunt omnia, quæ in bonis testatoris reperiuntur, & vniuersum ius, *l. hereditas, ff. de reg. iur. l. nihil est, ff. de verb. signific.* Surd. *cons 4. nu. 18. & 19.*

233 Et quod sub dicto nomine contineatur omnis substantia, tradit Bart. *in d. §. fin. n. 2.* ac etiam continentur omnia, quæ in bonis nostris sunt, vt tradit Ceph. *cons. 458. nu. 42. lib. 4.* Et nulla res est, quæ sub dicto nomine non comprehendatur, vt tradit Paris. *d. cons. 94. num. 12. in fi.* Ang. *in l. depositi §. in peculio, nu. 2. ff. de pecul.* & similiter
234 in legato vsusfructus omnium bonorum veniunt etiam pecuniæ, vt per Ias. *in l. diuortio, §. si vir in fundo, num. 4. & 5. ff. solut. matrim.* Ang. *in l. quidam. §. nihil interest, n. 5.* post Bart. *nu. 5. & 6. ff. de eden.* & clarè per Paris. *d. con. 94 numero 14. volum. 2.*

235 Et quod in pecunia consistat hypotheca, est text. *in l. idémque in fin. ff. qui potior in pign. hab. l. si fundus, §. in vendicatione, ff. de pign.* & tradit Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in rubr. de oblig. & solut. colum. pen. vers. primo casu,* & per Ang. *in l. pupillus sub num. 1. ff. quæ in fraud. cred.* & ante eum tenuit Bart. *ibi vers. primo casu.* & Fabr. *in §. item si quis in fraudem sub numer. 22. vers. primo casu Instit. de act.* Bald. *in l. cum tabernam, §. final. in princip. ff. de pign.* Saliceт. *in l. pecuniam sub numer. 1. versic. sed contra hoc, C. de priuil. Fisc.* & tradit Angel. *consil. 108. sub numer. 1. & 2.* Et latè per Surd. *d. consil. 4. numero 25. volum. 1.* vbi hanc esse veram in iure, quidquid fuerit dictum per Afflict. *decis. 90.* nam quod dicitur ratione æquitatis non est attendendum, vt dicit Surd. *loco citato,* vbi adducit Paris. *cons. 69. n. 13. lib. 4.* quibus adde Strac. *de decoctoribus part. vltim. num. 30. & 31.* qui latè hanc materiam declarat, & ad contraria respondet.

236 Vnde sequitur, quod istæ pecuniæ dicantur obligatæ, & hypothecatæ, & per consequens Saluianum Interdictum etiam contra eas experiri poterit vigore dictæ hypothecæ, *l. 1.* vbi Salic. *sub num. 1. C. Salu. Interd.* Natt. *cons. 474. num. 4.* Gabr. *cons. 46. num. 20. lib. 1.* & quod detur Saluianum Interdictum super eis tradit M. Antonius Eugenius *cons. 99. num. 29. & 30.* & clarè per Rot.
* coram R. P. D. Penia in vna Romana, seu Foroliuien. de Theodolis 15. Martij 1602. *in calce operis decis. 131. nu. 4.*

237 Hoc tamen ampliandum est, vt eo magis procedat, quando pecuniæ loco præsidij causa, vel perpetuæ custodiæ detinentur, vel thesauri loco, quia tunc inter immobilia computantur, vt latè infra *in cap. 5. à num. 112. vsque* 120. vbi auctoritates, & decisiones multas deduxi.

238 Et an etiam pecunia immobilis dicatur, quando ad emptionem prædiorum destinata reperiatur, vel quando ad censum, vel ad Societatem officij, de quibus fuit infra deductum, *cap. 5. num. 116. & seq.* Ac similiter, quando dispositio restricta est ad certum locum, vel quando pecunia sit redacta ex precio rei immobilis, de his omnibus vide latissimè per Octau. Simoncell. *de decreto Inspect. 16.* Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. glos. 7. à num. 105. vsque ad 112.* Ioseph. Lud. *conclus. 48. vers. pecunia etiam cum tribus column. sequentib.* bene per Thesaur. *decis. 160. per tot.* & per Decian. *consil. 59. num. 13. lib. 1.* Et Rota coram
* R. P. D. Robusterio in vna Romana compromissi 6. Februarij 1576. *in calce operis decis. 132. per tot.*

239 Verùm quia, siue sit mobilis, siue immobilis parum ad nostram materiam refert, cùm semper pecuniæ dicantur hypothecatæ, & veniant in generali obligatione per ea, quę supra deducta sunt, *nu. 213. vers. & quod,* ideo particularita-
240 tem non deduco, & pro eis datur Saluianum Interdictum vigore illius hypothecæ, (vt pluries proximè deductum est) & quod hypotheca datur in pecunia redacta ex precio rei immobilis venditæ antequam sit in alium vsum consumpta, tradit Bald. *in l. cum tabernam, versic. ex hoc infertur, ff. de pig.* & faciunt tradita per Surd. *cons. 4. num. 16. lib. 1.*

241 Secus tamen esset si esset consumpta, quia non solum extinguitur hypotheca, sed etiam dominium, vt ex multis tradit Surd. *loco citato, nu. 15. & 16.* & per M. Antonium Eugenium *dict. cons. 89. nu. 29.* Afflict. *decis. 190. nu. 6.* & latius infra *nu. 255.* deducemus.

242 Nota tamen casum singularem, quod si pecuniæ solutæ essent sub obligatione de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus, tunc habentur, ac si solutæ non fuissent, & præsumuntur extare, vt est notabilis doctrina Castr. *in cons. 285. in princ. vers. non obstat li. 2.* Et per Rot.
* coram R. P. D. Iusto in vna Romana Casalis Capicottæ Veneris 4. Februarij 1602. *in fi. operis, decis. 113. num. 11.* Et in alia coram Card. Blanchetto in vna Romana, seu officiorum Collegij Lunæ 22. Martij 1593. *in fine operis decis. 134. numero 1. & 2.*

Et hoc casu stante hypotheca contra eas pecunias Saluianum intentari poterit, vt supra *n.* 44. & 46. fuit deductum.

243 Limitatur tamen, & restringitur prædicta procedere in pecunia debitoris aliunde habita, quàm à creditore suo cui bona fuerunt gene-

raliter obligata; vt declarat Bald. in d. l. cum ta-
bernam, §. fin. in prin. ff. de pignor. Negus. de pign. in
2. memb. 2. par. num. 12. Roman. sing. 611. lib. 1. Paris.
cons. 50. num. 25 lib. 1. Strac. de mercat. par. 4. tit. de
mand. num. 5. & bene per Surd. cons. 313. num. 21. vo-
lum. 4 vbi expressè dicit, quod in generali obli-
244 gatione non venit pecunia, pro cuius resti-
tutione est facta obligatio. Bero. consil. 46. num.
20. volum. 1. & est ratio, quia accipiens mutuo à
245 creditore pecuniam, cui obligauerit omnia
bona, illa ea conditione accipere dicitur, vt ex-
pedere possit, & sua explicare negocia, ideo non
est verisimile quod voluerit comprehendi in
dicta obligatione, aliàs non posset ea vti pro
suis negociis, & posset impediri ab eodem cre-
ditore, & in vanum esset factum mutuum, pro-
ut declarat Bald. in d. §. fin. & Negus. loco citato,
quam rationem approbant Roman. dict. singul.
611. Paris. & Strac. locis citatis, Natt. cons. 530.
num. 5.

246 Limitatur secundo quando pecunia non
venit in dominio debitoris, veluti si fructus
census essent exacti ab aliquo, quàm à debitore,
quia tunc non veniunt sub eius obligatione,
nec hypotheca, vt per Salic. & Alber. in l. 3. C. in
quib. caus. pign. vel hypoth. sol. & dixit Rota coram
* R.P.D. Iusto in d. Romana Casalis Capicottæ 8.
Februarij 1612. in fine operis decis. 133. num. 10. & sic
cessat Saluianum.

247 Quando verò primus creditor possit auo-
care pecuniam secundo creditori solutam, vide
Strac. de decoct. par. vlt. à num. 28. vsque ad fin. Ce-
phal. cons. 555. num. 4. lib. 4. Couar. pract. quæst. cap.
29. num. 1. Surd. cons. 4. num. 44. lib. 1. Ioann. Andr.
ad Specul. in Rubr. de obligat. & solut. versic. ex quo
videmus. Afflict. decis. 190. & per Rot. coram Illu-
* strissimo Seraphino in vna Romana Subhasta-
tionis 20 Iunij 1597. in eius lib. impress. decis. 233. n.
* 2. & seq. & in alia coram R.P.D. Bubalo in vna
Senogallien. prædij 17. Ianuarij 1583. ibidem
decision. 15. per tot. & aliqua successiuè dedu-
cam.

248 Verum quod anterior creditor possit à po-
steriore creditore auocare, hanc veriorem dicit
Paris. cons. 69. nu. 1. vol. 4. Strac. de decoct. par. vlt. n.
28. & 31. vbi ait hanc frequentiorem, & de verio-
ri post multos per eũ allegatos attestatur Surd.
d. cons. 4. nu. 25. vol. 1. qui omnes loquuntur in ca-
249 su quando pecunia esset consumpta, & idem
Surd. cons. 436. n. 10. vol. 4.

250 Et prædicta sine dubio procedunt si poste-
rior creditor esset in mala fide, vel dolo com-
missum esset, & expendisset, quia tunc pecunia
sic mala fide consumpta, potest auocari perin-
de ac si extaret, prout declarat Ias. in l. rogasti. §.
fi. n. 4. in fin. & sub num. 5. ff. si cert. per. & per Surd.
d. cons. 4. vers. & ante.

251 Ex quibus sequitur, quod ad effectum obti-
nendi Saluianum Interdictum, ita distinguen-
dum est; quod aut pecuniæ extant, & tunc quia
datur pro eis hypotheca, & per consequens da-
tur Saluianum Interdictum, vt supra in princ. 6.
quæst. deductum est, scilicet anteriori creditori
contra posteriorem.

252 Si verò sunt consumptæ, & cum aliis mixtæ,
& eo casu; aut bona fide sunt consumptæ, &
quia per talem solutionem, & consumptionem,
subsecutam extinguitur dominium, quod per
prius penes quemcunque existebat, nec potest
ab eo vendicari, l. si alieni nummi, ff. de solut. l.
cum fundus, §. seruum vnum. ff. si cert. petat. & de-
clarat Menoch. consil. 23. num. 15. volum. 1. Surd. d.
cons. 4. num. 15. Eugen. cons. 89. nu. 29. Phan. de in-
uent. par. 6. num. 147. & declarauit Rota coram R.
* P.D. Coccino Decano in vna Beneuentana
census Lunæ 18. Maij 1613. in calce operis decis. 204.
num. 2.

253 Multo fortius talis consumptio extinguit
hypothecam, quæ est debilior, & ita declarat
Phan. Menoch. Surd. locis proximè alleg. vbi alia
adducitur ratio, quia cùm per immixtionem, &
254 consumptionem pecuniarum dominium ex-
tinguatur, & in alium transferatur, non poterit
hypotheca in ea subsistere, siquidem in re alie-
255 na non datur hypotheca; vt per glos. in l. Caius.
ff. de pign. act. Negus. de pign. in 3. memb. 2. par. num.
52. & bene declarat Bart. in l. fin. §. & si præfatam
256 sub num. 4. C. de iur. delib. & hoc casu quia ces-
sat hypotheca, cessat etiam Saluianum Inter-
257 dictum, vt pluries deductum est, sed eo casu
datur anteriori creditori conditio ex lege ad
eam auocandam pecuniam, vt declarat Bart. in
d. §. & si præfatam sub num. 4. & per Surd. d. cons.
4. sub num. 16.

258 Aut verò pecunia mala fide à posteriore cre-
ditore consumpta est, & eo casu quia pecunia
condici potest, ac si extaret, vt supra proximè
deductum est, & bene declarat Surd. d. cons. 4.
sub nu. 43. & hypotheca non est extincta, & com-
259 petit Saluianum Interdictum.

Nec aduersatur si dicatur quod Saluianũ da-
tur ad effectum, vt de fructibus satisfieri possit,
& ex ista pecunia nullus percipitur fructus, &
sic cessare videtur Saluianum.

260 Quia respondetur, quod hoc casu Saluia-
num datur ad auocandam rem ipsam, quoties-
cumque venit restituenda, & est in obligatione
ad effectum, vt ei restitutio fiat, prout de bonis
261 fideicõmisso subiectis, vel legatis deductum
est in 14. quæst. ante fin. & in hac 3. Inspectione cap. 4.
n. 350. & tradit Gabr. cons. 36. n. 5. vol. 2. Rot. diuers.
decis. 44. sub nu. 7. prima par.

Hoc etiam aduertendum est, quod fuit reso-
lutum in Sacræ Rotæ Auditorio coram Illu-
* strissimo Seraphino in vna Romana pecuniaria
9. Maij 1594. in eius lib. impress. decis. 1074. n. 2. & 3.
vbi dicitur, quod licet regulariter anterior cre-
262 ditor non auocet pecunias exactas per secun-
dum creditorem, quando sunt consumptæ, ta-
men, quando tempore solutionis par fuit om-
nium creditorum diligentia, & tamen fuit po-
sterior gratificatus, tunc poterit anterior credi-
tor à secundo creditore pecunias auocare ei so-
lutas, vt per Iacob. de Aren. in l. pupillus, ff. qui in
fraud. cred. & tradit Castr. in cons. 446. n. 3. lib. 1. &
bene per Ruin. cons. 76. num. 11. lib. 1. Phanuc. de
inuent. par. 5. num. 148. addentes ad Afflict. decis.
19. & quod possint anteriores creditores à po-
sterioribus auocare possessionem, tenuit Rota
* in d. decis. coram R.P.D. Bubalo Senogallien.
prædij Ven. 27. Ianuarij 1583. in calce operis decis.
15. num. 2.

Et quando possit rem venditam à primo
creditore per oblationem redimere, vide per
263 Bald. in l. 2. C. si anterior cred. & per Negus. de
pig. in 3. memb. 5. par. n. 5. & seq. & latè per Tiraq. de
retract.

retract. lignag. §.2.*glos.7.num.12.& seq.*
Et, quando precium succedat loco rei in sin-
gularibus tradit Tiraq. *de retract. lign.* §.32.*glos.1.*
264 *& vnica, nu.20.& seq.* Negus. *de pign.1.memb.5.*
par.à num.48.vsque ad finem. Menoch. *de adipisc.*
remed.3.nu.121. Gabr. *cons.37.n.2.lib.1.* Roman. *sing.*
109. Alex. *cons.108.vol.5.* Gomes. *in* §. *item Seruia-*
na.n.34.Inst.de act. Afflict. *decis.369.n.4.& 6.* Surd.
decis.306.n.1.12.& 14.
265 Hoc vnum adde notabile, quod precium
succedit loco rei etiam in particularibus, quan-
do petitur res singularis tanquam de vno cor-
pore vniuersali, veluti de hæreditate, vt per A-
lex. *cons.124.n.10.lib.4.& cons.49.n.6.lib.3.* Menoc.
cons.213.n.32.vol.3.
Hæc enim remissiuè deduxi cùm non ita
precisè ad nostram Materiam spectent.
266 Illud autem particulariter discutiendum
placuit de pecuniis in banco depositis, quę nec
mobiles, nec immobiles dicũtur, quia cùm non
sint depositatæ in sacculo, sed vt tantundem
redderetur, dicitur eo casu translatũ dominium
in depositarium, *l. huius l. diem sponsaliorum, ff. de*
spon. Bald. *in l. incendium, n.4. C si cert. pet.* & post
Alex. tradit Dec. *in l. cum quid mutuum, sub nu.23.*
vers. sic ergo, ff. si cert. pet. Gabr. *de reb. cred. concl.2.*
n.6. & sic non dicitur mobilis, nec immobilis,
sed dicitur ius, & actio ad tantundem, vt per
267 Strac. *de decoct. in vlt. par. in tit. qui potior. in bo-*
nis decoct. hab. nu.2.& 3. Declarauit Rot. in d. de-
* cis. coram R.P. D. Robustetio *in calce operis de-*
cis.86. numero 6. vers. tertia fuit diffi. ultas. Vnde
268 dicendum est venire in generali obligatione,
& hypothecatione, prout dictum est supra de
iuribus, & nominibus debitorum, *num.195. vers.*
269 *septimo quæro.* Et vigore dictæ obligationis,
Saluianum experiri poterit iuxta declaratio-
nem de nominibus debitorum, & iurium supe-
rius factam.
270 Decimo quæro an Saluianum Interdictum
detur in re empta, ex pecuniis testatoris post il-
lius mortem qui bona sua obligauerat. Et hoc
casu distinguendum est, aut emptio fuit facta
nomine filij, aut nomine hæreditatis, si nomine
271 filij, & tunc illa res dicitur de hæreditate, vt
per Batt. *in l. Imperator, §. cum autem, sub num.2.* v-
bi Doct. *ff. de leg.2.* vt per Cast. *cons.326. num.2. lib.*
2. Ceph. *cons.645. num.49. lib.5.* & latissimè Me-
noch. *cons.213. num.23. vol.3.* qui hanc magis rece-
ptam attestatur, Surd. *decis.15. num.7.* & per con-
sequens Saluianum experiri non potest, cùm
non sint hypothecata. Et ad corroborationem
deducitur, quod res empta ex pecunia dotali
272 non efficitur dotalis, nisi ita inter virum, & v-
xorem fuerit conuentum, *l. ex pecunia, C. de iur.*
dot. de qua in *9. quæst.* latius deduximus, & per
Card. Mant. *de tac. & ambig. conuent. lib.12. tit.27.*
num.9. vbi alios allegat *sub num.1.* Boer. *cons. 165.*
nu.42. & latius deduxi infra in *cap.4. nu.27.* & si-
militer nec res empta ex communi Sociorum
273 pecunia, efficitur communis, sed remanet pro-
pria illius, cuius nomine empta est, *l. sed si socius,*
§. si absenti. ff. pro Soc. de quo in sequenti quæ-
stione diffusè explicabimus.
274 Si verò res esset empta nomine hæreditatis,
tunc diceretur hæreditaria, vt per Batt. Castr.
Ceph. Surd. & Menoch. *locis citatis.* & per conse-
quens daratur Saluianum Interdictum, vt fuit
* decisum coram R. P. D. Penia in aliàs allegata
Romana, seu Foroliuien. de Theodolis Ven. 5.
Martij 1602. *in calce operis, decis.131. n.1. & seq.*
275 Quod ampliatur, quando Emptor ex pretio
bonorum hæreditariorum, vel patrimonialium
in actu emptionis alterius rei venditæ, ita pro-
testatus esset, vel declarauerit in locum rei ven-
ditæ emisse, licet suo nomine emerit, nam tunc
efficiuntur hęreditariæ, vt declarat Tiraquel. *de*
retract. lign. d. §.23. *num.18. & 23. cum ibi allegatis*
Negus. *de pignor. memb.5. par.1. num.19.* & hanc o-
pinionem sequitur Molin. *de primog. lib.4. cap.4.*
sub num.28.
276 Secundo amplia procedere etiam si non
verbis, sed facto talem fecerit declarationem, vt
per Tiraq. *loco citato nu.25.* & per Molin. *loco ci-*
tato, sub num.31. in fin. vbi ampliat, quando fuit à
principio conuentum, quod ex pecunia ex bo-
277 nis hæreditariis redacta, in aliis bonis reinue-
stiretur, per Tiraquel. *loco citato n.25. in fi.*
278 Tertio ampliatur, si vendens confestim ven-
ditione facta de bonis hæreditariis, pecunia in
emptionem aliorum bonorum cõuerret, vt per
Tiraquel. *loco citato nu.24.* & latius vide infra in
4. ca. quæst.4. & pro hac opinione facit, quia pre-
279 cium rei venditæ hæreditariæ, donec non re-
inuestiatur dicitur subrogatum in locum rei
venditæ, vt declarat idem Menoch. *d. cons.213. nu.*
72. & bene per Molin. *de primog. lib.4. cap.4. sub n.*
27. nu.30. in fin.
280 Non obstat si dicatur, quod precium non
succedit loco rei in particularibus, si quidem
respondetur, prout supra *nu.264.* deductum est,
quod quando res particularis petitur tanquam
de corpore vniuersali, vt in hoc casu: quia tan-
quam de hæreditate petitur, tunc pretium suc-
cedit loco rei, Alexandr. *cons.124. num.10. lib.4. &*
cons.49. n.6. lib.3. & seq. Menoch. *d. cons.213. n.23.* &
281 per cõsequens Saluianum contra ea tanquam
hæreditaria experiri poterit.
282 Contrarium tamen sentire videtur Menoch.
d. cons.213. num.68. vol.3. sed sub *num.63. & 73.* facit
differentiam, quando res empta ex pecunia in
hæreditate reperta. & tũc videtur sentire, quod
etiam si in continenti fuerint aliæ res emptæ
non dicantur hæreditariæ, si verò res fuerit
empta ex pecunia ex re hęreditaria redacta,
tunc si statim conuertatur in emptionem alte-
rius rei efficitur hęreditaria, sed nec huic de-
clarationi acquiescit, de veritate tamen huius
opinionis, vide infra in *4. cap. quæst.4. num.330.*
& 331.
283 Vndecimo quęro, an Saluianum dari possit
contra bona propria hæredis per defunctum
hypothecata, & hæc quæstio est valde contro-
uersa, quia Bal. post Petr. *in l. assiduis sub num.5.*
vers. quod autem, C. qui pot. in pign. hab. dicit, quod
defunctus potest obligare bona hæredis, vbi et-
iam Ang. & per Cephal. *cons.392. nu.25. & cons.393.*
num.45. lib.3. Honded. *cons.3. numero 64. versic.1.*
qui communem dicit, Afflict. *decis.26. numero 3.*
& decis.111. num.15. vbi quamplures pro hac par-
te adducit.
284 Contrariam verò partem tenet Salic. *in d. l.*
assiduis sub num.5. post Cyn. & Raph. ibi. & tenet
Imm. *in l. si hæredis seruus in 1. col. in fin.* & ibi Aret.
ff. de leg.1. Bald. *in l.1. numer.26. C. commun. de leg.*
& hanc opinionem tenet Fabr. *in* §. *fuerat, nu.6.*

Instit. de act. Alexand. *in cons. 174. nu. 4. vol. 2.* Ang. verò *in d. l. assiduis, sub num. 8. vers. quid autem.* dicit, quod aut bona hæredis sunt expressè à testatore obligata, quod facere potest, & procedit opinio affirmatiua, aut expressè non obligauit, sed generaliter obligauit bona sua, & tunc procedit negatiua, & quod in generali obligatione non veniunt bona hæredis est decisio Surd. 315. *numero 4. per totum*, vbi hoc ampliat in bonis per hæredem ex pecunia, seu bonis defuncti acquisita. Cyn. *in dict. l. assiduis, numero 7.* & Salic. *sub numer. 5. versic. in contrarium*, quod tamen limitat, quando ex re defuncti per acquisitionem naturalem, puta per alluuionem aliquid hæres acquisiuisset, vel in fructibus naturalibus, & ita tradit Surd. *in d. decis. 315. numero 5.*

Pro concordia Alexand. *in d. l. si hæredis seruus sub num. 2. versic. puto conclusiuè*, dicit, quod aut defunctus obligauerit bona hæredis nomine hæredis, & procedit opinio Petr. & Bald. quia tunc hæres adeundo, videtur ratificare factum defuncti, & reconualescit actus gestus à defuncto, ex doctrina Bart. *in l. in rem alienam, nu. 14. ff.*
285 *de pign. act.* aut defunctus non obligauit nomine hæredis, & eo casu procedit opinio Cyn. & seq. sed distinctio huiusmodi est reprobata ab Afflict. *d. decis. 111. n. 6.*
286 Verùm Negus. *de pign. in 2. memb. 2. par. sub nu. 57. vers. Alexand. relat.* ait distinctionem procedere, quando defunctus nomine hæredis eius bona obligauit, pro quo de rato promisit, & tunc procedit opinio Petr. & seq. quod obligatio per addictionem sit ratificata. Si verò de-
287 functus obligando bona hæredis nullam fecit de eo mentionem, & tunc procedit opinio cõtraria, quod obligatio per addictionem non censeatur ratificata, quia quod suo nomine gestum non est, per tacitam ratificationem non
288 acquiritur hypotheca, sed tantum exceptio: secus est in obligatione facta nomine hæredis, cùm ratificari possit, quod suo nomine gestum esset, per eundem Negus. *d. 2. memb. 2. par. num. 56. in fin. & num. seq.* vbi reddit rationem, quando ratificari possit, quod suo nomine gestum non est.
289 Aliter verò distinguit Afflict. *d. decis. 111. nu. 16. ibi*, dum dicit hanc esse potissimam rationem, quia hæres adeundo hæreditatem sine beneficio legis & Inuentarij videtur quasi contrahere, & obligare actione personali, cui accedit hy-
290 pothecaria, vt in *l. 1. in fin. ff. de pign. act.* Et propterea fuit conclusum defunctum posse obligare bona hæredis. Si verò non fecit inuentarium,
291 tunc dicitur ratificata obligatio defuncti, & hoc etiam tenet Dec. *in l. ex qua persona, num. 2. de reg. iur. & in cons. 181. num. 5. & 6.* Grat. *cons. 91. num. 37. lib. 1.* Menoch. *cons. 89. nu. 25. volum. 1.* qui alios adducit.
292 Nam licet contrarium sentiat Gram. *decis. 39.* tamen eius opinio reprobatur, & ad eum bene respondet Cephal. *d. cons. 193. nu. 164. & seq. & 186. & seq. lib. 3. & seq.* Ioseph. Lud. *conclus. 16. vers. quia generalis*, vbi attestatur opinionem Gramm. esse contra magis communem, & non esse exequendam.
293 In contrarium etiam facere videtur Rot. *diuers. decis. 110. num. 1. par. 1.* vbi præsupponitur non adesse inuentarium, & dicitur hæredem posse contrauenire, sed respondetur, quod d. decisio loquitur in casu, vbi aderat expressa prohibitio alienandi, prout loquuntur omnes Doct. ibidem alleg. quod non est in casu nostro, & sic quando prohibitio est facta fauore alterius, quàm alienantis.
294 Verùm licèt distinctio supradicta vera sit, tamen ita eam intelligas, quod hæres cum beneficio legis & Inuentarij non possit contra factum defuncti venire, quatenus vires hæreditariæ sufficiant, & aliqua bona remaneant pro hærede, aliàs secus, vt declarat Decian. *in l. debitori, n. 20. C. de pact.* & tradit Pinell. *in l. 1. par. 3. n. 31. C. de bon. mat.* & tradunt omnes Doct. *in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib.* Natt. *cons. 214. sub num. 4. lib. 1.* Grat. *cons. 91. num. 37. lib. 1.* qui de communi attestatur, Burs. *cons. 5. num. 515. lib. 1.* Gabr. *consil. 125. num. 11. lib. 1. cum alijs ibi alleg.* Menoch. *consil. 89. numero 2. in fine, lib. 1.* Put. *decis. 264. num. 2. lib. 3.*
295 Quod ampliatur procedere non solum in primo hærede, sed etiam in hærede hæredis, vt per Pinell. *in d. l. 1. par. 3. nu. 11.* Rimin. Iun. *cons. 24. nu. 34. lib. 1.* Menoch. *cons. 89. nu. 126. lib. 1.* cum alijs relatis per Honded. *d. cons. 3. n. 54.*
296 Secundo ampliatur etiam si contractus, vel obligatio esset nulla, quia sicut si testator viueret, contrauenire non posset, vt per Bart. in *l. post mortem, §. si verò de adopt.* Van. *de nullit. in tit. quod & intra quod tempus, nu. 52. & seq.* Alex. *cons. 123. n. 6. lib. 1. & in l. donatione, vers. 10. in fi.* & ibi Ias. *num. 7. in fin. vers. istam limitationem, C. de collat.* Hond. *d. cons. 4. num. 80. & 82.* Menoch. *d. cons. 89. num. 39. & seq.*
297 Sed huic ampliationi contrariari videtur Rot. *diuers. d. decis. 10. nu. 1.* dum dicit, quod dispositio *l. cum à matre, C. de rei vend.* in qua prohibetur hęredem non posse contra factum defuncti venire, non habere locum, quando contractus est nullus, vbi multos congerit.
298 Sed respondetur prout dictum est, Doctores per eum allegatos loqui in casu, vbi aderat expressa prohibitio alienationis, & sic aderat prohibitio fauore alterius quàm alienantis, & in his terminis loquuntur omnes Doctores ibi allegati, nempe in fideicommisso, vel in Emphytheosi, seu feudo, quod valde differt à casu nostro, & propterea ibi disputatur, an prohibitio sit facta fauore alterius, vel publico, principaliter, vel secundario: prædicta tamen non ha-
299 bere locum intellige in simplici fideicommisso, prout declarat Rot. *diuers. d. decis. 110. n. 32.* nec etiam in feudo hęreditario, vel quando de consuetudine esset alienabile, vel pro soluendo vita militia secundo genito, vel quando ipsi Domino esset secuta illius traditio animo luendi, vel non esset data possessio, vel in fructibus feudi, vel in bonis mobilibus feudi, vel in melioramentis feudi, de quibus dictum est supra *in 2. quæst.* cùm possint hypothecari, & pro eis datur Saluianum Interdictum.
300 Limitatur etiam principalis conclusio in hærede particulari in re certa instituto pro sua legitima, vt per Bald. *in d. l. cum à matre, num. 15.* & ibi Castr. *num. 3.* Gabr. *de reg. iur. conclu. 10. nu-*
* *mero 16.* & tenuit Rota coram Iusto in vna Vrbeuetana dotis 5. Maij 1600. *in fin. operis decis. 315. num. 4.*

num.4. vbi dicitur dispositionem d.l. cum à matre, non habere locum in hærede particulari.

301 Limitatur secundo in acquisitis hæreditate iacente, quæ non sunt defuncti, neque hæredis, & ideo non comprehenduntur in obligatione defuncti, vt per Bald. in d.l. assiduis, sub nu.5. versi. bona autem, & sequitur Surd. d. decis.315. numero 5. in fine.

302 Limitatur etiam, quando fuisset dictum, Obligauit se ipsum, suosque hæredes, & successores quoscumque & omnia, & singula bona, &c. quia ide nihil aliud continetur, quàm connectens qualitatem bonorum, nempe omnia, & singula bona mobilia & stabilia seu mouentia, vel aliàs prout in formulis, in quibus non comprehenduntur bona hæredum, & ita declarat Rota in Romana donationis 30000. de Luragis Ven. 3. Decembris 1599. n.5. coram R.P.D. Iusto in fin. operis dec.1. s.156. in princ. & fuit confirmatum in eadem causa coram eodem 14. Nouembris 1605. in fine operis decis.157. nu.4.

303 Sublimitatur tamen, quando quis simpliciter est obligatus in Forma Cameræ, quia in ea obligantur hæredes, & successores quicumque, ac etiam eorum bona, vt habetur per Mall. in form. oblig. Cam. in princ. & fuit dictum per Rot. in d. Romana donationis 30000. de Luragis 3. Decembris 1599.

304 Quare dicitur, quod in omnibus supradictis casibus in quibus hæres potest contra factum defuncti venire, & eius dispositioni contrauenire, nec poterit Saluianum in istis casibus experiri cùm obligatio non subsistat, & deficiat extremum, vt deductum est in prima Inspection. cap.5. secus in his, quibus contrauenire non potest.

Vnde cùm visum fuerit quando Saluianum ex obligatione defuncti contra hæredem, & eius bona experiri possit, videndum est etiam quando hæres cùm beneficio legis, & Inuentarij se obligauerit soluere legata à testatore relicta possit contra bona propria hæredis Saluianum experiri, ita quod eius obligatio in hoc casu subsistere possit, & contra propria bona exerceri.

305 Et pro parte affirmatiua, nempe quod hæres non obstante Inuentarij confectione teneatur de suo tradit Ang. cons.31. sub num.6. vers. secundo inuenio. Dec. cons.496. nu.12. Aret. cons.148. nu.2. & 3. Corn. cons.31. nu.11. lib.3. Roland. de inuent. quæst. 15. nu. 1. Phan. eo. tract. par.6. nu.110. Surd. cons.191. num.25. & 26. & cons.540. num.17. Boer. decis. 53. num.8.

306 Et ratio esse potest, quia stante dicta obligatione hæres non gaudet beneficio legis, & Inuentarij, cùm illud priuilegium solum prouidet quo ad actiones, & obligationes factas per defunctum, vel ex dispositione ipsius defuncti, non autem operatur quo ad propriam obligationem factam per ipsum hæredem, vt declarant omnes Doct. proximè allegati, & per Dec. in Auth. præterea, num.12. C. unde vir & uxor, dum dicit quod talis obligatio hæreditaria alteratur, & illa obligatio immediatè facta attenditur. Et comprobatur alia ratione, quia tale debitum hæreditarium deducitur ab hærede in

307 promissionem, & pactum mediante stipulatione, quo casu prima obligatio definit esse hæreditaria, & nouatur per nouam stipulationem, vt per Surd. d. cons.191. num.26. & hæc ratio deducitur ab Aug. Dec. Aret. Phan. & ab aliis supra allegatis.

Hęc enim hæredis obligatio differt ab obligatione, quæ datur pro consecutione legati seu

308 crediti quod quis contra bona hæreditaria habet, vt tradit Negu. de pign. par.2. memb.4. n.159. nam hæc est hæredis propria obligatio, per quam, vt nouus debitor, & noua persona est obligata, cui beneficium legis, & Inuentarij prodesse non potest, vt tradit Ang. d. cons.31. num.8. Boer. decis.53. in fin. cum aliis relatis per Surd. d. cons.191.

309 Et renunciare priuilegio dicitur, quando actum contrarium facit, cap. priuilegium 11. q.3. l.2. C. de iur. dot. Ideo si quid esset exemptum à solutione librarum trium præstantiarum si sponte soluit sibi præiudicat, vt per Bart. in l.1. C. de bo. qui sponte, nu.1. lib.12. & per Felin. in cap. cum accessisset, nu.28. de constitut. Gozad. cons.23. nu.7. Bero. cons.152. n.14. lib.3.

310 In contrarium tamen videtur verior sententia ex doctrina Bald. in l. fin. num.2. vbi Ang. sub num.1. C. ad l. Falcid. vbi habetur quod promittens soluere legata, intelligitur saluo beneficio legis, & Inuentarij, & sequitur Castr. ibi in fin. & per Natt. cons.416. num.6. Surd. decis.132. num.21. Afflict. decis.399. num.13. adden. ad Dec. cons.496. vers. Inuentarij. Card. Mantic. de tac. & ambig. lib. 3. tit.7. numero 19. per Seraphin. de priuil. iuram. priuil.77. num.8. & tenuit Rota coram R.P.D. Pirouano in vna Romana nullitatis obligationis Lunæ 27. Februarij 1612. in fin. operis decis.38. num.44. & fuit confirmata in eadem coram eodem Veneris 4. Nouembris 1616. in fine operis decis.423.

311 Et pro hac parte adducitur quod promissor nunquam renunciare videtur beneficio sibi competenti, Bald. in l. quod nomine, ff. de condict. indeb. Bar. in l. maritum solut. matrim. Capic. de dote, quæst.268. Roland. de dote, quæst.37. nu.4. Phan. de inuent. par.6. nu.111. Ruin. cons.159. sub num.24. lib. 3. Alciat. de præsumpt. reg.3. præsumpt.32. nu.11. vers. tertio facit, & per Ang. in d.l. fin. C. ad l. Falcid. & per Surd. d. decis.132. n.21.

312 Secundo adducitur, quod hæres promittens soluere legata non censetur renunciare priuilegio detrahendi Trebellianicam, vt tradit Bald. in d.l. fin. C. ad Trebell. vbi Cast. in fin. Ang. & alij, Phan. de inuent. loco citato, Alexand. cons.132. num. 44. lib.8. Natt. d. cons.416. num.6. Surd. d. decis.132. num.21.

313 Tertio facit quod non præsumitur aliquem se obligare animo nouandi legalem promissionem, l. si se non obtulit, §. si ex conuentione, ff. de re iudic. l. pen. C. de execut. rei iud. Bald. cons.329. nu.1. vers. ex aduerso vol.1. Surd. cons.34. n.34. & seq. Rot. in d. decis. Romana nullitatis obligationis, nu. 3. in fin.

314 Quarto adstipulatur, quod nemo præsumitur velle se obligare in plus, quàm fuerit obligatus, vt per Card. Mant. de tac. & ambig. d. lib.3. tit.7. num.19. in fin. & tenet Rot. in d. decis. Romana nullitatis, nu.3. in fine.

315 Quinto in simili habemus quod, promittens restituere dotem, intelligitur detracta parte sibi à statuto, vel à lege delata, vt tradit Bald.

in d.l.fi.sub nu.2.vers.& est. Ang.&ibi Sal.& Cyn.
& Rolan.*de lucro dotis d.q.37.in prin.* Affli. *d.decis.*
339.*nu.*14.Surd.*d.decis.*132.*nu.*22. Ex quibus patet
obligationem huiusmodi intelligendam esse,
ne intelligatur renunciatum beneficium legis
& Inuentarij.

Et non obstant in contrarium adducta, &
primo,quod dictum est beneficium legis & In-
uentarii non operari, quo ad propriam obliga-
tionem hæredis.

Quia respondetur,vt supra deductũ est,quod
per obligationem huiusmodi non censetur re-
nunciatum dictum priuilegium sibi competẽs,
ex doctrina Bal *in d.l.quod nomine ff.de cõd. indeb.*
cum multis aliis supra in primo fundamento
pro hac parte cumulatis.

Secundo nec releuat,quod dictũ est per nouã
stipulationem cum hærede factam, inductam
esse nouationem primæuæ obligationis.

316 Quia respondetur nouationem non esse in-
ductam,nisi hoc expresse,vel tacitè agatur.Bal.
in l.fi. in princ.C. de nouat. cum alijs multis relat.
per Menoch.*de præsumpt.lib.3. præsumpt.*134.*num.*
36.*& in consi* 562.*num.*1.*lib.*6.& per Card.Mant.
*de tac.& amb.lib.*17.*tit.*3.Rot.*diuers.decisi.*30.*nu.*2.
*par.*2.

317 Et hoc præcipuè procedit quod quãdo quis
est debitor centum ex aliqua causa, & eadem
scuta centum iterum se obligauit soluere, non
dicitur nouata obligatio,vt per Bal.*in l.singula-
ria nu.*11.*ff.si cert.pet.*Menoch.*d.præsumpt.*134.*nu.*
25.& ita tenere omnes Doct.*in d.l.singularia.* at-
testatur ibi Bolog.*nu.*69.*vers.nihilominus,*& quod
in hoc casu non dicatur facta nouatio propter
* incompatibilitatem tenuit Rot. in dict.Roma-
na nullitatis obligationis *num.*8. vbi dicitur in-
compatibilitas autem non erat considerabilis,
318 quia obligatio propriæ personæ, & bonorum
suorum potest conuenire, quando facta discus-
sione Inuentarii apparet superesse bona hære-
ditaria,vt tunc exequendum sit contra propria
bona,& personam promittentis,quod erit vtile
creditori,ne obiiciatur de dispositione,*l.fi.§. &
si perfectum. C. de iur. deliber.* & per Franc.*decis.*
648.*in fi.*

Tertio nec aduersatur quod dictum est per a-
ctum contrarium esse inductam renunciatio-
nem priuilegij.

319 Quia respondetur illud procedere,quãdo ex
tali actu necessario inferatur renũciatio, vt per
Bat. *in l.* 1. *§. hoc Interdictum ff.de itin.act.priuat.*
Dec.*consi.*452.*nu.*24.*& consi.*46.*nu.*6.&idem Dec.
*in c.cum accessisset sub nu.*17.*vers.quinto intellige de
constit.* & in hoc casu non solum per necesse nõ
inferetur renunciatio, sed adest Iuris præsum-
ptio,quod intelligatur facta renunciatio. Imo
dicitur facta talis promissio in reseruatione di-
cti priuilegij legis, & Inuentarij, vt supra ex
multis deductum est, & tradit Surd. *d. decis.* 132.
*nu.*23.

320 Amplia modo dictam cõclusionem etiam si
promissio,seu obligatio esset facta in forma Ca-
meræ,quia ideo non dicitur inducta obligatio
in solidum, vt declaratur in Romana nullitatis
obligationis *num.*11.cum de illius natura sit a-
ctius ligare, non autem augere obligationem,
Gall.*de oblig.Camer.par.*3.*q.*3.*nu.*2.Gabr.*cons.*173.*n.*
2.*lib.*1.Roman.*consi.*121.*circa princ.* & plures te-
* nuit Rot.vt attestatur R.P.D.Iustus in vna Ma-
ceraten.bonorum Lunæ 1.Februarij 1602.*in fin.
operu decis.*139.*nu.*5.

321 Amplia quando esset facta promissio soluere
omnia legata,vt per Cast.*in d.l.fi.*Bal.*num.* Affli.
*d.decis.*399.*nu.*13.

322 Limitatur modo principalis conclusio,quã-
do esset promissum soluere integrum creditũ,
vel integra legata,vt tradit Bald.*in d.l.fi.nu.*4.&
Salic.*sub nu.*1.*C.ad l.falcid.* Alex.*d.consi.*133.*sub nu.*
4.*lib.*5.

323 Secundo limitatur quando testator certam
quantitatem legasset, & hæres eandem quan-
titatem soluere promisisset,tradit Bar. *in dict. l.
quod nomine num.*2.*in fin.ff.de condict. indeb.* Corn.
*consi.*36. *numer.* 2. *vers. his tamen non obstat libr.*4.
Phan.*de Inuent.par.*6.*num.*12. Surd.*dict.decis.* 132.
*num.*24.

324 Tertio limitatur quando heres in solidum se
obligasset,vt declarat Bald.*d.l.fi.nu.*2.si quidem
istud verbum *in Solidum* operatur propter na-
turam contractus,vt declarat Roneag.*de duobus
reis in §.cum a tabulis legis nu.*68.*& seq.*

Duodecimo quæro an Saluianum intentari
possit contra bona in quibus habet solam spem
de præsenti virtute generalis obligationis,vel-
uti in hæreditate futura, & licet sub generali
325 bonorum obligatione veniant bona præsen-
tia,& futura,*l.fi.C. quæ res oblig.poss.* vbi Bartol.
Salic. *in princ.* & omnes Doctor. & Negus.*in* 2.
*memb.*2.*par.num.*1.Dec. *cons.*539.*num.*3.& per Pa-
ris.*cons.*50.*num.*13.*in fi.lib.*1.Couar.*pract.quæst.cap.*
29.*num.*4.*cum vulgarib.* & præsertim in obliga-
tione Camerali vbi expresse exprimitur obli-
gatio futurorum,vt per Gall.*ad form. Cam. par.*1.
*quæst.*2. tamen dicta bona in quibus solam
326 spem habemus hypothecari non possunt, nec
veniunt in generali bonorum obligatione, vt
est tex. *in l.fin. vers. neque hypothecas C. de pact.* &
tradit ibi Salic.*sub nu.*1.*vers.septimo,*& Ias.*nu.*14.
& Bald.*sub num.*3.*&* 4.Negus. *de pign. in* 3.*memb.*
2.*par.num.*59.Paris.*consi.*127.*nu.*26.*lib.*1. Anchar.
*consi.*403.*sub nu.*3.& per consequens nec compe-
tit Saluianum Interdictum,cum sine hypothe-
ca non detur.

327 Quod tamen intellige, quando esset expres-
sum nomen illius de cuius hæreditate,& succes-
sione agitur, vel paciscitur: secus tamen esset,
quando quis obligasset omnia sua bona præ-
sentia,& futura;quia tũc in ea obligatione cõ-
328 tinerent bona sibi ex aliqua successione quæ-
sita, vt per Negus.*de pign.in d.*3. *memb.*2.*part.sub
nu.*59.*vers.intellige,* & ita etiam tenet Bal.*in d.l.
fi.sub nu.*3.dum distinguit,quando est spes, quæ
pendet à futuro euentu,non ex mera voluntate
329 alterius, quod eo casu potest in contractũ de-
duci,prout etiam de spe causata de futuro,&ita
tenet Salic.*in d.l.fi.sub nu.*10.dum dicit quod aut
330 tractatur de hæreditate hominis certi, aut in-
certi,quod si de homine certo,non valet, secus
si de homine incerto.

Decimo tertio quæro an Saluianum Interdi-
ctum intentari possit contra bona sibi à defun-
331 cto dum vixerat hypothecata,tamen per hære-
dem adhuc illorum possessione non adepta,vel
acquisita.Et non posse dari ostenditur; quia in
hoc iudicio duo requiruntur extrema; primum
est creditum cum hypotheca; secundum est
possessio

332 possessio aduersarij, vt fuit deductum supra *in prima Inspect. cap. 5. num. 1. de primo extremo, & cap. 6. de secundo extremo*, & deducitur per Roland. *cons. 14. num. 12. lib. 1.* Surd. *cons. 131. num. 1. lib. 1.* Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. num. 163.* & pluries fuit receptum in Rota in locis *in prima Inspectio. cap. 5.* allegatis, & vltra ea dixit Rota in vna Romana bonorum de Cellis Lunæ 15. Nouembris
* 1610. coram R.P.D. Penia *in calce operis decis. 68.*
* *num. 1.* & in alia coram R.P.D. Caualerio in vna Veliterna Vineæ Ven. 20. Martij 1609. *in fine operis decis. 140. numero 1. & 2.* & cum secundum extremum cesset, quia non extat possessio aduersarij Rei conuenti, iudicium intentari non potest.

333 Et in simili videmus in Interdicto quorum bonorum, si quidem cessat illud iudicium, si non extat persona, quæ bona possideat, vt tradit Bart. *in l. fin. sub num. 5. C. de edict. diu. Adr. toll.* Menoch. *de adipisc. poss. remed. 1. n. 47.* & est remedium adipiscendæ possessionis, *§. sequens. Instit. de interd.* & per Bart. *in Rub.* vbi omnes Doct. *C. quorum bonorum.* Put. *decis. 73. nu. 4. lib. 2.* & solum datur contra eum, qui pro hærede, vel pro possessore possidet, *l. 2. C. quorum bonorum*, & post Bart. tradit Rip. *in l. 1. nu. 2. C. eod.* & per Bell. *cons. 35. nu. 3. in fin. & nu. 4.* Bero. *cons. 87. nu. 68. lib. 1.* cum aliis relatis per Menoch. *in d. remed. 1. num. 60.* ex quibus apparet, quod necesse est, quod adsit ille, qui ex aduerso possideat.

Decimo quarto in consequentiam præcedentium quæritur, an detur Saluianum Interdictum contra eum hæredem, qui verè possessionem bonorum per prius à defuncto sibi ob-
334 ligatorum non apprehendit, sed ex statuti dispositione illorum defuncti possessio fuit in eum continuata, & dari posse ostenditur, quia, vt dictum est, duo supradicta extrema requisita concurrunt, nempe creditum cum hypotheca bonorum; & possessio aduersarij rei conuenti iuxt. superius tradita *in præcedenti quæstione in princ.*

335 Nam ex dispositione Statuti continuatur possessio in hæredem, vt per Rip. *in l. 1. num. 14. C. quorum bonorum.* & per Butr. *cons. 36. num. 8.* Decian. *cons. 464. num. 3. & 16.* & alios quamplures refert Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif. par. 5. declarat. 1. nu. 4. ad fin.* & alios deducit Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. num. 337.* & nouissimè Surd. *cons. 117. nu. 8.* Afflict. *decis. 167. num. 6.* Rot. *diuers.*
* *decis. 681. num. 1. par. 1.* & tenuit Rota coram Illustrissimo Pamphilio in vna Bononien. de Carnalibus Ven. 11. Ianuarij 1602. *in fine operis decis. 141. n. 5. & 6.*

336 Item, & in fideicommissarium possessio vigore dicti Statuti continuatur, vt per Castren. *in cons. 152. viso puncto nu. 3. lib. 2.* Pic. *in reper. d. l. fin. in glos. in verbo ex parte, C. de edict. diu. Adr. toll.* Cassian. *cons. 62.* Riminald. Iun. *cons. 667. num. 13. lib. 6.*
337 qui Tiraquel. contrarium sentientem reprobat, & hanc etiam opinionem tenet Alexand. *cons. 83. sub num. 2. lib. 2.* Gugl. de Bened. *in cap. Raynut. in verbo mortuo itaque testatore, il 2. nu. 74. de testam.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 3. cap. 12. numer. 6. & seq.* Mastrill. *decis. 120. numer. 9.* vbi dicit hoc procedere præcipuè si esset facta verbalis restitutio.
338 Sed non solum Doctores per eum alleg. sed nonnulli alij etiam dicunt dictam continuationem non habere locum, nisi facta verbali restitutione, vt per Castren. *d. cons. 152. nu. 2.* Socc. Iun. *cons. 92. nu. 9. lib. 1. cum seq.* Menoch. *de recuper. poss. remed. 4. num. 181. & 186.* Passerin. *cons. 6.* Zuccard. *in d. l. fin. num. 228. C. de edict. diu. Adr. toll.* Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif. declarat. 11. num. 18. & 19.* Honded. *cons. 26. num. 7 & 11.* vbi de communi attestatur, & alios quamplures pro hac parte deducit.

339 Secundo etiam continuatio huiusmodi procedit in bonis Emphytheoticis, & feudalibus, vt per Dec. *cons. 467. sub nu. 9. & 17.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. num. 386.* cum aliis relatis per Tiraq. *in d. tract. le mort saisit le vif. par. 4. declarat. 5. num. 20. & seq.* in quam partem inclina-
* uit Rota coram Illustrissimo Pamphilio in d. Bononien. de Carnalibus, *numer. 5. in fin. in calce operis decis. 141.*

340 Contrarium tamen tenet Ias. *in cons. 152. circa princ. in col. fin. vers. similiter.* Rub. Alexan. *cons. 121. per totum.* Paris. *cons. 1. num. 159. lib. 1.* & per Corn. *in memor. in verbo decreto Mediolanen.* vbi multos cumulat, & hanc partem fuit secuta Rota
* coram Cardinali Millino in vna Mediolanen. bonorum Lunæ 28. Martij 1594. *in fin. operis decis. 142. num. 4.*

341 Verùm pro concordia harum diuersarum opinionum, sic puto dicendum; nam aut sumus in loco, in quo feuda, & Emphytheotica habentur loco patrimonialium, vt est in Gallia, prout attestatur Tiraq *in d. 4. par. declarat. 5. nu. 15.* vbi post multos attestatur de eis disponere posse, sicut de patrimonialibus: *& declarat. 6. nu. 3.* & hoc casu procedit opinio affirmatiua, quia Tiraq. inter cetera fundat suam opinionem, quia dicta bona feudalia habentur loco patrimonialium, & de eis disponere ad libitum possunt, sicut de patrimonialibus, vt *in d. 5. declarat. num. 25. & in d. declarat. 6. numero 3. & 4.* & idem dicendum est in regno Neapolitano, vt attestatur Afflict. *decis. 140.* & hoc casu quia obligari possunt, vt per Surd. *cons. 105. num. 9. lib. 1.* & latius deduxi supra *in secunda quæstio. limit. 4.*
342 *num. 10.* poterit etiam Saluianum Interdictum experiri.

343 In aliis verò locis, in quibus feuda, & Emphytheotica ad libitum alienari non possunt, quia eo casu feudatarius, & Emphyteuta naturaliter tantum possident, vt declarat Iason *in*
344 *d. cons. 152. in princip.* & per Rub. Alexand. *cons. 121. num. 1.* & ante eos dixit Bart. *in l. 3. §. ex contraria, ff. de acquir. possess.* & Ias. *in l. naturaliter. nu. 15. ff. eod.* & hoc casu statutum non operatur conti-
345 nuationem, vt per Raph. Cum. *cons. 171. in fi.*
346 Et deficiente secundo extremo cessat etiam Saluianum Interdictum, iuxta tradita *in 1. Inspect. cap. 6.*

347 Secundo insuper etiam continuatur vigore dicti Statuti in personam filię exclusæ à Statuto ab intestato succedere, si à patre hæres fuerit instituta quod à patre fieri potest, vt per Ias. *in l. fin. num. 23.* & ibi Dec. *num. 7. & 25. C. de pact.* Paris. *cons. 24. num. 88. lib. 2.* Tiraquel. *in d. tractat. le mort saisit le vif. par. 2. declarat. 8.* Menochius *de adipiscend. possess. remed. 4. num. 322.* vbi *sub num. 326.*
348 Ampliat etiam si filia esset hęres à patre in testamento minus perfecto instituta per Natt. *in*

L

l. hac consultissima, §. ex imperfecto, n.65. post Fulg. & Alexand. *ibi C. de testam.*

349 Et hæc dicitur vera, & non ficta possessio, licèt modus acquirendi sit fictus, vt bene declarat Rip. *respons.80. num.70.* & per Tiraquel. *loco citato, num.4.* & per Molin. *de primogen. Hispan. dict. cap.12. numero 13. & 19.* Peregr. *dict. artic. 49. num.16.*

350 Nam in his, quæ iuris sunt; ficta dispositio nihil differt à vera, vt per Bald. *in l. si maritus, §. legis ff. de adult.* Ias. *in l. filio quem pater, num.16. de lib. & posth.* Butr. *cons.20. nu.20. vers. hanc conclusionem.* Rip. *d. respons.80. nu.81.* & fingit actum corporeum continuatum in hæredem absque aliquo adminiculo, vt per Rip. *d. respons.80. nu.82.* & per Peregr. *de fideicom. art.47. nu.17.* Menoch. *de retinend. poss. remed.3. sub num.59. & 60.* Molin. *de Primog. Hispan. d. cap.12. n.13.*

351 Quæ quidem continuatio tunc locum vendicare dicitur, si per hæredem apprehendatur, vel subsequatur aliquis actus positiuus, per quem appareat voluisse illam acquirere, secundum tradita per Tiraquel. *in eod. tract. par.6. declarat.4. nu.1. & 2.* & per Afflict. *decis.299. sub nu.16.* tamen ipse tenet contrarium *in eod. tract. in 6. declarat. præfata, n.5. & seq.* & infinitos adducit, & ad contrarium respondet *nu.13.* & nouissimè tenet Peregr. *de fideicom. d. art.47. nu.16. & seq.* &

352 per Molin. *d. cap.12. n.13.* & hanc partem sequendam censeo, si quidem multi sunt casus in quibus possessio ipso iure absque actu corporeo, seu positiuo transfertur.

353 Limitatur primò, quando possessio esset ab alio occupata, quia tunc vigore statuti non continuatur in hæredem. Ias. *in l. si sorori num.2. vers. limita 4. C. de iur. delib.* Dec. *in l. fi. n.5.* vbi Zuccard. *nu.125. C. de edict. diu. Adr. toll.* Pereg. *de fideicomm. quæst.47. num.57* Alex *in l. cum heredes num.4. de acquir. poss.* & idem Alex. *in cons.153. sub num.4. circa med. volum.6.* Tiraquell. *in tractat. le mort saisit le vif, in 8. declarat. præfat.* Rot. *diuers. decis. 23. numero 13. par. prima.* Et fuit dictum in Rota

* coram R. P. D. Orano in vna Soranen. beneficiorum 22. Maij 1587. *in fine operis decis.136. numero 3.*

Attamen, quia adsunt multi Doctores, qui contrarium sentiunt, quos refert Peregr. *de fideicomm. d. art.47. sub num.14.* & per Tiraq. *in dict. tract. le mort saisit le vif, ar.5. declar.3. nu.9.* nem-

354 pe occupationem ab altero factam non impedire continuationem dicti Statuti; ideo fœdere distinctionis talem controuersiam Peregr. *d. art. 47. nu.15.* ita concordauit; scilicet, aut Statutum inducit continuationem possessionis in hæredem; & tunc si ante aditam hæreditatem

355 fuerit per aliud occupata cessat continuatio; quia medium istud contingens impedit coniunctionem, & continuationem, quia cessat habilitas. & statutum loquens de hærede, intelligi

356 debet de hærede per aditionem hæreditatis, vt per Batt. *in l. Lucius per illum text. ff. de condit. & dem.* cum aliis allegat. per eundem Peregr. *de fideicommiss. art.43. n.4.* & statutum satis dicitur operari post aditam hæreditatem, ad text. *in l. cum heredes, ff. de acquir. poss.* & hoc casu procedit limitatio prædicta.

357 Aut verò statutum immediatè inducit continuationem; etiam ante aditam per hæredem hæreditatem, & hoc casu continuatio à Statuto inducta per alterius occupationem impediri non potest, quia potentius est factum legis, quàm factum hominis, quia lex immediatè transit, absque aliquo interuallo, tradit Bald. *in cons.454. ante fin. lib.1.* & tunc procedit opinio, quod per alterius occupationem continuatio impediri non potest.

358 Et hanc opinionem multo magis procedere dicitur, quando statutum prohiberet per alium possessionem apprehendi posse, & quatenus fit apprehensa sit nullius roboris, vel momenti. vt in his terminis tradit Decia. *consil.467. columin. vltim.* Paris. *consil.41. numero 1. lib.1.* Tiraq. *in dict. tract. le mort saisit le vif, par.5. declarat.3. num.18.*

359 Limitatur secundò, quando bona non sunt transitoria ad hæredes, veluti quando quis esset exclusus à successione, vel quia bona reuertebantur ad alium, vt per Alexand. *d. cons.153. sub num.4.* Riminald. Iun. *cons.545. num.35. & 36. lib.5.* Menoch *cons.139. nu.18.* Catel. Cotta *in memor. in verbo* decreto Mediolanen. *circa med.* Et per Rot.

* coram Illustrissimo Millino in vna Mediolan. bonorum Lunæ 28. Martij 1594. *in calce operis, decis.142. n.4.*

360 Limitatur tertio in infante, quia in eo non continuatur possessio, cùm non habeat affectum retinendi, Tiraq. *in d. tract. le mort saisit le vif, par.2. declar.17. n.1. & 2.*

361 Limita quartò, quando defunctus bona naturaliter tantum possidebat. Imol. *cons.16. sub nu.2. in fin.* Ias. *cons.147. n.3. vol.2.* veluti si essent bona feudalia, vel emphytheotica, Ias. *cons.152. circa princ. & colum. vlt. lib.4.* Corn. *cons.173. sub num.26.*

* *volum.2.* Et tenuit Rota in d. decis. Mediolanen. bonorum Lunæ 28. Martij 1594. *in fine operis decis.142. num.3.*

362 Limitatur quintò procedere in vero hærede, non autem in ficto, vt per Bald. *cons.141. num.3. lib.1.* Catel. Cotta *loco citato, vers. tertio pro limitatione.* Cæterum nonnullas alias limitationes videre poteris per Tiraq. *in eod. tract. le mort saisit le vif, d. par.2. per tot.* & alios nonnullos notabiles casus ponit Menoch. *de retinen. poss. remed.3. num.56. & seq.*

363 Decimo quinto quæro, an Saluianum Interdictum intentari possit super eadem re vendita vel aliter alienata, vigore obligationis generalis per emptorem factæ pro obseruatione contentorum in Instrumento, veluti quia pro residuo pretij emptor obligauit omnia bona sua,

364 & experiri posse ostenditur, quia in generali bonorum obligatione veniunt etiam eadem bona empta, vel locata, vt per Bart. *in l. qui fundum sub num.1. ff. loc.* & idem Bart. *in l. si filio. §. fin. sub num.2. ff. solut. matr.* vbi Alexand. & idem Bar. *in l. emptorem nu.2. C. loc.* vbi Salic. *sub num.6. vers. & ideo,* & ibi Ang. *sub nu.2. vers. & aduertendum, lib.4.* vbi reprobantur cõtrarium tenentes, quod requiratur specialis hypotheca, & hanc partem tenet Soc. Iun. *cons.129. sub nu.4. & 5 vol.2.* qui etiam respondet ad contraria, & per Paris. *cons.50. nu.23. lib.1.* & per Gabr. *cons.155. num.8. vol.1.* & per Negus. *de pign. in 2. memb. 2. par. num.33.* Surd. *decis. 32. num.4.*

365 Vnde stante hypotheca, & obligatione dictorum bonorũ ratione illius hypothecæ datur

Saluianum

Saluianum, vt pluries suprà deductum fuit; &
an præferatur anterioribus creditoribus gene-
ralem hypothecam habentibus, dicam infra v-
bi alij deducuntur casus.
366 Verùm aduerte non idem ad emptoris fa-
uorem procedere, scilicet, vt dicta generalis ob-
ligatio facta per venditorem pro euictione in-
cludat rem venditam, prout tenet Rom. *singul.*
611. Bero. *cons. 46. num. 30. lib. 1.* Strac. *de mercat. in*
titul. de mandato, num. 5. Surd. *cons. 513. num. 12. vo-*
lum. 4.
367 Reddens rationem, quia per venditionem,
& traditionem exit dominium venditoris, &
transit in potestatem emptoris, vt per Cephal.
cons. 351. n. 13. Paris. *cons. 110. n. 41. lib. 2.* Rot. *diuers. de-*
cis. 662. n. 5. par. 1.
368 Et sic non potest dici obligata, cùm fortius
sit ius dominij, quàm hypothecæ, nec est veri-
simile, quod emptor qui tractat de acquirendo
dominium, habeat respectum ad hypothecam,
& ad hunc propositum adducit, quod vbi quis
369 habet super re aliquam hypothecam, extin-
guitur si rem illá in solutum creditori dederit,
vt per Bart. *in l. si quis aliam, num. 1. ff. de sol.* vt vbi-
dicitur, quod per dationem in solutum extin-
370 guitur obligatio primæua, ac fideiussores, &
hypotheca, & ibi Castr. *nu. 4.* qui hoc singulare
dicit, & hoc esse notandum ait Cepol. *caut. 123.*
Stracc. *de decoctor. glos 33. n. 1.* Natt. *cons. 496. nu. 17.*
Dec. *cons. 449. nu. 28.* Gabr. *cons. 36. n. 66. vol. 1.* cum
relat. per Surd. *decis. 51. nu. 4.* Et idem *cons. 513. nu. 7.*
vol. 4.
371 Ex quo sequitur, quod si creditor rem sibi
iam obligatam recipiendo in solutum, amittit
hypothecam constitutam, & iam acquisitam,
multo minus dici potest nouam etiam acqui-
372 rere per emptionem, & sic in hoc casu cessaret
373 Saluianum deficiente hypotheca.
Secundo, nec Saluianum per emptorem do-
mus locatæ contra conductorem experiri po-
terit, si prius venditor pro instrumento locatio-
nis obseruatione omnia bona sua conductori
obligasset, ad effectum tamen, vt ab emptore de
domo expelli possit, non autem quo minus con-
ductor pensiones emptori soluere debeat. & vi-
gore Saluiani possessionem ingredi possit ad
effectum consequendi pensiones, non autem
ad effectum illum expellendi, cùm vigore dictæ
obligationis, & hypothecæ habeat retentio-
nem, *l. 1. §. si quis autem, ff. de superficiebus.* Bald. *in*
l. si merces. §. qui fundum in prima Lectura. ff. loc.
Bart. Bald. Salic. *in l. emptorem. C. locat.* & com-
munem dicit Soc. Sen. *cons 17. nu. 13. lib. 3.* & hanc
partem nouissimè tenet Card. Mantic. *de tacit.*
& ambig. conuent. lib. 11. tit. 2. num. 5. reiecta con-
traria Aym. opin. *in consil. 771.* licèt ipse hanc no-
stram sequatur opinionem *in consil. 485.* vbi
quamplures alios adducit, & hanc opinionem
* fuit secuta Rota coram eodem Card. Mantica
in vna Romana retract. domus 15. Maij 1589.
in fine operis decis. 143. numero 4. & seq. vbi hanc
sententiam sublimitat, quando venditio esset
facta vigore Bullæ iuris congrui, quia ratione
374 Vrbis ornatus, sicut ipsa Bulla mandat Domi-
375 num domus expelli poterit, multo magis in-
quilinus.
376 Immo eo casu dominos domus, nec ad dam-
na, & interesse, nec de euictione tenetur, vt per
Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos 9. num. 34.* & de-
claratur in eadem Romana retractus coram eo-
* dem Card. Mantica 15. Maij 1589. *in fin. operis de-*
cis. 143. num. 4.
377 Et prędicta procedunt etiam si adesset pa-
ctum inter locatorem, & conductorem de non
alienando durante locatione, quia hoc casu in-
telligitur de alienatione voluntaria, non autem
necessaria, *l. dum in princip. ff. de petit. hered.* Ti-
raquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 14. numero vndeci-*
* *mo.* & in d. decis. Romana retractus 15. Maij 1589.
num. 13.
Et ratio est, quia Bulla cùm sit edita ad or-
natum Vrbis, & ad publicam vtilitatem, *l. vlt.*
ff. ne quid in loco public. l. 2. C. de ædific. priuat. Ius
378 publicum pactis priuatorum lędi non potest,
l. ius publicum. ff. de pact. C. si diligenter de fur. com-
peten. & in d. decis. Roman. retract. coram Card.
* Mantic. 15. Maij 1589. *nu. 25. & 27.*
379 Cæterùm, quod supra in principio huius
quæstionis deductum fuit, rem ipsam venditam
venire sub obligatione emptoris, facta ad fauo-
rem venditoris pro residuo pretij; amplia, quod
380 non solum fundus emptus venit in ea obliga-
tione, sed etiam fructus pendentes, quia ipsi
quoq; veniunt in venditionem, etiam si de eis
non sit facta mentio. *l. Iulianus. §. & si fructibus. ff.*
de his qui in fraud. cred. & per Ial. *in l. cum filio fam.*
num. 281. de leg. 1. & ibi Socin. Iun. *num. 261.* Bauer.
num. 185. Afflict. *in cap. 1. §. sciendum, num. 2. de feud.*
cogn. Dec. *cons. 453. nu. 2.* Cardin. Mantic. *de tac. &*
ambig. conuent. lib. 4. tit. 16. num. 42. Peregr. *de fi-*
deicommiss. artic. 49. num. 92. Boer. *decis. 229. num. 1.*
381 quia pars fundi dicuntur, vt in iuribus alleg. &
sic comprehenduntur eadem obligatione, &
hypotheca, & ideo super eis Saluianum ab em-
ptore intentari poterit, nisi anteriores credito-
382 res venditoris similiter aduersus dictos fructus
Saluianum experirentur, quia tunc ipsi præfe-
runtur, vt aliàs pluries deduxi iuxta decis. co-
ram R.P.D. Bubalo in vna Senogallien. prædij
Veneris 17. Iunij 1583. *in calce operis decision. 296.*
num. 1.
383 Hanc autem ampliationem procedere dici-
mus, etiam si precium non esset solutum, nec
dominium in emptorem translatum, vt per
Corn. *cons. 15. num. 30. lib. 4.* Ial. *in l. diuortio. §. in-*
terdum num. 7. ff. solut. matrim. Couar. *var. resolut.*
lib. 1. cap. 15. sub num. 2. & seq. Card. Mantic. *d. lib. 4.*
tit. 16. num. 42. in fin. & quando intelligatur ven-
dita pars colonica distingue, vt per Ias. *in dict. l.*
cum filio fam. num. 181. & per Peregr. *loco citato, &*
num. 44. & 45.
384 Secundo etiam in fructibus naturalibus pro-
cedere intellige, quia sunt pars fundi, vt dedu-
ctum est, ac etiam comprehenduntur illi qui ex
re nascantur adhibita hominis industria, iuxta
doctrinam Card. Mant. *loco citato, n. 42. vers. ter-*
tio intelligitur.
385 Tertio declara, quod quando res vendita
fuit emptori tradita, & habita fide de precio,
tunc non præfertur venditor alijs creditoribus,
vt per Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*
11. tit. 12. sub num. 7. vers. si vero, & per Barbos. *in l.*
si cum dotem. §. final. sub num. 24. versic. vide tamen.
ff. solut. matr. cum ibi adductis, & communem
dicit Couar. *var. resolut. lib. 2. cap. 7. sub num. 3. vers.*
cui accedit.

386 Quod tamen limitatur in Fisco, qui hoc casu præfertur aliis creditoribus, vt per Rom. *in d.l.si cum dotem.§.transgrediamur,num.52.ff.solut.matrimon.*& per Mant.*dict. titul.2. sub numer.7. in fin.*

387 Quid autem dicendum sit de augmento facto per alluuionem post factam emptionem, quando ad beneficium emptoris cedit, & similiter, quando thesaurus post venditionem in re vendita inueniatur, cui beneficio cedat, vide per Card.Mantic. *loco citato, à numer.49. vsque ad finem.*

388 Limita modò principalem quæstionem, quod per consensum præstitum alienationi alicuius rei Saluiano præiudicatur, quo ad hypothecam non habere locum circa alia bona sibi hypotheeata, *l.1.§.Iulianus,ff.de stin. actiòque priu.l.voluntariè.C.de excus.tut.* Bart. *in l.si fundum per fideicommissum,ff.de leg.1.*Rom.*cons.131.in fin.*Surd.*d.cons.513.nu.24.* & sic super eis Saluianum experiri poterit.

389 Pro vt etiam videmus, quod filius, qui pro dote materna omnia bona patris habet obligata, licèt consentiat venditioni vnius rei Patris, non sibi præiudicat quo ad alia bona paterna, vt per Castr.*in cons.70.per tot.volum 2.* & tradit Aym.*cons.243.num.6.* Cephal. *cons.148. num. 24.* Menoch.*consil.75.num.74.lib.1.& seq.* Surd.*dict.*

390 *consil.513. numero 25.* vbi ait hoc idem procedere in Iudicialibus; nam consentiens vno actu, non sibi præiudicat quo ad alios, & adducit Abb.*in cap.quoniam contra,colum.fin. de prob.*Rip.*in tractat.de priuileg. Iud. causa pest.num.15.* Surd.*decis.220. numero 5.* alias ampliationes & limitationes vide per Ioseph. Lud *conclus.7.* & per Mantic.*de conictur.liu.11. titul.31.* & nonnullas distinctiones adductas per Menoch. *cons.58. per totum.*

391 Decimo sexto quæro, an Saluianum experiri possit per creditorem contra bona debitoris promissa, vel vendita, licèt non sint tradita, & dicitur quod sic, quia dicta bona veniunt in generali obligatione, *l.1.* & ibi glos. *C.de iure Fisc.*Card.Mant.*de tac.& ambig.conuent.lib.11.tit.4.num.10.*

392 Decimo septimo quæro, an Saluianum Interdictum dari possit contra bona aliena bonâ fide possessa, & affirmatiuè respondendo dicitur, quod sic.prout tradit Corn.*cons.191.sub num.2.vers.non enim dubium,lib.1.*verùm hoc intellige prout *in hac 3.Inspectio.cap.5.num.41.& seq.versic. Quartò ampliatur.*deductum fuit de tacita hypotheca rei alienæ.

393 Hoc tamen verum est, quod quando quis habet bonam fidem cum titulo, ita quod competat publiciana, vt per Bart.*in l.rem alienam. ff. de pign.*& per Ias.*in l.item quia sub nu.18. de pact. & in §.sed iste sub num.36.Instit.de act.* & eo casu possunt bona aliena obligari, vt per Bart. *in d.l.si rem alienam sub numer.1.*Ias.*in d.l.item quia sub numer.18. in fine.* & per Bellon. *in §.item Seruiana,numero 29.* vbi etiam Ias. *sub numer. 56. Instit.de act.* & per consequens datur Saluianum Interdictum ratione hypothecæ, vt supra pluries deduxi.

394 Aliàs contra bona aliena non consistit, nec datur hypotheca *l.16.1.ff.de pign.* Negus. *de pignor.in 3.memb.2.par.num.52.& 58.* Rota coram

* R.P.D.Iusto in vna romana Casalis Capicoste Veneris 8. Februarij 1602. *in fine operis decis.13. num.4.*

395 Limitatur tamen hoc dictum ab eodem Negus.*loco citato*, non habere locum, quando res aliena esset obligata sub conditione ista, *si sua erit*: nam tunc purificata conditione, quod efficiatur sua, valebit obligatio.per tex. *in l. fundum, §.aliena,ff.de pign.* & per Bart. *in l.1. §.in speciem, vers.si verò,ff.eod.* & Castr. *in d.l.1. num.3.*Rip.*sub num.15.*

396 Secundo limitatur, non habere locum, quando dominus rei ratificaret dictam obligationem factam de re sua, quia tunc conualidatur obligatio rei alienæ, per text.*in d.l.si fundum.§.1.& l.rem alienam,*vbi Doct.*ff.de pign.act.*& per Bart. *in glo.*vbi etiam Castr.*in d.l.1.§.1.ff.de pign.* & per Rip.*in d.l.1.nu.15.ff.de pign.act.*

397 Tertio limitatur, quando dominium rei obligatæ superuenit post obligationem ipsi debitori, quia tunc si creditor tempore quo obligationem accepit, ignorauit rem esse alienam confirmabitur obligatio, & ex ea dabitur creditori vtilis hypothecaria, *vt in l.rem alienam, ff.de pign.act.*& ita per Bart.*in d.l.1. §.1. sub num.1.* Castr.*num.7.*

398 Secus autem esset, si creditor sciuisset rem esse alienam, quia eo casu per superuenientiam dominij ipsi debitori, non confirmatur obligatio, ad effectum producendi hypothecariam vtilem ipsi creditori, sed solum ad effectum dandi ei retentionem rei obligatæ si eam possideret, vt per Bart.Castr. *in d.l.1. §. 1.* & ita tradit Negus.*d.3.memb.2.par. sub nu.56.* vbi ponit differentiam inter creditorem scientem, & ignorantem, de qua latius vide per Bart. & Castr. & Saliç. *in dict.l.rem alienam*, & per Rip.*in dict. l.1. num.19.*

399 Est tamen casus in quo etiam creditore sciente rem esse alienam per superuenientiam dominij confirmatur obligatio rei alienæ, nempe si debitor obligando rem alienam se etiam obligauerit, vt passim fieri solet, quod dominus dictæ rei dictam obligationem ratificauerit, aliàs voluit teneri de suo; nam isto casu, quia interest debitoris, vt obligatio confirmetur ex superueniente dominio ipsi debitori confirmabitur hypotheca, vt tradunt Bart.Salic.*in l.cum res, sub num.4. C.si aliena res pign.data sit,*& per Negus. *d.3.memb.2.par.sub nu.56.*

400 Quarto limitatur in re penitus aliena, secus in re pignorata debitori, quia tunc intelligitur pignoratum illud ius competens. *l.nomen C.quæ res pign.* & per Rip.*in d.l.1.num.15. vers.quarto intellige,*& per Negus.*loco citato, num.57.* vbi dicit, quod si postea superuenerit debitori dominium illius rei, tunc etiam in proprietate erit hypothecata, & hoc in creditore ignorante rem esse alienam.

401 Quinto limitatur, quando debitor haberet aliquod ius in re aliena obligata, & postea fuit data ei in solutum, quia tunc diceretur in totum ad fauorem creditoris hypothecata, vt tradit Rip. *in dict.l.1. sub num.15.versic.quinto intelligitur.ff.de pign.act.* Negus. *loco citato, sub numer.57.*

402 Nam si debitor dominium quæsiuit ex alia causa prorsus separata à dicto iure, quod habeat

beat in rē, tunc illa res non erit obligata, vt declarat Negus. *loco citato, sub nu. 57. in fin.*

403 Limitatur sexto, quod licèt in præiudicium Domini non teneat hypotheca, valebit tamen in præiudicium ipsius debitoris, vt declarat Rip. *in d. l. 1. num. 15.* & per Neguſ. *loco citato, num. 62.* ex doctrina Bald. *in l. mater sub num. 2. C. de rei vend.*

404 Et in omnibus casibus supradictarum limitationum, quia valet, & sustinetur obligatio, & hypotheca debitoris, datur etiam Saluianum Interdictum, per ea, quæ *in prima Inspectione cap. 1.* deducta sunt, & de hac materia circa obligationem rei alienæ multa deduxi *in hac 3. Inspectione cap. 5 num. 47. & seq.* vbi deducitur, quando bona aliena lata, & inuenta in domo sint tacitè obligata pro pensione.

405 Decimo octauo quæritur etiam, an si extarent plures creditores hypothecarij, & maior pars per viam subhastationis vēderet bona debitoris præuio Iudicis decreto, non aliter legitimè citatis aliis creditoribus minoris partis, qui creditores postea Saluianum Interdictum contra possidentem vigore illorum hypothecæ intentare intendunt, an concedendum sit? & posse aduersus emptorem, & possessorem dictorum bonorum experiri Saluianum Interdictum fuit decisum in Rota coram Illustrissimo
* Card. Seraphino in vna Romana subhastationis Veneris 20. Iunij 1597. *in eius lib. impress. decis.*
406 1233. *nu. 1. & sequent.* & ibi adducitur ratio, quia cùm minor pars creditorum non fuerit legitimè citata, minúsque præfati creditores interfuerunt, nec consenserunt tali subhastationi, eorum iuribus non fuit in eis præiudicatum, minúsque fuit hypotheca extincta, *l. cum notissimi, §. 1. C. de præscript. triginta annorum*, possunt illius vigore Saluianum Interdictum intentare.

407 Et hæc eadem ratio militat si subhastatio, & deliberatio esset ad vnius creditoris instantiam facta, quia ex ea non dicitur præiudicatum aliis creditoribus, qui non interfuerunt, minúsque fuerunt citati ad subhastationem huiusmodi. *d. l. cùm notissimi. §. 1.* & res illa sit aliis hypothecata transit cū illo onere in quemcunque possessorem. *l. si debitor. C. de distr. pignor*, Neguſ. *de pignor. in 3. memb. 5. part. num. 7.* Surd. *decis. 267. num. 11.* & latius fuit deductum *in 3. Inspect. cap. 1.* & ideo Saluianum super bonis eisdem experiri poterunt, & declaratur in
* d. Romana subhastationis *num. 1.* coram Cardin. Seraphino *in eius lib. impress. decis. 1233. nu. 1.*

408 Poterunt tamen emptores cogere principales & fideiussores, qui pecuniam receperunt, & se obligarunt de restituendo prioribus & potioribus ad restituendum dictas pecunias, illasque anterioribus creditoribus soluere;
409 nam licèt emptor non sit nominatus in illa fideiussione & obligatione, tamen ratione interesse competit actio. *l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. 1.* & tradit Bald. *in l. si cui legetur. §. fin. in 1. not. vbi*, & Ias. *num. 8. ff. de leg. 1.* & ita de-
* clarauit Rota in dicta decis. Romana subhastationis coram Illustriss. Seraphino *num. 2. & num. 3.*

410 Ad quorum corroborationem deducitur, quod si creditores se obligarunt cum obligatione Camerali, in qua comprehenditur clausula *quorum interest*, vt habetur in ipsa Forma obligat. Camer. sub *num. 5.* vel aliter esset facta obligatio de restituendo cum dicta clausula *quorum interest, &c.* Tunc licèt anteriores creditores non sunt nominati; tamen illa clausula dicitur posita ad fauorem omnium quorum interest, vel in futurum interesse poterit, vt per Alexan. *cons. 29. nu. 5. lib. 3.* Paris. *cons. 82. nu. 2. vol. 1.* Corn. *cons. 136. num. 6. vol. 1.* Rot. *diuers. decis. 728. n. 2. par. 1.* & sic ad eorum fauorem facta diceretur.

Verùm, quia hæc materia non minus quotidiana quàm necessaria est, & præsertim nostri temporis, vt aliquantulum clarior reddatur, nonnulla circa præiudicium per anteriores creditores posterioribus inferendum, ac circa dilationem creditori decocto concedendam
411 deducam: Quapropter distingue, aut tractatur de dilatione concedenda, & hoc casu maior pars præiudicat minori, & potest cogi minor pars ad consentiendum, & ita procedit tex. *in l. quoties. C. de precib. Imperat. offer. & l. fin. C. quorum bonorum cedi poss. & l. rescriptum*, vbi Castr. *sub nu. 1. vers. sed in concessione*, & ibi Ang. *sub num. 1. in fi.* & communiter Doctor. *ff. de pac* Alexand. *cons. 205. num. 1. lib. 2.* Ang. *cons. 213. num. 1.* Paris. *cons. 100. nu. 13. volum. 3.* Roland. *cons. 31. num. 14. & 15. volum. 2.* Burs. *cons. 224. num. 24. volum. 2.* Surd. *cons. 65. num. 20. in fin. volum. 1.* Ioann. Baptista Costa *de portione ratæ quæst. 139. nu. 2.* Strac. *de decoctor. par. 6. tit. de pact. conuent. inter cred. & decoct. sub num. 9. & 21. vers. in secunda ver.* Afflict. *decis. 288. num. 3.* & ibi per Vrsil. *in addit.* Cæsar. de Bertax. *decis. 78. num. 1.*

412 Et quando Princeps possit talem concedere dilationem, vide doctissimè per Thesaur. *decis. 186. per tot.*

413 Quod ampliatur locum sibi vendicare in creditoribus hypothecariis, vt per Alexand. *in l. iuris gentium. §. hodie sub num. 9. in fin. ff. de pact.* & per Burs. *d. cons. 224. num. 24.* Afflict. *d. decis. 288. in fin.*

414 Secundo ampliatur procedere non solùm in maiori parte creditorum, sed etiam quando creditores essent pares in numero, & quantitate debiti, quia benignior sententia est præferenda, vt declarat Barz. *d. decis. 78. num. 1.* & Costa *de portione ratæ d. quæst. 139.*

415 Tertio ampliatur, vt hoc casu non requiratur, quod omnes creditores in vnum conueniant ad effectum concedendi dilationem, sed possunt separatim concedere, vt per Paris. *cons. 100. num. 5. lib. 3.*

Aut verò tractatur de remissione debiti in parte facienda, & hoc casu iterum distinguendum est, aut debitor est defunctus, & hæres non vult adire hæreditatem, nisi creditores partem debiti remittant, & tunc si maior pars cre-
416 ditorum consentiat, & aliquam partem remittat, pro eadem rata præiudicat minori parti, iuxta text. *in d. l. iuris gentium. §. hodie in princip. vers. ad euidentiam*, vt ibi dicit hoc esse planum, & ibi per Castr. *num. 2.* Bald. *in princip. ante numerum primum.* & ibi Alexand. & per Strac. *loco citato sub num. 5. vers. prima est*, & Menoch. *de arbitr. Iudic. num. 2. cent. 3. casu 245. numero 10.* Afflict. *d. decis. 288. sub num. 2. vers. primum.* Et est ratio, quia si dicta remissio non fieret, hæ-

res non adiret hæreditatem, & sic defunctus esset sine hærede; Vnde creditores non haberent, quem conuenirent, & ita declarant omnes præcitati Doctores.

417 Aut verò principalis debitor viuit, & eum potest conuenire, hoc casu si maior pars creditorum partem debiti remisit, ad effectum, vt reuertatur, & residuum crediti consequatur, minori parti dissentienti non præiudicat, vt per Castr. *in d.§.hodie num.2.* & Ias. *num.2.* Strac. *loco citato, numer.13.* Afflict. *decis.288.sub numer.3. in fin.*

418 Aut verò principalis debitor viuit, & aufugit, nec eius bona repeřiuntur, nec creditores habent, quem conuenire possint. Et hoc casu maior pars creditorum præiudicat minori in remittendo partem debiti. ita per Castr. *in d.§. hodie. num.4. in fin.* vbi Ias. *sub num.2.* Strac. *loco citato, sub num.5. vers. secunda est species.* Afflict. *dict. decis.288. sub num.3. vers. vigesimus quintus est casus.*

419 Burs. *cons.224. num.16. lib.2.* vbi ampliat hoc procedere etiam in aliis casibus, quando debitor non esset soluendo, & esset carceratus. Ang. *in l.1. ff. de priuileg. credit.* Et hanc veriorem, & æquiorem dicit, & eum sequitur Strac. *loco citato, numer.21.* reiecta opinione Afflict. *in dict. decis.288.*

420 Quæ autem dicatur maior, & in numero, & in quantitate, vide per Ias. *in d.l. bodie, num.11. 12. & 13.* & particulariter per Surd. *in dict. cons.65. sub num.21. & seq. lib.1.* vbi latè hoc declaratur, & per Strac. *loco citato sub num. 9. vers. & hac res,* & Costa *de port. rata quæst.159. num.3.* Seraph. *de priuil. iuram. num.114. in fin.* Maur Burg *tract. de laudemijs part.2.l inspect.22. num.2. & seq.* qui alios referunt, & per Felin. *in cap. cum omnes numer.22. de const.*

421 Limitatur tamen prædicta in creditoribus hypothecariis, si quidem eis per maiorem partem non præiudicatur, vt per Ias. *in d.§. hodie, sub num.2. vers. tertio limita.* Ang. *in l. rescriptum sub nu.1. vers. sequitur in tex. ff. de pact.* & ibi Castr. *in princ.* Franc. *decis.82. nu.7.*

422 Secundo limitatur, quo ad fideiussores; nam licèt principalis debitor recipiat remissionem à maiori parte, tamen non præiudicatur minori parti, quin possit contra fideiussores agere ad integrum debitum, vt per Ias. *in d.§. hodie, sub numer.2. vers. sexto limita,* & latè per Strac. *loco citato num.15.* & per Matthesil. *sing.106.* Crem. *sing.22.*

423 Tertio limita, quando tractatur de re communi pluribus, vt singulis, veluti si essent socij; nam eo casu etiam si essent mille ex vna parte non præiudicant vni, vt per Bart. *in d. l. & suum heredem, §. hodie vers. allud verum,* & latè per Felin. qui multos adducit *in cap. cum omnes nu.15. de const.* & per Franc. *decis.82. n.4.*

424 Quarto declara, quod minor pars si viderit resolutionem factam à maiori parte creditorum esse iniustam, & continere iniquitatem poterit à tali remissione appellare, interim nihil est innouandum, vt per Ias. *in d. §. hodie sub numer. 2. in fin.* & ibi per Castr. *num.5.* & Alexand. *num. 14.* Surd. *dict. cons.65. numero 22.* Strac. *loco citato, num.17.*

425 Requiritur tamen hoc casu, quod omnes creditores in vnum conueniant, vel saltem omnes sint citati ad illum actum, seu congregationem, aliàs non valeret in præiudicium absentium, vel minoris partis talis remissio, vt per Bart. Ias. Alexand. & omnes Doct. *in d. §. hodie,* & per Soc. Sen. *cons.273. sub numer.1. vers. debet tamen lib.2.* Paris. *cons.100. num.4. lib.3.* Burs. *d. consil. 24. num.8.* Et declarauit Rota coram Illustrissimo Seraphino in vna Romana subhastationis * Vener. 20. Iunij 1597. *in eius lib. impress. decis.233. num.1.*

426 Hoc autem intellige procedere, quando sunt plures creditores ex singulis creditis separatis; nam quando mercator decoxisset, & totum creditum pertineret ad vniuersitatem, vel collegium, & sic creditum spectaret ad plures, vt singulos de vniuersitate, eo casu non est necessarium, vt omnes in vnum conueniant, sed

427 possunt separatim præstare consensum, etiam aliis non vocatis, prout dicitur de pluribus comparronis, vel de Capitulo Canonicorum, vt tradit Card. *in Clem.2. §. & vt facilius, num.1. & de iur. patr.* Feder. de Sen. *cons.102. sub num.1. versic. benefacit.* Cald. *cons.20. ante fin.* latè Aym. *cons.63. num.1. cum ibi allegat.* qui de communi attestatur prout etiam de communi Abb. *consil.76. numero 1. par.2.* & communem dicit Dec. *in cap. cum omnes sub numer.9. versic. sed tamen in contrarium de constit.*

428 Verùm ego quo ad primam speciem deductam pluries in facto habui, quod citatis omnibus creditoribus ad interessendum congregationi faciendæ pro certa die, & hora in loco destinato, ac in citatione nominato, & in congregatione, postquam maior pars decreuit remissionem pro tãta quantitate esse faciendam, de qua resolutione Notarius fuit rogatus, postea fuit data commissio in Signatura Sanctissimi citata minori parte conditorum, & fuit petitum confirmari talem remissionem, & committi Iudici deputato, seu deputando, vt minorem partem ad consentiendum cogat, & compellat, & fuit obtentum, & ita seruatur, ac ita faciendum consulerem ad difficultates tollendas.

429 Insuper hoc loco dubitari contingit, an dilatio à Principe debitori principali concessa, prosit etiam fideiussori. Et hoc casu licet Doctores variè senserint, tamen communis in hoc residere videtur, quod licet regulariter fideiussori non prosit, tamen postea principalis debitor comparere ex persona sua, ac pro suo interesse, & opponere de beneficio sibi concesso ne postea conueniatur à fideiussore, vt per Bald. *in l. tam mandatori, numero 8. C. de non numer. pecun.* idem Bald. *in l.2. num.5. C. de precib. Imper. offer.* & ibi Salic. Surd. *consil.345. numero 12. lib.3.* Cucchus *de morat. præscript. num.155. cum sequen.* Batz. *decision.78. numero 1. & seq.* Surd. *decisio.301. num.6.*

430 Et an dilatio à Principe concessa locum sibi vendicet in debito iurato, vel in dote, vel in causa alimentorum, vel in deposito, vel in causa annonæ, vel in causa pensionis domorum, vel contra minorem, & similibus, vide eundem Cucc. *in d. tract. de morat. præscript. à num.51. vsque 55.* qui hanc materiam cum suis ampliationibus, & limitationibus deducit.

431 Decimonono quæro, quando duo petunt immissi-

mitti vigore Saluiani, sic in concursu, quis sit
præferendus, & omissa conclusione quis dica-
tur prior, & potior in hypotheca, quam copio-
se tradit Negus. de pign. in 2. memb. 5. par. per tot.
vbi deducit quamplures ampliationes, & limi-
tationes, & Strac. de decoct. in vlt. par. in titul. qui
pot. in bon. decoct. habea. & ibi particulariter quis
sit anterior in deposito penes banchum facto,
& latissimè per Pandulph. pract. reg. 415. & mul-
ta alia valde norabilia infra deducūtur n. 441. &
seq. vsque 510.

Dico quod si sunt plures qui parem hypo-
thecam, & probationes habeant, & vnusquis-
que aduersus rem ipsam Saluianum intentat,
nec apparet de eorum anterioritate, tunc pro
432 rata immittendi sunt, l. si debitor, vbi Bar. in
princ. & Bald. vers. contra tertium. Ang. & Castre.
in princ. ff. de pign. Negus. de pign. in 2. memb. 5. par.
sub n. 31. vers. & isto casu. tradit Ang. cons. 208. sub n.
2. vers. concludo igitur. Io. Baptista Costa de port.
rata q. 115. n. 1. & 4. & bene declarat Ronchegall.
de duobus reis in leg. 9. n. 281. Franc decis. 260. num. 5.
par. 2.

Hoc tamen intellige procedere, quando duo-
bus in eodem Instrumento, & eadem concep-
tione verborum res hypothecata sit, quod si ex
diuersis instrumentis, vel diuersis mumentis
hypotheca contracta appareat, tamen constare
433 nequit cui prius, vel posterius obligata sit, tūc
melior erit conditio possidentis, & ita declarat
Bar. Ang. Castr. Bal. in d. l. si debitor in princ. & per
eundem Bar. in l. si fundus § si duo sub nu. 3. & per
Negus. d. 2. memb. 5. par. numer. 31. versic. 1. conclusio.
Costa in d. quæstio. 115. numero 4. Afflic. decisi. 387.
434 numero 5. in fine. Et licet hoc casu possidens
Saluianum experiri non posset, cùm eam ipse
possideat, iuxta tradita in l. fin. C. de Saluiano
Interdicto, & dictum fuit supra in prima In-
spectione capitul. 6. de secundo extremo, & latius
infra explicabitur. Et Saluianum Interdictum
435 præsupponit reum possidere, vt dixit Rota
coram R. P. D. Iusto in vna Rauennaten. Sal-
* uiani Interdicti Merc. 11. Februarij 1604. in fine
436 operis decisi. 144. numer. 1. tamen dabitur manu-
tentio §. retinendæ Instit. de interd. l. 1. vbi Bar. ff.
vti poss. Bocac. de interd. vti possid. cap. 2. nu. 1. Rot.
diuers. decis. 58. nu. 1. & 4. par. 2. & decis. 1194. par. 3.
lib. 3.

437 Hoc tamen procedere dicitur, quando agi-
tur inter priuatas personas nō priuilegiatas, sed
quando ex vna parte adesset persona, seu causa
priuilegiata, & ex altera parte esset persona, seu
causa non priuilegiata, & non appareret
de prioritate, seu posterioritate, tunc absque a-
lia prioritatis probatione, præsumeretur pro
causa, seu persona priuilegiata, l. in ambiguis. vbi
Bar. ff. de iur. dot. & post Bar. tradit Soc. in l. 1. n. 2.
ff. sol. matr. & per Negus. de pign. in 2. memb. 5. par.
n. 45. vers. & prædicta, nisi appareret de anteriori-
tate horæ, vt declarant Soc. & Negus. locis cita-
tis. & nonnulla in sequ. quæst. ad hunc effectū
contra fiscum deducam.

438 Secundo limitatur, quando diuersis, & suc-
cessiuis temporibus hypotheca cum duobus
constitura sit, & hoc secundo creditori pigno-
rata dicitur, & vigore dictæ hypothecæ agere
poterit, quatenus illius valor excedat creditum
primi creditoris, & soluto credito primi credi-
toris, intelligitur in solidum obligata, & hypo-
thecata secundo, & ita declarat Roncagall. de
dub. reis d. l. 9. n. 281.

Sed si in eodem Instrumento eadem res duo-
bus obligata sit, sub diuersis tamen verborum
conceptionibus, & constituta hypotheca prima
in primo casu, & secunda in secundo casu, seu
439 in secūdo, seu in tertio cap. eiusdem Instrumē-
ti; hoc casu præfertur primus nominatus, quia
de necessitate, momentū aliquod præcedit pri-
mæ obligationis momentū secundæ, & ita sin-
gulariter tradit Castr. in d. l. si fundus §. si duo nu.
4. de pign. & per Ang. in auth. de hered. & fall. §. et-
enim, & facit doctrina Bal. in l. aduersus nu. 6. C. de
440 furt. vbi ait quod ille dicitur prior, qui est pri-
mus in ordine scripturæ, vt per Fel. in c. pastoralis
n. 7. de rescript. Negus. de pign. in 2. memb. 5. par. nu.
45. vers. pura. vbi ponit casum, quando ex ordine
scripturę vnus sit ante alium, & per Afflic. decis.
387. nu. 5.

441 Vnde sequitur, quod cùm sit anterior cre-
ditor, & præferatur in hypotheca, præfertur &
in Saluiano, vt declarauit Rot. coram R. P. D.
* Bubalo in Senogallien. prædij Ven. 2. Iunij 1583.
in calce operis decis. 15. nu 1. Et contra ipsum ante-
442 riorem Saluianum intentari non potest, vt
pluries deduxit Rota, & attestatur Illustrissimus
* Mantica in vna Placentina Saluiani Interdicti
16. Iunij 1589. in calce operis decis. 290. n. 1. & latius
in 5. Inspect. c. 1. deducetur.

443 Verùm limitationem ad præsentem casum
deducit Illustrissimus Mantica de tacit. & am-
big. conuent. lib. 11. tit. 22. n. 4. dum dicit, hanc sen-
tentiam locum habere, si contractus sine scri-
ptis fuerit celebratus ita, vt scriptura non sit de
substantia; diuersum est si hoc actum sit, vt con-
tractus fieret in scriptis, & scriptura sit de sub-
stantia contractus; quia tunc in vltimo verbo
444 perficitur, quando contrahentes habent pro
perfecto, & absoluto, & ideo ordo scripturæ ob-
seruatur per Bal. per illum tex. in l. contractus n. 4.
vbi Bal. n. 12 Salic. n 19. C. de fid. inst. & per Ias. in l.
2. §. prim n. 22. de vulg. subst. sed hanc materiam de
clara, vt deduxi infra in c. 3. in 1. qu. nu. 40 & seq.

445 Cæterùm si quis haberet creditum cum scri-
ptura sine die, & alius probaret suum creditum
in certa die, ille præfertur, vt per Abb. in c. 2. n. 7.
de fid. instr. Bal. in l. de rebus nu. 2. C. de iur. fisc. lib. 10.
Card. Mant. d. tit. 22. n. 5.

446 Insuper etiam non dicitur anterior credi-
tor ille, qui domum emit sub pacto quod pre-
cium anterioribus creditoribus soluatur, &
emptor soluit anterioribus creditoribus, non
aliter in actu solutionis ab eis recepta cessio-
447 ne, nam licèt per solutionem sublata fuerit
obligatio debitoris, ita quod talis Emptor non
succedit in ius primi creditoris nisi super hoc
fuerit factum pactum expressum, l. 1. C. si ante cre-
dit. l. aristo. ff. quæ res pign. oblig. poss. & per Rip. in l.
si ventre §. eorum ratio num. 8. & 9. de priuil. cred.
tamen ista procedunt quo ad actionem hypo-
thecariam, ne dictus Emptor possit contra ter-
tium possessorem agere hypothecaria, non au-
tem ad effectum excipiendi, & retinendi do-
mum emptam contra secundum creditorem,
si pecuniæ fuerunt solutæ primo creditori, &

* ita in terminis Saluiani Interdicti declarat Rota coram Card. Mantica in vna Placentina Saluiani Interdicti Vener. 16. Iunij 1609. *in calce operu decis.* 290. *num.* 2. *est tex. in l. qui a debitore ff. qui pot. in pign. hab. & in l. qui potiores*, & ibi glos. *C. de his qui in prior. cred. locum faciunt*, & per glos. *in l.* 1. *in princ.* in verbo *desiderabit ff. quibus modis pign. vel hyp. sol.* & ibi Bartol. & Salic. & ita tenet Alber. post Guid. de Suzza. *in l. cum prior. ff. de distr. pign.* & tenet Neguſ. *de pign. in* 3. *membr.* 5. *part. numer.* 3. *versicul. & istam difficultatem*, & hanc communiorem, & æquiorem dicit Fulg. *in d. l. cum prior.* & tanquam benigniorem, & magis communem amplexus est Beninten. *deci.* 50. *ante fin.* & larius de anterioritate succeſſiuè deducam.

448 Quando autē secundus creditor poſſit per oblationē ſe liberare ab anteriori hypotheca, vide *in* 5. *Inspect. c.* 1.

Præterea alium nota casum, quod si debitor notificauit secundo creditori primam obligationem præceſſiſſe, eo casu si res eſt obligata pro scutis 500. & valet 900. tunc dicitur illa res obligata pro illo residuo scutorum 400. ita quod satisfacto primo creditore, poterit secundus creditor suam experiri actionem, seu Saluia-

449 num in illo residuo, per tex. *in l. & quæ nondum. §. si res ff. de pign.* vbi Bar. Bald. Castr. *in princ.* Neguſ. *in d.* 2. *memb.* 5. *part. sub numer.* 3. *versi. primo casu.*

450 Et aduerte quod non solum per Instrumenta hypotheca probari poteſt, sed etiam per testes, vt fuit deductum supra *in* 3. *Inspectione in c.* 5. *de primo extremo*, & in terminis prælationis, quod

451 hypotheca probari poſſit per testes ad effectum anterioritatis tradit Fulgo. *consi.* 131. *vol.* 2. & per Tiraq. *de retract. conuent. §.* 1. *gl.* 7. *num.* 59. & tenuit

* Rota coram Illuſtriſſimo Pāphilio in vna Romana Pecuniaria Ven. 3. Decembris 1592. *in fine operu decis.* 53. *n.* 4.

Vigesimo quæro an primus, & secundus creditor poſſint concurrere vigore generalis obligationis ad bona debitoris, post factas obligationes quæsita, & pro clariori intelligentia præmittendum eſt, quod in generali bonorum o-

452 bligatione veniunt præsentia, & futura, vt per Bar. Bald. Ang. *in l.* 1. *ff. de pign.* & per Dec. *conſ.* 391. *n.* 3. Parisi. *consi.* 50. *n.* 22. *lib.* 1. Surd. *consi.* 131. *n.* 5. *lib.* 1. Neguſ. *de pign.* 2. *membr.* 2. *part. numer.* 4. *& in* 3. *memb.* 8. *par. num.* 16. Galleſ. *ad form. Cam. par.* 2. *qu.* 3. *numer.* 3. bene per Rip. *in l.* 1. *numer.* 2. *&* 3. *ff. de pign.*

453 Quod etiam procedit si in obligatione fuerit simpliciter dictū, *Obligo omnia bona mea*, quia tunc etiam in futurum bona acquiſita veniunt, vt eſt tex. *in l. fi. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* & tradit Ang. *in §. item Seruiana sub num.* 9. *versi. aduertas tamen.* Caſtr. *in l. rem alienam nu.* 8. *in fin. ff. de pign. act.* & per Neguſ. *de pign. in* 2. *memb.* 8. *par num.* 26. Surd. *decis.* 97. *num.* 2. Galleſ. *ad form. Cam. par.* 2. *q.* 31. *num.* 1.

454 Et ampliatur etiam si obligatio eſſet facta sine illo pronomine *Sua*, veluti si dixerit, *Obligauit omnia bona*, quia etiam futura eo casu comprehenduntur in dicta obligatione, vt declarat Bar. *in l.* 1. *n.* 1. *per illum tex. ff. de pig.* & per Ne-

455 guſ. *d.* 3. *memb.* 8. *par. nu.* [illegible] & vbi adeſt clauſula conſtituti in dicta generali bonorum obligatione similiter ad futura extenditur, & hæc fuit opinio Butrij *in l. fi. C quæ res oblig. poſſ.* vbi Bart. Salic. & alij, & hanc communem dicit Soc. *in l.* 3. *§. etenim incertum sub num.* 5. *verſ. & ita inducuntur ff. de acquir. poſſ.* & de magis communi atteſtatur ibidem Iaſ. *num.* 16. & idem affirmat Alex. *conſi.* 85. *num.* 8. *verſ. nec insisto lib.* 6. Pariſ. *conſi.* 50. *n.* 22. *lib.* 1. Rolan. *conſ.* 79. *nu.* 46. *vol.* 1. & alios innumeros refert Tiraq. *de iure conſti. poſſ. par.* 2. *amplia.* 32. *num.* 1. *& num.* 12. vbi magis communem, & in practica seruari atteſtatur, & magis communem affirmat Neguſ. *de pignor.* 2. *memb.* 2. *par. n.* 3. & quamplures etiam adducit Afflic. *decis.* 57. *sub num* 3. *versi. sed in contrarium eſt veritas, & decisio.* 315. *sub num.* 8. vbi de magis communi atteſtatur.

456 Ampliatur etiam si debitor eo animo bona futura acquisierit, vt non eſſent creditori hypothecata, vt per Soc. Sen. *conſi.* 77. *n.* 7. *lib.* 4.

457 Insuper etiam ampliatur, vt pro bonis in futurum acquisitis poſſit contra quemlibet tertium poſſeſſorem agi, vt per Ang. Aret. *in §. item Seruiana num.* 8. *verſ. si autem eſſet. Instit. de act.* Pariſ. *conſ.* 50. *n.* 23. *lib.* 1. Negul. *de pign. in* 2. *memb.* 8. *par. nu.* 4.

458 His sic præmiſſis dicitur, quod in hoc articulo duę sunt contrariæ opiniones, vna eſt affirmatiua; nempe quod secūdus creditor poteſt cum anteriore creditore concurrere ad bona poſtea acquiſita, quam tenet gl. *in l. idemque §. si. verſi. & Titio ff. qui pot. in pign. hab.* & gl. *in l. fi. u. qui pi. de iur. fisc. in verſ. respondiſſe, ante fin.* per illa verba, *è contra videtur quod concurrant.* vt sequetur, & ita tenet Bald. *in d. l. idemq. §. fi. in fi. in lect. antiq.* & Salic *in l. licet n.* 4. *vſq. ad fi. C. qui pot. in pign. hab.* per dict. gloſſas, quia de eo tempore vterque erat creditor.

459 Verùm contrariam sententiam veriorem, nempe anteriorem creditorem præferendum eſſe, tenet Bar. *in d. l. idemque. §. si verſ. contrarium*, per Iacob. de Aren. per eum alleg. & *in l. fin. ff. qui pot. in pign. hab.* vbi ait, quod ibi eſt casus huius quæſtionis, & idem Bar. *in l. licet sub num.* 2. *verſi. quid dicendum C. qui pot. in pign. hab.* vbi respondet ad contraria, & per Pariſ. *ibi in addit.* & hanc eſſe veritatem affirmat, & explicitè tenet Bald. *sibi contrarius in l. hac edictali. §. omnibus. verſicul. nota etiam. C. de secund. nupt.* & hanc partem tenet Caſtr. *in d. l. idemque. §. fi. numero* 10. quam veriorem [illegible], & magis communem atteſtatur Neguſ. *de pignor. in* 2. *memb.* 5. *part. numero* 39. *verſicul. sed contrarium tenet reſpondendo ad contraria*, & ita etiam tradit Specul. *in titul. de oblig. & ſolut. §.* 1. *numero* 32. & ibi Ioan. Andr. *in addit.* in verbo *obligata in littera l.* qui Ioan. Andr. similiter ad fundamenta Salic. reſpondet: & hanc eſſe veram atteſtatur Bald. *conſi.* 189. *numer.* 1. *lib.* 1. vbi ait procedere, siue sint quæſita ex cauſa, quæ retro fingat, siue ex cauſa noua, & per Rimin. Iun. *conſi.* 587. *num.* 11. *volum.* 5. & hanc veriorem dicit Matth. Brun. *de ceſſ bon. quaſt.* 11. *num.* 1. & ab hac opinione non eſſe recedendum censeo; si quidem clarum eſt, quod bona futura, si poſtea quæſita fuerunt priori creditori

460 antea obligata, & licet tempore acquisitionis adeſſet etiam secunda hypotheca, non ideo tol-

461 litur, quin eſſent priori creditori antea obligata, & sic succedit regula, qui prior, *lib.* 6. & decla-

rat

eat Bar. *in d. l. licet in fin.* vnde sequitur, quod
ratione anterioritatis hypothecæ prefetatur e-
tiam in experiendo Salu. Interd. cùm ratione
hypothecæ concedatur, vt supra deductum est
num.84.
462 Quod ampliatur procedere, etiamsi dicta
bona essent secundo creditori tradita, *l. si prior.*
§.fi.ff.qui pot.in pig.hab. & per Soc.*in reg.*118 *incip.*
*Emptor.n.3.*Parii.*consi.*69.*nu.*156.*&* 157.*lib.*3.Old.
*consi.*114.*in fi.*Ias.*consi.*5.*col.mihi.*5.*versi.sexto pro i-*
*sta part.lib.*3.Ceph.*consi.*658. *numer.* 3. *&* 4. *lib.* 5.
Gabr. *de empe.& vend.concl.*2.*num.*30. Tiraq. qui
Fabr.Cyn.Bald.Salic.Castr.Ias. & alios refert *in*
*tract.de retract.consang.§.3.glos.*1.*nu.*5.Couar.*var.*
*resol.lib.*3 *cap.*18.*sub numer.* 1.*versi.secundo ad eius-*
dem.
463 Secundo ampliatur etiam in tacita hypo-
theca *d.l.fi.C.qui pot.in pig.hab.* Rimin. Iun. *d.consi.*
587.*n.*11.*&* 12.*vol.*5.& latè per Marian. Soc. *de o-*
*blat.lib.*12.*per totum.*de quo latius *in c.*4.de taci-
ta hypotheca explicabimus.
464 Tertio ampliatur, etiam si secundus credi-
tor haberet duas hypothecas, & primus habe-
ret vnam, vt per Salic.*in l.*2.*versi.aut contra ff.qui*
pot.in pign.hab.& per Negus.*de pign.in* 2.*memb.*5.
*par sub nu.*51.*vers. sed si è conuerso*, & per Matth.
Brun.*de cess.bon.in d.q.*11.*n.*4.
465 Limitatur tamen præcedens ampliatio, quã-
dò secundus creditor priuilegiatã haberet hy-
pothecam, iuxta tex. *in l. licèt C. qui pot. in pign.*
hab.& tradit Salic.*in d.l.*2.*in fi.ff.qui potior.in pign.*
*hab.*Negus.*loco proximè citato.*& per Matth.Bru.
*n.*4.*vbi supra in fi.*vt in Ecclesia, pupillo, & dote,
vt per Doct.*in l.licèt C.qui potior in pign. hab.* de
quo latius infra dicemus.
466 Quarto ampliatur, etiam si primus creditor
generalem bonorum obligationem haberet, &
secundus creditor specialem in vna re tantum,
nãm nihilominus primus creditor in illa re spe-
cialiter obligata præfertur ratione suæ gene-
ralis hypothecæ, vt est tex.*in d.l.*2.*ff.qui pot.in pi-*
gn.hab.& ita tenent ibi Bal.Salic.& idem Sali.*in*
*l.si generaliter in prin.C.eo.tit.*Negus.*in d.*2.*mẽb.*
5.*par.n.*14.Matth.Brun.*in d.q.*11.*n.* 6. qui ad con-
traria respondet.
467 Aduerte tamen, quod, quando non essemus
in casu Saluiani Interdicti, in quo non requiri-
tur excussio, vt ante supra *in secunda Inspectione c.*
2.*n.*5.*& seq.*deductum est, vt res specialiter obli-
468 gata prius detrahi debet, & sic, quod deest, tũc
ad venditionèm bonorum generaliter hypo-
thecatorum deueniendum erit. *l.qua generaliter*
ff.de dist.pign.& tradit Bar.Bal. Ang. Salic.*in l.*2.
C.de pign.& per Paris.*consi.*50.*num.*28.*lib.*3.Card.
Mant.*de tac.& ambig.conuent.lib.*11.*tit.* 2. *sub nu.*
15.*vers.praterea.*& idem Mant.*in eodem lib.*11.*tit.*
22.*sub num.*28.& latè per Couar.*var.resolut.lib.*3.
*cap.*18.*num.*2. & latius vide *in seq. cap. in* 2. *quast.*
*num.*68.
469 Quinto Amplia etiam si anterior creditor
haberet hypothecam ex titulo lucratiuo ex
causa donationis, & posterior sit ex causa one-
rosa, *l.*1.*cum glos.C.de iur.fisc.*Oldrad.*consi.*114.*per*
totum.& tradit Card.Mant.*de tacit.& ambi.con-*
*uent.lib.*11.*tit.*22.*num.*23.& per Rot.*diuers.decisio.*
233.*n.*2.*par.* 2. & in simili de venditione duobus
facta, tradit Soc. *reg.*118.*nu.*3. Gabr. *de empt. &*
*vendit.concl.*2.*num.*29.Nam licèt creditor ex cau-
470 sa onerosa debeat præferri donatarijs, qui
tuentur ex titulo lucratiuo, vt per Curt.*in l.pri-*
*uilegia num.*10.*versi.aliud est.ff.de priuil.credit.*&
per Ceph.*consi.*555.*num.*11.tradit Card. Mant. *lo-*
*co citato,*Capic.*decisi.*78. *num.*7.Tamen Cuman.
loquitur, & intelligitur de creditoribus ex titu-
lo lucratiuo, qui non habent hypothecam, sed
personalem tantum actionem, & hoc priuile-
471 gium esse singulare, ait ad reuocandas dona-
tiones, vt creditores eius præferantur, Card.
Mant.*d.tit.*22.*nu.*24.
472 Sexto amplia procedere etiam contra fiscũ,
quando hypotheca esset expressa *l. res qua §.* 1.
*ff.de iur.fisc.l.si fundum.*vbi glos.& Bal.*C.qui pot.in*
*pign.hab.*Negus.*in* 2.*memb.*5 *par.sub n.*11.Mant.*lo-*
*co citato nu.*29.
473 Hoc tamen restringitur, procedere in bonis
ante factam obligationem ad fauorem fisci,
secus in bonis postea quæsitis, vt per Bar. *in l. si*
n.qui ff.de iur.fisc. & per Bald. *in d. l. si fundum sub*
*num.*1.*in fine C.qui pot. in pign. hab.* & per Negus.
*in d.*1.*memb.*5.*par.sub num.*11.*in fin.*Soc.*in l.* 1. *num.*
8.*ff. sol. matr.* & latius vide per Menoch. *de pra-*
474 *sumpt.lib.*5.*prasumpt.*72.*numer.*12. *vbi numer.*17.
ait, Iudicis arbitrio esse relinquendum, quan-
do, & in quibus casibus contra priuatum, vel
contra fiscum pronunciandum sit, & hanc
conclusionem copiose tradit Card. Mant. *de*
*tac.& ambig.conuent. d. lib.*11. *titul.*25.*à numero* 8.
vsque ad finem,vbi numero 14.ait, quod onus pro-
bandi bona fuisse acquisita post contractam
475 obligationem ad fauorem fisci incumbit ei,
qui in tempore se fundat, & tradit Negus. *d.*2.
*memb.*5.*part.numero* 43.quando verò fiscus, &
priuatus essent in pari gradu, vt quia in eodem
die ad fauorem vtriusque esset facta hypothe-
476 ca, vel saltem esset in dubio, an ante, vel post
factam hypothecam, tunc ad fauorem fisci bo-
na essent acquisita, vt de magis communi atte-
statur Couarr.*var. resol.lib.*1.*capit.*16. *nume.* 5. v-
bi multis rationibus comprobat, & adducit
Bald.Nouel.*de dot.par.*9 *priui.*1.Vinc.Ercul.*in l.*
1.*col.*3.*ff.sol.matr.*reiecta opinione Bar. *in l.si qui.*
ff.de iur.fisc.& Negus.*de pign.in* 2.*memb.*5.*par. nu.*
43.quibus adde Bal.*in l.si debitor.ff.ad leg.Falcid.*
Rom.*in auth.similiter numero*3.*C.eo.tit.* Soc.Sen.
*in l.*1.*num.*9.*ff.solut.matr.*& ibidem Ias. *numer.*4.
477 Tamen cogita, quia opinio Menoch. videtur
multum æqua, & iuri consona ex deductis per
eum *loco citato*, qui hanc cõclusionem in tribus
casibus distinxit, nempe primo; quando fiscus
cum priuato contendens agit de lucro captan-
do, & priuatus de damno euitando. Secundo
quando fiscus agit ex causa onerosa, & priuatus
ex causa lucratiua. Tertio, quando tam fisci, quã
priuati causa est lucratiua, & vide, vt ipse de-
clarat.
478 Cæterùm proximè deducta limita, quando
priuatus possideret, quia tunc instrumentum
possessoris præsumeretur prius celebratum. Ne-
gus.*de pign.in* 2.*memb.* 5.*par.n.*43.*vers. sexto dubi-*
tatur, & post Ias.tradit Rip.*in d.l.*1.*nume.* 6 *ff.sol.*
*matr.per tex.in capit. si à sede de preben.lib.*6.Ve-
479 rùm Couar.*var.resol.lib.*1.*cap.*16.*sub nu.*7. *vers.*
his omnibus, hanc Ias. & Negus. opinionem re-
probat, dicens quod tex.*in d.cap.si à sede de preb.*
in 6.hoc priuilegium non cõcedit ei qui Eccle-
siasticum beneficium ab eo obtinuit, vt præsu-

matur prius obtinuisse, quando prouisus ab or-
dinario possidet. Vnde in proposito hoc priui-
legium, vt prior præsumatur hypotheca fisci
quàm priuati à lege conceditur fisco, etiam
contra possidentem, *d.l.1.C.de iur.fisc.* & sic non
sumus in pari casu, immo in diuerso, & contra
Ias.Couar. *loco citato* adducit Vincent.Ercul. *in
d.l.1.sub nu.5.vers.vnum præterea.* Gugliel. Pont.
*ibi.nu.16.*Soc.Iun. *sub num.13.*& hoc etiam sequi-
tur Card Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.11.
tit.25.nu.24.*

480 Secundo limita, quando Instrumentum pri-
uati non contineret horam certam, & Instru-
mentum fisci non haberet horam, vt per eundē
Rip. *loco cit. nu.7.* & per Card.Mant *d. tit.25.nu.
19.* vbi de veriori attestatur, & latius infra con-
tra dotem, vel aliam causam priuilegiatam de-
ducitur.

481 Tertio limita procedere in pluribus instru-
mentis à diuersis Notariis celebratis, secus si ab
eodem Notario, quia tunc ex scriptura proto-
colli potest apparere de proprietate, nam con-
tractus prioris scripturæ censetur prior cele-
bratus, vt per Rip *loco cit.*

482 Quarto limita, quando contentio esset inter
fiscum, & mulierem ratione suæ dotis; si quidē
eo casu in pari gradu magis communis opinio
est ad fauorem dotis iudicandum esse, vt per
Bald. *in l.dotis C de iur.dot. & in l. ad exactionem.
C.de dot.promiss.* & per Ias. *in l.1.num.37.solut.ma-
trim.* vbi Soc.Iun. *num.30.* & Rip. *nu.10.* Alciat. *de
præsump.reg.3.præsumpt.41 ad fi. vers. & mihi pla-
cet,* & per Neguſ. *de pig. in 2.memb.5.part.princ.nu.
109.*Couar. *var.resolut. lib.2. cap.17. numer.6.* qui
de magis communi attestatur, Menoch. *de præ-
sump.dict.lib.3.præsump.72.numer.18.* vbi hanc re-
ceptam esse affirmat, & ibidem *num.24.* ad con-
483 traria respondet. Et idem procedit, quando
fiscus cum alio priuilegiato concurrit, veluti
cum pupillo, vt per Barto. *in l.Titius ff.qui pot. in
pign.hab.* & latè ibi per Castren. & per Bald. *in
cons.189.num.2.volum.3.* & hanc eandem distin-
ctionem facit Rebuff. *in tract. de constitu. redit.
art.1.gloss.8.num.39.* & bene per Capic. *decis.129.
num.12.*

Prædictam autem limitationem ad fauorem
dotis procedere intellige in Instrumento do-
tis numeratæ, non autem confessatæ, vt decla-
rat Rip. *in d.l.1 num.11.solut. matrim.* Verùm ad-
uerte, quod si præcesserat Instrumentum pro-
missionis dotis, & postea constante matrimo-
nio confessus est eum recepisse, & lapsa sint tem
484 pora opponendi exceptionem non numeratæ
pecuniæ, præsumitur verè fuisse solutam, vt per
Cyn.Fulgo.Salic.Castren. *in l. in contractibus. §.
sed quoniam C.de non numer. pecun.* Rom. *consi.
445.num.7.*Bald.Nouell. *de Dot.par. 10. numer.18.*
Aym. *consi.40.num.5.* Roland. *consi.85.num.42.
lib.1.*Couar. *var. res.lib. cap.7. num.6.*Menoch. *de
præsumpt. lib.3. præsumpt. 12. num. 53.* & latè per
Caputaq. *decis. 196.* qui communem dicit, Af-
flict. *decis.409.num.2.*Rot. *diuers.decisi. 485.num.
1.& 2.lib.9.par.3.* & declarauit Rot. coram Gi-
ptio in vna Rumana augm. Dotis Lunæ 20.
Nouembris 1589. *in fin. operis decis.145.num.2.* &
hoc casu Instrumentum confessionatum quan-
485 do sunt lapsa tempora opponendi exceptio-
nem, non numeratæ pecuniæ, præfertur omni-
bus aliis habentibus hypothecam posteriorem,
vt latè per Roland. *cons.74.nu.10.ante fi.vers.ad-
eo quod lib.4.* cum aliis supra relat. *in prima inspec.
c.7.nu.24.*

486 Verùm puto aduertendū esse, prædicta pro-
cedere, quando creditores sciuerint, confessio-
nem de recepto factam fuisse, ita quod poterant
ante lapsum temporis opponere de non nume-
rata pecunia, quod si ignorauerint, tale tempus
eis non currit, vel saltem sunt in integrum resti-
tuendi, & credo hoc esse verum ex doctrina A-
lex. *in d.l.1.sub nu.35.post med. vers. vbi confessio do-
tis in causa pignor. ff.sol.mat.* & sequitur Menoch.
cons.720.nu.8.vol.1. & per Campeg. *de dote d.4.93.
sub nu.3.vers.vbi confessio dotis.* Mathes. *sing.93.sub
num.1.*

487 Quod si ageretur inter Mulierem ex causa
dotis, & priuatum, & esset in eadem die contra-
ctum instrumentū, hoc casu sine dubio dos præ-
fertur, vt supra deductum est in fisco, qui reperi-
tur magis priuilegiatus, & locum sibi vendicāt
omnes doctrinæ proximè allegat. nam pro ma-
iori parte loquuntur, quando mulier agit con-
tra priuatum, vt tradit Campeg. *de dote par.1.q.
93.sub num.2.& 3.* cum aliis supra in præcedenti
quæst. *nu.465.* deductis.

488 Tamen hoc, quod dictum est de prælatione
limitatur, quando Instrumentum haberet ordi-
nem à natura: veluti, quia in vno habitus, in al-
tero priuatio contineretur, quoniam habitus de
necessitate priuationem præcedit, vt per Soc.
Iun. *in d.l.1.nu.9.ff.sol.mat.*

489 Secundo limita, quando Instrumentum do-
tis esset priuatū, puta in scriptura priuata sub-
scripta, & à tribus testibus nō subscripta, vt per
Soc. *loco citato nu.10.* & latius per Rip. *in l. priui-
legia.ff.de priuil.credit.nu.24.* vbi ampliat, proce-
dere, etiam si scriptura priuata iungetur publico
documento, in quo contineatur promissio de
obligando bona, tamen idem Rip. *in d.l.priuile-
490 gia sub n.24.* limitat, quando vigore statuti scri
ptura priuata haberet vim publici Instrumenti,
vt per Soc.Sen. *consi.24.nu.1.& 2.lib.2.* licèt Rip.
dicat bene inspiciendum esse qualiter verba
statuti disponant.

491 Tertio limita, quando in altero Instrumento
contra dotem, vel aliam causam priuilegiatam
contineretur certum tempus, puta horam cer-
tam, quia tunc illud præferetur, vt per Soc. *loco
citato numer.11.* & tradit Bald. *in l. creditor, qui
in princip.ff.qui pot.in pign.hab.* & per Ias. *in dict.
l.1.num.6.* Dec. *in consi. 169. num.6.* Bald.Nouell.
*de dote par.10.num.28.*Neguſ. *de pign.in 4. memb.
2.par.num.96.*Barb. *in l.1.sub num. 14. vers. vltim.
solut.matr.*

Redeundo modo ad principalem conclusio-
nem, quis creditor sit præferendus, & in conse-
quentiam prædictorum.

492 Septimo Amplia, quod quando priuatus ha-
beret anteriorem hypothecam, præfertur poste
riori obligationi, & hypothecæ ex causa dotis,
vt de magis communi attestatur Alex. *cons.58.
nu.7.& 8.lib.7.*Soc.Iun. *in l.1.num.109.circa med.ff.
sol.mat.* & est gl. *in l.assiduis.* vbi Bar.Sal.& Bal. *nu.
5.C.qui pot.in pig.hab.* & per Aret. *in §. fuerat sub
nu.12.vers.sed talis est,* & ibi Ias. *sub nu.73. Instit.de
act.* vbi de communi, & per Cagn. *in l.quoties n.
2.ff.de reg.iur.*

493 Hoc

493 Hoc tamen limitatur in posteaquæsit is post obligation. m ad latorem dotis, quia sicut fiscus in postea quæsitis præfertur omnibus alijs, vt deductum est *in quinta ampliatione*, ita mulier, quæ est æquè, immo magis priuilegiata præfertur omnibus alijs, vt tradit Bal. *in l. assiduis sub n. 5. versi. alioquin. C. qui pot. in pign. hab.* & per Rip.
494 *in l. priuilegia n. 31. de priuileg. credi.* vbi ampliat idem procedere in Ecclesia in quæsitis per Prælatum.

495 Contrariam tamen sententiam, nempe, quod eadem ratione, qua tacita hypotheca dotis præfertur alijs tacitis anterioribus, eadem etiam expressa dotis hypotheca debeat præferri alijs expressis anterioribus, tenet Barbos. *in d. l. 1. à nu. 5. vsque 16.* quam veriorem appellat, & infinitos cumulat, & ad contraria respondet, & de veriori attestatur Card. *in l. ex litteris col. 2. de pig.* & idem firmat Soc. Iun. *consi. 20. n. 12. lib. 3.* & veriorẽ in puncto Iuris dicit Bolog. *in d. l. 1. nu. 12.* & per Crot. *n. 68.*

496 Octauo Amplia regulã procedere, vt prior in tempore præferatur, etiam, quando essent duæ dotes restituendæ ex eisdẽ bonis, iuxta tex. *in l. fin. in verbo exceptis cum seq. C. qui pot. in pign. hab.* quem ad hunc effectum adducit Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. n. 12.*

497 Nonò Amplia procedere in pignore pretorio, quando sunt Creditores ex diuersis titulis, vt declarat Bar. *in l. 2. sub num. 1. & 20. C. qui pot. in pign. hab.* & per Negus. *de pign. in d. 2. memb. 5. par. n. 6.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. d. lib. 11. tit. 22. n. 23.*

498 Et idem est, quando concurrunt pignus prætorium, & conuentionale, vt est tex. *in l. postquã.* vbi Bar. *C. vt in poss. leg.* & idem Bar. *in d. l. 2. sub n. 20. in fi.* & per Negus. *in d. 2. memb. 5. par. n. 7.*

499 Decimo Amplia procedere non solum pro sorte principali, sed etiam pro fructibus, & accessionibus, iuxta tex. *in l. Lucius Titius. ff. qui pot. in pign. hab* & per Neg. *in d. 2. memb. 5. par. n. 10.* & bene declarat Soc. Sen. *consi. 41. sub nu. 2. vers. si ergo concludendum est lib. 4.* Paris. *consi. 102. n. 8. li. 2.* Car. Mant. *d. tit. 22. n. 32.* & per Rip. *in l. priuilegia n. 9. ff. de priuil. cred.*

500 Et hoc etiam procedit non solum pro fructibus vigore expressæ obligationis, sed etiam tacitę, vt declarat Soc. Sen. *d. cons. 41. nu. 12.* Card. Mant. *d. n. 32. in fi.* Rip. *loco proxime citato.*

501 Quod tamen limitatur, quando obligatio esset restricta pro sorte principali tantum, iux. tradita per. Rip. *d. l. priuilegia n. 15.*

502 Vndecimo amplia procedere, etiam si prima obligatio nouetur facta repetitione, & reseruatione primæ hypothecæ, à quã recedere non intendit, quia ille creditor si erat anterior in primã obligatione præfertur alijs creditoribus præcedentibus dictam nouationem, tamen posterioribus post primam obligationem, quia
503 illam reseruando, dicitur repetita cum priuilegio prioritatis, vt per Bar. *in l. 3. in princ. ff. qui potior. in pign. hab.* & per Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. nu. 3.* & clarè per Boer. *decis. 332. ante fin.* & per Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. titul. 32. numero 22.* & declarauit Rota coram Card.
* Pamphilio in vna Romana anterioritatis Lunæ 22. Iunij 1603. *in fine operis decisio. 146. numer. 2.*

Modo aliquos deducam casus in quibus posterior efficitur anterior creditor, & qualiter procedat in tacita hypotheca deducam infra *in cap. 4.*

504 Duodecimò Amplia, vt creditor anterior præferatur etiam ei, qui pecuniam mutuauerit pro mercibus emendis, vt per Castr. *in l. si cum dotem §. vlt. n. 2.* Rom. *nu. 59.* Alexand. *nu. 5. ff. solut. matr.* qui hanc communem dicit, Rom. *in l. si constante num. 33. eod. tit.* Dec. *in l. cum Seruum sub nu. 1. ff. si cert. petat.* Iason *in l. qui Romæ. §. Callimachus num. 2. de verb. oblig.* Roman. *consi. 40. in fin.* cum alijs ibi in addit. & per Negus. *de pignor. in 2. memb. 5. par. sub num. 3. & seq.* Cardin. Mant. *loco proximè citato nu. 27.* & communem dicit Couar. *var. resolut. lib. 2. numer. 7.* & alios multos, qui de communi attestantur tradit Hieron. Cæuall. de communi contra communem. *quæst. 744. numer. 2.*

505 Quod tamen limitatur, nisi à principio conuentum esset, vt merces pro dicto mutuo remanerent specialiter hypothecatæ, & per Ias. Negus. Mant. Dec. & alios supra citatos, & alios multos refert Hier. Cæuall. *d. quæst. 744. numer. 4.*

506 Tamen ipse dicit contrariam opinionem veriorem esse, & in iudicando, & consulendo ab ea non esse recedendum, & adducit glos. sing. *in authen. quo iure C. qui pot. in pign hab.* quæ dicit quod mutuans pecuniam alteri ad rem emendam, eandem rem pignori habebit obligatam pro illius pecuniæ solutione, & ibi Bal. & Ang. dicunt communem esse glos. opinionem, & idem affirmat Alex. *in l. si cum dotem §. fi. sub nu. 5. solut. matr.* Campeg. *de dote par. 4. quæst. 8. num. 3.* Bald. *in l. pro debito numer. 1. C. de bon. aut. iud. poss.* quem sequitur Nauar. *in suo Manual. cap. 17. num. 49.* & idem Cæuall. *ibidem* dicit, quod sufficit pecuniam esse datam ad rem aliquam emendã sine speciali hypotheca, quia à lege inducitur, & adducit exemplum, quando datur pecunia pro refectione domus, vel nauis, de quibus infra dicemus.

507 Secundo limitatur non procedere contra mulierem agentem ad recuperationem suæ dotis, & anteriorem habentem hypothecam, quia illa hypotheca eo casu præfertur posteriori creditori mutuanti pecuniam, non obstante, quod fuerit conuentum, vt res empta esset dicto mutuanti hypothecata, vt tradit Soc. Iun. *consil. 10. num. 11. lib. 3.* & per Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 23. n. 7.* & per Negus. *in d. 2. memb. 5. par. nu. 19.*

De prioritate, & anterioritate, quando res est empta ex pecunijs pupilli, vel Ecclesiæ, vel de pecunijs militum, vel ad militiam emendã, vel pro conseruatione rei, vel victu animalium, vel pro melioramentis dicam infra.

508 Decimo tertio amplia, quando prior in tempore est creditor sub conditione, quæ post alterius hypothecam extiterit, nam tunc posterior prior dicitur, quando conditio esset merè potestatiua, quæ à mera voluntate debitoris penderet, *l. qui balneum, & l. qui prior in princ. ff. qui pot. in pign. hab.* Rip. *in l. priuilegia num. 42. ff. de priuil. credit.* & per Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. n. 10. versi. sexto decimo.* & per Card. Mant. *in d. tit. 23. num. 28.*

509 Limitatur tamen, quando conditio sit cau-

falis, vel mixta, & non dependens à mera voluntate debitoris, quia tunc retrotrahitur ad diem celebrati contractus, & hypothecæ, veluti si quis promisesit dotem restituere soluto matrimonio; nam ante solutum matrimonium non oritur actio, vt per Bar. Alexand. *in l. si constante. §. 1. ff. solut. matrim.* & per Rip. *in d. l. num. 17. ff. eod.* & hanc distinctionem ponit Bald. Nouell. *de dote par. 10. nu. 37. & seq.* Negus. *loco citato*, & alios adducit Card. Mantic. *d. tit. 23. num. 29.* vbi attestatur ita aliàs fuisse iudicatum per Rot. coram Cardinali Seraphino in vna Romana de Caualcantibus 19. Iunij 1593. Et latius nonnulla alia infertius deducam, dum de Saluiano vigore hypothecæ conditionalis tractabimus.

510 Decimo quarto Amplia procedere si inter venditorem, & emptorem fuerit conuentum, vt bona empta essent pro aliquo debito obligata, & hypothecata, veluti pro dote suæ vxoris, ita vt præferatur omnibus alijs creditoribus, etiam anterioribus, qui in bonis ipsius emptoris generalem haberent hypothecam, quod quidem

511 pactum valet si sit factum ante rei traditionem, vel in ipsa traditione, quia Dominus rei suæ legem quamlibet imponere potest, & ita tradit Negus. *de pignor. in 4. par. princip. num. 33. & seq.* Mant. *d. tit. 23. nu. 3.* & per Barbos. *in l. si cum dotem. §. si. sub n. 24. vers. ex his igitur. ff. solut. matrim.* qui adducit Surac. *de decoct. part. vltim. num. 5.*

512 Nec obstat si dicatur; quod si emptor obligauerat omnia bona præsentia, & futura, quod tale pactum anterioribus suis creditoribus præiudicare non potuisset, iuxtra tradita per Anc. *consil. 101. sub num. 8.*

513 Quia ad hoc bene respondet Soc. Sen. *consil. 75. num. 5. lib. 4.* nempe quod debitor in acquisitis non potest creditoribus præiudicare, sed in acquirendis potest. *l. qui autem in princip. §. 1. ff. quæ in fraud. cred.* & ad corroborationem dicti,

514 quod in simili filius, & seruus in acquisitis non potest patri, seu Domino præiudicare, sed bene in acquirendis, & hanc eandem rationem refert, & sequitur Card. Mantica *in d. tit. 2. nu. 31. & seq.* & per Negus. *in d. 4. par. princip. sub n. 34. & seq.* qui hanc veriorem dicit, & declarat procedere, si tale pa-

515 ctum ab initio contractus, vel in ipsa traditione reseruatum esset, de cuius validitate declarabi *in seq. cap. in 1. quæst.*

516 Decimo quinto Amplia quando essent duo priuati, & vnus haberet causam à non domino, & alter causam haberet ab alio etiam non domino; nam tunc præfertur possessor quamuis esset posterior. *l. si non dominus in secundo responso.* vbi etiam declarat Bart. *ff. qui pot. in pign. hab.* & per Ripam *d. l. priuilegia nu. 26.*

517 Quod secus esset si vnus haberet causam à non domino, & alter haberet causam à domino iustificatam, quia tunc præfertur qui habet causam à domino etiam si sit posterior, per tex. *in l. si ea res. §. vterque vestrum.* vbi ita declarat Bart. *ff. de act. empt. & vend.* qui ait sibi non repetijsse, & per Rip. *in d. l. priuilegia nu. 27.*

518 Decimo sexto Amplia, quando anterior creditor consentiret rem sibi obligatam alteri obligari, & hypothecari, nam eo casu amittit ius anterioritatis, & secundus ille creditor efficitur anterior. *l. creditor qui. §. si tecum*, vbi Bart. & Bald. *ff. qui pot. in pign. hab.* & per Surd. *consil. 513. numero 7. & 8. lib. 4.* & latius deduxi in *5. Inspection. capit. vnico sub num. 48.* vbi procedere

519 dixi, etiam si eadem res ad primum venditorem redijsset.

520 Decimo septimo Amplia in creditore, qui sit prior tam in obligatione, quam in hypotheca, quod si esset prior in credito, & posterior in hypotheca, tunc prior in hypotheca præfertur, & sic posterior esset prior. tex. est *in l. creditor. §. si primus. ff. qui pot. in pign. hab.* & per Rip. *in d. l. priuilegia numero 37.* & per Mastrill. *decis. 26. numer. 3.*

521 Quam quidem ampliationem procedere dicimus etiam si secundo creditori res tradita esset, veluti si duobus res vendita sit, & secundo tradita; nam licèt in venditione secundus emp-

522 tor præferatur, tamen in pignore, & hypotheca prior præfertur. *l. si prior. §. vlt. ff. qui pot. in pign. hab.* & per Cyn. *in d. l. quoties, num. 5.* vbi Fab. *in prin.* ip. Bald. *numer. 4.* Salicet. *numer. 2. in 4. oppos.* Castr. *numer. 2.* Ias. *num. 11.* Ang. *in l. fine autem §. si duobus in princip. ff. de publ. in rem action.* Negus. *de pignor. in 1. membr. 5. part. numero 46.* quos refert, & sequitur Cardinalis Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 11. titul. 22. numer. 2.*

523 Decimo octauo Amplia, in Domino soli qui in emphyteusim locauit, nam pro canone præfertur omnibus alijs anterioribus creditoribus. *l. etiam ff. qui pot. in pign. hab.* per quem tex. ita declarat Rip. *in d. l. priuilegia, num. 36.*

524 Decimo nono Amplia in eo qui semen, vel pecuniam pro emendo semine ad fructus producendos dedit, nam cæteris omnibus alijs creditoribus est præferendus, vt per Cardin. Mant. *in d. tit. 23 nu. 19. in f.*

525 Et in omnibus supradictis ampliationibus prior in hypotheca præfertur in Saluiano, vt pluriesfuit deductum, & multas decisiones cumulaui in *5. Inspect. cap. 1. nu. 8.*

De prælatione autem tacitæ hypothecæ infra in *4. cap.* deducam.

Vigesimo primo quæro quid si creditores defuncti concurrerent cum creditoribus hæredis, qui præferendi sint in Saluiano; & dicitur quod qui in hypotheca præferuntur, etiam cum Saluiano præferendi, vt supra pluries dedu-

526 ctum est. Et hoc casu licet h. res censeatur vna, & eadem persona cum defuncto. *§. 1. Auth. de*

527 *her. & fur. an. à morien. præst.* & adeundo hæreditatem confundatur defuncti patrimonium, & fiat vnum cum patrimonio hæredis. *l. si creditori creditor. ff. de fideiuss. l. debitor*, vbi Doctor. *C. de pall.* Dec. *consil. 419. nu. 10.*

528 Et hæreditas adita desinat esse hæreditas, *l. 1. §. veteres de acquir. poss.* vbi communiter Doct. Dec. *consil. 87. num. 3. vers. non obstat. & consil. 266. num. 1.* nihilominus hæredes defuncti hypothe-

529 carij semper præferuntur, etiam quod sint posteriores in tempore creditoribus hæredis, vt tradit Decian. *consil. 1. numero 193. & 198. lib. 1.* ex doctrina Salicet. *in leg. 1. sub numero 2. versicul. aliàs si bona de bon. aut. iud. poss.* & latius per Surd. *decis. 309. per tot.* qui ad partes hanc quæstionem deducit, vbi rationem reddit, quia vbi iura plurium deuenerunt in personam vnius, tunc vnum

530 vnumquodque retinet naturam suam, & con-
sideratur de per se, ac si essent duæ separatæ
personæ. *l. 1.* vbi Bar. *ff. de off. procons.* Soc. *in l. cum
filio n. 28. de l. 2.* vbi Crauet. *in 2. par. nu.* 395. & per
Roland. *de inuent. par. 4. §. decima est vtilitas sub
n. 7. vers. quia, quando hæres*, & idem Surd. *cons. 7. n.
32. lib. 1.* & quemadmodum si agerent creditores
hæreditarij si defunctus viueret, præferrentur
531 in bonis defuncti, ita etiam debent præferri eo
mortuo, & ita per Surd. *dict. decis. 309. numero 12.*
& alias rationes, & auctoritates, vide per eum
ibi.

532 Nec obstat si dicatur prædicta procedere, si
separatio à creditoribus esset petita, vt per Bal.
in l. debitori sub n. 2. C. de pact. quia tunc essent pre-
ferendi, iuxta tex. *in l. 1. §. sciendum*, vbi Bar. Ang.
ff. de separat.

Quia respondetur, quod aut fuit confectum In-
uentarium ab hærede, & hoc casu semper peti
potest separatio implorando officium Iudicis,
533 quia hoc operatur virtus Inuentarij, & habetur
ac si hæreditas esset iacens, vt per Bal. *in d. l. de-
bitori sub num. 1. ante fin. & num. 2. & 3.* & ex multis
per eum adductis tradit Roland. à Valle *de con-
fect. Inuent. in 4. part. §. decima est vtilitas*, &
per Becc. *consil. 113. prope fin.* & per Surd. *consil.
7. numero 32. volumen. 1. & in d. decisio. 309. nume-
ro 14.* vbi sub *numero 17.* dicit, quod hoc casu
non est necessaria separatio, quia separatio eo
ipso inducitur ad hunc effectum, quod est fa-
ctum inuentarium, & vt creditor hæredita-
rius præferatur creditori hæredis in re hæredi-
taria.

534 Si verò hæres inuentarium non confecit, di-
co, quod nec hoc casu est præiudicatum credi-
toribus hæreditariis ex immissione ab hærede
in bonis hæreditatijs facta; quia ex aliquo fa-
cto hæredis non potest præiudicium inferri
creditoribus hæreditarijs quibus est ius antea
acquisitum vigore contractus, nisi accedente
eorum consensu, vt per Bald. *in l. si constante sub
nu. 2. versi. ibi exceptis. C. de donat. ante nupt.* & per
Alexand. *in l. qui Romæ. §. Flauius sub nu. 9. vers. per
quem.* Bal. vbi Ias. *num. 14. ff. de verb. oblig.* Dec. *cons.
107. sub num. 1. vers. quia talis. & versi. non obstat*,
qui loquitur etiam si ius esset in spe acquisitũ,
& in terminis nostris tradit Decian. *d. consi. 11. nu.
197. lib. 1.*

535 Et ad corroborationem dicitur, quod nec
ipse testator legando, vel donando, vel aliter di-
sponendo, potuit iuri hypothecæ creditoribus
præiudicare, vt est tex. *in l. debitorem*, vbi Bald.
& Salicet. *in princip. C. de pign.* & tradit Negus. *in
3. memb. 6. par. num. 11.* qui adducit Bald. Salicet. *in
l. 1. C. debit. vendit. pign.* & tradit Castr. *in l. final. §.
licentia sub num. 4. C. de iur. delib.* qua propter di-
citur, quod cum idem testator principali hypo-
thecæ, & iuri creditoris præiudicare minimè
536 possit, multo minus poterit eius hæres adeun-
do hæreditatem, vt in his terminis tradit De-
cian. *dict. consil. 21. numero 197. & numero 200.
lib. 1.*

Vigesimo secundo dicitur, quod cùm supra
deductum sit, quando duo, vel plures credito-
res concurrunt contra bona eiusdem debitoris,
modo videndum est, quando vnus creditor, qui
habet plures debitores in solidum obligatos; an
537 possit prius contra vnum, & deinde variare con-
tra alium agere. Et affirmatiuè respondendo
dicitur, quod sic, vt per Bar. *in l. in duobus §. vbi
duo num 5.* & ibi Castr. *eod. num.* & per Ang. *in
princip. ff. de duobus reis.* & idem Bar. *in l. moschis sub
num. 1. ff. de iur. fisc.* vbi Alexand. *ibi in addit. in
versi. possit eligere*, & per Specul. *in titul. de oblig.
& sol. §. 1. numero 46.* Aret. *consil. 33. num. 2.* Capic.
* *decisio. 119. num. 7.* & per Rot. coram Illustrissimo
Seraphino in dict. Romana subhastationis 20.
Iunij 1597. *in eius lib. impressis decisi. 1233. nume-
ro 4.*

538 Ampliatur, quod non solum potest vnum
quem velit debitorem conuenire, sed etiam po-
test vnam ex rebus debitorum sibi obligatã eli-
gere, vt per Bar. *in l. moschis n. 1. de iur. fisc.* Negus. *de
pign. in 2. memb. 8. par. nu. 4.* & latius vide infra *in
seq. c. in 2. q. limit. 1. n. 84.*

539 Quod præcipuè procedit in obligatione Ca-
merali, vt per Paris. *cõs. 103. n. 3. lib. 3.* Gallesi. *ad form.
Camer. 3. par. q. 2. n. 1. & seq.* & per Rip. *in l. serui e-
lectione n. 15. de l. 1.* quia in ea datur electio. Et te-
* nuit Rota coram Card. Blanc. in vna Romana
trium millium 18. Aprilis 1586. *in calce operu deci.
57. n. 2. & 3.*

540 Ampliatur secundo, etiam si contra vnum
fuerit actum, & simpliciter ratam partem suam
soluisset, quia non dicitur facta diuisio, quan-
do solutio esset simpliciter facta de virili por-
tione: secus si dixerit soluere pro rata sua sic de-
clarata. Alexand. *in l. creditores. nu. 6. C. de pact.* &
latius per Socin. *in l. si ex toto. §. si ita scriptum, n. 6.
ff. de l. 1.* Roncagall. *in l. 3. vers. vtrique num. 34. ff. de
duobus reis.*

541 Quod tamen intellige procedere, quando
solutio punctualiter correspondeat ratæ por-
tioni soluentis; nam si in aliquo excederet, vel
minor esset, non procederet dispositio *d. l. si cre-
ditores. C. de pact. & gloss. in l. inter eos. §. 1. in ver-
bo s. luit.* vbi Ang. *in fi. ff. de fideiuss.* & tradit Dec.
in d. l. si creditores num. 2. vbi Ias. *sub n. 3. versi. limi-
ta quatuor modis.* Bellon. *consi. 44. nu. 3. circa med.*
Roncagall. *in d. l. 3. vers. vtique n. 42.* & fuit secuta
* Rota coram Illustrissimo Ludouisio in vna Ro-
mana pecuniaria Veneris 23. Martij 1607. *in calce
operis decis. 147. num. 6.*

542 Limitatur tamen, quando creditor contra
omnes in solidum obligatos pro virili portione
egerit, quia tũc dicitur diuisum debitum ex ta-
cito pacto, creditor sibi præiudicat, & tradit
Bar. *in l. si ex duobus ff. de duobus reis.* Alex. *in d. l. si
creditores n. 5.* vbi Cutt. Sen. *n. 8.* & idem Alex. &
Soc. *in l. si ex toto. §. si ita scriptum n. 6. ff. de l. 1.* Soc.
Sen. *cons. 120. n. 8. lib. 1.*

543 Et prædicta procedunt si super petitione lis
fuerit contestata, vt declarant omnes Doct. *su-
pra alleg.*

Et aduerte, quod ideo prædicta de anteriori-
tate, & prælatione creditorum in præcedenti-
bus quæstionibus deducta fuerũt; nam qui pre-
544 ferendus est in hypotheca similiter prefertur
in Salulano Interdicto, vt supra fuit deductum,
& declarauit Rota coram R. P. D Bubalo in a-
* liàs allegata Senogallie. prædij 17. Ianuarij 1583.
in calce operis decis. 15. n. 1. & 2. & ad similitudinẽ
prædictorum alij casus similes vigore genera-
lis obligationis decidendi veniunt.

Insuper etiam scias, quod hac de causa nihil
de debitore generis, speciei, vel quantitatis

deductum est; scilicet, quando contra eos Sal-
uianum intentari possit, quia ad similitudinem
supradictorum cæteri casus decidi possunt, si
quidem in omni casu, In quo debitor generis
545 non liberatur perempta specie, & remanet o-
bligatus in omnibus illis casibus vigore hypo-
thecæ, Saluianum contra eum intentari po-
test, de quibus vide regulam cum suis amplia-
tionibus, & remissionibus per Ias. *in l. quod te, numero* 12. vbi latius per Bolognet. & ibi per Rip.
num. 25. *& seq. si cert. pet.* & ibi per Thom. Parpa.
Gabr. *de reb. cred. concl.* 1. Ruin. *consi.* 218. *numero* 7.
lib. 1.

546 Et sic etiam de debitore speciei, in omni ca-
su, in quo non liberatur, & sic remanet obliga-
tus, In omnibus illis casibus datur Saluianum
cùm remaneat obligatio, & hypotheca. De qui-
bus latè vide regulã cum suis ampliationibus,
& limitationibus per Ias. *in d. l. quod te, nu.* 26. *&
seq. si cert. petat.* & ibi Rip. *à nu.* 4. *vsque ad n.* 12. &
per Soc. *in reg.* 32. cum postea adiectis, Pet. Duen.
reg. 179.

547 Et idem dicitur de debitore quantitatis,
qui perempta quantitate non liberatur. *l. incen-
dium. C. si cert. per.* §. *item in Inst. quib. mod. re contr.
obl.* & vide regulam per eundem Ias. *in d. l. quod
te, num.* 14. *& seq.* & ibi per Rip. *nu.* 18. *& seq.* & ibi
Thom. Parpal. & Petr. Duen. *reg.* 176. & per Ruin.
cons. 117. *n.* 7. *&* 9. *lib.* 4.

Hæc autem remissiuè deduxi, ne videar alie-
na trãsplantare, licèt aliqua in medium deduci
possent.

Illud solum valde notabile referre volui, &
simul deducere limitationem ad tex. *in l. si quis
aliam. ff. de solut.* vbi Doct. dicunt, quod si debi-
548 tor soluit speciem pro quantitate, debitor li-
beratur, & per consequens etiam fideiussores
liberantur, vt declarat ibi Bar. *sub n.* 2. & per Bal.
in l. eleganter vers. in eadem glos. ff. de pign. act. & i-
549 bi infra dicens, quod eo casu contrahitur ven-
ditio, & ibi Castr. *num.* 3. post Bar. *nu.* 4. & latius
per Specul. *in tit. de fideiuss. num.* 24. vbi dat e-
xemplum, quod si quis deberet 100. pro quibus
dedit fideiussores, & obligauit omnia bona sua,
550 & tandem debet creditori in solutum fundum
per quam dationem omnis obligatio extingui-
tur, & fideiussores liberantur, vt per Bar. *in l. si
quis aliam numer.* 1. *ff. de solut.* & ibi Castr. *num.* 4.
Bald. *consi.* 123. *volum.* 1. Natt. *consi.* 469. *num.* 17. &
tradit Paris. *consi.* 81. *num.* 36. *lib.* 2. Surd. *cons.* 243. *nu.*
7. *volum.* 2. *consi.* 519. *num.* 22. & latius *decisi.* 266. *à
num.* 4. *vsque ad finem*; nam solutione eius, quod
debetur fideiussores liberantur. *l.* 2. *&* 3. §. *final. ff.
de duobus reis.* §. 1. vbi Aret. *sub num.* 1. *Instit. quibus
mod. toll. oblig.* Gabr. *cons.* 63. *nu.* 2. *lib.* 2. & in his ter-
minis loquitur Surd. *decisi. supra alleg. & consil.*
145. *num.* 2. & latius *in d. decisi.* 266. *num.* 5. Et per
* Rot. coram R.P.D. Bubalo in vna Senogallien.
prædij 14. Nouembris 1583. *in fine operis decis.* 207.
n. 3. cum alijs infra *in* 5. *Inspect. cap.* 1. *num.* 138. de-
ductis.

551 Amplia procedere non solum si datio in so-
lutum esset facta à parte, sed etiam si esset data
à Iudice, per tex. *in l. si non sortem* §. *si centum.* vbi
Ias. Castr. *n.* 2. *ff. de condict. indeb.* & Cagn. *in l. cum
amplius de reg. iur.* Ruin. *consi.* 136. *n.* 5. *vol.* 1. Paris. *d.
cons.* 81. *n.* 36. *lib.* 1. Ioseph. Lud. *decisi.* 60. *nu.* 4. Surd.
decis. 45. *n.* 4. *& decis.* 266. *sub n.* 5. *vers. sed est expres-
sus tex. & n.* 13.

552 Secundo amplia in omni re, quæ pro pecu-
nia datur in solutum, tex. est *in l. si libera. C. de
senten.* & sequitur Surd. *d. decisi.* 266. *sub numer.* 6.
553 *vers. idem probat tex.* Et propterea si debitor suo
creditori litteras cambij dederit, & à creditore
fuerint acceptatæ, tunc liberatur, vt per Bal. *in
l. pro debito in fi. C. de bon. aut. iud. poss. & seq.* Surd. *d.
cons.* 266. *n.* 19. & similiter si debitor nomen suum
554 debitoris creditori in solutum dederit libera-
tur, vt per Cagn. *in l. singularia, n.* 187. *ff. si cert. pet.*
& per Surd. *d. consi.* 266. *n.* 21.

555 Nam hoc casu omne periculum contingens
circa nomen debitoris in solutũ datum spectat
ad creditorem, vt per Castr. *in l. pupilli.* §. *soror. ff.
de solut.* Soc. *cons.* 37. *num.* 19. *&* 20. *volum.* 4. Gozz.
cons. 38. *num.* 8. Bec. *cons.* 105. *num.* 18. *&* 19.

Hoc tamen limitatur, quando debitor, qui
fundum in solutum dedit efficeretur non sol-
556 uendo, & fundus esset ab aliis creditoribus e-
uictus, quia tunc competeret vtilis actio ex
empto contra fideiussores, vt declarat Specul.
de fideiuss. in d. §. 1. *nu.* 24. & per Put. *decis.* 450. *lib.* 1.

557 Ac etiam contra principalem, non tamen ex
primæua actione, sed ex vtili actione ex empto,
vt dictum est per tex. *in l. eleganter ff. de pign. act.
& in l. si libera*, vbi Bald. *num.* 2. *C. de sent.* & ibi
Bart. Salic. *nu.* 4. *&* 5. Cepol. *caut.* 123. Bald. *cons.* 123.
lib. 1. Surd. *d. cons.* 145. *nu.* 23. *& d. decis.* 266. *num.* 5.
vers. vbi ait, Bero. *cons.* 46. *num.* 10. *lib.* 1.

558 Vnde sequitur, quod possit contra dictum fi-
deiussorem Saluianum experiri, cùm vtilis actio
huiusmodi proueniat ex contractu præcedenti
antiquo, vt declarat Bart. *in l. ex legato sub nu.* 9.
vers. autem. C. de lega. Mynsin. *in* §. *rei persequendæ
nu.* 63. *Instit. de act.*

559 Et in effectu non differt à directa, licèt veniat
ex legis interpretatione, vt declarat Bar. *in l. a-
ctio, sub nu.* 2. & ibi Bal. *ff. de neg. gest.* Mynsing. §. *rei
persequendi num.* 63.

560 Secundo limitatur, quando in datione in so-
lutum esset reseruatum sibi ius hypothecæ, per
Bar. *in l. si quis aliam in princ. ff. de solut.* Bal. *in cons.*
123. *sub numero* 2. *in fin. lib.* 1. Surd. *d. decis.* 266. *sub
nu.* 5.

561 Tertio limitatur, quando datio in solutum
contineret plus debito, quia tunc in totum
redditur nulla, nec potest pro parte valere, vt
est tex. *in l. si non sortem.* §. *si centum.* vbi omnes Do-
cto. *ff. de cond. indeb.* tradit Alex. *in l. iustè possidet
nu.* 20. *de acquir. possess.* Ruin. *cons.* 136. *num.* 5. *volum.*
1. *& cons.* 17. *num.* 16. *volum.* 5. Natt. *cons.* 631. *num.* 37.
Roland. *cons.* 7. *num.* 87. Paris. *cons.* 110. *nu.* 20. *lib.* 1.
Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 23. *glos.* 1. *num.* 23.
qui multos cumulat, Caualc. *de vsufruct. mul.
num.* 208. Afflict. *decis.* 258. *num.* 7. Capic. *decis.* 51.
sub num. 1. Surd. *decis.* 45. *num.* 3. Rot. *diuers. decis.*
33. *num.* 6. *par.* 2. Vnde sequitur, quod nec hypo-
theca extingueretur, & erit locus Saluiano In-
terdicto.

562 Hoc tamen sublimita, quando essent plura
capitula separata, tunc enim pro rata capitulo-
rum pro quibus verum esset debitum, datio ista
in solutum sustineretur, vt docet Aret. *in l. certi
condictio.* §. *quoniam num.* 22. *vers. aut sunt diuersa
capitula, & seq.* vbi Soc. *nu.* 32. *ff. si cert. petat.* Crot.
cons. 107. *numer.* 19. & per Rot. *diuers. d. decis.* 33. *nu-
mer.* 7.

563 Subli-

563 Sublimitatur etiam, quando datio in solutũ esset pro vna tantum summa, resultante tamen ex diuersis capitulis, quia tunc tot dicuntur summæ, quot sunt capitula, vt declarat Are. in d. §. quoniam n. 11. & per Rot. diuers. d. dec. 53. n. 8. & sustinetur.

564 Scias tamen, quando datio in solutum tanquam nulla reuocaretur, poterit tamen creditori pignori incombere, donec totum verum debitum sibi soluerit, vt bene per Titaquell. de retract. lignag. diet. §. 23. glos. 1. num. 24. in fin.

565 Et an creditor faciat fructus suos in eo casu, quo datio in solutum esset nulla, & in hoc articulo duæ sunt contrariæ opiniones, vna est affirmatiua ea ratione, quia licèt datio in solutũ
566 sit nulla, quia in plus quàm esset verum debitũ fuerit facta, tamen sententia facit bonæ fidei
567 possessorem, & hæc bona fides causata ex iuris errore iniusto sufficit ad fructuum acquisitionem, quando sunt consumpti, pro vt tenet Neuiz cons. 77. nu. 22. & 23. & eam etiam tenet Becc. cons. 95. per totum: & per Rot. diuers. decis. 577. n. 15. par. 2. Rot. in nou. decis. 4. de restit. spol.

Contrariam tamen sententiam, quod hoc casu fructus in sortem principalem computentur, tenet Bal. in c. quoniam frequenter. §. sin autem num. 2. in fi. vt lite non contest. Alex. in l. iuste possidet n. 20. ff. de acquir. poss. Ias. in d. l. si non sortem. §. si centum nu. 1. de condit. indeb. Paris. cons. 190. num. 33. vol.
568 1. vbi ait procedere siue datio in solutũ sit facta à parte, siue à Iudice, & tenet Dec. cons. 60. nu. 2. vers. nam alienatio, & cons. 481. num. 3. Imol. in cons. 73. in fin. quem sequitur Menoc. cons. 1073. num. 21. lib. 11. Ceph. cons. 298. nu. 2. Canale de vsufruct. mul. num. 55. Afflic. decis. 218. num. 4. & 5. Franc. decis. 21. an iuramentum in fin. par. 1. Surd. d. decis. 45. num. 8.
569 vbi num. 9. & seq. ampliat idem procedere in bonis minorum, & Ecclesiæ nulliter emptæ, & sub nu. 13. reprobat contrariam opinionem Neuiz. & latius idem Surd. hunc articulum defendit cons. 115. lib. 1.

Minus etiam aduersatur Rot. diuers. d. decis. 577. quia ibi loquitur, quando esset erratum in iure, quia respondetur primò, quod licèt iuris error inducat bonam fidem, vt per Bar. Bald. Ang. in l. sed, & si lege. § scire, de pet. hæred. Corn.
570 cons. 136. n. 14. vol. 2. tamen iuris errorem allegans tenetur illũ probare, quia nõ præsumitur. Immo præsumitur quilibet scire leges, & per Bar. in d. l. sed, & si lege. §. scire nu. 3. & seq. ibi Ang. in princip. Butr. Imol. Abb. in cap. grauis de restit. spol. Curt. Sen. consi. 71. sub num. 1. ante fin. vers. merito, Rub. consi. 75. n. 5. Corn. in d. consi. 136. sub n. 14. & in terminis ad inducendam bonam fidem tradit Galliau. in consuet. Paris. §. 22. n. 52.

571 Secundo respondetur, quod etiam si constaret de iuris errore, adhuc fructus veniunt restituendi, quia, & si iuris error non impediat fructus acquisitionem, tamen non operatur quo minus possessor teneatur illos restituere cum ipsa re, vt declarat glos. in d. l. sed si lege. §. scire, & declarat ibi Bar. sub num. 1. Soc. Iun. consi. 81. num. 6. & seq. lib. 1. Natt. consi. 536. nu. 16. cum alijs multis relat. per Menoch. de recuper. poss. remed. 15. numer. 598. vbi hanc crebriorem sententiam affirmat, & ita respondet etiam Surd. d. consi. 115. nu. 19. lib. 1. vbi de mente prædictorum Doctorum dicit prædicta procedere, quatenus possessor locupletior factus sit, quod est probandum.

572 Tertio respondetur iuris errorem non excusare à restitutione fructuum, quotiescumque versamur in casu, in quo ius resistit, licèt aliter sit, quando solùm ius non assistit, quamuis non restituat, pro vt distinguit Bar. in d. l. s. d. si lege. §. scire. de petit. hæred. dum dicit, quandoquidem sunt iura, quæ actum prohibent. & tunc contra
573 faciendo dicitur esse in mala fide, & eo casu error iuris non excusat à restitutione fructuum: alia verò sunt iura quæ non assistunt, vt quan-
574 do dicitur de nullitate contractus ex defectu solemnitatum, & tunc iuris error excusat à mala fide, & à restitutione fructuum, & sufficit abesse malam fidem, & ita intelligenda est decisio Rot. diuers. 577. num. 15. par. 1. dum dicit sufficere, abesse malam fidem, etiam quando interuenerit iuris error. & hanc distinctionem cõmunem dicit Bec. consi. 95. num. 18. & alios multos adducit Menoch. de recup. poss. d. remed. 15. nu. 613. & latius per Surd. d. cons. 115. n. 21. & in d. decis. 45. num. 15. & vltra eos communem etiam dicit Couar. var. resolut. lib. 1. c. 3. nu. 8. pro vt etiam de communi attestatur Surd. d. decis. 45. num. 14. vbi reprobat opinionem Bec. d. cons. 95. nu. 24. Et ita tenuit Rot. coram Cardinali Seraphino in vna Vrbeuetana Census Veneris 18. Decembris 1567. & in eius lib. decis. 1006. nu. 7.

575 Vigesimo tertio quarto. An Saluianum experiri possit vigore obligationis, & hypothecæ vnius ex Socijs, qui generaliter omnia bona sua obligauerat aduersus rem ab alio Socio ex communi pecunia emptam. Pro vera huius articuli intelligentia distinguendum est.

576 Nam aut emptio facta est communi nomine, & tunc res transit sine dubio, quod acquisita communiter intelligitur, vt per Anchar. cons. 149. num. 4. Petr. de Vbald. de duobus frat. par. 5. sub num. 3. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. titul. 16. num. 17. & hoc casu bona præfata pro eius rata veniunt in generali bonorum obligatione, cùm comprehendat etiam bona futura, vt deductum est in princip. præsentis inspectionis nu. 5. & per consequens competit Saluianum Interdictum.

577 Nam, & hoc casu si verè non appareat societatem esse contractam, veluti si essent duo fratres, qui hæreditatem pro indiuiso possiderent, tunc est necessaria ratificatio, vt dominium alteri quæratur, vt declarat Bar. in l. si patronus n. 4. C. comm. vtr. iud. & ibi Bal. nu. 3. & Castr. nu. 4. Dec. cons. 21. num. 10 Petr. de Vbald. loco citato vers. aut erat contracta. Card. Mant. loco citato num. 18. & i-
578 dem procederet si constaret de societate tantum ad illud emendum, & non haberet mandatum, vt est decisi. Put. 70. lib. 2. Surd. decisio. 504. numero 2. Et declarauit Rota coram R. P. D.
* Canalerio in vna Camerinen. fideicommissi Lunæ 18. Maij 1610. in calce operis decisio. 40. numero 1. & 6. vbi declaratur, quod consen-
579 sus probatur ex præsumpta scientia, & cursu temporis.

580 Secundo, ex possessione cum perceptione fructuum.

581 Tertio, quia ambo eandem rem vendiderant, vt latius in d. decis. Camerinen. fideicommissi.

582 Aut verò constat de societate, & emit nomine proprio, & tunc dominium rei emptæ sibi soli acquirit, ita, & taliter, quod ne communicare compelli potest, sed solum ad pecuniæ restitutionem cogitur, *l. si quis societatem*, vbi glos. *in l. sed si socius. §. absenti*, vbi Bar. & Doctores, *ff. pro socio*. Bar. *in l. Titium, & Meuium. §. altero numer. 3. in fin. ff. de administ. tut.* Bald. *in l. si vt proponis sub num. 6. C. de rei vendic.* Rom. *consil. 3. sub num. 1. versi. hoc quoque, & consi. 291. num. 6. & 10.* Alexand. *consi. 49. num. 12. & 15. lib. 1. & in consi. 134. num. 2. & 6. & 7. lib. 5.* qui de magis communi attestatur, & infinitos adducit Tiraquellus, *de retract. lignag. §. 32. glos. vnica, numero 17.* Petr. de Vbald. *loco citato, versi. primo casu.* Menoch. *consil. 213. nu. 26. lib. 3. & consi. 419. num. 15. lib. 5.* Surd. *decisi. 304. numer. 3.* Rot. *diuers. decisi. 169. numer. 9. par. 2.*

583 Et hoc casu Saluianum ex sola obligatione, & hypotheca ementis dabitur, cum hypotheca non constituitur, nec acquiritur domino
584 pecuniarum super re ex sua pecunia empta, sed emptori suo nomine ementi. *l. quod vn. C. de pign.* Negus. *de pignor. in 2. memb. 5. par. numero 19.*

585 Quod ampliatur in pupillo, veluti si vnus ex socijs esset pupillus, & alter socius suo nomine contraxisset, si esset extraneus, tunc nihil pupillo acquiritur, *l. si filia.* vbi glos. & Bar. *ff. de solut.* & idem Bar. *in l. Titium. §. alter sub n. 21. vers. si vero pecunia. ff. de admin. tut.* & Petr. de Vbald. *loco citato versi. aut non erat tutor.* & per Bar. & Bal. *in l. si vt proponis, C. de rei vend.* & per consequens in his casibus cessat etiam Saluianum Interdictum, cum non comprehendatur in eius obligatione, & hypotheca.

586 Secundo ampliatur, quod nec socius tenetur communicare officia quæ à Summo Pontifice ei concessa fuerunt, vt benè per Menoch. *cons. 419. n. 9. vol. 5.*

587 Tertio ampliatur, quod nec socius obligat societatem contrahendo mutuum, etiam si haberet liberam administrationem, & in obligatione posuerit signum societatis; nisi probetur versio in vtilitatem societatis, vt declarauit Rota coram Cardinali Seraphino in vna Romana pecuniaria 10. Nouembris 1578. *in sui impress. decis. 375. n. 1.* & per Dec. *consi. 98. n. 2.* Alex. *cons. 139. n. 2. lib. 5. & consi. vltim. num. 10. lib. 7.* Aym. *consi. 129. n. 12.* Ruin. *cons. 29. n. 4. lib. 5.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 55. num. 3.* & est tex. *in l. iure societatis. ff. pro socio.*

588 Illud tamen verum est, quod si expensæ versio probari non potest, poterit tamen ex coniecturis probari, vt per Menoch. *cons. 275. n. 13. vol. 3.* cum ibi alleg. & *cons. 1185. n. 27. vol. 12. & de præsum. lib. 3. præsumpt. 55. nu. 4.* in quibus locis nonnullæ adducuntur coniecturæ.

589 Verum quod dictum est, socium sibi soli acquirere, restringitur procedere in societate particulari; secus in societate omnium bonorum, vt declarat Dec. *cons. 66. col. penult. vers. non obstat.* Rol. *cons. 91. nu. 49. vol. 1.* Menoch. *cons. 375. num. 31. volum. 4.* & similiter expensæ omnes communicantur, vt per Dec. Roland. Menoch. *locis allegatis.*

590 Quarto Amplia., quod socius particularis non obligat socium, nec eius bona, nisi pro bonis, ac summa in societate posita, vt per Dec. *in l. si socius. nu. 4. ff. si cert. petat.* qui allegat Ancharan. *cons. 37. col. 2. num. 4.* & tradit Paris. *consi. 94. nu. 31. volumin. 1.* Straci. *in suo tract. de societ. numero 15. fol. 82.* Senat. Pedemont. *decisio. 150. numero 8.* Rot. *diuers. decisi. 132. num. 11. par. 2.* Menoch. *consilio 1185. numero 27.* Ossasc. *decisio. 150. numero 8.* & per Surd. *decis. 211. num. 8. in fin.* vbi limitat, quando sunt plures socij vnius Vectigalis, vel aliorum bonorum conductorum socij, qui nihil ponunt in societatem præter industriam, quia alias defraudarentur socij, & in his casibus non erit locus Saluiano, cum cesset obligatio & hypotheca.

591 Limitatur modo, quando tutor, vel curator esset socius, quia tunc pro medietate, dominiũ rei emptæ acquiritur ipsi pupillo, vt per Bar. Bal. & Petr. de Vbald. *locis citatis.* Alex. *cons. 37. nu. 9. volum. 4.*

592 Secundo limitatur, quando esset socius non omniũ bonorũ; hoc casu licet proprio nomine stipuletur, tamen tenetur alteri socio communicare. *l. si quis societate contraxerit. ff. pro so.* idem Bar. *in d. l. si pactum in prima opinione. C. de donat. inter vir. & vxo.* Roman. *dict. cons. 291. num. 10.* Alexand. *cons. 49. num. 12. & 15. lib. 1. & cons. 37. nu. 9. volum. 4.* Petr. de Vbald. *loco citato num. 3. vers. primo quæro, & seq.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. loco citato num. 21. & d. lib. 6. tit. 15. num. 1. & 21.* vbi ampliat etiam in communi omnium bonorum societate contracta, *ibi num. 9. & 10.* & communicantur quacumque ratione acquisita, etiam hæreditates, vt ibi per eum *num. 2.* & per Rolan. *cons. 91. nu. 31. & 37. & 56. lib. 1.*

593 Tertio limitatur, quando socius esset solitus rem proprio nomine emptam communicare, vt per Petr. de Vbald. *de duobus fratribus. 4. par. 4. sub nu. 3. vers. si enim consuetudo;* & sequitur Card. Mantica *loco citato num. 28.*

594 Quarto limitatur, quando socius proprio nomine emerit, & postea eadem re vti alijs rebus communibus vsus fuerit; vt tradit Card. Mantica *loco citato nu. 29.* post Bald. *in l. si fratres post med. vers. aduerte quia. ff. pro socio.*

595 Et hoc casu, si essent duo socij, qui promiscuè negociari soliti essent, & modo vnus, & modo alter merces emerit, eo casu inter ipsos mandatum reciprocum datum censetur, tunc in solidum possunt conueniri, Bald. *in rubr. nu. 26. C. de exerc. act. & in l. cum te. in fine vers. casu tamen. ff. si cert. petat.* Castr. *in l. 1. §. si plures. num. 3. ff. de exercit. act.* Roncegal. *in l. eadem num. 187. & 191. in fin. ff. de duobus Reis.* Ang. *cons. 286. volum. 2.* & per Bal. *cons. 263. num. 3. vol. 5.* cum alijs, quos sequitur Surd. *decis. 213. numer. 11.* & declarauit Rota coram Illustrissimo Ludouisio in vna Romana pecuniaria Veneris 23. Martij 1607. *in fine operis decis. 147. num. 1.*

596 Et idem est si vnus ex socijs esset præpositus administrationi, vt per Bar. Bal. Castr. Natt. *cons. 567. num. 1. & 6. lib. 4.* latè per Menoch. *cons. 1185. n. 25.* & per Ossasc. *d. decis. 213. n. 7.*

597 Quinto limitatur si socius proprio nomine bona

bona emerit, & postea in catasto communiter
societati illa fuerunt descripta, cùm eodem ca-
su inducatur communicatio , vt tradit Rom.
consi.291.nu.7. Dec *cons.21.num.* 10. Gabr. *consi.9.*
num.11.lib.2. Soc. Sen. *consi.205.sub num.5.volum.2.*
versi.vndecimo,lib.1. Roland. *cons.4.num.17.in fin.*
& seq.
598 In quibus omnibus supradictis casibus, Sal-
uianum vigore obligationis vnius ex socijs ad-
uersus rem ipsam experiri poterit, tanquam pro
rata socialicis acquisita.
599 Sexto limitatur, quod licèt Socius particu-
laris proprio nomine rem ex sociali pecunia e-
merit, sibi acquirat , tamen tenetur ad omnia
damna , & interesse, quæ alter socius ex illa pe-
cunia negociando superlucrari potuisset. Bal. *in*
cons.260.n.3.vol.1.
600 In contrarium tamen quod solum interesse
damni emergentis petere possit, tenet Ale. *cons.*
50.n.6.vol.1.vers.& in terminis, ex doctrina Ang.
consi.60. & tenet Bar. *in d. §. altero,* & hanc par-
tem tenet Card. Mant. *loco citato nu.34.& seq.* vbi
ostendit Socium posse petere partem pecunia-
rum, & interesse, ex *consi.* Rom. *18.num.1. & cons.*
139.n.5. & per Alex. *in l. diuus n.9.ff. ad l. falcid.* re-
601 iecta contraria opinione, & honestum lucrum
hoc casu dici posse attestatur, quod fuit factum
à consocio proprio nomine gestum, & prædiū
comparatum, ex Dec. *consi.255.num.3.in fin.& nu-*
mer.4.
602 Septimo limitatur vbi adest statutum seu
lex , prout est in Regno Hispaniæ disponens,
quod quidquid constante matrimonio acqui-
rit maritus, efficitur commune Vxori, vt atte-
statur Couar. *var.resolut.lib.3.c.19.n.4.* quia eo ca-
su sunt acquisita per maritum, efficiuntur com-
muni ; tunc ex obligatione Viri, quam Mulieris
603 Saluianum super fructibus illius rei per mari-
tum acquisitæ experiri posset. Et hoc compro-
batur ex doctrina Coua. *loco citato*, vbi ait, quod
in tali casu, etiam si maritus emeret officiū pu-
604 blicum constante matrimonio, & licèt mulier
sit incapax talis acquisitionis, tamen vigore su-
pradictæ legis , seu statuti vel consuetudinis
Hispaniæ, etiam si officium esset indiuiduum,
nec sine licentia Principis vendi possit, nihilo-
minus verior est opinio, quod talia officia, & si-
milia, quæ fuerunt per maritum sic acquisita,
quantum ad iustam æstimationem efficiuntur
communia.
605 Nec obstat, quod officia sint indiuidua, quia
etiam indiuidua communio Viri, & Vxoris lo-
cum obtinet. quod constat; quia Marito con-
stante matrimonio ædificante Ecclesiam suam
de iure Patronatus fecit, hoc Ius etiam Vxori
communicatur, habebitque in eo Vxor partem
indiuisam soluto matrimonio . iusque præsen-
tandi, & ad eius hæredes trāsmittet, vt per Lup.
de iur. patron. in Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.
606 61. *num.* 23. & tamen hoc Ius patronatus indi-
uiduum est. glos. *in cap. quia pia mentis 16. quæst. 7.*
l. Carmelia de iure patr. tradit Aluarot. *de feud. in*
titul. si de feud. fuerit controuer. capit. omnes filij
numer.3. & per Abb. *in capitul.1.numer. 6. de iur.*
patr. Lamber. *de iur. patr. in 3. princ. quæst.1.par.nu-*
mer. 2. cum alijs infra alleg. ti licèt quod ad sub-
stantiam, licèt quo ad ius præsentandi, & illius
exercitium sit diuiduum, *Clem. plures de Iurepa-*
tronatus & per Bal. *in c. quantum de Iud. n.2. & 3.* &
Card. *in d. Clem. plures n.3. & 4.* Roc. Curt. *de Iure-*
patronatus in verbo Ius. qu. 6. & ita tradit Couar.
var. resolut. d. c.19. n.5. vbi ampliat in omnibus a-
607 lijs indiuiduis, quæ vendi, & æstimari possunt.
Vnde dicitur, quod etiam in hoc casu , quia ac-
quisita per Maritum efficiuntur communia cū
Vxore ex vtriusque obligatione, & hypotheca,
Saluianum super fructibus illorum experiri po-
terit.

Vigesimo quarto quæro, An Saluianum in-
tentari possit contra rem ex pecunia aliena em-
ptam, licèt non sit communis, & in qua emptor
nullam habeat actionem, seu interesse.
608 Et primo regulam constituendo, dico Sal-
uianum posse contra bona, aliena pecunia em-
pta experiri vigore obligationis hypothecæ e-
mentis tantum; quia licet pecunia alterius sit,
tamen dominium soli ementi acquiritur, tex. est
in l. si ex pecunia, vbi Bal. Bar. Salic. Castr. *in princ.*
C. de rei vend. & per Tiraquell. *de retract. lignag.*
* *§.32. glos. vnica, num.16.* Et tenuit Rota coram
Giptio in vna Neapolitana Census Lunæ 9.
Martij, & 20. Aprilis 1592. *in calce aperu decis.148.*
nu.3. Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.51. n.43.*
& in cons.8. sub 1. volum.1. vbi sub *sub nu.1. vers. quo*
loci, ait posse dominum pecuniarum in subsi-
609 dium aduersus rem illam emptam pro recu-
peratione suarum pecuniarum agere , & tradit
Castr. *in d. l. si ex pecunia.* Rota Ianuen. *decis.127.*
num.8. Vnde cùm ex emptione huiusmodi nul-
lum sit Domino pecuniarum Ius acquisitum,
sic nec eius obligatione Saluianum intentari
610 poterit, & ratio est, quare non acquiratur do-
minium domino pecuniarum sed emptori, quia
precium nō succedit loco rei in particularibus,
vt per omnes Doct. *supra alleg.* & per Tiraquell.
d. §.32. num.21.
611 Secundo amplia, quod nec etiam si Maritus
fundum ex pecunia dotali acquiret , efficitur
dotalis, *l. ex pecunia. C. de iur. dot.* Soc. Sen. *cons.*
224. nu.1. vol.2. Roland. *cons.86. num.15. & sequ. vol.*
3. latè per Menoch. *cons.213. num.24.* Tiraquell.
de retract. lignag. §.32. glos. vnica, num. 16. Card.
Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.12. tit.27. num.*
612 9. vbi alios allegat , licèt hoc limitet , quando
mariti bona non essent soluendo, tunc , & in
subsidium aduersus eam agere posset, per Soc.
Sen. *d. cons.224. sub num.1.* & tradit Bero. *cons.165.*
numer.42. & latius deduxi *in fin. capitul.4. sub nu-*
mer.27.
613 Et ideo cùm Mulieri ex ea emptione nullum
sibi ius fuerit acquisitum ex sua hypotheca, nec
Saluianum competere potest, sed solum ex obli-
gatione Viri Emptoris.
614 Tertio amplia in administratore, qui cum
pecunia administrata emens, dominium sibi, &
non Domino pecuniarum acquirit, vt est tex. *in*
l. si ea pecunia, vbi Bar. Bal. & Salic. *in principio C.*
de rei vend. & Castr. *in d. l. si vt proponis circa fin. C.*
eo tit. vbi etiam Bald. *sub n.4.*
615 Quarto amplia, hoc idem esse in depositario
vt tradit Menoch. *cons.80. sub n.1. vers. quo loci*, di-
cit tamen, quod in subsidium contra dicta bo-
na agere possit, prout etiam tradit Castr. *in d. l. si*
ea pecunia. C. de rei vend.
616 Quinto amplia in vxore , quæ proprio no-
mine aliquid ex pecunia viri emerit, siquidem

non Viro, sed sibi acquirit, vt per Bal. *in d. l. si, vt proponis nu. 5. vers. sed praecedens opinio verior est*, & tradit Bar. *in fine*.

617 Et in dubio præsumitur de pecunijs ipsius Mariti soluisse, & emisse, prout est tex. *in l. quintus*, vbi Bar. Bal. & communiter Doct. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* & idem Bal. *in l. anni oportet nu. 10. & 13. ff. de don. quæ lib.* Soc. Sen. *cons. 249. in fi. lib. 2.* Aym. *cons. 18. n. 4.* Bner. *dec. 31. n. 1. & seq.* Menoc. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 51. n. 1. & 2.* vbi ampliat in Vidua emente intra annum luctus; idem in
618 Concubina, & in alijs casibus latè per eum expositis.

619 Et vlterius ait, procedere non solum contra mulierem, sed etiam contra hæredem, & successorem ipsius mulieris, & versa vice non solum ad fauorem Viri, sed etiam ad fauorem hæredum, & successorum ipsius Viri, nisi aliter de veritate constaret, vt latius vide per eundem Menoch. *d. præsumpt. 51. nu. 18.* cum alijs per eum concordatis.

620 Sexto Amplia in procuratore, seu mandatario emente rem alienam cum pecunia sui principalis mandantis, si quidem sibi soli dominium acquirit, non autem suo principali, vt per Bald. *in d. l. si, vt proponis sub num. 1. circa fin. C. de rei vend.* Corn. *cons. 9. numer 8. volum. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. numero 18.* Rota Ianuen. *decis. 127. numero 8.* vbi ait, hoc præcipuè procedere, quando nulla facta est mentio
621 mandantis prout etiam affirmat Menoch. *loco citato*, & in specie, quod procedat etiã si haberet speciale mandatum, quod sibi ipsi, & non Domino, acquireret dominium, tradit Surd. *decis. 304. num. 1.*

622 Tenetur tamen Procurator, seu mandatarius ad damna, & interesse. *l. idemque § si procurator. l. si tibi mandatario. § si. ut. ff. mand.* & latè per Surd. *decis. 304. n. 4.*

623 Immo mandans, & constituens procuratorem, habet mandati actionem ad rei restitutionem, *l. si procurator. § fin. ff. mand. d. l. si, vt proponis*, vbi Doct. *C. de rei vend.* & Surd. *d. decis. 304. numero 11. & 14.* Rota Ianuen. *d. decis. 127. numero 9.* Insuper etiam habebit actionem personalem, vt per Surd. *d. decis. 304. num. 15.* & per Negus. *in 2. mem. 5. par. nu. 3.* vbi ait in ea præferri omnibus alijs.

624 Verùm in omnibus supradictis casibus Saluianum ex obligatione, & hypotheca ementis tantum, non autem ex obligatione, seu hypotheca eius, seu illorum, cuius, seu quorum erant pecuniæ, experiri poterit, cum super ea nullam habeat hypothecam, *l. quamuis. C. de pign.* & hanc veriorem dicit Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. sub n. 5. vers. sustinendum resecta contraria opinione, & numero seq.* & cessante hypotheca cessat Saluianum, vt pluries deductum est. Alias quamplures ampliationes in quibus non cadit hypotheca, licet sit mutuata pecunia ad illum effectum, vide per Negus. *d. 2. memb. 5. par. nu. 3. vsque ad 15.*

625 Limitatur tamen prædicta præcedens ampliatio, quando mandatarius, seu procurator post acceptum mandatum in contrahendo expressit nomen procuratoris, seu mãdatarij, quia eo casu præsumitur nomine mandantis emisse Dec. *cons. 77. n. 3. in fi.* & per Soc. Sen. *cons. 34. sub n. 3. circa med. vers. aut dubitat.* Ias. *in l. 1. § nunciatio nu. 4. ff. de nou. oper. nunc.* & alios refert Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 46. nu. 9.*

626 Verùm hæc limitatio non habet locum, si mandatum esset adeo generale, quod etiam potest esse, quod de eo non fuerit actum; nam tunc potius proprio nomine, quàm mandantis emisse præsumitur, vt latè per Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. sub nu. 5. vers. limitat. secundo*, & post Alex. & Ias. *in l. post dotem solut. matrim.* tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. nu. 22.*

627 Nec etiam procedit talis præsumptio, quando ageretur de re, seu de negotio, quod non pertineret ad dominum, seu mandantem, sed ad procuratorem tantùm, quia tunc nihil refert An sit facta mentio mandati, siue non; nam tunc acquiritur ei, cui acquiri potest, vt per glos. *in l. post mortem. § num. 10*, & ibidem Ias. *nu. 4. ff. de oper. non. nunciat.* & idem Ias. *in l. post dotem nu. 57. solut. matr.* Alciat. *d. reg. 2. præsumpt. 24. num. 7. vers. limitatur quarto.* Menoch. *de præsumpt. d. lib. 3. præsumpt. 49. num. 26.*

628 Cessat etiam dicta præsumptio, quando ex forma Statuti resultaret aliquod delictum, si proprio nomine contraxisset; quia tunc proprio nomine emisse præsumitur, vt per Menoch. *loco citato num. 25.* & per Alciat. *loco citato num. 8.*

629 Secundo limitatur principalis conclusio, quando res esset empta ex pecunia pupilli, quia eo casu dicta bona sunt tacitè hypothecata pupillo pro sua pecunia, vt est glos. & ibi Bart. *num. 2.* & Bald. *num. 3.* & Salic. *in l. si, vt proponis. C. de rei vend.* Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. num. 19.* Rota Ianuen. *decis. 127. prope fin.* est & in electione pupilli, an velit rem illam tanquam
630 suam, vel recuperare suam pecuniam, vt per Bar. Bal. *in d. l. si, vt proponis num. 2. & 3.* & per Negus. *de pign. in 4. memb. 2. par. nu. 163. in fin.* & idem Bald. *in l. si tutor num. 1. C. de ser. dat. pign. manum.* & per Rebuf. *de const. reddit. glos. 14. numer. 15. in fine.*

631 Et prædicta procedunt in tutore emente ex pecunia pupilli; secus verò si esset extraneus qui suo nomine ex pecunia pupilli rem emerit, quia tunc haberet tantum illam rem emptam pro sua pecunia hypothecata, vt per Bart. Bald. Salic. & Negus. *locis citatis.* Castr. *in l. interdum num. 7. ff. qui pot. in pign. hab.* & hoc casu vigore dictæ hypothecæ poterit ad instantiam pupilli Saluianum contra dicta bona experiri, vt deduxi *in fine in hac tertia l. ipse t. cap. 4. in quæst. 2. num. 310.*

632 Tertiò Limitatur idem procedere in re empta ex pecunia Ecclesiæ, sicut dictum est de pecunia pupilli, vt per Bar. *in d. l. si, vt proponis nu. 2.* Bal. *in num. 4.* Salic. *nu. 2.* Castr. *in pr.* & idem Bal. *in d. l. si tutor sub num. 2.* & per Tiraquell. *de priuil. piæ causæ priuil. 120.*

633 Quarto limita in re empta ex pecunia illius, cui bonorum administratio est interdicta, vt per Bar. Bal. *in d. l. si, vt proponis*, & Soc. *in reg. fal. 342.* scilicet quando est empta ab illius administratore, *vt ibidem.*

634 Quinto limita in re empta ex pecunia militis, vt per Bart. *in d. l. si, vt proponis in princ.* & per Bald. & Salic. *in l. licet, in princ. C. de his qui pot. in pign.*

pign. hab. Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. nu. 20.*
635 Et in omnibus casibus supradictarum limitationum vigore hypothecæ, & obligationis Dominorum pecuniarum Saluianum experiri poterit, cùm eis fuit acquisitum dominium dictarum rerum emptarum, & de his etiam multa deduxi infra *in 4. cap.*
636 Vigesimo quinto quæro An Saluianum Interdictum possit per creditorem intentari contra fructus officiorum Cancellariæ Romanæ Curiæ, quando generaliter bona sunt obligata? Nam hoc casu prius videndum est, an hæc officia, seu illorum fructus obligari, vel hypothecari possint, & pro vera istius articuli intelligentia distinguendum est.
637 Aut agitur contra idem officium, hoc est contra titulum, & hoc casu certum est, nec vendi, nec hypothecari posse, vt declarauit Rota
* coram Card. Seraphino in vna Romana officij Lunæ 19. Octobris 1598. *in eius lib. impress. decisio. 1294. num. 1.* & ibi redditur ratio, quia de eis nullo modo disponi potest nisi de expressa licentia Papæ, vt notum est in cuius præiudicium nulla cadit hypotheca, & eueniente morte officialis, Papa de eo disponit, nulla habita ratione creditorum, & licet aliquando Pontifex dat licentiam subhastandi officium debitorum; illud fit
638 ex Principis indulgentia; maximè quia de eo tempore quo subhastantur non sunt vacantia. Et hoc probatur ex *§. optimum. Authent. de exhibit. reu.* ibi dum dicitur. Hos autem ex maioribus causam considerantes, scimus, quia ex antiquis temporibus non erat in militis hypotheca,
639 & declarat glos. *in d. §. optimum, in verbo lege,* vbi hæc verba dicuntur, ea posse obligari, si sunt talia quæ ad hæredes transeant, & quate-
640 nus ad hæredes transeant, & ita etiam loquitur Gratia. *discept. foren. 221. numero 17. & 276. num. 63.*
641 Vnde cùm certum sit dicta officia non transire ad hæredes, sed vacare, minúsque subhastari possunt sine licentia Papæ, nec veniunt sub hypotheca, & per consequens cessat etiam Saluianum.
Nec obstat text. *in l. fin. C. de pign.* quia loquitur de eis officiis, quæ vendi, vel transmitti ad hæredes possunt.
642 Minus etiam aduersatur, si dicatur quod dicta officia in legitima computantur, vt per Paul. de Castr. *in l. omnimodo, §. computari num. 1.* vbi Ias. *nu. 2. C. de inoffic. testam.* Rip. *in l. in quartam, nu. 165 ad l. Falcid.*
643 Quia respondetur, quod Castr. Ias. & Rip. loquuntur de officiis, quæ ad hæredes transmitti, & vendi possunt, & hanc communem attestatur Picus *in d. l. In quartam, num. 201.* Vital. *de coll. quæst. 48.* Cral. *in §. legitima quæst. 26. num. 1.* Vasq. *de succes. creat. §. 30. nu. 204.* & hanc partem
* fuit secuta Rota coram R. P. D. Iusto in vna Romana legitimæ 15. Martij 1600. *in calce operis decis. 154. n. 6.*
644 Secundo respondetur etiam si in legitima imputarentur, tamen tunc tractatur de imputatione pretij illius officij, non autem de titulo prout responde tur per Rotam in d. Romana
* officij coram Card. Seraphino *num. 6.* vbi attestatur, ita aliàs fuisse coram eo resolutum in vna Romana bonorum de Piatetis 17. Aprilis 1570.
quæ est *decis. 100. lib. 1. in suis impress.* & hoc tenet Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 19. sub num. 4.* dicit
645 quod officia veniunt communicanda cum Vxore quo ad æstimationem, non ad titulum, de quo mulier est incapax, vt declaratur in di-
* cta decis. Romana de Piatetis coram Card. Seraphino.
646 Ex quibus clarè colligitur quod sub hypotheca tantum comprehenduntur officia, quæ ad hæredes transmitti, & vendi possunt, iuxta tex. in *l. fin. C. de pign.* secus tamen est in his, quæ vendi, nec ad hæredes transmitti possunt, cùm non recipiant hypothecam, iuxta tradita per Ruin. *cons. 123. num. 20. lib. 2.* Natt. *cons. 470. num. 2.* & in terminis nostris declarat d. glos. *in §. optimum, in verbo lege. Auth. de exhibit. reu*, & tradit
* Rota in d. Romana officij coram Card. Seraphino.
647 Redeundo igitur ad distinctionem supra positam, dicitur, quod aut agitur cōtra fructus dictorum officiorum, & eo casu, quia officialis potest de eis ad libitum disponere, & in alium transferre, & in eis Saluianum experiri poterit, cùm veniant sub hypotheca, vt declarat Rota
* in dict. Romana officij coram Card. Seraphino *decis. 1294. num. 4.* intelligendo tamen, prout de pecunia *in 9. qu. st.* deductum est supra *nu. 228. & seq.*
648 Et ita etiam de locis Montium dicendum est: nam aut sunt loca vacabilia, quę non transmittuntur ad hæredes & per mortem vacant, & de eis Papa disponit nulla habita ratione creditorum, si quidem libera redeunt ad Papam, vt notum est, & ita non recipiunt hypothecam, sed solum super fructibus creditor agere potest, prout de fructibus officiorum deductum est.
649 Aut verò sunt loca stabilia, quæ transmittuntur ad hæredes, & Montista de eis disponere potest, quia resident penes emptorem, vt declarauit Rot. *diuers. decis. 162. num. 1. & 3. par. 1.* vbi
650 sub *nu. 9.* dicitur, hæc loca venire in generali hæredis institutione, ea doctrina Salic. *in l. filia, num. 2. C. fam. ercisc.* & per Bero. *cons. 55. num. 4. 5. & 10. lib. 1.* & ita veniunt in generali bonorum obligatione, sicuti alia Iura, & actiones, & nomina debitorum, vt declarat Negus. *de pign. in 2. memb. 2. par. num. 8. & 9.* & latè fuit supra *num. 196. & seq.* explicatum. & faciunt tradita per Bero. *cons. 43. num. 3. volum. 2.* & per Ruin. *cons. 82.* & sentit etiam Grat. *d. discept. forens. 50. num. 27.* dum distinctionem facit de officiis, & locis
651 montium, quæ transeunt ad hæredes, & super istis montium creditis; Saluianum vigore dictæ obligationis, & hypothecæ experiri poterit.
652 Et in his terminis Saluianum experiri posse, super locis Montium non vacabilium dixit
* Rota coram R. P. D. Ottimbergo in vna Romana Saluiani Interdicti 8. Iulij 1601. *in calce operis decis. 39. num. 1.* dum declarauit Saluianum competere venditori domus super locis Montium specialiter pro euictione dictæ domus, quæ loca erant Montis religionis, quæ sunt stabilia, & transeunt ad hæredes, vt supra deductum est, tam de creditis montium, quàm de officiis non vacabilibus, & de creditis montium comprobatur ex decision. Romana legitimæ

coram R.P.D.Iusto 29.Nouembris 1599.*in calce*
*operis decis.*149.*num*.5.
653 Limitantur tamen prædicta, quando pater,
vel alius creditor Montium nomine filij, vel al-
terius emerit, & illa ei tradiderit, quo casu do-
minium transfertur in eo; cuius nomine em-
pta sunt, vt per Roman.*cons*.291.*sub nu*.10.*vers.&*
quidem.& per Soc. Sen.*cons*.6.*vol*.4.*num*.5.& est
decis.Paleot.36.qui loquitur in patre habente fi-
lium spurium, quæ est impressa in Rot. *diuers.*
decis.389.*lib*.3.*par*.3. & hoc casu posteriores cre-
654 ditores ementes, nullá habent super illis actio-
nem, cùm dominium fuerit à principio in alium
translatum, *Iuribus proximè allegatis*, & in re a-
liena non cadit hypotheca, *l*.1.§.1. *ff. de pign.* &
Negus.*in* 3.*memb*.2. *par.num*.52.58.*&* 60. & post
Bald.Alexand.& Afflict.per eum allegat. in ter-
655 minis hæredis, tradit Surd.*decis*.315.*num*.7.& sic
cessante hypotheca, cessat Saluianum, vt plu-
ries deductum est.
Quid enim dicendum sit, si quis ex sua pecu-
nia officium super vita, & periculo alterius e-
merit, & decessit emptor alio instituto hære-
656 de, An creditores contra dictum officium
Saluianum experiri poterunt, & similiter lega-
tarij, & hoc casu distinguendum est, aut emptio
est facta nomine alterius, & super ea, & pericu-
lo illius absque vlla reseruatione: & post em-
ptionem fit contractum æs alienum, seu lega-
tum relictum, & quia eo casu censeretur dona-
657 tum, & dominium acquisitum, in cuius nomi-
ne, & periculo emptum est, vt per Honded.*cons.*
39.*nu*.26.*vol*.2. ex doctrina Soc.Sen.*cons*.6. *lib*.4.
& latius per Bero. *cons*.178.*num*.3. *& seq.vol*. 2. &
hoc casu, cùm statim dominium fuerit in alium
658 translatum, creditores nullam habebunt a-
ctionem super eo, nec in re aliena cadit hypo-
theca, *l*.1.§.1.*ff.de pign.* Negus.*de pign.in* 3.*membr.*
2.*par.nu*.25. *&* 58. & alibi pluries fuit dictum, &
cessante hypotheca non erit locus Saluiano:
poterit tamen super fructibus dicti officij vi-
659 gore obligationis, & hypothecæ illius, cui
fuerat per emptionem dominium acquisitum,
Saluianum intentare, vt supra deductum est in
præcedenti casu.
Aut verò officium est emptum super vita, &
periculo alterius cum decreto simpliciter à Pon-
tifice obtento, quod vera illius dispositio spe-
660 ctet ad soluentem pecuniam, & tunc ex ge-
nerali dispositione dicitur de ea disposita, vt tra
dit Honded. *cons*.39. *num*.33. Rot. coram R.P.D.
* Marcomontio in vna Romana Scriptoriæ 5.Iu-
nij 1609.*in fine operis decis*.150.*num*.3.vbi attesta-
* tur ita fuisse coram Aldobrandino post Cle-
mente VIII. resolutum in vna Romana officij
scriptoriæ Lunæ 23. Maij 1583. *in fine operis decis.*
151.*nu*.2.
661 Et in simili de locis Montium super pericu-
lo alterius vitæ emptis stante dicta reseruatio-
ne tradit Rot.*diuers. decis*.262.*n*.9.*par*.1.
662 Quod comprobatur ex simili, nam si quis
est per fideicommissum grauatus restituere
fratribus hæreditatem, & inter eos esset facta
diuisio dictorum bonorum cum facultate libe-
rè disponendi, & vnum ex illis in suo testamen-
to heredem vniuersalem extraneum instituerit;
in illa generali institutione veniunt, etiam di-
cta bona fideicommisso subiecta, & eo casu di-
citur testatorem vigore dictæ facultatis liberè
disponendi disposuisse; & ea visum esse, vt per
Paris.*cons*.46.*nu*.27.*& seq.volum*.2.& Ruin.*consil.*
114.*num*.20. *& cons*.152. *num*.10. *volum*.4. Rimin.
Iun.*cons*.80.*nu*.40.*lib*.1. Gabr. *cons*.25.*nu*.10. *vol*.1.
& hanc magis communem dicit Menoch. *cons.*
87.*nu*.60.*vol*.1.& idem affirmat *cons*.123.*nu*.33. *lib.*
4.reiecta contraria opinione, & de magis com-
muni attestatur Honded.*cons*.303.*num*.50.*volum.*
663 1. vbi ait quod data licentia alienandi, dici-
tur etiam data licentia de eis instituendi hære-
dem, ex Bal.Paris.Ruin.& Menoch. per eum al-
legat.
664 Et prædicta procedunt, etiam si talis em-
ptio esset à consanguineo facta, nec præsumitur
donatio, vt doctissimè respondet Honded. *consi.*
39.*à num*.35.*vsque ad finem lib*.2. & hoc casu vbi
adest dicta simplex reseruatio disponendi, Sal-
uianum vigore obligationis, & hypothecæ e-
iusdem Emptoris, qui propria pecunia emit,
cum dicta reseruatione super fructibus dicti of-
665 ficij experiri poterit, ac etiam vigore hypo-
thecæ hæredum institutorum, post mortem ta-
men dicti emptoris, quia ipso viuente domi-
nium residebat apud ipsum Emptorem, vt per
Honded.*d.cons*.39.*nu*.26.*vol*.2.& in d.Rom. scri-
* ptoriæ coram Marcomontio *in calce operis decis.*
150.*n*.3.*&* 7.& declaratur in d. Rom. officij scri-
* ptoriæ coram Card. Aldobrandino, vbi *sub nu.*
1. vlterius dicitur, quod illius fructus sequuntur
dominium, per text. *in l.fructus ex diuerso, de rei*
vendicat.& l.Herennius, ff. de vsuris. Tiraquell. *de*
retract.conuent.§.2.*num*.33.*in fine*, & declaratur in
* d.Roman.legitimæ coram R.P.D.Iusto *in calce*
operis decis.149. *num*.5.*&* 6. & est decisio Rotæ
diuers.389.*num*.2.*lib*.3.*par*.3. Vnde sequitur quod
viuente emptore ex eius obligatione, & hypo-
theca Saluianum experiri poterit, vt dictum est,
post verò eius mortem ex obligatione hæredis
experiri poterit.
666 Aut verò emptio officij est facta cum libera
disponendi reseruatione, sed tamen cum con-
ditione, quod non aliter facta de ea dispositio-
ne remanere debeat illi, sub cuius nomine vita,
& periculo emptum est, & eo casu per genera-
lem dispositionem, & institutionem non dici-
tur de eo officio dispositum, & hanc eandem
distinctionem secuta est Rota in d.Romana le-
* gitimæ coram R.P.D.Iusto 29.Nouembris 1599.
in calce operis decis.149.*num*.7. & latius coram R.
* P.D.Marcomontio in d.Rom.scriptoriæ Ven.5.
Iunij 1609. *in fine operis decis*.150. *num*.3. *&* 4.&
* in alia Rom. Vineæ de Palude coram R.P.D.
Bubalo 12.Iunij 1589.*in fin.operis, decis*.152. *num*.1.
& 2.*& per totam*, reddens rationem, quia in pri-
667 mo casu non agitur de alicuius præiudicio,
& interpretatio quantumuis larga ad fauorem
disponentis fieri potest: in secundo verò casu,
quia agitur de præiudicio eius, cuius officium
est remansurum, si aliter de illo dispositum non
sit, stricta est capienda dispositio, quod præiu-
dicium, cùm oriatur ex spe, probabilis est con-
sideratio, vt per Surd. *cons*.267. *num*.22. *volum*.2.
Sarmient. *de regul.Cancell.tit. de iur. quæstion.non*
toll. quæst.4.*numero* 14. si enim in primo casu
facultas prædicta non veniret in generali in-
stitutione, sequeretur, quod habens illam fa-
cultatem non fecisset, & tamen prætermissio,
seu

668 seu negligentia non præsumitur, *l. cum de in-*
debito. ff. de probat. & ita declarat Rota ind. Roma
* næ scriptoriæ coram Matcomótio *n. 2. & 3.* quod
non contingit in secundo casu, quia etiam si of-
ficium non veniat in generali institutione, non
deficit tamen generalis illa dispositio facta in
reseruatione, & decretum super reseruatione
obtentum nihil operatur, vt in simili tradit
Siluan. *cons. 14. num. 4.* & latius deducitur in d.
* Romana scriptoriæ coram R. P. D. Matcomon-
tio, & hoc casu super fructibus decursis, & non
669 exactis Saluianum experiri poterit, cum illi
fructus ad eum spectabant vigore reseruatio-
nis, *vt supra factæ.* At insuper post mortem e-
mentis, super fructibus pro tempore decurren-
670 dis vigore hypothecæ illius, super cuios vita
& periculo emptum fuerat, Saluianum intenta-
ri poterit, vt supra *in principio huius quæstio-*
nis deductum fuit, quia super fructibus tan-
tum cadit hypotheca ex allegata decisio. Rom.
officij Lunæ 28. Octobris 1598. coram Cardi-
* nali Seraphino *in suis impressis decisio. 1294. nu.*
3. & 9.

671 Nec aduersatur, quod supra dictum est,
quod fructus sequuntur dominium, quia hoc
non dicitur ad effectum, quod fructus veniant
sub hypotheca, cum contrarium in principio
præsentis quæstionis deductum est, sed illud
deductum fuit ad effectum ostendendi, quod
fructus acquiruntur ei, cuius est dominium il-
lius officij.

Vigesimo sexto quæro, An Saluianum expe-
riri possit per creditorem patris vsufructuarij
672 bonorum filij super fructibus illius vsusfru-
ctus? Et constituendo regulam dicitur, quod
pater est vsusfructuarius bonorum aduentitio-
673 rum filij, *l. fin. C. de bon. quæ lib. circa rit. C. de bon.*
mater. & quæ sint ista bona aduentitia, habetur
in l. cum oportet, vbi Bart. & DD. *C. de bon. quæ lib.*
& aliqua ex infra deducendis apparebunt.

674 Vnde dicitur quod Saluianum ex generali
bonorum obligatione, & hypotheca patris po-
terit eius creditor super fructibus experiri, cum
ad eum spectant & possunt obligari, vt trans-
feratur in alium commoditas retinendi, & fru-
endi, vt per Bart. *in l. si is qui. §. vsufruct. sub num. 1.*
ff. de pign. & latius *in sequenti quæstion. in principio*
deducam.

675 Amplia primo in fructibus dotis, vel dona-
tionis propter nuptias ex dispositione statuti
superlucratis: quia etiam ista aduentitia dicun-
tur, & hoc verissimum dicit Bart. *in l. si rum do-*
tem, §. si adgredimur in fine ff. solut. matr. & ante
eum dixit ibi Dyn. & sequitur ibi Cast. cum A-
lexand. *sub nu. 12.* & idem Bart. *in l. 1. sub nu. 1. C. de*
bon. quæ lib. & in l. dotem ante fin. vers. nam quidquid
ff. de castren. pecul.

676 Secundo Amplia in omni eo, quod ex statu-
ti dispositione constante matrimonio, Vxori
acquiritur, vel defertur Viro, etiam si esset filius
familias, nam ei quo ad proprietatem, & patri
quoad vsumfructum acquiritur. vt per Ias. *cons.*
198. n. 2. vers. præterea lib. 2. Pinell. *in l. 1. par. 1. n. 52.*
C. de bon. mater. Boer. *decis. 199. in fin.*

677 Tertio amplia, vt patri vsusfructus acquiri-
tur, etiam si adesset Statutum permittens filium
testari, quia intelligitur sine præiudicio dicti v-
susfructus, vt tradit Bald. *in l. si quæramus n. 107. in*
fin. vers. secundo quæris. Bart. *ff. de testam.* & alios
refert Pinell. *loco citato, n. 44.*

678 Quarto amplia in fructibus bonorum reli-
ctorum ab Auo paterno Nepoti ex filio, quia
aduentitia dicuntur, *vt l. qui aliena, § interdum.*
vbi Ang. Cum. Aret. Ias. Alex. *ff. de acquir. hered.*
& per Soc. *in l. cum filio num. 29. ff. de legat. 1.* Alex.
cons. 8. num. 7. lib. 3. & per Surd. *cons. 116. num. 3. vol. 1.*
& alios adducit Pereg. *de fideicom. art. 45. num. 7.*
Surd. *cons. 177. num. 11. lib. 2.* qui de communi atte-
statur.

679 Quinto amplia in omni eo, quod filius sua o-
pera, & labore acquirit, nam, & aduentitium
dicitur, vt tradit Bart. *in d. l. cum oportet, num. 2.*
vbi Bald. Ang. & omnes DD. *C. de bon. quæ lib.*
Surd. *de alim. tit. 9. quæst. 20. n. 6.* vbi ponit exem-
plum, & extendit etiam si filius ex fundo patris
sua industria, & labore coleret; nam quod per-
tinet ad portionem industriæ, fructus illi di-
680 cuntur aduentitij, & latius per Surd. *d. quæst.*
20. num. 15.

681 Sexto amplia in omni eo, quod quis ex bo-
na fortuna, vel ab amicis acquirit: item in Sala-
rio procuratoris, & notariorum, & in Salario,
quod à testatore sibi relictum esset, nam filius
de eo victum sibi præstare debet, residuum ve-
rò ad patrem spectabit, vt per Bald. *in d. l. cum*
oportet. C. de bon. quæ lib. numero 15. & 16. & ibi
Ang.

682 Septimò amplia procedere in casibus in
quibus patri vsusfructus acquiritur in bonis
filij, si filius aliquod commiserit delictum, &
bona in commissum incidunt, nec pater suum
vsumfructum amittit, atque saluatur filio pro-
prietas, & patri vsusfructus, & per Bart. *in l. si fi-*
nita, §. si vectigalibus, num. 14. & 161. Alexand. *nu.*
44. ff. de damn. infect. Ias. *in § actiones num. 62. Instit.*
de act. Curt. Sen. *cons. 19. sub num. 12. vers. venio ad*
secundum. Soc. Iun. *cons. 77. num. 8. volum. 2.* Ruin.
consil. 24. nu. 7. lib. 5. Couat. *var. resolut. lib. 2. cap.*
683 *8. num. 7. vers. ex his.* quid enim dicendum si ob
delictum patris bona fuerint applicata dicam
in 7. limitatione.

684 Octauo ampliatur, etiam si filius ingrede-
retur Monasterium, non idem amitteret vsum-
fructum in bonis aduentitiis, vt latè tradit De-
cia. *in cap. in præsentia n. 62. de probat.* reiecta opi-
nione Abb. *ibi*, & hanc veram dicit Pinell. *d. l. 1.*
par. 1. n. 45. C. de bon. mater. & per Surd. *de alim. d.*
685 *tit. 9. quæst. 20. n. 34.* vbi exemplificat si efficere-
tur Episcopus, vt per Pinell. *ibidem n. 42.* Cæsar.
Mastril. *decis. 153. nu. 26.* nam licèt per ingressum
religionis cesset patria potestas, vt per Bart. *in l.*
patre furioso num. 4. vbi Bald. *ff. de his qui sunt sui,*
vel alieni iuris. Ias. *in l. 2. n. 22. ff. de vulg. sub.* Guid.
686 Pap. *sing. 26.* Boer. *decis. 121. num. 12.* tamen vsus-
fructus huiusmodi semper remanet penes pa-
trem ipso viuente, & est gloss. *in Authent. idem est*
C. de bon. quæ lib. vbi Bart. Castr. *C. de sacrosanc. Ecc.*
& latè per Dec. *in d. c. in præsentia n. 66. de probat.*
alios refert Pinell. *in d. l. 1. par. 1. n. 45. C. de bon. ma-*
ter. vbi plures adducit opiniones.

687 Quid enim dicendum sit si pater Monaste-
rium ingrediatur, An vsusfructus Monasterio
acquiratur, vel consolidetur cum proprietate
vel acquiritur pro medietate, latè vide per Pi-
nell. *in d. l. 1. par. 1. nu. 47. & seq.* & Couat. *in c. 2. nu.*
8. de testament. Dec. *in d. cap. in præsentia, num. 66.*

& diuersas communes opiniones refert Hiero. Cæual. de Commun. contra Commun. *quæst.* 64. & per Castill. *de vsufruct. cap.* 54. *nu.* 5. *& seq.* Nam cùm ad nostram conclusionem non spectet ad eos te remitto.

688 Nono amplia procedere etiam si moreretur, quia adhuc durat vsusfructus patri acquisitus, nam sufficit, quod tempore acquisitionis filius viueret, nec requiritur perseuerantia, *l. fin. vers. si vero.* vbi Bart. Bald. Castr. & alij *in l. si quis ad Tertull.* Paris. *cons.* 74. *num.* 76. *lib.* 3. & per Surd. *de alim. d. tit.* 9. *quæst.* 20. *num.* 39. & per Menoch. *cons.* 1022. *num.* 18. *lib.* 11. Molin. *de primogen. Hispan. cap.* 19. *num.* 20. Surd. *consilio* 16. *numero* 46. *libro primo.* & alios refert Castill. *de vsufruct. cap.* 3. *numero* 44. Boer. *decis.* 197. *sub numer.* 5. & tenuit Rota

* coram R.P.D. Verospio in vna Romana donationis Lunæ 24. Nouembris 1614. *in fine operis decis.* 91. *num.* 1.

689 Decimo amplia etiam si filius, vel filia esset coniugatus, vel coniugata; nam adhuc pater retinet vsumfructum, *l.* 1. *&* 2. *C. de bon. quæ lib.* Corn. *in l. si viua matre. C. de bon. mater.* tradit Alexan. *cons.* 133. *num.* 2. *lib.* 4. sentit Soc. Sen. *cons.* 33. *in fin. lib.* 1. Cephal. *cons.* 423. *num.* 55. *lib.* 3. Roland. *consil.* 95. *num.* 46. *lib.* 1. Pinell. *in d. l.* 1. *num.* 34. *vers. amplia quarto.* Caual. *de vsufruct. mulier. numero* 179. *vers. nam pater.* vbi ampliat etiam si esset vidua. Castill. *de vsufruct. dict. capit.* 3. *numero* 76. Boer. *decis.* 197. *numer.* 5. Durant. *de arte test. tit.* 1. *cau.* 1. *num.* 1.

Quia per Matrimonium filius non liberatur à patria potestate *l. inter §. filius familias, l. maritus. §. cæterum ff. ad l. Iuliam de adult.* tradit Tiraquel. *de leg. connub. leg.* 1. *num.* 1. & Castill. *loco citato, num* 75. & per Barbos. *in l.* 2. *§. quod si patris, num.* 1. *& in l.* 3. *num.* 6. *ff. sol. mat. matrim.* cum alijs supra allegat. nisi adesset consuetudo, vel statutum in contrarium, vt per Boer. *dict. decis.* 197. *numero* 5. iuxta distinctionem ibi per eum positam, *& num.* 8.

690 Vndecimo amplia procedere in vsufructu bonorum maioratus filij familiâs: nam pater in illis habet vsumfructum ex dispositione text. *l. cum oportet,* & latè tradit Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 18. *& seq.* vbi alios allegat, quod tamen intelligit donec filius viuat, quia dominium bonorum dicti maioratus ad vitam filij restrictum est, vt declarat idem Molin. *loco citato, versic. id tamen,* licèt hoc limitatur, vt infra deducitur, & per Castill. *de vsufruct. cap.* 63. *sub num.* 27.

691 Limitatur tamen, quando esset expressè prohibita illius alienatio, vel nisi prius maioratus institutor, expressè disposuerit, quod paren-

692 tes ex bonis eiusdem maioratus vsumfructum percipere non possent, vt latè per eundem Molin. *loco citato, nu.* 29. *&* 30.

693 Alias quàmplures ampliationes deducit Pinell. *in d. l.* 1. *par.* 1. *num.* 34. *cum seq.* nempe procedere etiam si filius longè à patre degat, & viuat item in patre arrogatore: item si filius esset senex, quia semper durat patria potestas; item si pater in aliquo loco esset criminaliter relegatus; item si pater ignorabat se habere filium, vel putabat esse mortuum: item in bonis maternis, & in alijs aduentitijs: Idem quod nec cesset talis vsusfructus si ex aliqua causa filius efficeretur sui iuris: quod tamen intellige in acquisitis, non autem in acquirendis, vt infra in limitationibus deducetur, nam nec poterit de suo vsufructu priuare; quod procedere ait in vsufructu, quem pater ante Clericatum habeat. Item procedere, si extat Statutum permittens filium familiâs testari; & an pater possit cogere filium ne discedat de domo, vel familia, declarat ibi Pinell. *num.* 52. *& sub num.* 59. declarat an habeat locum in filijs legitimatis, de quibus omnibus per Pinell. *in d. l.* 1. *par.* 1. *à num.* 34. *vsque ad fin.*

694 Quibus adde etiam si filiusfamiliâs bona sua donatione inter viuos alteri donasset, absque tamen consensu patris: quia adhuc retinet vsumfructum in bonis donatis, *l. fin. §. filijs autem, C. de bon. quæ lib.* & ibi Bald. *in principio,* Angel. *sub num.* 1. Castr. *num.* 1. Corn. *num.* 1. Roland. *cons.* 89. *sub num.* 4. *lib.* 4. Alexand. *cons.* 106. *num.* 1.

* *&* 2. *lib.* 7. & fuit resolutum coram R.P.D. Verospio in vna Romana donationis, Lunæ 24. Nouembris 1614. *in fine operis decis.* 19. *numero primo,* vbi etiam declaratur, talem donationem esse nullam, etiam si esset facta cum iuramento, & quod pater donationem insinuasset, ac etiam si consensisset subhastationi dictorum bonorum.

695 Intellige etiam, quod ad hunc effectum acquirendi vsumfructum aduentitiorum sufficit quod tempore acquisitionis filius sit sub patria potestate, licèt postea cessauerit, vt in aliquibus casibus infra in limitationibus deductis. & tradit Pinell. *in dict. l.* 1. *par.* 1. *num.* 39. *&* 42. Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 19. Odd. *cons.* 51. *num.* 4. *lib.* 1. & communem dicit Surd. *d. cons.* 116. *num.* 48. *lib.* 1.

696 In quibus omnibus casibus creditores patris poterunt contra dictum vsumfructum Saluianum experiri, deducto tamen victu, & vestitu, ac alijs necessarijs, pro vsu filij familiâs, ac eius vxoris.

697 Immo si pater denegaret talia alimenta, amitteret hos effectus patriæ potestatis, vt est glos. *in l. penult. in verbo pœna in fine. C. de patria potest.* & latè per Abb. *in cap. fin. num.* 5. *de conuers. fidel.* Brun. *de stat. excluden. fœm. art.* 1. *nu.* 26. *& seq.* Pinell. *loco citato, n.* 57.

698 Limita modo generalem conclusionem si pater emanciparet filium, quia tunc nihil patri acquiritur, vt per Bald. *in d. l. cum oportet, num.* 4. vbi etiam Castr. *C. de bon. quæ lib.* Soc. Iun. *cons.* 23. *nu.* 12. *vol.* 1. Calcan. *cons.* 19. *num.* 81. Aym. *cons.* 84. *num.* 8. Bec. *cons.* 113. *num.* 16. & latius per Surd. *de alimen. d. tit.* 9. *quæst.* 20. *num.* 28. *& seq.* vbi reprobat opinionem DD. tenentium, quod acquirat pro dimidia quoad vsumfructum, &

699 hanc veram affirmat, in tantum quod non valet pactum, seu conuentio facta à patre tempore emancipationis, per quam reseruaret sibi ius vsusfructus in bonis acquirendis per filium, vt per Oldr. *d. cons.* 214. Ias. *in l. fin. nu.* 28. *vers. limitea tamen singulariter. C. de pact.* qui ait menti tenendum. Castr. *in l. si viua matre num.* 3. *C. de bon. mater.* Ias. *in Authen. ingressi in fin. C. de sacrosanct. Eccl.* Gerard. *sing.* 6.

700 Hoc tamen sublimitatur in bonis maternis, in quibus etiam delatis post factam emancipationem, pater habet vsumfructum pro ciuili

bili portione cum filiis, & hoc est speciale in
bonis maternis, per tex. *in d. l. si viua matre, C. de
bon. mater.* vbi Bald. *nu.4.* Castr. *nu.1.* & per Pinell.
ibi. quæ est *in l.3. nu.3. C. de bon. mater.* & per Surd.
de alim. d. tit. 9. quæst. 27. n. 37.

701 Retinet tamen pater dimidiam vsusfructus
aduentitiorum, quem per prius ante emancipa-
tionem habebat, per tex. *in d. l. cum oportet. §. cum
autem vers. sancimus. C. de bon. quæ lib.* & ibi Bald.
Castr. & cæteri DD. Ioann. Andr. *in addit. ad Spe-
cul. in tit. de nat. ex lib. ven. in addit. vlt.* & per Ol-
drad. *dict. consil. 214. sub num. 1. in fin.* Castr. *in d. l. si
viua matre. num. 3.* Ias. *in d. l. fin. num. 25. in fin. vers.
intellige nisi. C. de pact.* Corn. *cons. 42. sub numer. 7.
volum. 4.* Gerard. *singul. 76. numero 2.* & alios mul-
tos refert Surd. *de alimen. titul. 9. quæstion. 10.
num. 32.*

702. Licet hoc etiam restringatur, quando pater
coactè filium emanciparet iussu Iudicis, vel a-
liis casibus enumeratis in glos. *in §. fin.* in verb.
pœnæ. Instit. quibus mod. ius pat. potest. sol. Cum. *cons.
83. num. 8. caus. 115.* Rom. *sing. 309.* & hos sequitur
Surd. *de alim. d. tit. 9. quæst. 20. n. 42. & 45.*

703 Secundo limitatur principalis conclusio, si
pater ad secundas conuolauerit nuptias exi-
stentibus filiis primi matrimonii, quia hoc casu
pater perdit successionem filiorum, iuxta text.
in l. fæmina. §. illud, vbi Salic. Ang. & Sicard. *in
sum. C. de secun. nupt. concl. 3. num. 1. & 2.* de communi
attestatur Rip. ibi *num. 1.* Io. de Garon. *in Authen.
ex testament. num. 44. C. eod. tit.* Dec. *cons. 87. nu-
mer. 3.* Boer. *decis. 187. num. 1.* Castill. *de vsufruct. ca-
* pit. 2. numer. 14.* Et fuit resolutum in Rota coram
Reuerendiss. Sacrato in vna Bononien. succes-
sionis, Ven. 20. Maij 1609. *in calce operis decis. 154.
numero 2.* & in causa propria obtinui coram R.
* P. D. Buratto in vna Romana hæreditatis & Pa-
ragij dotis Lunæ 1. Decembris 1614. *in calce ope-
* ris decis. 155. num. 1. & 2.* & in alia coram R. P. D.
Martino Andreas in vna Romana domorum,
Ven. 29. Ianuarij 1616. *ibidem decis. 96. numero
2. & 3.*

704 Quod procedit, siue transeat ad secundas
nuptias ante successionem, vel post, vt per Rip.
in d. §. illud. num. 2. Ruin. *cons. 20. num. 4. lib. 3.* qui
de communi attestatur, Roland. *d. cons. 95. num.
10. lib. 1.* Thob. Non. *consil. 74. num. 2.* Gabr. *de se-
cund. nupt. conclus. 3. in quarta ampliatione.* Afflict.
decis. 75. num. 4. & multos adducit Castill. *de vsu-
fruct. cap. 2. numer. 19.* & ita etiam tenuit Rot. in
* dict. Romana hæreditatis, & Paragij dotis, *nu-
* mero 3.* & in dicta Romana Domorum, *nume-
ro 3. & 4.*

705 Ampliatur, quod per transitum ad secundas
nuptias existentibus aliis filiis primi Matrimo-
nij, pater amittat lucrum dotis, prout tradit
Bald. *in l. generaliter §. illud in d. Authent. ex testa-
mento. C. de secund. nupt.* & de communi attesta-
tur Rip. *in d. l. fæmina. n. 61.*

706 Limitatur tamen prædicta procedere in
bonis, quæ aliunde filio obuenirent, quàm ex
bonis maternis, vt per Roman. *consil. 405. lib. 7.
vers. intellige tamen lib. 1.* Dec. *consil. 181. col. fin.* Bero.
consil. 149. nu. 4. vol. 2. Aym. *consil. 37. num. 2. & cons.
523. numer. 2.* Gabr. *de secund. nupt. concl. 1. numer. 38.*
Hier. Gabr. *cons. 134. num. 3. & cons. 156. numer. 7. &
8. lib. 1.* Crem. *sing. 83* Bero. *decis. 185. num. 6. vers. sed
bene.*

707 Verùm pœnæ secundo nubentium cessant
in aliquibus casibus, & primo quando filij pri-
mi Matrimonij cessarent, quia tunc cessat causa
708 finalis legis, & sic cessat eius dispositio, *l. adi-
gere, §. quamuis, ff. de iure patronatus, cap. cum ces-
sante, de appell.* & tradit Bald. *cons. 42. num. 3. lib. 3.*
Anan. *cons. 101.* Gabr. *cons. 156. numer. 5. vers. idcirco.
lib. 1.* Rip. *in l. fæmina, numer. 4. C. de secund. nupt.*
Boer. *decis. 185. numer. 17.* & hanc veriorem dicit
Hieron. de Cæuall. de communi contra com-
munem, *quæst. 672. column. 2. versic. & pro hac vl-
tima.*

709 Secundo cessant, quando mulier, seu vir de
expresso consensu, seu tacito mariti secundo
nubat, vt per glos. *in §. duo igitur, vers. vnum ita-
que. Auth. de nupt.* Bald. *in l. fæmina*, vbi Rip. *num.
29.* post Bart. & Bald. *ibi*, per Ang. *in l. mater, sub
num. 8. C. ad Senat. con. ult. Trebell.* latè per Decia.
in rubr. C. de secund. nupt. num. 8. & cons. 206. Ioan.
de Garon. *in d. rubr. num. 112* Rom. *cons. 219. num. 6.*
Gabr. *dict. cons. 156. num. 6. vol. 1.* Menoch. *cons. 470.
num. 8. volum. 5.* Quod tamen intellige dummo-
710 do nubat post annum luctus, aliàs licentia
mariti non suffragaretur, vt per Roman. *loco ci-
tato*, & per Menoch. *d. consil. 470. num. 16.* & per
Dec. *d. rubr. C. de secund. nupt. num. 8.* vbi ait, quod
711 intra annum luctus talis pœna à marito remit-
ti non potest.

Et hoc casu expresse fieri dicitur, quod claris
verbis fit, concedendi licentiam vxori secundo
viro nubendi, vt declarat glos. *in d. §. duo igitur,
vers. sicut.*

712 Tacitè verò fit, quando vir aliquid vxori le-
gauerit si secundo nupserit, vt per Bald. *in d. l.
fæmina, vers. aut maritus reliquit vxori.* Decian.
in rubric. sub numer. 7. C. de secund. nupt. cum aliis
multis relatis per Menoch. *dict. consil. 470. nu-
mero 10.*

713 Item si filius dum vixerit de ea conquestus
non fuerit, vt per Rip. *in d. l. fæmina, num. 30.* post
Bald. Alexand. per eum allegat. & tradit Dec.
714 *cons. 206. nu. 7.* vbi dicitur, quod si filij scientes
matrem ad secundas nuptias conuolasse, & es-
sent certi de iure suo, nihilominus in diuisione
mater integram portionem ipsis consentienti-
bus accepit, vel aliter ei donasset, dicitur remis-
sa pœna, vt tradit Gabr. *d. cons. 156. nu. 7. lib. 1* Me-
noch. *d. cons. 470. n. 17.*

715 Et sic intellige quo ad hunc effectum, vt
consensus per taciturnitatem dicatur inductus,
requiritur, quod vltra taciturnitatem interue-
nerit actus positiuus, vt in his terminis loquun-
tur Rip. Dec. Gabr. & Menoch. *supra allegat.* &
ita etiam loquitur Io. de Garon. *in rubr. de secun.
nupt. n. 118.* Rimin. Iun. *cons. 295. nu. 73. & 78. & 79.*
& Menoch *d. cons. 237. n. 25. & 26. & cons. 806. n. 21.*
Surd. *decis. 100. nu. 7.* Castill. *de vsufr. c. 2. nu. 100.* &
* ita declarauit Rota in d. Romana hæreditatis &
Paragij dotis *n. 8.*

716 Secundo requiritur, quod filij sint maiores,
& certiorati de Iuribus sibi acquisitis; quod si
ignorarent, non induceretur consensus ex taci-
turnitate, vt declarat Dec. *consil. 206. nu. 7.* Aym.
cons. 142. nu. 20. Ias. *cons. 3. sub n. 3. vers. ad hoc.* Boer.
decis. 185. n. 23. vers. aliter præsentia. Menoch. *consil.
237. n. 28. & in d. cons. 806. n. 23.* & fuit secuta Rota
in d. Romana Paragij dotis *n. 8. & 13.* in d. Bono-
nien. successionis *num. 7.*

717 Et propterea, si filij cum patre, & matre si-
mul habitarent, & ipsos dilexerūt, nec conque-
sti fuerunt, dummodo essent certi de Iuribus
suis, & essent maiores, dicitur remissa pœna, vt
per Roland. *cons.81. num.8. & seq. & 15. in fin. lib.3.*
Dec. *d. cons.206. nu.8.* Aym. *cons.661. nu.5.* Menoch.
cons.155. num.16. & alias declarationes deducit
Rip. *in d. l. fœmina.*

718 Verum aduertendum est, quod si duo essent
filij, & vnus ante mortem matris, vel patris
prædecesserit, qui de secundis nuptiis non fue-
rit conquestus, non dicitur remisisse pœnam
secundo nubenti impositam, quia iste filius
transmisit illud Ius alteri filio viuenti, & hæredi
eorum matris, vt tradit Rip. *in d. l. fœmina. nu.30.*
in fin. sed tunc dicitur remissa pœna, quando o-
mnes filij præmoriuntur, non aliter conquesti
de secundis nuptiis.

719 Et an Pater seu Mater quæ secundo nupsit,
si iterum Vidua efficiatur recuperat Ius, & fa-
cultatem succedendi à se semel amissum, & di-
citur quod non, vt ex optimis rationibus &
fundamentis tradit Menoch. *cons.278. num.7. lib.*
3. nam breuitatis causa ad eum te remitto, qui
multa pro hac parte deducit.

720 Tertio limita in bonis filiorum, quæ non
sunt alienabilia, & quæ ad extraneas personas
non sunt transitoria, vt per Paris. *cons.98. nu.8. &*
9. lib.2. Gabr. *cons.116. num.32. lib.2.* Roland. *cons.*
71. num.65 lib.1. qui de communi attestatur,
Surd. *cons.116. num.32. lib.1.* Menoch. *cons.1022. nu.9.*
10. & de præsumpt. lib.4. præsumpt.141. num.9. & 10.
& latè per Pic. *in l. Tertia. §. fin. num.122. & 1225. de*
leg.2.

721 Quod præcipuè procedit in feudo per filiū à
Principe acquisito & in feudo dignitatis cohæ-
rente personæ feudatariæ, & in feudo in Ca-
stris acquisito virtute armorum, puta quia Vas-
sallus fuisset cum Domino in castris, & illo re-
spectu feudum acquisiuisset, vt per Franc. Curt.
de feud. in 2. membr. 3. par. vers. expedito primo
num.47. ex doctrina Bald. *in d. l. cum oportet num.*
10. C. de bon. quæ lib. & sequitur Roland. *cons.54.*
numer.30. volum.3. & per Boer. *decis.199. nu-*
mero 7.

722 Contrarium tamen videtur sentire Bald.
in d. l. cum oportet n.18. Curt. *de feud. in secunda par.*
tertia partis prin. nu 46.

723 Sed aduertendum est, quod Bald. & Curt. lo-
quuntur in feudo paganico, in quibus pater v-
sumfructum acquirit; secus tamen est in emphy
teusi, & feudo inalienabili, prout distinguunt
Rolan. Boer. *locis citatis.* & latè per Molin. *de pri-*
mog. Hispan. lib.1. c.19. sub nu.24. vers. tertio etiam,
& nu.30. & ita etiam declarant Surd. & Menoc.
locis citatis, & Cauale. *de vsufruct. mul. sub nu.189.*
vers. hinc est, ad hanc eandem distinctionem po-
nit Surd. *de alim. tit.4. q.10. num.20. & 34.* & bene
per Gabr. *consi.162. à nu.43. vsque ad fin.* & præci-
puè *nu 51.*

724 Et ratio est, quia in feudali materia seruatur
Ius commune, vbi non habemus tex. seu deci-
sionem expressam, vt est tex. clarus *in c.1. ante fi.*
de feud. cognit.

725 Vnde cùm non adsit tex. expressus, qui hunc
casum decidat, standum est dispositioni *d. l. cum*
oportet. C. de bon. quæ lib. disponentis quod in ad-
uentitiis vsusfructus quæritur patri, & ita de-
clarant Franc. Curt. Rolan. Boer. *locis citatis.*

726 Et comprobatur, quia fructus feudi postquā
sunt à solo separati non dicuntur feudales, sed
allodiales, *c.1. An agnati, vel filij.* & tradit Curt.
Rolan. & Boer. *locis cit.* & per Federic. de Sen. *de*
feudis part.19. in prin. num.7. Bald. *in cap.1. num.8. de*
success. feud. & per Surd. *de alim. tit.4. quæst.10. nu.*
727 *26. & 27.* Et in his fructibus, qui patri acqui-
runtur Saluianum super eis experiri poterit
præcedente generali obligatione & hypotheca
patris.

Et hæc eadem limitatio militat in Maioratu
à Rege donato, vel si in ipso Maioratu adesset
728 expressa prohibitio alienationis, quia nec in
eo casu pater acquirit vsumfructum, vt per Mo-
lin. *de primogenit. Hispan. lib.1. c.19. num.29.* & per
Menoch. *d. cons.1022. num.17. lib.11.* Et idem si pri-
mus Institor maioratus expressè disposuerit,
quod parentes ex bonis maioratus, in quibus
eorum filij successerint; vsumfructum percipe-
re non possint, per tex. *in Authen. excipitur. C. de*
bon. quæ lib. & latè per Molin. *loco citato, num.30.*
cum ibi allegat.

729 Quarto limitatur in patre spurio, cui non
acquiritur vsusfructus bonorum filiorum ab
Auo relictorum, vt per Bart. *in l. Gallus, §. quod si*
num.15. in fin. vbi Alex. Aret. & alij *de lib. & posth.*
& idem Bart. *in cons.118. sub nu.7.* Surd. *cons.177. nu.*
4. lib.2. cum multis aliis relatis per Tiraquell. *de*
retract. lign. §.1. glos.9. n.70.

730 Verùm hoc sublimitatur, quādo filius ipsius
esset legitimatus, vt per Pinell. *de bon. mater. in*
d. l.1. n.59. ex doctrina Bart. *in l. si quis pro empt.* vbi
Ias. *n.226. de vsucap.* Dec. *in l. liberos, n.3. C. de collat.*
Dec. *cons.155. n.4. & 5.*

731 Quinto limita in dote aduentitia filiæ, in
qua pater non habet vsumfructum, veluti quā-
do est dotata ab extraneo, vel ab Auo, vel à fa-
mili, vt per Ias. *in l.2. §. quod si in patris, nu.19.* vbi
Soc. *num.2.* Aret. *sub num.12. ff. solut. matrimon.*
Decian. *in l. quod locum. sub num.6. vers. & pro ista*
opinione. C. de collat. Bald. *in consil.7. sub num.1. lib.*
3. Aymon *consil.84. numero 7.* qui de communi
attestatur, Bald. Nouell. *de dote, par.6. priuileg.*
33. & nouissimè Surd. *de alim. tit.8. priuileg.74.*
num.5.

732 Sexto limita in omni casu, vbi pater & fi-
lius in aliqua hæreditate simul succedunt, quia
tunc in portione filij non acquirit vsumfru-
ctum, vt habetur *in d. §. si verò cum ascendentibus,*
Auth. de hæred. ab intestato, & per Bart. *in consil.18.*
num.2. volum.1. Soc. Sen. *consil.34. num.7. vers. circa*
tertiam, lib.1. Paris. *cons.29. nu.97. lib.3.* Rolan. *cons.*
95. nu.49. lib.1. qui alios adducit, Aym. *cons.37. in*
fin. & per Bald. *in cons.324. sub num.1. lib.5.* Caccia-
lup. *in l. frater à fratre, num.103. C. de condit. indeb.*
Afflict. *decis.393. num.7.* & per Surd. *cons.116. nume.*
733 *40. lib.1.* vbi ait etiam procedere, si ab extra-
neo pater & filius essent simul ad successionem
vocati.

Nec his obstare dicitur text. *in d. l. fin. C. de v-*
sufruct. disponens, quod vsusfructus semel patri
acquisitus non extinguitur etiam per mortem
filij, & pater in bonis aduentitiis filij acquirit
vsumfructum, quia dicti text. limitantur iuxta
text. *in Authent. item hæreditas, C. de bon. quæ liber.*
nēpe quod eo casu, quando pater & filius simul
succedunt in portione, filij vsusfructus extin-
guitur.

guitur, & sic patri non acquiritur, & ita dictum textum limitat Batt. in l. 3. numero 4. C. de vsufruct. & hab. & idem Batt. & Castr. in Authen. excipitur nu. 4. C. de bon. quae liber. & per Rip. in l. famuiae numero 3. & 4. C. de secund. nupt. Parif. consil. 29. num. 97. lib. 3. Roland. consil. 95. num. 49. & 50. lib. 1. & cùm semel fuerit extinctus, amplius non renascitur, l. quis res. §. arcam. ff. de solut. l. cum l. si filius ff. de testam. Menoch. consil. 484. num. 9.

734 Septimo. limita, in casu in quo liceat filio retrahere rem à patre venditam, quia remissam tam quo ad fructus, quàm quo ad proprietatem recuperat, Tiraquell. de retract. consanguin. gl. 5. num. 69. in princ. & numero 73. Surd. d. consil. 116 sub numero 26. & idem Surd. de aliment. tit. 7. quaest. 14. num. 30.

735 Octauo limita in bonis alienare prohibitis sub poena quod ad filium reuolnantur, quia nec in eis pater retinet vsumfructum, vt per Dec. consil. 97. num. 16. & per Surd. loco proxime citato.

736 Nono limita, quando filius inuito patre haereditatem adiuit, nec in eo casu vsumfructum consequi potest, à quo per reseruationem sua culpa rem alienam fecit, vt per Surd. dicto consil. 116. sub nu. 28.

737 Decimo limita quando pater dissiparet bona filij, quia tunc priuatur illorum administratione, vt dicitur in d. l. Imperator. vbi Castr. num. 4. Alexand. num. 5. ad Trebell. Pinell. in l. 1. par. 2. num. 33. C. de bon. mater. Molin. de primogen. Hispan. cap. 16. nu. 17. Bartol. in l. si constante in principio num. 4. ff. solut. matrimon. Lupus in cap. per vestras. §. 17. num. 12. ff. de donat. inter vir. & vxor. & alios refert Castil. de vsufruct. cap. 3. num. 99. in fin. vbi declaratur, quando teneatur conficere inuentarium, & rationem reddere, seu satisdare numero 86. & 96. & 107. & 108. & 112. & num. 183. Pinell. in dict. l. 1. par. 2. num. 37. & 38. C. de bon. mater.

738 Et hoc casu priuatur vsufructu d. l. Imperator, vbi Alexand. num. 6 Castr. num. 5. Cum, in l. cùm filio de legat. 1. Molin. de iustitia & iure tract. 2. disput. 228. Surd. de aliment. tit. 7. quaest. 14. num. 30. & per Petr. de fideicom. quaest. 14. d. num. 327. Castill. de vsufruct. d. cap. 3. num. 100. vbi declarat, quod in omni casu vbi pater priuari debet administratione, etiam priuari vsufructu.

739 Vndecimo limita, quando ob patris delictum amisit bona, & fuerunt filio applicata, vt per Bald. in cap. 1. §. si verò violenter agit. de pacè Constan. cum aliis relatis per Tiraquellum, de retract. consanguin. §. 1. glos. 9. numero 70. Socin. Sen. consil. 124. numer. 4. lib. 3. Surd. dict. consil. 116. numero 25. vbi vlterius dicitur, quod eo casu nec etiam de dictis bonis ali debeat.

740 Contrarium tamen videtur sentire idem Surd. de alim. tit. 4. q. 11. per Ang. Cepol. Boer. ibi allegat. vbi dans remedium quod pater renunciet vsumfructum.

741 Intellige tamen quod debeat habere alimenta in casu indigentiae, vt declarat Alex. Castr. Surd. locis citatis.

742 Duodecimo limita in bonis, quae pater est grauatus per fideicommissum filio restituere, vt per Ias. in l. cum filiofamilias nu. 151. & ibi Castr. num. 18. Soc. num. 31. Aret. colum. 7. Rip. num. 68. Bauer. num. 118. ff. de leg. 1. Gabr. consil. 118. num. 11. lib. 1. & seq. Surd. de alim. tit. 7. quaest. 14. num. 31. Dec. cons. 97. num. 13. & 14. qui reprobant contrariam opinionem Castr. & adducit Dec. cons. 318. in fin. & idem Surd. in d. cons. 116. num. 38. vbi tractat de potentia illius verbi Restituere.

743 Et ratio est, quia fideicommissum huiusmodi habet tacitam conditionem, cùm filius esset sui iuris, & sic dicitur eum ab vsufructu exclusum, cùm sic constitutus tempore existentiae sui iuris, in quo pater non acquirit vsumfructum in bonis filij, vt declarat Ias. in d. l. cum filiofamilias num. 255. & per Gabr. dict. consil. 118. num. 12.

744 Aliam deducit Surd. in d. cons. 116. num. 36. rationem, scilicet, quia in fideicommissarium post purificatum fideicommissum transeunt omnes actiones, tam actiuae, quàm passiuae, tam contra grauatos, quàm contra omnes alios, l. facta, vbi gl. & D.D. ff. ad Trebell. & potest cogi grauatus ad restitutionem fideicommissi, l. nam

745 quod §. fin. cum duabus l. l. seqq. ff. ad Trebell. quia videtur per Testatorem cessa actio, & quando ceditur filio actio contra patrem, tunc dicitur prohibitus patri vsusfructus acquisitio, quia frustratorium esset habere actionem sine illius acquisitione, vt per Bald. in l. iubemus. §. in supradictis num. 1. C. ad Trebell.

746 Et praedicta limitatio procedit etiam si constaret de tacita voluntate testatoris, quod pater restituere teneretur filio, vt post Castr. & Ias. in l. cum filiofamilias, tradit ibi Rip. sub num. 69. Soc. Iun. nu. 224. Gabr. d. cons. 116. num. 11. Becc. cons. 113. sub num. 40. qui veriorem dicit, Boer. decis. 195. num. 2. & hoc loquitur Surd. d. cons. 116. num. 54. & procedit in omni casu, vbi de praesumpta mente testatoris, seu prohibentis apparet, per D.D. proximè allegat. Castill. de vsufruct. d. art. 7. num. 56.

747 Insuper etiam procedit in omni casu, vbi prohibitio seu praeceptum testatoris redderetur frustratorium, nisi pater remaneret priuatus vsufructu, quod procedit, etiamsi expressa prohibitio requireretur, vt per Rip. loco citato numero 69. Ias. sub num. 155. in fin. Socin. Ian. num. 226. Bauer. numero 143. Surd. dict. consil. 116. num. 56.

748 Decimotertio limita in omni casu, quando ab homine, seu à lege relinquuntur, vel deferuntur bona filio cum prohibitione, ne patri acquiratur vsusfructus, Authen. excipitur, vbi glos. C. de bon. quae lib. & ibi Bald. Castr. & omnes D.D. in princip. Gabr. d. cons. 162. num. 20. Rip. in d. l. cum filiofamilias sub num. 70. circa med. Becc. d. consil. 113. numero 40. Boer. consil. 139. num. 2. lib. 2. Mantua. sing. 55. num. 3. Castil. de vsufruct. cap. 3. num. 54. & per Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 19. num. 29.

749 Et an pater in casibus huiusmodi, dicatur legitimus administrator, vide per D.D. proximè allegat. quae est opinio satis controuersa.

750 Decimoquarto limita, quando à Principe aliquid filio donatur, vt per l. cum multa. C. de bon. quae lib. Gabr. d. cons. 162 nu. 17. & per Molin. de primogenit. Hispan. d. cap. 19. num. 24. quia assumit naturam Castrensium. & ibi Caualc. de vsufruct. mulier. nu. 181. Surd. de alim. tit. 9. quaest. 28. nu. 16.

N

751 Decimoquinto limita, quádo testator mandasset, quod filio soluerentur tot pecuniæ, quia eo casu dicitur prohibitus vsusfructus illarum patri; *l. si vsusfructus, §. si ita*, vbi Bart. *ff. quando dies leg. ced.* Ias. *in d. l. cum filiusfamilias, num.* 147. Bauer. *num.* 75. Dec. *consil.* 318. *in fin.* Gabr. *d. consil.* 162. *num.* 22. Becc. *cons.* 97. *num.* 13. Boer. *decis.* 193. *sub num.* 2.

752 Decimosexto limita, quando testator mandauit fructus, & reditus inuestiri in tot bonis stabilibus ad commodum hæredis, quia hoc casu dicitur prohibitus patri vsusfructus, vt per Bursat. *cons.* 133. *nu.* 56. *lib.* 2.

753 Decimoseptimo limita, quando à patre, aliquid filio relinquitur, vt post Castr. Salic. Corn. per eum allegatos, tradit Gabr. *dict. consil.* 118. *num.* 12.

754 Decimooctauo limita, quod licet in aliquibus casibus vsusfructus filiorum patri non acquiratur, tamen acquiritur commoditas illorum fructuum, vt per Menoch. *cons.* 1022. *num.* 17. *lib.* 11. & per Cauale. *de vsufruct. num.* 179. *&* 182. *&* 183. & per Bursat. *consi.* 133. *n.* 36. *lib.* 2. de quo latius infra deducemus, vbi etiam declarabitur, quæ sit ista commoditas.

755 Adsunt tamen nonnulli casus, in quibus patri non acquiritur commoditas, de quibus facta est mentio in supradictis limitationibus, veluti quando in pœnam patri aufertur vsusfructus, & filio acquiritur, vt per Gabr. *cons.* 118. *numer.* 22. *lib.* 1. & per Peregr. *de fideicom. art.* 45. *num.* 9. item quando ex dispositione hominis patri vsusfructus prohibetur, vt per Ias. *in l. cum filiosfamilias, num.* 158. & ibi Rip. *num.* 71. *ff. de legat.* 1. Gabr. *loco citato*, & per Peregr. *d. art.* 45. *nu.* 9. ac etiam in aliis casibus relatis per Gab. *in d. consi.* 162. *à nu.* 40. *vsque* 45. & per Boer. *decis.* 195. *&* 196.

756 Postremo limita, quando esset solus vsusfructus relictus, non autem proprietas, quia nec in eo casu patri vsusfructus acquiritur, vt est Glos. magna *in verbo, idem in Auth. idem est, C. de bonis, quæ liber.* aliter sequeretur, quod daretur seruitus seruitutis, si vsumfructum vsusfructus pater haberet, contra text. *in l.* 1. *ff. de*
757 *seruit.* & quod hoc casu non acquiratur vsusfructus patri, vt tenet Ang. *in d. Authen idem, nu.* 2. vbi Corn. & hanc crebriorem sententiam dicit Bursat. *cons.* 133. *lib.* 2. Boer. *cons.* 139. *sub num.* 10. *vol.* 2. Ioan. de Monte Sperel. *cons.* 124. *per tot. lib.* 1. Gabr. *d. cons.* 162. *nu.* 22. *lib.* 2. & per Roder. Suar. *in quæst. an in bonis maternis habeat vsumfructum, n.* 15. 16. *&* 17. Petra de Rauen. *sing.* 192. tradit Brog. de Caual. *de vsufruct. mulier. sub n.* 179. *vers. tamen dubium*, & communem dicit Castill. *de vsufruct. cap.* 63. vbi alios adducit, licèt ipse contrarium sentiat, vt inferius dicetur.

758 Et hoc casu pater non habet vsumfructum formalem, sed tantum commoditatem, vt *in d. glos. in Authen. idem est.* & declarat ibi Ang. *nu.* 2. & Castr. *in princ.* & per Burs. *consil.* 133. *num.* 31. *lib.* 2. Roder. Suar. *loco citato*, Brogn. Caual. *de vsufruct. mulier. sub numer.* 179. *post med. versic. quandoque.*

759 Quod procedit in omni casu, vbi patri vsusfructus formalis non acquiritur: nam pater habebit commoditatem vtendi, & fruendi illis fructibus, vt per Molin. *de primogenit. cap.* 19. *n.* 33. & per Menoch. *consil.* 1022. *nu.* 14. ex doctrina Ias. *in d. l. cum filiusfamilias, nu.* 157. præter quàm in casibus supradictis narratis.

760 Verùm hoc limitari debet, quando patri vsusfructus est prohibitus, de quo supra dictum est, vt tenet Molin. *loco citato, sub nu.* 33. licet Ang. & alii per eum relati contrarium sentiant, & contra Ang. tenet Gabr. *d. consil.* 118. *n.* 12. *in fin. lib. primo, & dict. consi.* 162. *n.* 26. *& seq. lib.* 2. & per Sur. *d. cons.* 316. *num.* 73. *lib.* 1. Castill. *de vsufruct. c.* 3. *n.* 58.

761 Et in dicto casu, vbi filio solus vsusfructus relictus est, & patri de eo commoditas acquiritur, tenetur pater cauere de vtendo, fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo fructus perceptos, vel æstimationem eorum finita commoditate, vt est doctrina Paul. Castren. *in consil.* 445. *n.* 7. *lib.* 2. Ias. *in d. l. cum filiusfamilias, n.* 158. *circa fin. de legat.* 1. Aret. *in §. si quis à non Domino, nu.* 4. *Instit. de rerum diuisione*, & sequitur Burs. *consil.* 133. *num.* 38. *lib.* 2. Brogn. Caual. *de vsufruct. mulier. sub num.* 183.

762 Contrariam verò sententiam nempe patrem acquirere vsumfructum formalem filio relictum, & non solam commoditatem, nec patrem teneri ad restitutionem dd. vsumfructuũ, tenet Castill. *C. de vsufruct. d. c.* 63. *sub nu.* 18. *& seq.* & mouetur ea ratione quia nullibi scriptum reperitur, quod pater teneatur fructus perceptos restituere, quando solus vsusfructus filio relictus est, & non solum *in l. fin. C. de vsufruct.* hoc non exprimitur, sed potius contrarium sentire videtur, cùm in variis locis dicatur, sancimus non
763 interrumpi patri, vel Domino vsumfructum acquisitum. Nec ibi proponit quæstionem: An ex dicto vsufructu patri commoditas acquiratur: sed de acquisitione vsusfructus, expressè tractauit vt constat ex illis verbis, *si vsusfructus per seruum acquisitus, vel per filiumfamilias*, & hanc partem tenet Cyr. *in d. l. fin.* Petr. Aug. Morla *emporij par.* 1. *tit.* 6. *q.* 1. *n.* 6. *ad med.* & refert Castill. *eod. loco sub nu.* 22.

764 Secundo aliud adducit fundamentum, nempè si in eo casu commoditas tantum patri acquireretur, nullo modo procederet, quod Iustinianus deducit, quod si seruus, vel filiusfamilias in præfatos casus inciderit, non interrumpatur patri, vel Domino vsusfructus per eos acquisitus, sed remaneat intactus, si enim acquisitus non fuisset, non posset dici quod remaneret intacta commoditas, & non vsusfructus, si patri acquisita non fuisset, necessario deberet dicere Iustinianus quod mortuo filio in cuius persona remansit vsusfructus, finiretur talis commoditas, per text. *in l. necessario, §. fin. ff. de peric. & com. rei vend.* & tamen Iustinianus *in d. l. fin.* dicit, quod mortuo filio penes patrem remanet vsusfructus quo ad commoditatem, iuxta text. *in l. quicunque, C. de bon. quæ lib. & in l. fin. C. ad Trebell. & in l. vltim. in fin. C. commun. de success.* vbi expressè habetur, quod vsusfructus patri in bonis ad-
765 uentitiis viuente filio acquisitis, eius morte non finitur, & hoc tradit glos. *in d. l. fin.* vbi Bart. & Bald. *num.* 2. *C. ad Tertull.* & tradit Cyn. & Bart. *in l.* 3. *sub numer.* 2. *C. de vsufruct.* & per Pinell. Molin. Odd. Surd. *sup. in fin. ampliat. alleg. numero* 688.

766 Ex quibus idem Castill. *ibidem* infert, quod cùm

cùm hoc casu pateat patrem à lege vsumfru-
ctuarium nominari, atque vsumfructum illum
acquisitum non solum viuente filio, sed etiam
post mortem duraturum, necessario sequitur,
interim dum pater viuit, filium non esse vsum-
fructuarium, ne seruitus seruitutis detur, con-
tra tex. *in d.l.1.ff.de vsufruct. legat.*

Verùm illatio huiusmodi non adeo tuta o-
stenditur, quia etiam si pater habeat vsumfru-
ctum, & à lege vsusfructuarius appelletur, & di-
catur verè vsusfructuarius, quia verba legis in
767 proprio significatu intelligenda sunt, *l.ita vul-
neratus*, vbi Bart. *num.14.ff. ad l. Aquil.* tamen non
tollitur, quia etiam filius non dicatur vsusfru-
768 ctuarius, quia hoc casu, cùm relinquitur Vsus
fructus filio, tunc in eo vsufructu concurrit pa-
ter, & filius, scilicet filius quo ad titulum, & pa-
ter quò ad effectum capiendi vsumfructum eo
viuente: & quia filius est in medio, & habet ti-
tulum vsusfructuarij, impedit quo minus talis
vsusfructus consolidetur cum proprietate, & i-
ta declarat Bald. *in d.l.fin.num.8.vers. quandoque
filio relinquitur. C. de vsufruct.* quæ quidem do-
ctrina à nemine improbatur, vt attestatur i-
dem Castill. *de vsufruct. dict. capit.63. numero se-
ptima.* Et ideo non sustinetur, quod à Castill.
dicitur filium non esse vsumfructuarium, im-
mo sequeretur, quod mortuo patre talis v-
susfructus non rediret ad filium, quia nisi fi-
lius retineret titulum, nec vsumfructum habe-
ret: & tamen omnes DD. tam pro parte aduer-
sa, quàm pro opinione Castill. omnes fatentur
mortuo patre ad filium vsumfructum redire, &
idem Castill. *in dict. cap.63. sub numer. 18. in fine,
num.29.*

769 Tertio pro hac parte adducit, quod text. *in
d.l.fin.* præsupponit, quod vsusfructus resideat
penes patrem, & filium simul, & sic cōtra com-
munem opinionem volens solam commodita-
tem penes patrem residere.

770 Quod quidem fundamentum minus subsi-
stere videtur, quia text. *in d.l.fin.* disponit, quod
si filius, vel seruus moreretur, vel capitis dimi-
nutionem pateretur, non interrumpi patri, vel
Domino vsumfructum, qui per eos acquisitus
est, sed remanere intactum, & è conuerso si pa-
ter, vel Dominus moreretur, vsumfructum per
eum acquisitum penes filium, & seruos inta-
ctum remanere, & non dicitur, quod filius, &
pater, & Dominus, & seruus possideant, vel
quod fructus penes ipsos in simul detineant.
Nam, aut vult Castill. quod quilibet ipsorum in
solidum possideat ad effectum recipiendi v-
771 sumfructum, & hoc esse non potest, nam can-
dem rem in solidum duo possidere non pos-
sunt, text. est in *l.si duo in princip.ff.vti possid.* &
eo magis in præcedenti casu, quia vt ipse dicit
solus pater ratione fructuum possessionem re-
772 tineat, & filius ratione tituli. & sic ad diuer-
sos effectus, quod fieri potest, *cap.licet causam,*
vbi DD. *de probat.* Bart. *in d.l.si duo, num.4.* Rip.
in lege Prætor.§.si index, num.15. ff.de re iudic. Soc.
Iun. *in l.1. num.341. de acquir. poss.* & per Cæsar. de
Grass. *decis.5. num.7. de causa poss. & propriet.* Et
* in alia coram Reuerendissimo Archiepiscopo
Damasceno in vna Sancti Seuerinen. bonorum
20. Decembris 1610. *in fine operis decis.156. nume-
ro 6.* & in alia coram eodem de Sancta Cruce
4. Iunij 1610. *in fin. operis, decis.15 . numero tertio.*
& hoc casu non applicatur casui nostro, quia
non sequitur, quod ambo possideant ad eun-
dem effectum recipiendi integrum vsumfru-
ctum.

773 Quarto, pro sua opinione adducit, quod *in
d.l.fin. de vsufruct.* disponitur, quod vsusfructus
acquisitus per seruum Domino acquiritur: &
filius, & seruus æquiparantur in acquisitione
fructus, quod probatur ex illius verbis in *d.l.fin.*
dum dicit, *vsumfructum per eos acquisitum*: nam
774 cùm illud verbum, *eos*, sit determinabile, &
respiciat plura determinabilia, vniformiter de-
bent illa determinari, *l.iam hoc iure, ff.de vulgar.
& pupil. subst. l.quoniam, C.de in.pub. & alijs substit.*
cum, aliis per Castill. *ibi num.20. allegat.* & præ-
dicta intelligenda sunt in casibus in *d. l.fin.* ex-
775 pressis, quia in aliis casibus maxima est diffe-
rentia inter filium, & seruum in acquisitione v-
776 susfructus: Si quidem seruus quidquid ac-
quirit, domino acquiritur, sed filius non semper
patri acquirit, vt supra in fallentiis deductum
est.

777 Nec semper vna determinatio æqualiter
determinat, præcipuè vbi maior est fauor: inter-
dum plus debetur vni determinabilium, quàm
alteri, vt declarat Ias. *in d.l.iam hoc iure, numer.11.
vers. limita.* & per Picum, *in l.Titia.§.Titia cum
nuberet, num.33. de legat.2.* & per Menoch. *cons.76.
778 num.15.* nam magis fauendum est filio, quàm
seruo, cui prohibetur officium procuratoris, *l.
seruum quoque ff.de procurat. l.non seruum. C.de rei
vendic.* Nepos de Monte Albano *de except. art. 8.
779 num. 42.* Filiusfamilias procurator esse po-
test, *cap. penult. extra de procur.* Insuper potest es-
se consul, & Index, *l.3. ff. de Adopt.* quod seruo
prohibetur, *l.cum prætor. §.non autem. ff. de iud.*
Bart. *in l.pedibus.§.in seruum, numerò primo, de re-
cept. arbitr.* & infinita ad hunc effectum addu-
ci possunt.

Ex quibus idem Castill. *in d.cap.63.nu.24.* con-
cludit patrem non teneri hoc casu fructus ali-
quos, vel æstimationem restituere.

Verùm, quia contra communem opinionem
est glos. in *Authen. hoc idem. C.de bon.quæ lib.* mul-
tum obstare videtur primum, & secundum fun-
damentum supra relatum: Ideo pro concordia
ita distinguendum putaui, quod, & commu-
ni opinioni correspondet, nempe quod pater
in isto casu habet commoditatem, hoc est per-
780 cipere fructum ex vsufructu filio relicto, sed
fructum principalem (vtilitate retenta, quam
ex pretio dictorum fructuum perceperat) post-
ea filio restituat: cùm vsumfructum formalem
pater acquirere non possit, impediente regula
illa supra relata, ne seruitus seruitutis permitta-
781 tur, & de hac commoditate rationem redde-
782 re non teneatur, sed propria efficiantur. Prin-
cipalem verò fructum relictum, illum restituere
783 teneatur. Et hanc distinctionem tenet Gabr. *d.
cons.162. n. 26. lib. 2.*

Nec verba text. *in d.l.fin. C.de vsufruct.* distin-
ctioni huiusmodi contrariare videntur, dum
dicunt non interrumpi patri, vel domino vsum-
fructum, qui per eos acquisitus est, quia patri
acquiritur vsusfructus ad effectum, vt ex eo
percipiat vsumfructum, & habeat vsumfructum
dicti vsusfructus, quod si aliter intelligeretur,

784 sequeretur, quòd legatum huiusmodi redderetur inutile respectu filij viuente patre, etiam si
785 contemplatione filij relictum esset, & regulariter, & in dubio, contemplatione filij non
autem patris censetur relictum, vt disponit tex. *in d.l.fin.in fin.* dum dicit, *cùm plerumque verisimile sit testatorem contemplatione magis filij, quàm patris vsumfructum ei reliquisse*, & ibi glos. dicit; dictionem illam *plerumque* regulam in cõtrarium ostendere; & hanc regulam ex infinitis ponit Card. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.4.tit.16. num.4.* & nouissimè Menoch. *de præsumpt.lib.3. præsumpt.128.num.17.* cum aliis relat. per Castill.
786 *de vsufruct.d.cap.63.n.6.*&, quando contemplatione filij relinquitur, tunc proprietas soli filio acquiritur, & vsusfructus patri, vt est text. *in d.l. cum oportet.C.de bon.quæ lib.* Card. Mant. *in d.lib. 4.cap.16.nu.1.*
787 Vnde dicendum est, quod fructus formalis fuit relictus, & tanquam proprietas filio acquiritur, & vsusfructus illius patri.
788 Quod comprobatur, quia si legatus est filio vsusfructus, certum est dominium illius statim transire in filium legatarium, *l.à Titio.ff.de furt. l.legatum ita ff.de legat.2.* Natt. *conf.431.nu.17.* Cephal. *conf.50.num.1.* Card. Mant. *de coniect.vlt.volunt.lib.7.tit.10.sub num.31.* Surd. qui alios refert, *conf 300.num.1.lib.2.*
789 Et si filius patri in bonis aduentitiis acquirit vsumfructum *d.l.cum oportet.* non est dicendum, quod ipse acquirat dictum legatum, cùm
iam filio illius dominium eiusdem rei est ac-
790 quisitum, & penes duos in solidum esse non possit. *l.si vt certo.§.si duobus vehiculum ff.commod. l.3.§.ex contrario ff.de acquir.poss.*& declarat Bart. *in d.§.si duobus col.1.* Menoch. *conf.226.nu.154.* Rot. *diuers.decis 262.n.2.par.1.*
791 Ex quibus sequitur, quod pater de illo rationem reddere tenetur, ac cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri præstare, vt supra deductum est, & hoc casu Saluianum
792 vigore obligationis, & hypothecæ patris super dicta commoditate, id est super fructibus dicti vsusfructus experiri poterit, cùm ad eum spectent.

In reliquis autem supradictis casibus vsusfructus patri non acquiritur, cùm deficiat substantiale fundamentum secundi extremi, vt deductum est *in prima Inspect.cap.5.* cessat etiam Saluianum.
793 Vigesimo Septimo in consequentiam, & declarationem quæstionis præcedentis quæro, An Saluianum contra alios vsusfructuarios vigore eorum generalis obligationis experiri possit; pro cuius clariori articuli intelligentia, Primo
794 dicitur quod Ius vsusfructus obligari, vel hypothecari non potest, *l.sed si quid in fin.ff.de pign.* & per Bald. *in conf.335. sub numer. 1.lib.1.* vbi ponit differentiam inter ius, & vsumfructum, tamen bene vendi, & obligari potest, vt transferatur commoditas vtendi & fruendi in creditorem, seu emptorem, *l.arboribus,§.vsufructuarius, ff.de vsufruct.*& tradit Bart. *in l.si is qui §. vsufructuarius sub num.1.ff.de pign.* & Salic. *in l.1. C. si pign. pign.dat.sit*, & ibi Bald. *sub nu.3.*& per Negus. *in 2.memb.2.par.nu.48 & in 3.memb.2.par.nu.9.in fin.* Curt. Iun. *conf.142.sub nu.15. & seq.* Menoch. *1022. n.11.lib.11.* Put. *decis.212.lib.3.*

795 Quod ampliatur Primo quod nec vsusfructuarius debitor potest cedere ipsum vsumfructum creditori, sed solùm fructuum commoditatem, vt declarat Bart. *in l.1.numer.6. C. quibus. ced.poss.* Bald. *conf.344.lib.4.* & per Menoch. *dict. conf.1022.numero 11.*& latius per Tiraquel. *de retract.lignag.§.26.glos.1. numer. 43.* qui alios adducit.
796 Secundo ampliatur, quod sententia lata pro debito vsufructuarij, non potest exequi contra Ius vsusfructus, sed contra commoditatem illius vsusfructus, vt tradit Franc. Marc. *decis.822.num.4.par.2.* quem sequitur Caualc. *de vsufruct.mulier.sub numer.66. ante fin. vers. Franc. Marc.*
797 Tertio ampliatur, quod donans, seu cedens omnia bona reseruato sibi vsufructu, non potest Ius ipsius fructus in creditores transferre, sed tantum commoditatem, vt per Aym. *consil. 213.sub num.2.* Caual. *de vsufruct.sub nu.66.ante fin. vers.sentit Crauet.*
798 Quarto ampliatur, quod nec in fiscum vsus fructus transit, sed sola commoditas vsusfructus vtendi, & fruendi in eum transfertur. *l.si postulauerit,§.iubet.de adult.*& tradit Alex. *in l.si finita, §.si de vectigalibus, num.5. ff.de damn.infect.*& per Nell. *in tract.de bannit. in 2.par. temp. quæst.27.* Contrarium tamen tenent multi: sed enim hæc conclusio multas recipit declarationes, ideo vide per Farinac. *in sua theor.& prax.crim.de delict. & pæn.quæst.24.per totum.*
799 Quinto amplia, quod si quis cederet vsumfructum, intelligitur cessisse solam commoditatem, vt per Aym. *consil.92.num.5. & cons.212. sub nu. 8.vers.sed magis in terminis.& in cons.335. sub nu.3. lib.1.& in l.1.sub u.3. C.si pign.pig.dat.sit.* Curt. Iun. *consil.142.sub num.5.circa med.*& per Caualc. *de vsufruct.sub numer.67.* Rimin. Sen. *consil.652. num.3. lib.4.*
800 Sexto amplia, quod per constitutum solum transfertur possessio talis commoditatis vtendi & fruendi, vt per Tiraquel. *de constit.possess. par.2. ampliat.33.n.4.*
801 Septimo Amplia, quod licet in bonis emphytheoticis, & feudalibus acquiri non possit vsusfructus, vt tradit Picus *in l. Titia, §.Titia nu.122. de legat.2.* Alexan. *conf.18.num.2.lib.5.* Paris. *consil. 98.num.3.& 8.lib.2.* Ias. *conf.123.colum.1.lib.4.* latè Neuiz. *consil.9.num.2.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.1.glos.7.num.48.* Rom. *sing.626.* Crem. *singul.85.* Boer. *quæst.199.num.4.* Menoch. *de præsumpt.lib.4. præsumpt.142. nu.4.* & in specie, quod nec hypothecari possint deduxi supra *in 1.quæst.in 4.limitat.n.54.& seq.*
802 Intelligendo tamen de feudis ex pacto, & prouidentia, quæ omnia sunt inalienabilia, vt est text. *in cap.Imperialem. §.præterea*, vbi omnes scribentes *de prohibit.feud. alien. per Feder. in vsibus feudorum*, & declarat Picus *in d. §.Titia. num. 129.* Molin. *de primogen.lib.1.cap.7. num.2.* Menoc.
803 *de præsumpt.142. num.9.* pro vt etiam de bonis emphytheoticis, quæ omnino sunt inalienabilia, veluti si concessa fuerint pro filiis, & descendentibus. Vnde dicitur ex pacto, & prouidentia, pro vt declarat Picus *in d.§.Titia numero 129.* Menoch. *de præsumpt.142. numero 10.* vbi ait ita intelligendos esse, Rom. Cum. Tiraquell. & alios supra citatos, quia dicitur species alienationis,

tionis, vt declarat Parif. *d.confi.98.n.5*, cum alijs
supra allegatis, & per Menoch. *d.conf.1022.n.9.&*
10.lib.11.
804 Tamen ex eis acquiritur commoditas fru-
ctuum, vt per Bald. *in l.1.num.6.C.qua bon.ced.*
poss.& in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. & tra-
dit Ias. *in §.vlt.num.57.Instit.de act.* Ruin. *cons.175.*
num.13.& 18.lib.1. latè per Roland. *cons.80.num.35.*
lib.1. Bero. *quæst.fam.95.num.9.* Clar. *in §.feudum.*
quæst.31.vers.successiue, Rrodad. *de rebus Ecclesia-*
sticis non alien.quæst.32.col.ul, quod de vsufructuario,
num.3. Conar. *var.resolut.lib.1.cap.8.num.7.* Franc.
Curt. *de feud.par.4. sub num.95. vers.tertiam am-*
pliationem. Surd. *de alim.tit.4.quæst.10. num.29.&*
tit.8.priuil.43.nu.6. Negusl. *de pignor. in 2.memb.2.*
par.num.48.
805 Quæ quidem commoditas obligari, & hy-
pothecari potest, ac in alium transferri, vt in
specie tradit Bart. *in l.si is qui.§.vsumfructum, sub nu.*
1.ff.de pign. Salic. *in l.1. C.si pign.pign. dat.sit.* Ne-
gusl. *de pignor.2.memb.2.par. num.28. & 48. & in 3.*
memb.2.par.num.14. Rolan. *d.cons.80.num.35.* cum
omnibus aliis proximè allegatis, Menoch. *dict.*
consil.1022. num.11. & de bonis emphytheoticis
latè deduxi *in præcedenti cap.in 1.quæst.* & sic vir-
tute dictæ obligationis, & hypothecæ Saluia-
num à creditore aduersus dictam commodita-
tem experiri poterit.
806 In aliis verò bonis emphytheoticis hæredi-
tariis, & alienabilibus, potest non solum vsus-
fructus in eis constitui, vt tradit Picus *in d.l.*
Titia.§.Titia.num.125. Alexan. *in l.3.§.contrario.n.*
36. vbi Ias. *num.63.ff.de acquir.poss.* Alexand. *con-*
sil.120.sub num.4.& 5.lib.1. Tiraquell. *de retract.li-*
gnag.§.1.glos.7.nu.48. Menoch. *in d. præsumpt.142.*
num.11.
807 Verùm potest, & ipsam Emphytheosim ob-
ligare, & hypothecare, & venit in generali ob-
ligatione, vt deduxi latè supra *in princip.præsen-*
tis ca. in 1.quæst.
808 Aduertendum tamen est, quod si durante v-
sufructu aliqua res in commissum ceciderit, ve-
luti ob non solutionem canonis, vel propter a-
lienationem inrequisito dominò, vel alia ex
causa bona, huiusmodi non ad vtilitatem credi-
toris, sed ad proprietarium spectabunt, vt per
Oldrad. *cons.240.* & per Tiraquel. *de retract.li-*
gnag. ad fin.tit.num.111. Ias. *in l.fin.nu.45.C.de iur.*
Emphyt. & latè per Molin. *in consuetud. Parisien.*
tit.1.§.1.glos.9.num.37.38.& 40. reprobando Tira-
quell. distinctionem in hac re factam. & sub *nu.*
45. regulam constituit, quod bona quæ in com-
missum cadunt ad proprietarium spectant: v-
sumfructum verò dictorum bonorum, ad vsum-
fructuarium durante vsufructu pertinere: & ita
etiam tradit Tiraquell. *loco citato*, & per Molin.
vbi supra num.38. & Io. Guttier. *de tut. & cur.par.*
3.cap.30.num.15. & sequitur Castill. *d.cap.36. n.46.*
& seq.
Cæterùm pro vera præsentis articuli intelli-
gentia, hoc locò explicandum est, quæ sit ista
commoditas, & qualiter in diuerso casu ca-
pienda sit.
809 Si quidem altera est de qua *in præcedenti*
quæst.18. Fallentia. numer.754. & seq. deductum
fuit, quod licèt aliquando patri in bonis filij v-
susfructus non acquiritur, tamen commodi-
tas illius vsusfructus ei acquiritur. Nam hæc
cōmoditas patris in illo casu differt à cōmodi-
tate, quæ aliis vsufructuariis acquiritur; quia il-
la patris commoditas, quam ratione patriæ po-
testatis habet solum operatus, vt pater in vten-
do, & fruendo fructibus bonorum filij possit
consequi fructuum fructus dictorum bono-
rum, vt declarat Castren. *in cons.455. sub numer.7.*
lib.2. & per Brogn. Caualc. *de vsufruct.num.182.* &
per Menoch. *d.cons.1022.sub nu.16.lib.11.*
810 Eamque commoditatem pater sub onere
habet de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri,
ac illorum pretium, & æstimationem filio, cùm
sui iuris erit, restituendi, quod intellige quo ad
ipsam commoditatem, hoc est quo ad fructus,
non autem quo ad fructuum fructus, vt decla-
rat Paul. de Castr. *in d.consi.455.sub nu.7.* Ang. A-
ret. *in §.1.sub num.5.Instit.per quas personas nob.acq.*
Roder. Soarez, *de maioratu num.38.* Negus. *de pig.*
in 4.memb.2.par.num.15. Caualc. *de vsufruct. nu.81.*
in fin. Franc. Porcell. *de duobus fratribus qu.1.n.99.*
& per Peregr. *de fideicom.art.45.nu.9.*
811 Ac insuper cautionem de restituendo, & ita
fruendo præstare tenetur secundum Caual. *de*
vsufruct.nu.185. licèt contrarium teneat Pinell. *in*
l.1.par.2.n.20.C.de bon.mater.
812 Ex quibus patet, etiam hanc commoditatem
ab vsufructu valdè differre, vt etiam declarat
Peregr. Caualc. *locis citatis*, & Menoch. *dict. cons.*
1022.num.18.
813 Altera etiam deducitur, nam in aliis casibus,
in quibus vsusfructus patri acquiritur mortuo
filio non extinguitur, sed perdurat donec pater
viuit, *l.3.C.de vsufruct.* latè per Molin. *de maio-*
ratu, cap.19.n.20. & per Menoch. *d.cons.1022.num.*
18. & post Bart, Bald. & Castr. per eum allegat.
tradit Pinell. *in d.l.1.par.1.n.29. vers.octauo limita*
de bon.mater. qui communem dicit, & idem fir-
mat Caual. *de vsufruct.num.180.* sed in his in qui-
bus non habet, nisi solam commoditatem, tene-
tus fructus filio restituere, cùm sui iuris erit, vt
deductum est.
814 Alij verò, qui hanc commoditatem in bonis
feudalibus, seu emphytheoticis habent, ad vi-
tam feudatarij, seu Emphyteutæ perdurat, vt
per Paris. *d.cons.98.num.11.vol.2.* Bero. *d.quæst.95.*
num.11. & per Castr. *d.cons.455.sub num.7.* Aymo.
cons.213.num.2.& 3. Ias. *in l.fin.num.118.C.de Iur.Em-*
phyt. latè per Molin. *de primogenit. lib.1. cap.19.*
vers.quod ex eo etiam. Menoch. *d.cons.1022. numer.*
19. Barbos. *in l.vsufructu sub numer.15.ff.sol.mat.*
matr.
815 Insuper etiam altera est commoditas, quam
habet pensionarius, quando pensio posita est
super capite alterius, & similiter perdurat vita
durante illius, super cuius capite, & periculo
posita est, vt declarauit Rota coram R.P.D.
* Robusterio in vna Hispalensis pensionis 18.
Nouembris 1573. *in calce operis decis.158. nu.6.* vbi
declaratur, quod ille, qui habet talem commo-
816 ditatem, agit actione mandati ad illam con-
sequendam; nam cùm talis commoditas obli-
gari, & hypothecari possit, vt supra deductum
est, & tradit Negus. *de pign.in 3. membr.2. par.nu-*
817 *mero nono*, poterit Saluianum illius vigore ex-
periri.
His itaque sic præmissis, quod vsusfructus,
& commoditas obligari, & hypothecari possit
modo, & forma, ac de illis bonis de quib. supra

deductum est: Inspiciendum est quæ bona veniunt in vsufructu ad effectum, vt creditor vigore generalis obligationis,& hypothecæ Saluianum aduersus eum intentari possit.

818 Et primo constituendo regulam generalem dicitur; quod nulla res est quin non cadat sub vsufructu generali, veluti in legato omnium bonorum, vt per Corn. *cons.187.num.11.lib.2.* Dec. *respons.35.nu.52.lib.2.* vbi ait contineri vtilitates
819 vniuersas, & emolumenta, quæ quoquo modo ordinatiæ, vel extraordinatiæ possunt esse in re. in quâ quis habet vsumfructum, Tiraquel. *in l.si vnquam,* in verbo *bonu, sub nu.8. C.de reuoc.donat.* Odofred. *de cur. bon.dand.in tit.qua res vsufruct.appell.veniant.cap.4.num.1.* Anchar. *quæst.64. num.17.* Caualc. *de vsufruct.sub num 84.* Arius Pinell. *in Rubr.C.de bon.mater.part.1.nu.2.* Castill. *de vsufruct.cap.30.nu.7.* Surd. *decis.31.nu.12.& cons.26. num.10.lib.1.*

820 Quod procedit etiam si sine pronomine *meorum* fuerit legatum. vt per Pinell. *in d.Rubr.nu.7. C.de bon.mater.* Caualc. *de vsufruct.sub nu.84.circa med.cum ibi allegat.*

821 Vnde infertur procedere etiam in augmento facto per alluuionem bonis legatis, cùm veniat in fructu, *l.qui vsufr.in princ. l.item si fundum §.huic ff.vsufruct.& quem.quis vtar.& fruat. cicat.* Alber.Brun. *de aug. conclu.15. num.23.& conclu.16. num.8. vers.septima,* Cæpol. *de ser.rustic.præd.cap.4.& de seru.aquæ ducendæ nu 35.* Corian. *Comment. Iuris ciuil.lib.4 cap.1. num.3.ad fin.* & per Cephal. *cons.773.à num.31.vsque ad num.48.lib.5.* Menoch. *in cons.201.num.144.cum pluribus seq.lib.3.* qui doctissimè hunc articulum explicat, & ad contraria respondet.

822 Et licèt Alber.Brun. *loco citato,* hanc conclusionem limitet procedere, quando post factum legatum per alluuionem insula accreuerit; tamen contrarium tenet Menoch. *dict. consil.201.* qui ad contraria multis fundamentis respondet.

823 Secundo infertur, quod in legato huiusmodi venit etiam laudemium cùm cõprehendatur in fructu. Oldrad. *cons.14.num.1.* Soc.Iun. *cons.70. numer.3.volum.3.* Paris. *cons.96.num.18.vol.2.* Clar. *in §.emphyteusis quæst.13.* & de communi attestatur Reod. *de rebus Eccles.non alienan. quæst.66. numero 14.* Ioan. Andr. *in addit. ad Specul.in tit.de loc.§.nunc aliqua num.92.* & per Menoch. *consil.66.num.36.lib.1.* Surd. *d.decis.31.num.12.* & de hac materia vide deducta infra *in quarto cap. in 16. quæst.*

824 Tertio infertur, quod sub dicto legato, venit etiam ius præsentandi patronatum, quando vniuersitati bonorum sit annexum, vt per Lambert. *de iure pat. lib.1. 2. par.10.quæst.princ.art.3. num.8.* Rocch.de Curt. *de iurepatronatus vers.ipse vel is num.64.* Carol. Molin. *in consuetud.Paris.§.1. glos.1.num.4.* Lud.Molin. *de promogenit.Hispan.lib.1.cap.24. num.4.* Cels. *cons.23 numero 1.* Odofred. *de curat.bon.dando in tit.quæ res fruct.appell. continetur.cap.4.sub numer.11.* Ioann.Gutier. *de tut.& curat.3.par.capit.19.* Castill. *de vsufruct. capit.36. num.15.*

825 Quarto infertur, quod in huiusmodi legato comprehenditur emolumentum, seu fructus, ex exemplatione protocollorum percipitur, vt per Castr. *in l.diuortio,§.si vir,sub nu.3.* & Roman. *num.11.ff.solut.matrim.* reiecta opinione Bar. contrarium sentientis, & hanc communem dicit Gugliel.Bened. *in repet.cap.Raynutius nu.27. vers.cætera bona,de testam.* Crau. *in §.legatum, quæst.31.* Caualc. *de vsufruct.sub num.84.* Odofred. *de curat. bon.dand.in tit.quæ res fructus appell.continetur,capit.4.sub num.10.* vbi ait, quod actuarij, & tabel-
826 lionis salaria veniunt in fructu, hanc etiam opinionem tenet Menoch. *de præsump.lib.4.præsumpt.142.num.15.*

827 Sed hanc distinctionem Bald. *in l. diuortio, §. si fundum circa med.* ita concordando distinguit: scilicet, quod aut quæritur, an pecunia ex protocollis redacta ad vsumfructuarium pertineat in perpetuum, & hoc modo verum est hanc pecuniam non deberi,& sic procedit opinio Bar.

828 Aut verò quæritur, vtrum talis pecunia pertinere debeat ad vsumfructuarium omnium bonorum, quo ad potestatem vtendi,& fruendi duntaxat durante vsufructu, & dicendum est quod sic, quemadmodum aliæ pecuniæ,& hanc distinctionem tradit etiam Bald. *in l.1.nu.13.C.de fruct.& lit.expen.* vt per Ias. *d.§.si vir.ff.solut.matrim.num.4.& 5.*& ibi Alexand. *nu.5.* Et hanc etiam opinionem, & distinctionem sentit Card. Mant. *de coniect.lib.9.tit.6.num,15.* & latè per Castill. *de vsufruct.cap.36.n.43.* quam veriorem credo ex responsionibus per Ias.& Alexan. *in locis allegatis* traditis.

829 Quinto infertur, quod concesso Castro ad vsumfructum, seu dato per mulierem in dotem, pœnæ, mulctæ,& confiscationes veniunt in vsufructu, vt per Bart. *in l.fin.ff solut.matrim.* & ibi Bald.& Alexand. *sub num.1.* vbi de communi attestantur,& per Crau. *in d §.legatum quæst.32.* Odofr. *de curat.bon.dand.in tit. quæ res fruct.appellat. continetur cap.4.num.10.* latius per Castill. *de vsufruct.cap.36.num.30.* vbi, & pœnas,& mulctas,& condemnationes, & emolumenta officiorum contineri ait Molin. *de primogen.lib.1.cap.25.nu.22.& 23.*

830 Sexto infertur, quod in generali vsufructu veniunt etiam venationes,& piscationes, vt per Franc.Marc. *decis.532.* Caualc. *de vsufruct.sub n.84.* Molin. *de primogen.Hispan.lib.1.c.22.num.9.& 10.* Tiraquell. *de retract.lignag.§.1.glos.7.n.116.* Carol. Molin. *in consuet.Parisien.tit.1.§.1.glos.8. nu.17.& 20.* & an veniant palumbæ de columbario, & pisces qui in viuario detinentur, vide declarationem positam per Castill. *dict.capit.36. numero 27.*

831 Nempe posse vsumfructuarium columbas, & pisces, & animalia existentia in viuario accipere, dummodò aliæ in locum demortuarum substituantur, ita, vt post mortem vsusfructuarij idem ferarum,& animalium numerus remaneat, vt tradit Molin. *de primogenit.Hispan.d.cap.22.num.8.* Io.Guttier. *de tut. & cur.par.3.capit.27. num.22.*

832 Septimo infertur, quod in dicto generali vsufructu veniunt etiam vecturæ animalium & iumentorum,& per Odofr. *de curat.bon.dan. d.cap.4.n.1.* Paris. *cons.96.n.9.lib.2.* Caual. *de vsufruct.sub n.84.post med.* Io.Guttier. *de tut.& curat.part.4.c.21.nu.16.& 17.*

833 Item comprehenduntur etiam vecturæ nauium, vt per Odofr. *loco citato,n.1.* & per Menoc.

de re-

de recuper. poss. remed. 15. num. 625. ante fin. intelli-
gendo tamen largo modo, non autem secun-
dum iuris ciuilis interpretationem, prout latè
declarat Castill. de vsufruct. cap. 36. num. 69. & 70.
vbi reprobat Alexand. Afflic. & Franc. Marc. o-
pinionem.
834 Octauo infertur, quod comprehendit fœtus
pecorum, vt per Odofred. loco citato n. 10. Caual.
de vsufruct. sub nu. 84. ante fin. Paris. d. consi. 96. nu.
10. vbi ait, quod in loco demortuorum vsufru-
835 ctuarius tenetur alia animalia eiusdem generis
ponere, & finito vsufructu illa restituere, & se-
quitur Cauale. loco citato. Crass. in d. §. legatum qu.
30. num. 7. Picus in d. l. Titia. §. final. quæst. 32. nume-
ro 113.
836 Cæterum aduertendum est, quod repletio
facienda est ex fœtibus eiusdem generis; nam si
vsusfructuarius non habuisset, vnde ex fœtibus
substituere posset, tunc aliunde substituere nõ
tenetur, sed gregem tantum, & talem, prout re-
peritur tempore finiti vsusfructus, restituere te-
netur, vt tradit Picus in d. l. Titia. §. Titia, quæst.
32. num. 114. de legat. 2. Connanus in comment. iuris
ciuil. l. 4. capit. 2. numer. 2. & ita etiam per Castill.
de vsufruct. capitul. 27. n. 11. in fi. qui alios adducit.
837 Nono infertur, quod vsusfructuarius possit
aurifodinas, & lapidicinas in re in qua habet
vsumfructum instituere, quamdiu non esset cul-
turæ nociua, tex. est in l. si cui fru... & l. quasi-
mam alias vsufructuarius. ff. de vsufruct. & latè per
Castill. de vsufruct. cap. 37. nu. 16. vsque 19. vbi ait
procedere, quatenus fundus preciosior fiat, &
838 vsusfructuarius expensas non repetat; nam si
fundus deterioratur, tunc vsusfructuarius te-
neretur de damno, & excauata restituere, ex
doctrina Castr. Ioannis Garsiæ, & per Mo-
839 lin. per eum alleg. intelligendo tamen de la-
pidibus, qui ibi nascuntur, non autem si mar-
mora ibi inueniuntur, vt declarat Ang. & Ca-
str. in l. diuortio. §. si vir. ff. solut. matrim. & diffuse
vide de hac materia per Barbos. in d. l. diuortio
§ si vir. numer. 10. cum pluribus seq. Et simili-
ter potest venas auri, & argenti perquirere,
dummodo culturæ non noceat, vt per Ang. in l.
si vsusfructus. §. fructuarius. ff. de vsufruct. Aym. consi.
209. num. 2. & 3. & per Castill. loco citato, non au-
840 tem si ibi thesaurus inueniretur, quia eo casu
de iure pro medietate inuentori, & pro alia me-
dietate ad dominum spectat, vt declarat Castr.
Bart. in d. l. diuortio §. si fundum num. 1. ff. solut. ma-
trim. Gugliel. de Bened. in repet. cap. Raynutius de
testam. versi. cætera bona. Carol. Molin. in consuet.
Parisien. tit. 1. §. 1. glos. 1. num. 43. Molin. de primoge-
nit. Hispan. cap. 23. num. 2. Barbos. latè ponit in l. di-
uortio §. si fundum numer. 23. vbi multa allegat. &
contrariam reprobat opinionem, & per Card.
Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. titul. 30. nu-
mero 36.
841 Decimo infertur, quod in vsufructu omniũ
bonorum veniunt etiam bona, quæ vsu consu-
muntur, l. vxori meæ ff. de vsufruct. leg. l. bonorum ff.
de verb. sign. Alexand. consi. 120. num. 1. lib. 1. & per
Aym. consi. 300. sub numer. 5. Pinell. in d. l. 1. par. 2.
num. 81. C. de bon. mater. Caual. de vsufruct. mul. nu-
mer. 88. Corn. consi. 187. num. 3. in fin. lib. 2. Paris. cons.
98. num. 3. lib. 2. Quod tamen procedere intelli-
ge, si vsusfructuarius satisdederit de restituen-
do tantundem in suo genere, eiusdem bonita-
tis, vel æstimationem illorum, vt declarat Alex.
in d. consi. 120. sub num. 1. Corn. d. consi. 187. sub num.
4. Caual. loco citato. Paris. loco citato. Ioseph. Lud.
decisi. 61. numero 15. par. 2. qui multos allegat, e-
tiam per Thesaur. decisi. 80. num. 1. Castill. de vsu-
fr. capit. 14. num. 3. & hanc opinionem defendit
Pinell. in d. l. 1. par. 2. n. 75. & 78. & 80. qui commu-
nem dicit.
842 Vndecimo infertur, quod in legato vsufru-
ctu omnium bonorum veniunt etiam nomina
debitorum, l. vxori meæ ff. de vsufruct. legat. & per
Alex. Ias. in l. diuortio §. si vir in fundo sub num. 6. ff.
solut. matr. Corn. cons. 187. sub n. 5. in fi. & n. 10. lib. 2.
Crass. in d. §. legatum qu. 34. in princ. Tiraq. in l. si
vnquam in versi. bona sub numer. 8. C. de reuocan.
donat.
843 Limitatur, quando esset legatus vsusfructus
mobilium, & immobilium, quia tunc non ve-
niunt nec iura, nec actiones, vt ex infinitis rela-
tis per Gabr. de verb. signi. concl. 7. numer. 1. quibus
adde Craues. consi. 300. sub n. 8. Roland. cons. 95. nu.
10. vol. 2. Pinel. in Rubr. C. de bon. mater. par. 1. n. 24.
& 30. Surd. cons. 26. n. 3. lib. 1. Caual. de vsufruct. num.
85. vbi limitat nisi constaret de mente testatoris
vt per Paris. consi. 67. num. 9. lib. 2. & per Pinell. lo-
co citato.
844 Secundo limitatur, quãdo legatum esset re-
strictum ad certum locum, veluti de bonis mo-
bilibus, & immobilibus, quæ domi sunt, nam
tunc non veniunt iura, & actiones, vt per tex. in
l. si ita leg. de leg. 3. Dec. cons. 472. Bero. consi. 44. n. 1.
4. & 12. lib. 2. Soc. Sen. cons. 101. n. 4. lib. 1. Lap. alleg.
92. Ioseph. Lud. d. conclu. 48. vers. mobilium. Rot. di-
uers. decis. 546. num. 4. par. 1.
845 Tertio limitatur in mercibus, & venalibus,
quæ non veniunt in legato mobilium, l. genera-
li. §. vxori ff. de vsufruct. legat. l. si cerus §. 1. de lega.
3. Alex. cons. 30. n. 16. lib. 5. Paris. cons. 79. nu. 47. lib. 2.
Pinell. in Rubr. C. de bon. mater par. 2. n. 58. Cauale.
de vsufruct. sub n. 83. vers. nec etiam, & per Put. dec.
20. n. 5. & per Rot. coram Cæsar. de Grass. dec. 149.
num. 3.
Licet Put. d. decis. 20. limitet quando esset reli-
ctum coniunctæ personæ, & Menoch. cons. 407.
n. 10. lib. 5. limitet, quando testator dixerit, lego
846 omnes res, vel si dixerit, quoquomodo sunt in domo,
847 vt per Alex. d. cons. 20. n. 5. Et an pecuniæ veniat
in legato mobilium, vide per Ioseph. Lud. d. con-
clus. 48. vbi multa deducit. Cauale. de vsufruct. n.
82. Tiraquel. de retract. consanguin. §. 1. gl. 7. n. 103. &
seq. & per Menoch. cons. 407. nu. 20. lib. 5. Thesaur.
decis. 160. & in d. decis. 149. coram Grass. & in d. de
* cis. Romana compromissi coram Robusterio
in calce operis dec. 152. num. 6. Menoch. d. cons. 407.
lib. 5. Bero. cons. 43. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib.
848 4. præsumpt. 138. ponit casum, & an veniat Mo-
lendinum, & naues, vide per Ioseph. Lud. d. con-
clus. 48.
849 Item an in legato vsusfructus omnium bo-
norum mobilium veniat vinum, oleum, & fru-
mentum iam reconditum, vel ad vsum domus
repositum, vide per Sforz. Odd. cons. 10. Menoch.
cons. 407. num. 20. lib. 5. Riccard. ad Rubr. Instit. de
vsufruct. n. 91. & per tot.
850 Duodecimo infertur quod vsusfructuarius
possit incidere arbores cæduas, seu siluam cæ-

deductum est: Inspiciendum est quæ bona ve-
niunt in vsufructu ad effectum, vt creditor vi-
gore generalis obligationis, & hypothecæ Sal-
uianum aduersus eum intentari possit.
818 Et primo constituendo regulam generalem
dicitur; quod nulla res est quin non cadat sub
vsufructu generali, veluti in legato omnium
bonorum, vt per Corn. *cons. 187. num. 11. lib. 2.* Dec.
respons. 35. nu. 52. lib. 2. vbi ait contineri vtilitates
819 vniuersas, & emolumenta, quæ quoquo mo-
do ordinariæ, vel extraordinariæ possunt esse in
re, in qua quis habet vsumfructum, Tiraquel. *in
l. si vnquam, in* verbo *bona, sub nu. 8. C. de reuoc. do-
nat.* Odofred. *de tut. bon. dand. in tit. qua res vsu-
fruct. appell. veniant. cap. 4. num. 1.* Anchar. *quæst. 64.
num. 17.* Cauale. *de vsufruct. sub num. 84.* Atius Pi-
nell. *in Rubr. C. de bon. mater. part. 1. nu. 2.* Castill. *de
vsufruct. cap. 30. nu. 7.* Surd. *decis. 31. nu. 12. & cons. 26.
num. 10. lib. 1.*
820 Quod procedit etiam si sine pronomine *meo-
rum* fuerit legatum, vt per Pinell. *in d. Rubr. nu. 7.
C. de bon. mater:* Cauale. *de vsufruct. sub nu. 84. circa
med. enim ibi allegat.*
821 Vnde infertur procedere etiam in augmen-
to facto per alluuionem bonis legatis, cum ve-
niat in fructu, *l. qui vsufr. in princ. l. item si fundum
§. huic ff. vsufruct. & quem. quis vsufr. & fruat. cirat.*
Alber. Brun. *de aug. conclu. 15. num. 23. & conclu. 16.
num. 8. vers. septima,* Cæpol. *de ser. rustic. præd. cap.
4. & de seru. aqua ducendæ nu. 35.* Coran. *Comment.
Iuris ciuil. lib. 4. cap. 1. num. 3. ad fin.* & per Cephal.
cons. 773. à num. 31. vsque ad num. 48. lib. 5. Menoch.
in cons. 201. num. 144. cum pluribus seq. lib. 3. qui do-
ctissimè hunc articulum explicat, & ad contra-
ria respondet.
822 Et licet Alber. Brun. *loco citato,* hanc conclu-
sionem limitet procedere, quando post factum
legatum per alluuionem insula accreuerit,
tamen contrarium tenet Menoch. *dict. consil.
201.* qui ad contraria multis fundamentis re-
spondet.
823 Secundo infertur, quod in legato huiusmo-
di venit etiam laudemium cum comprehendatur
in fructu. Oldrad. *cons. 14. num. 1.* Soc. Iun. *cons. 70.
numer. 3. volum. 3.* Paris. *cons. 96. num. 18. vol. 2.* Clar.
in §. emphyteusis quæst. 23. & de communi attesta-
tur Reod. *de rebus Eccles. non alienan. quæst. 66. nu-
mero 14.* Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de
loc. §. nunc aliqua num. 92.* & per Menoch. *consil.
66. num. 36. lib. 1.* Surd. *d. decis. 31. num. 12.* & de hac
materia vide deducta infra *in quarto cap. in 16.
quæst.*
824 Tertio infertur, quod sub dicto legato, venit
etiam ius præsentandi patronatum, quando v-
niuersitati bonorum sit annexum; vt per Lam-
bert. *de iure pat. lib. 1. 2. par. 10. quæst. princ. art. 3.
num. 8.* Rocch. de Curt *de iurepatronatu vers. ipso
vel num. 64.* Carol. Molin. *in consuetud. Paris. § 1.
glos. 1. num. 4.* Lud. Molin. *de primogenit. Hispan. lib.
1. cap. 24. num. 4.* Cels. *cons. 23. numero 1.* Odofred.
*de curat. bon. dando instit. qua res fruct. appell. conti-
neatur. cap. 4. sub numer. 11.* Ioann. Guttier. *de tut. &
curat. 3. par. capit. 29.* Castill. *de vsufruct. capit. 36.
num. 15.*
825 Quarto infertur, quod in huiusmodi legato
comprehenditur emolumentum, seu fructus,
ex exemplatione protocollorum percipitur, vt
per Castr. *in l. diuortio, §. si vir, sub nu. 3.* & Roman.
num. 11. ff. solut. matrim. reiecta opinione Bar. con-
trarium sentientis, & hanc communem dicit
Gugliel. Bened. *in repet. cap. Raynutius nu. 27. vers.
cætera bona, de testam.* Crau. *in §. legatum, quæst. 31.*
Cauale. *de vsufruct. sub num. 84.* Odofred. *de curat.
bon. dand. in tit. qua res fructus appell. contineatur, ca-
pit. 4. sub numero 10.* vbi ait, quod actuarij, & tabel-
826 lionis salaria veniunt in fructu, hanc etiam
opinionem tenet Menoch. *de præsump. lib. 4. præ-
sumpt. 142. num. 15.*
827 Sed hanc distinctionem Bald. *in l. diuortio,
§. si fundum circa med.* ita concordando distin-
guit: scilicet, quod aut quæritur, an pecunia ex
protocollis redacta ad vsumfructuarium perti-
neat in perpetuum, & hoc modo verum est
hanc pecuniam non deberi, & sic procedit opi-
nio Bar.
828 Aut verò quæritur, vtrum talis pecunia per-
tinere debeat ad vsumfructuarium omnium
bonorum, quo ad potestatem vtendi, & fruendi
duntaxat durante vsufructu, & dicendum est
quod sic, quemadmodum aliæ pecuniæ, & hanc
distinctionem tradit etiam Bald. *in l. 1. nu. 13. C. de
fruct. & lit. expen.* vt per Ias. *d. §. si vir. ff. solut. ma-
trim. num. 4. & 5.* & ibi Alexand. *nu. 5.* Et hanc et-
iam opinionem, & distinctionem sentit Card.
Mant. *de coniect. lib. 9. tit. 6. num. 15.* & latè per Ca-
still. *de vsufruct. cap. 36. n. 43.* quam veriorem credo
ex responsionibus per Ias. & Alexan. *in locis al-
legatis traditis.*
829 Quinto infertur, quod concesso Castro ad
vsumfructum, seu dato per mulierem in dotem,
pœnæ, multæ, & confiscationes veniunt in vsu-
fructu, vt per Bart. *in l. fin. ff. solut. matrim.* & ibi
Bald. & Alexand. *sub num. 2.* vbi de communi at-
testantur, & per Crau. *in d. §. legatum quæst. 32.* O-
dofr. *de curat. bon. dand. in tit. qua res fruct. appella.
contineatur cap. 4. num. 10.* latius per Castill. *de vsu-
fruct. cap. 36. num. 30.* vbi, & pœnas, & mulctas, &
condemnationes, & emolumenta officiorum
contineri ait Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 25. nu.
22. & 23.*
830 Sexto infertur, quod in generali vsufructu
veniunt etiam venationes, & piscationes, vt per
Franc. Marc. *decis. 531.* Cauale. *de vsufruct. sub n. 84.*
Molin. *de primogen. Hispan. lib. 1. c. 22. num. 9. & 10.*
Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. n. 116.* Carol.
Molin. *in consuet. Parisien. tit. 1. §. 1. glos. 8. nu. 17. &
20.* & an veniant palumbæ de columbario, &
pisces qui in viuario detinentur, vide declara-
tionem positam per Castill. *dict. capit. 36. nume-
ro 27.*
831 Nempe posse vsumfructuarium columbas,
& pisces, & animalia existentia in viuario ac-
cipere, dummodo aliæ in locum demortuarum
substituantur, ita, vt post mortem vsusfructua-
rij idem ferarum, & animalium numerus rema-
neat, vt tradit Molin. *de primogenit. Hispan. d. cap.
22. num. 8.* Io. Gutrier. *de tut. & cur. par. 3. capit. 27.
num. 22.*
832 Septimo infertur, quod in dicto generali vsu-
fructu veniunt etiam vecturæ animalium & iu-
mentorum, & per Odofr. *de curat. bon. dan. d. cap.
4. n. 1.* Paris. *cons. 96. n. 9. lib. 2.* Caual. *de vsufruct. sub
n. 84. post med.* Io. Guttier. *de tut. & curat. part. 4. c.
21. nu. 16. & 17.*
833 Item comprehenduntur etiam vecturæ na-
uium, vt per Odofr. *loco citato, n. 1.* & per Menoc.
de re-

de recuper. poss. remed.15. num. 625. ante fin. intelligendo tamen largo modo, non autem secundum iuris ciuilis interpretationem, pro vt latè declarat Castill. *de vsufruct. cap.36. num. 69. & 70.* vbi reprobat Alexand. Afflic. & Franc. Marc. opinionem.

834 Octauo infertur, quod comprehendit fœtus pecorum, vt per Odofred. *loco citato n.10.* Caual. *de vsufruct. sub nu.84. ante fin.* Parif. *d. consi. 96. nu. 10.* vbi ait, quod in loco demortuorum vsufructuarius tenetur alia animalia eiusdem generis

835 ponere, & finito vsufructu illa restituere, & sequitur Caual. *loco citato.* Crass. *in d. §. legatum. qu. 30. num.7.* Picus *in d. l. Titia. §. final. quæst. 32. numero 113.*

836 Cæterùm aduertendum est, quod repletio facienda est ex fœtibus eiusdem generis; nam si vsufructuarius non habuisset, vnde ex fœtibus substituere posset, tunc aliunde substituere nō tenetur, sed gregem tantum, & talem, prout reperitur tempore finiti vsufructus, restituere tenetur, vt tradit Picus *in d. l. Titia. §. Titia. quæst. 32. num. 114. de legat. 2.* Connanus *in comment. iuris ciuil. l. 4. capit. 2. numer. 2.* & ita etiam per Castill. *de vsufruct. capitul. 27. n. 11. in fi.* qui alios adducit.

837 Nono infertur, quod vsufructuarius possit aurifodinas, & lapidicinas in re in qua habet vsumfructum instituere, quamdiu non esset culturæ nociua, tex. est *in l. si cuius fi fru. in. & l. aequissimum alias vsufructuarius. ff. de vsufruct.* & latè per Castill. *de vsufruct. cap. 37. nu. 16. vsque 19.* vbi ait procedere, quatenus fundus pretiosior fiat, &

838 vsufructuarius expensas non repetat; nam si fundus deterioratur, tunc vsufructuarius tenetur de damno, & ex causa restituere, ex doctrina Castr. Ioannis Garsiæ, & per Mo-

839 lin. *per eum alleg.* intelligendo tamen de lapidibus, qui ibi nascuntur, non autem si marmora ibi inueniuntur, vt declarat Ang. & Castr. *in l. diuortio. §. si vir. ff. solut. matrim.* & diffuse vide de hac materia per Barbos. *in d. l. diuortio §. si vir. numer. 10. cum pluribus seq.* Et similiter potest venas auri, & argenti perquirere, dummodo culturæ non noceat, vt per Ang. *in l. si vsufructum. §. fructuarius. ff. de vsufruct.* Aym. *consi. 209. num. 2. & 3.* & per Castill. *loco citato,* non au-

840 tem si ibi thesaurus inueniretur, quia eo casu de iure pro medietate inuentori, & pro alia medietate ad dominum spectat, vt declarat Castr. Bart. *in d. l. diuortio §. si fundum. num. 1. ff. solut. matrim.* Guglicl. de Bened. *in repet. cap. Raynutius de testam. vers. & cætera bona.* Catol. Molin. *in consuet. Parisien. tit. 1. §. 1. glos. 1. num. 43.* Molin. *de primogenit. Hispan. cap. 23. num. 2.* Barbos. *latè ponit in l. diuortio §. si fundum numer. 24.* vbi multa allegat, & contrariam reprobat opinionem, & per Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. titul. 30. numero 36.*

841 Decimo infertur, quod in vsufructu omnium bonorum veniunt etiam bona, quæ vsu consumuntur, *l. vxori meæ. ff. de vsufruct. leg. l. bonorum ff. de verb. sign.* Alexand. *consi. 120. num. 1. lib. 1.* & per Aym. *consi. 300. sub numer. 5.* Pinell. *in d. l. 1. par. 1. num. 81. C. de bon. mater.* Caual. *de vsufruct. mul. numer. 88.* Corn. *consi. 187. num. 3. in fin. lib. 2.* Parif. *consi. 98. num. 3. lib. 2.* Quod tamen procedere intellige, si vsufructuarius satisdederit de restituendo tantundem in suo genere, eiusdem bonitatis, vel æstimationem illorum, vt declarat Alex. *in d. consi. 120. sub num. 1.* Corn. *d. consi. 187. sub num. 4.* Caual. *loco citato.* Parif. *loco citato.* Ioseph. Lud. *decisio. 61. numero 15. par. 2.* qui multos allegat, etiam per Thesaur. *decisi. 80. num. 1.* Castill. *de vsufruct. cap. 14. num. 3.* & hanc opinionem defendit Pinell. *in d. l. 1. par. 2. n. 75. & 78. & 80.* qui communem dicit.

842 Vndecimo infertur, quod in legato vsufructu omnium bonorum veniunt etiam nomina debitorum, *l. vxori meæ ff. de vsufruct. legat.* & per Alex. *in l. in l. diuortio §. si vir in fundo sub num. 6. ff. solut. matr.* Corn. *consi. 187. sub n. 5. in fi. & n. 10. lib. 2.* Crass. *in d. §. legatum qu. 34. in princ.* Tiraq. *in l. si vnquam in versi. bona sub numer. 8. C. de reuocan. donat.*

843 Limitatur quando esset legatus vsufructus mobilium, & immobilium, quia tunc non veniunt nec iura, nec actiones, vt ex infinitis relatis per Gabr. *de verb. sign. concl. 7. num. er. 1.* quibus adde Craue. *consi. 300 sub n. 8.* Roland. *consi. 95. nu. 10. vol. 2.* Pinell. *in Rubr. C. de bon. mater. par. 1. n. 24. & 30.* Surd. *consi. 26. n. 3. lib. 1.* Caual. *de vsufruct. num. 85.* vbi limitat nisi constaret de mente testatoris vt per Parif. *consi. 67. num. 9. lib. 2.* & per Pinell. *loco citato.*

844 Secundo limitatur quādo legatum esset restrictum ad certum locum, veluti de bonis mobilibus, & immobilibus, quæ domi sunt, nam tunc non veniunt iura, & actiones, vt per tex. *in l. si ita leg. de leg. 3.* Dec. *consi. 471.* Bero *consi. 44. n. 1. 4. & 11. lib. 2.* Soc. Sen. *consi. 101. n. 4. lib. 1.* Lap. *alleg. 92.* Ioseph. Lud. *d. concl. 48. vers. mobilium.* Rot. *diuers. deci. 546. num. 4. par. 1.*

845 Tertio limitatur in mercibus, & venalibus, quæ non veniunt in legato mobilium, *l. generali. §. vxori ff. de vsufruct. legat. l. si corus §. 1. de lega. 3.* Alex. *consi. 30. n. 16. lib. 5.* Parif. *consi. 79. nu. 47. lib. 2.* Pinell. *in Rubr. C. de bon. mater. par. 1. n. 58.* Caualc. *de vsufruct. sub n. 83. vers. nec etiam,* & per Put. *dec. 20. n. 5.* & per Rot. coram Cæsar. de Graff. *dec. 149. num. 3.*

Licet Put. *d. decis. 20.* limitet quando esset relictum coniunctæ personæ, & Menoch. *consi. 407. n. 10. lib. 5.* limitat, quando testator dixerit, *lego*

846 *omnes res,* vel si dixerit, *quocumodo sunt in domo,*

847 vt per Alex. *d. consi. 20. n. 5.* Et an pecuniæ veniāt in legato mobilium, vide per Ioseph. Lud. *d. conclus. 48.* vbi multa deducit. Caualc. *de vsufruct. n. 82.* Tiraquel. *de retract. consanguin. §. 1. gl. 7. n. 103. & seq.* & per Menoch. *consi. 407. nu. 20. lib. 5.* Thesaur. *decis. 160. & in d. decis. 149.* coram Grass. & in d. decis. Romana compromissi coram Robusterio *in calce operis deci. 132. num. 6.* Menoch. *d. consi. 407. lib. 5.* Bero. *consi. 43. lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib.*

848 *4. præsumpt. 138.* ponit casum, & an veniat Molendinum, & naues, vide per Ioseph. Lud. *d. conclus. 48.*

849 Item an in legato vsufructus omnium bonorum mobilium veniāt vinum, oleum, & frumentum tam reconditum, vel ad vsum domus repositum, vide per Sforz. Odd. *consi. o.* Menoch. *consi. 407. num. 20. lib. 5.* Riccard. *ad Rubr. Instit. de vsufruct. n. 91. & per tot.*

850 Duodecimo infertur quod vsufructuarius possit incidere arbores cæduas, seu siluam cæ-

duam, quando arbores essent infructiferæ, &
renascerentur, vt per Paris. *cons.111. num.31. & 32.*
lib.1. Alex. *consi.118. numer.3. lib.5.* Roland. *consi.70.*
sub nu.13. vol.2. Natt. *consi.477. num.7.* Cepol. *de ser-*
uit. rust. prad. cap.22. num. 9. in fi. Ioan. Gutt. *de ex-*
pen. & melior. cap.11. numer.35. Ioannes Gutteir. *de*
tut. & cur. t. par.3. cap.87. num.9. & ita intelligen-
dus est Grass. *in d. §. legatum quæst.33.* vbi in fine
dicit, quod hoc casu attendenda est consuetu-
851 do testatoris, qui si de quinquennio in quin-
quennium erat solitus etiam incidere, ita ser-
uari debet, & tenet Picus *in l. Titia §. Titia qu.*
36. ante fin. de leg. 2. Molin. *de primogenit. Hispan.*
capit.22. numero 2. lib.1. Contrarium tamen tenet
Barbos. *in d. l. diuortio. §. si fundum num. 5. ff. solut.*
matr. quem sequitur Castill. *de vsufruct. capit. 25.*
num.19. & 33. qui priorem communem dicit, ta-
men in puncto iuris Barbos. opinionem seruari
debere ait.

852 Verùm aduerte quod si esset silua, quæ ad
pasculandum tantum solita esset, tunc non pos-
set incidi, etiam quod arbores essent infructife-
ræ, quia illa non dicitur silua cædua, sed appel-
latur silua pascua, vt est tex. *in l. silua cædua de*
verb. signif. in fine. Et ideò incidi non posset, cùm
ad illud non sit destinata, vt per Aleiat. *d. l. silua*
cædua sub nu.1. & quod in recipiendo fructus at-
tendatur consuetudo loci tradit Soc. Sen. *cons.*
70. sub numero octauo, ad fi. & latius infra deduci-
tur.

853 Secundo aduertendum est, quod tunc dici-
tur cædua, quando breui tempore renascitur,
pro vt de veriori attestatur Pinell. *in dict. l. 1. par.*
2. sub num.59. C. de bon. mater. & adducit Arnulf.
Raz. *in tract. de iur. Regal. priuil.567. ad fin. versi.*
quarto etiam. Sigismun. Last. *cons. feud.28. n.4.6. &*
8. & Picus *in d. l. Titia, §. Titia sub n.136.* potius in
hanc partem inclinat, dum de contraria opinio
ne valde dubitat, & hanc partem tenet Crass. *in*
d. quæst.33. vers. aut quæritur, dum dicit vsumfru-
ctuarium posse arbores fructiferas cædere, quæ
breui renascuntur, & alios multos refert Castil.
de vsufruct. cap.25. n.26. Contrarium tamen tenet
Paris. *cons.111. numer.31. in fi. lib.1.* Curt. Sen. *cons.70.*
numer. 8. versi. in contrarium. Iò. Garz. *de expens. &*
melioram. cap.11. num.35. Verùm priorem senten-
tiam sequendam censeo, si quidem si tardè, &
longo tempore renascerentur, sequeretur, quod
Rector alicuius beneficij posset siluam cædere,
& paulo post si moreretur, in præiudicium suc-
cessoris percepisset vsumfructum per multos
annos.

854 Tertio posset etiam Maritus siluam dotalem
cædere, & postea moriens, Mulier sine fructu, ac
cum deterioratione dotem recuperet, & tamen
clarum est Maritum non posse deteriorem con-
ditionem in dote afferre, *l. 1. & toto tit. C. ne vxor*
pro marito.

855 Amplia modo hanc illationem, nempe vsu-
fructuarium posse siluam cæduam incidere, e-
tiam si in totum inutilis non esset silua, veluti,
quia produceret castaneas siluestres, vel glan-
des, & similia, scilicet quando esset consuetudo
illius loci, quod siluæ huiusmodi, seu conuicini
solerent incidere ad vsum quempiam, veluti
pro construendis ædificijs, etiam quod sint grã
des arbores, vt declarat Alciat. *in d. l. silua cædua*
circa princip. & quod ita intelligendum sit,
tradit Tiraquell. *de retract. conuent. §.3. gl. vnic. sub*
n.22. vers. tunc distinguendum, & n.24.

856 Limita in arboribus fructiferis, quæ à prin-
cipio ad producendum fructus constitutæ, &
plantatæ fuerunt, veluti prunæ, persiche, pira,
poma, & similia, quas non solùm vsusfructua-
rius incidere prohibetur, sed tenetur alias in lo-
857 cum demortuarum substituere, *l. hactenus. §. cas-*
sius. ff. de vsufruct. Tiraquell. *loco citato n.23.* Alcia.
in d. l. silua cædua. ff. de verb. signif. Cepoll. *de seruit.*
vrb. prad. c. 22. Picus *in d. l. Titia. §. final. q.36. n.16.*
Natt. *consi.477. num.7. & 8.* Crass. *in d. §. legatum.*
858 *quæst.33. in princip.* Vbi ait ita etiam procedere in
Vasallo, emphyteuta, & colono, & tradit Bar.
Bal. Castr. Ang. & omnes Doct. *in l. diuortio. §. si*
fundum. ff. solut. matr. Tiraquell. *loco citato. sub nu-*
mer.23. Roland. *consi.49. num.14. lib.2.* qui multos
allegat, aliàs cadunt à iure suo, & expelli possũt,
vt latè Barbos. *in d. l. diuortio. §. si fundum numero*
17. & 18. solut. matr. Ceph. *consi.159. numer. 15. lib.2.*
Burs. *cons.91. numer.3. lib. 1.* & alios multos refert
Castill. *de vsufruct. cap.25. numer.1. & 2.* vbi etiam
859 ait, quod damnum factum, ex culpa vsusfructua
rij coloni, & emphyteutæ in dubio euenire præ
sumitur.

860 Secundo limita, quando ex incisione arborũ
silua efficeretur fructuosior, vt per Tiraquell. *de*
retract. conuent. d. §.3. gl. vnic. n.25.

861 Tertio limitatur, quando vsusfructuarius ex-
cidendo arbores fructiferas, alias in eius locum
substitueret, vt deductum est.

862 Quarto limita, quando grandes illæ arbo-
res ad refectionẽ illius loci necessariæ essent.

Quinto limita, nisi aliàs silua non cædua es-
set vsufructuario inutilis, cui vsus, vel vsusfru-
ctus ei relictus esset, quia tunc ne legatum red-
deretur inutile, dictas arbores incidere posset,
vt de his omnibus vide per Tiraquel. *de retract.*
conuent. d. §.3. gloss. vnica à n.25. vsque 30. & per Pi-
cum *in d. l. Titia. §. final. n.26. & seq.* & per Castill.
de vsufruct. d. c.25. n.6.7. & 8. & 17.

863 Vnde in omnibus supradictis casibus Saluia-
num super dicto vsufructu experiri poterit, cũ
hypothecari, & obligari possit, vt supra *in prin-*
cipio huius quæstionis deductum est.

864 Limita modo principalem conclusionem,
quod vsusfructuarius omnium bonorum non
habebit integrum vsumfructum, quando testa-
tor aliquas res particulares alteri legauerit, quia
tunc vsusfructuarius in illa re particulari lega-
ta, concurrit cum legatario, & medietatem tan-
tum vsusfructus habebit, iuxta doctrinam Bar.
in l. Sempronio. ff. de vsufruct. leg. & tradit Ruin.
consi.40. num.8. volum.2. reiecta contraria Bald. &
Saliect. opinione *in l. quoties. C. famil. erciscund.*
& de communi attestatur Cephal. *consil. 321.*
numero 12. lib. 3. & hanc veram, & communem
dicit Roland. *consil 8. numero 36. lib.2.* & tenet
Couar. *var. resolut. libr.2. capitul.2. numero 7. versi.*
primo item. Bece. *consil. 98. numero 10.* Cauale. *de*
vsufruct. mul. numero 45 qui alios allegat, & hanc
communem affirmat reiecta Bald. opinione, &
hanc partem tenet Crass. *in dict. §. legatum, quæst.*
25. versi. contrarium, vbi ampliat procedere, siue
vsusfructuarius sit vniuersalis, siue particula-
ris, siue ambo sint particulares legatarij, & i-
dem affirmat Cauale. *loco citat.* qui alios cumu-
lat, & Card. Mant. *de coniect. vlt. volunt. li.9. tit.6.*

num.

nu.23.& per Menoch.*de præsumpt.lib.4.præsumpt.* 140.*n.34.& 35.*

866 Quod tamen sublimitatur, quando constaret de mente testatoris voluisse vsumfructuariũ totum, & integrum vsumfructũ consequi, quia tunc legatarij particulares solùm proprietatem consequentur, vt per Bar.& Doct.*in l. si alij ff.de vsufruct.*& de communi attestatur Paris.*cons.94. n.45.lib.2.*qui de communi attestatur, *& cons.97. n.2.eod.vol.*& tradit Soc.Sen.*cons.1.num.12. & 14. lib.4.*& de communi etiam attestatur Cephal.*cons.321.n.12.lib.3.*& Picus *in d.l.Titia.§.Titia n.110. de leg.2.*

867 Secundo limita, quando testator vni simpliciter fundum legauit, alteri verò eiusdem fundi vsumfructum reliquit, nam, & hoc casu ambo in vsufructu dicti fundi concurrunt, vt est tex.*in l.si alij ff.de vsufruct.* & tradit Bart. *in l.re coniunctis num.*10.vbi Ias.*num.68.& seq.*& Bologn. *nu.71.ff.de leg.3.*& idem Bar.*in l.multum interest, & in d.l.Sempronio in ß.de vsufruct.leg.* Pic.in d.l. *Titia §.Titia cum nuberet numer.33.de leg.2.*Bar.*in consi.33.num.2.*Castr.*consi.208.numer.2.lib.1.* Gabr.*consi.102.lib.1.*Roland.*consi.8.num.34.vol.2.* Becc.*consi.98.num.1.& 8.lib.1.*RimInald. Iun.*consi.633. num.2.lib.6.*Couar.*var.resolut.lib.2.cap.2.num.3.* Barbos.*in l.si maritum numer.2.in fi.ff solut matr.* Caualc.*de vsufruct.numer.*45.qui communem dicit, Menoch.*de præsumpt.lib.4.præsumpt.140. numer.33.*Petr.Ant.de Petr.*de fideicom quæst. 9.num.* 34 Castill.*de vsufruct.capit.43.num.1.*qui alios refert.

868 Contrarium tamen tenet Bal.*in l. quoties ad fin.C.fam.Ercis.*Dec.*consi.607.nu.7. in fin.* & Aret. Corta, Natt. & Pic. relat.per Caual. *de vsufruct. numer.45.versi.contrarium.* Verùm quia prior opinio est communis, & optimis fundamentis munita, de quibus per Castill. *loco citato*, ab ea non est recedendum, prout affirmat Couar.Rolan.*loco citato*, & Paris.*cons.97.nu.13.vol.2.*Caual. *loco citato.*

869 Tertio limita, quando quis esset hæres in omnibus bonis institutus pleno iure, & alteri vsusfructus omnium bonorum relictus fuisset, tunc enim virtute illorum verborum, *pleno iure*, aut horum similium, hæres intelligitur institutus non solùm in proprietate, sed etiam in vsufructu, & concurrit cum vsufructuario, vt tradit Alex.*cons.56.num.2.vers. vnde cum Testamento lib.4.* Gozzad.*consi.47.nu.10.*Natt.*cons.297.* Becc.*cons.98.nu.11.lib.2.*& per Pic.*in l.Titia §.Titia cum nuberet.nu.63.*& per Card.Mant. *de coniect. lib. 9. tit.6.n.19.*vbi reiecta opinione Rip.& Gab. hãc tuetur, & sequitur Castill. *de vsufruct. d. cap. 47. num.18.*

870 Quarto limita, quando duobus coniunctim fundus legatus sit, & alter, tertio vsusfructus eiusdem fundi similiter esset legatus, nam hoc casu illi duo medietatem vsusfructus habebũt, altera verò medietas ad vsumfructuarium spectabit, & hoc pacto omnes ad vsumfructũ concurrent *l.Sempronium Attilum §.si fundum ff.de vsufruct.legat.*quia isti duo, qui coniuncti sunt, re, & verbis pro vno reputantur *l.plane §.1.ff.de leg. 1.* & per Cuiac.*in d.§.si fundum*, & hanc conclusionem firmat Castill.*de vsufruct.d.cap.47.n.45.* vbi ponit quod ius accrescendi inter illos duos locum habet.

871 Quinto limita, quando vsusfructus omnium bonorum vni relictus esset, & alteri prædia particularia legata essent, tunc legatarij concurrunt cum vsufructuario, vt per Bar. *in l Sempronio num.1.& 2.ff.de vsufruct.leg.*& per Bal.*in cons. 19.n.1.vol.2.*Castr.*consi.223.n.1.vol.2.*Dec.*consi. 59. num.6.& 7.*Gozzad.*consi.47.nu.17.*Ruin. *consi.402 num.8.& consi.95.numer.59. lib.2.* & hos sequitur Card.Mant. *de coniect. vlt.volunt.lib.9.tit.6.num. 22.vers.aliam vero*, qui veriorem, & communem affirmat, & magis communiter receptam affirmat Couar.*var.resol.lib.2.cap.2.numer.7.*qui omnes reprobant Bald.opinionem *in l.quoties num. 5.C.fam.ercis.& in consi.56.volum.2.* & sequacium, quos refert Menoc.*loco citato*, & ad fundamenta in contrarium adducta respondet, & tenet Picus *in l.Titia §.Titia cum nuberet numer. 69.de leg.2.* vbi Bologn.*nu.179.*Crass.*com.sent.in §.legatum quæst.25.num.1.*& nouissimè Barbos.*in l.Maritum.nu.2.ff.solut.matr.* & Castill.*de vsufruct.d.c. 47.num.6.*

872 In multis autem casibus vsusfructuarius omnium bonorum non concurret cum legatario, de quibus vide per Castill.*d.c.47.*

873 Secundo limita in feudo ex pacto, & prouidentia, in quo vsusfructuarius omnium bonorum non acquirit vsumfructum, de quo ad aliũ effectum supra *in princ.huius quæst.* nonnulla deducta sunt, & communem dicit Paris. *in consil. 98.num.4.vol.2.*Aym.*consi.256.num.5* Gozad.*cons. 47.num.13.*Surd.*cons.73.numero 18.lib.1.*Tiraquell. *in tract.le mort saisit le vif. in 5. par. declarat.5. num.11.*Bero.*quæst.95.*Clar. *in §. feudum. quæst.17. vers. sed numquid.* & per Caual. *de vsufruct. sub num.97.*qui etiam communem dicit, & idem firmat Crass.*in d.§.legatum.quæst.26.num. 1.* Menoc. *de præsumpt.lib.4.præsumpt.142.num. 4. & seq. & num.9.*

874 Quod ampliatur etiam si testator expresse mentionem fecisset de feudo, quia in tali feudo vsumfructum constituere non potest, vt *in prin.* deductum est *nu.776.*& per Crass.*d.§. legatum d. q.26.nu.2.*& per Caualc.*de vsufruct.mul.sub nu.48. vers.sin autem.*

875 Sublimitatur tamen in feudo nouo alienabili, vel hæreditario, vt per Aym.*consi.256.nu. 6.*& diffuse per Menoch.*cons.161. n.3.4.& 5.lib.2.* vbi ponit multos casus, in quibus testator de bonis feudalibus vni ex filijs disponere, & legare potest, & dictam limitationem tenet Crass. *§.legatum quæst.26.num.1.in fin.*Caualc.*de vsufruct.nu. 98.*Menoch.*de præsumpt.lib.4.d.præsumpt.142.numer.9.*

876 Tertio limita in emphytheusi antiqua, quæ sit omnino inalienabilis, quia in ea vsusfructus constitui non potest, vt per Bero. *dicta quæst. 95. nu.12.& 13.*Paris.*d.cons.98.n.8.*& Crass. *loco citato.* Clar.*in d.§.feudum.qu.4.& qu.8.& in §.emphytheusi.quæst.1.*Aym.*d.consi.256.numer.5.* Caualc.*de vsufruct.num.48.cum alijs supra numer.10.allegat.*Menoch.*d.præsumpt.142.numer.10. & 11.cum ibi relatis.*

877 Quarto limita in bonis fideicommisso subiectis, quia eo casu non intelligitur legatus vsusfructus bonorum fideicommisso, & restitutioni subiectorum, vt per Doctores omnes *in l. qui Romæ.§.duo fratres*, vbi Ias. *nu.33.vers.in eadem glos.de verb.oblig.* Alexand.*consi.21.numer. 3. lib.5.*

cum alijs relatis per Caualc. *de vsufruct. sub num. 98. vers. sexto deducentur*, & per Crass. *in §. legat. quæst. 27.* Cardinalis Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. d. præsumpt. 142. num. 12.* qui de communi attestatur.

878 Sublimita tamen, quod dictum est bona feudalia, & emphyteotica, & restitutioni subiecta, non comprehendi sub generali omnium bonorum vsufructu, quādo testator non haberet, nisi dicta bona, vt per Caualc. *de vsufruct. mul. nu. 104.* & faciunt tradita per Tiraquel. *de retract. lign. §. 15. gl. 1. n. 16. in fi.* Insuper sublimitatur, quādo clarè constaret ex coniecturis testatorem voluisse legare vsumfructum vt tradit Caualc. *loco citato*, vbi ponit aliqua exempla.

879 Secundo limita, quando testator iussit vsumfructuarium percipere vsumfructum, etiam bonorum emphyteoticorum, & feudalium, & hæres simpliciter adiuerit hæreditatem sine benef. legis & inuentarij: tunc tenebitur conseruare factum defuncti, vsque ad concurrentem quantitatem in qua successerit testator, vt per Anch. *R. g. q. 19. n. 21. vers. vltimo comprobari.* Augus Ptuel. *in l. 1. ca 3. par. nu. 81. vers. ea autem regula. C. de bon. mater.* Caualc. *de vsufruct. n. 98. vers. prædicta tamē.* & nouissimè Castill. *de vsufruct. c. 39. nu. 11.* qui alios refert, & particulariter supradicta omnia comprobat, & exemplificat.

880 Quinto limita in vsufructu legitimæ filiorū, quia vsusfructuarius omnium bonorum, non habet vsumfructum in legitima filiorum præmortuorum, quia debetur cum proprietate, & vsufructu, vt per Bar. *in l. vxori meæ n. 3. ff. de vsu, & vsufruct. leg.* Iason *in Auth. nouissima num. 44. vers. concludo ergo C. de inoffic. testam.* Paris. *consi. 94. num. 7. & seq. & consi. 96. num. 40. lib. 2.* Boer. *decis. 133. num. 2.* Caualc. *de vsufruct. in num. 95. vers. quantum de eo*, cum ibi allegat Crass. *dict. §. legatum, quæst. 30.* cum alijs infra *in hac 3. Inspect. capit. 4. in 9. quæst. 4.* deductis, & alios multos refert Surd. *de alim. tit. 2. quæst. 15. num. 178.* & per Thesaur. *decis. 137. num. 3.* & tenuit Rota coram Ora-
* no in vna Romana Saluiani Interdicti Mercu. 20 Nouembris 1591. *in calce operis decis. 159. num. 4.* vbi declaratur fructus legitimè deberi à die obitus, prout etiam fuit resolutum coram Re-
* uerendissimo Sacrato in vna Romana supplementi legitimæ 4. Decembris 1613. *ibidem decis. 160. nu. 1. & 2.*

881 Et fructus huiusmodi debentur etiam ex bonis per patrem in vita alteri donatis, etiā si pro loco esset facta donatio, vt fuit dictum coram
* eodem Reuerendissimo Sacrato in eadem causa 28. Iunij 1613. *ibidem decis. 161. num. 1. & 2.* licèt in reliquis integrum habebit vsumfructum, vt bene per Paris. *consi. 2. num. 8. lib. 2.* & alios multos refert Roland. *consi. 74. numer. 50. volum. 2.* vbi ait, procedere, etiam si bona transirent ad Fiscū de quo latè vide per Surd. *de alim. d. tit. 2. qu. 15. nu. 198.*

882 Hanc autem limitationem procedere dicimus, etiam si filius decesserit hærede extraneo instituto, vel substituto, quia legitima cum filio acquiratur pleno iure sine vllo onere, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam.* absque onere, ac cum illa qualitate transit ad extraneos hæredes dicti filij, vt per Paris. *consil. 95. in fin. lib. 2.* & per Ruin. *consi. 92. sub num. 7.* & Rod. Suarez *in d. l. quoniam in prioribus in 1. limit. num. 10.* & hanc partem tenet Caualc. *de vsufruct. mul. sub num. 95. & vers. tamen mihi videtur*, reiecta contraria opinione Curt. Sen. *in cons. 15.* & tradit Pereg. *de fideicom. artic. 2. quæst. 15. numer. 139.* vbi allegat Bart. *in d. l. Titia. §. fin. numer. 11. vers. ego dixi de legat. 1.*

883 Verùm sublimitatur, quando mater esset filio pupillariter substituta, quia tunc habebit vsumfructum, etiam in legitima, cùm pater
884 possit pupillariter filio in legitimam substituere, vt tradit Caualc. *de vsufruct. mul. sub n. 95. vers. quod secus est*, vbi allegat Roder. Suarez *in l. quoniam in prioribus in 1. ampliat. nu. 13.* quibus adde tradita per Surd. *de alim. d. q. 15. sub n. 192. vers. dicta, & num. 193. & 194.* & hanc veriorem, & magis sustentabilem asserit, licèt contraria Bart. opinio *in d. l. Titia. §. fi. n. 11. vers. ego dixi de leg. 2.* sit communis.

885 Secundo sublimitatur, quando pater plus quam importat legitima filio relinqueret, tunc pater poterit onus filio imponere, & sustinebit etiam, quo ad vsumfructum legitimæ, vt per Ang. *in §. prohibemus in Auth. de trien. & semiss. & seq.* Cepol. *caut. 21.* Picus *in d. l. Titia, nu. 84. vers. sed reperio de leg. 2.* Opizzon. *in l. fil. fam. §. diui, nu. 46. de leg. 1.* Crot. *consi. 67. num. 24.* & hanc partem confirmat Surd. *de alim. in d. tit. 2. quæst. 15. numer. 179.* dicens filium grauari posse, quando ei supra legitimam relinquitur *l. fil. fam. §. apud Marcellum ff. de leg. 1. l. Imperator. §. si centum ff. de leg. 2.* & per Fab. *in Auth. nouissima num. 169. C. de inoffic. testam.* licet Roder. Suarez *in d. l. quoniam in prioribus ampliat. 3. num. 2.* tenet contrarium, tamen Surd. *loco citato num. 8. & seq.* dicit, quod filiusfamilias teneatur acceptare illud plus cum onere iniuncto, vel illud repudiare, quia licèt de legitima reijciatur omne grauamen, tamen
886 illud procedit, quando repudiando cætera bona relicta, vult solum legitimam consequi, secus si relictum acceptauerit, vel hæreditatem simpliciter adiuerit, tunc dicitur se obligare ad onera hæreditaria, & quasi contrahere. *§. hæres. Instit. de oblig. quæ ex quasi cont. nasc. l. ex maleficijs, §. hæres. ff. de a. t. & oblig.*

887 Tertio limita principalem conclusionem procedere in vsufructū omnium bonorum præsentium, non autem futurorum, quia vsusfructus intelligitur de bonis tempore testamenti existentibus, non autem de acquisitis post conditum testamentum, vt de communi attestatur Turz. *commun. opin. quæst. 83.* & post Papien. per eum alleg. tradit Crass. *in d. §. legatum quæst. 29.* reiecta contraria Dini *in singul. 243.* Crauet. *in rubr. de leg. 1. num. 9.* sed priorem communem dicit, pro qua est consl. Alexan. *171. num. 1. lib. 6.* Caualc. *de vsufruct. num. 85.* & in simili de legato mobilium, & supellectilium tradit Bar. *in l. si ita, ff. de aur. & argen. leg.* cum alijs adductis per Caualc. *loco citato*.

888 Sublimitatur tamen hæc limitatio, quando legatum esset factum coniunctæ personæ, quia ratione coniunctionis debet attendi tempus mortis testatoris, non autem tempus testamenti, vt per Bar. *in l. si Titia vers. hæc vera. & in l. cognatis col. 1. ff. de rebus dubijs*, & hanc veriorem dicit

cit Ioseph. Lud. *decis.61. numer.39. par.2.* & idem
firmat Crass. *d. quæst. 29. in fin.* Thesaur. *decis.168.*
num.7.
889 Secundo sublimitatur in fructibus penden-
tibus, & maturis tempore, quo dies legati cedit,
à die aditæ hæreditatis, qui veniant in fructu,
vt per Caual. *de vsufruct. num.93. vers. in proposito*
tamen casu, & tradit Franc. Marc. *decis.490. par.1.*
vbi dicitur, quod si hæres differret adire hære-
ditatem in fraudem, quia vellet percipere di-
890 ctos fructus, poterit actione ex dolo contra eũ
agere pro recuperatione, & ita firmat Caual. *lo-*
co citato, & n.243. vbi ponit de pensionibus, &
præstationibus.
891 Tertio sublimitatur, quando legatum esset
factum in recompensam, veluti si esset relictus
vsusfructus omnium bonorum vxori in recom-
pensam suæ dotis, quia tunc latè est interpre-
tandum, & comprehendit tempus mortis, &
bona, quæ tempore mortis testator haberet,
vt tradit Castrãs *l. fi. §. qui indiuisam de legat.2. &*
seq. Bero. *quæst.30. num.7.* Ioseph. Lud. *d. decisi.61.*
num.41.
892 Quarto sublimitatur, quando esset mor-
tuus vsusfructuarius, vel finito vsufructu, si
fructus essent pendentes, aut recollecti, sed
non in horreo reconditi, tunc ad hæredes vsus-
fructuarij spectant, nec proprietario restituere
tenentur, dummodo sint à solo separati; quod
893 si non essent recollecti, & essent pendentes &
maturi, tunc ad proprietarium spectarent, ac
consolidantur cum proprietate, vt declarat Ca-
uale. *de vsufruct. nu.242.* qui alios adducit, & per
Couar. *var. resol. lib.1. cap.15. sub num. 2. vers. his*
accedit.
894 Sexto limita principalē conclusionem, quan-
do vxor esset relicta vsusfructuaria omnium
bonorum, & tale legatum restringeretur ad ali-
menta, de quo latè vide per Gabr. *de vsufruct.*
conclus.2. & hanc conclusionem doctissimè ex-
plicat Surd. *de alim. tit.2. quæst.15.* vbi quamplu-
res deducit casus, & declarat quando vxor in-
tegrum consequitur vsumfructum, ideò videas
per eum, in quo loco, & deducit, an vsusfructus
per ingressum Monasterij amittatur, & quando
per confiscationem, de quo vide etiam per Pi-
nell. *in l.1. par.1. C. de bon. mater. num.47. & seq.* per
Cauale. *de vsufruct. à num.237. vsque 242.*
895 Insuper etiam, quando vsusfructuarius te-
neatur facere inuentarium, ac præstare cautio-
nem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri,
ac de restituendo bona, vide per Gabr. *de vsu-*
fruct. concl.1. & per Pinell. *in d. l.3. par.2. à num.77.*
vsque ad fin. C. de bon. mater. Surd. *de alim. in d.*
quæst.15.
896 Ex quibus dicitur Saluianum contra vsum-
fructuarium in ea parte tantum, in qua acqui-
ritur vsusfructus, experiri poterit, cùm illa tan-
tum pars remaneat in obligatione, vt deductũ
est *in prima huius quæstionis*, licet vsusfructuarius
897 pro consequendo vsufructu, siue sit particula-
ris, siue vniuersalis habet exercitium omnium
actionum hæreditariarum, & potest à debitori-
bus hæreditatis exigere etiam absque hæredis
cessione, vt per Franc. de Alberg. *in l. vxori vsum*
fructum. ff. de vsufruct. leg. quem sequitur Soc.
cons.13. num.13. lib.1. Dec. *cons.418. num.7. & 8.* Pa-
ris. *cons.94. num.14. & seq. & num.17. lib.2.* Anchar.
cons.5. Corn. *consi.87. num.11. lib.1.* Peregr. *consi.54.*
num.4. lib.3. Surd. *cons.152. num. 14. lib.2.* Mastril.
decis.146. nu.13.
898 Et potest agere sine mandato proprietarij,
& proprio nomine tam actione reali, quã per-
sonali ratione sui interesse, vt declarat Franc. de
Alberg. *in d. l. vxori vsumfructum de vsufr. leg.* Ca-
ual. *de vsufruct. n.7.* Castil. *de vsufruct. cap.20. n.11.*
Franc. Marc. *decis.832. par.1.* latè per Surd. *d. consi.*
162. n.14. Mastril. *d. decis.146. nu.14.* & ratio est se-
cundum præcitatos Doct. quia dicitur procura-
tor proprietarij à lege constitutus, & latius per
Mastril. *d. decis.146. n.15.*
899 Vigesimo octauo quæritur, an Saluianum
dari possit vigore hypothecæ cessæ in generali
obligatione, & clarum est posse hoc remedium
900 experiri, cùm cessionarius dicatur principalis
creditor, vt per Rom. *cons.38. in princ. & cons.142.*
Soc Iun. *cons.27. num.7. vol.2.* latè Viuius *com. opini.*
92. Dec. *in l.1. num.31. in 1. lect. & in 2. lect. num.99. fi*
901 *cert. pet.* & succedit in locum cedentis. Bald.
in l. emptore de hæred. act. vend. latè Surd. *consi 22.*
numer.16. & consil.82. numer.13. volum.2. Rota co-
* ram Cardi. Pamphilio in vna Romana Ante-
rioritatis Lunæ 23. Iunij 1603. *in fine operis decisi.*
146. num. 9. & particulariter, quod succedat in
hypotheca, tradit Negus. *de pign. in 3. membr. 5.*
par. num.13. per tex. in l.1. C. qui pot. in pign. hab.
Vnde cùm sit creditor hypothecarius, compe-
902 tit etiam hoc remedium Saluiani, prout in
his terminis Saluiani, fuit resolutum coram
R. P. D. Manzanedo in vna Terracinen. Sal-
uiani Merc. 21. Maij 1614. *in fine operis decisio.*
299. per totum. Et quia conclusio huius-
modi scilicet quando cessio valeat, & cessio-
narius succedat in locum cedentis explica-
tur per Gabr. *de act. concl. 5.* ideo solum non-
nulla ad rem nostram magis necessaria dedu-
cam.
903 Amplia primo, quod possint cedi iura an-
terioritatis, & prioritatis hypothecæ, si cedātur
etiam actiones personales, vt per Bal. *consi.288. in*
fi. lib.3. & per Aym. *consi.191. sub nu.2.* Rimin. Iun.
consi.171. n.29. lib.2. Bal. Nouell. *de dote par. vlt. n.6.*
& seq. & per consequens erit anterior in Saluia-
no, vt *in hac tertia inspect. & cap. num.359. & alibi*
pluries.
904 Amplia secundo, etiamsi super credito ad-
esset obligatio Cameralis, vt per Galles. *ad form.*
Cam. par.3. tit. de pers. pet. execut. num.2. & seq. latè
per Gabr. *consi.67. num.2. & 8. volum.1.* Rimi. Sen.
consil. 155. numero 9. circa fin. Rota coram Card.
* Seraphino in vna Romana Soc. Offic. 29. No-
905 uembris 1596. *in fine impressis decisio.1210. nume-*
ro 5. Et cessionarius habebit etiam executio-
nem paratam, ac ius executiuum, sicut cedens.
Bald *in l. ex legato in fin. C. de legat.* Rom. *cons.187.*
n.16. lib.1. Milis. *in suo repert. versic. cedi potest actio*
iudicati. Tiraq. *de retract. lign. §.26. gl.3. n.22. & 23.*
* & in d. decis. Rom. Soc. Offic. coram Card. Sera-
* phino, & in d. Romana Anterioritat. Lunæ 23.
Iunij 1603. coram Cardin. Pamphilio *in fin. ope-*
ris decisi.146. num. 9. Et quia in obligatione Ca-
merali adest hypotheca, vt alias fuit dedu-
ctum, illius vigore poterit Saluianum inten-
tari.
906 Amplia, quod cedi possunt iura, & actio-
nes in iudicio deductæ, quando ius sit indubi-

tatum, veluti post rem iudicatam, vel post con-
fessionem in iudicio factam, & peteretur solum
executio illius iudicij, vt per Bal. *in l. pecunia, C. de solut. n. 4.* & est glos. *in l. per diuersas in versi. pro indubitatis.* vbi Ang. *n. 2. C. mand.* Gabr. *d. consi. 64. n. 10.* post Alb. & Abb. *ibi per eum alleg.* & præser-
tim quando concurrit bona fides cedentis, &
cessionarij, vt per Gabr. *loco citato*, & per Rot.
coram Card. Seraphino in d. Rom. Soc. Offic. 29.
Nouembris 1596. *num.* 5. Verùm si ex tali con-
fessione in iudicio facta Saluianum experiri vo-
luerit ad probâdum primum extremum, ex qua
rectè probatum dicitur, vt fuit deductum *in 1. Inspect. c. 7.* verificatu secundo extremo valde in-
tentate poterit.

907 Amplia quarto, quod etiam ius immissionis,
& ipsa tenuta cedi potest, vt per Salic. *in l. fi. §. fin autem sub n. 10.* vbi hoc singulare dicit. *C. de bon. auct. iud. poss.* & per Tiraquell. *de retract. lign. d. §. 26. nu. 21.*

908 Amplia quinto, quod in terminis nostris ius
possessorium cedi possit, tradit Bal. *cons. 186. sub n. 7. vol. 1.* & per Tiraquell. *loco citato n. 2.* vbi limi-
909 tatur tamen procedere in possessorio facti,
non autem in possessorio iuris, quod nec trans-
mittitur, vt per Bal. & Tiraq. *locis citatis.*

910 Cætera verò iura, quæ cedi possint, vide per
Tiraquell. *loco citato*, & per Aym. *cons. 191. nu. 2.* &
aliqua per Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 143.* Gabr. *d. cons. 67.* & per Surd. *cons. 22. vol. 1.* per
Gab. *d. concl. 3. de act.*

911 Et similiter, quando cessio ex interuallo fieri
potest, vide per Doct. *in l. Mod. filium de solut.* &
& per Menoch. *d. præsumpt. 143. lib. 3.*

Limita modo, & intellige supradictam con-
clusionem procedere, taliter quod cessionarius
912 teneatur obseruare, & adimplere omnia, adque
tenebatur cedens, cùm in eum transeant iura a-
ctiuè & passiuè. Paris. *cons. 109. n. 25. vol. 3.* Simon
de Pret. *cons. 135. n. 4.*

913 Et contrà, cum competunt omnes exceptio-
nes, quæ competebant contra cedentem *l. exceptiones. ff. de exceptionib.* Bar. *in l. si quis rem ff. de procur.* Alex. *in l. si cum dotem. §. si, atri. ff. sol. mat. mar.* Castr. *cons. 81. nu. 2. lib. 3.* Bero. *cons. 12. n. 46. lib. 2.* Soc. Sen. *cons. 1. n. 5. lib. 3.* Surd. *cons. 4. nu. 6. & 7. & cons. 133. n. 16. lib. 3.*

914 Quod intelligendum est de exceptione, quæ
rem respiciat, vt per Arct. *cons. 16. in fi.* & per Soc.
Iun. *cons. 74. n. 6. vol. 3.* Menoch. *cons. 758. n. 4. lib. 8.*
& declarauit Rot. coram Card. Seraphino in v-
na Regien. bonorum Veneris 21. Aprilis 1580. *in eius lib. impress. decisi. 512. n. 1.* Tenetur etiam inti-
mare debitori cessionem factam ad hoc, vt non
possit cedenti soluere, Gallet. *in 2. q. ad 1. par. oblig. Cam. n. 4.* Surd. *cons. 22. sub n. 28. vers. quinto respondeo lib. 1.*

915 Et hoc casu sufficit, debitorem scientiam quo-
modocunque habuisse, quando cessio est facta
ad commodum cessionarij ad hoc vt cedenti
soluere non possit, Paris. *cons. 19. n. 65. & seq. vol. 3.*
& latissimè per Surd. *d. cons. 22. n. 43. & 44. & cons. 82. nu. 32.* ... n. qui infinitos alleg. & ibi declarat
quando dicatur facta ad commodum cedentis,
vel cessionarij.

916 Tenetur etiam probare existentiam crediti,
l. si nomen. vbi Doct. *de hered. vel act. ven.* Alex. *in cons. 28. numer. 7. lib.* ... Bocc. ... *numer. 13.* Eug.
cons. 73. n. 3. latè per Menoch. *cons. 658. nu. 4. vol. 7.* &
præsertim quando est protestatum in actis, vt
per Surd. *d. cons. 22. nu. 40.* & declarauit Rot. co-
ram Card. Pamphilio in vna Romana Census 4.
Decembris 1595. *in fine operis, decisi. 162. n. 5. 6. & 7.*
ac etiam de illius cessione, vt declarat Salic. *in l. per diuersas sub num. 24. versi. sed opcretur C. mand.* Surd. *d. consi. 22. sub n. 1. vol. 1.* Bocr. *decisi. 10. sub n. 2. vers. veruntamen.*

917 Secundo limita, in tacita hypotheca, quæ
competit mulieri pro recuperatione suæ dotis,
cum priuilegio anterioritatis, quæ cedi non po-
test, nec alteri competit nisi mulieri, vt est tex. *in l. 1. C. de priuil. dot. & in l. fi. C. qui pot. in pign. hab.* tradit Iason *in l. cum fundus. §. seruum suum sub n. 15. ff. si cert. pet.* & quamplures refert Tiraq. *de retract. lign. §. 26. gloss. 1. numer. 78.* vt per Doct. omnes *in l. 1. & in l. post dotem. ff. solut. mat.* & Faber, & alij *in §. fuerat Instit. de act.* qui tex. loquitur cum
illa dictione *tantum*, quæ cùm sit taxatiua ex-
918 cludit omnes alios casus, & effectus, & omnes
alias personas, præter expressas, Tiraq. *de retract. conuent. § 2. gloss. 6. num. 2. cum sequ.* Decian.
consil. 328. numero 5. Aym. *de antiq. temp. in 4. part. numero 100. & consil. 155. numero 1.* Surd. *consil. 36. numero 2. lib. 1.* ita quod videtur soli mulieri com-
petere.

919 Verùm hoc sublimitatur in filio, cui cedi
potest talis hypotheca, nam licèt Ias. *in d. §. fuerat*, videatur excludere omnem personam, ta-
men non excludit fauorem filiorum, quia eodē
priuilegio gaudent, *l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab. & in l. obes. C. de prædij. minor.* Bal. Nouell. *de dote, par. 12. n. 18. vers. similiter.* Gomes. *in d. §. fuerat. sub num. 36. Instit. de act.* qui de communi te-
statur, & per Rip. *in l. 1. num. 33. ff. solut. matr.* qui in
920 hæred. sanguinis procedere affirmat; & idem
affirmat Barbos. *ibi sub num. 14. in par. 6.* dum di-
cit ad filios ratione sanguinis transire, non au-
tem vt hæredes, & successiuè dicit, transire ad
filios eiusdem matrimonij, ex doct. Alexand. *in l. etiam sub num. 3. ff. solut. matrim.* & tradit Ias. *in l. si cum procuratore, numer. 8. de re iud.* Soc. Sen. *cons. 84. num. 3. lib. 1.* Ruin. *consi. 164. num. 2. lib. 4.* Me-
noch. *consi. 40. numero 35. lib. 1.* Afflict. *decisi. 305. sub num. 6. in fin.* nam dictio taxatiua non ex-
cludit quando dispositio taxata extenditur
per aliam legem vt per Bartol. *in l. si constante numero 42. ff. solu. matrim.* Bald. Nouell. *loco citato numer. 18. in fin.* licet secus sit in actione persona-
li, vt tradit Gomes. *in d. §. fuerat sub num. 38. versi. & ista conclusio*, & per Bald. Nouell. *de dote d. par. 12. num. 15.* post Bartol. *in l. si constante num. 6. solut. matr.*

921 Insuper Barbos. *in d. l. 1. par. 6. n. 14.* tenet, quod
etiam actiones personales cum prælatione trans-
seunt in filios susceptos in eodem matrimonio,
per glos. *1. & 2. in l. etiam. ff. solut. matrim.* & tradit
ibi Alex. *sub n. 3. vers. in ea glos.* & successiuè Bar-
bos. dicit cauendum esse à Bar. *in d. l. 1. vers. septimo contrarium sententiæ.*

922 Secundo sublimitatur, quando cessio prin-
cipaliter fieret ad fauorem mulieris, quia tunc
transit tale priuilegium in cessionarium, &
per modum expressum, ex quo ... mulieris, seu
solius mulieris verificari ... um, vt *in d. §. fuerat Inst. de act. & in §. 1. Aut.* ... *ut ex adib. instrumenta dotis.* & tradit Bald. Nouell. *de dote d. par. 12.*

nu. n.

num. 19. & per Franc. Curt. *in addit. ad Alexand. in l. cum dotem num. 3. litt. B. ff. sol. matr.* & exemplificatur, si mulier soluto matrimonio per mortem viri videret hæreditatem viri implicatam multis debitis; & multi essent creditores, partim cum expressa, & partim cum tacita hypotheca, & cederet iura sua secundo viro ex causa dotis. Nam hoc casu talis secundus vir vtetur priuilegio mulieris contra alios creditores; & hanc opinionem sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 153. & 154.* & similiter si tertius pro muliere dotem promiserit, & soluerit, & mulier propter hoc dederit ei insolutum nomen hæredis viri debitoris ipsius mulieris pro restitutione dotis, eo casu diceretur cessa hypotheca cum prælatione, vt declarat Bald. Nouell. *loco citato sub num. 11.* & aliqua ad hanc materiam spectantia; vide supra *cap. 2. in 4. quæst. num. 110.*

923 Secundo limita principalem conclusionem in hypotheca tacita, quæ competit locatori in rebus inuectis, & illatis in domum conductam, quæ cedi non potest, vt per Carpan. *super const. Mediolanen. cap. 389. in princip. num. 4. in verb. vel conductor. & cap. 390. in fin. num. 103. lib. 2. & cum seq.*

924 Tertio limita in cessione facta iuris exigendi alimenta futura, quæ nec cedi possunt, vt per Bald. *in l. 2. sub num. 7. vers. modo quæro. C. de priuil. dot.* Ial. *in l. si constante num. 234. ff. solut. matrim.* vbi ait maximè in præiudicium tertij, & hanc veram affirmat, & Curt. Sen. *sub num. 2.*
925 *vers. & ideo*, pro quibus alimentis competit hypotheca, & pro alimentis à marito vxori debitis, tradit Bart. & Doct. *in l. si cum dotem. §. sin autem in extremo. ff. solut. matrim.* Negus. *de pign. in 4. memb. 2. par. num. 47.* qui alios adducit, & latè per Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 49. in*
926 *princ. & per totum.* competit etiam pro alimentis in bonis vxoris, vel alterius, qui dotem promisit, vt tradit Negus. *de pign. in 4. memb. 2. part. num. 54.* reprobata contraria opinione Bald. Nouell. *de dote* contrariam sententiis *in 6. par. priuileg. 7.* & opinionem Negus. sequitur, & defendit
927 Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 3. num. 1.* Competit etiam cuicunque debentur alimenta, Castr. *cons. 80. sub num. 1. vers. illud autem volum. 2.* & per Surd. *de alim. d. tit. 8. priuil. 51. in princ.* post Dec. Becc. & Lup. per eum alleg. & reddit rationem, quia onus hoc transit in bonorum possessorem, &
928 hypotheca est inuiscta bonis, & in omnibus istis casibus licet adsit hypotheca, nihilominus cessat Saluianum, quia dicta hypotheca cedi non potest.

929 Quando verò alimenta debentur ex reditibus aliquorum bonorum, vel ex legato relicto super tali re; an Saluianum experiri possit, dicam infra *in tertia inspect. capitu. 4. numer. 600. & seq.*

930 Limita quarto, in cessione facta de fideicommisso vniuersali, quod cedi non potest, vt tradit Bat. *in l. mulier. § ex asse. ff. de iur. fisc.* Bald. *in c. nonnullis sub n. 10. vers. aliquando tamen. de rescript.* Alex. *in l. si stipulatus fuerim sub n. 2. de verb. oblig.* & alios refert Tiraq. *de retract. lign. d. §. 26. glos. 1. num. 49.* & alios allegat Surd. *consi. 92. numer. 25. vol. 1.*

931 Quod tamen limitatur in legatis, & fideicommissis particularibus, vt per Ias. *loco citato*, & per Doctores supra allegatos.

932 Limita quinto, in iure immittendi mortuũ in rem pignoratam concessam à lege debitori, Tiraquell. *d. gl. 1. n. 51.*

933 Limita sexto, in cessione facta vni ex fideiussoribus in solidum obligatis, etiam cum hypotheca, si quidem non suffragatur, vt agi possit virtute illius contra confideiussorē, quia primus fideiussor soluendo dicitur satisfecisse suæ obligationi. Vnde satis est, quod ex tali solutione nactus sit liberationem, iuxt. tex. *in §. 1. Instit. quib. mod. toll. oblig.* nec potuit ex tali solutione simul, & semel ius aliquod contra confideiussorem acquirere, cum eius contemplatione non fuerat facta fideiussio, nec ad vtilitatem illius in totum, nec pro parte, iuxta doctrinam Bat. *in l. si stipulatum esses, §. si ex duobus numero 2.* vbi Ang. *numer. 1.* Castr. *numero 2.* & Imol. *numero 3. ff. d. fideiuss.* Et ita declarauit
* Rot. coram R. P. D. Litta in vna Romana fideiuss. die 2. Iunij 1598. *in fine operis decisi. 263. num. 1. & 2.*

934 Quod ampliatur in pluribus debitoribus, vt in d. decis. Rom. fideiuss. nam licet Bat. *in d. §. si ex duobus* loquitur similiter in pluribus fideiussoribus, tamen fundamentum illius doctrinæ est, quia vnus non se obligabit nomine alterius debitoris, nec illius contemplatione, nec mutui periculi causa, & sic habet locum dictum Bar. iux. tex. *in l. illud. ff. ad l. Aquil.* & ita dicitur in d.
* decis. Romana fideiuss. coram R. P. D. Litta. Et hoc comprobatur ex doctrina Surd. *in decis. 308.*
935 *num. 11.* dum dicit, quod quando fideiussores se obligarunt vel principales principaliter & in solidum, tunc dicuntur plures rei debendi; cum in se alienam obligationem suscipiunt, iuxta tex. *in l. reos §. cũ tabulis ff. de duob. reu.* Bar. Ang. Castr. & alij *in l. in princip. ff. eo.* Salic. *in l. 1. C. eod. tit.* Bart. *in Authen. hoc ita num. 9. C. ea. tit.* Natt.
936 *consi. 52. num. 1. & cons. 261. num. 4.* & in hoc differunt duo Rei à fideiussoribus, quia tenentur principaliter, *l. si 2. & 3. in fin. ff. de duobus Reis* Ceph. *consil. 220. numer. 4.* fideiussores verò tenentur accessoriè, *l. 1. l. generaliter. l. grege. §. 1. ff. de fideiuss.* cum alijs alleg. per Surd. *d. decisi. 308. numero 13.*

937 Sublimitatur tamen in extraneo soluente, quia tunc competit omne ius, quod principali competebat contra obligatos, *l. emptor*, vbi Bal. *in 1. not. C. de hæred. act. l. si ager in fine.* vbi Dec. Bar. & omnes Doct. *ff. de rei vend.* cũ alijs relatis per Becc. *cons. 105. n. 7.* & habent locum omnia ea, quæ *in princ. præsentis quæstionis* deducta fuerunt,
* & hoc comprobatur in d. decis. Romana fideiuss *in fi.*

938 Sed contra hanc sublimitationem est tex. *in l. fideiussor. & l. cum alter. C. de fideiuss.* vbi habetur quod fideiussor, qui integrum debitum soluit, recuperat pro rata portione à cõfideiussoribus si à creditore cessionem habuerit, & tenet Bal. *in l. si ut rem circa med. C. si cer. pet.* vbi reprehendit Bat. & dicit nimis exaltare suam vocem & diuinare, & idem Bal. *in l. si diuersa in addit. num. 3. C. de loco & cond.* & hanc partem tenet Bat. post glos. *in l. Modestinus num. 10. ff. de solut.* Negus. *de pignor. in 3. memb. 5. par. numer. 35* Gabr. *cons. 63. in princ. lib. 2.* Rouchegal. *de duobus reis in l. reos nu-*

mero 34. *& seq.* & latius per Thesaur. *decis.* 193. *nu.* 4. *& seq.* qui loquitur in fortioribus, nempe vbi non esset facta cessio, Franc. *deci.* 55. *n.* 1. Præterea
939 in hoc casu adest etiam stilus, vt attestatur Tiber. Salust. *in sua praxi ciuil. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 11. ex doctrina Bar. *supra alleg. in d. l. Modestinus num.* 10. & per Bald. *in leg. si diuersa in addit,* C. *de loc. & cond.*

940 Et pro hac parte deducuntur optimæ rationes, si quidem fideiussor merus soluens debitū tollit suam, & alterius obligationem in gratiam alterius susceptam, pro qua alij adsunt eiusdem debiti fideiussores: Vnde cū vtiliter gessit alterius negotium, & confideiussorem à sua obligatione liberauit, conueniens est, & æquitati consonum, vt possit ab eo ratam portionem repetere qualiter liberauit, cum in potestate creditoris esset contra illum etiam in solidum agere, *l.* 2. *C. de duobus reis*, & hanc adducit Thesaur. *d. decis.* 191. *sub nu.* 4.

941 Secunda est ratio, quia quando vnus ex fideiussoribus soluit totum, tollit etiam, & annullat obligationem confideiussoris, & habet beneficium diuisionis vigore Epistolę Diui Adriani, *& per Authen. hoc ita C. de duobus reis*, cuius vigore agere potest contra confideiussorē, vt per Roncheg. *loco cit.* 20, & sic potest vti remedio repetitionis sibi à iure concesso, *per l. si in rem. C. si cert. pet. & l.* 2. *C. de duobus reis*, vt tradit Thesaur *loco citato num.* 5. & tenet Aret. *in* §. *si plures Instit. de fideiuss.* & idem Thesaur. *decis.* 166. *num.* 3.

942 Tertia adducitur ratio, quia si contraria opinio procederet, sequeretur absurdum, & impium, quod ille totum solueret, & confideiussorem à lite & obligatione redimeret, & ipse damnum, & incommodum in totum sentiret, & esset in potestate creditoris vnum ex confideiussoribus obligatis eligere, & si sibi videbitur pauperiorem à quo totum consequeretur, & ditiores liberare, quæ absurditas euitanda est in omni casu.

943 Quarto dicitur, quod cessio huiusmodi ferè vana redderetur, si contra confideiussorem eam exercere non posset, & tamen supra deductum
944 est obligationem etiam Cameralem cedi posse, & effectus talis obligationis ad cessionarium transit, vt per Gall. *ad form. Cam. par.* 2. *q.* 2. *per tot.* cum multis relat. per Zacchiam *de oblig. Cam. q.* 5. *per tot.*

Nec obstare videtur ratio in eadem decisione adducta, nempe quod nulla adest obligatio ad fauorem confideiussoris, nec in totum, nec in partem, & sufficit quod à sua obligatione sit liberatus.

945 Quia respōdetur, quod confideiussores se obligando videntur quasi ad inuicem contrahere, & eo pacto, vt vnus alterum saltem pro parte releuet, vt facilius feratur, & minori damno patiatur, vt tradit Thesaur. *d. decis.* 191. *sub num.* 4. Aliter etiam respondet Roncheg. *in d. l. reos sub numer.* 47. *versi. nam vbi*, & latius sub *numero* 46. *versi. nam & huiusmodi*, vbi ait, quod ex huiusmodi promissione coniunctim facta intelligitur contracta veluti societas inter ipsos, & in re, & sic communicari inter eos debet damnū. & dicit hanc esse veram, licet contraria sit communior.

946 Aliter etiam responderi potest, nempe quod ex fideiussione duplex oritur obligatio, vna qua fideiussor obligatur creditori, & hæc quidem verbis, & stipulatione contrahitur, quia sine verbis non concipitur, *l.* 1. *ff. de verb. oblig.* sed in
947 tacita obligatione, quæ inter confideiussores oritur, non est necessaria stipulatio, & ita respondit Dyn. quem refert Card. Mant. *de tac. & ambig. conuent. d. lib.* 16. *tit.* 6. *n.* 5.

Verùm Surd. *in d. deci.* 308. aliam ponit distinctionem, nempe quod aut quis intercessit ex
948 causa onerosa, & tunc procedit opinio illa quod cùm fideiussor repetit ratam à confideiussore, prout supra deductum est; & per tex. vbi glos. *in l.* 1. *C. de duobus reis.* vbi Cyn. *in* 2. *not.* & cæteri Doct. & per Roncheg. *in d. l. reos in princ. num.* 41. Ceph. *cons.* 120. *num.* 11. *lib.* 2. Aut verò sunt fideiussores ex liberalitate mera, tunc
949 si vnus soluit non repetit ab alio, iuxta doctrinam Bar. *in d. l. reos num.* 5. *ff. de duobus reis.* vbi ait, quod soluens nullo modo repetit, nisi sint socij, & ibi Alex. *in addit.* dicit esse notandum, & ita per Surd. *in d. decis.* 308. *num.* 20. vbi alios adducit.

Ex quibus conclusionem huiusmodi valde dubiam, & controuersam esse ostenditur, cùm
950 non simus in casu, quando fideiussores sint socij, vel obligati ex causa onerosa, vel habeant participationem in re, pro qua fideiubent, vel ex quauis alia mutui periculi causa, vel in causa lucratiua, vel si fuerit ita inter eos conuentum quod quisq; pro rata inter eos releuetur, in quibus casibus absque iurium cessione pro rata tenetur, vt per Bar. *in d. l. reos. & ibi à n.* 14. *vsque* 48. & per Thesaur. *d. decis.* 191. & per Card. Mant. *de tac. & ambig. conuent. d. lib.* 16. *tit.* 6. sed sumus in casu, vbi fideiussor sit obligatus vti principalis, & totum soluit recepta à creditore iurium cessione.

951 In quo articulo, pro concordia ex supra deductis, colligi videtur, quod quando fideiussores simul, & vnico contextu se obligarunt vti principales, & in solidum, eo casu, quia ex illa fideiussione sic coniunctim, videtur ea contemplatione facta, vt æquè ferre onus illi debeant, alias non essent promissuri, & sic videtur quasi inter eos contracta societas, ita quod inter eos communicari debeat damnum, ita vt recepta cessione iurium, possit vnus qui totum soluit contra alium pro rata agere, & supra deductum est, & declarat Roncag. *in d. l. reos sub numer.* 47. *versi. nam vbi, & sub nu.* 49. *versi. nam ex huiusmodi*; cui magis credendum est, cùm de materia huiusmodi tractatum facit Thesaur. *dict. decisio.* 191. *numero* 4. & tenet Vital. *de claus. tit. vtrum an possit renunciari benef. epist. diui Adrian. numero* 35. qui habent beneficium diuisionis inter ipsos.

952 Si verò obligationes in absentia alterius confideiussoris factæ, tunc si sunt socij, agent ad inuicem iudicio societatis, per textum *in l. nequidquam ff. de exercit. act.*

953 Si verò non socij, & tunc distingue, quod aut sumus in casu, in quo impossibile foret illis opponere beneficium diuisionis, cùm esset tale negocium, quod pro parte expediri non poterat, essetq; contractum occasione [illegible] corporalis ac; vt cadat in iudicium communi diuidundo, illi

soluens

soluenti competit repetitio à confideiussore, *l. habeat §. fi. cum seq. de instit. act.* si verò inter eos habeat beneficium diuisionis ita, vt pro parte expediri queat, debetur soluenti actio negocio-
954 rum gestorum, & idem esset si mutui periculi causa esset fideiussum, vt in d. decis. Romana fi-
* deiuss. coram R.P.D. Litta, & hanc distinctionē ponit Roncag. *in d. l. reos n. 40.*

Sed hæc distinctio mihi non placet, cùm loquatur in casu vbi non sit facta iurium cessio, minus etiam tollitur dispositio, *d. l. si rem. C. si cert. pet. & d. l. cum alter C. de fideiuss.* quæ leges generaliter loquuntur in confideiussore, soluēte totum integrum debitum, & pro rata repetit ab alio confideiussore, siue à socio. Et hanc esse veritatem attestatur Roncag. *in d. l. reos nu. 47. & 48.* & idem affirmat Thesaur. *d. deci. 191.* & licèt communis sit in contrarium, tamen iudi-
955 cium secundum veritatem faciendum est, alias sententia non tenet, & venit reuocanda, vt per Felin. & omnes Doct. *in c. inter cætera de re iudic.* & per Couar. *pra. q. quæ. cap. 25. cum vulg.* & ab hac sententia nunquàm discederem, cùm opinio huiusmodi contra communem melioribus, & validioribus rationibus fulciatur, & propterea esse sequendam censeo, iuxta doctrinam Neuiz. *in lib. 5 Syluæ nupt. n. 65.* & per Dec. *consi. 481. in fine*, & per Menoch. *de præsump. lib. 2. præsumpt. 71. num. 24.*

956 Vel saltim dicendum est, arbitrio iudicis relinquendum esse, vt videat, quo animo sit facta fideiussio, & consideratis considerandis, & facie facti videat, an repetitio dari possit, vt in hoc casu considerauit Thesaurus *d. decis. 191. sub nu. 7.* dum dicit, bonus Iudex ex circumstantijs discernat vtrum danda sit repetitio vel non.

957 Octauo limita in cessione facta à creditore emptori domus debitoris, qui soluit de pecunijs precij dictæ Domus emptæ; nam eo casu cùm emptor non soluit de pecunijs proprijs, sed de pecunijs ipsius debitoris de precio domus ei debitis, hæc etiam cessio nihil valet, vt per Bar. *in d. l. Modestinus nu. 4.* & ibi Castr. *num. 4. vers. licèt principaliter ff. de solut.* & declarauit Rota co-
* ram Illustrissimo Ludouisio in vna Romana Casalis Lunæ 1. Iulij 1602. *in fine operis decis. 164. num. 9.* & in alia Romana fideiuss. die 1. Iunij
* 1598. coram R.P.D. Litta *in fine operis decis. 163. num. 4.*

958 Limita, quando fideiussor soluerit nomine debitoris, vel de pecunijs debitoris, quia tunc extinguuntur omnes actiones creditoris, & nulla cadere potest cessio, vt per Bar. *in d. l. Modestinus n. 4.* Alber. *n. 2.* Castr. *nu. 4. vers. licèt ff. de solut.* & per Menoc. *de præsumpt. 143. n. 1. lib. 3.* Et tenuit
* Rot. coram Iusto in vna Bononien. fideiussionis 19. Aprilis 1602. *in calce operis decis. 165. n. 7.* &
* in alia coram Card. Pamphilio in vna Romana anterioritatis Lunæ 23. Iulij 1603. *in fine operis decis. 146. nu. 9.*

Quod si ab eodem debitore esset facta solutio, tunc succederet in locum cedentis & sustineret cessio, vt supra *in principio huius qu.* deductum est, & eo casu cessionario consignanda
959 sunt iura, & scripturæ, enunciatæ in Instrumēto cessionis à cedente, *l. cum seruum in fin. ff. de condit. & demonstrat.* Caputaq. *decis. 104. sub num. 1.*
* *lib. 1.* & tenuit Rota coram R.P.D. Penia in vna pecuniaria 4. Iulij 1594. *in fine operis decisio. 166. num. 3.*

Vigesimo nono quæro; quando Saluianum experiri possit vigore obligationis, & hypothe-
960 cæ conditionalis; nam licèt regulariter in cōtractu ab initio apponatur obligatio conditio-
961 nalis, tamen actio illius vigore non oritur, nisi adueniente conditione, *l. cedere diem ff. de verb. obli.* Ias. *in l. item quia n. 11. ff. de pact.* Aym. *cons. 101. n. 2.* Menoch. *cons. 106. nu. 76. & 77. lib. 2.* Negus. *de pign. in 1. memb. 5. par. n. 14.* Dec. *cons. 421. n. 6.* Afflic. *decis. 355. nu. 4.* Caputaq. *decis. 338. lib. 1.* Et tenuit
* Rota coram R.P.D. Iusto in vna Aoximana societatis 3. Martij 1595. *in calce operis decis. 167. num. 2.*

962 Et similiter hypotheca, (cuius vigore Saluianum intentatur) licèt ab initio in contractu apposita videatur, tamen ante conditionis euentum non oriri probat tex. *in l. grege de pign.* & tradit Bald. *in l. 1. n. 11. C. com. de leg.* Ias. *in l. etiam quia n. 21. ff. de pact.* Negus. *loco citato vers. ita, & realis.* Menoch. *cons. 851. n. 23. lib. 9.* Rot. *diuers. decis. 47. n. 7. par. 1.*

963 Ampliatur prædictam conclusionem procedere, tam in expressa, quàm in tacita hypotheca, vt per Negus. *in d. 1. memb. 5. par. sub num. 14. vers. sed expressa*; qui de magis communi attestatur, & per Ias. *in l. item quia ff. de pact.* Soc. *in l. hæc verba n. 5. de leg. 1.* Rot. *diuers. decis. 47. num. 7. par. 1.*

964 Secundo ampliatur procedere, tam in principali, quàm in accessorio, vt per Gabr. *cons. 173. n. 8. lib. 2.* Surd. *cons. 369. n. 5. vol. 3.*

965 Contrarium tamen, quod conditio, ante euentum conditionis non impedit ortum obligationis, sed exercitium illius, tenet Iosep. Lud. *in conclus. 8. vers. & licèt sit nata.* Rota *diuers. deci.*
* *476. n. 11. par. 1.* & in alia coram R.P.D. Manzanedo in vna Romana prædij fundaci Ven. 11 Maij 1607. *in calce operis decis. 158. n. 8.*

Et similiter de conditione in diem, duæ sunt contrariæ opiniones, altera est affirmati-
966 ua, vt ante diem agi possit ad effectum, vt adueniente tempore soluatur, altera verò est negatiua, nempè quod ante euentum illius non sit nata actio, de quibus latè vide per Ioseph. Lud. *d. concl. 8.* vbi ad partes hanc quæstionem cum suis ampliationibus, & limitationibus latè deducit.

967 Sed hæc differentia in materia nostra nihil facit, quia siue ante conditionis euentum actio non oriatur, siue impediatur illius exercitium; illud certum est, quod ante euentum conditionis agi non potest; & sic in illo tempore cessat Saluianum; & in quibus casibus talis actio cesset pendente conditione tradit Ioseph. Lud. *d. conclu. 8.* & per Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsu. 46.* & videas per eos, quia cùm in eis Saluianū experiri non possit, omittuntur.

968 Illud etiam certum est, quod in conditione causali, ius dicitur acquisitum conditionaliter, & veniente conditione ille primus creditor præfertur secundo posteriori, iuxta tex. *in l. qui balineum ff. qui pot. in pign. hab.* & tradit Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. sub n. 9. ante fin. vers. & istud declarat.* & sequitur Menoch. qui alios refert *in cons. 851. num. 39. & 40. lib. 9.* & hæc est differentia

969 inter cōditionem causalem & potestatiuam, quia in potestatiua, vt dictum est, non acquiritur ius; nisi veniente conditione, vt declarant Negus. & Menoch *locis proximè citatis*.

970 Limita tamen in debitore de fuga suspecto, qui potest ante conditionis euentum, & ante diem conueniri, vt est text. *cum glos.* & ibi tradit Bart. & Salic. *in l. quasitum. ff. de pign.* vbi etiam Ang. *num. 1.* Bald. *in l. 1. in fin. C. de cond. ex leg.* & idem Bald. *in l. 3. in fin. C. comm. vers. certum est quod vtroque casu, & in l. 1. C. de cond. indeb.* Ias. *in l. vinum sub num. 3. vers. quod autem debitor. & in l. pecuniam sub num. 9. vers. tertio ergo limita, ff. si cert. pet.* Negus. *de pign. in 3. memb. 8. par. sub num. 47. vers. nam si suspicio.* Afflict. *decis. 108. prope fin.*

971 Secundo limitatur, quia etiam pendente appellatione talis debitor conueniri potest, vt declarat Ias. *in dict. l. vinum, sub num. 3. vers. tum debitor.*

972 Tertio limita in qualibet iusta causa superueniente, vt per Alexan. *in l. 2. sub num. 14. solut. matr.* Rebuff. *in d. l. cedere diem. vers. ad hac.* & sequitur Ioseph. Lud. *d. concl. 8. vers. quarto limita.*

973 Quarto limita in casu, in quo essent relicta scuta mille alicui, seu filio sub conditione, quod illa dare teneatur suæ filiæ pro dote, nam si dicta filia fuerit ab eodem maritata de alienis pecuniis, poterit dicta scuta mille petere, vt per Senat. Pedem. *decis. 171. num. 7.* & sic Saluianum experiri poterit.

974 Quinto limita in conditione expressa, quæ tacitè inest de iure, quia tunc nihil operatur, & non reddit contractum conditionalem, *l. 3. ff. de leg. 1. l. hac verba,* vbi Socin. *in princip.* & ibi Rip. Ias. *in l. 3. num. 10. de leg. 1.* Tiraq. *in l. si vnquam, §. reuertatur, num. 285. vers. id quod etiam exprimat. C. de reuocand. donat.* Rota *diuers. decis. 576. num. 1.*
975 *par. 1.* quod intellige, quando inest ex necessitate non autem ex voluntate, vt declarat Rip. *in d. l. hac verba, num. 36. de leg. 1.*

976 Sexto limita in fisco, cui si quid debeatur in diem, vel sub conditione ex causa necessitatis publicæ, nihilominus statim petere potest, Bald. *in l. 1. C. de condit. ex leg. n. 1.* Ias. *in l. pecuniam, sub num. 9. vers. secundo limita, ff. si cert. pet.* Ioseph. Lud. *d. concl. 8. vers. secundo limita.*

977 Septimo limita in conditione, quæ intra tempus conditionis adimpleri non potest, nam tunc non expectatur tempus, sed statim peti potest, Soc. *in l. si ita legatum. §. si ita scriptum, nu. 2. ff. de cond. & dem.* vbi etiam Castren.

978 Octauo limita in aliis septem relatis casibus per Menoch. *cons. 251. à num. 32. vsque 41.* primus est, quando pater reliquit dotem filiæ, non excedentem summam legitimæ, quia dicitur purum, non sub conditione si nupserit, per Bart. *in l. Titio centum. §. Titio genero, num. 4. ff. de cond. & demonst.* & ibi Castr. Ang. Imol. & cæteri, Anc. *cons. 35. num. 5. lib. 3.* & per Ioseph. Lud. *conclus. 8. vers. secundus est casus,* & sic statim peti potest, vt per Ioseph. Lud. *loco citato.*

979 Et ratio est, quia Pater tenetur relinquere filiæ legitimam purè sine conditione, *l. quoniam in prioribus de inoff. testam.* & ita dos succedit loco legitimæ, vt per Menoch. *loco citato.*

980 Quod ampliatur etiam si legatum summam legitimæ excederet, nam etiam respectu illius quantitatis supra legitimam dicitur purum, vt per Bur. *in d. §. Titio genero, num. 4. vers. & intelligitur,* vbi rationem assignat, ne eadem res diuerso iure censeatur, *l. iam hoc iure de vulg. & pupill.* & sequitur Socin. Sen. *cons. 92. num. 2. lib. 2.* Ruin. *d. cons. 53. num. 11. & in cons. 24. num. 19. lib. 2.* Paris. *cons. 25. num. 58. lib. 2.* vbi attestatur de communi Socin. Iun. *cons. 134. nu. 19. lib. 1.* Didac. *in cap. nos quidem, num. 10. vers. octauo à mente, de testam.* qui etiam communem dicit.

981 Contrarium tamen, quod solum pro rata legitimæ sit purum, tenet Bald. *in cons. 248. nu. 249. lib. 2.* & hanc veram & communem affirmat Gabr. *cons. 116. num. 12. & 13. lib. 1.* & contrariam falsam appellat, & alios pro hac parte ibi allegat.

982 Secundus est, quando pater est valdè diues, qui relicturus erat omnino dotem ipsi filiæ, quia tunc præsumitur dotem reliquisse purè, vt tradit Soc. Sen. *d. cons. 92. num. 8.* pro hac opinione, & per Menoch. *d. cons. 251. num. 35.*

983 Tertius est casus, quando extaret communis vsus loquendi in Ciuitate, quod mulieres dicuntur dotatæ, etiam quod non nupserint, veluti si dicatur, talis habet amplam dotem: nam tunc dicitur Testatorem purè dotem reliquisse, ita per Bart. *in d. §. Titio genero, num. in fin. vers. item ponamus,* & per Soc. Sen. *d. cons. 92. num. 8. vers. secunda coniectura lib. 1.* Soc. Iun. *cons. 134. nu. 27. lib. 1.* & Didac. *in d. cap. nos quidem, nu. 11. vers. 4. infertur.*

984 Quartus est casus, quando pater plures haberet filias, & omnibus dotem legasset, & vna ex illis iam nupsisset, & dotem consecuta fuisset: Nam hoc casu, & alia secunda, & tertia filia dotem puram consequi debent, ne inæqualitas inter ipsas insurgeret, vt per Anch. *d. cons. 323. nu. 1. vers. item postquam,* & per Soc. Sen. *d. cons. 92. sub num. 7. vers. vltra adducta.*

985 Quintus est casus, quando pater reliquit filiæ dotem, & iussit eam stare tacitam, & contentam, nam hoc casu præsumitur legasse purè, vt per Anch. *cons. 232. circa med.* Soc. Sen. *d. cons. 92. sub num. 8. vers. addit etiam.* & Soc. Iun. *cons. 134. num. 26. in fin. lib. 1.* & ea ratione, quia dici-
986 tur pater pro legitima reliquisse, quæ conditionem non recepit, vt deductum est.

987 Sextus est casus, quando pater titulo institutionis dotem filiæ reliquisset, & extaret Statutum exclusiuum fœminarum, sed mandet etiam dotari, nam tunc relictum dicitur purum, & ad hæredes transmittitur, iux. doctrinam Alex. *in cons. 131. lib. 1.* quem sequitur Ias. *in cons. 105. nu. 2. lib. 4.* & bene per Soc. Iun. *cons. 134. nu. 21. lib. 2.* Abb. *cons. 92. sub num. 3.*

988 Septimus est casus, quando pater reliquit filiæ dotem, & interim mandauit præstari alimenta, nam hoc casu dicitur dotem purè legatam esse, sicut alimenta, Anch. *dict. cons. 328. vers. sed vltimus,* & per Socin. Iun. *dict. cons. 134. nu. 26.*

Sed huic opinioni dissentit Salic. *in l. sancimus, col. vlt. vers. 3. ad quastionem. C. de nupt.* Bald. Nouell. *de dote part. 6. priuil. 12. sub nu. 5. vers. & ex predictis.*

989 Octauus est casus etiam, quando pater in legando, vsus est verbis præteriti temporis, vt si dixerit, quod dotauit, nam tunc dicitur purè legasse, ita per Corn. *in cons. 40. n. 15. lib. 3.* qui idē procedere dicit quādo testator reliquit dotem filiæ

Eliæ pupillæ, quia tunc non dicitur considerasse tempus nuptiarum.

990 Nonus est casus, quando statutum dicit quod filia dotata non succedat cum masculo: nam hoc casu pater si dotem reliquerit filiæ, illud legatum dicitur purum, vt per Castr. *d. §. Tertio genere num. 8.* & est ratio, quia si esset conditionale, non posset dici filia dotata; & sic non esset exclusa à statuto; nam statutum hoc in casu incipit ab actu dotationis, propter quem excludit ipsam filiam; dotatio ergo hic adesse debet, antequam excludatur, & in tempore exclusionis, prout declarat Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 146. num. 43.* adducentes Castr. *in cons. 6 vers. tam tunc lib. 2. & in cons. 25. num. 11. & num. 20. lib. 3.* & latius idem Menoch. *loco citato nu. 45.* & in eodem loco alios adducit casus, in quibus legatum dicitur purum, *a numer. 20. vsque ad 32.* firmo quo ad effectum, vt à statuto filia excludatur non sufficiat si dos ei sit assignata, tradit Rol. *d. d. lucro dotis quæst. 6. num. 3. & seq.* qui alios adducit de communi attestantes, & per Becc. *consi. 53. nu. 4. in fi.* Ofasc. *decis. 21. nu. 9.* & in omnibus supradictis casibus Saluianum experiri poterit.

991 Nono limita in tacita conditione subintellecta ex natura negocij, quia non facit actum conditionalem, *l. quod in rerum ff. sol. matr.* Rip. *in d. l. 3. §. hæc verba nu. 9. & sub nu. 36. ff. eod.* Ang. Imol. *in l. qui liberis in princ. ff. de vulg. & pup. sub.* & per Crot. *in l. 1. §. si quis simpliciter n. 3. vers. illud notabile, ff. de verb. oblig.* Card. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 10. n. 27.*

992 Decimo limita, quando conditio non adimpleatur culpa, & facto illius, ad cuius fauorem veniret adimplenda, quia tunc habetur pro impleta, *l. ab eo scribit. ff. de contrahen. empt. l. iure ciuili ff. de cond. & dem.* vbi Dec. qui aliquas deducit illius regulæ declarationes, Anch. *cons. 281. sub n. 10.* [illegible] Corn. *cons. 231. sub n. 3. lib. 3.* & pro impleta etiam habetur in detrimentum illius, qui adimplere tenetur, Romin. *cons. 434. sub num. 5.*
993 *vers primo quia.* Dec. *cons. 629. nu. 7.* Ruin. *cons. 165. num. 12. lib. 3. & cons. 64. num. 9. lib. 5.* Dec. *in l. 1. num. 5. ff. de instit. & substit.* Peregr. *de fideicom. art. 16. num. 128.* Card. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 45. nu. 37.* Rota *diuers. decis. 395. n. 2. par. 1.*

994 Quod etiam procedit, quando ille, qui adimplere tenetur, non curat id facere quam primum potest, vt per Bar. & Doct. *in l. hæc conditio. ff. de condit. & dem.* Roland *cons. 63. num. 48. vol. 4.* Corn. *cons. 207. vol. 4.* Ruin. *cons. 231. num. 11. volu. 1.* Bursat. *consi. 25. num. 15. lib. 1.* Surd. *decis. 226. num. 11.* vbi etiam declaratur, quod sufficiat vt tantum tempus effluxerit, quod adimplere potuisset, vt per Bursat. *loco citato*, Cephal. *cons. 118. n. 16.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 42. numer. 12.*

995 Sublimitatur quando constaret testatorem voluisse vere conditionem esse adimplendam; nam eo casu non sufficit haberi pro impleta, vt declarat Bar. *in l. vter n. 1. ff. de condit. instit.* Bal. *in l. si pater n. 18. in fi. C. de instit. & substit.* Dec. *in d. l. iure ciuili n. 2. de reg. iur.* Soc. *in l. in testamento n. 4. in fi. ff. de condit. & dem.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 45. n. 19.* Rot. *diuers. dec. 395. n. 2. par. 1.*

996 Vndecimo limita, vbi conditio potestatiua impleri non potest per aliquem naturæ casum, nam tunc habetur pro impleta *l. turpia §. sed si. ff. de legat. 1. l. quæ sub conditione. §. quoties ff. de cond. instit.* Dec. *in l. 2. sub n. 10. C. de inst. & subst.* [illegible] vbi ait procedere, quando nihil imputari possit ei, qui adimplere tenetur, Peregr. *de fideicom. d. art. 16. num. 130.*

Quod ampliatur, etiam si in vita testatoris casus contingeret, vt post Alex. & Dec. per eum allegatos tradit Peregr. *loco citato nu. 130.*

997 Duodecimo limita, quando ex facto, vel culpa testatoris, qui conditionem apposuit, conditio defecit, vt si testator reliquit alicui legatum si eum in Ecclesia sepeliri fecerit, & quia testator erat excommunicatus, fuit prohibitus in Ecclesia sepeliri; nam tunc conditio dicitur adimpleta, & legatum debetur, vt post Bar. Salic. Bal. Castr. & alios per eum relatos tradit Socin. *in d. l. in testamento, n. 14. ff. de condit. & demonst.* & sequitur Peregr. *loco citato num. 32.* Surd. *cons. 218. n. 18. lib. 2.* qui alios adducit, vide tamen declarationes per Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsump. 183. sub nu. 59.*

998 Decimo tertio limita quando casus contingeret in personam onerati, vt quia prius ante adimplementum decesserit, quia tunc deficit etiam conditio, *l. si ita expressum. ff. de condit. & demonst.* Ang. *in d. l. 1. vers. in ea glos.* vbi Castr. Ias. *sub n. 9. vers. si autem, C. de instit. & substit.* Soc. *in l. si Titius sub n. 8. vers & prædictam regulam. ff. de condit. & demonst. & seq.* Peregr. *loco citato n. 134.*

999 Decimo quarto limita in conditione necessaria, quia eo casu actus, seu stipulatio non efficitur conditionalis, vt tradit Alex. & Ias. *in l. impossibilis n. 8. ff. de verb. oblig.* & idem Alex. *in l. si constante §. 1. n. 5. ff. solut. matrim.* & idem Ias. *in l. in illa stipulatione nu. 6. de verb. oblig.* vbi ampliat in conditione inualida. Rip. *in l. ista stipulatio*
1000 *num. 96. ff. eo.* vbi declaratur procedere, tam in conditione necessaria de præsenti, quàm de futuro quoad obligationem, non autem quo ad pœnam, & sequitur Ioseph. Lud. *dict. conclus. 8. vers. primo fallit.*

1001 Decimo quinto limita, in conditione impossibili in vltima voluntate adiecta, quia pro non apposita habetur, *d. l. 1. ff. de cond. instit. l. obtinuit. de condit. & demonstr. §. impossibilis Instit. de instit.* vbi Aret. tradit Bar. Ang. & Imol. *in d. l. 1.* Crot. *cons. 44. num. 4.* latius per Natt. *cons. 626. num. 14.* Decian. *consi. 83. num. 27. lib. 3.* Surd. *consi. 89. nu. 12. lib. 1. & consi. 218. num. 18. lib. 2.* qui hanc veriorem, & communem dicit; licet secus sit in contractibus, quia tunc vitiat actum, vt Doct. *supra alleg.*

1002 Et hoc procedere intellige, quando testator sciebat eam conditionem esse impossibilem, vt declarat Bar. *in d. l. 1. sub n. 1. vers. gl. vbi soluit. C. de instit. & subst.* & per Soc. *in l. multa. §. si seruos sub n. 2. ff. de condit. & demonst.*

Secus si ignorabat, vel credebat esse possibilem, Bar. per illum tex. *in l. seruo manumisso. ff. de condit. indeb.* vbi dicit esse notabile, idem Bar. *in l. ab omnibus §. 1. nu. 3. de leg. 1.* Soc. *in l. mult. §. si seruus num. 2. ff. de cond. instit.* Imol. *in d. l. 1. numer. 11. vers. fallit primò.* Ang. *cons. 77. n. 2.* Ruin. *cons. 20. n. 8. vol. 2.* Aym. *cons. 167. num. 8.* Paris. *cons. 38. numero 84. volum. 3.* Becc. *cons. 38. num. 48. & cons. 64. num.*

15.lib.2.Valq.*de success.creat.§.10.nu.168.*
1003 Si vetò conditio pro parte sit possibilis, &
pro ea parte fuerit impleta, statim cogi potest,
quia ei satisfactum intelligitur, *l. qui dotem*, vbi
Bar.*de dote prælēg.*tradit Soc.*in d.l.multa.§.si ser-
uus in principio.*& Card.Mantica,*de tacit.& am-
big.conuent.lib.14.tit.43.nu.33.*
1004 Quando autem impeditus possit agere, non
obstante conditione declara, vt per Peregr.*de fi-
deicom.art.16.nu.152.& seq.*per Card.Mant.*de tac.
& ambig.conuent.lib.14.tit.45.nu.48.& seq.*vbi et-
iā declaratur, quod de conditione mixta, & per
Soc.*in d.l.in testamento n.6.& seq.de condit.& de-
monst.*& vide per Menoch.*de præsump. lib.4.præ-
sumpt.*183.
1005 Decimo sexto limita; quando dispositio es-
set facta sub modo, non autem sub conditione,
quia quando est sub modo, tunc non suspendit,
nec extollit dispositionem, nec requirit imple-
mentum, quando est facta fauore legatarij, vel
hæredis, vt per Aymon. *consi.59.nu.4.* Dec.*consi.*
238.*ad fin.*Ioseph.Lud. *d. conclus.8.vers.& quando
modus,*Peteg.*de fideicom.art.11.nu.25.in fin. & art.
15.nu.159.*

Secus tamen esset, quando ad fauorem tertij
esset adiectus modus, vt per Doct. *proxime alle-
gat.* & in omnibus supradictis casibus non ob-
1006 stantibus coditionibus supra expressis, Saluia
num experiri poterit, cùm non suspendant, nec
impediant actionem.
1007 Trigesimo quarto An Saluiano locus sit, vbi
in obligatione adest clausula constituti, & quo-
niam per eā transfertur naturalis, & ciuilis pos-
sessio, *l. quod meo.de acq.poss.*latè per Rolan. *consi.
45.nu.2 & consi.57.nu.23.lib 3.*Neuiz.*cons.82.nu.14.*
Gozad.*consi.14.nu.5.*Tiraq.*de const.poss.par.1.nu.5.
& par.2.vers.amplia primo nu.2* Rota *diuers.decis.
662.nu.4.par.1.*
1008 Propterea videtur dicendū, quod cùm possi-
deat non esse locum Saluiano, cùm sit remediū
adipiscendæ possessionis, non datur possidenti;
prout tenet Bece.*cons.89.nu.25.*Bellon.*cons.34.nu.
8.*quos sequitur Surd.*consi.191.nu.12.vol.2.*Et hoc
idem sentire videtur Marc. Ant. Eug.*consi.65.nu.
72.* dum dicit, quod possidenti non datur Sal-
uianum Interdictum.
1009 Contrariam tamen veriorem sequendam
censeo, quia licet per clausulam constituti trās-
feratur ciuilis, & naturalis possessio; tamen hæc
est ficta iuris possessio, non autem realis, & de-
clarat Tiraq.*de const.poss.in prin.sub nu.1.vers.con-
stitutum,*& per Bar.*in l.si is qui pro emptore nu.7.ff.
de vsucap.*

Et propterea licèt translata sit per constitu-
tum ista iuris possessio, tamen ad illam transfe-
rendam, & in ea immittendum; actor vigore Sal-
uiani petere potest; vt dicitur de venditore, qui
1010 licèt liberatus sit per clausulam constituti à
traditione possessionis iuris, non tamen dicitur
liberatus quin conueniri possit pro reali, & a-
ctuali, & facti possessione, vt est gl. *in l. Iulianus.
§.ex vendito.ff.de act.empt.* & tradit Bald. *in l. ab
emptione sub num.3. vers. in contrarium de pact.* &
ibi Doctor. Corn.*consi.144.sub numer.2.vers. quia
respondetur. lib 1.* & magis veram, & commu-
nem dicit Alexand.*consi 28. numer.7. libr.2.*Dec.
consi.281.numer.4.in fin. Aimon *consi.63. numer.3.*
Petr.Ant.de Petr. *de fideicomm. quæst.8. num.142.*

& hanc etiam magis communem affirmat Ti-
raquell.*de const.poss.par.1.& in prin. nu.10,* quam
ipse sequitur reiecta contraria opinione; & per
Viu.*commun.opin.1024.sub num.2.* Osasc.*decisi.35.
nu.4.& 6.*
1011 Et comprobantur prædicta, quia licèt per cō-
stitutum transfertur dominium ipso iure in le-
gatarium *l.legatum ita de leg.1.l.à Titio.ff.de fur.*
Ias.*in l.1.num.85 & 153.* vbi omnes Doct.*de leg.1.*
Ruin.*consi.159.lib.4.*Surd.*cons.300.nu.1.lib.2.*Rot.
diuers.*decisi. 666.nu.4.par.1.*
1012 Tamen non dicitur vera translatio, sed ficta,
vt declarat Duen.*reg.210.vers.sexto limita.* Tira.
de iur.const.poss.par.2.ampliat.8.num.1. dum dicit,
quod non dicitur verè translatum, nisi sequuta
traditione.
1013 Et propterea dicit Osasc. *decisi.153. nu.6. & 7.*
quod licèt per constitutum sit translata pos-
sessio, nihilominus constitutario competunt
remedia possessoria ad illam realiter conse-
quendam.
1014 Et in omnem casum Saluianum datur pro
legato, vt latè fuit infra c.4.*nu.*186.deductum,
de qua conclusione non est dubitandum.
1015 Et propterea dicit Bal.*in d.l. ab emptione nu.
4.* quod licèt donatio consensu perficiatur, ta-
men si in donatione adest clausula constituti,
non tollitur quin donatarius possit agere ad
consecutionem bonorum.
1016 Nec etiam per constitutum translata dici-
tur possessio, quando ut in Instrumento condi-
tionali positum, velut si dixerit, *donec pretium
integraliter non fuerit solutum*, vt per Magon.
decis.91.numer.10.& decisi.31. num.1. & 9. & 10. i-
psum quoque constitutum dicitur conditiona-
le, quia est accessorium contractus, & regula-
tur secundum eum, vt per Bald.*in l.ex testamen-
to in fi.C.de fideicom.* Tiraquell. *de const.poss. par.3.
limit.3.num 16.* Nat. *consi.186.num.8.* Crot.*consi.12.
numer.21.*Magon. *decis.Lucen.31.numer.34. & 35.*
& latius per Surd.*decisi 157.numer 5.*qui alios re-
fert, vt per Rotam coram R.P.D.Robusterio in
vna Ciuitatis Castelli census Merc.... Martij
1585.*in calce operu decisi.169. nu.7. vers. nec consti-
tutum.*
1017 Illud etiam aduertendum est, quod consti-
tutum non operatur suum effectum, nisi pro-
baro constituentem tempore constituti possi-
dere, vt per Ang. & Alexan.*in l.quamuis.§. si con-
ditor de acquir.poss.*Dec.*consi.4?0.sub num.9.vers.
primo.*Grat.*cons.42.nu.12.& consi.73.lib.2.*de com-
muni attestatur Rolan.*consi.79.nu.23.lib.2.*qui a-
lios deducit.Benintend.*decis.48 nu.2.*Rot.*diuer.
decis.389.nu 3.par.1.*& latissimè per Afflict.*decis.
325.nu.4.*
1018 Limitatur tamen in antiquis, quia possidere
præsumitur, vt per Soc.Sen.*cons.187.sub n.12. vers.
tamen lib.2.*Dec.*cons.302. nu.8.* Mynsing. *sing.521.*
Ang.*in l.quamuis.ff. de acquir.possess.*
1019 Secundo limita cōtra tertium, scilicet quā-
dō agitur de præiudicio tertij, non autem quo
ad ipsum constituentem, vt per Bal.*in l. si extin-
ctantur.§.1.ff. de pub.in rem.act.* Ruin.*cons.45.nu.13.
lib.4.*Soc.Sen.*d.consi.178.nu.14.lib.2.*
1020 Sublimitatur tamen, quando [illegible] habe-
ret causam ab ipso constituente [illegible] quia esset
singularis successor, vt per Soc.Sen.*consi.11.sub nu.
1.vers.& pro prædictorum confirmatione lib.2.* Grat.
consi.

conf.41.num.11.lib.2. Tiraquell.*de const.poss.limit.1. num.10.& 13.* Plot.*de in lit.iur.§.4.num.56.& 57.in*
* *fi.* & per Rotam coram Card. Seraphino in vna
Romana Saluiani Interdicti 11.Ianuarij 1602.*in eius lib.decisi.1415.n.2.* Rot.*diuers.decisi.766.num.11.*
par.1.
1021 Sed quid dicendum esset si iste tertius, de
cuius præiudicio agitur, & possidet, esset præ-
sens, & consentiret, an ideo dicatur translata pos-
sessio. Et pro negatiua tenet Corn.*cons.5.n.22.li.*
2.& cons.183. sub nu.8. vol.3. & videtur sentire Ti-
raq.*de const.poss.par.4.limit.1.nu.12.*
1022 Contrariam veriorem, quam sequendã cẽ-
seo, tenet Butr. *in c. cum venissent num. 13. vers. in*
quantum de restit.spol. Tiraq. *in dict. tract. de const.*
poss. limit.13.in fin. vbi reiecta Corn. opinione, hæc
clausula præsente possessore, & non contradi-
cente operatur eandem vim, & effectum con-
tractus, ac si ipsemet possessor constituisset se
possidere, & hoc idem affirmat Menoch. *consi.*
733.nu.8.lib.8.
1023 Tertio limitatur in bonis futuris acquisitis
post constitutum, nisi expresse fuerit dictum, vt
per Bal. *in l.1.ff.pro soc.& seq.* Rol. *in d.cons.70.num.*
23. vers. ergo præsupponitur lib.1. latè per Menoch.
cons.113.nu.55.& 58.lib.2. vbi declarat constitue-
1024 tem non acquirere constitutario, nisi eo ani-
mo acquirat; secus si eo animo, vt sibi non con-
stitutario acquirat, & idem confirmat Tiraq. *de*
1025 *const.poss.limit.32.nu.12.* vbi *nu.17.* ait in dubio
constituentem acquisiuisse præsumi.
1026 Quarto limitatur, quando post mortem cõ-
stituentis ipsa bona fuerint ab hærede appre-
hensa, & postea constitutarius neglexerit appre-
hendere naturaliter possessionem, tunc enim a-
mittit possessionem, quam prius habebat, *l. si de*
eo.§.1. vbi Bar. *ff. de acquir. poss.* & per glos. *in c. cum*
venisset in verbo amittat possessionem. vbi Doct. *de*
restit.spol. & per Bar. *in d. §.1.* quem sequitur Ti-
raq. *de constit.poss.par.3.limit.21. num.9.* Et tenuit
* Rota coram R.P.D. Vbaldo in vna Romana
Domus Veneris 4. Decembris 1615. *in calce operis*
decis.170.nu.11.
1027 Et ratio est secũdum præcitatos Doctores,
quia constitutarius sciens, hæredem possessionẽ
accepisse, per modicum tempus amittit posses-
sionem, quam habebat, eo quia videtur suspica-
ri, se posse repelli, & idem confirmatur in d. Ro-
* mana domus coram R.P.D. Vbaldo.
1028 Quinto limitatur, quando contractus esset
nullus, quia clausula constituti cũm sit accesso-
ria ad principalem contractum, nihil operatur,
stante nullitate contractus; Nam eo casu neces-
saria est actualis traditio, Bald. *in l. ex testamento*
in fine. C. de fideicommiss. Socin. Sen. *cons.78.num.*
3.lib.3. Aymon *cons.299.num.3.* Ruin. *cons.127. nu-*
mer.14.& 15.lib.5. Surd. *cons.221. sub num.12. lib.*
1. Tiraquell. *de const.poss.limit.7.num.1.* Rot. *diuersi.*
decisi.224.numer.1. par.2. & dixit Rota in dicta
* Romana domus coram R.P.D. Vbaldo *ante*
finem.

Sed in præsenti casu cessant difficultates,
quia præsens remedium Saluiani datur vigore
hypothecæ, vt pluries fuit deductum, & hoc cõ-
stitutum est separatum ab hypotheca, quia po-
test quis rem suam obligare sine constituto, & è
conuerso, & quando autem hypotheca sit per de-
cennium, vel alia statutaria præscriptione tolla-
1029 tur, non tamen tollitur constitutũ, vel preca-
rium, cũm sint separatum, vt declarat Bar. *in l.*
rem alienam sub num.2. & ibi Bald. *in fi. vers. ex le-*
stare, & Castr. *in num.7. ff. de pign. act.* vbi ait, quod
sublata hypotheca, poterit interdicto de preca-
rio agere, & per Afflict. *decis.139. n.5.* quem refert,
& sequitur Olase. *decis.35.n.5.& 7.*

Quapropter dicitur, quod agens vigore
hypothecæ in Instrumento appositæ, vbi ade-
rat clausula constituti poterit Saluianum in-
tentare, cùm constitutum sit quid separatum
ab ipsa hypotheca, vt tenuit Rota ex multis de-
cisionibus supra *in hac 3. Inspect. capit. 2. num. 4. in*
princip. deductis apparet, & fere in omnibus de-
cisionibus in præsenti opere allegatis, & no-
* uissimè coram R.P.D. Manzanedo in vna Ro-
mana Saluiani Interdicti 11. Ianuarij 1616. *ibidem*
decis.171.
1030 Nec omittendum est videre, an si semel fue-
rit alicui concessa immissio, possit iterum hoc
remedium Saluiani experiri, & breuiter dicitur
quod non, quia, vt alias fuit dictum hoc reme-
dium est adipiscendæ possessionis, & non datur
ei, qui semel possessionem est adeptus, vt per
Menoch. *de adipisc. possess. remed.4.nu.506.* vbi di-
cit non esse hoc beneficium consultum ei, qui
sua culpa cecidit à possessione, per Spec in *tit.de*
restam.§. sequitur n.32. & latè declarat Surd. *cons.*
273.n.16. vol.2.
1031 Verũ hoc limitandum est primo, quando
ex diuersa causa, vel si ex diuerso Instrumento
diuersam continente obligationem ageretur,
vt ex multis tradit Gabr. *de action. conclus.2. nume-*
re 16.
1032 Secundo limita, quando ageretur contra
diuersas personas, iuxta tradita per Bar. *l.1.§. vn-*
de quæritur. vbi Doct. *ff. de public.* Alex. *in l. edita*
actio sub num.16. vers. sed Paulus de Castr. C. de e-
den. & per Gabr. *loco citato n.17.*
1033 Tertio limita, quando ageretur vigore In-
strumenti in quo daretur electio, vt per Rip. *in*
l. seruu electione n.15. ff. de leg. 1. & de hac materia,
vide plenius supra *nu.4. cum plur. seq.* Et ita sensit
* Rota corá Illustrissimo Seraphino in vna Rea-
tina Molendini, Lunæ 26. Iunij 1595. *in eius libro*
impress. deci.1143.n.3. vbi habetur, quod posset re-
licto principali agere contra tertios possessores
& relicta via intentata agere vigore Saluiani
Interdicti.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca specialis dicitur, quando particulariter vna res obligatur.*
2 *Hypotheca specialis est, quando in specie certa rei confertur conuentio.*
3 *Differentia inter specialem, & generalem.*
4 *Specialis Hypotheca quæ dicatur, & nu.5.*
6 *Hypotheca specialis requirit, quod tempore obligationis sit res in bonis debitoris, & num.11.*
7 *Bona futura non veniunt in speciali hypotheca.*
8 *Bona futura veniunt in generali obligatione.*
9 *Saluianum non requirit, quod res fuerit in bonis, sicut specialis hypotheca.*
10 *Saluianum vigore expressæ specialis hypotheca non datur nisi probetur rem obligatam tempore obligationis fuisse in bonis.*
12 *Saluianum non datur sine hypotheca.*

13 *In Saluiano sufficit, quod debitor possederit rem, non requiritur de tempore obligationis.*

14 *Hypothecæ constitutio, est quid separatum à Saluiano.*

15 *Saluianum præsupponit pignus, vel quasi hypothecam.*

16 *Possessio est probanda in Saluiano, non dominium.*

17 *Hypothecariam intentans probare debet rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis, in quasi Seruiana quæ est eadem, vt hypotheca.*

18 *Possessio rei hypothecatæ tantum est probanda; etiam si sit specialis obligatio, quando agitur contra principalem debitorem, vel eius hæredem.*

19 *Debitor, & eius hæres non potest refricare quæstionem dominij.*

20 *Saluianum datur cuilibet creditori hypothecario.*

21 *Etiam contra tertium vigore specialis hypothecæ.*

22 *Creditor anterior, qui præfertur in hypotheca, est præferendus in Saluiano.*

23 *Creditor, qui reseruauit specialem hypothecam pro residuo pretij, præfertur anteriori habenti generalem.*

24 *Limitatur procedere si principalis hypotheca fuerit in principio Instrumenti ante translationem dominij, vel in ipsa translatione, & n. 44.*

25 *Hypotheca in alio Instrumento reseruata sufficit si in continenti fiat, & n. 45.*

26 *Dominij reseruatio, vt valeat ad effectum anterioritatis, sufficit, quod fiat in eodem Instrumento, etiam post rei traditionem.*

27 *Conuentio vnica dicitur, quicquid in vno Instrumento conuenitur.*

28 *Plures contractus in eodem tempore, & in eodem Instrumento confecti vnus censetur, & correspectiuè dicitur.*

29 *Constitutum per quod transfertur dominium, & possessio.*

30 *Constitutum dicitur conditionale, quando præcedit contractus conditionalis, & vt intellige, nu. 39. & 40.*

31 *Hypothecam specialem sibi reseruans super re vendita præfertur omnibus alijs creditoribus; & Saluianam experiri potest.*

32 *Reseruatio dominij in venditione fieri potest.*

33 *Saluianum vigore hypothecæ reseruatæ super re aliena intentari poterit.*

34 *Hypotheca super re propria consistere non potest.*

35 *Intellige procedere in re sua irreuocabiliter; veluti si esset reseruatum dominium, donec pretium fuerit solutum.*

36 *Dominij reseruatio intelligitur de dominio directo, non autem vtili.*

37 *Dominium directum, & vtile si reseruaretur venditio esset inutilis.*

38 *Dominium vtile consistit in vsufructu.*

39 *Saluianum experiri potest super fructibus rei venditæ de qua fuit habita fides de pretio contra emptorem, & ei data dilatio.*

40 *Emptor tenetur ad solutionem fructuum pro rata pretij non soluti.*

41 *Hypothecam habet; qui dominium de iure speciali habet.*

42 *Saluianum experiri potest vigore hypothecæ, quæ competit emptori vigore dominij.*

43 *Dominij reseruatio an sit facienda in principio Instrumenti, an vero sufficiat; quod in eodem Instrumento fiat.*

45 *Dominium transit in emptorem facta traditione, licet contractus nondum absolutus.*

46 *Dispositiui l. lecta si cert. pet. procedit per quandam fictionem.*

47 *Fictio procedit si adest habilitas extremorum de tempore ad tempus, & de loco ad locum.*

48 *Dominij reseruatio in Instrumento fieri satis esse, reprobatur.*

49 *Dominium transfertur in emptorem, etiam ante perfectionem contractus, & n. 55.*

50 *Venditio facta ad mensuram dicitur conditionalis, ante mensurationem non dicitur perfecta.*

51 *Dominium transfertur ante mensurationem in venditione.*

52 *Hypotheca constituta ad fauorem plurium venditorum, & primo in capit. ad fauorem vnius, & secunda in secundo cap. ad fauorem vnius, & tertia in tertio cap. ad alterius fauorem, præfertur prima in ordine.*

53 *Primus dicitur, qui est prior nominatus in ordine.*

54 *Limitatur inter personas priuilegiatas.*

55 *Dominium transfertur per clausulas vendidit, tradidit, & consignauit pleno iure.*

56 *Item per clausulam, vel in perpetuum. Item si dixerit, ad habendum, tenendum.*

57 *Dominij reseruatio post dictas clausulas, nihil operatur, & ad contraria respondet, n. 62. & 63.*

58 *Hypotheca constitutio post dominij translationem non tenet & nu. 60.*

59 *Hypotheca reseruata à venditore in venditione rei facta minori post dominij translationem, non tenet sine Iudicis decreto.*

60 *Ampliatur etiam si emptio esset facta à tutore, & procedit in administratore, & procuratore.*

61 *Constitutum appositum in contractu conditionali, dicitur etiam ipsum conditionale.*

64 *Reseruatio dominij, & hypothecæ ante translationem dominij, vel eodem instanti facienda est.*

65 *Iudicis arbitrio tribuendum est, an reseruatio dominij sit ante, vel in continenti facta.*

66 *Dominij reseruatio facienda in principio, vel statim in ipsa translatione procedit, quo ad præiudicium tertij, sed anteriorum creditorum, non autem quo ad præiudicium contrahentis.*

67 *Dominij translatio quo ad tacitam hypothecam non refert, si ante, vel post in ipso contractu fuerit facta.*

68 *Saluianum intentari potest in omnibus casibus in quibus dominij reseruatio à principio contractus, seu ea ipsa reseruatione facta sit, secus si post translationem.*

69 *Creditor habens aliqua bona specialiter obligata, non potest Saluianum intentari super alijs, si ex obligatis specialiter possit satisfieri.*

70 *Saluianum non datur stante speciali obligatione contra alia bona, etiam in causa dotis.*

71 *Creditor, qui specialem habet hypothecam, non potest ad capturam procedere, nec debitorem suspectum iurare, nisi prius discussa speciali hypotheca.*

72 *Hypotheca generalis intelligitur sub conditione, quatenus specialis non sufficiat.*

73 *Discussio est necessaria super specialiter obligatis, antequam ad generaliter obligata deueniatur.*

74 *Res specialiter obligata præsumitur sufficiens, nisi contrarium probetur.*

75 Ampli-

75 *Ampliatur etiam in causa repetitionis dotis.*
76 *Ampliatur etiam si primus creditor habeat primo loco specialem, & secundus generalem, siue è conuerso.*
77 *Ampliatur etiam in obligatione Camerali.*
78 *Creditor potest agere contra bona specialiter obligata, & generaliter.*
79 *Creditor hypothecarius potest eligere ex obligatis quem velit.*
80 *Inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem.*
81 *Solutio non interest an fiat in vna vel alia re.*
82 *Creditor potest agere contra specialiter, & generaliter obligata, si iudicium est contra principalem debitorem, & secundus creditor non opponat.*
83 *Creditor potest eligere rem, quam vellet quando nullus extat, qui opponat, quod prius excutiantur bona specialiter hypothecata.*
84 *Creditor non potest agere contra specialiter, & generaliter obligata, si causa sit contra secundum creditorem.*
85 *Interesse secundi creditoris consideratur.*
86 *Limitatur si creditor habeat obligationem Cameralem.*
87 *Creditor potest eligere rem, quam velit, quando creditum est cum Instrumento cum guarantigia, vel habente executionem paratam.*
88 *Limitatur si adsit clausula, quod specialitas generalitati non deroget.*
89 *Limitatur quo ad tertium possessorem, qui nullam habet hypothecam super specialiter obligatis.*
90 *Limitatur in aliis multis casibus.*

De Saluiano vigore specialis hypothecæ.

CAPVT III.

QVoniam visum est de Saluiano obtinendo vigore generalis obligationis, & hypothecæ; nunc videndum erit de Saluiano vigore specialis hypothecæ experiendo.

1 Et primo præmissa vulgari regula, quod specialis illa dicitur hypotheca, quando particulariter vna res obligatur, vt est text. *in l.2.ff.de pign.iuncta glos.in verbo recepta,* vbi Doct. & per Neguſ. *in 3.memb.3. par. in princip.* & per Franc. Balb. *de pign.in cap.9.ante fin.uers.Papinianus,* vbi
2 ait, quod specialis hypotheca dicitur, quando in speciem vnius alicuius certæ rei confertur conuentio. Verum est si species plures nominatim obligentur, specialis semper dicitur hypotheca, vt per Franc. Balb. *loco citato, vers.verum,* Neguſ. *de pign. in tertio membr.2. part. numer.2. in fin.*

3 Insuper etiam dicitur specialis hypotheca, quando omnia bona alicuius mobilia, & immobilia, præsentia, & futura sunt simpliciter obligata, quia generalis dicitur, quando omnia bona præsentia, & futura sunt simpliciter obligata, Ruin. *cons.112. num.9. lib.4.* Aym. *cons.831. num.3.*

4 Specialis etiam dicitur hypotheca si dictum sit, *hypothecauit omnia, & singula bona,* quia perinde habetur, ac si bona distinctim, & specialiter essent obligata. Crauett. *d.cons.831.n.4.*

5 Dicitur etiam specialis hypotheca, quando est facta obligatio omnium bonorum simpliciter, quia non potest referri ad alia bona nisi ad ea, quæ in pacto sunt comprehensa. *l.2.iuncta l. Titius in princip.de lib.& posth.* Claud. Aquenſ. *in l.qui absens §.1.ff.de acquir.poss.* Natt. *cons.474.nu. 14.* Crescent. *decis.152. sub numer.2. alias decis.1. de pign.*

Tamen ad effectum de quo agitur, nempe experiendi Saluianum, in hoc differt hypotheca specialis, à generali, quia in speciali hypotheca requiritur, quod tempore obligationis contractæ, res sit in bonis debitoris, ita quod
6 non sufficeret illa res post contractam obligationem efficeretur debitoris, vel veniret in quasi eius dominio, vt est text. *in l.1.* & ibi declarat Bart. *sub number.1. vers.quarto nota,* & ibi Bald. *in princ.ff.de pign.* & Ang. *num.2.* Neguſ. *de pign. in 2. par.princ.nu.1.* & est text. clarus *in l. & qua nondum.§.quod dicitur.* & ibi Bart. Bald. Ang. Castr. Salic. *in princ.ff.eod.tit.* & per Rebuff. *in tract.de constit.reddit.art.1.glos.14.num.4.* vbi dicit quod specialiter obligari non potest, quæ non est obligantis tempore obligationis.

Vnde sequitur quod in tali hypotheca spe-
7 ciali non veniunt bona futura, vt per Bart. Bal. Ang. Castr. *in d.l.1.& in d.§. quod dicitur.* & communiter Doctor. & in generali obligatione ve-
8 niunt futura, vt per Bart. Bald. Ang. & communiter Doct. *in d.l.1.* & latè fuit *in præcedenti cap. in 1.quæst.nu.4.* deductum, & in hoc Iudicio Saluiani non est necesse probare rem fuisse in bo-
9 nis debitoris, prout requiritur in constituenda speciali hypotheca, sed solum ab eo fuisse possessam, vt deduxi supra *in 1.Inspect. in cap.5. de secundo extremo num.1.& seq.& in 2.Inspect.in cap.2. de differentiis inter Seruianam, & Saluianum nu.7. cum seqq.*

10 Ex quibus videtur Saluianum vigore expresse specialis hypothecæ experiri non posse, nisi probetur rem obligatam tempore obligationis fuisse in bonis debitoris, quia si in eius bonis non fuisset, nec hypotheca contracta esset, vt
11 declarant omnes Doct. *in d.l.1. & d.§.quod dicitur,* & sine hypotheca Saluianum dari non po-
12 test, prout pluries fuit deductum, iux. notata in *l.1.* vbi Salic. *sub n.5.C.de Salu.Interd.* tradit Corn. *cons.109.nu.2.lib.1.* Gabr. *cons.46.nu.20.lib.1.* Natt. *cons.474.num.4.* Surd. *cons.131.num.11.lib.1.* & dixit
* Rota coram R.P.D. Coccino in vna Romana Saluiani Interdicti 2. Decembris 1601. *in fine ope-*
* *ris decis.17.num.2.* & coram Illustrissimo Lancellotto in vna Romana Saluiani Interdicti Veneris 5. Decembris 1603. *ibidem decis.30. num.1.* &
* coram R.P.D. Litta in vna Romana Saluiani Interdicti Veneris 17. Maij 1602. *ibidem decis.31.*
* *num.3.* & coram R.P.D. Penia in vna Romana Saluiani Interdicti 21. Maij 1599. *eodem loco decis.9.num.4.*

His tamen non obstantibus, non recedendo à vera & communi opinione aliàs firmata, prout *in 1.Inspect.cap.5.de secundo extremo, & in 2.Inspect. cap.2. de differentiis inter Seruianam, & Saluianum num.7.& seq.* quod in Saluiano necesse sit probare solam possessionem, scilicet quod
13 tempore constitutæ hypothecæ debitor possidebat, non autem esse in bonis debitoris.

Nec obstat quod fuit dictum in constituenda speciali hypotheca necesse esse probare rem illam obligatam tempore obligationis fuisse in bonis debitoris:

Nam respondetur, quod licèt in constituenda tali hypotheca requiratur, quod res obligata sit in bonis debitoris; tamen non sequitur quod in iudicio Saluiani necesse sit hoc proba-
14 re: nam constitutio hypothecæ, est quid separatum à iudicio Saluiani, siquidem hypotheca fuit, & constituitur ante motum iudicium, & nisi esset stabilita hypotheca, non esset locus tali iudicio, vt declaratum est.

Et in experiendo Saluianum non est necesse probare rem obligatam tempore obligationis fuisse in bonis debitoris, quia hoc iudicium
15 non fundatur in dominio, vel quasi, sed solum præsupponit pignus, vel quasi hypothecam in sola possessione pignorantis, vel hypothecantis: vt aliàs deduxi, & declarat Corn. *cons.190. ante num.primum, vers.retentio autem lib.1.* Contard. *de mom.poss.limit.14.numer.14.* Negus. *de pign.in 1. memb.8.par.num.6.* & per Rip. *in Rubr.sub num.19. vers.secundo casu de pign.* Nic.Bellon. *in §. item Seruiana sub num.42. vers.item fallit Instit. de act.* & ibi Zas. *sub num.4. vers.nos in hoc.* Din. *num.14.*
16 Rot. *diuers.decis.34. num.16. par.2.* & propterea sola possessio probanda est, non autem dominium, vt per Zas. Bell. Din. *in locis proximè allegatis,* & per Negus. *in d.1.memb.8 par.num.6.versic. & propterea,* & per Roland. *consil.11. num.6.lib.3.* Soc.Sen. *consil.112.num 6.lib 4.* Alexand. *consil.115. in fin. & consil.185.sub num.4.& 6.lib.6.* Grat. *consil. 119.num.7.lib.2.* Afflict. *decis.3 2. num.1.in fin.* &
* per Rot.in d.decis.coram R.P.D.Penia *in calce*
* *operis decis.9.num.1.* & coram eodem in vna Romana Saluiani Interdicti Vener. 25. Iunij 1599.
* *in fine operis decis.10.num.1.& 2.* & coram eodem in vna Perusina Spolij Veneris 1. Februarij 1608. *ibidem decis.14. num4.* & in supra allegata decis. Romana Saluiani Interdicti coram Car-
* din. Lancellotto *ibidem decis.30.num.2.* & coram
* R.P.D. Iusto in vna Romana Saluiani Interdicti 31. Maij 1602. *ibidem decision. .0. numero secun-*
* *do,* & ibidem coram eodem in vna Romana Saluiani Interdicti 20. Nouembris 606. *in fine operis decis. 21. numero secundo;* & nouissimè di-
* xit Rota coram R. P. D. Penia in vna Romana Saluiani Interdicti 3. Martij 1608. *eod. lo.o decis. 107.num.3.*
17 Tunc enim probandum est, rem in bonis debitoris fuisse, quando ageretur hypothecaria, vel quasi Seruiana, quæ idem sunt, vt per Ias. *in §.item Seruiana num.10.* & ibi Ang. *in 2.notab.* & per Negus. *de pign.in 2.memb.8.par.num.8.* cum aliis multis *in 2. inspect.cap.2.in fine* deductis Nam vt dixi in hypothecaria, & quasi Seruiana necesse est probare rem in bonis debitoris fuisse tempore obligationis, vt declarat Bellon. *d.§.item Seruiana,num.42. vers.sed in hypothecaria.* & latius ibi per Gomes. *sub num.35.* & per Negus. *in d.1.memb.8. par. sub nu.8. vers.Seruiana.* Alexand. *cons.137.nu. 4.lib.2.* cum omnibus aliis supra *in 2. Inspect.cap.2. à num.6.vsque ad 42.* deductis, intelligendo tamen iuxta distinctionem ibi positam.
18 Verùm vlterius dico, quod si obligatio sit specialis, & agatur contra principalem debitorem, vel eius hæredem, tunc possessionem tantum rei hypothecatæ eiusdem debitoris probare sufficit, vt aliàs fuit deductum, & tradit Bart. *in l.rem alienam, num.5.ff.de pign.act.* Ang. *in d.§.item Seruiana.num.8.* & latius ibi per Gomes. *sub numer.35.vers.& vltra,* & per Mynsing. *num 49.* Zas. *num.32. versi.cum creditor.* Bell. *numero 43.* & nouissimè Ant.Viull. *num. 3.* Negus. *de pign.in 3.memb.8.par.num.6.vers.primo igitur.* qui omnes de communi attestantur, & per Ias. *in l. .§.si seruum corporaliter in princip.versic.hinc est, ff.de acquir.possess.* & per Alexand. *dict.cons.137.num.4. & 5.libro secundo,* Contard. *de moment. poss.limit.14. num.19.*
19 Et ratio, quia hoc casu debitor, vel eius hæres non potest resuscitare quæstionem dominij, quia conuinceretur de dolo, *l.si inter, §.1.cum ibi not.ff. de pign.* & per Doct. *supra alleg.* & bene per Zas. *in d.§.item Seruiana num.34.* Bald. *in l.cum rem alienam sub nu.5.vers.si contra debitorem,ff de pign. act.* Negus. *in d 3.memb.8.par.nu.7.* ex quibus cessare dicuntur in contrarium deducta.
20 Modo deueniendo ad rem nostram dicitur quod Saluianum Interdictum datur cuilibet hypothecario creditori, iuxta doctrinam Bart. *in l.1.ff.& C.de Salu.Interd.* cum aliis supra *in tertia Inspect.cap.1.num.4.& 5.* cumulatis, & particulariter vigore specialis hypothecæ, etiam con-
21 tra tertium possessorem, vt declarauit Rota co-
* ram R.P.D.Bubalo in vna Senogallien. prædij Lunæ 14.Nouembris 1583. *in fine operis decis.207.*
* *num.1.& 2.* & in alia coram R.P.D.Ottimbergo in vna Romana Saluiani Interdicti Veneris 8. Iunij 1601. *ibidem decision. vigesimanona, numero primo.*
22 Et sicuti anterior creditor in hypotheca præfertur, ita etiam est præferendus in Saluiano, vt
* particulariter dixit Rota coram Bubalo in d. Senogallien.prædij Veneris 17.Iunij 1583. *in calce operis decis.8.num.1.* ex doctrina Rip. *in l.priuilegia num.5.de priuileg.cred.* & coram R.P.D.Iu-
* sto in vna Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 20. Nouembris 1606. *ibidem decis.21.num.1.* & co-
* ram Illustrissimo Card. Mantica in vna Placentina Saluiani Interdicti 16.Iunij 1589. *ibidem decis.190.num.1.*
23 His sic deductis primo quæro an creditor qui in re vendita specialem sibi reseruauit hypothecam occasione residui pretij, vel ex alia causa an sit præferendus anteriori creditori ipsius emptoris, qui solam generalem hypothecam anteriorem haberet, & dicitur quod sit, per tex. *in l.licet,* vbi Bald. *in prim.* Ang. *num.1. C.qui pot. in pign.hab.* Alexand. *in l.si cum dotem §.si mulier, sub numer.5. vers.nec etiam prædictu obstat.ff.solut. matr.* & ibi Curt.Iun. *in addit. vers.cateris littera C.* & per Ias. *in l.qui Romæ.§.Callimachus,numero 2. de verb.oblig.* Salic. *in l.pro debito sub num.3. C.de bon.aut.iud.poss.* & per Negus. *de pign.in 2.membr. 5.par.num.18.* Specul. *in tit.de obl.& sol. §.1 numer. 33.in fin.* & ibi Ioann.Andr. *in addit.in littera M.* Ias. *in consil.111.colum.2.versic.dicit.* Salic. *volumine 4.* Riminald.Sen. *consil.70. numero 5. volumine 1.* Cephal. *consil.131. num.1.& 3. volum.1.* Strac. *de decoct.in dict.par.vlt.sub num.5.versic.verum.* Salic. & Brun. *de cess.bon.dict. quæst.11. sub numer.6.7.&*
* *16.* Afflict. *decis.306.num.4.* & fuit secuta Rota coram R.P.D.Orano in vna Romana pecuniaria Lunæ 4.Maij 1587 *in fine operis decis.293.nu.1.*

Et est aduertendum quod præsens conclusio non aduersatur quartæ ampliationi positæ supra *in præsenti Inspect.cap.2.in quæst.20.num.466.*

dum

dum dicebamus quod anterior creditor vigore generalis hypothecæ præfertur posteriori habenti specialem hypothecam in vna re tantum obligata, vigore generalis hypothecę, quia in casu dictæ quartæ Ampliationis posterior creditor non habebat specialem hypothecam reseruatam ante translationem dominij, hic autem sic, & propterea pro huius controuersiæ dilucidatione inducitur sequens limitatio, & declaratio.

24 Limitatur tamen hæc prima conclusio, vt procedat si specialis hypotheca fuerit in principio instrumenti reseruata ante translationem dominij, vel saltem ipsa translatione; quod si post translationem, veluti in fine instrumenti reseruata esset, tunc non haberet prælationem, quia in eo casu prioribus creditoribus generalem hypothecam habentibus esset ius acquisitum, nam per pactum post translationem, seu in fine instrumenti appositum, non posset anterioribus creditoribus præiudicare, *l. id quod nostrum, de regul. iur.* & tradit Alexand. *in d. l. si cum dotem. §. final. sub num. 5. vers. nec etiam prædictum soluto matr.* Negus. *de pignor. in 2. mem. 4. par. princ. sub num. 39. vers. nihilominus*, qui latè hanc deducit quæstionem. Et benè faciunt tradita per Castren. *cons. 318. n. 3. & 4. lib. 1.* Gozad. *cons. 16. n. 40.* & per Brun. *de cess. bon. d. quæst. 11. num. 17.* qui alios alleg.

25 Contrarium tamen sensit Afflict. *decis. 306. in fin.* dum dicit, quod licèt reseruatio hypothecæ sit facta in alio Instrumento; tamen quia fuit facta statim, consecutiuè, & in continenti, dicitur inesse, & sic præsupponit, quod etiam post translationem dominij, immo etiam in alio Instrumento fieri possit, & eam sequitur Stracc. *de decoct. par. vlt. si ij qui par. in bon. decoct. hab. n. 6. in fi.* vbi pro hac parte allegat Ruin. *cons. 214. num. 1. lib. 1.* & Cur. Iun. *cons. 146. n. 1. & 2.* verùm Ruin. & Curt. Iun. si benè inspiciantur, & considerentur eorum fundamenta hoc non firmant: si quidem Ruin. loquitur in casu, vbi non erat translatum dominium, vt ipse dicit *ibi sub num. 1. vers. ita non obstat in illis verbis*, non autem loquitur in casu in quo dominium nullo modo erat in minorem translatum, pro vt nec in casu nostro, & sic potius comprobat primam opinionem, pro vt etiam Curt. Iun. *loco citato, sub num. 2.* dicit quod verum est, quod quando minor rem aliquam emit, & in eum translatum sit dominium, & postea rem illam obligat, sine iudicis decreto non sustinetur per tex. *in l. 1. §. fin. cl. ff. de reb. eorum*, & idem dicit ibi Bald. *post glos.* sed secus est, quando tutor, vel curator emit nomine pupilli, tunc possunt pacta, & hypothecas apponere, Iudicis decreto interueniente, vt declarat ibidem Curt. Iun. *num. 3. & 4.* deducens exemplum de filio, vel seruo, qui contrahunt nomine patris, vel domini, quod non possunt post ius acquisitum pacta, vel hypothecas apponere, & sic probant casum nostrum.

26 Veriùs pro opinione Afflict. est decis. Surd. *157. per totum*, qui loquitur in terminis Saluiani Interdicti, & opinionem Negus. *in d. 4. par. princip. num. 35.* reprobat, & eam falsam appellat, asserens quod etiam si dominium esset post rei traditionem reseruatum, dummodo fiat in eodem Instrumento sufficere, quia eo casu non datur prior, vel posterior, per tex. *in l. contractus*, vbi Bart. *C. de fid. instrum.* Eug. *in l. lecta, nu. 167. ff. si*
27 *cert. pet.* & omnia quæ deducuntur in vno Instrumento habentur pro vnica conuentione, licèt plures deducantur conuentiones, vt per Becc. *cons. 45. n. 34.* & tradit idem Sord. *cons. 217. n. 9. & seq.*

28 Et ad corroborationem addocit, quod quando eodem tempore, vt in eodem Instrumento plures fiunt contractus, illi quoque censentur pro vno, & vnus censetur factus, respectu alterius, ex adductis per Becc. *cons. 92. n. 6. & 8.*

29 Et licèt in Instrumento apponatur constitutum, per quod transfertur dominium, & possessio, iuxta tradita per Roland. *consil. 85. num. 3. lib. 2.* Rot. *diuers. decis. 662. num. 4. par. 1. cum vulg.* tamen, quia præcedit contractus conditionalis nempe donec pretium fuerit integraliter solutum, vt per Magon. *decis. Flor. 91. num. 10. & in decis. Lucen. 31. num. 1. 9. & 10.* ipsum quoque consti-
30 tutum dicitur conditionale, quia est accessorium contractus, & regulatur secundùm eum, vt per Bald. *in l. ex testamento in fin. C. de fideicom.* miss. Tiraquell. *de const. poss. par. 3. limit. 7. numero 16.* Natt. *consil. 188. numero 1.* Crot. *consil. 12. libro primo, numero 21.* Magon. *decis. Lucen. 31. numero 34. & 35.* cum aliis per Surd. *d. decis. 157. numero 5.* allegatis.

Ex quibus apparet dubium reddi articulum hunc, an reseruatio sit facienda ante dominij translationem, vel saltem sufficiat in ipsomet contractu reseruare hypothecam, seu dominium.

31 Si quidem in reliquis clarum est, quod reseruans sibi specialem hypothecam super re vendita præfertur omnibus aliis creditoribus, *vt in principio huius quæstionis* deductum est, ac Saluianum super illa re vendita intentari poterit, vt declarat Rota coram R.P.D. Ottimbergo in vna Romana Saluiani Interdicti Veneris 8. Iunij 1601. *in fine operis decis. 29. n. 1.*

32 Ac etiam reseruare sibi dominium, & hypothecam in venditione fieri posse, tradit Bald. *in rubr. C. de contr. empt. sub num. 15.* vbi hanc veram attestatur, Tiraq. qui alios allegat *de retract. conuent. in fin. num. 13.* Fab. de Mont. *de empt. & vend. quæst. 5. nu. 37.* Magon. *decis. Floren. 92. n. 12. & decis. Lucen. 31. num. 9.* Afflict. *decis. 298.* Surd. *d. decis. 157. num. 3.*

33 Quia hypotheca sic reseruata stante Saluianum illius vigore super re alienata experiri poterit, & hanc partem secutus est Capuc. *de Saluiano Interdicto lib. 1. quæst. 16. n. 4.*

34 Nec his obstat si dicatur inualidam esse reseruationem huiusmodi, quia remanendo dominium penes se, super re propria, hypotheca consistere non potest, *l. neque pignus. ff. de re iudic.* vbi Dec. & Cagn. *in princ.* & per text. *in l. rem alienam la secund. ff. de pign. act.*

35 Quia respondetur, illud procedere, quando res esset sua irreuocabiliter, secus si reuocabiliter, vt in hoc casu, quia accedente solutione dominium sic reseruatum euanescit, & in hoc interim sustinetur hypotheca, vt per Bart. *in l. si sextante, §. latinus, vers. vera solutio. ff. de except. rei iud.* Aret. *in §. fin. Instit. locat.* tradit Decian. *in d. l. neque pignus, num. 1.* vbi Cagn. *num. 2.* Negus. *de pignor. 2. membr. 5. part. numero 92. versiculo, non*

obstat, & per Capuc. *de Salu. Interd. loco citato, nu.* 5. & per Surd. *decis. 256. num. 3.* cum aliis inferius allegat.

36 Secundo respondetur quod; quando reser-
uatur dominium, & specialis hypotheca, intel-
ligitur reseruatum dominium directum tan-
tum, vt per Bald. *in Rubr. num. 11. in fi. C. de contra.*
37 *hen. empt.* quod si etiam dominium vtile esset
reseruatum, venditio esset nulla. Bald. *in d. Rubr.
C. de contrahen. empt. num. 11.* Tiraquell. *de retract.
lign. §. 1. glos. 2. num. 2. cum alijs alleg.* Afflict. *decis. 3. &*
38 *num. 4.* Magon. *decis. Flor. 91. n. 11.* vnde cum vtile
dominium transeat ad Emptorem, quod consi-
stit in vsufructo, vt est text. *in l. 1. §. quod ait. ff. de
superf.* & tradit Bald. *in l. proprietatis in princip. C.
de prob.* Magon. *d. decis. 91. nu. 9.* super eis Salui-
num à venditore experiri poterit, vt deductum
est, & fructus huiusmodi rei venditæ cum spe-
ctent ad emptorem, cui fuit translatum vtile
39 dominium, vt proximè deductum est. Ideo Sal-
uianum super eis experiri poterit, cum specia-
lis hypotheca, & dominium fuerit ab initio re-
seruatum.

Quod tamen procedit, quando Emptori fuit
habita fides de pretio, & data dilatio ad soluen-
dum, iuxta doctrinam Castr. *in l. Iulianus §. ex
venditione, vers. intellige, ff. de act. Empt.* & per Ale-
xan. *cons. 21. n. 4. lib. 5.* Corn. *cons. 113. nu. 4. lib. 3.* Dec.
*cons. 119. nu. 6. & in cap. cum venerabilis, num. 14. a-
lias 63. de except.* Aym. *cons. 105. num. 11.* Couar. *var.
resolut. lib. 3. cap. 4. num. 5.* Soc. Sen. *cons. 109. num.
3. lib. 1.*

40 Secus tamen esset, si non esset data dilatio ad
soluendum, quia tunc tenetur ad solutionem
fructuum pro rata pretij non soluti, *d. §. ex ven-
dito, & l. 2. C. de vsur.* & est glos. comm. recepta
in cap. conquestus de vsur. vbi Doct. & indubita-
tum dicit Corn. *in cons. 113. nu. 4. lib. 3.* & per Soc.
Sen. *cons. 176. n. 10. lib. 2.* Aym. *d. cons. 105. n. 11.* Ceph.
cons. 290. n. 8. & seq. Gabr. *de empt. & vend. concl. 4.*
Afflict. *decis. 20. nu. 4.*

41 Tertio respondetur, quod, quando quis habet
dominium de iure speciali, vt in hoc caso, quia
habet vigore emptionis, potest iure communi
habere hypothecam, *l. in bello. §. si quis seruum. ff.
de cap. & postlim. reuers.* & de communi attestatur
Soc. Sen. *in l. 1. nu. 15. ff. de leg. 1.* & communem di-
cit ibi Rip. *nu. 65.* & ibi Alexand. *sub num. 31. circa
med.* & Aret. *nu. 5.* & per Imol. *in d. §. si quis seruum.*
Ruin. *cons. 66. n. 8. vol. 4.* Tiraq. *de retract. conuent.*
42 *§. 2. glos. vnic. nu. 42.* Surd. *decis. 76. num. 9.* & stante
dicta hypotheca illius vigore Saluianum expe-
riri poterit.

43 Restat modo videre an reseruatio dicti do-
minij sit in principio dicti Instrumenti facien-
da iuxta doctrinam Negus. *in d. 4. par. princ. n. 35.*
an verò sufficiat, quod in eodem Instrumento
fiat iuxta opinionem Surd. *in d. decis. 157.*

Et tenendo priorem sententiam, quam ve-
riorē dicit Negus. *in d. 4. par. princ. n. 35. vers. nihil-
ominus:* non obstat fundamentum Afflicti dum
dicit sufficere etiam si in alio Instrumento re-
44 seruetur hypotheca; dum tamen in continenti
fiat, cum censeatur inesse, *l. lecta, si cert. pet.*

Quia respondetur dictam regulam non pro-
cedere respectu translationis dominij, vt de-
clarat Negus. *in d. 4. par. nu. 39.* & mouetur ea ra-
tione per quam tolluntur etiam adducta per
Surd. *d. decis. 57. num. 6. & 7.* quia facta traditione
in contractu emptionis, & venditionis, etiam,
quando nondum contractus sit absolutus, tran-
45 sit dominium in emptorem, vt per Bart. *in l.
contractus, num. 7.* vbi Bald. *sub num. 15. C. de fid. in-
stru.* Soc. Sen. *cons. 170. sub nu. 1. vers. quando contra-
ctus lib. 2.* Ceph. *cons. 643. n. 7. & 9. lib. 5.* & est ratio
quia licet contractus non sit perfectus, tamen
propter consensum à parte præstitum, quia est
immediata causa, ideo transfertur dominium, vt
declarat Sali. Negus. *locis citatis.* Vndè sequitur,
quod si dominium sit translatum ante absolu-
tionem contractus non possunt pacta, & hypo-
thecam reseruare in præiudicium iuris, & do-
minij acquisiti; secus est in aliis contractibus,
in quibus non acquiritur dominium, nisi post
perfectionem contractus. Sed in casu nostro
statim facta acquisitione dominij per empto-
rem, fuit etiam acquisitũ ius creditoribus suis,
& nisi fuerit ab initio instrumenti specialiter
per venditorem, reseruata hypotheca, credito-
res præferentur, vt deductum est supra *num. 23.
versic. est aduertendum, & numero 24. vers. limita-
tur.*

46 Secundo respondetur ad dictam regulam *in
d. l. lecta si cert. pet.* procedere per quandam fi-
ctionem, vt per Bart. *in l. si quis pro emptore num.
3. de vsucap.* Bald. *in l. bonæ fidei sub num. 1. vers. in-
nua. C. de pact.* Iasō. *in d. l. lecta, sub num. 19. vers. pon-
dera,* & ibi Soc. *num. 6. ff. si cert. pet.* & per Gabr. *de
præscript. conclu. 13. nu. 30.* & ad essentiam fictionis
47 translatiuæ de tempore ad tempus, & de loco
ad locum, requiritur habilitas extremorum, a-
lias effectus fictionis non procedit, vt declarat
Bart. *in d. l. si quis pro emptore, num. 3.* Vndè cum
tempore constitutæ hypothecæ post traditio-
nem, & translationem dominij, iam non est am-
plius dominium penes venditorem, sed transla-
tum in emptorem reperitur, & sic deficit extre-
mum, ad quod, scilicet ipsum dominium, in quo
residet ipsa hypotheca, & per consequens cessat
regula in fictione fundata, vt per Bart. *in d. l. si
quis pro emptore sub nu. 3.* & ita etiam per Negus.
d. 4. par. nu. 40. vbi alias deducit rationes, & plu-
ra fundamenta.

Et quia pro opinione Surdi valde vrgent
fundamenta per eum allegata, & maxima est
Surdi auctoritas, nihilominus in casu, de quo a-
gitur non puto ab opinione Negus. esse rece-
dendum, quam tenent Alex. Castr. Pinell. Go-
zad. Brun. *in locis supra alleg.* & hanc veriorem, &
probabiliorem dicit Brun. *de cess. bon. quæst. 11. nu.
17.* nec in consulendo, nec in iudicando ab ea
esse recedendum, prout ipse consuluit *in consil.
50. num. 1.* Nec video per Surd. & Gratian. *in dict.
discept. 175.* contrarium sentientes aliquid fun-
datis rationibus supra per Negus. relatis, fuisse
suspensum, sed fundamentis per eos adductis
respondetur.

Et primo non obstare primum Surdi funda-
mentum adductum dum dicit sufficere domi-
48 nij reseruationem fuisse factam post transla-
tionem dominij, dummodo fiat in eodem In-
strumento, quia eo casu non datur prior, vel po-
sterior, per text. *in l. contractus,* vbi Bart. *C. de fid.
instr. cum alijs ibi per eum alleg.*

49 Quia respondetur tale fundamentum non
procedere, quo ad translationem dominij, quia
etiam

etiam ante perfectionem cōtractus dominium
transfertur in emptorem, vt alijs deduxi, per
Bart. *in d. l. contractus, num. 7.* & ibi Bald. *numero 7.*
& 19. Soc. Sen. *cons. 170. sub num. 2. versic. al. quando*
contractus lib. 2. Cephal. *cons. 643. numero septimo,*
libro 5. & ita respondet Negul. *dict. 4. par. princ.*
sub num. 39. & per Gozad. *consil. 15. num. 14. vers. non*
obstat quod venditio, qui particulariter ad hoc
respondet.
50 Quod comprobatur, quia si esset facta venditio
ad mensuram, contractus dicitur conditionalis,
l. fin. C. de contr. empt. Bart. *in l. i. a. stans, § si*
Titius ff. de act. & empt. Alexan. *cons. 33. num. 5. lib. 6.*
Neuiz. *cons. 38. num. 25.* Ruin. *cons. 298. num. 1. lib. 1.*
Surd. *decis. 64. nu. 13.* Rota *diuers. decis. 132. nu. 2. lib.*
1. & ante mensurationem contractus non dicitur
perfectus, vt per Bart. *in d. § si Titius*, & per
Ruin. *cons. 198. num. 10. lib. 1.* Cephal. *consil. 643. nu.*
7. vol. 5.
51 Nihilominus dominium ex eo transfertur, si
sequatur traditio, vt per Cephal. *loco proximè al-*
leg. ex quibus patet dominium transferri ante
perfectionem contractus, & tradit Ruin. *d. cons.*
198. sub nu. 10. vers. nec mirum.
52 Ad corroborationem deducitur, quod si celebratum
sit Instrumentum, in quo duobus seu
tribus rea obligata sit sub diuersis tamen verborum
conceptionibus, ac constituta hypotheca,
prima in primo casu, seu capitulo Instrumenti,
secunda in secundo casu, seu capitulo, &
tertia in tertio casu, seu capitulo, tunc præfertur
primus nominatus, quia de necessitate momentum
aliquod præcedit primæ obligationis
à momento secundo, & tertio, vt declarat Castr.
in l. si fundus § si duo num. 4. de pignor. & per Ang.
in Auth. de hered. & Falcid. § etenim. & per Bald.
in l. aduersus, nu. 6. C. de furt. vbi dicit quod prior
53 dicitur, qui est primus in ordine scripturæ, vt
per Felin. *in cap. pastoralis, num. 7. de rescript.* & per
Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. num. 45. versic. pu-*
54 *ta:* quod tamen inter priuatas personas procedere
ait, non autem si cum persona priuilegiata
fieret contractus, & firmat Gozad. *dict. consil. 29.*
numero 14. vbi de communi attestatur, *& consil.*
15. numero 11. Vnde patet, quod in eodem Instrumento
datur prior, & posterior contrà opinionem
Surd. bene verum est, quod dicitur vnum
Instrumentum; tamen quo ad acquisitionem
dominij, seu hypothecæ, aliter dicendum
est.
55 Ex quibus clarè colligitur, quod cùm dominium
etiam ante contractus perfectionem
transferatur in emptorem, veluti si fuerit dictum,
vendidit, tradidit, & consignauit pleno iure
56 *&c.* *vel in perpetuum*, vel si dixit, *ad habendum,*
tenendum &c. quæ clausulæ dominij translationem
important, vt per Paris. *cons. 33. à num. 18. vs-*
que 23. lib. 3. & per Grat. *cons. 7. num. 2.* & per Menoch.
de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 30. à num. 40. vs-
que 50. Rot. *diuers. decis. 662. num. 4. par. 1.* vel præcesserat
clausula constituti, per quam etiam
transfertur dominium, vt per Roland. *cons. 85.*
num. 5. lib. 2. Rot. *diuers. d. decis. 662. num. 4.* postea
57 expressis aliquibus verbis fuerit reseruatum
dominium; hoc quidem casu talis reseruatio
nihil operatur, cùm iam in Emptorem esset dominium
translatum, *vt supra, numero 45. & seq.*
deductum est, & bene deducit Negus. *de pignor.*
d. 4. par. nu. 35. & latè per Brun. *de cess. bon. d. quæst.*
11. num. 17. qui alios allegat, & per Gozad. *d. cons.*
16. numero 10. vbi adducit doctrinam Bald. *in l. 1.*
§ fin. de rebus eorum, dum dicit, quod, quando
58 dominium præcesserat conuentionem pignoris,
tunc non tenet talis conuentio hypothecæ,
per illum text. quia iam præcessit acquisitio dominij,
& exemplum deducit ibi Bald. & Gozad.
in emptione facta à minore, & post dominij
acquisitionem fuerat reseruata hypotheca,
vt deducitur, quod talis reseruatio nihil o-
59 peratur; cùm post acquisitum dominium minori
non poterat sine decreto Iudicis dictam
sem hypothecare, & hoc etiam firmat Pinell. *in*
d. l. 1. par. 3. num. 54. vers. nec est diuinatoria exposi-
tio glos. C. de bon. mater. & per Gozad. *cons. 15. sub*
num. 50. & d. cons. 16. num. 11. vbi ampliat etiam si
60 emptio esset facta à tutore, & per Negus. *in d.*
4. par. princ. sub num. 35. versic. nihilominus, & nu. 37.
extendendo hanc conclusionem ad administratores,
& procuratores, ex doctrina Castr. *in l.*
contra iuris. § 1. ff. de pact.
61 Et ex his etiam tollitur, quod secundo loco ex
aduerso per Surd. & Gratia. adducitur, nempe
quod constitutum appositum in contractu
conditionali dicitur etiam ipsum conditionale:
quia hoc procederet, quando reseruatio sustinere
posset, ita quod contractus efficeretur
conditionalis: secus tamen est in casu de quo
agitur, cùm reseruatio nulla sit ex supra deductis.
62 Nec aduersantur Doctor. per Surd. alleg. quia
aliter sunt intelligēdi, cùm præsupponant contractum
esse conditionalem, & per consequens
constitutum in eo appositum dicitur conditionale,
quia est accessorium contractus, & regulatur
secundum ipsum, vt per Titaq. *de const.*
poss. par. 3. limit. 7. n. 16. cum aliis per Surd. allegat.
sed in casu nostro translationem dominij, reseruatio
illius non operatur conditio, cùm iam
esset in emptorem translatum, vt deductum est.
63 Nec etiam aduersatur decisio Orani per Gratian.
allegata in vna Romana pecuniaria 4. Maij
1587. siquidem in ea decisione solum dicitur,
quod per reseruationem hypothecæ, & dominij
in venditione facta: venditor omnibus aliis
creditoribus præfertur, prout supra ex multis
in principio huius quæstionis declaratum est,
sed non declaratur ibi an sit facienda in principio,
vel statim facta traditione: an autem post
translationem fieri possit, vt valeat, de quo nos
disputamus, hoc non firmat, & sic non facit ad
rem.
64 Ex quibus concludendum est reseruationem
huiusmodi in principio contractus, seu in eodem
instanti, in quo translatio facienda sit, non
autem post, vel in fine Instrumenti, prout ex infinitis
tradit Brun. *de cess. bon. aliis allegat. quæst. 11.*
num. 17. qui hoc verius, & probabilius in iure
esse affirmat.
65 Censeo tamen multum Iudici tribuendum
esse, quando, vel in continenti, vel in ipsa translatione
dominij facta reseruatio dicatur, prout
de pacto de retrouendendo in continenti apposito,
quando dicatur, iudicis arbitrio relinquitur,
vt latè per Menoch. *de arbitr. iud. casu 13.*
cent. 1. lib. 2.
66 Limita modo principalem conclusionem,

nempe, quod dominij reseruatio sit facienda in principio contractus, aut in ipsa translatione, procedere quo ad præiudicium tertij, seu anteriorum creditorum, non autem quo ad præiudicium ipsius contrahentis; quia tunc etiam post translationem dominij valet, & sustinetur reseruatio, vt declarat Negus. *in d. 4. memb. sub num. 40. vers. est aduertendum.* ex doctr. Bar. *in l. a-liena numer. 1. ff. de pign. action. & in l. si indebitum §. sui. ff. rem ratam hab.* & per Soc. Sen. *in consil. 126. volum. 4.* & ita hanc distinctionem inter Surd. & Negus. conciliandam videtur, nempe Surdi opinionem procedere posse, quo ad præiudicium principalis venditoris, quia eo casu, vt dictum est post translationem dominij sustinetur reseruatio; quo verò ad præiudicium creditorum, & tertiæ personæ procedat opinio Negus.

67 Secundo limita in hypotheca tacita, quia eo casu à lege inducitur, nihil refert si dominium à principio, vel post translationem domini fesser facta reseruatio, quia illa non prouenit ex pacto, seu ex reseruatione, sed ex legis dispositione, & res transit cum onere suo; vt declarat Gozzad. *d. cons. 15. sub n. 13. vers. ex istis, & n. 14. & cons. 16. n. 9.* & per Negus. *in d. 4. par. sub nu. 35. ante fi. vers. quod tamen intelligit.*

68 Ex quibus concluditur, quod in omnibus casibus in quibus dominij reseruatio à principio contractus, seu in ipsa reseruatione facta est, Saluianum ab ipso venditore etiam in præiudicium aliorum creditorum, quibus omnibus ipse præfertur, vt deductum est, experiri poterit, secus verò si reseruatio facta sit post translatum dominium, quia tunc reseruatio hypothecæ dominij ad sui fauorem non sustinetur, cùm iam creditoribus sit ius acquisitum, vt deductũ est ex doctr. Negus. *in d. 4. par. princ. numer. 39. & seq. cum alijs aleg.* per Brun. *de cess. bon. d. quæst. 11. nu. 17.*

Secundo quæro si creditor qui vltra generalem hypothecam aliqua bona specialiter à debitore hypotheccata habeat: An talis creditor possit Saluianum Interdictum contra bona sic generaliter obligata intentare, si eadem bona postea alteri creditori essent hypotheccata, dum possit ex bonis sibi specialiter obligatis satisfie-
69 ri, & dicitur quod non, quia non potest super bonis specialiter obligatis agere, si ex bonis specialiter obligatis satisfieri possit, vt est tex. clarus *in l. 2. C. de pig. & in l. in fi. de rescript.* & tradit Roman. *cons. 187. sub n. 2. vers. secundo quia,* vbi
70 loquitur in recuperatione dotis, & alios refert Aymon *cons. 77. n. 16.* Rimin. Sen. *cons. 152. n. 16. lib. 1.* & latè per Gabr. *consi. 41. num. 4. & 5.* vbi de communi, & loquitur etiam in casu dotis *lib. 1.* Surd. *cons. 513. num. 1 par. 4.* Negus. *de pignor. in 2. memb. 5. par. sub num. 28. ante fi. vers. quarto decimo,* & pro hac parte adduco Afflic. *super const. Regni par. 1. Rubr. 17. sub num. 19. vers. & pro ista equitate.* Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 18. nu. 2.* & per Senat. Pedem. *decis. 159. num. 1.* Magon. *in decis. Floren. 127. num. 2.* Boer. *decis. 309. num. 2.* Put. *decis. 38. numer. 3. lib. 1.*

71 Quod ampliatur procedere, vt nec creditor qui talem habet hypothecam possit ad capturam procedere, nec debitorem iurare suspectum, nisi prius discussa speciali hypotheca, vt tradit Bar. *in l. creditor qui non idoneum vers. & per hoc dicebam. ff. si cert. pet.* Surd. *d. cons. 513. nu. 4.* quia creditor qui pignori incumbit, non potest debitorem iurare suspectum, vt per Bal. *loco citato,* & sequitur ibi Alex. & Ias. & per Rip. *in l. priuilegia n. 13. ff. de priuileg. credit.* Rolan. *consi. 36. n. 5. lib. 4. & seq.* Surd. *d. cons. 513. n. 4.* qui ad contraria respondet.

72 Nam hoc casu illa generalis hypotheca intelligitur facta sub conditione quatenus specialis non sufficiat, vt per Crem. *sing. 54.* & Senat. Pedem. *d. decis. 159. sub num. 1. circa med.* Put. *d. deci. 28. nu. 3.*

73 Et propterea necesse est, vt constet, rem specialiter obligatam non sufficere ad hoc, vt contra bona generaliter obligata experiri possit, & sic necessaria erit discussio super illa re specialiter obligata, vt post Bar. Bal. Ang. Salic. per eum allegatos tradit Paris. *d. cons. 50. nu. 26. vol. 1.* & per Rip. *in l. priuilegia n. 22. de priuil. cred.* & per Couar. *d. c. 18. nu. 2.*

74 Namque præsumitur quod res illa specialiter obligata sit sufficiens, nisi aliud probetur, vt per Salic. *in l. 2. sub num. 1. in fi. C. de pign.* & per Rip. *in l. priuilegia num. 22. in fin. de priuil. cred.* Paris. *d. cons. 50. nume. 28.* Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. in fin.* Surd. *decisi. 44. nu. 16. & in d. consi. 513. num. 2. lib. 4.*

75 Quod ampliatur, etiam habere locum in causa repetitionis dotis, vt tradit Couar. *var. resolut. d. capitul. 18. sub num. 3. vers. sicut. sic sanè constat lib. 3.*

76 Secundo ampliatur procedere, siue primus creditor habeat primo loco specialem, & secundo loco generalem, siue è conuerso, vt per Salic. *in d. l. 2 sub n. 2.* & veriorem dicit Rip. *in d. l. priuilegia num. 21. in fin. de priuil. cred.* & per Negus. *in d. 2. memb. 5. par. sub num. 51.* Senat. Pedem. *d. decis. 159. num. 5.* reiecta contraria opinione Petr. de Bellap. *in d. l. 2.* & latè per Couar. *d. cap. 18. num. 2. & seq.* vbi alias deducit ampliationes, quas adducit etiam Salic. *in d. l. 2. sub num. 2. & 3.*

77 Tertiò Ampliatur procedere etiam in obligatione Camerali, vt per Galles. *ad form. Cam. in 2. par. formula obligationis Cameralis quæst. 3. numer. 4.*

78 Contrariam verò partem, nempe creditorem posse contra bona specialiter & generaliter obligata ad sui libitum agere; & eligere quam velit super qua suum posset consequi creditum, tenet Couar. *var. resol. lib. 3. d. capitul. 18. sub num. 2. vers. sexto à proximo intellectu,* & Soc. Sen. *cons. 198. sub num. 5. vers. præterea arbitror vol. 2.* & per Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. sub num. 51. ante fi. vers. & per hoc infert.* Et in hanc par-
* tem inclinauit Rota coram Illustrissimo Seraphino in vna Romana Census 10. Decembris 1578. *in eius lib. impress. decisi. 383. num. 2.* Et nouissimè hanc partem valde tuetur Surd. *decisio. 44. numer. 6. & seq.* vbi rationem adducit, quia creditor hypothecarius, quia multa bona sibi o-
79 bligata habet, potest eligere rem vnam, quam velit, in quam suum possit consequi creditum *l. mos hi. ff. de iur. fisc. l. creditoris. ff. de distract. pign.* & latè per Couar. *var. res. l. lib. 3. c. 7. n. 7.* & per Neg.
80 *de pign. in 1. memb. 8. par. sub num. 30.* & inducta ad augmentum non debent operari diminutionē, *l. legata generaliter ff. de leg. præst.* & cùm sit hoc

indu-

inductum fauore creditoris non debet in eius odium retorqueri, *l. quod fauore. C. de legib.* secundam etiam adducit Surd. *loco citato* rationem, quia cùm debitor sit obligatus, sua non interest
81 quod solutio fiat in vno potius; quàm in alio pignore, & cessante interesse non debet audiri in sua exceptione, *l. 1. ff. de appell. recipien. c. cùm inter de elect.*

82 Verùm ego pro harum diuersarum opinionum conciliatione, sic puto dicendum, quod aut agitur contra principalem debitorem nulla facta oppositione, à secundo creditore, & eo casu procedit opinio Couar. & tradita per Surd. *d. decis. 44. n. 6. & seq.* quia eo casu cessat dispositio *l. 2. C. de pign.* quæ ad fauorem secundi creditoris inducta est, vt declarat idem Surd. *d. decisi. 44. nu. 9. vers. & primo*, & per Doct. *in d. l. 2.* & eo casu potest creditor eligere rem, quã velit, pro satisfactione sui crediti nulla habita ratione specialis hypothecæ, vt est doctrina Ang. *in d. l. 2. in fi.* ibi dum dicit, si habeat generalem, & specialẽ hypothecam, & vti poterat quo volebat in præiudicium aliorum creditorum, & dicit hunc esse verum intellectum.

Aut verò agitur contra principalem debitorem, nec adsit alius creditor, qui talem faciat oppositionẽ, sed idem principalis debitor hoc opponat, & hoc casu ipse principalis debitor audiri nec potest, quia cùm creditor habeat o-
83 bligata omnia bona, potest eligere in quibus creditum suum cõsequi possit, *l. Mechis. ff. de iur. fis. l. creditoris ff. de distract. pign.* & bene declarat Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 7. n. 7.* & Surd. *d. decis. 44. nu. 6.*

Aut verò agitur contra secundum, seu alium creditorem, & eo casu procedit prima opinio vigore *d. l. 2.* quæ ad fauorem secundi creditoris pro rata est, vt omnes fatentur, & vltra doctrinam Ang. *supra allegatam* ita sensit idem Couar. *var. resolut. lib. 3. d. c. 18. sub n. 2. vers. tertio eadem in fi.* dum dicit, quod senserunt DD. *d. l. 2.* tantum obtinere, vbi secundus creditor haberet hypothecam specialem in ea re, ad quam agit, vel quam defendere vult à priori creditore.

84 Quibus non aduersantur rationes per Surd. adductæ, quia tex. *in d. l. Mæchis, & d. l. creditoris.* loquuntur, quando creditor ageret contra bona debitoris non aliter prohibitus, nec impeditus à secundo creditore specialem habentem hypothecam, & sic in casu diuerso à dispositione *d. l. 2.* quæ expressè disponit de secundo creditore habente hypothecam, & si aliter diceretur, esset destruere dispositionem *d. l. 2.* ad fauorem secundi creditoris emanata, & ita declarát d. text. Ang. & Couar. *locis citatis.*

Minus etiam aduersatur, quod per Surd. *secundo loco* deducitur, quod non interest debitoris, quia bona sua obligauit, quod solutio fiat potius in vno, quàm in alio pignore, & cessante suo interesse nõ debet audiri in sua exceptione.

85 Quia respondetur, quod in casu, de quo agitur non consideratur interesse principalis debitoris, sed consideratur interesse secundi creditoris, qui vult impedire processum contra bona sibi secundo loco hypothecata, iuxta dispositionem *d. tex. in l. 2. C. de pign.* Nam si essemus in casu, in quo secundus creditor non se opponeret, eo casu non negatur, quin possit eligere rem quam velit, ex qua satisfieri posset iuxta distinctionem supra relatam, & ex doctrina Ang. *in d. l. 2. in fi.* & per Couat. *loco citato.*

86 Verùm limitatur, vbi creditor haberet obligationem Cameralem, quia potest agere tam super specialiter, quàm generaliter obligatis, & electa vna via redire ad aliam, cùm illa forma ita disponat, vt per Paris. *consi. 103. nu. 3. lib. 3.* & per Galles. *ad tertiam partic. obligat. Camer. quæst. 2. n. 3. in fi.* Surd. *d. decisi. 44. num. 17.* reddens rationem, quia in obligatione Camerali non attenditur ordo, sed fit præposteratio causæ ad causam, & vnius causæ ad se ipsam, vt per Soc. *in consil. 24. numer. 48. volum. 1.* vbi etiam dicit, quod propterea non est necessaria excussio, & tradit Cephal. *consi. 439. numer. 24. lib. 3.* Negusant. *de pignor. in 1. membr. 8. part. numero 32.* vbi ait pro-
87 cedere in quocumque Instrumento habente quarantigiam, seu executionem paratam, & tenuit Rota coram Card. Blanchetto in vna Romana trium millium 18. Aprilis 1586. *in fine operis decisi. 57. num. 2.* & vide quæ supra deduxi *in 2. Inspect. capitul. 2. numer. 15. & 16.* licèt ipse Surd. ibi dubitet, tamen hæc sunt vera, & ita seruatur.

88 Limitatur secundo, quando in Instrumento adesset clausula, ita quod specialitas generalitati non deroget, vt declarat Couat. *var. resolut. in d. c. 18. nu. 3. lib. 3. ante fi.* Senat. Pedemont. *d. decisi. 159. nu. 7.* qui allegat Cassan. *in suo catalogo gloriæ mundi par. 12. consid. 99. versi. pro 25. limitat.* & per Put. *decisi. 58. n. 1. lib. 1.*

89 Limitatur tertio contra tertium possessorem qui nullam haberet hypothecam super dictis bonis specialiter hypothecatis, quia quo ad eũ non est necessaria excussio specialis hypothecæ, vt per Negus. *d. 1. memb. 5. par. sub nu. 51. vers. & per hoc infertur,* & bene faciunt tradita per Soc. Sen. *consi. 198. ante fi. vers. nec mutatur iure cautum lib. 2.* reliqua, quæ ad materiam excussionis spectát vide supra *in 2. Inspect. cap. 2. de except. numero 5. & seq.*

90 Et quando specialis hypotheca esset constituta super bonis emphytheoticis.

Item, quando super bonis venalibus esset adducti.

Item quando super actionibus, vel nominibus debitorum esset constituta.

Item, quando pecuniæ essent specialiter hypothecatæ.

Item, quando esset constituta super re, in qua debitor solam spem haberet.

Item, quando esset super bonis specialiter à defuncto hypothecatis, tamen adhuc ab hærede possessis.

Item, quando specialiter hypothecata essent à defuncto, & vigore statuti illorum possessio in hæredem esset continuata.

Item, quando specialis hypotheca esset adiecta super bonis alienis bona fide possessis.

Item, quando plures creditores concurrerent ad eundem effectum, & in similibus causis quomodo, & quando Saluianum experiri possit declara, vt supra *in hac eadem Inspect. in 1. capitul. de generali bonorum obligatione, & hypothecatione.* vbi separatim fuit deductum, *& in 2. capitul. de Saluiano, vigore, & specialis hypotheca.*

P 2

SVMMARIVM.

1 Hypotheca tacita est quæ à lege, vel à statuto introducta est.

2 Hypotheca tacita à statuto inducta, ita vt sit eiusdem potentiæ, vt descripta in Instrumento non dicitur expressa.

3 Hypotheca tacita inducta à statuto, dicitur vera, etiam si per verba importantia fictionem inducatur.

4 Hypotheca tacita habet eandem vim, sicut expressa.

5 Hypotheca tacita est fortior, quàm expressa ab homine, & habet priuilegium anterioritatis.

6 Hypotheca tacita pro dote, si est anterior, præfertur posterioribus habentibus expressam.

Hypotheca expressa præfertur dotibus habentibus hypothecam posteriorem.

7 Limitatur in causa funeris.

8 Hypotheca tacita anterior pro dote non solum præfertur pro sorte principalis, sed etiam pro fructibus.

9 Bona præsentia & futura veniunt in hypotheca tacita. & nu. 11. & est verior.

10 Bona præsentia, & futura non veniunt in hypotheca tacita.

12 Bona præsentia, & futura veniunt in tacita hypotheca, quando agitur personali actione, & quando hypothecaria.

13 Ampliatur, quod comprehendantur sub tacita hypotheca, etiam iura, & nomina debitorum.

14 Et est verior, & magis communis est, vt nomina debitorum præsentia, & futura comprehendantur.

15 Bona futura non veniunt in hypotheca tacita, vel expressa, si creditor consenserit alienationi rei hypothecatæ, & postea ex noua causa acquirat. & tessat Saluianum.

16 Hypotheca tacita à statuto inducta duplex est, vna quæ ex facto hominis, altera quæ sine facto hominis oritur, & nu. 17.

18 Vxor absque Iudicis licentia potest detinere domum, in qua cum marito habitabat pro sua dote, quia bona viri sunt tacitè hypothecata.

19 Amplia etiam in filio, cui competit tale ius retinendi, cùm transeant in singularem successorem.

20 Limitatur si possessio est ab alio occupata.

21 Limitatur procedere si mulier verbis, vel facto declaratur.

22 Mutatio voluntatis non præsumitur.

23 Mutatio voluntatis ex sola animi destinatione opponere potest.

24 Vxor potest retinere bona Mariti, etiam ante factam liquidationem dotis.

25 Retentio impedit executionem Saluiani, si ab alio esset intentatum.

26 Impedit etiam in aliis casibus.

27 Retentio impedit Saluianum, etiam si nulliter creditori esset data possessio.

28 Retentio datur mulieri, etiam si opponeretur exceptio redditionis administrationis tutelæ.

29 Saluianum eo casu non impediretur si à muliere retinente esset intentatum.

30 Maritus quando possit retinere bona vxoris occasione expensarum, ad perpetuam illorum vtilitatem factarum.

31 Ius tacitæ hypothecæ, & retentionis vxoris, quando transeat ad heredes.

32 Retentionis materiam, vide remissiuè.

33 Hypotheca tacita in quibus casibus inducatur.

34 Hypotheca tacita differt ab expressa, quia in tacita attenditur tempus traditionis, in expressa tempus obligationis.

35 Societatis lucrum non debetur à die contractus societatis, sed à die quo lucrum debetur, & sic post factam societatem.

36 Hypotheca tacita inducitur à lege, quando causatur effectualis obligatio per remunerationem, secus in expressa, in qua attenditur tempus obligationis.

37 Saluianum datur in tacita hypotheca.

38 Hypotheca tacita, altera est quæ facto hominis inducitur; altera verò quæ ex legis dispositione oritur.

39 Saluianum competit mulieri pro recuperatione suæ dotis.

40 Hypotheca tacita pro dote acquiritur mulieri à die promissionis dotis, non à die solutionis ipsius dotis.

41 Saluianum à dicta die promissionis dotis experiri poterit.

42 Hypotheca tacita non retrotrahitur sicut expressa.

43 Intellige procedere si tempore matrimonij, vel postea fuerit facta promissio, sed si fuerit facta ante matrimonium, talis hypotheca non posset trahi ad tempus matrimonij.

44 Amplia procedere in expressa hypotheca.

45 In hypotheca tacita attenditur tempus solutionis, & in expressa attenditur tempus promissionis secundùm aliquos.

46 Contraria est communis opinio, & verior, quod in vtroque casu attenditur tempus promissionis.

47 Ampliatur etiam in marito pro consecutione dotis.

48 Ampliatur in Muliere pro dote æstimata.

49 Bona in dotem data, & æstimata, licèt in dominium Mariti transeant, tamen si alia bona mariti non sufficiant, datur pro vxore contra illa actio vtilis, & rei vendicatio.

50 Hypotheca tacita priuilegium cum prælatione habet locum etiam in augmento dotis.

51 Hypotheca tacita pro augmento dotis incipit à die facti augmenti.

52 Saluianum pro augmento dotis intentari potest.

53 Thesaurus si fuerit inuentus in fundo dotali, an efficiatur maritus dominus pro medietate, ac si in alieno fundo esset inuentus. vide nu. 55.

54 Maritus constante matrimonio dicitur dominus rerum dotalium.

55 Thesaurum in fundo dotali inuentum maritus, pro medietate tenetur vxori restituere.

56 Maritus non dicitur dominus rerum dotalium, nisi de his quæ in fructu sunt.

57 Thesaurus in fundo dotali inuentus constante matrimonio, erit in dominio mariti, tanquam augmentum dotis.

58 Vxor durante matrimonio, dicitur domina rerum dotalium.

59 Dominium apud duos diuersis respectibus esse non potest, & hoc speciale in dote.

60 Maritus soluto matrimonio, cum residuo dotis medietatem thesauri restituere debet.

61 Ampliatur in extraneo succedente in actione dotis.

62 Ampliatur in cessionario.

63 Hypotheca tacita transit in extraneos, qui dotem dedit, & sibi stipulatus est restitui.

Amplia

64 Amplia in patre, quando proprio nomine, non autem nomine filii agit.

65 Et habeat locum in filio, & quando cessio fit principaliter mulieri, vide remissiue.

66 Cessionarius, quando possit petere interusuria dotis, vide remissiue.

67 Hypotheca tacita non transit in extraneos heredes cum prælatione, nisi ad filios.

68 Declaratur procedere absque priuilegio prælationis.

69 Hypotheca tacita in multis casibus præfertur aliis creditoribus.

70 Prior in hypotheca præfertur in Saluiane.

71 Tacita hypotheca pro dote præfertur omnibus aliis anterioribus habentibus similiter tacitam.

72 Hypotheca tacita dotis, non præfertur debito funerario.

73 Ampliatur etiam in expressa anteriori.

74 Ampliatur procedere, etiam ex parte viri, qui potest deducere expensas funeris in restitutione dotis.

75 Funeris impensa dicitur æs alienum dotis, & præfertur restitutioni dotis.

76 Promissio facta de restituendo totam dotem, non excludit, quo minus possit petere funeris impensas.

77 Ampliatur etiam in expensis infirmitatis.

78 Funeris impensa præfertur pensionibus domiorum.

79 Funeris impensa an præferatur anterioribus habentibus expressam, & pro negatiua sunt multi DD. vt hic.

80 In tacita hypotheca quæ ex legis dispositione prouenit, est diuersa ratio, quæ non reperitur in expressa.

81 Funeris impensa præfertur omnibus aliis habentibus expressam hypothecam, & nu. 87.

82 Saluianum eo casu experiri non poterit.

83 Dictio, semper, importat omni tempore, & omni casu.

84 Funeris impensa dicitur debitum hæreditarium, & defuncti.

85 Cadauera ne remaneant insepulta, pium, & æquum est.

86 Aditio hæreditatis non inducitur per solutionem funeris impensæ.

88 Funeris impensa præfertur etiam anteriori ex causa dotis.

89 Prior in tempore, hæc regula limitatur fauore publicæ vtilitatis.

90 Ratio quæ militat æqua lance aduersus tacitam, & expressam hypothecam, idem iudicandum est de vna sicut de alia.

91 Ampliatur in bonis patris quæ sunt tacitè hypothecata pro dote filii.

92 Pater cogi potest ad se obligandum pro dote, ne matrimonium impediatur.

Contrarium nu. 94.

93 Et procedit, quando filius honestam, & condignam vxorem acceperit, & donatio propter nuptias non sit in obseruantia.

95 Filius quando non potest inuenire vxorem idoneam sine patris obligatione, tunc procedit opinio affirmatiua.

96 Aut filius iam contraxerat matrimonium, & socer nollet dotem ei dare sine Patris obligatione, & hoc casu procedit opinio negatiua.

97 Contra hanc distinctionem tenet Bald. Nouell. de dote.

98 Concordia Barbos. quod si filius promiserit cautionem præstare, & procedit ap. io affirmatiua, aut non fuit promissa assecuratio, & procedit negatiua.

99 Autoris distinctio, quod aut filius est in potestate Patris, & ipse pater dotem acceperit, & hoc casu pater ad restitutionem dotis obligatur.

100 Actio procedens ex promissione dotis ipso iure transfertur in patrem, & cùm dos ei tradatur, tenetur ad illius restitutione....

101 Hypotheca tacita oritur ex tacita obligatione, ex qua Saluianum experiri potest.

102 Filius non remanet obligatus pro dote, quando eã pater accepit, nisi sit hæres patris.

103 Amplia etiam si filius cõsenserit dotem dari patri.

104 Consensus simplex non præiudicat, quando quis nõ potest compelli ad se obligandum.

105 Amplia procedere, tam respectu filii, quàm patris, quando ad præstandum consensum cogi non potest.

106 Dos data pro filio de consensu, seu iussu patris, tunc bona patris remanent obligata.

107 Et hoc casu filius etiam remanet obligatus, si eo animo solutio facta esset, vel esset in dubio, quo animo facta esset.

108 Dos data patri, & filio simul recipientibus, tunc ambo obligantur in solidum.

109 Dos data filio iussu patris tunc pater obligatur, vti fideiussor, & non habet beneficium excussionis.

110 Sed pater non obligatur in solidum, sed tantum pro virili, & hanc magis commun. m, licet pater recuperat à filio si pro eo soluerit.

111 Pater consentiens dotem dari filio non obligatur, quando filius est emancipatus, & est verior.

112 Limitatur, quando filius aliàs non inueniret vxorem.

Secundo limitatur, quando filius alios inuenire potest fideiussores pro assecuratione dotis.

113 Ampliatur in filia, quæ nupsit de consensu patris.

114 Ampliatur etiam si consensus patris no adsit.

115 Ampliatur etiam si filia nupserit indigno viro, dũ tamen 25. annum excedit, & quid non constituta dote.

116 Ampliatur etiam si bona patris sint fideicommisso subiecta.

117 Limita, vt ibi remissiuè.

118 Limitatur quando fideicommissum est iniunctum patri ab ascendentibus, quibus iniunctum est onus dotandi.

119 Ampliatur regulam habere locum in matrimonio bona fide contracto.

120 Priuilegia concessa vero matrimonio, dicuntur etiam concessa matrimonio putatiuo, quando tractatur de exactione dotis.

121 Ampliatur mulieri competere pro dote tacitam hypothecam, etiam si sibi prouiderit de expressa.

122 Hypotheca tacita pro dote non præfertur tacitæ anteriori, quæ à statuto habetur pro expressa.

123 Hypotheca tacita à statuto pro expressa habita nõ præfertur.

124 Statutum mandans, quod tacita hypotheca gaudeat eisdem priuilegiis, quibus expressa operatur, vt sicut expressa pro dote anteriori tacita, ita & tacita præfertur expresse per statutum adæquata.

125 Hypotheca expressa pro dote, etiam si sit posterior, præfertur tacitæ anteriori.

126 Statutum generaliter loquens contra dotem non extenditur in casibus, in quibus specialiter est priuilegiata.

127 Statutum mandans; quod hypotheca tacita habeatur pro expressa, & tunc procedit negatiua, nec fit extensio, vt dictum est.

128 Statutum mandans, quod tacita hypotheca eundem effectum habeat sicut expressa, vel descripta in Instrumentis, & tunc habet idem priuilegium prælationis sicut expressa.

129 Saluianum datur pro donatione propter nuptias.

130 Donatio propter nuptias habet tacitam stipulationem, sicut dos.

131 Ampliatur in bonis paraphernalibus.

132 Bona Mulieris hereditaria per maritum administrata, & efficiuntur paraphernalia.

133 Bona paraphernalia, & donatio propter nuptias habent tacitam hypothecam sine priuilegio.

134 Hypotheca tacita habet locum in augmento dotis postea facto.

135 Hypotheca tacita priuilegium, an habet locum contra fideiussores dotis, vide remissiuè pro affirmatiua.

136 Hypotheca tacita in quibus casibus non detur in prælatione.

137 Saluianum non datur vbi cessat hypotheca.

138 Prælatio tacita hypothecæ contra fideiussores, tam pro dote, quàm pro donatione propter nuptias, quando detur.

139 Saluianum an experiri possit super bonis minoris tacitè hypothecatis pro restitutione dotis, & pro negatiua est opinio Bart.

140 Bona minoris non possunt sine Iudicis decreto hypothecari.

Et habet locum etiamsi ex legis dispositione absque hominis interuentu induceretur hypotheca.

141 Donatio propter nuptias statim constituta videtur, quod vir recepit dotem.

Hypotheca tacita statim tam ex parte mulieris, quàm viri constituta pro restituenda dote.

142 Hypotheca tacita non inducitur ex parte mulieris minoris pro dote, & ita videtur dicendum in marito minori: sed contrarium vide supra, & hunc nonnulli magis receptam esse dicunt.

143 Bona minoris non sunt tacitè hypothecata pro administratione tutelæ.

144 Bona minoris tacitè obligantur pro dote, hanc veriorem, & magis communem.

145 Minor obligatur ex legis dispositione, & ex necessitate, & absque solemnitate.

146 Decretum legis non est minus, quàm decretum Iudicis.

147 Minor sine tutoris auctoritate, & iudicis decreto potest matrimonium contrahere.

148 Dos pro sustinendis oneribus matrimonij constituitur.

149 Minor potest dotem assignare etiam si excedat legitimum modum, dum tamen non tangat immobilia.

150 Saluianum experiri poterit in omnibus casibus, in quibus bona minoris sunt tacitè hypothecata.

151 Bona minoris sunt tacitè hypothecata pro donatione ex legis dispositione resultante.

152 Limitatur tamen quod dictum est bona minoris tacitè pro dote, & donatione propter nuptias obligari sine solemnitate, non procedere in expressa obligatione.

153 Mulier se ipsam dotans de fructibus immobilium vel de bonis; quæ seruando seruari non possunt, tunc licitè dotare potest.

154 Saluianum eo casu experiri poterit.

155 Mulier si immobilia, vel ea, quæ seruando seruari possunt in dotem dederit, & tunc requiruntur solemnitates.

156 Minor pro maiore in matrimonio habetur, & in iudicio stare potest.

157 Minor in hoc casu potest etiam matrimonij instrumentum ratificare sine solemnitate.

158 Minor in iudicio pro dote stare non potest.

159 Minor bona immobilia in dote inæstimata si dederit, tunc non dicitur totalis alienatio, nec transfertur dominium.

160 Dominium rei dotalis magis in muliere quàm in maritum residere, tenent multi relati.

161 Feudum inæstimatum in dotem marito datum sine pacto Lucrandi, tunc dominium non transit in maritum, sed penes vxorem manet.

162 Consensus Domini hoc casu non requiritur.

163 Statutum prohibens mulierem minorem sine solemnitatibus obligare, an comprehendat casum dotis.

164 Affirmatiuè tenent hic relati, & est communis.

165 Negatiua est magis recepta.

166 Statutum prædictum non comprehendit casum, in quo dos sit specialiter obligata, & num. 168.

167 Si verò agitur in casu, in quo dos non reperitur specialiter priuilegiata, tunc procedit affirmatiua.

169 Saluianum experiri poterit non obstante Statuto.

170 Saluianum datur mulieri pro alimentis.

171 Quid si mulier nupserit sine dote, vel promissa, & non soluta.

172 Saluianum experiri poterit à muliere pro alimentis; licèt nulla dos fuerit promissa.

173 Hypotheca datur pro alimentis.

174 Alimenta an debeantur, quando dos fuerit promissa, & non soluta, & distingue ibi remissiuè.

175 Dos soluta, etiam si matrimonium non sequatur, habet eadem priuilegia, sicut esset matrimonium sequutum, & Saluianũ experiri poterit.

176 Mulier si sine dote nupsit, succedit in quarta parte bonorum Mariti.

177 Amplia procedere etiam si maritus aliquod vxori reliquerit pro alimentis: item si fuerit promissa dos marito post mortem matris, quæ tempore mortis mariti adhuc viuebat. Item si alimenta à patre consequi posset, vel si pauca dos vxori data esset.

178 Bona mariti non sunt hypothecata pro successione vxoris indotatæ, & cessat Saluianum.

179 Alimenta debentur vxori, quando soluta est marito, & pro eis competit hypotheca, & per consequens Saluianum.

180 Bona soceri sunt tacitè pro alimentis obligata.

181 Bona vxoris sunt tacitè hypothecata pro alimentis debitis in aliquibus casibus viro, & datur Saluianum.

182 Alimentorum præstatio à mera voluntate mariti pendet, & soluendo in tempore euitat moram.

183 Actio alimentorum non oritur, nisi eueniente conditione.

184 Tempus promissionis in dote attenditur, cùm sit conditio causalis, vel mixta, quando sit restituenda dos.

185 Tempus præstandi alimenta attenditur, quando euenit.

uenit conditis præstandi alimenta, quæ est potestatiua.

186 *Saluianum datur pro legato, & fideicommisso.*

187 *Limitatur post aditam hereditatem, & post factam restitutionem, quo ad fideicommissum.*

188 *Hypothecaria non datur ad res legatas.*

189 *Hypothecaria non datur in re propria.*

190 *Legatarij sunt Domini de iure speciali, & habent hypothecariam.*

191 *Fideicommissarius ante aditam hæreditatem non habet dominium in re.*

192 *Hypothecaria datur ad rem legatam.*

193 *Legatarius petit rem legatam, vti debitam, & potest agere hypothecaria, & rei vendicatione.*

194 *Dominium iure acquisitum non excludit personalem actionem, nec hypothecariam.*

195 *Hypotheca quæ competit pro legatis.*

196 *Legatarius potest agere hypothecaria, quando competit etiam officium iudicis, & exemplum vide ibi.*

197 *Ampliatur in legato, pro quo sola personalis actio competit.*

198 *Ampliatur, etiam si testator expresse obligasset vnam rem pro legato.*

199 *Prouisio hominis, facit cessare prouisionem legis.*

200 *Hypotheca tacita pro alimentis est eiusdem potestis, & æquiparatur expressæ à testatore pro legato inductæ.*

201 *Ampliatur non solum in rebus proprijs testatoris, sed etiam alienis, dummodo ad hæredem per testatorem peruenerint.*

202 *Hypotheca legalis contrahitur etiam in alienis.*

203 *Legatarius agens hypothecaria, non arctatur probare rem fuisse in dominio testatoris, sed ratum processisse à testatore.*

204 *Saluianum pro legato sufficit probare possessionem defuncti.*

205 *Ampliatur hypothecariam competere pro legato, etiamsi testamentum esset ruptum præteritione, vel exhæredatione filij, quia legata sustinentur.*

206 *Hypotheca tacita pro legatis competit aduersus bona, quæ tempore mortis testatoris in hæreditate reperiuntur, secus in his, quæ post accesserunt, vel ab hærede ex bonis hæreditarijs acquisita.*

207 *Ampliatur pro legatis priuilegiatis, quæ ex iure sustinentur, & propterea in supradictis quinque ampliationibus vigore illius hypotheca datur Saluianum Interdictum.*

208 *Legato nomine debitoris venit creditum etiam scriptura, seu illius instrumentum, cum dicatur idem pro re legata, & nu. 209.*

210 *Quod intelligendum est de scriptura priuata, seu instrumento penes hæredem existente, secus si esset Instrumentum penes notarium existens, quia sumptibus legatarij sumendum est.*

211 *Saluianum etiam super animalibus hæreditarijs experiri poterit cum veniant restituenda fideicommissario.*

212 *Ampliatur in mercibus hæreditarijs.*

213 *Amplia in omnibus bonis hæreditarijs.*

214 *Amplia in bonis liberis cum bonis fideicommisso subiectis permutatis.*

215 *Amplia, etiam in bonis ex precio bonorum fideicommisso subiectorum emptis.*

216 *Amplia in bonis de consensu fideicommissariorum alienatis, nam alij fideicommissarij nascituri poterunt ea reuocare.*

217 *Amplia in augmento per alluuionem in bonis fideicommisso subiectis aucto.*

218 *Amplia etiam in bonis per patrem filio inter viuos donatis, quia veniunt restituenda.*

219 *Quod procedit etiam si ex generali verborum significatione posset comprehendi.*

220 *Amplia etiam si Testatorem pœnituit donasse, quia ista donatio morte confirmatur, & interim fideicommisso dicta bona subijcere potest.*

221 *Amplia in bonis per Maritum Vxori donatis, & postea fideicommisso subiectis.*

222 *Sed si vxor, aut filius bona donata restituere non grauasset, non dicitur recessum à donatione.*

223 *Nominatim, siue expresse fieri dicitur, quando de alijs bonis restitutioni dispositum intelligi non posset.*

224 *Fideicommissum imponi potest à patre supra dote filiæ data, quando excedit legitimam, si ita fuerit in constitutione dotis stipulatum, & quod est super legitima, venit restituendum.*

225 *Pater si in vita bona sua filijs iure dominij assignauerit, & distribuit, si postea eos hæredes instituerit, & grauauerit ea restituere, veniunt restituenda, quando filius sit in potestate patris.*

226 *Fideicommissum iniungi non potest super bonis à patre filio valide donatis cum Instrumento, nec filius restituere tenetur, si hæreditatem cum beneficio leg. & Inuent. adiuerit.*

227 *Fideicommissum imponi potest à patre, quando irreuocabiliter inter filios diuisit cum translatione dominij, & eodem contextu mandauit dicta bona restituere.*

228 *Fideicommissum imponi potest à Marito super dote, quando certam quantitatem hæreditatis vxori reliquit, vel prælegauit cum onere restituendi etiam dotem.*

229 *Fideicommissum imponi potest à patre in legitimam filij, quando prælegauit filio cum onere restituendi per legatum cum legitima, si prælatum agnouerit.*

230 *Ampliatur etiam si filius omnia, & singula in testamento contenta approbauerit.*

231 *Prælegatum venit restituendum, quando substitutio vulgaris amplis, & generalibus verbis facta est, & exemplum vide ibi.*

232 *Ampliatur, quando testator vsus est signo æquipollenti vniuersali ad fauorem familiæ.*

233 *Amplia, quando prælegati tempus, adhuc non cessisset, quia hæres prædecessit viuo testatore, tunc debetur substituto.*

234 *Amplia, etiam quando testator dixit, restituat omnem hæreditatem, vel quidquid ex hæreditate ad eum peruenerit.*

235 *Amplia, quando prælegatum relictum est prius vni ex hæredibus, illumque instituit, ac grauauit restituere simpliciter, & procedit etiam si esset extraneus.*

236 *Amplia, quando testator multos instituit hæredes, vnumque grauauit restituere si sine filijs decesserit, restituere partem, seu portionem suam.*

237 *Ampliatur etiam si inter prælegatum, & institutionem aliquid extraneum esset interpositum.*

238 *Ampliatur etiam si testator in institutione dixerit, in omnibus alijs suis bonis.*

239 *Amplia, quando substitutio facta esset in prælegatis.*

240 *Amplia, quando prælegata continent maiorem partem hæreditatis.*

241 *Amplia, vbi Testator respiceret futurum.*

242 *Amplia, quando testator iussit restituere patrimonium suum, seu substantiam suam.*

243 *Amplia, quando fideicommissum esset iunctum fauore filiorum, & extraneus esset institutus.*

244 *Amplia, quando legatarius capit legatum vti hæres non vti legatarius.*

245 *Amplia, quando testator iussit restituere ea, quæ in hæreditate remanent, etiam si mentio hæreditatis facta esset ad extendendam substitutionem.*

247 *Amplia, qoando prælegatum fuit iure, & titulo institutionis relictum.*

248 *Amplia, quando testator grauauit hæredem, vt propriam ipsius hæredis hæreditatem restituere deberet.*

249 *Limita, quando prohibitio supradicta esset facta sub pœna caducitatis, valet alienatio licèt pœna debeatur, & cessat Saluianum.*

250 *Sublimitatur, quando hæres prohibitus non esset soluendo precium rei alienatæ, quia tunc daretur regressus substituto contra rem alienatam, & esset locus Saluiano.*

251 *Fideicommissarius rem fideicommisso subiectam emens eueniente casu restitutionis, agit actione ex empto contra vendentem ad pretium.*

252 *Ampliatur, siue fideicommissarius sciuerit, siue ignorauerit.*

253 *Hypotheca datur contra venditorem re vendita perempta, & erit locus Saluiano.*

254 *Clausula super quibus omnibus, inducit hypothecam.*

255 *Actio personalis inducitur contra venditorem re vendita perempta.*

256 *Hypotheca datur in omni casu, vbi competit actio personalis, & illius vigore Saluianum experiri poterit.*

257 *Feudum hæreditarium venit in restitutione fideicommissi.*

258 *Feudum ex pacto, & prouidentia, aut mixtum, nõ venit in restitutione fideicommissi.*

259 *Feuda hæreditaria dicuntur omnia feuda totius Galliæ ex consuetudine.*

260 *Item dicitur hæreditarium, quando vigore inuestituræ acceptum sit pro se, & quibuscunque hæredibus, & si pro hæredibus acceptum fuerit, & num. 261.*

262 *Item dicitur hæreditarium, quando fit mentio de hæredibus.*

263 *Item si fuerit dictum pro se, filijs, & hæredibus.*

264 *Item si fuerit concessum cum clausula, & quibus dederit.*

265 *Item dicitur hæreditarium si fuerit concessum pro se, & filijs masculis, & fœminis.*

266 *Item si feudum fuerit pecunia emptum, etiam si de fœmina non esset facta mentio.*

267 *Item si fuerit dictum pro hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus.*

268 *Item si dixerit pro se, & eius hæredibus & legitimis successoribus.*

269 *Feudum in dubio potius dicitur hæreditarium, quàm ex pacto, & prouidentia.*

270 *Feuda hæreditaria veniunt in restitutione fideicommissi.*

271 *Bona emphyteotica veniunt in restitutione fideicommissi, quando sunt transitoria ad hæredes, vt supra de feudis dictum est, sed non efficiuntur patrimonialia.*

272 *Limitatur, vt ibi remissiuè.*

273 *Saluianum in omnibus supradictis casibus super feudo, & emphyteusi vigore fideicommissi experiri poterit.*

274 *Limitatur non competere Saluianum in casibus ibi expressis.*

275 *Saluianum experiri non potest per creditorẽ contra bona legata, quando adsunt alia bona, in quibus sibi satisfieri potest.*

276 *Legatarius præfertur creditori, quando adsunt alia bona hæreditaria, ex quibus satisfieri potest.*

277 *Limitatur procedere, quo ad fideicommissarium, vt auocetur possessio, & detineatur donec restitutio hæreditatis fiat.*

278 *Saluianum datur contra bona testatoris, quæ in hæreditate reperiuntur, siue sint in certa quantitate, siue in certo corpore.*

279 *Saluianum pro legato datur solum, vt legatarius sibi de suo credito satisfiat.*

280 *Saluianum pro re legata contra hæredem tantum competit pro hæreditaria portione.*

281 *Alia hypotheca datur in solidum contra quemlibet ex hæredibus.*

282 *Hypotheca pro legato commensuratur personali actioni, vt hæres teneatur pro hæreditaria portione.*

283 *Bona hæredis non sunt tacitè hypothecata pro legatis.*

284 *Saluianum contra tertium possessorem partis rei legatæ, intentari non potest: secus si vnus ex hæredibus integram rem possideat, & nu. 285.*

285 *Hypothecam expressam habens super domo, & vinea, cum prohibitione alienandi, si decedente debitore creditorem hæredem in domo instituit, & alterum in vinea, poterit creditor contra vnum, & alium in solidum Saluianum experiri.*

287 *Hypotheca est indiuidua, & datur contra quemlibet singularem successorem in solidum.*

288 *Hypotheca si fuerit reseruata cum prohibitione alienationis, si postea fuerit lata sententia contra principalem debitorem, poterit exequi in solidum contra possidentem, licèt de eo non sit facta mentio.*

289 *Bona nulliter contra pactum, & reseruationem alienata per debitorem, dicuntur adhuc penes eum extare.*

290 *Legato facto de vinea alicui, si eiusdẽ vineæ vsusfructus alteri legatus sit, datur concursus inter vsumfructuarium, & alterum legatarium, nisi fuerit à testatore reseruatus vsusfructus.*

292 *Amplia, etiam si in secundo legato esset facta mentio primi.*

292 *Amplia, etiam si prius vni esset legata vinea, in secundo loco vsusfructus.*

293 *Legata annua debentur ab hærede, non autem à fideicommissario pro tempore, quo fructus perceperit.*

294 *Et procedit etiam si hæres dum vixit, dicta legata non soluit, & eo casu eius hæres tenetur.*

295 *Legata annua per vsumfructuariũ soluenda sunt, etiam si esset pater.*

297 *Limitatur procedere dummodo vsusfructus tale onus sustinere possit, aliàs ad hæredẽ spectaret.*

298 Li-

298 Limitatur, quando aliter de mente testatoris appareret, vel ex coniectura.

299 Limitatur, quando testator mandauit solui per suum haeredem, vel de bonis suis.

300 Limitatur procedere in vsufructuario omnium bonorum.

301 Vsufructuario non debentur fructus ex melioramentis per haeredem factis.

302 Retentio melioramentorum, & aestimatio, vide remissiue qualiter sit facienda.

303 Ampliatur in alijs casibus, vbi melioramēta à possessore facta reperiuntur.

304 Limitatur in malae fidei possessore, quo ad fructus perceptos, non autem quo ad illos percipiendos.

305 Hypotheca non datur pro legato, quando rei legatae natura repugnat, & exemplificatur.

306 Hypotheca pro legato non datur in re alteri à testatore legata, & nu. 307.

308 Saluianum cessat vbi aliquid est detrahendum ab haerede, veluti si esset detrahenda legitima, vel Trebellianica de fideicommisso.

309 Contradictor legitimus dicitur ille, qui impedit immissionem, quando aliquid est detrahendum.

310 Haeres grauatus potest retinere tot bona haereditaria, quae sufficiant pro suo credito pecuniarum expositarum in aestimatione aeris haereditarij.

311 Aestimatio est facienda secundum tempus factae solutionis ab haerede, qui vult retinere tot bona haereditaria pro suo credito, non autem secundū tempus restitutionis fideicommissi.

312 Haeres grauatus restituere, potest deducere creditum, quod habebat cum defuncto.

313 Retentio datur haeredi grauato de restituendo haereditatem, seu fideicommissum, donec sibi refundantur expēsa pro recuperatione bonorum haereditariorum factae.

314 Expensae huiusmodi cum fructibus non computantur.

315 Saluianum non competit vigore legati, si vni legata essent mobilia, & alteri immobilia, & eueniente casu redemptionis domus venditae cum pacto de redimendo super illis pecunijs.

316 Retractus vigore statuti cui competit quādo adest statutum, vel consuetudo, vel ex pacto de redimendo, vt consanguineus possit retrahere rem alienatam, an eo casu inter mobilia, & immobilia computetur pretium.

317 Saluianum Interdictum an experiri possit pro donatione causa mortis, & an deferatur à legato & nu. 320.

318 Donatio causa mortis legatis comparatur.

319 Donatio causa mortis habet omnes effectus legati, nec ei est dissimilis, & pro ea datur Saluianum Interdictum.

321 Hypotheca tacita competit, tam pro legato, quàm pro donatione causa mortis.

322 Fideicōmissarius, & legatarius an possint Saluianum intentare contra pecunias haereditatis.

323 Pecuniae si relictae sunt sub vniuersali fideicōmisso veniunt restituendae.

324 Hypotheca super pecunia consistit.

325 Saluianum super pecunia intentari potest.

326 Ampliatur in pecunia redacta ex nominibus debitorum testatoris.

327 Bona empta ex pecunia haereditaria, & nomine haereditario, venit fideicommisso restituenda.

328 Amplia etiam, quando essemus in dubio, cuius nomine empta esset.

329 Saluianum in supradictis casibus datur.

330 Tutor emens rem de pecunia pupilli, dicitur nomine pupilli emisse.

331 Emptio facta ex pecunia haereditaria, non praesumitur facta nomine haereditario, sed nomine proprio.

332 Tutor, & curator principaliter datur pupillo respectu causae, non autem bonorum.

333 Tutor aliquid acquirens, dicitur pupillo non haereditati acquirere.

334 Amplia etiam si testator iusserit pecunias esse restituendas.

335 Bona empta ex pecunijs haereditarijs, etiam si pupilli nomine empta essent, nihilominus dicuntur haereditaria, & veniunt restituenda.

336 Precium succedit loco rei in vniuersalibus, & ipsa res ex dicto precio empta.

337 Bona permutata cum bonis haereditarijs, succedit in locum rei permutatae, & veniunt restituenda in vniuersalibus.

338 Bona praedicta sic subrogata, habentur ac si ab initio à testatore relicta fuissent.

339 Bona ex iussu testatoris empta ex pecunijs haereditarijs, seu mercibus tunc de illis iudicatur sicut de alijs stabilibus haereditarijs.

340 Destinatum ad antiquum, esse semper destinatum habetur.

341 Bona empta ex pecunijs haereditarijs, non tollit praesumptionem, an dicantur haereditaria, sed solum an sit facta solutio de proprio, vel de alieno.

342 Praesumptioni locus non est, quando extant coniecturae in contrarium.

343 Praesumitur bona empta ex pecunijs ex precio redacto à tutore de reuendita si statim ipse tutor rem aliquam emerit.

Distinctio Auctoris.

344 Bona empta ex praecepto testatoris de pecunijs & nominibus debitorum haereditariorum, vel pro immobilibus emendis, & reinuestiendis, & procedit opinio affirmatiua, quod essent subiecta fideicommisso.

345 Testator potest bona haeredis sub fideicommisso supponere, quando eandem quantitatem reliquit, & ideo empta ab eo veniunt in fideicommisso.

346 Testator sicut potest bona haeredis grauare, multo magis precium bonorum haereditariorum sub fideicommisso supponere.

347 Testator potest ordinare, vt in restitutione fideicommissi veniant ea, quae sunt percipienda post aditam haereditatem.

348 Tutor, & curator praesumitur secundum mandatum testatoris acquisiuisse.

349 Bona empta ex pecunijs haereditarijs non esse restituenda, cum non sint empta nomine haereditario, procedit, quando non adesset praeceptum testatoris.

350 Saluianum datur contra bona, quae veniunt per fideicommissum restituenda.

351 Bona redempta per haeredem ex pacto cum defuncto facto de affrancando, veniunt sub fideicommisso.

352 Bona empta ex precio bonorum ex fideicommisso subiectorum, sub pacto quod precium reinuesti-

retur in tot bonis stabilibus, talia bona veniunt sub eodem fideicommisso, exemplum vide ibi num. 354.

353 *Bona data in solutum pro credito hæreditario, veniunt sub fideicommisso.*

354 *Fructus percepti ante aditam hæreditatem, si viuo testatore erant collecti, & in hæreditate reperti, veniunt in fideicommisso.*

355 *Fructus recollecti post mortem testatoris, & aditam hæreditatem, & similiter veniunt in fideicommisso.*

356 *Fructus an sint percepti ante, vel post mortem testatoris, hæreditate iacente nihil differt.*

357 *Fructus ante aditam hæreditatem acquisiti adijciuntur, & procedit siue sponte, siue coactè hæres hæreditatem adiuerit.*

358 *Saluianum cessat, quando fructus spectant ad fideicommissarium, scilicet ad fauorem creditoris hæredis.*

359 *Fructus maturi, & pendentes tempore mortis testatoris, spectant ad fideicommissarium.*

360 *Amplia in fructibus percipiendis à testatore emptis, & ab eo precium solutum, quia in eorum loco subrogatur, & hoc casu cessabit Saluianum.*

361 *Fructus à testatore sati, vel ab eius colono tempore mortis testatoris, si nati sint, & maturi augent hæreditatem.*

362 *Contrarium ibi per Doctores relatos.*

363 *Fructus à testatore sati, vel ab eius colono restitui debent, quando fideicommissum est purum, secus si in diem, vel sub conditione.*

364 *Fructus sati, sed non nati tempore mortis testatoris, non debentur, sicut partus Ancillæ nondum editus, vel de ventre Vaccæ.*

365 *Fructus à Testatore sati, licèt tempore mortis testatoris non essent nati; tamen reddunt fundum preciosiorem, & veniunt restituendi.*

366 *Fructus sati, & recollecti ab hærede ante diem fideicommissi, non veniunt restituendi.*

367 *Fructus percepti post aditam hæreditatem desinunt esse hæreditarij, & efficiuntur hæredis, & num. 371.*

368 *Hæres efficitur dominus, & possessor pleno iure in dicto testatoris, & titulo testamenti, ideo facit fructus suos.*

369 *Amplia in pensionibus, & mercedibus ac vtilitatibus omnibus perceptis ex rebus hæreditarijs, & de fœtibus animalium vide cemissiuè cum eorum distinctionibus.*

370 *Fructus percepti ex rebus feudalibus non dicuntur feudales.*

372 *Mater per transitum ad secunda vota non amittit proprietatem fructuum hæreditatis paternæ per filium acquisita.*

373 *Fructus rei legatæ in diem, vel sub conditione, interim remanent penes hæredem, & si esset relictum in diem certum.*

374 *Fructus percepti hoc casu dicuntur, quando à solo sunt separati.*

375 *Fructus bonorum fideicommissi, hæres facit suos, quando non fuit morosus in restituendo; sed fideicommissarius fuit negligens.*

376 *Fideicommissi dies licèt cesserit, tamen non operatur mora in hærede, vel in hærede hæredis.*

377 *Dominium partis rei legatæ, vel fideicommissi non transit ipso iure in legatarium.*

378 *Legatarius vel vsufructuarius si moreretur fideicommissarius non acquirit vsumfructum ante aditionem hæreditatis, si aliquod tempus transisset.*

379 *Legatum non transit in legatarium recta via, ante rei traditionem.*

380 *Fructus percepti post aditā hæreditatem cessante mora hæredis non veniunt restituendi.*

381 *Dominium rei legatæ non transit in legatarium, quando res aliena legata est, & cessante mora hæredis fructus acquiruntur hæredi.*

382 *Remedia, cum quibus legatarij, & fideicommissarij subueniuntur, vide remissiuè.*

383 *Fructus non sunt restituendi, quando percepti fuerint negligentia fideicommissarij, & si hæres coactus hæreditatem adijsset.*

384 *Quod intellige, quando nulla negligentia hæredi imputari potest, veluti si fideicommissarius esset absens, vel ignoraret.*

385 *Limitatur, quando mora re ipsa absque interpellatione fuerit commissa.*

386 *Fructus rei legatæ non debentur, quando legata est quantitas pecuniarum soluenda infra tres annos, & fuerunt soluta infra sex annos, nisi probatis extremis.*

387 *Limitatur, quando esset legata certa pecuniarum quantitas sub præcepto quod statim reinuestiretur in tot bonis stabilibus sub pœna, quod si hæres esset morosus soluat septem pro centenario.*

388 *Fructus quantitatis pecuniarum, quando esset legata, quantitas ad effectum reinuestiendi sub præcepto, vt supra tunc non debentur, vt de quantitate sed vt de specie, ac si esset reinuestita.*

389 *Interpellatio hoc casu, non est necessaria, & per lapsum diei constituitur mora.*

390 *Vsuræ dicitur, quando quantitas mandatur solui per dinumerationem temporis.*

391 *Limitatur, in legato facto sub pœna, quod reinuestirentur.*

392 *Fructus non veniunt restituendi, quando testator verbis vniuersalibus grauasset hæredem restituere quidquid ex bonis suis ad eum peruenerit, etiam si percepti sint post aditam hæreditatem, sed ante moram.*

393 *Amplia si dixerit vniuersam hæreditatem relictam, vel tota bona mea, vel totam hæreditatem meam.*

394 *Fructus veniunt restituendi, quando testator dixerit,* quidquid ex bonis superer it.

395 *Saluianum cessat, vbi fructus non veniunt restituendi.*

396 *Fructus veniunt restituendi, quando post aditam hæreditatem, quis rogatus est specialiter restituere.*

397 *Amplia etiam si ex coniecturis constaret de tacita voluntate testatoris, quia operatur, ac si esset expressa.*

398 *Ampliatur, quando tempus restituendi esset adiectum fauore fideicommissarij.*

399 *Ampliatur, quando essent relicti fructus pro construenda Ecclesia, quia donec non fuerit ædificata spectant ad Ecclesiam, vel si post mortem grauati, vel alia conditione essent relicti.*

400 *Amplia etiam si gratia vtriusque, scilicet hæredis, & fideicommissarij esset relictum tempus.*

401 *In dubio fauore hæredis grauati præsumendum est.*

402 Am-

402 Ampliatur, quando fauore filiorum esset inductũ fideicommissum.

403 Contrarium vbi ex multis coniecturis.

404 Conditio ad fauorem filiorum non dicitur adiuncta, quando collata est post mortem haredis, sed necessaria est altera coniectura.

405 Tempus fideicommissi in fauorem filiorum dilatũ esse dicitur, quando pater grauatus est restituere quidquid ad eum peruenerit.

406 Fructus non veniunt restituendi, quando pater instituit filios, & ad inuicem substituit si sine filijs decesserint.

Nec in quartam imputantur.

407 Fructus non veniunt restituendi, quando testator fundum pro extinctione sui crediti reliquit.

408 Creditor heres institutus à suo debitore animo cõpensandi, & grauatus restituere quidquid ei ex testamento peruenerit, tenetur restituere fructus perceptos, vltra id quod debetur.

409 Amplia procedere, siue versemur in legato, siue in Institutione, quando animo compensandi factum fuit.

410 Limitatur quando essemus in simplici legato, vel in simplici Institutione, quia tunc non tenetur restituere fructus.

411 Fructus veniunt restituendi, quando testator mandauit restitui quidquid ex hareditate heres perceperit, etiam si esset aliquid detrahendum.

412 Limitatur in filijs primi gradus, quia nec in legitimam, nec in Trebellianicam imputantur.

413 Vxor, qua fuit heres à Marito instituta, & super dictis bonis grauata restituere quidquid ex testamento ad eam peruenerit, non imputat fructus medio tempore perceptos in dotem.

414 Fructus non imputantur in dotem, quando est verè debita.

415 Fructus veniunt restituendi, quando testator mandauit restituere debere quantamcumque pecuniam ad eum de bonis, & hareditate peruenisset.

416 Fructus veniunt restituendi, quando testator mandat restituere, quicquid ex hareditate bonisue ipsius testatoris supererit, quando fructus essent extantes, & non consumpti tempore restitutionis.

417 Verbum supererit, à testatore prolatum importat, vt grauatus posset fructus consumere, & bona fide res hareditarias distrahere.

418 Fructus non veniunt restituendi, si testator dixerit quicquid ex hareditate supererit, sine illo nomine bonis, sed heres lucratur.

419 Fructus veniunt restituendi quando testator iure militari fecerit testamentum, scilicet fructus reperti tempore mortis haredis.

420 Solutio pensionis facta per testatorem de fundo conducto, venit in fideicommisso restituenda.

421 Fructus veniunt restituendi, quando testator mandat, vt aliquem ab eo nominatum, haredem instituere.

422 Haredem, si quis aliquem instituere rogatus sit, est perinde ac si hareditatem restituere grauatus esset.

423 Fructus percepti post aditam hareditatem, restituere non tenetur, quando quis est grauatus restituere hareditatem.

424 Limita, nisi concurrant coniectura, vel qualitas persona in contrarium.

425 Hares restituere grauatus vltra vires hareditarias, tunc ex fructibus supplere debet illud quod excedit.

426 Amplia procedere, siue hares sit in legatis grauatus vltra vires hareditarias, siue in bonis proprijs ipsius haredis, seu bona fideicommisso subiecta diminuta essent, quia de fructibus industria testatoris perceptis supplere debet.

427 Limita, quando diminutio hareditatis facta esset ex iudicio, vel ex facto testatoris, veluti si originem traxit ex contractu ab eo celebrato.

428 Limita etiã in filijs primi gradus, si heredes instituti essent, & per fideicommissum grauati.

429 Contrariam opinionem ad fauorem filiorum non satis sustentabilem esse, tradit Peregr.

430 Fructus veniunt restituendi, quando hares in mora fuit constitutus.

431 Legatarius si haredem interpellasset ad adeundã hareditatem, & satisdationem obtulisset, & heres distulit cautionem recipere, & hareditatẽ adire, tunc ab eo tempore facit fructus suos.

432 Amplia procedere etiam in filijs primi gradus.

433 Fructus veniunt restituendi, quando essent percepti post aditam hareditatem, & verbalem restitutionem, etiam si fideicommissarius fuisset negligens.

434 Fideicommissarius acquirit bona, sibi restituenda statim facta verbali restitutione, etiam, quod realem possessionem non acceperit.

435 Amplia in omni casu, vbi dominium in fideicommissarium translatum fuerit, siue sit fideicommissarius vniuersalis, vel particularis.

436 Fideicommissarius stante verbali restitutione, potest agere fideicommissaria hareditatis petitione, & vtili remedio l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen.

437 Secus si esset facta realis restitutio, quia tunc fideicommissarius non potest tale remedium intentare, vt efficiatur possessor, sed, vt confirmetur in possessione.

438 Fideicommissarius potest remedium d. l. fin. intentare nulla restitutione pracedente in omnibus casibus, in quibus vtiles actiones pradicta, ipso iure in eum transeunt.

439 Amplia etiam, quando fideicommissarius ignorauit adesse fideicommissum, & ideo non interpellauit quia perinde est ac si fuisset interpellatus.

440 Hares percipiens fructus post diem fideicommissi, dicitur in mala fide.

441 Fideicommissarius facit fructus suos, quando est absens tempore purificati fideicommissi, & propter dictam absentiam non petijt hareditatem restitui.

442 Ampliatur idem esse in minore, & furioso, quia hoc casu mora contrahitur ipso iure.

443 Ampliatur etiam, quando fideicommissum est factum Ciuitati, & Ecclesia, vel Hospitali.

444 Amplia in omni casu, vbi ipso iure citra aliquem actum verbi, vel facti, sed ipso iure actiones trãseunt in fideicommissarium.

445 Amplia quod nec requiritur petitio, seu sententia.

446 In fideicommissarium actiones, nulla facta petitione, seu interpellatione, transeunt.

447 In fideicommissarium actiones non transeunt, nisi facta declaratione se agnoscere fideicommissum.

448 *Intellige tamen transire reuocabiliter, & post agnitionem, seu declarationem, transeunt irreuocabiliter.*

449 *In fideicommissarium ipso iure transeunt actiones, quando hæres dolose latitat, nec curat restituere fideicommissum.*

450 *Et hoc casu sufficit hæredem esse citatum ad restituen. absque iudicis declaratione, & quod citatio ad illius notitiam deuenerit.*

451 *In fideicommissarium actiones transeunt ipso iure, quando quis decessit sine hærede.*

452 *Decedere quis sine hærede dicitur, quotiescunque per generalem proclamationem factã, an sit aliquis, qui velit hæres esse talis, & si adsint filij particulariter sunt citandi; quia si nemo compareret dicitur sine hærede decedere.*

453 *In fideicommissum transeunt ipso iure actiones, quando primus fideicommissarius rogatus est secundo restituere.*

454 *Quod intellige procedere quando primo fideicommissario esset facta restitutio.*

455 *In fideicommissum transeunt actiones ipso iure, quando fideicommissum esset particulare.*

456 *Restitutio verbalis non requiritur, quando hæres bona subiecta fideicommisso vniuersali, alienauit.*

457 *Amplia quod fideicommissum est factum fauore Ecclesiæ, pauperum, seu alterius piæ causæ, vel aliorum priuilegiatorum.*

458 *Amplia quando testator prohibuit alienationem, & iussit; quod si contra fieret, voluit esse nullam ipso iure.*

459 *Differentia inter ius canonicum, & ius ciuile, quãdo iura transeunt in fideicommissum vide remissiuè, vbi pro negatiua.*

Contrarium vide ibi.

460 *Fructus qui veniunt restituendi fideicommissario ab hærede, non computantur illi, qui ex quarta parte Trebellianica percepti sunt.*

461 *Saluianum in omnibus casibus in quibus fructus fideicommissi restituendos esse deductum est, contra eos à creditore experiri poterit.*

462 *Saluianum pro re legata, & pro fideicommisso datur ad auocandam possessionem, donec ab hærede fiat restitutio, & efficiatur plene Dominus.*

463 *Saluianum datur ad auocandam possessionem illarum rerum in omni casu vbi ipso iure est facienda restitutio.*

464 *Legatarius habet dominium rei legatæ.*

465 *Contrarium est verius, quia legatarij sunt Domini de iure speciali, qui possunt habere hypothecariam, vt efficiantur Domini.*

466 *Saluianum datur legatario, cui competit hypotheca ad effectum retinendi, vt satisfiat.*

467 *Fideicommissarius ante restitutam hæreditatem re, vel verbo, non dicitur fideicommissarius, nec Dominus.*

468 *Saluianum competit cui competit hypothecaria.*

469 *Hypotheca pro legitima, & illius supplemento nõ [illegible] & nu. 470.*

471 *Saluianum non est locus cessante hypotheca.*

472 *Hypotheca datur pro legitima, seu illius supplemento legato.*

473 *Legitima debetur vnà cum fructibus à die obitus.*

474 *Saluianum datur filio pro alimentis contra tertium possessorem, quando sunt in testamento relicta.*

475 *Obligatio patris qui tenetur dotare, vel alimentare, inhæret bonis, & transit ad omnes cum suo onere.*

476 *Intellige si alimenta à patre in testamento fuerint relicta.*

477 *Filius non potest agere contra bona à patre alienata, vt sibi præstarentur alimenta.*

478 *Filius pro alimentis potest agere contra bona paterna in eorum fraude alienata, vel si ab hæredibus patris post illius mortem essent alienata.*

479 *Tacita hypotheca datur pro alimentis ex speciali priuilegio.*

480 *Pater cogi potest, vt aliqua bona filio assignet vsque ad legitimam, vt ex eis alimenta percipere possit, quando pater esset dilapidator.*

481 *Contrarium tenent multi, vt ibi, sed pro prima opinione adsunt multæ auctoritates, & æquior coniicitur.*

482 *Fauore publico receditur à regulis iuris.*

483 *Prior in tempore licet præferatur alijs creditoribus, tamen fauore publico receditur à dicta regula.*

484 *Saluianum cessat in casu, in quo pater dilapidator cogi potest, vt assignet alimenta super suis bonis filio.*

485 *Saluianum non datur contra bona patris ad effectum, vt dotem filiæ assignet, cùm causa dotis, & alimentorum æquiparantur.*

486 *Argumentum de dote ad alimenta valet.*

487 *Pater non cogitur vigore hypotheca dotare, seu alimentare filiam, sed officio iudicis, quod est in æquitate fundatum.*

488 *Tacita hypotheca competit pro dote, quando esset in testamento relicta.*

489 *Saluianum competit contra bona tutorum pro tutelæ administratione.*

490 *Ampliatur etiam pro neglectu.*

491 *Hypotheca contra tutorem initium sumit à die tutelæ, seu curæ, non ante à die malæ administrationis.*

492 *Hypotheca tacita contra tutorem præfertur omnibus alijs etiam potiorem, & expressam habentibus.*

493 *Limitatur, quando tutor datus esset ventri, quia nisi in lucem venerit, non datur ista tacita hypotheca.*

494 *Ampliatur etiam contra eum, qui pro tutore se gessit.*

495 *Ampliatur in tutore nulliter dato, quia falsus tutor non est melioris conditionis quàm verus.*

496 *Amplia, quod pater etiam ante aditam hæreditatem filij tenetur actione hypothecaria.*

497 *Limitatur in Matre, quæ pro tutrice se gessit.*

498 *Contrarium, quod mater hypotheca bona sua si pro tutrice se gessit, secundum Mant.*

Sed prior Baldi verior est, & rationes, & fundamenta, vide ibi.

499 *Extensio non datur de vno casu ad alium, quando verba legis non verificantur.*

500 *Bona secundi viri sunt tacitè hypothecata pupillo, si mater tutrix transiuerit ad secunda vota, non reddita ratione administrationis.*

501 *Idem in administratione paraphernalium.*

502 *Declara ad effectum recuperandi bona paraphernalia, non autem pro fructuum recuperatione.*

503 *Intellige de industrialibus, non de consumptis ex voluntate mulieris.*

504 Saluia-

504 Saluianum datur contra actorem ad lites.
505 Limita in dato à tutore, non autem dato à Iudice.
506 Saluianum datur contra patrem pro administratione bonorum filij, in quibus non habebat vsumfructum.
507 Bona patris sunt tacitè hypothecata filijs primi matrimonij, pro lucro, & alijs ad ipsum ex prima vxore peruenctis.
508 Amplia idem esse in Mátre transeunte ad secundas nuptias.
509 Saluianum datur etiam contra administratorē bonorum Ciuitatis.
510 Amplia etiam in administratore Ecclesiæ, & in Prælato qui administrauit.
511 Ecclesia præfertur in quasiun post administrationē omnibus alijs creditoribus anterioribus.
512 Ampliatur in bonis Hospitalarij, & Orphanotrophi.
513 Bona patris sunt tacitè hypothecata pro tutela à filia administrata, quando eam de consensu patris accepit.
514 Saluianum in dictis casibus experiri poterit vigore hypotheca pro tutela inducta.
515 Limitatur in tutela testamentaria, quia pro ea pater non cogitur se obligare.
516 Pater non tenetur se obligare pro filio emancipato occasione tutelæ.
517 Pater non tenetur se obligare pro filio emancipato, si consenserit Decurionem creari.
518 Limitatur in filio in potestate existente.
519 Pater nunquam obligatur ex actu per filium facto, etiam quod consenserit, quando essemus in casu in quo pater non tenebatur se obligare.
520 Saluianum, an datur contra bona vsurarij pro vsurarum restitutione.
521 Contrariam magis communem esse ostenditur.
522 Saluianum datur contra bona furis; & pro ablatis datur tacita hypotheca, etiam contra hæredes.
523 Saluianum datur contra bona accata stata, & allibrata pro recolligenda collecta.
524 Declara dummodo sint in æstimo posita in perpetuum, secus si pro oneribus extraordinarijs.
525 Clericus tenetur pro onere in iuncto bonis catastatis, antequam in eis successerit.
526 Ecclesia tenetur soluere censum, seu tributum rei impositum, antequam esset Ecclesia.
527 Forensis tenetur ad onera collectæ imposita super bonis per antecessores descriptis.
528 Collecta, seu tributum est onus reale, & sequitur rem.
529 Vsufructuarius tenetur ad solutionem collectæ.
530 Maritus, seu vasallus tenetur ad solutionem collectæ, cùm sit onus rei iniunctum.
531 Vsufructuarius non tenetur ad solutionem collectæ, quando nihil remanet pro vsufructuario.
532 Saluianum datur contra bona, ex quibus decima debentur.
533 Decima est onus reale, & sequitur detentorem fructuum.
534 Decima debentur à possessore etiam si sint præteritæ.
535 Hypotheca tacita pro collectis præfertur omnibus alijs anterioribus creditoribus.
536 Intellige procedere in quacumque persona, seu Ciuitate habente fiscum, alias non habet tale priuilegium.
537 Item in persona, vel Ciuitate habente potestatem condendi legem, seu statuta, vel librum æstimi.
538 Statutum à Principe confirmatum, dicitur, statutum confirmatum.
539 Tacita Hypotheca pro canone consignando datur in Emphytheoticis, sed cōtrarium tenet Bar. cum alijs ibi.
540 Bona Emphytheotica sunt tacitè obligata pro canone, & est verior.
541 Saluianum ita datur pro expressa, sicut pro tacita.
542 Actio personalis in rem scripta dicitur, tam quæ prouenit ex contractu, quàm quæ ex quasi contractu, & num. 543.
544 Actio in rem scripta, sequitur fundum, & datur contra omnes successores.
545 Obligatio personalis contracta respectu rei, competit contra quemcunque detentorem.
546 Tertius possessor potest conueniri pro reditibus, qui debentur ex re.
547 Obligatio soluendi canonem, dicitur realis, & transit cum re.
548 Bona Emphyteutæ obligata pro obseruando contractu Emphyteotico, sunt tacitè hypothecata, & Dominus directus potest agere pro canone decursō, licèt tunc obligatus non possederit, & numer. 550.
549 Limitatur, si canon fuerit simpliciter promissus citra assignationem canonis.
551 Limitatur, si Dominus potuisset ab Emphyteuta exigere, & neglexerit.
552 Limitatur si Emptor rei Emphyteoticæ acceptat illam cum onere soluendi.
553 Ampliatur non solum fauore Ecclesiæ, vel minoris, sed etiam in alijs casibus, dummodo interuenerit aliquis actus positiuus.
554 Bona Emphyteotica sunt tacitè obligata, seu hypothecata pro canone, etiam si in parte dicta bona perirent, dum tamē remaneret tanta pars, quorum fructus ad solutionem canonis sufficeret.
555 Hypotheca tacita non datur pro laudemio.
556 Hypotheca non datur, nisi expresse non sit iure cautum.
557 Argumentum valet de Gabello, ad laudemium.
558 Laudemium est quædam res separata ab ipsa re in Emphyteusim accepta, & non dicitur onus reale, nec personale.
559 Exemptus ab omnibus oneribus personalibus, & realibus ob numerum filiorum, non est à Gabella exemptus.
560 Laudemium dicitur fructus, qui propter ipsam rem percipitur.
561 Laudemium spectat ad vsumfructuarium non ad proprietarium.
662 Bona Emphyteotica sunt tacitè obligata pro laudemio.
563 Hypotheca datur pro laudemio.
564 Laudemium debetur occasione instrumenti venditionis rei Emphyteoticæ ex natura contractus.
565 Laudemium datur pro confirmatione Instrumenti, & consensu Domini.
566 Laudemium non debetur ex contractu nullo.
567 Ampliatur etiam in contractu, qui ex pacto, vel ipso iure resoluitur.
568 Laudemium non debetur, quando contractus esset validus, & rescinderetur ex causa necessaria,

Q

quæ concurreret à principio contractus.
569 Actio exigendi laudemium, dicitur in rem scripta.
570 Actio supradicta, sequitur singularem successorem.
571 Obligatio personalis contracta respectu rei, competit contra quoscunque successores.
572 Laudemium debetur ex iuris dispositione.
573 Actio competens ex legis dispositione, dicitur in rē scripta.
574 Laudemium dicitur onus reale.
575 In Emphyteusi est onus reale, & personale.
576 Onus reale sequitur singularem successorem.
577 Emptor rei Emphyteoticæ, dicitur illam acceptare cum suis oneribus.
578 Emptor rei emphyteoticæ, tacitè contrahit de soluendo laudemium.
579 Legatarius acceptans legatum, acceptat cum suo onere.
580 Hæres acceptans portionem hereditatis, se obligat ad onus in testamento positum.
581 Et se obligat legibus de ea re disponentibus.
582 Acceptans beneficium religionis, se obligat omnibus legibus dictæ religionis.
583 Argumentum non valet, quando adest dissimilitudo.
584 Gabella differt à Laudemio.
585 Gabella est munus publicum respiciens publicam vtilitatem.
586 Laudemium dicitur munus priuatum, & respicit priuatam vtilitatem.
587 Laudemium non debetur pendente conditione contractus.
588 Gabella debetur, etiam non resoluta conditione.
589 Gabella non debetur in venditione rei extra territorium.
590 Laudemium debetur, etiam si contractus extra territorium loci sit celebratus.
591 Vsufructuarius repræsentat personam Domini directi.
592 Laudemium debetur in venditione facta cum pacto de retrouendendo.
593 Limitatur procedere in retrouenditione facta vigore dicti pacti de retrouendendo.
594 Laudemium debetur, etiam si Dominus directus plures receperit census, quia licet per receptionem videtur approbata alienatio, tamen non dicitur sibi præiudicatum, quo ad laudemium.
595 Laudemium debetur etiam ex donatione.
596 Laudemium debetur de toto precio, quando fundus cum fructibus simul vnico precio venditus sit.
597 Secus si fundus vno precio, & fructus alio precio venditus sit.
598 Laudemium debetur etiam, quod sit data licentia alienandi, dummodo emptor non sit de comprehensis in inuestitura.
599 Saluianum experiri potest in omni casu, in quo debetur laudemium.
600 Saluianum datur pro annua præstatione.
601 Assignatio facta super aliqua re, idem importat, ac si dicatur, obligo tibi eamdem rem.
602 Dictio, super tali re, importat hypothecam.
603 Saluianum datur pro legato relicto super tali fundo, vel si fuerit relicta annua præstatio pro alimentis.
604 Dictio, super, habet locum etiam in alijs vltra alimenta.
605 Saluianum datur in relicto, quod tot scuta extrahantur de tali re.
606 Ampliatur in qualibet pensione, siue ex contractu, siue aliter constituta.
607 Ampliatur in quacunque pensione in perpetuum constituta.
608 Saluianum datur contra fructus, & bona beneficij super quibus est pensio.
609 Ampliatur, siue pensio sit pro alimentis, siue non.
610 Pensio est onus reale, & sequitur possessorem.
611 Pensio cohæret fructibus beneficij.
612 Successor tenetur ad pensiones præteritas.
613 Declara procedere, in pensione, quæ cessit tempore successoris.
614 Declara non procedere, si pensionarius neglexerit exigere, & fructus sint consumpti.
615 Declara procedere, si fructus per prædecessorē sunt conuersi in vtilitatem Ecclesiæ.
616 Et quid in fructibus consumptis in proprium vsum prædecessoris, vide ibi.
617 Et quid si extarent fructus à prædecessore recollecti, & nu. 618.
619 Rector beneficij pensione grauati viuens, tenetur ad pensionem de perceptis, licet non sit amplius Rector.
620 Hæres beneficiati, tenetur ad pensionem decursam de fructibus à prædecessore perceptis.
621 Limitatur si beneficiatus non percepisset fructus.
622 Limitatur si prædecessor conuerterit fructus in vtilitatem Ecclesiæ.
623 Successor tenetur ad pensiones decursas, & non solutas per prædecessorem.
624 Pensionarius potest eligere contra quem agat, an contra hæredes prædecessoris, vel beneficij possessorem.
625 Pensio non debetur ex fructibus non perceptis.
626 Rota non declarauit dictum casum, qui nec etiam de æquitate procedit.
627 Iudicis arbitrio sunt relinquenda multa considerationes supradicti casus.
628 Et vbi sunt variæ Doct. opiniones, similiter Iudicis arbitrio relinquendum est, & nu. 630.
629 Pensionarius debet probare fuisse adhibitas diligentias.
631 Saluianum datur pro tributo, & datur pro eo hypotheca.
632 Actio pro tributo, & pensione datur contra successores.
633 Dominus præfertur omnibus creditoribus anterioribus pro tributo.
634 Saluianum datur fisco contra bona illorum, qui contraxerunt cum eo.
635 Limitatur in minore.
636 Hypotheca tacita fisci præfertur omnibus habentibus generalem.
637 Fiscus præfertur omnibus alijs creditoribus, in bonis quæsitis post obligationem cum fisco factam.
638 Fiscus agens ex persona priuati, non habet tacitam hypothecam in bonis emptorum.
639 Fiscus habet tacitam hypothecam in bonis administratorum.
640 Fiscus, an habeat tacitam hypothecam in pœnis ex maleficio debitis.
641 Saluianum, quando contra Fiscum experiri possit.
642 Hypotheca est ius reale, & sequitur rem illam.
643 Bona confiscata transeunt ad fiscum, cum suo onere, & hypotheca.

644 Fiscus

644 Fiscus satisfacere debet creditoribus delinquentis ex bonis in eius territorio existentibus, nec debet ad alium fiscum eos remittere, ut satisfiant.

645 Intellige quo ad fauorem creditorum sui territorij.

646 Creditor habet electionem super quibus bonis agere velit, vel si haberet obligationem Camerale, qui poterit agere contra bona debitoris confiscata alterius territorij.

647 Fiscus non potest creditoribus rei condemnati nomina debitorum in solutum dare inuitis creditoribus.

648 Fiscus succedit in locum condemnati.

649 Saluianum experiri potest contra bona confiscata.

650 Fiscus tenetur non solum ex expressa debitoris delinquentis obligatione, sed etiam ex tacita.

651 Fiscus succedit in bonis confiscatis tanquam hæres.

652 Fiscus non tenetur pro tacita hypotheca, quando succedit in bonis tanquam vacantibus.

653 Fiscus non habet bona delinquentis tacitè hypothecata ante delictum commissum; secus si post.

654 Fiscus pro damnis sibi in prædio rustico, siue urbano date, habet bona damnum dantis, tacitè hypothecata, & erit locus Saluiano.

655 Saluianum datur pro melioramentis.

656 Ampliatur in melioramentis factis, non solum in vrbanis, sed etiam in rusticis.

657 Tacita hypotheca competit si pecunia esset mutuata pro alimentis.

658 Ampliatur etiam in expensis factis pro custodia Castri.

659 Hypotheca datur pro alimentis factis animalibus, & pro conseruatione rei.

660 Prædo præfertur alijs creditoribus pro expensis factis in recolligendis fructibus.

661 Creditor qui pecunias pro conseruandis fructibus erogauit, præfertur alijs creditoribus.

662 Colonus partiarius habet tacitam hypothecam super fructibus pro laboribus, & super eis competit Saluianum.

663 Declara procedere concurrentibus ibi narratis.

664 Melioramenta facta à debitore in re obligata, censentur etiam hypothecata.

665 Limitatur in melioramentis ab extraneo factis.

666 Hypotheca tacita pro melioramentis cessat, quãdo res meliorata pereat.

667 Amplia, quod si domus denuò ædificaretur, cessaret dicta tacita hypotheca.

668 Saluianum datur pupillo pro re per tutorem eius nomine empta de pecunijs pupilli.

669 Ampliatur procedere cum priuilegio anterioritatis.

670 Et electio est pupilli, an velit rem emptam, siue pecuniam.

671 Limitatur electionem non procedere in re empta à non tutore, sed pupilli nomine.

672 Tutor socius pupilli, si emerit proprio nomine, vel si esset extraneus, quando res empta efficitur communis, vide remissiuè.

673 Administrator ement rem proprio nomine, non sibi, sed ei, cuius bona administrat acquiritur, cuius erant pecuniæ.

674 Mutuans pecuniam ad emendam rem, sine expressione, habet rem hypothecatam, quo ad personalem cum priuilegio.

675 Cum expressione verò habet cum hypotheca priuilegium anterioritatis in re empta.

676 Creditor qui mutuauit pecuniam ad rem emendam, an præferatur, vide remissiuè.

677 Saluianum datur Ecclesiæ in omnibus supradictis casibus uti pupillo.

678 Ampliatur in Muliere.

679 Ampliatur in pecunijs Militis.

680 Ampliatur in militia empta ex pecunia mutuata.

681 Dos præfertur ei, qui pecuniam pro emenda militia mutuauit, quando est anterior.

682 Saluianum datur Medico pro salario, contra Cõmunitatem, à qua fuit conductus.

683 Amplia in salarijs famulorum, quæ sicut expensa facta, in primis deducenda sunt.

684 Successor Prælati, tenetur ad salarium Aduocati.

685 Doctor pro suo salario præfertur sicut dos.

686 Creditor potest agere Saluiano, vigore licentia data ingrediendi possessionem propria auctoritate.

687 Ampliatur in creditore, qui potest propria auctoritate vendere.

688 Creditor, cui licentia data est propria auctoritate ingredi possessionem, Saluianum experiri posse, ut dictum est; procedit etiam in alio contractu, quàm pignoris.

689 Amplia procedere in hærede debitoris.

690 Amplia procedere contra singularem successorem.

691 Amplia procedere in hærede priuilegiato, veluti in pupillo minore, & Ecclesia.

692 Succedens non priuilegiato in iure reali non gaudet priuilegio.

693 Obligatio non immutatur ex persona hæredis.

694 Facultas capiendi possessionẽ propria auctoritate transit etiam ad hæredem debitoris.

695 Executio pacti de ingrediendo possessionem propria auctoritate, non impeditur per appellationem.

696 Amplia e[illegible] pactum procedere contra singularẽ successorem habentem causam à debitore, secus si à tertio.

697 Limitatur tamen quando sciente, & patiente eo, qui pactum, & facultatem huiusmodi concessit, per plures annos possedit.

698 Debitor, qui licentiam de ingrediendo possessionẽ creditori dedit non reintegratur.

699 Saluianum in omnibus supradictis casibus, in quibus dictum est posse propria auctoritate ingredi possessionem, experiri potest.

700 Pactum de ingrediendo possessionem propria auctoritate exerceri potest ante commissam moram, & ante conditionis euentum, existente causa suspicionis fugæ.

701 Quod intelligendum est, si suspicio superuenerit, secus si aderat tempore pacti.

702 Amplia, quod vigore talis pacti, potest creditor clam ingredi possessionem.

703 Amplia, quod ex statuto, seu consuetudine concessa est talis licentia de ingrediendo possessionem.

704 Consuetudo, seu statutum de ingrediendo propria auctoritate possessionem valet, & est fortior, quã pactum.

705 Pactum de ingrediendo possessionem propria auctoritate non transit in singularem successorem sine actione personali.

706 Pactum praedictum exerceri non potest, quando pars facit resistentiam.

707 Et quando ex iusta causa debitor resistere possit; vide remissiue.

708 Pactum de ingrediendo propria auctoritate, potest etiam contra tertium exerceri, quando debitor constituit se creditoris nomine possidere.

709 Quod intelligendum est, quando fit resistentia, ad effectum, ut quis utatur pacto tacite, ne spolium committat, licet possessio acquiratur.

710 Pactum praedictum, nec in causa caducitatis exerceri potest, quando pars non consentit.

711 Pactum de ingrediendo propria auctoritate in quibus casibus valeat in casu caducitatis, vide remissiue.

712 Amplia habere locum, quando capta est possessio propter lineam finitam licet aliter sit, quando caducitas, ex alio tempore eueniret.

713 Pactum praedictum de ingrediendo propria auctoritate exerceri non potest ante liquidationem, & quando dicatur liquidum, vide remissiue.

714 Limitatur, quando adesset constitutum, quia tunc non requiritur liquidatio.

715 Sublimitatur tamen quando constituens esset mortuus, vel aliter possessio ab alio esset interuersa, & num. 723.

716 Limitatur etiam, quando esset data licentia ingrediendi possessionem propria auctoritate, sine aliquo Iudicis decreto.

717 Pactum de ingrediendo propria auctoritate habens, si Iudicem adierit, non poterit postea uti tali pacto.

718 Saluianum cessat in omnibus supradictis casibus, in quibus pactum de ingrediendo propria auctoritate cessat.

719 Pacto de ingrediendo possessionem propria auctoritate, non praeiudicatur, quando aditur Iudex, cum tali protestatione de non praeiudicando, & num. 750.

720 Item quando adiuit Iudicem, ut daret Familiam cum mandato de assistendo.

721 Pactum de ingrediendo propria auctoritate tunc habet locum, quando possessio fuit capta expresse vigore talis pacti.

722 Et talis declaratio etiam post ingressum fieri potest.

724 Licentia, seu facultas de ingrediendo propria auctoritate, etiam a testatore dari potest.

725 Amplia procedere tam in fideicommisso vniuersali, quam in particulari, & in testamento minus solemni.

726 Amplia pactum huiusmodi habere locum, etiam si tacite dictum, vel factum fuerit.

727 Amplia etiam in substitutione, qua non vti directa, sed vt obliqua sustinetur.

728 Amplia habere locum, quando fideicommissarius relictus est executor dispositorum in testamento.

729 Sed plures executores relicti essent, tunc requiritur omnium consensus, & bona fide, & palam faciunt.

730 Amplia, quando testator mandasset legatarium non deberi molestari in re legata. Contrarium vide ibi, sed prior sententia est verior.

731 Amplia, quando testator viuens alio titulo rem legatario tradidisset.

732 Amplia, quando testator voluit quod legatarius libere habeat, & disponat de re legata.

733 Amplia quando iure institutionis, fuit factum relictum in re certa.

734 Amplia, quando testator dixit, quod legatarius rem sibi legatam capiat, accipiat, vel percipiat.

735 Amplia, quando testator vsus est illo verbo, cum omni iure, & actione eidem testatori competente.

736 Amplia, quando testator vsus est clausula illa, omni meliori modo; post factam substitutionem.

737 Amplia, quando testator clausulam cōstituti in testamento posuit.

738 Amplia, quando testator reliquit Vxorem vsufructuariam, Dominam, & massariam.

739 Quod est verum, quando non adessent filij, sed illis existentibus alimenta tantum percipere potest propria auctoritate.

740 Amplia, quando vni relictus esset vsusfructus omnium bonorum eius vita durante, & post eius mortem alter esset haeres institutus.

741 Amplia, quando testator alienationem prohibuisset & de iure alienare prohibita esset, & in casu contrauentionis, in esset fideicommissarius vocatus.

742 Licentia propria auctoritate capiendi possessionē dicitur concessa, quando conceditur in manumissionis.

743 Amplia, quando ex forma statuti, vel consuetudinis esset talis licentia concessa.

744 Amplia, quando testator grauatus per fideicommissum, ex re ius fideicommissarijs, alium haeredem instituisset.

745 Amplia, quando testator expresse alienationem prohibuit, & in casu contrauentionis alium vocauit, tunc vocatus in casu contrauentionis, poterit propria auctoritate ingredi possessionem.

746 Amplia, quando institutio resolueretur in vim fideicommissi vniuersalis.

747 Possessio propria auctoritate capi potest in casibus permissis, quando est vacans.

748 Et idem est quando vigore statuti, seu consuetudinis possessio capi potest propria auctoritate.

749 Secundo requiritur, quod testator per se ipsum possideret, non per interpositam personam.

751 Salutanum vigore licentia data, capiendi possessionem propria auctoritate, experiri potest, cum ex ea oriatur tacita hypotheca.

752 Salutanum datur contra subscribentem in scriptura, in qua se obligauit.

753 Subscribens dicitur approbare contenta in scriptura.

754 Ampliatur procedere etiam si fideiusserit.

755 Statutum mandans dari executionem contra scribentem, habebit locum etiam contra subscribentem.

756 Salutanum datur pro obligatione bonorum, quae stare debeant pro cautione, vel securitate alicuius.

757 Hypotheca inducta dicitur, si fuerit dictum, pecunias in resta illi collocandas.

758 Salutanum datur contra bona obligati sub certa poena.

759 Hypotheca inducitur per promissionem de non offendendo sub certa poena, & contra bona alienata agere potest.

759 Hypo-

760 *Hypotheca contrahitur in omni conuentione, vbi adest verbum do, vel assigno.*

761 *Item in omni obligatione simplici bonorum.*

De Saluiano vigore tacitæ hypothecæ, quæ ex legis dispositione inducitur. Cap. IV.

QVia in præcedentibus duobus Capitulis visum est de Saluiano vigore expressæ generalis, & specialis hypothecæ, sequitur nunc videre qualiter, & in quibus casibus vigore tacitæ hypothecæ Saluianum experiri possit.

1 Et ordinem præmissum sequendo pro clariori huius materiæ intelligentia dicitur, quod tacita hypotheca est, quæ à lege, vel à statuto, seu constitutione, non aliter à patribus expressa introducta est, nec de ea aliqua mentio in conuentione facta sit, de qua habetur *in toto tit. ff. & C. quib. cau. pign. tac. contrah.* & ita per Negus. *de pignor. in 4. memb. 2. par.* Bellon. *in §. item Serniana num. 9. versi. & dicitur*, & ibi Ias. *numer. 71.* Zal. *num. 25.* Franc. Hotom. *num. 16. Instit. de act.* Soc. Sen. *consi. 240. numer. 1. lib. 1.* Decian. *consil. 109. num. 36. lib. 2.* Rot. *diuers. decis. 174. numero 7. par. 2.*

2 Et nota, quod tacita hypotheca, quæ à statuto, seu constitutione inducta est, etiam si à statuto disponatur, hypothecam illam eundem effectum, & potentiam habere, ac si in Instrumento descripta esset, non ideo diceretur expressa hypotheca, cùm illud dicitur scriptum, quod oculis corporeis legi potest; nec sufficit intellectus separatus à carne, nec corporalibus organis, *l. 1. ff. de his quæ in testam. dele.* sed dicitur tacita respectu partium, vt bene declarat Bald. *in l. legem in princip. C. locat.* & per Felin. *in cap. translato sub num. 5. versi. & sequitur de constit.* Rip. *in l. 1. num. 27. ff. solut. matrim.* Negus. *de pignor. in 4. memb. 2. par. num. 2.* tradit Roman. *consi. 147. sub num. 1.* Alexand. *consi. 58. sub num. 3. vers. non obstat, vol. 7.*

3 Tamen dicitur vera hypotheca, etiam si à statuto, vel à lege inducatur per verba importantia fictionem, & declarat Negus. *loco citato num. 3.* Bellon. *in d. §. item Serniana sub num. 9. vers. & hoc procedit.* Paris. *consi. 80. num. 35. volum. 1.* Et est ratio, quia lex fingendo in actu à potestate sua descendente rectè facit, & non fictè, vt per Negus. *loco citato*, Butr. *consi. 20. sub numer. 1. circa med.*

4 Et ista tacita hypotheca eandem vim, & potentiam habet sicut expressa; vt declarat Rom. *in dict. consi. 147. nu. 1. versi. primo quia*, & per Alex. *in cons. 58. num. 5. lib. 7.* Dec. *consi. 109. num. 36. volum. 2.* & per Rip. & per Negus. *in loco citato*, & per Bellon. *in d. §. item Serniana sub n. 9. circa medium.*

5 Immo est fortior, quàm expressa ab homine, vt ex multis tradit Aym. *consi. 27. num 6.* Soc. Sen. *consi. 41. num. 11. lib. 4.* habet etiam priuilegium prælationis, vt per Alexand. *d. consi. 58. num. 8.* vbi dicitur, quod vigore dictæ tacitæ hypothecæ, si
6 mulier esset anterior pro dote, præfertur posterioribus habentibus expressam, & versa vice anteriores creditores vigore dictæ hypothecæ præferuntur dotibus posterioribus, quibus præferantur alij creditores habentes expressam, & de prælatione etiam tradit Decian. *con. 109. n. 36. li. 2.* & de magis communi attestatur Card. Mant. *de taci. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 22. n. 30.* & latius alibi deducam.

7 Limitatur tamen in causa funeris, vt infra *in 2. quæst.* latius deducitur, & hæc tacita hypotheca anterior pro dote non solum præfertur pro
8 sorte principali, sed etiam pro fructibus, vt per Rom. *in l. si cum dotem. §. si maritus num. 28. ff. solut. matrim.* Negus. *de pign. in 1. memb. 7. par. numer. 11.* ex doctr. Bar. *in l. si cum dotem. §. si autem in satisfimo, sub numer. 5. ff. solut. matrim.* & tradit ibi Alexand. *sub num. 11.* & hanc veriorem dicit Rip. *loco citato sub num. 15.* & de magis communi attestatur Surd. *de aliment. titul. 8. priuil. 49. sub num. 1.*

9 Et in eo veniunt bona præsentia, & futura, vt est tex. *in leg. hac edictali. §. omnibus. C. de secund. nupt.* in illis verbis, *ijs etiam, quæ habet, habiturá-ve est*, tanquam si iure pignoris, vel hypothecæ supposita sint, & tradit Bal. *in l. 1. num. 11. ff. solut. matr.* Negus. *de pignor. in 4. memb. 2. par. num. 265.* Paris. *consi. 80. numer. 37. volum. 1.* Riminald. Iun. *consi. 587. numer. 12. volum. 5.* Rom. *sing. 147.* Couar. *pract. quæst. cap. 29. numer. 4.* Amancl. *declar. aqu. sing. 30.*

10 Sed contrarium tenet glos. *in l. fi. in fi. C. quæ res pign. oblig. poss.* & tenet idem Bald. sibi contrarius *in l. 3. sub num. 1. C. de hæred. act. & ibi additio in littera G.*

11 Verùm prima opinio verior est, & magis communis, & eam tenet Cin. *in d. l. hac edictali. §. omnibus*, & sequitur Bar. *in d. l. fin. sub num. 2.* & ibi Salicet. *sub numer. 2. vers. & ego idem sequor. C. quæ res pign. oblig. poss.* & communem dicit Rip. *in d. l. diuinum. §. si quis cùm tutor. num. 11. ff. de priuil. credit.* & idem Rip. *in l. 1. sub num. 3. versi. ampliatur secundo, de pign. & hypoth.* & doctissimè deducit Couar. *pract. quæstio. cap. 29. num. 4.* Rom. *sing. 147.* Gabr. *consi. 5. num. 44. lib. 1.* Decian. *consi. 37. num. 7. lib. 2.* & hanc magis communiter affirmat Negus. *de pignor. in d. 4. memb. 2. par. num. 165.* Afflic. *decisi. 335. num. 2.* Din. *sing. 484.* dicit Baldi opinionem communiter reprobari, & per Laderch. *consil. 131. colum. fi. vers. quarto facit lib. 1.* v-
12 bi dicit, hoc procedere non solum, quando agitur personali actione, sed etiam quando agitur hypothecaria, & declarauit Rota coram
* Illustrissimo Seraphino in vna Romana vineæ 26. Iunij 1598. *in eius lib. impress. decisio. 1290. numer. 4.*

13 Quod ampliatur, vt comprehendat etiam iura, & nomina debitorum, Bald. *in l. hæredem sub num. 1.* vbi Salic, Ang. *C. de hæred. act.* Bald. *in l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poss.* Rip *in l. quæsitum. §. si quis cùm tutor. numer. 1. ff. de priuil. cred.* Castren. *consi. 198. numer. 1. & 2. volum. 1.* Dec. *consilio 137. numer 3.* Gabr. *consi. 5. numer. 44. lib. 1.* tamen Bald. *in d. l. hæredem*, dicit comprehendere nomina debitorum præsentia tantùm, non autem futura.

14 Sed contrariam veriorem tenet Negus. *in d. 4. memb. 2. par. numer. 165.* & de veriori, & magis communi attestatur Riminald. Iun. *in d. consi. 587. num. 12. volum. 5.* vbi ostenditur, tam præsentia, quàm futura nomina debitorum comprehendere.

15 Nota tamen casum singularem, quod si cre-

ditor consenserit alienationi rei sibi hypothe-
catæ,& si debitor ex noua causa,non autem ex
præcedenti eandem rem denuo acquirat, non
venit tanquam bona futura acquisita in obli-
gatione præcedenti,siue sit expressa,siue tacita,
vt tradit Bart.in *l.sicut.§.superuacuum,sub num.3.ff.
quib.mod.pign.vel hypot.solu.per tex. expressum in
l.fi.C.de remiss.pign.*& per Bertaz.*de claus.in claus.
12.gl.4.in fi.& seq.*Castr.*in d.§.superuacuum nu.3.*&
Ang.*in fin.*& per consequens eo casu cessat Sal-
uianum cessante hypotheca ; & verè hæc est
quæstio singularis.
16 Verùm supradicta tacita hypotheca, quæ à
lege, vel statuto, seu constitutione inducitur,
duplex est, vna est, quæ sine vllo facto hominis
interueniente inducitur circa ipsam hypothe-
17 cam, vel quod ipsam hypothecam respiciat,
veluti quæ pro dote inducitur, *l. assiduu. C.qui
pot.in pign.hab.l.vnica.§.& vt plenius. C. de rei v-
xor.act.* & ita exemplificat Zas. in *d. §. item Ser-
uiana num.25.* Ias. *numer. 71.* vbi ait, quod adeo
hinc inde bona viri,& vxoris sunt tacitè obli-
18 gata,& hypothecata, quod posset vxor absque
aliqua Iudicis licentia propria auctoritate
detinere domum, in qua cum marito viuen-
te inhabitabat tanquam vxor, & pro dote
sua possidere, ex doctrina Bald. *in l.penultim.
vers. sed quæro. C. de pign. act.& in l.cum tibi.C.
qui pot.in pignor.hab.* quibus adde Bartol. *in l.si
filio.in 1.sa. numer. 1. in fin. solut. matrim.* & Ias.
*in l. si non sortem. §. si centum ante fin. ff. de cond.
indeb.* Dec.*consi.400.numer.5.*Socin.Sen.*consi.131.
numer.3. volumin.1.* Roland. *consil. 77. numer. 27.
lib. 1.* Bald. Nouell. *de dote priuil. 5. numero 21.*
Gramm.*decisi.58.num.3.& 4.* Thesaur.*decisi.207.
sub num.1.*
19 Amplia etiam procedere in filio ipsius vxo-
ris,ex quo tale ius transit in singularem succes-
sorem,vt per Ioseph.Lud.*decis.109.num.2.*
20 Quod limitatur,quando possessio est ab alio
occupata,quia tunc vxor debet contra heredes
viri agere *l.dotis actione solut.matrim.* tradit Bal.
in l.penult.C.de non num.pecun.sub num. 1. & idem
Bal.*in l.penult.in fin.vers.in contrarium.C.de pign.
act.*Dec.*in l.dotis sub numer.3.C.de coll.* Socin.Sen.
*cons.131.numer. 7. vers.amplius dico.lib.1.*Roland.*d.
cons.77.num.35.& consi.132 num.2.*Burs.*consi.9.nu.4.
lib.1.*
21 Secundo limitatur prædicta procedere si
mulier facto, vel verbis declarauerit animum
suum velle ratione hypothecæ suæ dotis insi-
stere in domo,seu bonis Mariti,in quibus viuen-
te marito insistebat iure familiaritatis,vt tradit
Soc.Sen.*d.consi.131.num.7.lib.1.ex tex. in l.qua ra-
tione.§. interdum. & l.3.§.si rem in fi.de acquiren.
poss.*& bene per Dec. *in cons.132.sub num.2.& cons.
400.num.5.*Roland.*d.cons.77.num.28.& seq.* Burs.
*d.cons.9.num.7.*Curt.Iun.*cons.168.num.36.*Ioseph.
Lud. *dict.decis. 109. num. 4.* & dixit Rota coram
* R.P.D. Orano in vna Romana hæreditatis de
Beuilacqua Lunæ 13.Maij 1591.*in fine operis decis.
87.num.5.*
22 Et ratio huius secundæ limitationis est,quia
mutatio voluntatis non præsumitur, nisi pro-
betur,*l.3.§.in admittenda de acqu.poss.*& latè per
Rolan.*d. cons.77.num.32.lib.1.* Parif. *cons. 63. num.
25.lib.3.*Ruin *consi.2.num.2.lib.2.*Neuiz.*consi.2.nu.
9.* & animus talis esse præsumitur in futurum,
qualis fuit de præterito, vel de præsenti; vt per
Dec.*consi.231.num.2.vers.& quia,*& per Soci. Sen.
d.cons.131.num. 7.& per Roland.*d.consi.7 .num.33.*
Bertran.*d.consi.39.nu.2.lib.1.*Et ad hoc sola desti-
23 natio animi sufficit,vt per Rol. *d.cons.7 .nu.29.*
& per Ioseph.Lud.*d.decisi.109.num.8.* quibus in
locis multa deducuntur exempla.
24 Quæ quidem retentio conceditur mulieri,
etiam ante factam liquidationem dotis, vt per
Gramm.*decisi.58.num.12.*Ioseph.Lud.*d.decis.109.
sub num.2.*
25 Et impedit executionem Saluiani si ab alio
esset intentatum,vt dixit Rota coram Card.Mat-
* tica in vna Romana,seu Castelli census 10.Maij
1595.*in calce operis decisi.75.numer.1.*& tradit Gal-
li.*ad form.Cam.in 4.par.q.2.nu.12.*
26 Et quod in aliis casibus impediat executionẽ
tradit Gall.*loco citato n.13.& cum ibi alleg.*
27 Quod ampliatur etiam si creditori esset nul-
liter a Iudice data possessio, vt ex multis hanc
veriorem affirmat Ofasc.*decis. Pedem.34. num.17.*
& per Surd.*decis. 46.nu.13.* vbi multos cumulat,
* & ita tenuit Rota coram Reuerendissimo Sa-
crato Archiepiscopo Damasceno in vna Roma-
na de Sancta Cruce 4. Iunij 1610. *in calce operis
decis.157.num.7.& seq.*
28 Secundo ampliatur,etiam si esset contra mu-
lierem opposita exceptio redditionis admini-
strationis tutelæ, nam adhuc daretur retentio,
nec impeditur executio Saluiani si à Muliere
29 esset intentatum, vt fuit resolutum in Rota co-
* ram Cardinali Seraphino in vna Romana tute-
læ 17.Februarij 1603.*in eius lib.decis.1455. nu 1.* &
* in alia coram Cardinali Lancellotto Romana
Saluiani Interdicti de Columna 15. Nouembris
1599. *in fine opera decis.19. num.3.*ex doctr.Neguſ.
in 1.memb.5.par.num.36.vers.tamen istis non obstan.
Viu. *decis.317. lib. 2.* reprobata Soc. & Dec.opi-
nione.
30 Quando autem ius retentionis competat
viro occasione expensarum ad perpetuam rei
vtilitatem factarum,vel quia super dote est mo
lestatus,vel pro recuperandis expensis pro rata
temporis in re dotali factis, & similia. vide per
Bald.Nouell. *de dote par. 18. priuil. 1.in fi. & pri-
uil.2.*
31 An,&,quando ius tacitæ hypothecæ mulie-
ris, & ius retentionis transeat ad hæredes, &
singulares successores, vide per Neguſ. *in 4.
memb.2.par num.30.31.& 32.*per Bal.Nouell.*de do-
te par. 11. à num. 12. vsque ad* 20. & per Ioseph.
32 Lud.*decis.109.num.20.*Cætera verò quæ ad ma-
teriam retentionis spectant, vide supra *in 2. In-
spect.cap.2.*
Altera verò est tacita hypotheca, quæ ita
contrahitur si factum hominis interueniret cir-
ca ipsam hypothecam, de qua *in sequenti cap.*
discutiemus.
33 Et licet singulos casus,in quibus inducitur ta-
cita hypotheca referat Negu.*de pig.in d.4.mem.
2.par.& in 1.memb.3 par.à prin.vsq.ad fi.*de quibus
inferius suo loco tractabimus, tamẽ nonnullos
alios valde notabiles adducemus, de quibus
Neguſ. nullam in suo opere mentionem fecit,
prout in discursu apparebit.
34 Verùm aduertendum est, quod tacita hypo-
theca differt ab expressa, quia in expressa at-
tenditur tempus obligationis, in tacita verò
attendi-

attenditur tempus traditionis, veluti, quando
fuit data dos, vel factum bona in domo illata,
vt tradit Specul. *in tit. de oblig. & solut. §. 1. nu. 49.*
vers. dic quod differentia est, & per Bald. *in l. 1. in fi.*
ff. qui pot. in pign. hab. & per Rip. *in l. priuilegia,*
num. 14. ff. de priuil. cred. Menoch. *cons. 851. numero*
23. & 24. lib. 9. vbi deducit duo exempla nempe
35 in fructibus debitis ex societate, & declarat lu-
crum de societate non deberi à die contractus
societatis, sed à die quo lucrum cæpit deberi,
hoc est finita societate, & calculis factis iuxta
decis. tamen. 173. numer. 15. aliud est exemplum,
quandò dos est confessata, & facta promissio de
restituendo, cùm talis promissio sit conditio-
nalis, quatenus solueretur, & tacita hypotheca
36 non introducitur à lege, nisi quando causatur
effectualis obligatio per numerationem, licèt
secus esset si fuisset constituta expressa hypo-
theca, in qua consideratur tempus obligatio-
nis, *l. 1. ff. qui pot. in pign. hab.* Soc. Sen. *cons. 41. nume-*
ro 16. lib. 4. & latius per eundem Menoch. *loco*
citato, num. 25. & hoc dicitur ad effectum, quod
qui prior est in hypotheca præfertur etiam in
Saluiano, vt aliàs fuit dictum supra *cap. 2. de Sal-*
uiano vigere expressa generali hypotheca quæst. 18.
* *num. 441.* & dixit Rota coram R.P.D. Bubalo in
vna Senogallien. prædij Vener. 17. Iunij 1583. *in*
calce operis decis. 206. num. 3. ex doctrina Ripæ *in*
d. l. priuilegia nu. 5. de priuil. cred. & licèt aliæ ad-
sint differentiæ inter expressam, & tacitam hy-
pothecam, veluti in experiendo eas pro legato
contra diuersos inæquales hæredes, & in dona-
tione causa mortis, de illis tamen suo loco ex-
plicabimus.
37 Præmisso tamen, quod Saluianum datur pro
tacita hypotheca, vt per Salic. *in l. 1. sub num. 2. &*
9. C. de prec. & Saluiam Interdicti, & latè per Me-
noch. *de adipisc. poss. remed. 4. nu. 31. & seq.* vbi mul-
tos recenset casus, & declarauit Rot. coram Il-
* lustrissimo Seraphino in vna Romana Vineæ
2. Iunij 1598. *in eius lib. impress. decis. 1290. num. 1. &*
3. & ex infra deducendis clarè apparebit cùm
de hoc dubitari non contingat.
38 Deueniendo igitur ad quæstionem, & primo
quia supra dictum est duplicem esse tacitam
hypothecam, vna est, quæ ex legis, seu statuti
dispositione absq; vllo facto hominis, altera ve-
rò, quæ mediate facto hominis cooperãte legis
dispositione oritur ex iuribus supra allegatis.
Ideo primo loco ab ea, quæ ex sola legis disposi-
tione inducitur incipiam.
39 Vnde primo dicitur Mulieri competere Sal-
uianum Interdictum ad dotis recuperationem,
cùm pro ea habeat dicta bona tacitè hypothe-
cata, vt est text. expressus *in d. l. assiduis. C. qui pot.*
in pign. hab. & in l. vnica. §. & vt plenius C. de rei v-
xor. act. & ad hoc infinita cumulari possent, sed
cùm vulgare sit, & careat difficultate, vlterius
non insisto.
40 Et hæc quidem tacita hypotheca per mulie-
rem acquiritur à die promissionis dotis, non
autem à die datæ, seu solutæ dotis, vt tradit Sa-
licet. *in l. assiduis sub num. 3. vers. item mouentur. C.*
qui pot. in pign. hab. Soc. Sen. *cons. 259. num. 4. lib. 2.*
Bald. Nouell. *de dote par. 10. limit. 16. nu. 37. & seq.*
Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. glos. 10. limit. 16. num.*
13. Boer. *decis. 331. nu. 1. & 2.* Cephal. *consi. 448. num.*
35. vol. 2. Rimin. Iun. *cons. 586. num. 55. vol. 2.* Surd.
de alim. tit. 8. priuil. 49. n. 15. & sic de eo tempore
41 Saluianum experiri poterit, siquidem per prius
42 hypotheca nata non dicitur, nec ista tacita
hypotheca retrotrahitur sicut expressa; vt per
Menoch. *cons. 851. n. 31. lib. 9.* Soc. Sen. *cons. 41. n. 25.*
lib. 4.
43 Quod tamen intelligendum si tempore ma-
trimonij, vel post fuerit facta promissio, sed si es-
set facta ante matrimonium, hypotheca non
posset trahi ad tempus promissionis, sed solùm
ad tempus matrimonij, quia licèt dos sit pro-
missa ante contractum matrimonij, tamẽ tunc
non est propriè dos, *l. fin. C. de bon. ante nupt.* &
tradit Bald. Nouell. *de dote par. 10. priuil. 1. sub nu.*
37. Negus. *de pign. in 4. memb. 2. par. n. 79. &* 80. vbi
44 declarat hoc procedere tam in expressa, quàm
in tacita hypotheca.
45 Nec attendenda videtur illa differẽtia, quam
aliqui ponũt inter tacitam, & expressam hypo-
thecam, scilicet quod in tacita hypotheca at-
tendatur tempus solutionis, & in expressa at-
tendatur tempus promissionis, vt per Bald. *in l.*
1. ff. qui pot. in pign. hab. & per Rip. *in d. l. priuilegia*
n. 14. ff. de priuil. cred. & per Soc. Sen. *in cons. 41. nu.*
14. vol. 4. & latè per Menoch. *consil. 851. numero 23.*
cum pluribus seqq. qui multis fundamentis com-
probat.
46 Quia contraria est communis, nempe quod
attendendum sit tempus promissionis in vtro-
que casu, vt attestatur idem Socin. *in d. cons. 169.*
n. 4. vol. 2. & de veriori & magis communi atte-
statur Negus. *de pignor. in 1. memb. 5. par. sub nu. 15.*
vers. & ideo non est verum, & idem affirmat Boer.
d. decis. 331. sub nu. 1. reiecta contraria opinione, &
per Ceph. & Rimin. Iun. *locis citatis.*
47 Principalem autem conclusionem amplia
procedere, non solum fauore mulieris, sed etiam
fauore mariti, pro dotis consecutione, vt pro-
bat text. *in d. l. vnica, §. & vt plenius. C. de rei uxor.*
act. & tradit Negus. *d. 4. memb. 2. par. num. 25.* Bald.
Nouell. *de dote n. 4. par. 12.* Surd. *de alim. tit. 8. pri-*
uil. 5. n. 3. Rip. *in l. 1. nu. 30. ff. solut. matr.*
48 Amplia etiam fauore mulieris in re pro dote
data æstimata: quæ licèt in dominium viri trã-
seat, vt per glos. *in l. si inter.* vbi Bald. & Doct. *C.*
de iur. dot. Dec. *cons. 160. num. 4. in fi.* & de commu-
ni attestatur Soc. Sen. *cons. 75. sub nu. 6. vers. septi-*
mus casus vol. 1. & latè per Roland. *cons. 92. n. 9. vol.*
2. Cephal. *cons. 351. nu. 3. lib. 3.* Dec. *cons. 42. n. 6.* Hon-
ded. *cons. 14. n. 43. vol. 2.* Boer. *decis. 323. n. 11.* Surd. *de-*
cis. 257. num. 1. & tenuit Rota coram Illustrissimo
* Seraphino in vna Romana respectionis dotis
Vener. 3. Decembris 1599. *in eius lib. impress. decis.*
1332. nu. 2.
49 Tamen, quando bona mariti non sunt sol-
uendo, nec alia bona adsunt ex quibus mulieri
satisfieri potest, datur ei actio vtilis, & rei ven-
dicatio contra dicta bona æstimata in dotem
data, *l. in rebus.* vbi Salicet. *num. 1. &* 8. Bald. & An-
gel. *in princ. C. de iur. dot.* Ias. *in §. actionum sub num.*
84. vers. illud. & signanter *institut. de action.* Dec.
post Ias. *in l. ex conuentione sub numer. 4. C. de pact.*
Bald. Nouell. *de dote par 8. priuileg. septim. circa*
med. qui de communi attestatur, Vital. *de claus.*
versic. nunc videamus. numero 13. & alios adducit
Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambiguis conuent.*
lib. 12. tit. 27. numero 9. & ita obtinui in eadem
Romana repetitionis dotis coram Illustrissi-

* mo Seraphino Lunæ 20. Martij 1600. *in eius lib. impreſſ. deciſ. 1347. nu. 1.* Vndè cùm dicta bona remaneant obligata, dabitur Saluianum Interdictum, & eo maximè, quia Maritus pro reſtitutione dotis obligat omnia bona præſentia, & futura, & ſic illa eadem bona dicuntur obligata, & hypothecata.

50 Tertio Amplia dictum priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione habere locum, etiam in augmento dotis, *§. 1. Authent. de æqual. dot.* vbi not. Ang. & latè per Iaſ. *i rub. n. 36. & 40. ff. ſolut. matrim.* Rip. *in l. 1. num 18. e. d. tit.* Neguſ. *de pignor. in d. 4. memb. 2. par. num. 46.* vbi poſt Iaſ. *loco*
51 *citato* aduertit, quod dicta tacita hypotheca prò augmento dotis non incipit à die tacitæ hypothecæ acquiſitæ pro dote, ſed initium ſumit à die ipſius augmenti facti, & per Bald. *in l. ſi conſtante in princ.* vbi Salic. *nu. 2. C. de donat. ante nupt.* licèt aliud ſit in donatione propter nu-
52 prias de quo infra dicemus, & pro ſupradicto augmento vigore dictæ tacitæ hypothecæ Saluianum competit.

53 Quid enim dicendum ſit, ſi Theſaurus in fundo dotali inuentus ſit, an maritus efficiatur Dominus pro medietate, ac ſi protius in alieno fundo inueniſſet, prout habetur *in gloſ. 2. in l. vnica. C. de theſaur. lib. 10.* & habetur *in l. diuortio. §. ſi fundum in fin. ff. ſolut. matr.* & hanc quæſtionem latè ponit Barboſ. *in d. l. diuortio, §. ſi fundum ſub num. 23. verſ. vltima concluſio;* vbi concludit:
54 quod licèt Maritus conſtante matrimonio dicatur eſſe Dominus rerum dotalium, *l. doce ancillã, C. de rei vend.* & ſic videatur quaſi in re propria Theſaurum inueniſſe, & proprium feciſſe, ſicut facit qui in proprio fundo inuenit, *l. vnica. C. de theſaur. lib. 10.* Nihilominus maritus
55 Theſaurum ſic in fundo dotali inuentum, pro medietate tenetur reſtituere vxori, vt bene per Burſ. *conſil. 209. num. 9. cum ibi allegat.* quia licèt maritus cenſeatur eſſe Dominus rei dotalis; tamen quoad ea quæ ex illis bonis acquirit; non
56 cenſetur Dominus, niſi quo ad ea, quæ ſunt in fructu, *l. dotis fructuum, in princ. ff. de iur. dot.* Vnde cũ Theſaurus inueniatur in fundo dotali, nec ſit in fructu, vt latius deductum eſt ſupra *in 2. cap. quæſt. 27. num. 840.* quo ad illum non conſideratur maritus tanquam Dominus fundi dotalis, ſed bene verum eſt, quod durante matrimonio,
57 tanquam augmentum dotis erit in dominio mariti *l. vnica §. cumque, & ibi gloſ. in verbo pertinere,* vbi Salic. *quæſt. 2. ſub n. 36. C. de rei vxor. act.* & in terminis tradit Boec. *de decim. tut. praeſt. cap. 24. num. 8.* & hoc caſu contra fructus dicti augmenti ex hypotheca mariti contra Saluianum experiri poterit.

Aliter verò reſpondet Molin. *de primogenit. Hiſpan. cap. 23. num. 4.* nempe quod licet maritus largo modo dicatur Dominus rei dotalis con-
58 ſtante matrimonio, tamen etiam vxor durante matrimonio rerum dotalium dicitur
59 domina, toleratúrque dominium apud duos diuerſis reſpectibus, vt ait Bald. *in l rebus in fin. C. de iur. dot.* Coral. *in l: naturaliter, §. nihil commune, num. 35. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Paul. de Caſtr. *in l. doce Ancillam num. 2. C. de rei vend.* ſed hoc dictum ante eum deduxit Pinell. *in l. 1. par. 3. num. 12.* ibi dum dicit, ſubditque Imperator dominium rerum dotalium viri non dici niſi ex iuris ſubtilitate, & ita videntur duo domini in ſolidum eodem tempore, quod inter ſpecialia dotis ſcribit Bapt. de S. Blaſio *de priuil. dot. priuil. 127. in ſecunda cent. nu. 16.* facit *l. ſecundum, §. ſi fundus, ff. qui ſatiſd. cog.* Quod ſi dicas non inde offendi hanc regulam, quia vterque coniux Dominus dicitur diuerſis reſpectibus, & allegat Bald. Carol. & Paul. *ſupra alleg.*

60 Nam ſoluto vero matrimonio, cum reſidua dotis vxori pro dimidia reſtituere tenetur, vt per Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. d. gloſ. 1. n. 43.* & latius per Barboſ. *in d. l. diuortio, §. ſi fundum nu. 24. verſ. cæterum,* Burſat. *loco citato.*

61 Quarto Amplia, vt hæc tacita hypotheca habeat locum in quacunque perſona, ad quam hæc actio dotis tranſit, quia hoc priuilegium ad eum tranſit, & ſequitur eam actionem, *l. vnica §. & vt plenius ff. de rei vxor. act. §. fuerat. Inſtit. de act.* Bat. *in l. 1. n. 1. verſ. eu dic. ff. ſolut. mat.* Neguſ. *de pign. in 4. memb. 2. par. n. 29.*

62 Quinto Amplia, quod ſicut hæc actio tranſit ad hæredes extraneos, ita etiam tranſit ad ceſſionarium, nam quod eſt tranſibile ad heredes, eſt etiam ceſſibile, *l. ex pluribus, ff. de adminiſtr. tut.* & ita tradit Bald. *in l. 1. n. 5. verſ. quoddam eſt. C. de priuil. dot.* & per Salic. *in l. ſi in ſolutum nu. 1. verſ. item nota. C. de act. & oblig.* Rip. *in l. 1. num. 31. ff. ſolut. matrim.* & per Neguſ. *in d. 4. membr. 2. par. num. 33.*

63 Limitatur tamen quod dictum eſt, tacitam hypothecam trãſire ad hęredes extraneos, non habere locum in extraneo, qui dotem dedit, & ſibi reſtitui ſtipulatus eſt, quia aliàs ei nõ competit tacita hypotheca, vt per Alexand. *in d. l. 1. n. 37.* & per Rip. *n. 30. ff. ſolut. matrim.* & latius per Neguſ. *de pign. in 4. memb. 2. par. nu. 67.* Bald. Nouell. *de dote par. 6. priuil. 4. ſub nu. 3.*

64 Et hoc idem locum habet in patre, quando proprio nomine agit, non autem filiæ, vt poſt alios per eum relatos tradit Neguſ. *in d. 2. membr. 4. par. nu. 34.*

65 Et quod priuilegium huiuſmodi tranſeat ad filios, qui nunquam dicuntur excluſi.

Et ſimiliter, quando ceſſio fit principaliter ad fauorem mulieris, dixi ſupra *in hac 3. Inſpect. c. 2. in 28. q. n. 927. cum plur. ſeqq.*

66 De ceſſione verò petendi intereſſe ſutia dotis, vide diſtinctionem *in 4. Inſpect. c. a. 1. n. 56. cum pluribus ſeq.*

67 Secundo limita, quod dictum eſt tacitam hypothecam tranſire in extraneos hæredes non habere locum, quo ad prælationem, quæ non tranſit niſi ad filios, vt per Iaſ. *in §. fuerant Inſtit. de action num. 94.* Bald. Nouell. *de dote par. 10. numero 26.* & latius deducam *in 14. quæſt. in 1. limitatione.*

68 Et prædicta in quarta & quinta ampliatione procedunt abſque priuilegio prelationis, vt declarat Bald. *in d. l. 1. nu 11. in fin. & 12. de priuil. dot.* & per Rip. *in l. 1. num. 33. ff. ſolut. matr.* quod intellige procedere in hærede extraneo, ſecus in hærede ſanguinis, & per Rip. *in dict. l. 1. ſub dict. num 33.*

69 Et quia in multis caſibus hæc tacita hypotheca præfertur aliis creditoribus, & in quibuſdam non: Ideo de eius anterioritate, & potioritate; vide per Doct. *in d. l. aſſiduis.* & per Iaſ. *in §. fuerat, & §. item Seruiana Inſtit. de act.* & latè per Iaſ.

Ias.Rip.in d.l.vbi cæteri Doct.ff.solut.matr.Bald.
Nouell.de dote par.10.priuileg.1. & latius per Io.
Cror.in repet.d.l.1.solut.matrimon. & per Negus.
de pignor.in d.4.membr.2.par.per totum.aliqua ta-
men, magis necessaria, & frequentiora dedu-
cam.
70 Quia qui præfertur in hypotheca,præfertur
etiam in Saluiano,vt plaries deductum est; sed
71 in hoc casu hæc tacita hypotheca pro dote
præfertur omnibus aliis anterioribus creditori-
bus habentibus etiam tacitam, l.assiduis C.qui
pot.in pign.hab.& tradit ibi Salic.sub n.3.Bar.Rip.
in l.1.n.1 ff.solut.mat.
72 Secundo Quæro, an ista tacita hypotheca
pro dote præferatur debito funerario,& per cō-
sequens præferatur in Saluiano; & pro affirma-
tiua tenet Bald. Nouell. de dote par.10. priui-
leg.1.num.29.Contrariam verò partem,& venio-
rem tenet Negus.de pignor.in 2. memb.5.par.num.
28.vers.& propterea reiecta opinione.Bald, Nouel.
& hanc veram appellat,& tenet Rip. in tract.de
pest.in tit.de remed.præseruat.num.134. & per Io-
seph.Lud.decision.78.number.22. & per Roland.
cons.14.numero 22.& 23.lib.2. vbi num.24. ampliat
73 etiam procedere in expressa,& anteriori hypo-
theca,per text.in l.final. §.in computatione.Codic.
de iur.delib.ea ratione:quia ante omnia dictæ
expensæ de hæreditate deducuntur, vt in d.§.
in computatione. Et si expressa hypotheca præ-
feretur ante omnia,expensæ funeris non dedu-
cerentur,& adducit Bapt. de Sanct. Blas. de act.
cent.2 act.117.& idem Roland. eodem cons.14.sub
num.24.in fin. dicit, quod ideo creditores fune-
rarij non prohibentur intentare Saluianum
Interdictum contra tertios possessores bono-
rum.
74 Ampliatur etiam principalis conclusio, vt
procedat non solum ex parte vxoris, sed etiam
ex parte viri: si quidem potest expensas funeris
deducere in restitutione dotis, etiam si promi-
sisset totam integram dotem restituere, vt per
Rip.in d.tract.de pest.in remed. præseruat. num.131.
& 134.& tradit Alexand. cons.155.num.7.& 8.lib.
5.Roland.de lucro dotis quæst.35. numero 12. & per
Menoch.consil.374.num.32.in quibus locis habe-
75 tur, quod impensa funeris est æs alienum do-
tis,per text. in l.impensam.ff.de relig.& sumpt.fun.
& sic præfertur restitutioni dotis, & propter-
ea aduersus eum ad quem dos peruenerit re-
petere potest, & idem etiam concludit Ca-
ualc. de vsufruct. sub numer. 95. versic. quæ im-
76 pensa funeris; nam licèt Maritus promiserit
restituere totam dotem, non ideo promisit
non petere tales impensas, ad quas non tene-
tur, vt declarat Bald.Nouell. & alij supra ci-
tati, & sic pro ea rata poterit impediri Sal-
uianum.
77 Secundo ampliatur in expensis infirmitatis,
quæ æquiparantur expensis funeris,& in termi-
nis tradit Ias. in l.scimus.§.in computatione sub nu.
2.vbi Alexand. Cod.de iur.delib. Bald.in l.in resti-
tuenda vers.& ideo.C.de petit.hered. Negus.in d.2.
memb.5.par.sub num.28. vers. & quod dictum. Ca-
ualc.de vsufruct. sub num.95. vers.quæ impensa fu-
neris.
78 Et expensæ huiusmodi funeris præferuntur
etiam pensionibus domorum, pro quibus lata,
& inuecta sunt hypotheca, & tamen funeris
impensa præfertur,l.2.§.1.ff.de relig. & sumpt.fu-
ner.& tradit Vinc.de Franc.decis.51.nu.5.

Verùm hoc loco non incongruè videndum
erit, an prædicta procedant in expressa hy-
potheca, ita quod habens expressam hypo-
thecam sit præferendus debito funerario, & ex-
pensis infirmitatis: quam licèt supra in cap.2. de-
ductum fuerit de Saluiano vigore expressæ hy-
pothecæ: tamen,quia hæc est eadem materia,&
commodius vtrumque casum videri poterit:
Ideo hoc loco congruè ponendum indicaui.
Vnde quæro an sit præferendus creditor pro
impensa funerum, & infirmitatis aliis expres-
sam,& anteriorem habentibus.
79 Et pro negatiua est tex. in l.quoties de reg. iur.
& cap.qui prior, eodem tit, in 6. & l. balneum & l.
qui prior.ff.qui pot.in pign.hab. & text. in l.penult.
ff.de relig. & sumpt.fun. vbi Odofred. & Petr.de
Bellapert. in l.eos in princ. ff. qui pot. in pign.hab.
& Ang.in l.2.vbi Rip. num.8. qui de communi
attestatur ff.de priuil.cred. & clarè per Bald.No-
uell. de dote par.10. num.29.in 9.limit. & latè per
Vinc. de Franc.d.decis.51.num.7. qui allegat Ne-
gus. de pign.in 2.memb.5.par. sub num.28. & meo
quidem iudicio Neg.hoc non concludit,immo
contrarium videtur sentire ibi, dum dicit, vn-
de concludo, quod expensa funeris, præfera-
tur tacitæ anteriori,etiam dotis,sed expressè et-
iam alterius creditoris, quàm dotis, licèt per
prius supra contrarium referebat, & hanc par-
tem tenet Phanuc.de inuect.par.5.nu.28. Caualc.
de vsufruct.sub num.95. qui ita aliàs Pistorij iudi-
casse affirmat, & rationem omnes assignant,
quia hoc in iure cautum non repetitur, cùm
legislator in tit.de relig.& sumpt.fun.mentionem
fecerit tantum de actione personali, & tacita
hypotheca, & tacuit expressam: vnde dicitur
hoc fuisse omissum, quia voluit non præcedere
expressæ hypothecæ,sicut de iure credita priui-
legiata non præferuntur hypothecis expressis
anterioribus,vt per glos. & Doct.in l.assiduis. C.
qui pot.in pign.hab.
80 Secundo pro hac parte dicitur, quod diuersa
est ratio in tacita hypotheca, quæ prouenit à
lege,quæ non reperitur in expressa; & ideo lex
facilius suum quàm tuum denegat auxilium, l.
assiduis C.qui pot.in pign.hab.
81 Quibus non obstantibus contrariam opinio-
nem, nempe creditum funerarium præferēdum
esse omnibus creditoribus,etiam expressam hy-
pothecam habentibus.probat text. in l.fin. §.in
computationem,vbi dicitur,in computatione au-
tem patrimonij domus, & licentiam excipe-
re,& retinere quidquid in funus expendit,& sic
indistinctè loquitur posse retinere tanquam ex-
pensæ necessariæ factæ in patrimonio,vnde se-
quitur, quod in dicto patrimonio præferri de-
beat quibuscunque creditoribus, etiam expres-
sam habentibus hypothecam, & super ea rata
Saluianum experiri poterit.
82 Secundo adducitur text.in l.penult. ff.de relig.
& sumpt.fun. vbi declaratur. quod semper fune-
ris impensa de hereditate deducitur:Nam si ex-
pressam habens hypothecam prius suum dedu-
ceret creditum,vtique semper deduceret. Insu-
per etiam in eodem tex. dicitur, quod creditum
funeris solet præcedere omnes creditores: ergo
intelligendū est de habētibus etiam expressam

83 propter illam dictionem *semper*, quæ importat
omni tempore, & omni casu, vt ex multis declarat Surd. *cons.281. num. 18.19. & 20.lib.2.* nam
84 hoc dicitur quasi debitum hæreditarium, &
defuncti, & bene deducit Peregr. *de fideicom.*
85 *art.45. num. 40.* & per Doct. *inferius alleg.* vltra
quod hoc est æquum & pium, ne cadauera insepulta remaneant, & hæc concernit publicam
vtilitatem *l. Neratius ff. de relig. & sumpt. fun.* &
per Ioseph. Lud. *decis. 88. nu. 22. 23.* cum relatis per
Surd. *decis. 115. nu. 9.*

86 Et hinc videmus, quod hæres faciens expensas funeris, non dicitur adire, vt in aliis actionibus hæreditatis, vt per Bart. *in l. si quis §. plerique. ff. de relig. & sumpt. fun.* Natt. *cons. 448. nu. 15. lib. 2.* Crot *cons. 310. circa fin. vers. multo autem lib. 4.* Card. Mant. *de coniect. lib. 12. tit. 10. num. 9.* Surd. *d. decis. 255. num. 13.*

87 Et hanc partem affirmatiuam tenet Rolan. *cons. 14. num. 22. lib. 2.* Rip. *in tract. de pest. in tit. de praeseruat. num. 133.* Io. Gar. *de expen. & melioramen. cap. 8. num. 22. & seq.* Negus. *de pign. in 2. memb. 5. par. sub num. 28. vers. vnde concludo.* Montic. *de inuent. in tit. de cur. delib. num. 132.* Io. Bapt. de S. Blas. *in tract. de act. & eius var. art. 11. & in §. item Seruiana num. 39. & 40. vers. sexto est expensa Instit. de act.* Guttier. *in repet. l. nemo. nu. 9 ff. de leg. 1.* Rebuf. *de sent. praeiud. seu prouision. nu. . 65.* Caualc. *decis. 52. num. 7.* & *de fructibus sub num. 95. vers. tamen adhuc remanere firmus.* Ioseph. Lud. *decis. Perus. 18. num. 12.* Alciat. *cons. 139. in princ. lib. 2.* Surd. *d. decis. 255. num. 6. & seq.* Maltril. *decis. 19. num. 5. & seq.*

88 Nam hoc casu licèt Negus. *in d. 2. memb. 5. par. nu. 28. in fin.* excipiat anteriorem ex causa dotis, tamen contrarium tenet Rolan *d. cons. 14. nu. 23.* vbi allegat Io. Bapt. de S. Blas. *loco citato,* & per Ioseph. Lud. *d. decis. 78. num. 22.* Brogn. *loco citato,* Montic. *de inuent. loco citato num. 137.*

89 Nec obstat dicta regula *qui prior*, quia limitatur fauore publicæ vtilitatis, & ita declarat Surd. *d. decis. 255. num. 18.* Maltril. *d. decis. 19. num. 9.* & per Vinc. de Franc. *d. decis. 51.* & reddunt rationem, quia hæc limitatio est certa quoad iura personalia, & tacitam hypothecam, & in hoc conueniunt omnes, etiam qui negant præferri expressæ, vt declarat Negus. *de pign. dict. 2. memb. 5. par. num. 28.* respectu verò expressæ hypothecæ, licèt iura hoc expresè non dicant, tamen exprimunt virtualiter per illa verba, *semper,* & in omni casu præferri omni credito, de quo dictum est supra *in secundo fundamento*, & latiùs deducit Surd. *d. decis. 255.*

Similiter non aduersatur, quod dictum est quod lex facilius suum, quàm tuum denegat auxilium, quia respondetur, quod vt dictum est, limitatur fauore publico, qui præfertur priuato, quæ ratio cùm militet æqua lance ad-
90 uersus tacitam, quàm expressam hypothecam, idem iudicandum est de expressa, sicut de tacita, vt declarat Surd. *d. decis. 255. num. 21. vers. rationes.* Ex quibus sequitur, quod creditor funerarius Saluianum experiri poterit aduersus bona hæreditaria non obstantibus aliis creditoribus expressam habentibus hypothecam, cùm ipse omnibus aliis præferatur, vt deduxi supra *cap. 3. nu. 406. & 416. & 446.*

91 Tertio amplia, quod bona patris sunt tacitè hypothecata pro dote filij, vt per Specul. *in tit. de dot. post diuort. restit. §. formatur sub num. 10.* & per Bart. *in l. si cùm dotem. §. transgrediamur num. 6. & 7. ff. solut. matrim.* nam si pater matrimonio consentit, sine dubio bona patris sunt obligata, vt declarat Bart. *in d. §. transgrediamur nu. 7.* & ibi Castr. Imol. & cæteri Doct. & per Corn. *cons. 156. nu. 21. & seq. lib. 1. & cons. 303. num. 5. lib. 4.* Bald. Nouell. *de dote par. 6. priuil. 20.* Senat. Pedem. *decis. 44. nu. 3. cum ibi alleg.*

Quod procedit etiam si pater esset mente captus, vt per Negus. *loco citato num. 39.* latè per Surd. *decis. 62. n. 32. & 33.* vbi de communi attestatur.

92 Immo ad se obligandum pro dicta dote pater cogi potest, ne matrimonium impediatur, *arg. l. qui liberos. ff. de ritu nupt.* tradit Dyn. *in d. §. transgrediamur*, & ita indistinctè sequitur ibi Bald. *vers. iuxta hoc quæro,* & Ang. *num. 3.* sed ibi
93 Bar. *num. 5.* declarat procedere, quando filius vxorem honestam & condignam acceperit, & donatio propter nuptias non sit in obseruantia, ita firmat ibi Alexand. *num. 5.* Castr. *num. 9.* & hanc magis æquam firmat Bald. Nouell. *de dote par. 6. priuil. 20. sub num. 1. vers. adde,* licèt Senat. Pedemont. *decis. 44. nu. 6.* Surd. *decis. 62. nu. 16. & 32.* simpliciter hanc conclusionem admittant, & an prædicta procedant in patre mente capto, declara vt per Barbos. *in d. §. transgrediamur. num. 17.*

94 Verùm contra superius dictum tenet *in d. §. transgrediamur.* Iacob. de Aren. Alb. *nu. 2.* Cum. *num. 4.* & veriorem dicit Aret. *in §. fuerat num. 27. Instit. de act.* Menoch. *cons. 33. num. 4. lib. 1.* quos refert Barbos. *ibi sub num. 30. vers. contrarium tamen,* vbi concordando dicit.

95 Quod aut filius non potest inuenire vxorem idoneam sine patris obligatione, & procedit opinio Bart. & Alexand. aut verò inuenit vxorem idoneam absque patris consensu, & procedit opinio Iac. de Aren. & Alberic.

96 Si verò filius jam contraxerat matrimonium cum vxore, & socer nollet ei dotem dare sine patris obligatione, hoc casu Ang. *in §. fuerat nu. 27. Instit. de act.* tenet patrem non posse compelli.

97 Sed contrarium tenet Bald. Nouell. *de dote par. 6. priuil. 20. num 5.* quia satis videtur impediri matrimoniũ si dotem consequi non posset.

98 Ideo concordando Barbos. *eo loco* dicit, quod aut filius promisit hanc cautionem præstare, & procedit opinio Ang. aut non fuit promissa assecuratio ista, & procedit opinio Bald. Nouell. quia iustè non posset vxor vel socer recusare dotis promissæ solutionem.

Sed hæc concordia mihi non placet, quia non ideo tollitur, quod si pater nollet se obligare, ne impediretur matrimonium, per quam rationem communiter Doctores supra relati concordant, patrem posse cogi ad obligandum, sed dicta concordia procedere posset, quando filius nolit patrem cogere ad se obligandum, in cuius potestate est, ne matrimonium impediretur; secus si socer vellet cogere.

99 Verùm, quia ampliatio huiusmodi aliter etiam distinguenda venit; ideo pro clariori illius intelligentia distingue, quod aut filius est in potestate patris, & ipse pater dotem accepit, & hoc casu pater ad dotis restitutionẽ obligatur,

vt tra-

vt tradit Bart. *in d. §. transgrediamur sub nu. 2.* vbi Bald. *post princip.* Albet. *nu. 6.* Castr. *nu. 4.* & nguif- sime sequitur Barbos. *ibi d. n. 6.* vbi rationem red-
100 dit, quia ratio procedens ex promissione do- tis facta filio ipso iure transfertur in patrem, *l. placet in fin. de acquir. hered.* & ideo cùm ei tan- quam Domino actionis, dos traditur, meritò ad illius restitutionem tenetur ex proximè dedu-
348 Et hoc casu tutores, & administratores censentur secundum procedens mandatum acquisiuisse, *l. qui negociationem ff. de administr. tut.* vbi Bar. & faciunt tradita per Rimin. Sen. *cons. 86. n. 19.* Aret. *in l. si quis ita §. Seio in princ. ff. de verb. oblig.* Alciat. *d. cons. 110. numer. 2. volum. 9.* Alba. *loco citato.*

349 Negatiuam verò sententiam, quam tenet Menoch. *d. d. consi. 213.* procedere dicimus, quando non adest præceptum testatoris, quia tunc adita hæreditate hæres efficitur dominus, & in eum transit dominium, *l. sed si plures §. si filio. ff. de vulg. l. 1. §. veteres ff. de acq. poss.* Dec. *consi. 87. n. 3. vers. non obstat. & consi. 419. nume. 10.* & hanc distinctionem videtur sentire Surd. *d. decisi. 15. sub num. 28.*

350 Et hoc casu super dictis bonis ex pecunijs hæreditarijs emptis, quia veniunt restituenda, dabitur Saluianum Interdictum.

351 Quarto amplia in casu in quo bona essent redempta ex pacto cum defuncto facto de affrancando, & hæres dicta bona affrancauit, nam ista bona veniunt sub fideicommisso, & sunt restituenda, vt per Grat. *cons. 16. num. 52. lib. 2.* Dec. *consi. 334. num. 44. vers. quinto quæritur.* latè per Decian. *respons. 18. num. 17. lib. 2.* Cagn. *in l. 2. n. 254. C. de pact. inter vend. & empt.* Tiraq. *de retract. conuent. ad fi. tit. n. 87. & de retract. lignag. §. 19. glos. 2. num. 4.* Card. Mantica *de coniect. lib. 3. tit. 8. nu. 20.*
* & fuit secuta Rota coram R. P. D. Caualerio in vna Bononien. de Bonsignoribus Ven. 3. Aprilis 1605. *in calce operis decis. 183. num. 1. & 2.* & cum veniant sub fideicommisso competit Saluianum, vt aliàs deductum fuit.

352 Quinto amplia, quod ex precio bonorum hæreditariorum sub fideicommisso subiectorũ fuerit inter emptorem, & venditorem conuentum, quod precium inuestiri deberet in tot bonis stabilibus, quia tunc talia bona ex dicto precio empta remanerent subiecta fideicommisso, & veniunt restituenda, vt per Tiraquell. *de retract. lign. §. 32. gl. 1. n. 25.* & latius per Moli. *de primogen. lib. 4. numer. 31.*

Quodque comprobatur ex eo, quod fuit in
* Rota coram R. P. D. Caualerio resolutum in Roman. fideicommissi de Maronitis Lunæ 29. Decembris 1610. *in calce operis decis. 184. nu. 4. & 5.* vbi fuit declaratum, quod vinea empta ex precio redacto, ex retrouentione Census sub fideicommisso suppositi, vt per tutorem, fuit declaratum in Instrumento dictæ emptionis vineę, dictam vineam in cuius locum subrogabatur, & remanere subiectam eodem fideicommisso, per tex. *in l. Imperator §. vlt. cum l. seq. de lega. 2.* & per tradita per Ias. *cons. 231. sub numer. 1. vers. vbi dicit lib. 1.* & Tiraquell. *de retract. lign. §. 32. glos. 1. versi. 27. in fin.* & per Menoch. *cons. 70. num. 4. & 9. lib. 1.*

353 Sexto amplia in bonis in solutum datis pro credito hæreditario, vt per Alex. *consi. 49. sub nu. 4. & seq. lib. 3.* & per Castr. *cons. 326. n. 2. lib. 2.* Ruin. *cons. 97. num. 10. & 12. vers. obstat quoque lib. 5.* Burs. *cons. 268. num. 8. volum. 3* Menoch. *cons. 213. num. 29. & 30. lib. 3.* & sequitur Surd. *decis. 15. num. 20.* & ratio est, quia in vniuersalibus sicut precium loco rei succedit, ita res loco precij. & ita in terminis declarat Castr. *loco citato*, & per Surd. *d. decisi. 15. num. 20.* & per Menoch. *d. cons. 213. num. 31.* qui omnes concludunt dicta bona venire in fideicommisso. & Castr. *loco citato*, ait quod dicta bona sunt obligata pro legatis, vnde apparet Saluianum his casibus experiri posse, cùm pro bonis fideicommissarijs competat hypotheca, vt declaratum est.

Sed quid dicendum est de fructibus bonorum fideicommisso subiectorum, an, & quando fideicommissarius super eis Saluianum experiri posset.

Et quia articulus iste multas requirit distinctiones, ideo varia veniunt distinguenda tempora: primum distingue tempus, aut sunt percepti ante aditam hæreditatem, & hoc casu si fructus sunt recollecti viuo testatore, & tempo-
354 re mortis in illius hæreditate reperiũtur, quia sunt corpora, & bona hæreditaria, vt est tex. *in l. fundi de act. empt. & l. fi. de req. reu.* & hoc casu veniunt restituendi, iux. gl. *in l. quod his verbis ff. de legat. 3.* & cum alijs supra allegar. & latè per Bertaz. *consi 37. nu. 22.* cum alijs allegatis per Pereg. *de fideicom. art. 49. nu. 1.* & per Illustrissimum Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. titu. 10.* Mich. de Crass. *q. 49. nu. 20.*

355 Aut verò fructus sunt recollecti post mortem testatoris, sed ante aditam hæreditatem, & eo casu similiter veniunt in fideicommisso, *l. miles §. si heres ff. ad Trebell*, vbi Bar. & communiter Doct. & post Cum. Paul. Alexand. Rip. per eum alleg. *d. art. 49. num. 2.* reiecta Bar. opinione *in l. ita tamen ff. ad Trebell.* & hanc partem tenet Ant. Gomez. *var. resolut. cap. 50. numer. 15.* & de communi attestatur Franc. Curt. *in addict. ad Alexand. in l. in fideicommissariam colum. 4. in littera A. ff. ad Trebell.* Immò quod nulla sit differentia,
356 an fructus sint percepti à testatore, vel post mortem testatoris hæreditate iacente tradit

Rip. in d.l. in fideicommissariam n. 9. Ang. consil. 331. sub n. 2. vers. quinto fallit. & sequitur Card. Mant. de coniect. loco citat. sub num. 6. circa med. & ratio est, quia fructus ante aditam hæreditatem acquisiti hæreditati adijciuntur, l. quod seruus ff.
357 de legat. 2. & supradicta procedunt, siue sponte, siue coactè hæreditatem hæres adiuerit & de commun. attestatur Gabr. cons. 121. nu. 58. lib. 1. Io. Copus de fruct. lib. 2. c. 3. nu. 1. & per Illustrissimum Mant. dict. tit. u. 10. num. 6. in fin. Cras. loco citato num. 30. & per Peregr. dict. art. 49. sub num. 2. & in his duobus casibus, quia fructus spectant ad
358 fideicommissarium, & creditor hæredis contra eos nullam habet actionem, & propterea cessat Saluianum, per Peregr. de fideicom. art. 10. num. 32.

359 Amplia idem procedere in fructibus non perceptis, sed solum maturis atque ita pendentibus tempore mortis ipsius testatoris, quia ij etiam restituuntur, vt per Rip. in d. l. in fideicommissariam num. 12. ff. ad Trebell. & latius Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. casu 256. num. 4. cum ibi allegatis.

360 Amplia secundo, in fructibus percipiendis à testatore emptis quorum precium iam ab ipso fuerat persolutum, quorum precium loco dictorum fructuum subrogatur, & veniunt restituendi, vt tradit Alciat. cons. 155. lib. 9. & per Mant. de coniect. d. lib. 7. tit. 10. nu. 4. & sic pro eis non dabitur Saluianum ad instantiam creditoris hæredis.

361 Secundum verò tempus post aditam hæreditatem, similiter est diuidendum, nam aut fructus fuerant ab ipso Testatore sati, siue ab eius colono, si tempore mortis testatoris nati sint, & maturi, hæreditatis augent æstimationem, l. in l. falcidia ff. ad l. falcidiam, & restituendi esse tenet gl. in l. in fideicommisso in verbo non tantum ff. de vsur. Alexan. qui plures adducit in l. centurio num. 40. vbi Gal. sub num. 29. vers. aut vero ff. de vulg. & pupil. Paris. consi. 55. num. 35. volum. 3. & per Mant. loco citato nu. 5. vers. sed quod fructum.

362 Contrarium verò voluit Imol. in d. l. centurio sub n. 6. & per Rip. in d. l. in fideicommissariam n. 13. vbi fortius ait quod nec fructus, nec illorum æstimatio restitui debet.

Qua propter Peregr. d. art. 49. sub num. 16. ante fi. dixit distinguit posse nempe aut fideicommissum sit purum, & eo casu fructus à testatore sati, vel ab eius Colono, restituendi veniunt,
363 ptout dicitur de legato puro generali omnium bonorum, vt tenet Bal. cum Alex. Ias. in l. si quis bonorum ff. de legat. 2. cum alijs per Card. Man. allegat. in d. lib. 7. tit. 10. sub num. 5. vers. sed quod fructus, aut fideicommissum est conditionale, vel in diem, & tunc non veniunt, vt tenent præcitati Doctores in locis citatis.

364 Quando verò fructus essent sati, sed nó nati tempore mortis testatoris, & hoc casu variè loquuntur D.D. si quidem Imol. in l. falcidia ff. ad l. falcidiam, dicit, nullam esse de eis rationem, quia partus Ancillæ nondum editus homo nó est, & idem in ventre vaccæ eadem ratione tradit ibi Ang.

Sed contrarium sentit ibi Castren. distinguendo aliud esse in partu Ancillæ aliud in ventre vaccæ, licet verior sit opinio Imol. cùm
365 eadem sit ratio, nam non est eadem ratio in fructibus satis, quia licèt non sint nati, tamen adest semen impressum, quod absque dubio fundum preciosiorem reddit, & ideo veniunt restituendi, vt sentit Peregr. d. art. 49. num. 8. & cùm veniant in fideicommisso, competeret etiam Saluianum.

366 Nam si fructus sint nati, & recollecti ab hærede ante diem, & casum fideicommissi vnà cum illis, & hos regulariter non esse restituendos appar. vt per tex. in l. in fideicommissariam in princ. & in l. mul... §. si heres & in l. postulante, §. sed in huius ... ff. ad Trebell. & per Corn. cons. 18. num. 12. lib. 4. Aym. cons. 295. n. ... 4. & 136. num. 2. & per Peregr. de fideic. ... d. art. 49. sub num. 20. &
367 ratio est secundum præcitatos Doct. quia fructus post aditam hæreditatem percepti desinunt esse hæreditarij, & efficiuntur bona hæredis an d. ... in fideicommissariam §. ... & quia hæres
368 interim est dominus, & possessor pleno iure ex Iudicio testatoris, & titulo testamenti, idcirco facit fructus suos, quia dominum sequuntur, vt declarat Castren. in l. si quis bonorum, ff. de legat. 1. & per text. in l. ex diuerso ... de rei vendic. & sequitur Peregr. d. art. 49. sub num. 20. post med. Surd. decis. 15. num. 3. & decis. ... num. 1. & in cons. 120. nu. 28. & in cons. 291. num. 6.

369 Quod ampliatur procedere in pensionibus, & mercedibus, ac vtilitatibus omnibus perceptis ex rebus hæreditariis, vt per Corn. Aym. Peregr. lo. ... citatis, & idem Peregr. art. 49. num. 64. cum ibi allegat. vbi, & de partu Ancillæ, & de fœtibus animalium plenè discutit, & nu. 66. facit distinctionem quando pensiones debentur ex contractu defuncti, vel ex contractu hæredis, & nu. 68. & quando agitur de pensionibus non debitis ex rebus emphyteoticis, & libellariis, & nu. 71. & per Card. Mant. loco citato n. 35.
370 & 36. Menoch. d. casu 256. nu. 23. & ad corroborationem deducit quod nec fructus percepti ex rebus feudalibus dicuntur feudales, sed burgensatici, sicut tradit Lucas de Penna in l. quicumque la prim. a. C. de omni agro deserto l. 9. & eadem ratione fructus percepti per filium post aditam hæreditatem patris ... non dicuntur de pater-
371 na substantia, sed bona propria filij, ac ideo mater in eis pleno iure succedit, nec per transitum ad secundas nuptias de eis amittit proprieta-
372 tem, vt per Franc. dec. 18. de quo latius alibi tractabimus.

373 Secundo Ampliatur in legato particulari in diem, aut sub conditione, quia in isto medio tempore dominium rei legatæ remanet penes hæredem, etiam si esset relictum in diem certam, l. Sempronius Attalus, ff. de vsufruct. legat. vbi Bar. & idem Bar. in l. ita sit ... §. sub conditione. ff. de legat. 2. ... d. Sa... Castren. in l. ... sed quia nostra ... n. 2. C. comm. de legat. Io. Copus de fruct. lib. ... 3. cap. 2. num. 1. Soc. ... cons. 192. num. 2. lib. 2. propterea ... interim ex re hæredis ipsius efficiuntur, l. sum. §. meum. ff. de ... vend. & per ... et. in ... ante fin. C. de vsuris ... Bar. in l. si ita scriptum, §. sub conditione. ff. de legat. 2. cum alijs ... latis per ... fideic. m. d. art. 49. num. 21. & ... vbi ait quod ... percepti
374 dicuntur in prædicto ... quod à solo sunt separa-

patati, Ang. Alexand. *in l. deducta §. qui post. ff. ad Trebell.*

375 Tertio amplia etiam si fructus essent percepti postquam cessit dies fideicommissi, si autem hæres non fuit in mora extinguendi, sed ipse fideicommissarius fuit negligens, tunc non cedunt lucro ipsius hæredis, *l. si mulier. §. si heres ff. ad Trebell.* nam si mora intercesserit fructus non debentur, vt tradit Ruin. *consi. 117. n. 17. volum. 3.* per Gabr. *cons. 121. sub num. 58. vers. fructus autem.* Aym. *d. cons. 316. num. 2.* Mantic. *de coniectur. dict. lib. 7. tit. 10. sub num. 7. versi. rursus.* & latius per Peregr. *de fideicom. loco citato nu. 168.* dicens quod licet cesserit dies fideicommissi, non tamen o-
376 peratur mora in hærede, vel in hærede hæredis, iux. notata per Bat. *in l. quoties in diem ff. de verb. oblig.* & est communis, vt attestatur Pereg. *in d. art. 49. num. 79. cum ibi allegat.* & per Surd. *d. decis. 25. num. 1.*

377 Et est ratio, vt dictum est, quia in legatarium partis bonorum etiam post aditam hæreditatem non transit ipso iure dominium bonorum, sed remanet penes hæredem, ideo cessante mora hæredis fructus non ad fideicommissariũ sed ad hæredem pertinent, *l. si quis bonorum ff. de legat. 1.* & per Pereg. *loco citato num. 80.* vbi de cõmuni attestatur, & bene per Surd. *d. decisi. 25. nu. 1. & 2. & 7.* vbi dicit sufficere, quod non potest dici grauatum fuisse in mora, & infinitos cumulat. & magis commuuem dicit Card. Mant. *loco citato.* Cephal. *consil. 49. numer. 22. & consil. 5. per totum,* & particulariter *sub num. 10.* & idem firmat Burs. *consil. 44. numer. 2.* vbi alios cumulat.

378 Et idem esset si legatarius vsusfructuarius moreretur ante aditionem hæreditatis, & si aliquod tempus transisset, fructus aliquos non acquisiuisset, cùm non cessit dies legati, vt per Ruin. *consil. 6. numero 8. & seq. lib. 2.* Cuman. *consi. 173. numero 8.* Franc. Mar. *deci. 823. numer. 1. part. 1.* Castill. *de vsufruct. c. 8. n. 17.* Cauale. *de vsufr. n. 90. in fi. & n. 92.*

Similiter si legatur res hæredis, quod fieri potest, *l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. 2. & §. si rem Instit. de legat.* nam hoc casu legatum non
379 transit recta via in legatarium citra rei traditionem, *gl. in l. Papinianus ff. de serui.* & ideo cessante mora hæredis fructus ab eo percepti nõ
380 veniunt in restitutionem etiam post aditam hæreditatem, *l. Paulus in vlt. respons. ad l. falcid.* & ita tenuit Peregr. *loco citato num. 81.*

381 Alius etiam est casus, quando res aliena legatur, quia nec eo casu dominium ipso iure in legatarium transit, & cessante mora hæredis fructus non per legatarium, sed per hæredem acquiruntur, vt per Rip. *in d. l. in fideicommissariam numer. 1. & 14.* Peregr. *d. loco citato numero 82.*

382 Et prædicta procedunt, vt dictum est quatenus hæres iam fuerit in mora, quia adsunt remedia, cum quibus legatarijs, & fideicommissarijs succurritur, quæ habentur per Pic. *in l. Titia §. Titia num. 118. vers. aliquando ff. de legat. 2.* & per Cephal. *consil. 400. num. 63. lib. 3.* Pacif. *cons. 97. num. 7. & 8. lib. 2.* Eug. *cons. 25. nu. 91. & 94.* Menoc. *cons. 105. num. 52. lib. 1. & consi. 273. num. 2. lib. 3.* & latiua per eundem Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 141. n. 41. 42. 43. 44.* vbi ex doctr. Bald. *in l. consensu aneum C. de hæred. instituen.* ait, optimum remedium esse officium Iudicis implorare, vt sibi legatum præstetur.

383 Quarto amplia fructus præfatos non esse restituendos, quando negligentiá fideicommissarij percepti fuerunt, etiam si hæres coactus hæreditatem adiuerit, prout attestatur Gabr. *in d. consi. 121. sub num. 58. in fi. vers. quod absente,* & sequitur Copus *de detrac. fruct. in tit. de fruct. lega. cap. 1. numer. 4.* Menoch. *d. casu 259. numer. 2.* Peregr. *de fideicom. d. art. 49. numer. 84.* Card. Mantica *de coniect. lib. 7. tit. 10. sub num. 8.* vbi declarat hoc
384 procedere dummodo nulla negligentia hæredi imputari possit, vel quia fideicommissarius esset absens, vel ignorabat, & idem etiam tenet Gabr. *d. consi. 121. sub num. 58. in fin.* quod tamen in-
385 telligendum est procedere, dum tamen mora re ipsa fuerit absque interpellatione commissa, de qua latius *infra* 1215. *limitatione, & seq.* deducemus, & singulos casus explicabimus, & ita tradit Card. Mantica *loco citato numer. 30. & 34.* Rip. *in d. l. in fideicommissariam numero 14.* Cephal. *consi. 215. num. 50. volum. 2.* Peregr. *d. art. 49. numer. 89.* & quando hæres fuerit in mora constitutus inferius deducemus, tamen detrahendæ sunt omnes expensæ vtiles, & necessariæ factæ pendente conditione in re legata, vel fideicommisso, vt per Soc. Iun. *consi. 192. num. 26.*

386 Quinto amplia quod si esset legata quantitas pecuniarum soluenda intra tres annos, si postea esset ipsa sex soluta, fructus dictarum pecuniarum non debetur, nisi probatis extremis traditis per Paul. de Castr. *in l. 3. de eo quod certo loco,* & declarauit Rota coram R. P. D. Iusto in vna Auximana legati Lunæ 19. Februarij 1601. *in fine operis decisi. 185. nu. 2.*

387 Limitatur tamen hæc ampliatio, quando testator quantitatem pecuniarum legasset sub præcepto, quod per hæredem statim in emptionem censuum, seu bonorum stabilium, vel locorum montium ad commodum, & vtilitatem legatarij reinuestiri deberent sub pœna, quod si hæres morosus fuerit in reinuestiendo, quod eo casu hæres teneatur soluere fructus eidem legatario ad rationem sex, vel septem pro centenario, nam hoc casu fructus præfati debentur
* vt declarauit Rota coram R. P. D. Orano in vna Romana Saluiani Interd. Merc. 20. Nouembris 1591. *in calce operis decis. 159. num. 1. & seq.*

388 Nam præstatio huiusmodi est licita, tum quia non dicitur legata pecunia simpliciter, sed vt species, videlicet, vt conuerteretur in tot bonis stabilibus, vel censibus, vel locis montium, & quando pecunia debetur, vt species, tunc de illa iudicatur, vt de specie, non autem de quantitate, *l. talis scriptura in fin. de legat. 1. & l. si seruus §. cuicumque eod. tit.* ita quod in eo veniunt fructus moræ, non secus ac si absolutè, & simpliciter essent legata bona stabilia, vel census, vel loca montium *l. 1. & fin. C. de vsur. & fruct. legat. l. in fideicommisso ff. de vsur.* & ita per Rot. d. decis.
* Romana Salu. Interd. coram Orano *num. 3.* vbi *sub num. 5.* declaratur, quod interpellatio in hoc
389 casu non est necessaria, cùm statim inuestitura fieri deberet, & per lapsum diei hæres fuit in mora constitutus, iux. *l. magnam C. de contrahen.*

& cam. Ripul. Gozzad. *consi.* 69. *nu.* 10. Soc. Sen. *cons.* 47. *num.* 43. *lib.* 4.

390 Nec obstat si dicatur, quod quando quantitas mandatur solui per dinumerationem temporis, etiam si mandatur solui nomine pœnæ, dicitur vsura, Bal. *in l. cum allegas in fin. C. de vsur.* Purpur. *in l. rogasti §. si tibi ff. si cert. pet.* Petr. Rebuff. *in l. vnica in glossa. num.* 6. *& 7. C. de sent. pro eo quod interest.*

391 Quia respondetur non procedere in legato, quando pœna est adiecta obligationi quantitatis, seu obligationi, quæ consistebat in facto, vt in hoc casu, cùm mandatur quod pecuniæ statim inuestiantur, quod consistit in facto; nam tunc pœna adiuncta obligationi facti, non intelligitur in causa vsurarum, vt per Io. Monac. *in Rubr. de vsur. num.* 10. *lib.* 6. & ibi Prob. *in addit. num* 34. Alex. *cons.* 10. *num.* 1. *lib.* 7. Parisi. *consi.* 34. *num.* 3. *lib.* 1. Decian. *consi.* 79. *numer.* 3. *&* 4. *lib.* 3. & communem dicit Rota in d. decis. coram Orano.

392 Sexto Amplia etiam si testator per verba vniuersalia grauasset hæredem, veluti si dixerit, quidquid ex hæreditate, bonisve meis ad te peruenerit, id omne restituas, *l. quod ex ver. is ff. de legat.* 3. Nam cùm fructus ex dicta hæreditate, post illius aditionem percepti, etiam ante moram, nunquam fiant in bonis testatoris, nec bonorum eius. Immo extra causam dictorum bonorum, vnde cùm testator totum bona eius voluit restitui, non autem quod percepe-rit ex bonis eius post mortem, meritò non sunt restituendi, vt declarat Ang. *consil.* 331. *numer.* 2. Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *sub numer.* 7. Item si dixerit vniuersam hæredita-
393 tem meam restituas, aut tota bona mea, vel totam hæreditatem meam, ex ratione suprà deducta, vt per Ang. *loco citato*, & per Alciat. *consi.* 66. *num.* 21. *lib.* 9. *& seq.* Peregr. *in d. art.* 49. *num.* 34. & vltra eos tradit Tiraquell. *in l. si vnquam in verba reuertatur num.* 287. Boer. *decisi.* 44. *sub num.* 16. *circa med.* & per Menoch. *de arbitr. Iud. casu* 255. *num.* 11. & per Mant. *de coniect. d. lib.* 7. *tit.* 7. *sub num.* 7. *vers. quando ita.* Sed si testator dixerit quid
394 quid ex bonis superfuerit, tunc fructus extantes veniunt restituendi, quia eo casu non desinunt esse de bonis testatoris, vt declarat Castr. post Bar. *l. si tres numer.* 3. *in fin. ff. ad senat. consult. Trebell.* & per Rip. *in d. l. in fideicommissariam numer.* 16. *ff. eod.* & alios refert Menoch. *d. casu* 256. *num.* 16. & tenet Peregr. *d. art.* 49. *numer.* 23. *in fin.* & de hac differentia latius habetur per Mant. *de coniect. vlt. volunt. d. lib.* 7. *tit.* 10. *sub numer.* 13. *ante finem.*

395 In his casibus supra narratis; quia fructus non veniunt restituendi cessat etiam actio, & hypotheca, & similiter nec Saluianum experiri poterit.

396 Limitatur modo supradicta conclusio pluribus modis, primo, quando post aditam hæreditatem, quis specialiter rogatus restituere, *d. l. in fid. commiss. ff. ... in princip. & in l. balista in fin. ff. ad Trebell. l. si ita legatum. §. Pegasius, ibi cum incremento de lega.* 2. & tradit Card. Man. *de coniect. d. tit.* 10. *num.* 9. *& seq.* Peregr. *d. art.* 49. *num.* 24. Io. Copius *in d. tit. de fruct. lega. c.* 1. *n.* 6. Soc. *in tract. fallen. reg.* 1. *... n.* 3. Gum. *de vlt. volunt. c.* 5. *n.* 15. *vers.* 3. & alios refert Surd. *d. decis.* 21. *n.* 9. Menoch. *d. casu* 256. *nu.* 13.

397 Quam quidem limitationem amplia procedere, etiam in tacita voluntate testatoris, quia coniecturata voluntas non minus operatur quàm expressa, *l. si seruum plurium §. fin. ff. de leg.* 1. & tradit Ang. *d. cons.* 331. *sub n.* 1. *vers.* 4. *& seq.* Menoch. *d. casu* 256. *n.* 17. Surd. *d. decis.* 21. *nu.* 9. *circa med.* Card. Man. *loco citato num.* 9.

398 Secundo limitatur, quando tempus restituendi esset adiectum fauore fideicommissarij, *l. si ita legatum §. Pegasius. ff. de legat.* 2. *L. in fideicommissi. §. nam Pollidius ff. de vsur.* tradit Ang. *in d. cons.* 331. *num.* 1. *vers. quinto.* Rip. *in d. l. in fideicommissariam*
399 *num.* 8. vbi ponit exemplum, quod si aliquid relictum esset pro construenda Ecclesia, spectant ad Ecclesiam fructus percepti antequam sit constructa Ecclesia, Abb. *in c. nos quidem n.* 7. *per illum tex. ubi sine diminutione, de testamentis*, & sequitur Card. Man. *loco citato numer.* 10. Super Peregr. *d. art.* 49. *numer.* 26. qui exemplificat si post mortem grauati, vel alia conditione, vel in diem relictum.

400 Quam quidem limitationem Rip. *loco proximè citato* ampliat etiam si gratia vtriusque scilicet fideicommissarij, & hæredis, adiectum esset tempus, per glos. *in l. non ex filio.* vbi Alex. *ff. de vulg. & pupill.*

401 Sed in dubio fauore hæredis grauati adiectum esse tempus magis præsumitur, vt sentiat commodum medij temporis, & fructus percipiat, vt per Rip. *loco citato num.* 8. Soc. Iun. *in l. cum filio familias n.* 3. *vers. aggrediamur de legat.* 1. Gabr. *consil.* 128 *numer.* 2. *volum.* 1. Mant. *loco citato numer.* 11.

402 Quarto limitatur, quando fauore filiorum inductum esset fideicommissum, & hæres rogatus esset bona restituere, quia tunc præsumitur rogatus etiam fructus restituere medij temporis, *l. in fideicommiss. § Pollidius ff. de vsuris*; & tradit Rip. *in d. l. in fideicommissariam n* 8.

403 Sed contrarium tenet Aret. *in d. l. cum filio familias*, vt sequitur Soc. Iun. *numero, versi. aggrediamur*, quos sequitur Card. Mantic. *d. tit.* 7. *num.* 15. *vers. sed contrarium*, & bene per Rip. *in d. l. cum filio familias num.* 60. & ad hunc propositum cos refert Peregr. *d. art.* 49. *num* 15. qui omnes dicunt, quod *in d. §. Pollidius* tres coniecturæ concurrebant, primo quia fideicommissarius erat de liberis testatoris, secundo quia hæres erat rogatus restituere quidquid ex bonis haberet, tertio restitutio fuit dilata in tempus ætatis adultæ ipsius fideicommissarij, vnde tempus ad fauorem ipsius fideicommissarij fuisse adiunctum apparebat, quarto hæredi relictum erat prælegatum, quinto quia constabat Testatorem rem committi necessitudini voluisse, ex quibus omnibus constabat de voluntate testatoris voluisse fructus esse restituendos, vt tradit Rip. *loco citato*, & alij supra allegati, qui ad contrarium respondent.

Nam ad principale fundamentum, quod tempus ad fauorem fideicommissarij dicatur inductum ad hoc, vt fructus ei restituantur, respondetur, quodquando tempus consistit certũ est vsque
404 ad mortem hæredis, certũ est, quod conjectura capi non potest, quod apposita sit gratia ipsius filii, vt bene declarat Soc. Iun. *loco citato*, & per Card. Man. *loco citato sub num.* 16. *in fin.* & per

Peregr.

Peregr. *d. art. 49. nu. 16.* vbi ampliat, siue tempus adiectum sit sub alia conditione, vel in diem.

Vnde concludunt alteram necessariam coniecturam esse vltra supradictas, quod in fauore fideicommissi filiorum inductum sit, quam deducit etiam Rip. *in d. l. cum filiofamilias num. 61.* nempe, quando filius esset institutus, & pater grauatus filio restituere, quidquid ad eum per-
405 uenerit, tunc fauore filij videtur dilatum fideicommissum, si pater esset simpliciter, & absque vlla conditione, vel temporis mortis præfixione grauatus restituere, quia eo casu fauore filiorum fideicommissi dicitur dilatum tempus quando erit sui iuris, aliàs non complecet, per Alexan. & Imol. & per eum allegat. & alios deducit Card. Mantic. *de coniect. d. titul. 10. lib. 7. sub num. 17.*

406 Insuper etiam alium deducit casum, quod si testator hæredes proprios filios instituisset, illosque ad inuicem grauasset restituere, si sine filiis decessérit, vel aliis descendentibus restituere grauasset: hoc casu filij, fructus sibi acquirunt, nec restituere tenentur, immo nec in quartam imputantur, vt declarat Rip. *in d. l. in fideicommissariam num. 28.* & idem tenet Ricus *in l. in quartam nu. 111. ad l. Falcidiam, & seq.* Menoch. *de arbitr. casu 256. nu. 32.*

407 Quinto limita in legatario, cui pro suo credito à testatore in prædia quædam fuerunt relicta, & alia, iussitque restituere post mortem suam quidquid ex hæreditate sua ad eum peruenisset: nam prædia pro extinctione sui debiti cum fructibus acquirit, alia verò veniente casu mortis cum fructibus restituit, vt est text. *in l. cum quis §. mulier ff. de dot. prælegat.* & est ratio quia relictum pro credito quasi quædam taxatio reputatur, & idcirco quod vltra habuit, cum fructibus restituit. & etiam tenet gloss. *in d. §. mulier.* vbi Bart. & Doct. & ita per Peregr. *d. art. 49. num. 27.* & per Card. Mant. *d. tit. 10. sub num. 1. in fin.* & in his terminis respondit Alciat. *cons. 172. lib. 9.*

408 Ex quibus sequitur, quod si creditor fuerit hæres institutus, & grauatus quidquid ex testamēto peruenerit restituere, & hoc animo compensandi cum credito, eo casu ex coniecturata mente testatoris tenetur fructus perceptos vltra id quod ei debeatur restituere, per tex. *in d. §. mulier,* & tenet Rip. *in d. l. in fideicommissariam, numero 10. ad Trebell.* & ibi Hieron. Laur. *num. 35.* Ang. *dict. cons. 331. sub nume. 3. vers. 7.* & Alciat. *dict. cons. 172.*

409 Et prædicta habent locum, siue versetur in legato, siue in restitutione, quia ratio legis quod relictum sit pro debito habito, procedit etiam in eo, qui fuit hæres institutus animo compensandi cum ipso debito, vt declarat Rip. *in d. l. in fideicommissariam, num. 20,* & Card. Mant. *d. lib. 7. tit. 10. num. 21. circa med.* & sequitur Alciat. *dict. cons. 172.*

410 Sed si non essemus in casu in quo testator non mandasset restituere quidquid ex testamento ad eum peruenisset, sed essemus in simplici institutione hæredis creditoris, tunc fructus non imputātur in verum debitum, vt post Iacob. de Aren. Bart. Alexand. *in d. l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* tradit Ruin. *cons. 172. nu. 18. in fi. lib. 2.* & alios multos refert Surd. *cons. 291. num. 11. lib. 2.* qui de communi attestatur, & latè hanc conclusionem deducit, & defendit Menoch. *cons. 183. num. 38. & seq. lib. 2.* vbi ad contraria respondet, & idem Surd. *decis. 92. nu. 4.* & fuit
* secuta Rota coram R.P.D. Canalerio in vna Bononien. de Bonsignoribus Merc. 15. Decembris 1610. *in fine operis decis. 181. n. 2.* & hoc idem firmani *in 5. Inspect. sub nu. 131. & 132.*

411 Secundo ampliatur procedere etiamsi hæres aliquid de hæreditate detrahere posset, vel deberet, nā fructus prędicti medij temporis in debitum, vel quasi debitum computari debet, etiamsi quarta detrahenda esset, & in ea computandi essent, vt per Cardinal. Mantic. *loco citato sub numer. 22. in fine,* quod tamen cessat in filiis,
412 qui nec in Trebellianicam, nec in legitimam imputant, de quo latè vide per Rip. *in dict. l. in fideicommissariam numer. 38. cum pluribus sequentibus,* vbi deducit etiam, quando fructus sint imputandi in legitimam ascendentium, & qui fructus veniant imputandi tradit Peregr. *loco citato num. 40. & seq.* Menoch. *dict. casu 256. num. 32. vsque ad finem.* Cardin Mantic. *in dict. lib. 7. tit. 7. per tot.* Surd. *dict. decis. 22. numero 10. & sequent.* Ioannes Cop. *de natur. fruct. lib. 2. titul. 3. cap. 6.* & per Rip. *in dict. l. in fideicommissariam. ad Trebell.* & quia non spectat ad materiam ad eos te remitto.

413 Sublimitatur tamen supradicta conclusio, quando maritus eius vxorem propter amorem coniugalem heredem instituit, non ideo voluit maritus, qui erat debitor restituendi dotem, quod vxor deberet compensare fructus medio tempore perceptos, sed eos vxor lucratur, licèt supradictis verbis, quidquid ex testamento ad eam peruenit, restituere rogata fuerit, vt declarat Alciat. *dict. cons. 172.* & per Card. Mant. *loco citato, numero 21. in fine,* & consimilem casum deducit Surd. *dict. cons. 291. numero 10.* vbi conclu-
414 dit, quod filia non compensat fructus in æstimationem dotis, quæ verè sit debita à patre, licèt secus sit quando est quasi debita. & ad hoc adducit Iacob. de Aren. & Bat. *in l. mulier, §. cum proponeretur ad Trebel.* vbi expressè dicunt, quod quando dos est verè debita, fructus in eam non imputantur, nisi dicatur à testatore, & tradit Boer. *decision. 44 sub numer. 16. vers. tamen.* Hoc tamen limitatur in hærede filiæ, qui restituere & compensare tenetur, vt declarat Paris. *dict. cons. 25. numero 66. in fine. volum. 3.* & per Surd. *d. cons. 291. sub num. 11. vers. licet contrarium volum. 2.*

415 Sexto limita, si testator iussit hæredem debere quantamcunque pecuniam ad eum de bonis, & de hæreditate peruenisset, omnem illam restituere: nam hoc casu fructus veniunt restituendi, ac si expressè à testatore de illis restituendo esset grauatus, tex. est *in l. balista ff. ad Trebell.* quia ex illis verbis geminatis, & triplicatis colligitur voluisse fideicommissario restitui, prout declarat Bart. *ibi.* & de communi attestatur Alexand. *ibi num. 6.* Rip. *numero 15.* Hier. Laur. *numero 36.* & de magis communi attestatur Socin. Iun. *in d. l. cum filiusfamilias vers. aggrediamur numero 6. de legat. 1.* Cop. *de natural. fruct. cap. 2. titul. 2. numero 2.* & tradit Ang. *dict. consi. 331. sub numer. 3. in fine.* Alciat. *dict. cons. 172. in fin.* Peregr. *dict. art. 49. num. 28.* Cardin. Mantic. *loco*

*citato, num.*12. & latius per Menoch. *d.casu* 256.
*num.*14.
416 Septimo limita, quando hæres esset grauatus
restituere quidquid ex hæreditate bonisve i-
psius testatoris superetit. tunc enim fructus ex-
tantes, & non consumpti tempore restitutionis
hæreditatis veniunt restituendi, *l. in fideicommis-*
417 *so.*§. *nonnunquam, ff. de vsur.* quia in hoc casu
propter verbum *supererit* intelligitur testato-
rem hæredi permisisse, vt posset fructus consu-
mere, & bona fide res hæreditarias detrahere, *l.*
Titius, ff. ad Trebell. & idcirco quod in fructibus
supererit, censetur eum grauasse ad restituen-
dum, vt declarat Bart. *in l. hæredes mei in princ. ff.*
ad Trebell. & tradit Rip. *in d. l. in fideicommissariam*
numero 16. vbi Hier. Laur. *numero* 33. Card. Mant.
de coniectur. lib. 7. *tit.* 10. *numero* 13. Peregr. *de fidei-*
commiss. dict. art. 49. *numero* 29. Soc. Iun. *in d. l. cum*
filiofamilias, nu. 176. *de legat.* 1. Menoch. *d. casu* 256.
*num.*16.
418 Sublimitatur tamen proxima limitatio, si
testator dixerit, *quidquid ex hæreditate supererit*,
sine illo nomine *bonu*, quia eo casu fructus tem-
pore restitutionis extantes ab hærede medio
tempore perceptos ipse lucratur, text. est *in l. de-*
ducta §. *penul. ad Trebell.* vbi Bart. & communiter
Doct. & hoc idem firmant Card. Mant. Peregr.
Menoch. *locis citatis.*
419 Octauo limita, quando testator iure milita-
ri fecit testamentum, quia eo casu tempore re-
stitutionis veniunt etiam fructus reperti tem-
pore mortis hæredis, tex. est *in d. l. centurio*, per
illa verba, *in fructibus inuentis in hæreditate*: quem
tex. in militari directa habere locum declarat
Rip. post Bart. *in d. l. centurio nu.* 38. vbi multos al-
legat, & communem dicit ibi Lancell. Gall. &
Soc. Iun. *nu.* 168. quos sequitur Odd. *de substit. qu.*
7. *vers.* 25. *effectus.*
420 Nono limita, quando testator fundum con-
duxisset, pensionemque anticipatam soluisset,
nam tunc in restitutione fideicommissi illam
anticipatam solutionem affictus suæ pensionis
restituendam esse tradit Peregr. *de fideicomm. d.*
art. 49. *sub nu.* 32. post Alciat. *cons.* 155. *lib.* 9.
421 Decimo limita, quando quis esset grauatus,
vt quis aliquem particulariter nominatum hæ-
redem institueret, quia tunc veniunt etiam fru-
ctus restituendi, *l. ex facto in princip. ff. ad Trebell.*
prout ita intelligit Cum. *cons.* 52. *num.* 2. *per tex. in*
l. Imperator §. *cum quidam ff. de leg.* 2.
422 Verùm hanc conclusionem non ita simpli-
citer esse intelligendam animaduertit Cardin.
Mant. *de coniect. d. lib.* 7. *titul.* 10. *numer.* 19. *versic.*
sed ego, vbi dicit, quod si quis rogatus est, vt ali-
quem hæredem instituat, Senatus censuit per-
inde habendum esse, ac si rogatus esset hæredi-
tatem restituere, *l. filiusfamilias* §. *vt quis hære-*
dem. de legat. 1. sed cùm quis hæreditatem resti-
tuere rogatus est, fructus perceptos post aditam
hæreditatem restituere non intelligitur roga-
423 tus, quia non hæreditatis, sed ipsis bonis ac-
cepti fuerunt. *d. l. in fideicommissariam* §. *vt quis*
hæredem, ad Trebell. & supra deductum est, ergo
rogatus, vt aliquem hæredem faciat, non vide-
tur rogatus, vt fructus, sed hæreditatem resti-
tuat. Quod quidem dictum duobus aliis fun-
damentis corroborat, tandem concludit, supra-
424 dictam conclusionem non procedere, nisi
concurrant coniecturæ, vel qualitas personæ
concurrat.
425 Vndecimo limita, si hæres vltra vires hære-
ditarias esset grauatus restituere, tunc ex fructi-
bus iudicio testatoris perceptis debet supplere
illud, quod excedit, *l. ita tamen* §. *hæres ex asse*, v-
bi Bart. *ff. ad Trebell.* & ibi Laur. *num.* 82. & post
Ang. & Alexand. tradit Rip. *in d. l. in fideicommis-*
sariam sub nu. 17. Soc. Iun. *cons.* 57. *num.* 16. *volum.* 3.
Boet. *decis.* 44. *sub num.* 16. *vers. cum quia*, Cardin.
Mantic. *de coniect. d. lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 21. Menoch.
d. casu 256. *n.* 43.
426 Quod procedit, siue hæres sit in legatis gra-
uatus vltra vires hæreditarias, vt tradit Rip. *lo-*
co proximè citato, & Peregr. *d. art.* 49. *sub n.* 33. *vers.*
primus est, siue in bonis propriis ipsius hæredis
grauasset, vt per Soc. Iun. Boet. *locis citatis*, & per
Peregr. *loco citato nu.* 34. *cum ibi allegatis*, siue eue-
nerit, quod bona fideicommisso subiecta ali-
quo casu diminuta essent, nam eo casu hæres de
fructibus iudicio testatoris perceptis supplere
debet: dempta tamen quarta, vt est tex. *in l. scri-*
bit Celsus, ad Trebell. vbi Doct. & per Rip. *in d. l. in*
fideicommissariam num. 18. Roman. *sing.* 265. *cum a-*
liis ibi in addit. & alios refert Peregr. *d. art.* 49.
num. 35. Ang. *cons.* 331. *sub nu.* 1. *vers.* 2. *fallit*, & Card.
Mant. *loco citato nu.* 23. vbi limitat, quando dimi-
nutio patrimonij facta est ex iudicio, & facto
427 testatoris, veluti si originem traxit ex contra-
ctu cum eo celebrato, per Paris. *consil.* 55. *num.* 58.
vol. 3. post Cum. & Alex. *per eum allegat.*
428 Verùm prædicta limitari videntur in filiis
primi gradus, si hæredes instituti essent, & per
fideicommissum grauati, vt tenet Bart. *in d. l. scri-*
bit Celsus, & de communi attestatur Alex. *in d. l.*
in fideicommissariam sub num. 2. *ante finem, ad Tre-*
bell. Ang. *d. cons.* 331. *sub num.* 1. *vers. septimo fallit*, &
idem Alex. tenet *in l. postulante*, §. 1. *ad Trebell.*
429 Contrarium tamen tenet Cum. *in d. l. in fi-*
deicommissariam, & Imol. *in l. si is qui quadragin-*
ta, & seq. Rip. *in d. l. in fideicommissariã, n.* 34. dicens
hanc in puncto iuris esse veriorem, & idem ha-
betur per addentes ad Roman. *in dict. sing.* 165.
sed Peregr. *in d. art.* 49. *sub num.* 36. *in fine*, dicit,
quæstionem huiusmodi in stricta disputatio-
ne fauore filiorum non satis esse sustentabilem,
sed fauor filiorum, & auctoritas Bart. satis mo-
uere poterunt Iudicem, sed iudicandum relin-
quit.

Duodecima Limitatio sumitur ex contraria
regula supra deducta, quia supra fuit posita re-
gula: quod, quando hæres non fuerit in mora
constitutus, nec etiam fructus venirent resti-
tuendi: Modo contrariam regulam constituen-
do, dicitur, quod, quando hæres fuerit in mora
constitutus, quia post moram fructus non per-
430 cipiuntur ex iudicio testatoris, & mora sua
non debet sibi prodesse, & eo casu fructus ve-
niunt restituendi *d. l. in fideicommissariam in prin-*
cip. & in l. postulante §. *sed & in huiusmodi, ad Tre-*
bell. & per Rip. *in d. l. in fideicommissariam num.* 4.
tradit Ang. *d. cons.* 331. *sub num.* 1. *vers.* 2. *fallit.* Gabr.
d. cons. 121. *sub num.* 58. *circa med. lib.* 1. Cardin. Man-
tic. *d. lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 25. Peregr. *d. art.* 49. *num.* 85.
& per Castill. *de vsufruct. cap.* 8. *numero* 19. & 20.
vbi ait, quod si legatarius hæredem interpel-
431 lauerit ad adeundam hæreditatem, & satisda-
tionem obtulerit, & hæres recipere, recusaue-
rit, &

tum,& malitiose distulit hereditatẽ adire,eo casu si iuris ordine seruato hoc fecerit, nec per eum steterit, tunc legatarius ab eo tempore fructus suos facit,ac si realiter accepta fuisset cautio,vt per Rol. cons. 73. nu. 34. & seq. vol. 2. & per Caual. de vsufruct. nu. 94.

432 Quam quidem limitationem amplia procedere,etiam in filijs primi gradus, vt per Bart. in l. postulante, §. 2. nu. 3. ad Trebell. Couar. in c. Raynutius §. 11. nu. 4. de testam. Mant. loco citato num. 25. in fine.

433 Decimo tertio limita, quando fructus essent percepti post aditam hæreditatem,& verbalem restitutionem;nam licet postea fideicommissarius esset negligens in petendo veram realẽ restitutionem, nihilominus fructus interim percepti veniũt in restitutione,vt post Bar. & Ang. tradit Rip. in d. l. in fideicommissariam n. 13. qui de cõmuni attestatur,& ibi clare tradit Hier. Laur. nu. 28. Cephal. cons. 49. nu. 15. & cons. 50. nu. 4. vol. 1. & alios multos adducit Honded. cons. 26. n. 5. vol. 1. Menoch. d. casu 256. nu. 27. Card. Mant. loco citato nu. 19.

434 Et ratio est; quia per hanc verbalem restitutionem bona efficiuntur ipsius fideicommissarij, etiam si eorum realem possessionem non acquisiuerit, & fiet rei suæ fructus accepit l. facta l. restituta ad Trebell. vt per Menoc. d. casu 256. num. 27.

435 Quod ampliatur in omni casu, vbi bonorum dominium in fideicommissarium translatũ fuerit, siue fideicõmissarius sit vniuersalis, siue particularis, quia efficitur dominus,& sibi vsumfructum acquirit, l. solum §. mẽtũ l. ex diuersa §. 1. ff. de rei vend. tradit Pereg. d. art. 49. nu. 88.

436 Et nota, quod stante dictâ verbali restitutione; fideicommissarius poterit agere non solùm fideicommissaria hæreditatis petitione, iuxta l. 1. ff. de fideicomm. hered. pet. Aret. in cons. 57. in fi. sed etiam vtili remedio l. fi. C. de edict. diu. Adr. toll. vt latè per Rip. in d. l. centurio nu. 51. ff. de vulg. & pupill. & per Bar. in d. l. fi. nu. 9. Alex. nu. 7. Decian. nu. 24. in fine, cum alijs relatis per Honded. d. cons. 26. num. 7.

437 Quod tamen intellige stante solâ verbali restitutione, quod si etiam realis restitutio facta esset, tunc remedium dict. l. fin. non concederetur ad effectum, vt fideicommissarius constitueretur possessor, cùm iam per verbalem restitutionem factus sit possessor, vt per Bart. in d. l. fi. nu. 9. Zuccard. sibi in repet. nu. 218. sed solum vt re facta restitutione posset fideicommissarius intentare remedium d. l. fin. pro confirmatione suæ possessionis, vt per Bar. Zuccard. locu citatu, & per Menoch. de adipiscen. poss. remed. 4. nu. 178. & seq.

438 Et ampliatur procedere, scilicet, quod fideicõmissarius possit d. remedium l. fi. intentare etiã nulla restitutione præcedente in omnibus casibus, in quibus vtiles actiones supradictæ sine cessione ipso iure in fideicommissarium transeunt, in quibus non est opus aliqua restitutione, vt dictum est, & tradit Bar. in d. l. fi. nu. 9. vers. adde. Rip. in d. l. centurio nu. 51. Ang. d. cons. 137. in fi. vers. super hoc. Ial. cons. 214. nu. 8. vol. 2. Honded. d. cons. 26. nu. 8. lib. 1.

439 Decimo quarto limita, quando fideicommissarius ignorauerit adesse fideicommissum, & ideo non interpellauit, quia eo casu perinde est, ac si fuisset interpellatus, vt declarat Cast. in l. mulier vers. in tex. ad Trebell. & de communi attestatur Grat. cons. 132. num. 7. lib. 2. Gabr. cons. 121. sub nu. 58. vers. quod si absente ignorante lib. 1. Cost. in cap. si pater. vers. obliqua num. 56. de testament. qui etiam de communi attestatur, Simon de Pret. interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpretat. 3. dub. 5. solut. 2. numer. 21. & per Peregrin. de fideicommiss. dict. art. 49. num. 84. vbi dicit procedere, quando ex iusta causa ignorauit, & sequitur Surd. dict. decis. 25. numer. 12. vbi dicit, quod hæres percipiendo dictos fructus post diem fideicommissi dicitur in mala fide, ex quo pro se non habet iudicium defuncti, vt in dict. d. n. ult.
440 §. si heres ad Trebell. dum dicitur, ideo solum ad hæredem spectare, quia dicitur illos percepisse negligẽtia fideicommissarij. Vnde cessante negligentiâ fructus remanet apud hæredes sine titulo.

441 Decimo quinto limita, quando fideicommissarius ob propriam sui absentiam tempore purificati fideicommissi non petijt sibi hæreditatem restitui, vt declarat Bar. in d. l. in fideicommissariam num. 1. & omnes DD. & Rip. nu. 10. ad Trebellian. Gabr. cons. 121. nu. 58. vers. quod si absente lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. casu 256. num. 26. Card. Mant. de coniect. lib. 7. titul. 10. numer. 27. Surd. loco citato nu. 13. quia hoc casu negligentiæ fideicommissarij adscribi non potest, vt per Doctores supra allegatos, & iusta causa absentiæ requiritur, & pensanda est, ait Peregr. loco citato.

442 Decimo sexto limita in minore, & furioso; nam quod dictum est de absente, idem procedit in furioso, quia æquiparãtur, vt declarat Rip. in d. l. in fideicommissariam sub nu. 10. & seq. Meno. Card. Mant. Surd. locu citatu, Gab. d. cons. 121. n. 59. lib. 1. & ad corroburationem Surd. d. decis. 25. ibi sub num. 15. dicit, quod fauore minoris hoc casu mora contrahitur ipso iure, & tenet Gab. d. cons. 121. nu. 59.

443 Et idem procedere, quando fideicommissum sit factum Ciuitati, tradit Bald. in d. l. pen. in §. cũ autem. C. ad Trebell. & in Hospitali facto de consensu Episcopi tradit Capra cons. 32. n. 17. de quo inferius dicam.

444 Decimoseptimo limita in omni casu, vbi ipso iure citra aliquem actum verbi, vel citra aliquam restitutionem, sed ipso iure actiones transeunt in fideicommissarium, iuxta gl. in d. l. pen. in fi. C. ad Trebell. & ita tenet Bar. & Rip. in d. l. in fideicommissariam num. 14. & ibi Hier. Laur. n. 29. Cephal. cons. 215. n. 50. vol. 2. Menoc. d. casu 256. nu. 28. Capr. cons. 32. nu. 26. & 27. 2. dub. Peregr. d. art. 49. num. 89. Mant. de coniect. d. lib. 7. tit. 10. nu. 30. & 34.

445 Nec in his casibus vlla requiritur petitio, nec aliqua requiritur sententia, vt tenet Card. Mãt. loco citato nu. 30. & 31. & Pereg. de fideicom. art. 2. n. 56. cum aliis per eos adductis.

In contrarium sentit Cephal. cons. 50. nu. 3. & 10. vol. 1. dicens in his casibus saltem aliquam esse necessariam petitionem.

446 Cui optimè respondet Card. Mantic. loco citato sub nu. 32. & inter alia fundamenta adducit, quòd in casu dict. l. penult. §. vltim. disponitur, quod actiones transeunt in fideicommissarium

nulla facta petitione, seu interpellatione, aliàs si necessaria esset petitio, esset destruere illum textum. Et ad probandum, quod nulla sit necessaria petitio, vel litis contestatio, quando ipso iure transferuntur actiones, adducit glos. *in §.1. in verbo imminere, in fin. Authen. de nupt.* quam sequitur Bart. Ang. Iac. de Bel. *in l. cum qui. ff. de his quib. vt indig.* cum aliis relatis per Tiraquel. *in l. si vnquam in vers. reuertatur, numero 219. de reuocand. donat.* & alia deducit Card. Mantic. *loco citato.*

447 Ad aliam oppositionem respondet Rip. *in d. l. in fideicommissariam nu. 14.* nempe quod licèt quis dicat actiones in fideicommissarium non transire, nisi facta declaratione, se agnoscere fideicommissum, per tex. *in l. 2. §. sed, & quoties ff. ad Trebell.* vbi Doctores, & ibi Rip.

448 Tamen iura transeunt in fideicommissarium ante agnitionem reuocabiliter, per agnationem verò, & declarationem, transeunt irreuocabiliter, *l. legatum ita de legat. 2. l. 1. §. illi si volet de legat. 3.* & hanc opinionem sequitur Card. Mant. *loco citato.*

Verùm saltim necessariam esse fideicommissi agnitionem, tradit Peregr. *de fideicommiss. artic. 2. num. 65.* vbi multos allegat & tenet Surd. *decis. 25. nu. 10.* vbi dicit attestationem, seu declarationem aliquam necessariam esse, quando restitutio fit ipso iure, per Ang. Imol. Castr. *& ip. in l. 1. §. de illo ad Trebell.* Raminald. Sen. *cons. 169. ante fin. volum. 2.* & Burs. *cons. 44. num. 12.* ex rationibus per Peregr. & Surd. *locis citatis* adductis, & ea videtur potissima, quia sicut adhuc, vt iura hæreditaria transeant in hæredem, necesse est quod aliquo actu ostendat adiri hæreditatem, ita etiam in fideicommissario requiritur agnitio fideicommissi, vt tradit Peregr. *d. artic. 2. n. 53.* Nam, & illa verba *ipso iure* intelliguntur parte petente, vt in his terminis tradit Cephal. *d. cons. 50. nu. 11.* & per Surd. *d. decis. 25. nu. 8. cum ibi allegat.*

449 Primus enim casus in quo ipso iure transferuntur actiones in fideicommissarium est: quando hæres dolose latitat, ne fideicommissum restituat, siue ante, siue post litem contestatam, *l. penult. §. cum autem,* vbi Bald. *in princip.* & DD. *C. ad Trebellian.* & tradit Peregr. *de fideicomm. art. 2. num. 56.* Ias. *in l. Marcellus. §. res quæ, numero 14. ff. ad Trebell.* Honded. *dict. consi. 26. num. 9. lib. 1.*

450 Et hoc casu non est necessaria aliqua Iudicis declaratio, sed satis est constare in actis, qualiter ad fideicommissarij instantiam fuit hæres citatus ad restituendam hæreditatem, & non comparuit, vt dicit glos. *in d. §. cum autem,* vbi Bart. *num. 2.* Bald. *num. 5. prope fin.* Salic. *num. 6.* & citatio huiusmodi taliter fieri debet, vt constet ad illius notitiam deuenisse, & constet de vera contumacia, vt sentit glos. *in d. §. cum autem,* & admonet Bart. *sub num. 2.* & Bald. *sub num. 5. vers. sed quidam,* & per Honded. *d. cons. 26. num. 9. vers. nam isto casu.*

451 Secundus est casus, quando hæres grauatus sine hærede decessit, *in d. §. cum autem,* vbi Bart. *sub num. 2. vers. secundus.* & Bald. *in princip.* & Salicet. Aret. *consi. 37. sub num. 10. vers. quibus expressis.* Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 4. sub num. 302.* Peregr. *d. artic. 2. numero 57.* Cardin. Mant. *de coniectur. dict. lib. 7. tit. 10. sub numer. 32. vers. sed ego.*

Et hoc casu præsupponitur hæreditatem ab hærede fuisse aditam, vel Iudicis iussu adue, quia pro adita habetur, prout tradit Bald. *in d. §. cum autem, nu. 2.* Castr. *in princ.*

452 Et sine hærede decessisse hoc casu constare dicitur, quoties cunque per generalem proclamationem factam an sit aliquis, qui velit esse hæres talis, & quatenus adsint filij ipsi quoque particulariter sunt citandi, an velint esse hæredes, quod si nemo compareat, tunc dicitur decessisse sine hærede, vt per Bar. Bald. Salic. Ang. Castr. *in d. §. cum autem.* quos sequitur Honded. *d. cons. 26. nu. 10. lib. 1.*

453 Tertius est casus, quando primus fideicommissarius rogatus est secundo fideicommissario restituere, quia in eo transeunt omnia iura, & dominia rerum absque vlla restitutione, *vt in d. §. cum autem,* vbi Bart. *sub numer. 2.* Bald. *in princip.* & ibi redditur ratio, quia ipso iure actiones transeunt in secundum fideicommissarium absque vlla interpellatione, vt latius eas deducit Peregr. *d. art. 2. nu. 58. & 59.* vt per Honded. *d. cons. 26. num. 11.*

454 Et prædicta conclusio tunc procedit, quando primo fideicommissario esset facta restitutio ab hærede, quod si primo hæredi non esset facta restitutio, tunc verò, in secundo fideicommissario non transeunt ipso iure, vt declarat Corn. *cons. 304. numer. 17. vers. & etiam quia, vol. 3.* Honded. *d. cons. 26. nu. 14. vol. 1. & nu. 13.* vbi adducit DD. declarantes quando, & pro qua parte fructus veniunt restituendi.

455 Quartus est casus, quando fideicommissum non esset generale, sed particulare tradit Alex. *in l. restituta n. 2. ff. ad Trebell.* Natt. *cons. 200. nu. 2. lib. 2.* Honded. *d. cons. 26. nu. 15.* Card. Mant. *de coniect. d. lib. 7. tit. 10. nu. 32. ante fin.*

quæst.laudem.27.circa med. & per Franc. Solson.
d.celle.10.& per Reodan.*de reb.Eccles.non alienan.*
d.quæst.11.n.20.& per Surd.*decis.344.n.40.* vbi di-
568 cit, etiam procedere, quando contractus esset
inualidus, & rescinderetur ex causa necessaria,
quæ concurreret à principio contractus.
Vnde dicitur, quod cùm hoc grauamen sol-
uendi laudemium proueniat ex natura, & occa-
sione contractus venditionis rei emphytheoti-
569 cæ hæc actio exigendi laudemium dicitur in
rem scripta, vt tradit Ias.*in d.§.omnium n.6.Instit.*
de act. vbi expresse dicitur, quod actio in rem
scripta est, quę prouenit ex contractu, vel quasi.
Et alios retuli supra *in præcedenti quæst. n.546. &*
540.in fi.& hanc veriorem existimo, & n.547.
570 Et actio huiusmodi sequitur singularem
possessorem, vel detentorem, vt per Ias. *loco cita-*
to,& in rubr.si cert.pet.num 7.& 8.cum multis alijs
in præcedenti quæst.nu.547. cumulatis, & vltra ea,
adduco Tiraquel.*de retract lign.§.8. glos.4. nu.8.*
Dec.*in cons.31. n.166.vol.1.* vbi dicitur, quod obli-
571 gatio personalis contracta respectu rerum
competit contra quemcunque possessorem,
& per Tiraquell. *de retract.lign.§. octauo,gloss.5.*
num.7.
572 Secundo pro confirmatione prædictorum
dicitur, quod laudemium debetur ex iuris dis-
positione, scilicet ex dispositione *l.fi.§.& ne aua-*
ritia.C.de iur.emphyt.cap.potuit de locat.& decla-
rat Franc.Solson.Lucer.*laud.in 4.prælud.n.1.* Ias.
in d.l.fin.sub nu.39.
573 Et actio, quæ competit ex conditione legis
dicitur in rem scripta, & sequitur possessorem,
vt latè per Tiraquel.*de retract. lign.§.8.glos.5.nu.*
8.cum ibi allegat. & illa bona dicuntur affecta
pro laudemio, quod comprobatur ex subse-
quenti fundamento.
574 Tertio pro hac parte dicitur, quod laude-
mium dicitur onus reale, vt per Ias. *in l.final. nu.*
41.vers.& ad tex.C.de iur.emphy.& latè per Boer.
in consuet.Burgund.de consuet.feud. censual.§.7. vbi
575 ait, quod in emphyteusi imponitur non so-
lum onus personale, sed etiam reale, veluti
quinquagesimæ, seu laudemij. & per Menoch.
cons.297.num.1.vol.3.& cons 444.n.10.vol.5.& per
Franc.Solson.Lucer,*laudem.celln.sub num.12.vers.*
sed dic.

576 Et

576 Et cùm sit onus reale sequitur singularem
successorem, vt declarat Franc. Solson, *d. cellu.* 1.
sub n. 9. *&* 10. & per Paris. *cons.* 90. *n.* 43. *lib.* 2. Curt.
Iun. *cons.* 51. *num.* 124. Aym. *cons.* 217. *sub num.* 5. vbi
multa adducit Rimin. Iun. *consi.* 1. *numer.* 57. & vl-
tra prædictos tradit in terminis Oldrad. *cons.* 24.
ante fin.

Et ex his duobus fundamentis tollitur, quod
tertio loco tradit Surd. dum dicit, quòd laude-
mium est quid separatum, & non est onus rea-
le, si quidem clarè constat laudemium deberi
ex natura contractus, & esse onus reale, & se-
quitur singularem successorem ex supra dedu-
ctis.

577 Quarto comprobatur, quia quando emptor
emit rem emphyteuticam, cum ea intentione
recipere, ac cum eo animo soluendi laudemiũ
illam acceptare dicitur cum omnibus suis o-
neribus, & qualitatibus, vt per Sur. *cons.* 52. *num.*
40. *volum.* 1. & præsertim cùm ad ipsum tale o-
nus soluendi laudemium spectet, vt est glos. *in*
l. fin. in fin. cum glos. 11 *vers. accipere C. de iur. em-
phyt.* & tradit ibi Ias. *num.* 41. Gozad. *cons.* 65. *num.*
1. *&* 13. & alios multos congerit Burlat. *cons.* 56.
numer. 16. *volum.* 1. Amad. à Pont. *quæst. laud.* 9.
in princip. cum ibi allegat. Clar. *in* §. *emphyteusis*
quæst. 23. *vers. vlterius quæro.* Dionys. Pont. *in con-
suet. Blesens. art.* 84. *in princip.* ita quod emendo
578 rem emphyteoticam tacitè etiam contrahit
de soluendo laudemium iux. tradita per Rom.
consi. 211. *vers. secunda verò.* Nam acceptando em-
phyteusim, dicitur etiam se obligare ad onus ei
iniunctum, *l. cum ab vno in princip. ff. de legat.* 2. *l.
qui tutelam. ff. de testam. tut. l. Imperator.* §. *si cen-
tum de legat.* 2. *l. si compensandi. C. de hæred. instit.
cap. officij de testam.* Pro vt dicitur de eo qui lega-
579 tum acceptauit, dicitur etiam cum onere ei
iniuncto acceptasse, vt per Dec. *consi.* 299. *nume.*
13. Aymon *consi.* 174. *numer.* 9. Corn. *consi.* 192. *nu-
mer.* 1. *volum.* 2. Castr. *cons.* 193. *numero* 3. *& consi.* 415.
sub numero 1. *lib.* 2. Surd. *consi.* 212. *numer.* 10. *& consi.*
237. *numer.* 26. *volum.* 2. Et fuit receptum in Rota
* coram Illustrissimo Lancellotto in vna Roma-
na Salu. Interd. Lunæ 6. Martij 1600. *in fine ope-
ru decisi.* 188. *num.* 6. & similiter acceptando por-
580 tionem hæreditatis in testamento sibi reli-
ctam, dicitur acceptasse, & se obligasse ad onus
sibi in eodem testamento iniunctum, vt decla-
* rauit Rota coram Illustrissimo Lancellotto in
d. Romana Salu. Interd. *in calce operu decisio.* 188.
nu. 5. sic etiam acceptando instrumentum inue-
stituræ, dicitur se obligare ad onus soluẽdi lau-
demium ad quod tenetur, & sic tacitè inducta
hypotheca.

581 Per quam etiam acceptationem dicitur se
obligare legibus de ea re disponentibus, vt per
Surd. *cons.* 42. *n.* 6. *vol.* 1. nam ex legis dispositione
ipse emptor tenetur laodemium soluere, vt de-
ductum est, sic dicitur inducta tacita obligatio
ad illud soluendum. Pro vt etiam dicitur, quod
582 acceptãdo quis beneficiũ alicuius religionis,
dicitur se obligare omnibus legibus, & oneri-
bus illius religionis, vt per Rot. *diuers. decis.* 496.
n. 3. *lib.* 3. *par.* 3. Ex quibus omnibus patet adesse ta-
citam hypothecam ex legis dispositione, licèt
in indiuiduo non loquatur.

Nec etiam aduersatur, quod secundo loco
dicitur de argumento à gabella ad laudemium,
cùm pro gabella bona non dicantur obligata.]

Nam respondetur, quod licèt Doct. *in d. l. ab
emptione.* dicant, quod gabella non est soluenda
de distractu, sicut non debetur laudemium:
non ideo dicendum est, quod pro laudemio
non datur tacita hypotheca, nec sumi potest
argumentum de vno ad aliud, cùm inter se val-
583 de differant: Et quando adest aliqua dissimili-
tudo, non sumitur tale argumentum, vt per
Butr. *in repet. c. si. sub n.* 57. *de consuet.* & per Euer.
in loco 11. *à simili versic. quarto non procedit.* Et in
terminis nostris, quod non sumatur argumen-
tum tradit Franc. Solson. *de laudem. in d. cellu.* 10.
n. 20. optimam deducens rationem differentiæ,
584 quare non sumatur argumentum, quia gabel-
la contractuum debetur ex sola contractus ce-
lebratione, sed laudemium debetur propter rea-
lem, & actualem alienationem, & sic respicit
principalem trãslationem, & mutationem em-
phyteutæ: gabella verò respicit simplicem actũ
contrahendi.

585 Secundam deduco differentiam, quia gabel-
la est munus publicum publicam respiciens v-
tilitatem, Ferret. *de gabell. in princip. n.* 22. Io. Bert.
de gabell. in prælud. n. 15.

586 Laudemium verò dicitur munus priuatũ, &
priuatam continens vtilitatem, scilicet directi
domini, vt per Menoch. *cons.* 297. *n.* 14. *vol.* 3. quia
debetur soli domino pro eius consensu, vt supra
deductum est.

587 Tertio differunt, quia si est facta venditio
emphyteusis sub aliqua breui conditione, non
debetur laudemium, donec venditio irresolu-
bilis maneat, vt per Tiraquell. *de retract. conuent.*
§. 6. *glos.* 2. *num.* 4. *vers. & illud.* Guid. Pap. *decis.* 48.
vers. item in pacto. Et ex multis tradit Amad. à
Pont. *quæst. laud.* 57. *colum.* 2. *in fin.* Nihilominus si
fiunt contractus cum eadem conditione debe-
tur Gabella: vt per Tiraquell. *de retract. lign.* §. 29.
glos. 1. *num.* 2. vbi in terminis ponit hanc differen-
tiam.

588 Quarta est differentia quia gabella non de-
betur ex contractu celebrato per se, vel per Pro-
curatorem extra territorium loci, vbi adest sta-
tutum de soluendo gabellam contractuum, &
res, & super qua contrahitur similiter sit extra
territorium, licèt ipse in territorio inhabitet, vt
per Ferret. *de gabell. n.* 593.

589 Secus tamen est in laudemio, quod debetur
etiam si extra territorium loci, celebratus sit
contractus venditionis emphyteusis, & res sit
etiam extra territorium, quia illud debetur pro
consensu à domino habendo pro confirmatio-
ne dictæ venditionis, vt ostensum est, non autẽ
respectu loci; & multa alia ad hunc effectum
deduci possent, quæ breuitatis causa omittun-
tur. Ex quibus clarè colligitur hoc argumentũ
sumi non posse, pro vt bene declarat Franc. Sol-
sun. *d. cellu.* 10. *n.* 20.

590 Nec etiam aduersatur, quod dicitur laude-
mium spectare ad vsumfructuarium, quia hoc
est verum, vt latè fuit supra deductum *in hac* 3.
Inspect. cap. 2. *quæ.* 12. sed non facit, quia tacita hy-
potheca cõpetat domino decreto pro canone,
vt deductum est, *in præcedenti quæst. num.* 539. *&*
540. & vsusfructuarius repræsentat personã do-
591 mini directi, qui locauit, & iure sibi ab eo cesso
vtitur & dicitur habere mandatum à proprie-

tario circa ea, quæ concernunt ipsam rem emphyteoticam in qua est constitutus vsusfructus *l.1.§.fi.& l.seq.ff.de oper.nou.nunt.*Paris.*cons.94.n.17.vol.2.*& ideo cessat obiectio.

592 Amplia modo principalem conclusionem in venditione facta cum pacto de retrouendendo;nam & eo casu debetur laudemium, vt post Abb.Bal.Castr.*in l. ab emptione.ff. de pact.* tradit Surd.*cons.527.n.16.vol.4.*Amad.à Pont.*q. laud.37.col.1.*qui alios adducit, & contrariam reijcit opinionem.

593 Intelligendo tamen laudemium deberi ex venditione facta cum tali pacto de retrouendendo, non autem de retrouenditione, de qua non debetur laudemium, vt ex multis tradit ix per Amad.à Pont.*qu.laud.37.*& per Tiraq.*de retract.conuent.§.6.gl.2.sub n.49.circa med.*Boer.*dec.172.nu.19.*

594 Secundo amplia deberi laudemium etiam si dominus directus pluries receperit census, per quam receptionē videtur approbata alienatio, & sibi præiudicatum in laudemio, nihilominus non dicitur sibi præiudicatum quo ad laudemium,vt latè per Amad.de Pont.*qu.laud.n.*qui ad partem ponit hanc quæstionem.

595 Tertio amplia laudemium deberi etiam ex donatione,vt per Cephal.*cons.307.n.76.lib.3.*post Guid.Pap.*q.46.incip.an emphyteota.*Alciat.*in l.in conuentionibus.ff.de verb.sign.*Reod.*de laud.§.ista autem nu.3.*

596 Quarto amplia,quod vnico precio fundum emphyteoticum vnà cum fructibus venditum sit, laudemium debetur de toto precio, vt per Iacob.de Aren.*in l.qui concubinam.§. si fundum de legat.3.* Guid. Pap. *sing.495.vers.si videtur.*Boer.*decis.229.nu.1.*

597 Secus verò si fundus vno precio, & fructus alio precio venditi sunt, vt declarat Guid.Pap.*d.sing.297.num.2.*

598 Quinto amplia, quod si esset data licentia alienandi emphyteusim,non ideo tollitur,quin non debeatur de dicta venditione laudemium, quando non sit comprehēsus in inuestitura talis emptor,vt per Soc.Iun.*cons.70.n.11.li.3.*Corb.*de iur.emphyt.de caus.priuat.ob mortem ciuilem sub n.61.post med.*

Hæc autem tanquam frequentiora deducere volui,cætera vide per Doct.de hac materia tractantes, & in omnibus supradictis casibus Sal-
599 uianum experiri poterit in consequendo laudemium;cùm pro eo bona sint tacitè hypothecata,vt deductum est,& tradit Amad. de Pont.*q.laudem.45.*reiecta contraria opinione.

600 Decimo septimo quæro, an Saluianum intentari possit pro annua præstatione,seu responsione sibi debita, & assignata super aliqua re stabili:Et dicitur quod sic,quia quotiescunque aliqua fit assignatio super aliqua re,idem est ac
601 si dicatur,*Obligo tibi talem rem* ,vt per Bar. *in l. 1.in nou.ff.de alim.& cibar.leg.*& idem Bar.*in l.fundus de ann.leg.*Negus.*de pignor.ind.4.memb.2.par.sub n.164.vers.vigesimus tertius.*Guid.Pap.*dec.576.num.1.& 2.*

Quod procedit in omni casu quotiescunque siue in materia legati,siue in qua uis obligatione fuerit dictum, quod obligat creditum super
602 aliqua re,tunc illa dictio *super* operatur ac si dixisset,*hypotheco illam rem*,tradit Bar. per illum tex.*in l.codicillis.§.instituto de leg.2.* & ibi Castr.& per Ias.& Alexand.*in l.rescriptum.§.si pacto ante fin.ff.de pact.*Rip.*in rubr.num.5.ff.de pign.* Bald.*consi.182.num.2.lib.5.*Roman.*consi.358.numer.2.& consi.508.num.2.& in sing.631.*Castr.*cons.166.sub num.3.vers.constat autem lib.1.* Alexand.*consi.156.num.3.vol.6.*Aym.*consi.20.num.10.*Natt.*consi.109.num.10.*idem Natt.*cons.341.num.6.lib.2.*Surd.*cons.162.n.10.vol.2.*Affl.*decis.161.n.6.*Rot.*diuers.dec.44.num.1.& 243.num.3.& decis.259.& 260. num.1.par.11.*

603 Et hoc nota quia ad multa inferri potest, veluti si esset tibi constituta annua pensio super domo,vel vinea,vel esset constitutus census,vel annua præstatio pro alimētis,& similia,quia vigore dictæ hypothecæ daretur Saluianū Interdictum. Et ex hoc etiam infertur, quod si esset relictum legatum pro annuo anniuersario scutorum decem super tali fundo, tunc pro eo daretur Saluianum, cùm pro eo diceretur hypothecatus fundus, & vltra prædictos tradit Guid.Pap.*qu.576.sub nu.1.& 2.*Surd.*de alim.tit.8.priuil.51.nu.8.*

604 Ex quibus patet non esse verum,quod hæc dictio *super*, solum & specialiter habeat locum in relicto pro alimentis, prout voluit Rom. *d.cons.388.* licèt postea extendat ad pensiones Ecclesiasticas, & cùm sit materia valde frequens, ideò successiuè particulariter aliquod de ea verbum faciemus *in seq.quæst.*

605 Amplia etiam dictam conclusionem si fuerit dictum,vt soluantur singulis annis scuta centum extrahenda ex bonis suis,creditori,seu donatario magis bene viso, vt declarauit Rot. *diuers.decis.44.sub n.2.par 1.*& per Amad.de Pont.*quæst.laudem.45.col.1.in fi. vers.quotiescumque census est debitus.super re,vel ex re.*

606 Tertio amplia etiam procedere in qualibet pensione debenda,siue ex contractu, siue vel aliter constituta,vt per Specul.*de loc.in §. nunc aliqua quæst.86.num,109,* Guid. Pap. *decis.576.sub nu.1.vers.facit etiam.*Surd.*de alim.d.tit.8.priuil.51.num.8.*

607 Quarto amplia procedere in quacunq; pensione in perpetuum constituta,vt per Specul.*in d.§.nunc aliqua sub nu.109.*Surd.*de alim.d.priuil.51.ante fin.*Guid Pap.*decis.432.sub num.17.vers.sed si imponatur.*

608 Decimo octauo quæro, An Saluianum intentari possit contra fructus,& bona beneficij, super quo à Summo Pontifice reseruata sit pensio Ecclesiastica? & dicitur quod sic, quia pro ea, dicta bona, & fructus beneficij sunt tacitè hypothecata,vt per Rom.*cons.388.num.6.& 9.*quem sequitur Felin. *in cap. ad audientiam el secundo,num.6.vers.quinta conclusio de rescript.*Dec.*cons.37.nu 6.li.2.*Foller.*in sua praxi censuat.vers.huiusmodi census num.11.*& latè per Gig.*de pens.quæstion.51.* vbi format hanc conclusionem, & *num.17* decidit fructus, & bona ex quibus pensio debetur,esse pro dicta pensione obligata. & idem firmat Caccialup.*de pens.quæst.9.num.6.*& nouissimè tenet Surd.*de alimen.tit.8.priuil.51.num.7.*

609 Et hoc procedit siue pensio sit pro alimentis assignata,siue non,vt ex rationibus per Gig. assignatis *d.q.51.nu.17.*tradit Caputaq.*decis.302.n.59.lib.2.in impress.*

610 Et

610 Et ad corroborationem deducitur, quod
pensio huiusmodi est onus reale, & per conse-
quens sequitur possessorem fructuum ipsius
beneficij, vt idem Gig. *in respons. pens. 29. num. 3.*
& per Roman. *dict. cons. 388. num. 6.* Gig. *de pens.*
quæst. 47. num. 2. Decian. *dict. cons. 37. num. 14.* di-
cens, quod onus soluendi pensionem cohæret
beneficio, & hoc idem tradit Gig. *dict. respons.*
29. n. 4. vbi ait, quod pensio exigi potest ab eo e-
tiam, qui titulum inualidum beneficij habet,
611 quia pensio cohæret fructibus beneficij, & i-
deo soluenda est ab eo, qui fructus percepit li-
cèt titulo inualido. Ideo successor tenetur ad
pensiones præteritas, vt per eundem Gig. *de pens.*
quæstio. 40. n. 2. Et dixit Rota coram Illustrissimo
* Mantica in vna Corduben. pensionis Lunæ 2.
Maij 1594. *in calce operis decis. 150. n. 2. vers. vnde nõ*
obstat, & in fine.

612 Sed hæc conclusio, quod successor teneatur
ad præteritas pensiones, non ita simpliciter in-
telligenda est, si quidem in hoc articulo variæ
sunt Doct. opiniones. Et ideo Caccialup. *de pens.*
q. 11. quem refert, & sequitur Gig. *de pens. q. 39.* di-
stinguendo declarat hoc procedere in pensio-
613 ne, quæ cessit tempore successoris, & illius tẽ-
pore decursa, & hoc indubitatum esse ait per
tex. *in c. nisi esset de praben.*

Si verò prædecessor propter guerram, vel ste-
rilitatem nullos fructus percepit, vel saltem exi-
guos habuit, eo casu excusatur si non soluit.

614 Sed si fructus beneficij percepit, & soluere
potuit, & illos in propriũ vsum consumpsit, vel
alienauit, & pensionarius exigere pensionẽ ne-
glexerit, & omnimodam diligentiam non adhi-
buit, nec quantum facere potuit fecit, tunc suc-
cessor non tenetur.

615 Si verò omnimodam diligentiam, & poten-
tiam adhibuit, & hoc casu subdistinguitur, aut
præfati fructus per prædecessorem in vtilitatẽ
Ecclesiæ grauatæ consumpti sunt, & tunc indi-
stinctè tenetur successor, iux. nota. *in cap. 1. de so-*
lut.

616 Aut verò prædecessor in malos vsus, vel in
vtilitatem proximiorum, vel in solutione æris
alieni soluit, & tunc noua oritur difficultas, sci-
licet an hæres successoris soluere teneatur di-
ctam pensionem, an verò nouus successor, & in
hoc casu Caccialup. *loco citato* distinguit, quod
aut prædecessor fructus beneficij in malos vsus
conuerrit, vel in vtilitatem proximiorum, vel in
extinctionem proprij debiti, vt dictum est, &
eo casu quia Ecclesia ad illa non tenebatur, nec
etiam tenetur successor.

617 Sed si fructus extarent, quia illi sunt obliga-
ti, & hypothecati pro solutione pensionis, pos-
sunt recuperari de manibus illorum penes quos
sunt, & de eis erit facienda solutio.

618 Et si non extarent, & essent consumpti, tunc
hæredes tenerentur ad solutionẽ, quatenus es-
sent soluendo, sin autem successor teneretur.

619 Verùm aliter in hoc casu distinguit Gig. *de*
pens. in d. cap. 39. numer. 7. videlicet, quod aut ille,
qui fructus percepit, & pensionem non soluit,
viuit, licèt amplius non sit rector beneficij o-
nerati pensione, & tenetur ad illorum solutio-
nem, vt per Roman. *in cap. fin. §. porrò de offic.*
ord. in 6. cùm illi sunt deputati ad illorum solu-
tionem.

620 Aut verò quæritur, an hæres prædecessoris
teneatur ad solutionem pensionum decursarũ
ex quo prædecessor fructus percepit, & illos, vt
tenebatur, non soluit, & tunc hæres tenebitur,
quia actio, quę competebat pensionario contra
defunctum, competit etiam contra hæredem, *l.*
actoris. C. de contrah. & comm. stipul. & per Put. *dec.*
189. n. 2. lib. 2. Crescent. *decis. 306. alias 30. de solut. n.*
4. in fin.

621 Hoc tamẽ limitatur si defunctus nullos per-
cepisset fructus eo anno, quo pensionem non
soluit ex beneficio grauato; nam eo anno nec
prædecessor tenebatur, vt per Caccialup. *de pẽs.*
d. q. n. & Gig. *q. 62.*

622 Secundo limitat idem Gig. *loco citato*, quando
prædecessor fructus in vtilitatem Ecclesiæ cõ-
uertisset, quia eo casu successor teneretur.

623 Aut quæritur, an successor teneatur ad pen-
siones decursas, & non solutas per prædecesso-
rem, & tunc in omnibus illis casibus in quibus
prædecessor soluere tenebatur, in eisdem &
successor non solutam pensionem soluere tene-
tur.

624 Et si quæritur contra quem pensionarius a-
gere possit ad pensiones decursas, & non solu-
tas, an contra possessorem beneficij, vel contra
hæredes, & tunc electio est in persona pensio-
narij, & ita omnia supradicta tradit Gig. *de pens.*
d. cap. 39.

Ego verò ab vltimo quæsito discedendo, &
dissentiendo dico, quod nimis durum, & rigo-
rosum videtur quod successor teneatur pensio-
nes soluere in omnibus casibus, in quibus præ-
decessor tenebatur absque vlla modificatione,
prout tenet Gig. *cum omnibus supra relat.* quia ex
particulari ipsorum doctrina respõdetur, quod
cum pro firmo ipsi ponant, & dicant, quod, quã-
625 do nulli sunt percepti fructus, nec etiam pen-
sio debetur, cùm super illis constituta sit, prout
declarat Put. *decis. 189. nu. 3. & 6. lib. 2.* Cęs. de Gras-
sis *decis. 123. alias 12. de praben. & dign.* vnde dicitur
quod necesse conueniens quod nouus successor
habita beneficij possessione statim possit ad pẽ-
siones quatuor, vel quinque annorum decurso-
rum conueniri, cùm forsan nullos, vel exiguos
beneficij fructus exegerit, & pensiones præteri-
tas soluere, pro quibus nullos percepit fructus,
& æquitas non suadet, vt declarat Put. *d. decis.*
189. nu. 3. & seq.

626 Et hinc videmus quod Rota nunquam vo-
luit hunc casum declarare, videns quod vltra
varietates Doctorum, nec etiam æquitas hoc
suadet, vt attestatur Cassad. *decis. 3. de pens.* Put.
decis. vlt. in fin. de offic. ord. & iterum dixit in vna
Cæsaraugustana pensionis coram Illustrissimo
* Pamphilio 13. Aprilis 1592. *in calce operu, deci. 189.*
sub n. 1. & coram Illustrissimo Blanchetto in vna
Hispalen. pensionis 23. Martij 1582. *ibidem decis.*
190. num. 1.

Et propterea censeo in hoc articulo multa
esse consideranda. Primo, An diligentiæ per pẽ-
sionarium fuerint contra prædecessorem adhi-
bitæ, & an sint tales, quod sufficientes dicantur,
& an per multos annos non fuerint exactæ, &
an plures prædecessores fuerint, qui non solue-
rint, & an difficultas exactionis proueniat ex
causa solita, vel insolita, vt ex causa pestis, belli,
incẽdij, & similiũ, & an fructus exacti in singulis

annis fuerint sufficientes ita, & taliter quod de-
ductis expensis pensio solui potuisset, & com-
putato vno anno cum alio fructus essent suffi-
cientes. Quæ omnia arbitrio Iudicis relin-
quenda essent.

627 Et particulariter illud, quod primo consi-
deratur principaliter in hoc casu scilicet an
fuerit adhibita diligentia; nam si quis fuerit
negligens, arbitrio Iudicis relinquitur, vt ex
pluribus tradit Menoch. *de Arbitr. iud. casu* 204.
num. 4. & vbi sunt variæ Doctorum opiniones,
628 vt in præsenti casu Iudex suo arbitrio quam
velit, eligere potest, vt tradit Bald. *in cap. ne im-
triariis. num. 7. de constit.* & per Abb. *in cap. 1. nu. 15.
in fin. eod. tit.* Ias. *in l. post dotem nu.* 105. *post med.*
ibi, & esset quæstio in practica pro amico *ff. so-
lut. matr.* Ant. Mari. Cotal. *in suo tract. comm. opin.
lib. 2. tit. 9. casu* 31. *nu.* 172.

629 Et fuisse adhibitas diligentias probare ad
pensionarium spectat, cùm sit fundamentum
suæ intentionis, vt per Surd. *cons. 3. num. 39. lib. 1.*
& hinc est, quod Rota aliquando declarauit
fuisse adhibitas diligentias, & propterea suc-
cessorem teneri ad solutionem pensionum, &
* fuit dictum in illa Hispalen. pensionis 16. De-
cembris 1577. coram Illustrissimo Blanchetto
* *in calce operis decis.* 191. *num.* 4. Et in alia Hispa-
len. pensionis coram eodem 5. Martij 1582. *ibi-
* dem decis.* 192. *num.* 1. & coram Illustrissimo Al-
dobrandino post Clem. VIII. felic. recor. in v-
na Placentina pensionis 15. Iunij 1580. *ibidem de-
cis.* 193. *nu.* 1. aliquando etiam dixit non consta-
re de diligentiis.

Aliquando etiam nec fuit capta resolutio su-
per diligentiis, vt attestatur Cassa d. *decis. 4. nu. 3.
de loc.* & in d. decis. Hispalen. pensionis 23. Martij
* 1582. in princ. coram Illustrissimo. Blanchetto
in fine operis decis. 190.

630 Ex quibus patet quod secundum facti qua-
litatem, & circumstantias, & operationes pro-
ut Dominis de Rota magis iustum, congruum-
que visum fuit ita resoluerunt, & ideo eorum
iudicio iudicandum, relinquendum censeo,
prout dicitur de charitatiuo subsidio, quod
considerata qualitate loci, & quantitate reddi-
tuum, & aliis circumstantiis arbitrio Iudicis re-
linquitur quantum sit soluendum, vt per Me-
noch. *de arbitrio Iud. casu* 279. *num.* 4. Reliqua
verò quæ ad materiam pensionum spectant di-
cam *infra in 4. Inspect. cap.* 1.

631 Decimonono quærto an Saluianum pro Tri-
buto intentari possit, & de hoc non contingit
dubitari, quia pro eo datur tacita hypotheca,
text. *in l. Imperatores. ff. de publ. l. 2. C. sine cens.
vel reliq.* Rip. *in l. priuilegia, num. 45. ff. de priuil.
cred.* Neguf. *de pign. in d. 4. memb. 2. par. sub nu.* 127.
vers. sed quia. Aym. *cons.* 218. *sub num.* 6. Roman.
cons. 111. *sub num.* 1. cum aliis ibi in addit. & per
Aret. *in cons.* 105. quem refert Decian. *in cons* 37.
sub num. 14. *lib.* 2. vbi dicitur, quod pro Tributo,
632 & pensionibus agitur contra successorem, vt
expressè tradit Surd. *de alimen. tit. 8. priuil. 82. nu.*
2. latè per Boss. *in tit. de fisco. & eius priuil. num.*
26. vbi ampliat etiam in Communitate pro
collectis impositis, *& num.* 25. & præfertur Do-
633 minus aliis creditoribus etiam anterioribus,
vt per Rip. *in l. priuilegia, num. 45. ff. de priuil.
cred.*

634 Vigesimo quarto an Saluianum intentare
possit fiscus aduersus bona eorum, qui cum eo
contraxerunt, vel aliquid emerunt, & dicitur
quod sic; quia contra dicta bona tacitam ha-
bet hypothecam, *l. 2. C. de priuil. fisc.* Nam fiscus
semper habet ius pignoris, *l. aufertur. §. fiscus de
iur. fisc.* Neguf. *in d. 4. memb. 2. par. num.* 113. Rebuff.
in tract. de constit. reddit. gloss. 14. num. 22. Boss. *in
tit. de fisc. & eius priuil. num.* 26. Castren. *in l. si in-
te, num. 2. C. de priuil. fisc.* Rip. *in d. l. priuilegia,
num.* 46.

635 Hoc tamen limitandum est in minore in
hoc casu; nam si maior rem emerit à fisco, om-
nia illius bona sunt tacitè fisco pro dictæ rei
emptæ pretio obligata. Secus est in minore,
siquidem res tantùm empta remanet obligata,
alia verò bona non, vt per Ias. *in l. si constante, nu.*
203. *ff. solut. matr.* Neguf. *de pign. in 4. memb. 2. par.
num.* 113.

636 Et dicta tacita hypotheca quam habet fi-
scus præfertur omnibus aliis priuatis habenti-
bus anteriorem generalem, vel specialem in
bonis quæsitis per debitorem post contractam
637 obligationem cum fisco, de quo latiùs deduxi
supra *in hac 3. Inspect. cap. 2. num. 472. cum pluri-
bus seq.* vt per Neguf. *d. num. 113. in fin.* non tamen
præfertur aliis creditoribus ex contractu, vt per
Couar. *var. resol. cap. 16. sub num. 8. circa fin. lib. 1.* &
de communi attestatur Clar. *lib. 5. sent. §. fi. quæst.*
78. *vers. vidi quandoq. nu.* 31.

638 Secundo limita, quod fiscus non habet taci-
tam hypothecam, quando agit ex persona pri-
uati, in cuius locum successit, *l. fiscus de iur. fisc.*
Bart. *in l. aufertur, §. fiscus, in princip. ff. de iur. fisc.* &
idem Bart. & Bald. *in l. rescriptum, num. 1. ff. de
pact.*

639 Habet tamen tacitam hypothecam in bonis
administratorum suorum etiam in futuris, *l. cer-
tum. C. in quib. caus. pign. tac. contrah.* Boss. *in d. tit.
de fisc. & eius priuil. nu.* 32.

640 Et an habeat tacitam hypothecam in pœ-
nis, quæ ex maleficio fisco debentur distingue,
vt per Doct. omnes *in l. aufertur, §. fiscus, ff. de iur.
fisc.* & per Bart. Bald. Alexan. *in l. rescriptum. ff. de
pact.* Neguf. *de pign. in 4. memb. 2. par. num.* 115.
Boss. *in dict. tit. de fisc. & eius priuil.* Clar. *in lib. 5.
sent. §. fin. in fin. vers. sed hic incidenter,* sed Surd.
cons. 199. num. 9. volum. 2. tenet, quod fiscus in de-
lictis non habeat tacitam hypothecam, & pro
hac parte multa allegat. & latè etiam per Fari-
nac. *in prax. & theoric. crim. in tit. de delict. & pœn.
vlt. quæst. 25. de pœna confisc. bonorum, num. 193. &
seq.*

641 Vnde viso quod fiscus Saluianum experiri
possit, restat modo videre quando priuati
contra fiscum idem remedium intentare pos-
sint, & præmittendum est, quod, quando cre-
ditor habet bona delinquentis hypothecata,
642 quia hypotheca est ius reale, & ex ea acquiri-
tur ius in re, *l. cos. C. de pign.* Neguf. *de pign. 2.
memb. 5. par. num.* 36. Cephal. *cons. 397. num.* 87. qui
de communi attestatur. Senat. Pedem. *decis.* 156.
nu. 1. vbi similiter ex multis de communi atte-
statur, Gram. *decis. 58. nu.* 2. Afflict. *decis. 383. num. 3.*
& propterea sequitur rem illam, vt in iuribus
proximè allegatis.

643 Licèt talia bona confiscantur, semper dicta
bona remanent cum suo onere hypothecata,

&co-

& eodem modo in eum transeunt, vt tradit Imol. *in l. si de bitoris nu. 2. ff. de iudic.* Calcan. *cons. 66. numer. 5. in fin.* & de communi attestatur Alb. *in l. actione §. publicatione ff. pro socio* Clar. *in §. fin. lib. 5. quæst. 78. versi. item in fiscum*, & ipse fiscus tenetur ad onera hæreditaria, vt per Rip. *in l. ex facto numer. 5. ff. ad Trebel.* Calcan. *loco citato*, Roland. *consi. 31. num. 33. & seq. lib. 1.* Corn. *consi. 190. num. 4. lib. 1.* Anchar. *quæst. 25. nu. 14. & 5.* vbi dicitur quod loco hæredis habetur, & ideo Saluianum vigore dictæ hypothecæ contra eum experiri poterit.

644 Amplia modo hanc conclusionem, quod si delinquens bona diuersa in diuersis territorijs haberet, & creditores pro eorum credito agerent contra fiscum illius territorij, in quo debitum contractum est, non poterit idem fiscus dictos creditores ad alium fiscum alterius territorij remittere, vbi etiam alia ipsius bona confiscata sunt, vt creditum consequi possit, sed ipsi ex bonis in eius territorio confiscatis satisfieri debet, vt per Imol. *in l. ex facto sub numer. 16. ff. de hered. restituend.* & tradit Alex. *consil. 31. sub num. 8. lib. 1.* Castren. *consil. 209. sub num. 1. lib. 2.* Roland. *consi. 78. n. 15. vol. 2.* Anchar. *quæst. 25. sub nu. 5. lib. 2.*

645 Intellige modo quod dicitur fiscum teneri satisfacere creditoribus de bonis sui territorij procedere quo ad fauorem creditorum similiter sui territorij, aliàs de facili fraus fisco fieri posset, vt creditores omnes Rei condemnati agerent contra bona sita in alieno territorio, & illæsus remaneret alter fiscus, penes quem alia bona adessent, & ita tradit Clar. *in prax. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 78. vers. sed quæro.* vbi adducit Ang. *de malef. in verbo, et eius bona publicamus numer. 9.* vbi habetur quod eo casu contra bona alterius territorij agere posset, quando illa non essent sufficientia, & sic eodem casu Saluianum experiri poterit.

646 Hoc tamen limitari posset, quando creditor haberet electionem super quibus bonis agere vellet, vel adesset obligatio Cameralis, vt deduxi supra *in hac 3. Inspect. c. 3. n. 88.* & declarat Ancl. *d. q. 25. nu. 11.*

647 Secundo amplia, quod si fiscus in confiscatione bonorum delinquentis inter illius bona nomina debitorum reperiret, non posset dicta nomina debitorum pro rata quantitate in solutum creditoribus dare inuito creditore; quia

648 cum fiscus succedat in locum debitoris, & sicut creditor non potest nomina debitorum suo creditori assignare, vt declarat Anchar. *d. quæst. 25. num. 11. & 12.* & sic de alijs bonis confiscatis satisfieri debet, & super eis similiter Saluianum

649 experiri poterit, præsertim si generalem haberet hypothecam, & per Anchar. *loco citato cum ibi allegatis.*

650 Tertiò amplia, quod fiscus non solum tenetur ex expressa debitoris delinquentis hypotheca, & obligatione, sed etiam ex tacita, veluti ex causa legati, vel fideicommissi, & similia, in qui-

651 bus talibus datur tacita hypotheca, vt aliàs deductum fuit, quia succedit in bonis confiscatis tanquam hæres, & loco hæredis habetur, vt per Rip. *in l. ex facto nu. 4. & 5. ff. ad Trebell.* & per Clar. *in dict. §. final. q. 78. vers. an teneatur fiscus.* vbi de communi.

652 Limita tamen quod dictum est de legato, & fideicommisso procedere, quando fiscus bona delinquentis occupat tanquam confiscata, secus esset, quando capit bona tanquam vacātia, vt quādo nullus adesset hæres, ita declarat Rip. *d. l. ex facto n. 6.* & per Clar. *d. loco citato*, vbi etiam declaratur, quod fiscus teneatur in quantum vires hæreditariæ se extendunt.

653 Secundo limita, quod fiscus non habet bona delinquentis tacitè hypothecata intelligendo tamen iuxta subsequentem distinctionem; videlicet aut loquitur ante delictum commissum, & tunc certum est non habere in dictis bonis aliquam hypothecam, vt per Pic. *l. post contractum num. 4. ff. de donat.* & communem dicit Burr. *cons. 61. sub num. 3.* & idem firmat Clar. *in d. quæ. 78. vers. sed hic incidenter*, & per Farinac. *in d. prax. & theor. crim. de delict. & pœn. in tit. de pœna confiscationis bonorum quæst. 25. num. 190.* vbi latius de supradictis à *n. 169. cum pluribus seqq.* & hoc casu cessante hypotheca Saluianum similiter cessabit.

654 Verùm si fiscus rem familiarem prosequatur, veluti si agat pro damno sibi dato in prædio vrbano, seu rustico, tunc bona damnum dantis sunt tacitè pro damni emendatione hypothecata, vt per Alex. *in l. scriptum n. 8. & 9. ff. de pact.* & tradit Neguf. *de pign. in 2. memb. 4. par. numer. 116. vers. subdit tamen.* & sequitur Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 18. in fin.* quo casu Saluianum vigore hypothecæ experiri poterit.

655 Vigesimo primo quæro, an Saluianum experiri possit pro melioramentis seu refarcimentis in domo vel in alia re factis, vel si dederit pecuniam pro dictis melioramentis faciendis? Et quia de hac materia multa *in Inspect. 2. cap. 2. de except. num. 176. & seq. vers. sequitur.* deducta fuere, ideo in hac re breuius ero. & ad quæstionem affirmatiuè respondendum est, quia pro eis datur tacita hypotheca, vt est tex. *in l. 1.* & ibi glos. & Bart. & Castr. Ang. *in princ.* & communiter Doctores *ff. in qui. caus. pign. vel hypoth. tac. contra.* Negus. *in d. 4. memb. 2. pa. num. 162. vers. decimus sextus casus.* Rebuff. *in d. tract. de conpet. reddit. glos. 14. num. 12.* Alexand. *cons. 117. num 7. volu. 7.* Sanè. *in l. licet num. 1. C. qui pot. in pign. hab.* Rip. *in l. si ventri §. diuus per tot. de priuil. cred.* Ang. *in l. 1. C. si propt. pub. pens.* & indubitatum dicit Cæual. de communi contra communem *q. 744. n. 9.* & quādo pro eis datur retentio vide suprà *loco citato*, vbi plenè fuit expositum, & quod Saluianum detur super melioramentis vigore generalis hypothecæ dictum est supra *in hac 3. Inspect. c. 2. n. 51. & n. 83. vers. nono limita.*

656 Hanc autem conclusionem amplia procedere non solum pro melioramentis, & reparationibus in rebus vrbanis factis, sed etiam in rusticis, veluti in reparando, vel meliorando ædificium rusticum, stabulum, & similia, vt per Rip. *in l. 1. nu. 3. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contra.* Rebuff. *in d. tract. de conp. reddit. art. 1. gl. 8. n. 18.* reiecta opinione Decij contrarium sentiētis *in l. creditor. si cert. pet.*

657 Amplia etiam si pecunia esset mutuata pro alimentis, vel custodia animalium, vel pro alimentis naturæ, qui nanè conducebat, vt decla-

eat Bar. per illum tex. *in l. interdum num. 1. C. qui*
pot. in pign. hab. & per Alex. *in addit. ibi in littera*
B. vbi ampliat etiam pro expensis factis pro cu-
658 stodia alicuius Castri,& per Negus. *de pign. in 2.*
memb. 5. par. numer. 15. & latè per Surd. *de alim. tit.*
8. priuil. 51. vbi ampliat, quod hypotheca datur
vnicuiq. cui debentur alimenta, *& priuil. 62. nu-*
659 *mer. 12. & seq.* vbi dicit quod hypotheca datur
pro alimentis factis animalibus. Et quod pro
conseruatione rei detur hypotheca, tradit idem
Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 70. num. 10.* & per conse-
quens datur Saluianum Interdictum & latius
dicam *c. 5. nu. 5.*

660 Quod primo ampliatur etiam in prædone
qui impensas pro recolligendis fructibus fecit,
vt tradit Card. Man. *de tacit. & ambig. conuent. in*
d. lib. 11. tit. 23. num. 19.

661 Secundo ampliatur etiã in eo, qui pecunias
pro rerum conseruandarum causa crediderit,&
præfertur omnibus alijs creditoribus, vt per Bar.
in l. interdum num. 1. vbi Salic. & alij *ff. qui pot. in*
pign. hab. & per Dec. *consi. 109. num. 24. lib. 2. & seq.*
Mant. *d. tit. 23. sub n. 19.* & per Surd. *de alim. tit. 1. q.*
70. nu. 10.

662 Tertio amplia in colono, qui pro laborerijs
suis partem fructuum habere debet; nã & ipse
tacitam habet hypothecam pro dictis labore-
rijs super fructibus fundi, & bene declarat Se-
nat. Pedemont. *decisi. 82. sub nu. 4. & seq.* cuius vi-
gore posset super dictis fructibus Saluianum
experiri, quatenus esset impeditus, vltra quod
datur retentio, vt aliàs fuit deductum, & tradit
Senat. Pedemont. *in d. decis. 82. num. 5.*

663 Intellige tamen quod de melioramentis di-
ctum est, procedere infra dicendis concurren-
tibus. Primo quod meliorationes sint factæ in
ædificio extante, non autem si esset penitus di-
rutum, quia tunc diceretur de nouo facere, nõ
autem meliorare, vel resarcire. Secundo requi-
ritur, quod pecunia sit expresse ad hunc effectũ
mutuata. Tertio procedit quatenus tota pecu-
nia fuerit necessaria pro reparatione ædificij, a-
liàs habet locum solum pro rata necessaria, nec
etiam procedit in melioramentis voluntarijs,
de quibus fuit supra declaratum *in 2. Inspect. cap.*
2. de except. Quarto procedit in mutuante gra-
tis non autem sub vsuris, quia eo casu magis lu-
cri causa, quàm rei conseruandæ mutuata dice-
retur. Quinto declaratur procedere, vt præfera-
tur omnibus creditoribus anterioribus, nisi ta-
les sint, qui & ipsi habeant tacitam hypothe-
cam, & priuilegium inter personales actiones.
Sexto procedit in mutuante Christiano, nõ au-
tem hæretico, seu Hebræo. Septimo procedit
respectu tantum sortis principalis, non autem
respectu pœnæ contractui adiectæ, de quibus
omnibus, vide latè per Rip. *in d. l. 1. à numer. 6.*
vsque ad 20. in quibus caus. pignor. vel hypoth. tac.
contrah. & idem Rip. *in l. si ventri. §. si diuus*
de priuil. cred. & per Negus. *de pignor. in 2. memb.*
5. par. sub numer. 15. vers. item extenditur dicta fal-
lentia.

664 Sciendum tamen est, quod si debitor qui a-
liquam rem venditori hypothecauit, & super
aliqua fecerit melioramenta, illa etiam censen-
tur hypothecata, tex. est *in l. si fundus §. 2. ff. de pi-*
gn. tradit Ias. *in l. creditor la prima. numer. 6. ff. si*
cert. pet. Negus. *de pignor. in 4. memb. 5. par. num. 18.*
Castr. *in l. si conuenerit. §. si nuda in princip. ff. de pi-*
gn. act. & ideo super eis Saluianum experiri po-
terit.

665 Limitatur tamen, quando dicta melioramẽ-
ta à tertio essent constructa, quia eo casu non
essent creditori hypothecata, vt per Ias. Castre.
Negus. *locu proxime allegatu.*

666 Secundo limita, quando res meliorata pe-
reat, quia tunc cessat etiã hypotheca *l. 1. ff. quib.*
ex caus. pig. vel hypoth. sol. Rip. *in l. 1. ff. in quib. caus.*
pign. vel hypoth. contrah. & cessante hypotheca
cessat Saluianum, vt aliàs dictum est.

667 Verùm si domus meliorata, & postea diru-
ta, si iterum resarcitur, & ædificatur non reui-
uisceret hypotheca, & ideo cessaret Saluianum,
iux. doctrinam Ias. *in l. ius ciuile numer. 15. ff. de*
Iustitia & Iure. & melius per Rip. *in l. 1. sub nume.*
4. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. contrah. & per
Nauar. *de vsur. quæst. 25. numer. 118.* & ita fuit
dictum in vna Calaguritana census 28. Ianuarij
1602. coram Card. Seraphino, *vt in eius lib. decis.*
4. lib. 1.

668 Vigesimo secundo quæro, quod si tutor suo
nomine rem ex pecunia pupilli emerit, an pu-
pillus poterit Saluianum super dicta re inten-
tare pro consecutione suarum pecuniarum? &
dicitur, quod sic; quia illa res est tacitè pupillo
hypothecata, vt est text. & ibi glos. *in l. idemque.*
vbi Bar. *in princip. ff. qui pot. in pign. hab.* & per
Gallian. *in l. licet num. 2. C. eod. tit.* Ang. *in l. inter-*
dum nu. 4. ff. eod. Bald. *in l. si tutor num. 2. C. de seru.*
pign. dat. man. & ibi Salic. *num. 1.* Negus. *de pignor.*
in dict. 4. memb. 2. par. numer. 63. Rebuff. *de const.*
reddit. d. glos. 14. numer. 13. Rot. Ianuen. *decis. 127.*
669 *ante fin.* Quod procedit cum priuilegio ante-
rioritatis, & speciale est in pupillo, vt per Bar.
Negus. Rebuff. *in locu proximè allegat.* Rip. *in l.*
priuilegia n. 34. ff. de priuil. cred.

670 Et hoc casu erit electio pupilli, an velit illã
rem tanquam suam, vel recuperare suam pecu-
niam, vt per Negus. *in d. 4. memb. 2. par. n. 163. in fi.*
Rebuff. *loco citato.* tradit Bald. *in l. si tutor sub n. 1.*
C. de seru. pign. dat. man. & in dict. l. si vt proponis n.
3. C. de rei vend. & idem Rebuff. *in eodem tract. art.*
1. gl. 8. nu. 22.

671 Si verò res empta sit ab alio nõ tutore de pe-
cunia tamen pupilli, & eo casu bona illa sunt o-
bligata pupillo, & cessat electio, vt per Castr. *in*
d. l. interdum nu. 7. Bal. *in d. l. si tutor nu. 2. C. de seru.*
pign. dat. man. & in d. l. si vt proponis. Negus. *de pig.*
in d. 4. memb. 2. par. n. 163. in fi. Rebuff. *de const. redd.*
d. gl. 14. n. 13. in fi.

672 Et quando tutor esset socius pupilli, & eme-
ret proprio nomine rem aliquam, vel si esset ex-
traneus, quando efficiatur communis, dixi supra
in hac 3. Inspect. c. 3. in 8. q. n. 672.

673 Et hoc casu idem procedit, quando res est
empta ab administratore illius, cui bonorum
administratio interdicta est, nam non fit emen-
tis, sed illius, cui administratio interdicta est,
cuius erant pecuniæ, vt per Bar. Bald. *in d. l. si*
vt proponis. C. de rei vend. & idem Bald. *in d. l. si*
tutor. C. de seru. pign. dat. man. & per Soc. *reg. falle.*
343. num. 3.

674 Nam si quis mutuauerit pecuniam ad rem
emendã non aliter expresso, vel conuento, quod
dicta res sit ei hypothecata, & tũc habet hypo-
thecam cum priuilegio quo ad personalem,
tex.

tex.est *in l. quod quis*, vbi Bar. *sub num.* 1. & omnes Doct. *ff. de priuil. cred.* & per Alexand. qui communem dicit *in l. si cum dotem §. si. sub n. 5. ff. solut. matr.*

675 Si verò mutuauerit ad rem emendam cum expressa conuentione, quod dicta res esset pro mutuo hypothecata, & tūc habet hypothecam cum priuilegio anterioritatis. Et hanc eandem distinctionem tradit Bar. *in d. l. interdum sub nu.* 5. vbi Castr. *sub num. 6. ff. qui pot. in pign. hab.* Ang. *in d. l. licet num. 1. & 2.* & idem Bar. *in d. l. quod quis sub num. 1. ff. de priuil. cred.* & per Negul. *de pignor. in d. 4. memb. 2. par. num. 163. ante fin.* & per Rebuff. *de tract. de constit. reddit. art. 1. glos. 8. in fin.* Et latius deduxi supra *capit. 2. numer. 804. in 12.*

676 *limitatione*, vbi contrariam veriorem esse deducitur, nempe sufficere pecuniam fuisse datam ad rem aliquam emendam ad effectum anterioritatis.

677 Et similiter, quod supra dictum est fauore pupillorum circa rem emptam ex pecunia pupillari, idem amplia procedere fauore Ecclesiæ, vt per Bar. *in l. si, vt proponis num. 3.* Salic. *sub num. 2. in fin.* Bald. *num. 4.* Castr. *in fi. C. de seruo pign. dato. num.* & communem dicit Rip. *in l. 24. §. si quis cum tutor, num. 15. de priuil. cred. & in l. 1. num. 16. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. contrah. n. 19.* & quod ex implici contractu mutui sit inducta tacita hypotheca fauore Ecclesiæ, pupilli, & Ciuitatis tradit Bal. *in cap. Ecclesiam Sanctæ Mariæ nu. 4. vt lit. pend.*

678 Secundo amplia in muliere, vt per Bar. *in d. l. interdum sub num. 9.* & ibi Ang. *sub num. 4. in fi. C. qui pot. in pign. hab.* Salic. *in d. l. si inter*, & per Bal. *in d. l. si, vt proponis num. 5.* Salic. *num. 3.* Castr. *in fin.* Rip. *in d. l. 1. num. 21. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. contrah.*

Nec aduersatur quod aliqui teneant hoc in subsidium procedere, quando maritus non esset soluendo, vt tenet Soc. Sen. *cons. 67. nu. 1. lib. 2.* quia respondetur hanc esse veriorem, vt attestatur Bal. *in d. l. si, vt proponis sub num. 5.* & propterea sequendam esse.

679 Tertio amplia in pecunia militis, vt est tex. *in d. l. si, vt proponis.* vbi Bart. Bald. Ang. Salic. & & communiter Doct. *C. de rei vend.* Salic. *in l. licet sub num. 2. vers. oppono ad extra C. qui pot. in pign. hab.* latè Rip. *in d. l. 1. n. 19. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. contrah.* Negus. *in d. 4. memb. 2. par. num. 164.* Rebuff. *in d. tract. de const. reddit. art. 2. glos. 8. num. 23.*

680 Quarto amplia in militia empta ex pecunia mutuata ad illum effectum, quia illa militia dicitur tacitè hypothecata pro recuperatione illius pecuniæ, & præfertur illius creditoribus, vt est tex. *in l. fi. n. & in Authen. ibi: posita C. de pign. & priuil. Præl.* & ibi Salic. *in fin.* & per Rip. *in l. priuilegia nu. 33. ff. de priuil. cred.* & per Negus. *in d. 4. memb. 2. par. sub num. 164. vers. 19.* Rebuff. *in d. glos. 8. nu. 24.*

681 Hoc tamen limitatur in hypotheca dotis anterioris, vt per Bald. Nouell. *in l. 1. n. 150. secundum veterem impres. vers. decimotertio ff. solut. matr.* & sequitur Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 23. num. 9.* & hæc fuit opinio Negus. *de pign. in 4. memb. 2. par. sub num. 64. vers. decimus nonus casus.*

682 Vigesimo tertio Quæro an doctor, vel Medicus conductus à Communitate possit pro consecutione sui Salarij conuenti Salaianum contra ipsius Communitatis bona experiri, & dicitur, quod sic, quia pro dicto Salario bona Communitatis sunt tacitè hypothecata, vt per Rip. *in l. 1. nu. 139. solut. matr.* post Ang. *ibi nu. 12.* & per Rebuff. *de priuil. schol. priuil. 118. n. 2.*

683 Quod etiam in Salario famulorum locum vendicare dicendum est, cùm salario huiusmodi, sicut expensæ in rebus factæ ante omnia sint deducenda, vt per Tiraq. *de retract. lign. §. 15. glos. 1. num. 7.* Hip. Bonacoss. *de seru. & famul. quæst. 193.* * & declarauit Rota coram Illustrissimo Seraphino in vna Acheruntina fructuum Ven. 28. Aprilis 1581. *in eius lib. impress. dec. 514. nu. 2.* vbi dicitur quod salarium dicitur onus reale, & pro expensis datur hypotheca, *vt supra num. 658.* deductum est; & sic etiam pro salario Saluianum est concedendum, & comprobatur quia succes-
684 sor Prælati tenetur ad salarium aduocati eum defendentis. Abb. *in cap. ex præsentium num. 5. de pign.* & Put. *decis. 11. in fin. lib. 3.* Quod si solum personalis actio Aduocato competeret, morte extingueretur, & non sequeretur singularem successorem, *l. 1. § heres ad Trebell. l. fin. de contrah. empt. l. liberto ff. de annu. leg. l. eum qui. C. de act. & oblig.* Vnde tacitè bona esse hypothecata fatendum est.

685 Et hoc casu doctor pro suo Salario præfertur sicut dos, vt per Bal. *in l. 1. sub n. 8. vers. secundo collige ff. solut. matr.* nam causa studij, & dotis æquiparantur, vt per Bald. *loco citato.* & ibi latius per Ias. *n. 51.* & Soc. *n. 67.*

686 Vigesimo quarto quæro, An creditor, cui fuit data licentia ingrediendi possessionem fundi, vel domus propria auctoritate sine aliquo Iudicis decreto; Saluianum experiri possit pro consecutione sui crediti, & breuiter dicitur quod sic, quia per licentiam huiusmodi dicuntur hypothecata dicta bona, vt per Bald. *in l. 3. § fin. ff. qui pot. in pign. hab.* & per Alexand. *in addit. ad Bart. in d. § fin.* & per Negus. *de pign. in 1. mem. 3. part. sub num. 4. versi. finaliter.* Menoch. *de adipisc. poss. remed. 5. numer. 93.* Surd. *consil. 243. num. 11. lib. 2.* Caputaq. *decis. 68. lib. 2. in manuscript. in calce operis decisi. 194. numero 1. in fin.*

687 Et ampliatur etiam si fuerit dictum, quod creditor posset rem debitoris propria auctoritate vendere, vt per Bar. *in d. § fin.* Bald. *in l. creditor § post diuisionem ff. qui pot. in pign. l. al.* & idem Bald. *in l. creditores nu. 4. C. de pign.* Negus. *loco citato nu. 4.*

688 Secundo ampliatur procedere etiam in alio contractu quàm pignoris, vt post Bart. Ang. Salic. *in d. l. creditores.* tradit Negus. *d. 4. par. princip. num. 12.* & latius per Menoch. *de adipisc. poss. remed. 5. nu. 34.* & etiam procedere in quocunque contractu tradit Alex. *cons. 31. num. 1.* & per Gozzad. *cons. 95. nu. 3.* cum ibi alleg. per Ruin. *cons. 152. numer. 9. vers. 2. lib. 4.*

689 Tertio amplia procedere, & effectum sortiri etiam contra hæredem debitoris, vt declarat Bart. *in d. l. creditores num. 21.* & ibi Salic. *num. 23. & 24. C. de pign.* Bald. *cap. 1. num. 7. in fin. de pact. iure firman.* Negus. *de pign. in 4. par. princip. num. 17.*

Card. Mantica *de tacit. & ambigu. conuent. lib. 11. tit. 5. nu. 10.* Surd. *conf. 221. num. 28. lib. 2.*

690 Quarto amplia procedere etiam contra singularem successorem, vt per Bart. *in d. l. 3. num. 22.* vbi Salic. *num. 16.* qui post multas relatas opiniones, & argumenta hanc veriorem dicit, Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. num. 115.* vbi successiuè distinctionem adducit, quando agitur pro iure reali, & quando agitur pro iure personali.

691 Quinto amplia procedere etiam in hærede priuilegiato, vt in pupillo, & minore, vt per Bart. Salic. Neguf. & Card. Mant. *locis citatis*, tenet etiam Soc. iun. *conf. 125. num. 1. volum. 2.* quos sequitur Surd. *d. conf. 221. num. 44.* vbi procedere etiam contra Ecclesiam tradit, vt declarat Bart. *in l. si quis Curialis. C. de Episc. & Cleric.* reiecta opinione Inn. & bene per Bero. *conf. 150. nu. 6. & 36. lib. 1.*

692 Et ratio est, quia in iure reali succedens non priuilegiato, non gaudet priuilegio, ita per Bart. *in d. l. creditores sub nu. 21.* post Cin. per eum allegat. & sequitur Surd. *loco citato, num. 43.* vbi etiam ait, quod ex persona hæredis non immutatur qualitas obligationum.

693 Sexto amplia transire etiam ad hæredem creditoris, vt tradit Bald. *in d. cap. 1. vers. 7. in fin. de pact. iurt. firman.* Neguf. *in d. 4. par. princip. sub nu. 20. vers. nona conclusio*, & per Card. Mant. *loco citato. nu. 11.*

694 Septimo amplia tale pactum transire ad hæredem debitoris, vt per Card. Mant. *loco citato, num. 11.* & per Surd. *d. conf. 221. num. 27.*

695 Octauo amplia quod per appellationem non retardatur executio pacti huiusmodi de ingrediendo possessionem propria auctoritate, vt per Contard. *de moment. possess. lim. 14. sub num. 7.* licèt ipse dubitet; tamen hanc partem tenuit
* Rota coram R. P. D. Orano in vna Pisana domus Lunæ 19. Iunij 1589. *in calce operis decis. 195. num. 3.* & præcipuè procedit in his terminis Saluiani, in quibus non datur appellatio, vt deductum est *in fine in 4. Inspect. cap. 2.* & sic non impeditur executio dicti pacti, iuxta doctrinam
* Rolan. *conf. 77. nu. 20. lib. 2.* & per Rot. *in d. decis. Pisana domus, num. 4.*

696 Nono amplia procedere, & effectum sortiri contra singularem successorem, quando habet causam à debitore; secus si non habet causam ab eo, vt de magis communi attestatur Grat. *conf. 37. num. 10. & 15. lib. 2.* relecta contraria opinione, & ita post Cyn. Ruin. Bald. Specul. per eum allegat. tradit Neguf. *d. 4. par. princip. num. 20.* quos sequitur Card. Mant. *loco citato, num. 12.* vbi tamen hoc limitat, quando sciente & patiente eo, qui pactum & facultatem huiusmodi

697 concessit per plures annos possedit, iuxta doctrinam Corn. *conf. 27. nu. 12. in fine, & nu. 13. lib. 4.*

698 Decimo amplia quod qui talem dedit licentiam propria auctoritate ingrediendi possessionem creditori postea non reintegratur, vt per Paris. *conf. 5. nu. 27. lib. 4.* Ruin. *conf. 127. num. 5. vers. 5.* Rip. *in cap. sæpe num. 85. vers. secundo intellige de re iud.* & alios adducit Menoch. *de recuper. poss. remed. 9. n. 208.* & per Surd. *d. conf. 221. sub n. 22.*

699 In quibus omnibus casibus Saluianum experiri poterit vigore hypothecæ, quæ ex dicto pacto oritur, vt per Caputaquen. *decis. 68.* cum aliis supra in principio præsentis conclusionis allegatis.

700 Vndecimo amplia procedere etiam ante commissam moram, vel ante conditionis euentum, quando debitor est suspectus de fuga, vt per Bart. *in d. l. 3. nu. 27. C. de pign.* & sequitur Neguf. *in d. 4. par. princ. nu. 15.* per Ias. *in l. vnum ex. nu. 3. ff. si cert. pet. at.* Menoch. *de adipisc. poss. in d. 5. remed. num. 74.* qui ad Salic. contrarium sentientem respondet, & per Rom. *sing. 176.*

701 Quod tamen intellige, quando talis suspicio superuenerit, quod non erat tempore pacti, vt per Alex. *conf. 19. nu. 3. lib. 3.* Rum. *conf. 320. num. 3. vers. secundo, vt probetur.* Dec. *conf. 75. col. 1. ver. & ideo, & in addit. ad Rom. d. sing. 176.*

702 Duodecimo amplia quod vigore pacti huiusmodi potest creditor clam ingredi, & possessionem adipisci. Bart. *in dict. l. creditores. C. de pign.* vbi Salic. *sub num. 13. vers. sed tene. C. de pign.* Neguf. *in d. 4. par. princ. num. 13.* Ruin. *d. conf. 127. num. 5. lib. 5. & seq.* Mant. *loco citato, nu. 29.*

703 Decimo tertio amplia procedere, quando ex consuetudine, vel ex statuto creditori conceditur talis facultas ingrediendi possessionem propria auctoritate, vt per Alber. *in d. l. 3. num. 1.* latè per Mant. *loco citato, num. 94.* Nam talis consuetudo valet, vt per Aym. *conf. 4. nu. 12.* Im-

704 mo fortior est quàm pactum, quia consuetudo obtinet, vbi pactum obtinere non potest, Dec. *conf. 225. sub num. 1.* Mant. *loco citato*, & de hypotheca vigore statuti vel consuetudinis dixi supra *in princip. præsentis cap.*

705 Primo limitatur tale pactum non transire contra singularem successorem, quando ageretur de executione personali, vt de communi attestatur Gabr. *de acquir. possess. conclus.* 8. *num.* 2. *cum ibi allegat.*

706 Secundo limitatur tale pactum de ingrediendo possessionem propria auctoritate minimè exerceri posse, quando debitor resisteret, vt per Bart. *in d. l. creditores, num. 19.* vbi Salic *nu. 10. C. de pign.* quia iuris remediis agendum est,

707 *vt ibi.* Verùm, hoc loco videndum esset, quando ex iusta causa, vel, quando sine iusta causa debitor resistit, ita quod tale pactum exerceri posset, quod à Menoch. *d. 5. remed. num. 78.* diffusè traditum est, ideo videas per eum.

708 Quod tamen sublimitatur, quando vltra pactum debitor constituit se creditoris nomine possidere, nam tunc etiam contra resistentem possessorem exerceri potest, vt per Bart. *loco citato*, & ibi Salic. *nu. 11. vers. sed quid.* latè per Surd. *d. decis. 221. num. 37.* vbi adducit Tiraquell. *de contrahen. possess. par. 1. num. 37.* vbi alios cumulat, & tradit Neguf. *de pignor. in d. 4. part. princip. num. 20. vers. octaua conclusio*, quod limitatur, vt infra *num. 715.*

709 Intellige tamen tale pactum exerceri non posse contra tertium, vel quando fit resistentia ad effectum, vt quis licitè vtatur pacto, vt pars spolium prætendere non possit, sed non facit quin, si pars vtatur, & spoliet, non adipiscatur possessionem, vt per Salic. *in d. l. creditores nu. 11.*
* *& 12.* & declarauit Rota, vt per Card. Seraph. *decis. 492. num. 5.* vel quando possessio non esset vacans, vt infra dicam in 7. *limit.*

710 Tertio limita hoc idem procedere in causa caducitatis ob canonem nō solutum; nam tale pactum

pactum exerceri non potest per Dominum directum, quando caducitas non est date clara, vel negatur ab Emphyteuta, vel contra caducitatem vult excipere, vt per Specul. *de emphyt.* §. *nunc quæst. 48. num. 6. vers. cuder.* Corn. *consi.* 195. *numer. 3. vers. aut emphyteuta lib. 5.* Gabr. *consi.* 67. *num. 17. lib. 2.* Cagnum *l. si quis maior numero 31. C. de transact.* Menoch. *consi.* 503. *num. 3. & 4. lib. 5.* Afflic. *decis.* 97. *in fin.* & tenuit Rota coram Card. Pamphilio in vna Bononien. de Carnalibus 11. Iulij 1602. *in calce operis decisio.* 41. *numer.* 11. & in
711 quibus casibus tale pactum invalidum dicatur in casu deuolutionis vide per Menoch. *de adipisc. poss. d. rem. d. 5. num. 45. vsque 46.*

712 Quod præcipue procedit, quando vellet possessionem ingredi propter lineam finitam, vt per Peregr. *decis. 33. in fin. lib. 1.* quæ est impressa in Rota *diuers. decis. 30. par. 5. lib. 1.* quem fuit se-
* cuta Rota coram Card. Lancellotto in vna Romana domus, Ven. 5. Nouembris 1599. *in fine operis decis. 196. num. 5.* licet Peregr. *d. decisi. 33.* dicat aliter esse obseruandum, quando esset facta alienatio irrequisito Domino, vel caducitas eueniret ob non solutionem canonum trium annorum, tamen illud semper intellige, quando hoc esset clarum, vt supra deductum est, & hanc tandem distinctionem tenet Gastren. *in consi. 68. lib. 2.* Gabr. *consi. 78. in fin. lib. 1.* Menoch. *consi.* 403. *numer.* 14. & per Afflic. *decisi. 97. numer. 2.* & tenuit Rota, vt per eumdem Peregr. *decisi. 56. li. 2. num. 1.* impresso in Rot. *diuers. decis. 58. part. 3. lib. 1.* quos secuta est Rota coram Illu-
* strissimo Ludouisio in vna Mediolanen. bonorum seu emphyteusis 18. Aprilis 1605. *ibidem decis. 197. num. 7.*

713 Quarto limita, quod tale pactum exerceri non potest ante liquidationem negotij, vt per Bar. *in d. l. creditores num. 14.* Aret. *consi. 32. num. 1.* Gozzad. *consi. 95. n. 3.* Negus. *de pign. in d. 4. memb.*
* *princ. num. 26.* Card. Mant. *loco citato num. 13. vers. & hæc sententia,* & per Rotam d. decis. Bononien. de Carnalibus 11. vbi attestatur sæpe per Rot. fuisse ita resolutum, & firmat Menoch. *de adipis. poss. rem. d. 5. n. 47.* vbi successiue declarat, quando dicatur liquidum.

714 Verùm hæc limitatio sublimitatur, quando vltra pactum adest etiam constitutum, quia tunc non est necessaria liquidatio, & hanc opinionem multum extollit Surd. *d. cons. 221. sub num. 36.* & adducit Bald. *in l. 1. C. si mancip.* & tradit Aret. *cons. 21. numer. 5.* & latè per Ruin. *consil. 127. numer. 2. volum. 5.* & per Negus. *d. 4. memb. par. primæ, sub numer. 24. vers. tamen quidam,* & ad corroborationem, idem Surd. *loco citato* deducit, quod in simili videmus Vxorem mortuo Marito, stante dicto constituto posse propria auctoritate ingredi possessionem bonorum mariti nulla præmissa liquidatione dotis, & sequitur Gozzad. *consi. 28. num. 15. & cons. 42. n. 11.* & per Bero. *cons. 42. n. 26. & 31. lib. 3.* Natt. *cons. 378. n. 1. & 2.* qui loquitur contra tertium possessorem non citatum, vt per Tiraquell. *de constit. poss. par. 1. numer. 43.*

715 Verùm si constituens esset mortuus, vel si possessio ab alio esset interuersa, tunc tale pactum exerceri non potest, etiam si adesset constitutum, cùm nihil operatur, prout de communi attestatur Ias. *in l. 2. num. 117. C. de iur. emphyth.* & idem firmat Menoch. *de adipisc. poss. d. remed. 5. num. 45.* reiecta contraria opinione, & sequitur Honded. *consi. 18. numer. 50. lib. 2.* & alios quamplures adducit Aufrid. Peregnal. *de adipisc. poss. num. 43.*

716 Quinto limita, quando esset data licentia propria auctoritate ingrediendi possessionem sine aliqua Iudicis licentia, vt per Soc. Sen. *consi. 82. n. 7. lib. 3.* & per Negus. *de pign. in d. 4. par. princ. n. 22. & seq.* Surd. *d. cons. 221. n. 39.* qui omnes declarant procedere etiam si fuit data licentia ingrediendi absque liquidatione.

717 Sexto limita, quando creditor qui propria auctoritate possessionem ingredi poterat, nihilominus Iudicem adiuit, quo casu non potest relicto iudicio, possessionem vigore dicti pacti ingredi, vt declarat Bald. *in l. 3. num. 29. C. de seruit. & aqua,* quia postquam Iudex est aditus venit expectandus, & ita confirmat Dec. *consil. 146. num. 6. & consi. 460. num. 1.* Ias. *in l. 2. nume. 114. C. de iur. emphyt.* & per Card. Mant. qui alios allegat *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 5. sub numer. 19.* & tradit Negus. *de pign. d. 4. par. princip. nu. 25.* qui adducit Bald. idem affirmantem *in l. ede n. 13. C. de* Afflic. *decis. 326. sub num. 2.* & dicit Rota
* in d. Pisana Domus coram Orano *numer.* 2. & in omnibus supradictis casibus prædictarum
718 limitationum cessabit Saluianum, quia cessat potentia dicti pacti, & per consequens cessat etiam hypotheca.

719 Sublimitatur tamen, quando fuit aditus Iudex cum protestatione iuris ingrediendi possessionem propria auctoritate, præiudicare non intendebat, & ita limitat Ias. *in d. l. 2. sub num. 114. vers. istud tamen limita C. de iur. Emphyt.* & per Alex. *consi. 130. sub num. 17. lib. 4.* & per Dec. *consi. 460. numer. 7.* Negus. *in d. 4. par. princ. nu. 26.* & per Rotam in d. Pisana domus coram Orano *num. 2.*

720 Secundo sublimitatur, quando creditor adiuit Iudicem, vt concederet familiam tantum cum mandato de allociando, quia eo casu non dicitur renunciare tali pacto, iuxta doctrinam Alex. *d. consi. 130. sub num. 14. lib. 4.* & fuit sequuta Rota in d. Mediolanen. bonorum coram Illu-
* strissimo Ludouisio *in fine operis decisi. 197. num. 9.* Nam, & in his duobus casibus, quia virtus, & potentia dicti pacti firma remanet, Saluianum experiri poterit vigore hypothecæ ex eo resultante, vt *in principio præsentis quæstionis* deductum est.

721 Septimo limita, quod creditor volens pacto huiusmodi se iuuare, constare debet, quod fuit ingressus expresse vtendo dicta conuentione, vt tradit Negus. *d. 4. par. princip. num. 27.* ex doctrina Soc. Sen. *consi. 31. num. 4. vers. præterea cum non in plus lib. 1.* & hanc opinionem sequitur Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. d. lib. 11. tit. 5. numer. 19.* & per Menoch. *de adipisc. poss. d. remed. 5. numer. 169.* vbi rationes Negus. & aliorum deducit.

722 Quam quidem declarationem etiam post ingressum facere potest, vt per Negus. Card. Mant. & Menoch. *locis citatis.* vbi etiam dicitur, quod in dubio præsumitur virtute talis pacti possessionem accepisse, quia vbi aliquis præcedit titulus, & postea ingressus possessionis sequatur, præsumitur possessio vigore illius tituli

V 2

apprehensa, iuxta doctrinam Bar. *in l. 2. ff. de acqu. poss.* tamen bonum erit ad effugiendas difficultates ita declarare, vt docet Negul. *loco citato.*

723 Octauo limita, quando possessio bonorum non esset penes constituentem, sed penes alium nam tunc adest inhabilitas extremorum, & sic non erit locus retractioni, cùm extrema non sunt habilia, vt per Dec. *cons. 247. num. 4. & in l. contractus num. 27. vers. sexto limitatur de reg. iur.* Gozzad. *cons. 28. nu. 36.* Graт. *cons. 75. nu. 1. & 2. lib. 2.* & sequitur nouissimè Honded. *consi. 10. num. 67. lib. 2.*

Vnde viso qualiter, & quomodo vigore contractus, & pacti talis facultas propria auctoritate possessionem ingrediendi procedat, sequitur nunc videre, qualiter vigore testamenti, vel vltimæ voluntatis exequi possit. Nam si testator legatarijs, seu fideicommissarijs licentiam propria auctoritate ingrediendi possessionem suorum bonorum concesserit, tunc duplicem hypothecam tacitam eis competere apparere; siquidem altera est, quæ fideicommissarijs, & legatarijs competit, de qua supra *in 7. quæst. num. 186.* deductum est: altera verò quæ vigore dictæ licentiæ competit, vt supra expositum est. quorum vigore Saluianum experiri potetit.

724 Et Primo testatorem potuisse talem concedere licentiam, non videtur dubitandum, cùm de hoc est tex. *in l. Titia cum testamento §. Lucius de legat. 2.* vbi Bar. Bald. Imol. & omnes Doct. & tradit Bar. *in d. l. 3. num. 9.* vbi Bald. Salic. Ang. & alij per Negus. *de pign. in d. 4. par. princip. numero 12.* & multos deducit Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. num. 636. & d. remed. 5. numer. 31.* & latè per Achill. Persu. *de adipisc. poss. numer. 405.* Simon. de Pret. *de interpret. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 1. numer. 97. & seq.* exempla deducit, & alios multos cumulat Peregr. *de fideicom. art. 47.*
725 *numer. 41.* vbi declarat procedere tam in fideicommisso vniuersali, quàm particulari, & idem firmat Honded. *consi. 28. nume. 15. lib. 2.* vbi alios adducit, Menoch. *de adipisc. poss. remed. 2. numero 43. & 44. & remed. 5. numer. 31.* & per Tiraquell. *in tract. le mort saisit le vif. par. 7. declarat. 3. sub num. 1. in fine.* vbi ait hoc etiam procedere in testamento minus solemni, & sequitur Menoch. *d. remed. 5. num. 72.*

726 Amplia primo procedere non solum, quando expresse licentia concessa fuerit. sed etiam si tacitè, prout successiuè exempla deducimus, & tradit Rip. *in l. 1. num. 10. ff. quorum legat.* Simo. de Pret. *in d. dub. 1. num. 97.* Boer. *decisi. 156. numer. 17.* Michael Crass. *in d. § fideicommissum quæst. 47. num. 6.*

Secundo amplia procedere, quando testator vsus est verbis directis, quia eo casu dicitur concessa licentia propria auctoritate ingrediendi possessionem. vt declarat Bar. *in l. centurio nu. 43. de vulg. & pupill. substit.* Alex. *cons. 43. n. 5.* Mari. Angusl. *cons. 51. n. 19. cum seq.* Alciat. *cons. 43. nu. 7. & 18. lib. 5.* Honded. *d. cons. 28. nu. 16.* Simon. de Pret. *d. dub. 1. num. 112.*

727 Quod procedit etiam in casibus, in quibus substitutio, vti directa sustineri minimè possit sed vt obliqua tantum, cũ hoc casu satis sit voluntatem testatoris per illa verba declarari, vt possit propria auctoritate substitutus capere possessionem, vt post Ang. & Rub. *locis citatis* tradit Honded. *d. cons. 28. num. 17.*

728 Tertio amplia, quando fideicommissarius relictus est executor dispositorum in testamento *l. fistulas. § fundum.* vbi Doctor. *ff. de act. empt.* & post Bald. Salicet. & Ang. tradit Ias. *in l. non est dubium sub nu. 4. vers. secundo limita. C. de leg.* Dec. *consi. 243. num. 3. vers. sed in casu.* Menoch. *d. remed. 2. n. 47.* Simon. de Pret. *d. dub. 2. nu. 103.* & ad hunc effectum multos cumulat Pereg. *de fideicom. d. art. 47. n. 46.* Michael Crass. *in § fideicommissum q. 43. nu. 6.*

729 Et si plures relicti essent executores, tunc omnium consensus requiritur, vt per Vinc. Frác. *decis. 204. n. 25.* Michael Crass. *in § fideicommissum d. q. 43. sub n. 6.* & per Peregr. *d. art. 47. sub n. 46.* vbi declarat ita intelligendum esse, dummodo palàm, & bona fide faciat.

730 Quarto amplia, quando testator iussit legatarium non posse ab hærede molestari in re ei relicta, vt per Ias. *in l. non est dubium. sub n. 4. vers. sed redeundo. C. de leg.* Ang. *in l. hac si res. ff. de rei vend.* Guzzad *consi 91. n. 10.* Menoch. *d. remed. 5. de adipisc. possess. nu. 48.* & alios refert Peregr. *d. art. 47.* Simon de Pret. *d. dub. 1. nu. 105.* Boer. *decis. 156. num. 18.*

Verùm Pereg. *loco citato* contrarium sentire videtur, dum dicit talia verba solum operari, vt legatario molestia non inferatur; & adducit Roman. *sing. 89.* & Rip. *in d. l. nemo n. 63. de legat. 1.* quàm quidem dubitationè prius deduxit Menoch. *in dict. remed. 2. n. 50. & 51.* sed priorem sententiam firmat Alex. & Ias. *in d. l. nemo potest n. 34. & 40. de legat. 1.* & alios multos refert Peregr. *loco citato.* Ex quibus prior sententia magis communis videtur, & pro hac opinione faciunt tradita per Boer. *decis. 151. nu. 18.*

731 Quinto amplia, quando testator viuens ex alio titulo rẽ tradidisset legatario, Rip. *in l. 1. n. 5. ff. quorum legat.* & alios quamplures adducit Peregr. *d. art. 47. n. 44.*

732 Sexto amplia, quando testator voluit legatarium, vel fideicommissarium posse liberè habere & disponere de re legata, & ad eum liberè peruenire, vt per Ias. *in l. nemo potest n. 38. de leg. 1.* Rip. *in d. l. 1. num. 12. ff. quorum legat.* Menoc. *dict. remed. 2. n. 52.* Simon de Pret. *loco citato nu. 107.* & per Peregr. *dict. art. 47. num. 49.* vbi alios allegat. Crass. *in dict. § fideicommissum dict. quæst. 43. numero 7.*

733 Septimo amplia, quando iure institutionis fuit factum relictum in re certa, vt per Ias. *in d. l. non est dubium sub nu. 4. vers. tertio nota. C. de leg.* Alex. *in l. quoties sub n. 5. C. de hæred. instit.* Rub. Alex. *cons. 43. nu. 5.* Menoch. *de retinen. possess. remed. 1. num. 55.* Simon de Pret. *loco citato num. 108.* Tiraquell. *in tract. le mort saisit le vif. par. 2. declarat. 3. num. 13.* Bero. *consi. 142. num. 4. lib. 2.* & hanc opinionem tenet Achill. Pers. *de adipisc. poss. num. 231.* licèt loquatur in filio in re certa pro legitima instituto.

734 Octauo amplia, quádo testator dixerit, quod legatarius rem sibi legatam capiat, accipiat, vel percipiat, vt per Bat. *in l. centurio. n. 16. de vulg. & pupill.* & latius per Rip. *in d. l. 1 sub num. 11. ff. quorum legat.* cum alijs per Peregr. *in d. art. 47. n. 48.* relatis.

735 Nono amplia, quádo testator vsus est illis verbis,

bis,*cum omni iure,& actione eidem teſtatori compe- tenti*,vt per Simon.de Pret.*loco citato num.*109.& per Curt.Iun.*conſ.*127.*ſub num.* 3. *verſ.cum igitur*, & noviſſimè ſequitur Honded.*d.conſ.*18.*nu.* 24. *lib.*2.Peregr.*d.art.*47.*num.*52.

736 Decimo amplia, quando teſtator vſus eſt clauſula illa, *omni meliori modo, &c.* poſt factam ſubſtitutionem,quia dicitur eo caſu data licẽtia capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, vt per Grat.*conſ.*140.*nu.*50.*lib.*5.& per Curt. Iun. *in l.final.C.de edict.diu. Adr.toll.*Palet.*conſ.*140.*nu.*10.& per Honded.*d.conſ.*18.*num.*26. Verùm vide nonnullas declarationes per Peregr.*d.art.* 47.*n.* 55.*& ſeq.*

737 Vndecimo amplia,quando teſtator clauſulã precij,vel conſtituti in teſtamento poſuit,Tiraquell.*de conſtit.poſſ.par.*2.*ampliat.*23.*nu.* 45. & per Simon.Pret.*loco citato num.* 111. quibus adde Iaſ. *in d.l.nemo poteſt num.*35.

738 Duodecimo amplia,quando teſtator reliquit Vxorem vſufructuariam, Dominam, & maſſariam; nam ex illis verbis dicitur data poteſtas propria auctoritate capiendi poſſeſſionem, vt per Bart.*in Auth.hoc locum n.*8.*in l.Titia.* §. *Titia cum nuberet n.*12.*de legat.* 2.& poſt Bar. Ang. Alber.Decian.per eum allegat.tradit Pereg.*d.art.* 47.*n.*50.& per Menoch.*de adipiſc.poſſeſſ.d. remed.* 2.*nu.*50.

739 Intelligendo tamen quod quando adeſſent filij, quia tunc ſola alimenta habere debet, eo caſu dicta tantum alimenta propria auctoritate percipere debet,vt per Iaſ.*in d.l. nemo poteſt n.* 37.Peregr.*loco citato.*

740 Decimo tertio ampliatur, quando eſſet relictus vſuſfructus omnium bonorum eius vita durante alicui,& poſt mortem alter eſſet hæres inſtitutus poſt eius mortem; nam tunc legatarius poterit propria auctoritate legatum accipere, cùm non adiit hæres à quo petere poſſit, vt per Soc.Sen.*conſ.*131.*ſub numer.*8.*lib.*1.Menoch. *de adipiſc.poſſ.remed.*2.*num.*66.*&* 67.qui alios refert.

741 Decimo quarto amplia,quando teſtator expreſſe prohibuiſſet alienari rem,alias fideicommiſſo ſubiectam, & de iure communi alienari prohibitam,iuxt.text.*in Auth.res quæ,C.commun. de legat.*nam ſecuta alienatione prohibita à teſtatore,& in caſum contrauentionis, fideicommiſſatio vocato dicitur data licentia non inferendo vim alijs, propria auctoritate capiendi poſſeſſionem rei alienatæ contra dictam prohibitionem teſtatoris,& iuris ſimul, ſiquidem talis prohibitio,& fideicommiſſarij vocatio, manus iniectionem importare videtur, vt per gloſ. *in ſuo text. in verbo licentiam in Authen. vt de cet. commut.* & tradit Bald. *in capital.* 1. §. *hoc quoque numero* 9.*de ſucceſſ. feud.* & late per Bero. *conſil.* 91. *numero* 6. *& numero* 7.*lib.*2.vbi e-

742 tiam dicitur, quod quando eſt conceſſa manus iniectio,dicitur etiam conceſſa licentia propria auctoritate capiendi poſſeſſionem, *& ſub num.*19.

743 Decimo quinto amplia, quando ex ſtatuto, vel conſuetudine eſſet cõceſſa licentia propria auctoritate capiendi poſſeſſionem, vt per Rip. *in l.*1.*n.*19.*ff.quorum bonorum*,vbi declaratur valere tale ſtatutum,& conſuetudinem, & ſequitur Menoch.*de adipiſc.poſſeſſ.d.remed.*2.*n.*69.

744 Decimo ſexto amplia, quando teſtator grauatus per fideicommiſſum in rebus fideicommiſſarijs heredem fideicommiſſarium inſtituiſſet; quia tũc fideicommiſſarius poterit propria auctoritate capere poſſeſſionem,pro vt in facto obtinuiſſe atteſtatur Pereg.*de fideicommiſſ.d.art.* 47.*n.*53.*iuxt.deciſ.Auenion.*104.

745 Decimo ſeptimo amplia, quando teſtator expreſſè prohibitionem alienationis fecit,& in caſu contrauentionis fuit aliquis vocatus,tunc poterit talis vocatus propria auctoritate corporalem poſſeſſionem rei alienatæ capere, tradit Zanc.*in l.heredes mei.* §.*cum ita numer.*407.*ad Trebell.*& per Bero.*conſi.* 129. *numero* 15. *volumin.* 2.& per Petr.Ant.de Petr. *de fideicom. quæſtion.*3. *num.*30.

746 Decimo octauo amplia, quando inſtitutio reſolueretur in vim fideicommiſſi vniuerſalis, puta infirmata inſtitutione ex cauſa præteritionis,& reſolutum in cauſa fideicommiſſi propter clauſulam Codicillarem, Curt.Iun.*in d.l.fi.n.*47. *C.de edict.diu.Adr.toll.*Burſ.*conſ.*16.*n.*34.*&* 35.*lib.*2. *& ſeq.*Peregr.*loco citato.*

747 Verùm prædicta omnia, quæ de teſtatoris licentia capiendi poſſeſſionem propria auctoritate dicta ſunt,ita intelligas procedere,quando poſſeſſio eſſet vacans, vt per Iaſ. *conſi.* 196.*ſub num.*2.*verſi.nec dicatur lib.*4.Menoch. *d. remed.*2. *numer.*45.& per Peregr.*dict.articu.*47.*numero* 55. *cum ibi allegat.*quibus adde Bero. *d.conſi.* 91. *ſub num.*19.

748 Pro vt etiam dicitur de ſtatuto, ſeu conſuetudine permittente poſſeſſionem ingredi propria auctoritate, de quo dictum eſt *ſupra in* 15. *Ampliat.*nam intelligendum eſt ſimiliter,quando poſſeſſio eſſet vacans, vt poſt Corn. Dec. Zuccard.per eum allegat.tradit Pereg.*d.art.*47. *num.*57.

749 Secundo intellige,quando idem teſtator eadem bona per ſe ipſum non autem per interpoſitam perſonam poſſidebat,vt per Guid.Pap.*deciſ.*609.& Simon.de Pret. *de interpret. ultim. voluntat.lib.*3.*interpret.*2 *dub.*1.*n.*114.

750 Et in his ſupradictis caſibus, quid eſſet dicendum ſi fideicommiſſarius Iudicem adiuerit? & dic,& declara pro vt ſupra de licentia capiẽdi propria auctoritate inter contrahentes conceſſa eſſet,vt deductum eſt *ſupra in quinta Limitatione*, nam hoc caſu pari paſſu ambulant, vt declarat Simon de Pret.*loco citato numer.*116.117. *&* 118.

751 Ex quibus dicitur,quod ex dicta licẽtia propria auctoritate capiendi poſſeſſionem tacita oriatur hypotheca,vt ſupra *in principio præſentis quæſtionis* deductum eſt *n.*685.illius vigore in omnibus ſupradictis ampliationibus Saluianum experiri poterit iuxta tradita *in principio præſentis* 4.*capit.*

752 Vigeſimo quinto quæro, an Saluianum intentari poſſit contra eum qui ſcripturæ ſe ſubſcripſit,in qua bona ſubſcribentis erant obligata per alium? Et dicitur quod ſic, quia eo caſu dicitur inducta hypotheca,vt per Neguſ.*in d.*1. *memb.*3.*par.n.*6.

753 Et eſt ratio,quia ſubſcribens ſe tali ſcripturę dicitur eam approbare,vt eſt text *in l. ſi ergo.* §. *dotis de iur.dot.capit. ſi quis presbyterorum de rebus Eccleſ.non alien.* §.1.*Inſtit.de empt.& vend.* Alexan.

in tacita hypotheca.

42 *Instrumenta, & nomina debitorum non veniunt in generali expressa obligatione.*

43 *Ampliatur in generali obligatione bonorum tali loco existentium.*

44 *Et quid in legato, vel donatione, quando fuit apposita dictio vniuersalis* omnia bona quæcunque, &c.

45 *Hypotheca, & generalis obligatio non comprehendit Instrumenta, ex quorum vtilitati publicæ consulitur, veluti aratra, ligones, iumenta, & similia.*

46 *Extenditur in armatura militum, & in libris scholarium.*

47 *Inuecta, & illata in prædium conductum, licet aliena, tamen si bona fide possessa dicuntur tacite hypothecata.*

48 *Ampliatur in habente titulum, ita quod competeret Publiciana.*

49 *Bona inuecta, si essent aliena, ignorante domino rerum, non sunt hypothecata, nec tacite, nec expresse, & nu. 52.*

50 *Hypotheca generalis non comprehendit ea, quæ non sunt in dominio illius.*

51 *Nec per illationem in domo dicuntur tacite hypothecata.*

52 *Bona aliena inuecta sciente, & patiente domino, sunt tacite hypothecata.*

54 *Bona aliena inuecta sciente domino non sunt tacite hypothecata.*

55 *Taciturnitas domini scientis sua bona per alium inuecta, non nocet.*

56 *Lex conseruat ius domino.*

57 *Non tenetur quis respondere protestationi, cum sciat suum ius saluum fore.*

58 *Expressus consensus requiritur, vt pignus constituatur.*

59 *Taciturnitas in præiudicialibus, non inducit consensum.*

60 *Limitatur si longa, & diuturna taciturnitas.*

61 *Limitatur fauore Reipublicæ.*

62 *Limitatur fauore pupillorum.*

63 *Limitatur fauore Ecclesiæ.*

64 *Limitatur si cum taciturnitate aliquis actus interuenerit.*

65 *Consensus qui ex facto colligitur, non extenditur vltra limites facti.*

66 *Taciturnitas in iudicialibus nocet, & plus operatur quam in extraiudicialibus.*

67 *Præsens vocatus, si tacet, habetur pro consentiente.*

68 *Tacens in Collegio, vel vniuersitate congregata, habetur pro consentiente.*

69 *Limitatur in alienatione rei Ecclesiæ perpetua.*

70 *Filius præsens, & tacens in matrimonio contracto per patrem, censetur consentire.*

71 *Citatus ex statuto ad consentiendum, tacens, est ac si consentiat.*

72 *Limitatur si statutum pro forma requireret consensum.*

73 *Præsens & tacens si potest actum impedire, habetur pro consentiente.*

74 *Nemo præsumitur præiudicare suo iuri, & suum iactare.*

75 *Vasallus si alienat feudum sciente & patiente domino, non dicitur dominum consentire.*

76 *Præsens, & tacens fraudulenter, censetur consentire.*

77 *Vasallus alienans feudum sciente, & patiente domino ei præiudicat.*

78 *Tacens in sui præiudicium, non dicitur consentire.*

79 *Declara in magno præiuditio.*

80 *Tacens si agatur de suo commodo, censetur consentire.*

81 *Episcopus præsens non contradicens, censetur consentire in casu iurisdictionis.*

82 *Consensus probatur etiam per actum inualidum, & nullum.*

83 *Hypotheca tacita non inducitur in mercibus illatis in re conducta.*

84 *Ampliatur etiam si vltra merces adessent alia bona super quibus venit hypotheca.*

85 *Merces, & venalia non veniunt in legato mobilium domus.*

86 *Limitatur in legato facto filio, vel coniunctæ personæ.*

87 *Limitatur in legato facto cum dictione* omnium bonorum mobilium.

88 *Limitatur si in illa domo non extarent, nisi merces & venalia.*

89 *Mulier pro recuperatione dotis potest agere hypothecaria contra bona venalia mariti, & super illis cadit hypotheca.*

90 *Venalia veniunt in contractibus, non in legato.*

91 *Merces, & venalia veniunt in generali obligatione bonorum.*

92 *Ampliatur etiam in grege.*

93 *Hypotheca non inducitur pro pensione in venalibus in rusticum prædium illatis.*

94 *Bona non venalia in prædium rusticum illata, sunt tacite hypothecata pro pensione, si dominus scierit.*

95 *Hypotheca tacita non inducitur in venalibus illatis in prædium vrbanum per exercentem mercaturam.*

96 *Limitatur si mercator induxerit in re conducta, vt ibi negotietur, & exerceat.*

97 *Ampliatur procedere, etiam si alia bona non venalia non extarent.*

98 *Limitatur habere locum in mercibus, quæ reperiuntur tempore solutionis pensionis.*

99 *Hypothecaria non potest exerceri contra venalia illata in re conducta, & postea in alium translata tempore solutionis pensionis.*

100 *Venalia restricta ad certum locum, non veniunt in generali bonorum obligatione.*

101 *Venalia ante inclusionem, non censentur tacite hypothecata.*

102 *Inclusio, vt dicatur, debet fieri descriptio bonorum per Notarium.*

103 *Dominus censetur possidere inuecta per conductorem post illorum descriptionem.*

104 *Inclusio est descriptio bonorum.*

105 *Hypotheca expressa impedit alienationem, & alienata res transit cum suo onere.*

106 *Hypotheca tacita bonorum, quando illa sunt descripta, æquiparatur expressæ.*

107 *Creditor post inclusionem potest retinere bona descripta pro suo credito.*

108 *Creditor an possit retinere bona descripta pro alio credito.*

109 *Bona secundi conductoris, quæ à primo conductore conduxit, an sint hypothecata domino fundi.*

cta ad responsionem, vt passim hic Romæ fit. (quæ vulgo dicitur dare à risposta) veluti si fuerit conuentum dare rubra duo, vel tria pro quolibet. rubro terræ, vel si vinea, vel terrenum fuerit datum ad medium, vel fuerit conuentum dare tot corbas frumenti, vel tot barilia vini quolibet anno, vt est glos. *in §. item Seruiana in verbo quia Instit. de act.* licèt in contrarium teneat ibi Nicol. de Neap. & Specul. *de locat. in §. postquam vers. porro,* tamen opinio gloss. est communiter approbata, & eam sequitur ibi Angel. *num. 7.* & ex multis fundamentis eam tuetur ibi Ias. *num. 11. cum pluribus sequen.* & communem dicit Bellon. *in eodem §. item Seruiana num. 16.* & Gomes. *num. 9.* Mynsinger *numer. 8.* & etiam sequitur Bald. post Cin. *in l. certi iuris numer. 6.* vbi etiam Salic. *C. locat.* Ias. *in l. item quia sub numer. 2. vers. tertio limita. ff. de pact.* Negus. *de pignor. in 4. memb. 2. p. 4. sub numer. 138. vers. tertio amplia,* & per Roman. *singul. 236.* & hanc veriorem, & magis communem dicit Cardin. Man. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. titu. 14. sub num. 21.*

12 Octauo amplia procedere etiam si de domo conducta bona illata, & inuecta fuerint postea extracta, & ad alium locum delata, vt per Bald. *in l. certi iuris nu. 9. C. locat.* & per Ias. *in d. §. item Seruiana nu. 66.* Negus. *de pign. in 5. memb. 2. par. nu. 142. & seq.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 14. nu. 23.* quia cùm semel in obligatio-
13 ne inciderint, sine consensu Domini acquirentis auferre non potest.

Vnde sequitur, quod Saluianum Interdictũ in omnibus supradictis casibus experiri potest,
14 cùm detur vigore illius tacitæ hypothecæ, vt *in præcedenti cap. nu. 37.* deductum fuit per Salic. *in l. 1. sub num. 2. & 9. C. hoc ea tit.* & per Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. nu. 23. & seq.* & dixit Rota coram Illustrissimo Seraphino in vna Roman. Vineæ 2. Iunij 1598. *in eius lib. impress. decis. 78. nu. 2.* & in terminis nostris tradit Specul. *de locat. in §. postquam nu. 30.*

15 Limitatur primo quod in ista tacita hypotheca non veniunt, quæ non comprehenderentur in expressa generali hypotheca, vt vestes quotidianæ, lecti, & reliqua supellectilia, sine quibus non potest homo honestè, & commodè viuere, cùm non præsumatur quispiam in specie obligaturus *l. obligatione generali ff. de pign.* tradit Ang. *in d. §. item Seruiana sub num. 1. in fi.* & ibi Ias. *nu. 63.* qui multa ad hoc adducit. Zas. *nu. 22. vers. quinto inferas.* Faber *nu. 2.* & Io. de Blanasco *in d. §. item Seruiana ante fin.* Bar. *in d. l. certi iuris numer. 9. C. loc.* Negus. *de pignor. in 4. memb. 2. par. sub num. 151. vers. quinto limita.* Caroc. *de locat. in titul. de inuect. & illat. numer. 16. lib. 3.* Matthes. *singul. 136. num. 3* Guid. Pap. *singul. 188. numer. 4.* Calcan. *consi. 29. numer. 13.* Dec. *consi. 30. num. 2.* Boer. *decis. 104. sub num. 28.* Afflict. *decis. 184. in fin.* & ad hoc faciunt tradita *in 3. Inspect. cap. 2. num. 8. limit. 2.*

16 Hoc tamen sublimitatur, quando non adessent alia bona mobilia, & inuecta, quæ possent obligari, quia tunc obligata dicuntur, tradit Petr. Sanct. *sing. 35.* & Gomes. *in d. §. item Seruiana, num. 22. in fin.* Menoch. *d. remed. 3. num. 140. in fin.* & stante dicta hypotheca erit locus Saluiano.

17 Secundo limita, quod inuecta, & illata tam in prædium vrbanum, quàm in rusticum ita demum dicuntur tacitè hypothecata, si eo animo illata sunt, vt ibi perpetuo permaneant, scilicet donec locatio duret, non ad tempus, & ita intelligitur glos. *in d. §. item Seruiana, in vers. coloni, & glos. in l. debitor, vers. perpetuo. ff. de pign.* & expressè declarat glos. *in l. certi iuris, in vers. induxerit. C. locat.* & text. *in l. prædiis, ad fin. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah.* & ita declarat Zas. *in d. §. item Seruiana, num. 18.* & Ias. *nu. 40.* Gomes. *num. 19.* Petr. Plat. *num. 3.* Bellon. *num. 29.* Salic. *in d. l. certi iuris, in princ. vers. oppono. C. loc.* Ias. *in l. item quia, num. 16. ff. de pact.*

18 Quod tamen intelligendum est, si Dominus fundi rustici sciuerit illata esse, vt est glos. notabilis *in dict. §. item Seruiana, vers. coloni;* & ibi Docto. & latiùs inferiùs deducetur.

19 Contrariam verò sententiam, quod bona illata, & inuecta in fundum rusticum non dicantur tacitè hypothecata, & ita demum Domino fundi hypothecata censeri pro pensione eiusdem fundi, si id expressim inter locatorem, & conductorem fuerit conuentum, tenet Coras. *in d. §. item Seruiana, num. 5.* & ibi etiam Bero. *vers. & illud quæritur.* Conan. *lib. 4. comm. iur. ciuil. cap. 16. nu. 5.* & latè per Hug. Donnel. *de pign. cap. 4. quib. in caus. pign. tac. contrah. vers. sed quoniam, & vers. in summa;* & Balduin. *in eod. tract. de pign. cap. 6. de tac. hypoth. vers. sed, vt aliæ res,* quos sequitur Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. num. 36. & seq.*

Et præcitati Doctores, & præcipuè Balduin. Conan. & Menoch. *in locis citatis* pro hac parte adducunt text. *in l. eo iure, in princip. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tac. contrah.* vbi dicitur eo iure vtimur, & quæ in prædia vrbana inducta, & illata sunt pignori esse videntur, quasi id ta-
20 citè conuenerit: in rusticis contrarium obseruatur. Nam & per illa verba *in rusticis contrarium obseruatur,* intelligendum est, quod sola illatio, & inuectio non sufficit, sed necessaria sit expressa conuentio, & ita exponit Coras. *in d. §. item Seruiana, sub num. 5.* & Hugo Donnel. *in d. cap. 4. post med. vers. potius igitur,* & per Menoch. *loco citato, num. 37.* secundo deducunt text. *in l. in prædiis. ff. in quibus caus. pign. vel hypothec. tac. contrah.* ibi, dum dicitur fructus, qui ibi na-
21 scuntur intelliguntur pignori esse Domini fundi locati, etiam si nominatim id non conuenerint. Nam illa verba, *etiam si nominatim id non conuenerint,* præfati Doctores dicunt posita esse ad differentiam inter fructus in prædio natos, & bona in prædiis illata, & inuecta, scilicet, vt fructus intelligantur tacitè hypothecati: bona verò si nominatim id actum sit, & hoc idem firmare aiunt text. *in dict. l. item quia ibi,* dum dicit, & si nominatim nihil conuenerit, quæ ad differentiam prædij rustici posita sunt, vt etiam declarat glos. *ibi,* dum dicit, *cùm ideo in rusticis,* & hoc etiam probare asseritur *in l. si non inducta. C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tac. contrah.* per illa verba, *si non inducta, & illata in fundum,* quæ pignoris causa teneri placuerat, mancipia fuissent, nec hæc specialiter obligata monstrentur. Ex quib. verbis demonstrari dicitur, non solum pactum requiri per illud verbum *placuerat,* quod de expressa pactione intelligitur, verùm etiam

22 specialem obligationem, vt pensionis nomine mancipia illa pro fundi pensione obligata dicantur, & per text. in §. interdictum quoque Instit. de interd. ibi futuras pepigisset, & ita eum præcitatis aliis hanc partem tuetur Menoch. de adipisc. poss. d. remed. 3. n. 40. & 41. quam veriorem dicit, & ad l. 2. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. quam citat glos. in dict. §. item Seruiana.

23 respondet procedere in inquilino, non autem in colono per illa verba, & si deteriorem habitationem faceret culpa sua in inquilino inuecta, & illata pignori erunt obligata, respondet etiam ad tex. in l. certi iuris, C. locat. vbi declaratur, quod sola scientia sufficit, vt illata in fundum

24 censeantur hypothecata, non autem requiritur expressa conuentio, vtdum ipse Menoch. loco citato dicit, quod ibi scientia pro voluntate accipiēda est, prout Couar. Bato. Balduin. Donnel. etiam putarunt.

25 Verùm primam sententiam, quod bona illata, & inuecta in prædium rusticum, sint tacitè pro pensione fundi hypothecata, si Dominus sciuerit illata, sequendam esse censeo, quam magis receptam idem Menoch. loco citato sub num. 41. affirmat, etiam nulla existente expressa pactione, vt denuo de magis communi attestatur idem Menoch. in d. remed. 3. num. 34. & est glos. clara in d. §. item Seruiana in vers. coloni Instit. de act. & alia glos. in d. l. item quia in vers. in vrbanis, & per Ang. in d. §. item Seruiana, vbi Ias. num. 29. & Gomes. num. 13. & 30. Din. sub num. 11. Petr. Plat. sub numer. 17. & 18. in fin. Mynsing. num. 12. Zat. nu. 16. qui de communi attestatur, & per Ang. in d. d. l. item quia num. 4. & Ias. num. 14. qui ait ita omnes tenere vbique, & per Bart. in l. si non inducta, sub num. 3. vers. aut non inducitur. C. quib. caus. pign. tac. contrah. & per Bald. Salic. Ang. in l. certi iuris in princip. C. locat. Paul. de Castr. in l. 1. num. 5. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. & per Ias. in d. l. item quia n. m. 14. vbi etiam Ang. num. 4. ff. de pact. Negus. de pign. in dict. 4. membr. 2. part. num. 147.

26 Nec obstare dicitur, quod primo loco adducitur ex tex. in d. l. eo iure, ff. in quibus caus. pig. vel hypoth. tac. contrah. nam licet text. ibi dicat, quod in vrbanis per illationem bonorum tacitè pignus contrahatur, & in rusticis prædiis contrarium obseruatur, hoc ita intelligitur, quod contra obseruatur scilicet, quod in vrbanis, siue Dominus sciuerit, vel ignorauerit, tacita contrahitur, in rusticis tunc demum si dominus sciuerit, & hæc est declaratio glos. in d. l. eo iure in vers. obseruatur, & per glos. in ead. l. eo iure. §. fin. in vers. in multum. & tex. ibi, hoc ideo dixit ad constituendam differentiam inter prædium vrbanum, & prædium rusticum, & ita intellexit ibi Bart. & Bald. in princip. & per Castr. in d. l. 1. num. 5. vbi Ang. num. 4. ff. eo. tit. & per Salic. in d l. certi iuris sub num. 8. vers. secundo quia. C. locat. Et hanc differentiam deducunt omnes alij Doct. supra proximè allegati.

27 Nec etiam obstat tex. in d. l. prædiis, ff. in quibus causis pign. vel hypothec. tac. contrah. & tex. in d. l. item quia, ff. de pact. nam in dictis legibus dicitur etiam si nominatim id non conuenerit: quia illa verba non intelligenda sunt, vt etiam non nominatim non sint tacitè hypothecata, siquidem illud verbum nominatim positum est augmentatiuè, siue id nominatim conuenerit, siue non, & ita declarat illos tex. Ias. in d. l. item quia num. 5. de pact. & eodem pacto inducit text. in d. l. in prædiis, & ita tenet Ang. in d. l. in prædiis in princ.

28 Quod confirmatur ex illa dictione, etiam, quæ de sui natura auget dispositionem, & etiam extendit ad casum non expressum, vt per Archid. in cap. in illa de præ. en. 176. tradit Gemin. in cons. 125. num. 1. et Rimin. cons. 51. num. 19. lib. 2. Rimin. iun. cons. 146. num. 83. volum. 4. & dixit Rota coram R. P. D. Iusto in vna Gerunden. fructuum Lunæ 24. Maij 1599. in calce operis Ctriif. 198. num. 2. & coram R. P. D. Orano in Anconana pensionis Lunæ 17. Februarij 1597. in calce operis decis. 199. num. 8.

29 Præterea tex. in d. l. item quia loquitur de illatis in prædiis vrbanis, vt ex illius clatis verbis appatet, & tradunt ibi omnes Doct. & glos. ibi in verf. in vrbanis, declarat, quòd secus est in rusticis, nisi dominus sciuerit esse inducta, & sic probat, & confirmat hanc nostram opinionem, cùm dicat bona illata esse tacitè hypothecata si Dominus sciuerit.

30 Et text. in d. l. in prædiis in 1. part. loquitur in fructibus in eodem fundo collectis, qui siue Dominus sciuerit, vel ignorauerit, sunt pro dicto fundo hypothecati, vt declaratur in eadem l. in prædiis, & per glos. in d. §. item Seruiana, vbi Ias. numer. 36. Gomes. num. 16. Corras. num. 5. in fin. & idem Ias. in dict. l. item quia num. 15. ff. de pact. & per Negus. in dict. quarto memb. 2. par. num. 148. qui hanc veriorem, & tam in fructibus naturalibus, quam in fructibus industrialibus procedere affirmat, pro vt etiam tradit Ias. in d. l. item quia numer. 17. ff. de pact. Menoch. dict. remed. 3. numero 117. vbi multa pro hac parte deducit reiiciendo contraria.

31 Quod tamen intelligendum est quatenus extarent, nam si essent alienati, pretium illorum non veniret in ista tacita hypotheca, l. 1. vbi Bar. num. 2. C. de distr. pign. & l. Iul. quid debitor, in princ. ff. qua in fraud. cred. Ang. in l. si rem pretium, ff. de petit. hered. Tiraquell. de retract. ligna. §. 32. num. 20. Negus. de pignor. in 4. membr. 2. part. num. 149. & aliqua ad hanc materiam deducam in 4. Inspect. capit.

32 Minus etiam aduersatur text. in d. l. si non inducta, C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. dicitur enim in d. l. si non inducta, & illata in fundum, quæ pignoris causa teneri placuerat, mancipia fuissent, nec hæc specialiter obligata monstrentur.

Nam respondetur, quod per illud verbum placuerat, non est intelligendum, vt ex partium conuentione sit obligata, vt intellexit Menoch. loco citato, quia glos. in d. verbo placuerat, excludit, & tollit hanc intelligentiam, dum dicit

33 placuerat, scilicet locatori tantum, non autem conductori, ita quod pactum non præsupponitur, cùm sit duorum consensus, l. 1. de pact. secundo eadem glos. declarat, vel placuit, scilicet sapientibus si essent tamen inducta. Et ex ista secunda declaratione similiter tollitur, & excluditur intelligentia Menoch. Quæ quidem posterior declaratio magis cōuenire videtur, quia

34 illud verbū placet, impersonaliter positū in constitutione, ad legislatorem regulariter refertur,

vt

vt habetur in l.3.eodem tit.C.*in quib.caus.pign.vel hypoth.tac.contrah.* ibi, nulli prudétium placuit, *& in l.dari in fin.C.de legat.* ibi, adimpleuit, *& in l.placet nostræ clementia, C.de Epis. & cleric.* & alibi sæpissimè. Et in reliquis eandem dispositionem glos. *in d.verbo, placuerat*, confirmat Bart. *ibi in primo not.* & Bald. *in princip.* vbi dicunt quod pro pensione non sunt tacitè obligata bona, quæ non sunt in fundo, sed inuecta, & illata, vt ibi sint. Et eandem declarationem tradit ibi Ang. in illis verbis, *nec obligata monstrentur*, quæ intelligenda sunt, quod nisi probetur inuecta, & illata fuisse in fundo, nec locator possit ea retinere pro pensione fundi, & ita etiam intellexit Bart. *in d.l.si non inuecta in princ.*

35 Vnde qui pignus allegat, probare debet pignus tacitum, vel expressum contractum esse, vt declarat Bald. *in d.l.si non inducta num.2. vers. adductio.* & Ang. *nu.1.* Ex quibus clarè patet, tex. illum intelligendum esse, quod placuit Iurisconsulto bona conductori tunc demum tacitè obligata esse pro fundi pensione, si in eo fuerint inducta, & illata, & hoc si à locatore probatum fuerit.

36 Et hoc vltimum extenditur etiam in locatore prædij vrbani, quia tenetur probare, bona illa fuisse inuecta, & illata in domo, aliàs non potest ea retinere pro pensione tanquam tacitè obligata, vt per Bart. & Ang. *in locis proximè allegatis*, & per Neguſ. *in dict. quarto memb. 2. par. num.150.*

37 Nec aduersatur text. *in §. interdictum quoque Instit. de Interd.* ibi, futuras pepigisset, quia vt ait Menoch. pactum intelligitur de expresso eo modo, quo Menoch. inducit.

Verùm hæc obiectio tollitur per glos. *in dict. verbo pepigisset*, dum declarat, scilicet si tacitè pepigisset, iux. text. *in l.certi iuris, C.locat.* vbi dicitur, quod bona illata, & inuecta sunt tacitè pro pensione hypothecata. Vnde clarè colligitur, quod non est intelligendum de expressa pactione, cùm sit duorum consensus, iux. text. *in d.l.1.* vbi omnes Doctor. *ff.de pact.* sed intelligendum est de tacita, iux. tex. *in l.certi iuris. C.locat.*

Secundo respondetur, quod text. *in l.2. ff.in quib.caus.pign.vel hypoth.tac.contrah. & in d.l.certi iuris, & l.si non inducta*, expressè dicitur, quod ex
38 sola inductione, & illatione bonorum inducitur tacita hypotheca, prout declarat Salic. *in d. l.si non inducta in princip.* nec requiritur pactum expressum, & hoc idem habetur per glos. *in d.l. item quia, in vers. in vrbanis, ff.de pact.* & glos. clara *in d.§.item Seruiana, in vers. coloni*, vbi habetur, quod tacita hypotheca inducitur ex sola bonorum illatione, & inuectione, & data scientia domini, & hoc confirmant omnes Doctor. *n.34.* allegati.

Præterea respondetur, & tollitur omnis obstantia, quia si verum esset, quod expressum pactum requireretur, vt dicta bona in fundum inducta sint tacitè hypothecata, sequeretur annullatio tex. *in d.l.in prædiis, & d.l.si non inducta, & d.l.2.in quibus caus.pig.vel hypoth. tac. contrah.* & omnium aliarum glossarum supra inductarum, in quibus clarè disponitur, quod per illationem bonorum in fundum tacitè contrahitur hypothecata, & declarant ibi Bart. Salic. Ang. & omnes Doctor. immo sequeretur, quod non posset induci tacita hypotheca per illationem bonorum, quia si pactum expressum requireret, illa diceretur expressa hypotheca, & tacita hypotheca illa dicitur, quæ à lege, vel à
39 statuto, non aliter à partibus expressa, nec de ea aliqua mentio in conuentione à partibus facta sit, vt supra *num.5.* deductum est, & tradit Neguſ. *de pignor. in 4.memb.2.par.sub numer.1.* Ias. *in d.§.item Seruiana, numero 71.* & ibi Zas. *numero 25.* Bellon. *sub nu.9.vers. & dicitur Instit. de action.*

40 Et expressa illa dicitur, qua partium conuentione generaliter bona pignorantur, de qua loquitur tex. *in d.§.item Seruiana, & tot.tit.ff. & C.de pign.* & ita declarat Ias. *in d.§.item Seruiana num.70.* & ibi Bellon. *nu.32.vers. & ista est*, & per Neguſ. *de pignor. in 4.memb.1.par.sub n.1.* Ex quibus patet priorem sententiam veriorem, & ab ea non esse recedendum.

41 Tertio limitatur principalis conclusio in instrumentis, chirographis obligationum, seu nominibus debitorum, vt per Fabr. *in d.§.item Seruiana num.6.* Ias. *num.41.* vbi communem esse attestatur, reddens rationem, quia non eo animo inducuntur, vt ibi perpetuo maneant, sed ad tempus, scilicet donec creditum exigatur, & idem affirmat ibi Bellon. *num.30. vers. idem infertur*, qui de communi attestatur, & tradit Salic. *in d.l.certi iuris, numero 5.C.locat.* Neguſ. *de pign. in d.4.memb.numero 153.part.2. vers. octauo limita*, Menoch. *de adipisc.possess.remed.3.numero 143.* & nouissimè Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.11. tit.15. numero 35.* Contrarium tamen tenet Zas. *in dict.§.item Seruiana, numero 19.* & malè.

42 Et præcedens opinio comprobatur, quia nec veniunt in expressa generali obligatione omnium bonorum, minus ergo in tacita, vt bene deducit Menoch. *d.remed.3.numero 144.* vbi ait, quod nec in generali legato omnium bonorum in tali loco existentium comprehenduntur, per tex. *in l.Cains de leg.2.l.si mihi Meuia, §.vlt.de leg.3.* & tradit Gomes. *in d.§.item Seruiana sub numer.14. vers. nam talia.* Castr. *in l.1.sub numer.2.* & ibi Ias. *sub numer.1.vers. similiter.C.de verb.signi.* Corn. *consil.49.sub numer.6.lib.3.* Ruin. *consilio 155. sub numer.9.lib.3.* Soc.Sen. *consil.101. sub numer.quart. & 5.lib.5.* Rot. *diuers.decision. 546.numero quarto & quinto, par.1.* Sed quod dictum est nomina debitorum non venire in generali Bonorum obligatione, declara, vt supra *in hac tertia Inspection. capit.secundo, numero 195. cum pluribus sequentibus*, vbi quàm plures deducuntur ampliationes, & limitationes.

43 Prout nec veniunt in generali donatione facta bonorum in tali loco existentium, iuxt. doctrinam Bald. *in l.1.in princip.ff.de stat.homin.* Alex. *cons.31.nu.7.lib.1.* Dec. *cons.3.sub num.2.vers. nam per ista.* Ias. *cons.5.col.3.vers. stat ergo*, & alios refert Tiraquel. *in l.si vnquam in vers. bona nu.13.C.de reuocat.donat.* Et quod nec in dicto legato generali, nec in donatione prædicta comprehendantur ex infinitis tradit idem Tiraquel. *de retract.lign.§.1.glos.7.n.9.*

44 Et an veniant in legato, seu donatione, quando fuit apposita illa dictio vniuersalis, veluti *omnia bona*, seu cum illa dictione *quæcumque*, seu si prius disposuerit de aliquibus bonis in aliquo loco existentibus, & postea dixerit, cætera

autem bona vbique existentia, vide per eundem Tiraquell. *in dict. glos. 7. à num 20. vsque 30.* Vnde nec erit locus Saluiano, cùm cesset hypotheca.

45 Et eadem ratione supradicta ampliatur hæc limitatio in Instrumentis, cum quibus vtilitati publicæ consulitur, veluti aratra, ligones, iumenta, & similia, quia non veniunt in generali hypotheca & obligatione, Gomes. *in §. item Seruiana nu. 30. post med. Instit. de act.* cum aliis alleg. per Gabr. *de reg. iur. concl. 12. num. 31.* Quod procedit etiam si talia instrumenta agriculturæ essent in domo conducta, vt declarat Gomes. *loco*
46 *citato*, qui hanc ampliationem extendit in armatura militum, & in libris Scholarium.

47 Quarto limitatur in re aliena illata, & inuecta in prædium conductum, pro cuius clariori intelligentia distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando côductor rem alienam à se bona fide possessam in fundum intulit, & induxit, tunc dicitur tacitè hypotheccata, vt est glos. *in d. l. item quia in verb. illata, ff. de pact.* & per Ang. *in d. §. item Seruiana, nu. 3. Inst. de act.* Mynsing. *nu.* 15. & ibi Ias. *nu. 53. in fin.* Bald. *in d. l. certi iuris, n.* 10. C. *de pact.* Menoch. *d. remed. 3. n.* 108.

48 Quod ampliatur procedere, quando quis etiam haberet titulum ita quod competeret Publiciana, vt declarat *in l. si rem alienam, nu. 1. vers. responde ff. de pign. act.* & latius per Ias. *in d. l. item quia sub num.* 18. quia tunc potest etiam expresse obligare, vt declarat *ibidem* Ias. & hoc idem sentit Bellon. *in d. §. item Seruiana, num.* 19. dum dicit ad hoc, vt tacitè hypotheccatæ sint, requiratur quod inferens, vel inuehens possit expresse obligare, & *ibidem* Ias. *nu.* 56. si verò bona fide non possideret, & bona aliena inuehantur, & hoc casu distinguendum est, aut bona inuecta, & illata fuerunt ignorante Domino, aut sciente: si ignorante, tunc sine dubio non sunt hypo-
49 theccata, quia bona aliena obligari expressè non possunt, *l. neque pignus ff. de reg. iur.* Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de pign.* Bald. *in d. l. certi iuris, num. 10. C. locat.* Negus. *de pign. in d. 4. memb. 2. par. numero* 152. ita nec tacitè: & confirmatur ex doctrina Salic. & Alb. *in l. 3. in quibus caus. pign. vel hypoth. tac. con-*
50 *trah.* vbi dicitur quod ea quæ non sunt in dominio debitoris, non veniunt in generali obligatione, & hypothecatione illius quos secu-
* ta est Rota coram R. P. D. Iusto in vna Romana Casalis Capiceattæ Veneris 8. Februarij
51 1602. *in calce operis decision. 123. numero nono.* vnde per illationem in domn, nec dicuntur tacitè hypotheccata, vt per Bellon. & Ias. *supra citatos.*

52 Et ita concludunt omnes supra citati Docto. & per Caroc. *de locat. tit. de inuect. & illat. n.* 17. & similiter hoc casu non erit locus Saluiano non existente hypotheca.

53 Si verò sciente, & patiente Domino, & hoc casu duæ sunt contrariæ opiniones, vna est affirmatiua in glos. *in d. l. certi iuris in vers. nam ea quoque in fin.* & hoc sentit Bart. *in l. quæ dotis num. 22. solut. matr.* Alexand. *in l. item quia sub numer. 1. ff. de pact.* qui adducit Butr. *in l. si fine. C. ad Vell.* & tenet ibi Bald. *num.* 4. & idem Alexand. *in addit. ad Bald. in d. l. certi iuris in vers. tacita, & expressa.* tenet Ang. *in d. l. item quia sub num.* 4. & Iason *in d. §. item Seruiana sub num. 55. vers. & illa secunda opinio:* & hanc veriorem, & magis communem dicit Negus. *in d. 4. memb. 2. par. numer. 152. in fine.*

54 Altera est negatiua quam tenet Bald. *in dict. l. certi iuris sub num. 10. in fine*, vbi ait, quod silen-
55 tium ei non nocet nisi dolosè, & in fraudem taceat, & hoc idem firmat *ibi* Salic. qui hanc veriorem affirmat post Cyn. & Iacob. de Aren. per eum allegat. & idem Bald. *in dict. l. item quia sub nu. 1. vers. tertio quæritur*, vbi dicit, quod hęc est veritas, & hanc etiam communem dicit Ias. *in d. §. item Seruiana sub num.* 54. licèt ipse contrarium sentiat, & hanc partem negatiuam sequitur Ang. *in d. §. item Seruiana sub num.* 3. & latè ibidem per Gomes. *num.* 24. qui ad partes hanc quæstionem disputat, & tandem hanc partem defendit, & communem dicit, non solùm ea ratione quia taciturnitas sola non nocet, sed et-
56 iam quia lex conseruat ius suum, *l. sicut, §. non videtur, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu.* & adducit in simili Alexand. *in l. lecta sub numer. 17. ante fin. vers. & per hoc apparet ff. si cert. petat.* vbi
57 dicit, quod quis protestationi respondere non tenetur cùm scit ius suum saluum fore, pro quo adduco tex. *in l. sicut non videtur, ff. quibus modis pign. vel hypoth. solu. glos. in cap. imperiali in vers. permissionem de prohibit. feud. alien.* tradit Ruin. *consilio 161. numero 38. volumine primo.* Soc. Sen. *consilio 106. numero* 41. Surd. *consilio 45. numero 46. volumine primo.* Rip. *in l. admonendi numero 44. de iure iur.* Rot. *diuers. decis. 136. numero 5. par.* 1. & multa alia pro hac parte adducit, & ad con-
58 traria respondet concludens, quod requiritur expressus consensus ad hoc, vt pignus constituatur, per Dec. *in l. semper qui non prohibet num. 11. de regul. iur.* & hanc opinionem secutus est Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. numero* 10. qui ait falso Negus. *in dicto loco supra citato.* contrariam opinionem magis communem dixisse, & hanc ego veriorem existimo, quia in præiudi-
59 cialibus taciturnitas non inducit consensum, *l. procurator ff. rem ratam hab. l. qui vas §. veteras ff. de furt. glos. in cap. 15. qui tacet.* vbi Din. *de regul. iur.* & per Bart. & communiter Doctor. *in dict. l. quæ dotis.* vbi Ias. *numero 104. ff. solut. matr.* Alexand. *consil. 180. numero 4. lib. 7.* Soc. Sen. *cons. 46. num. 1. volum. 2.* Roman. *cons. cons. 311. numero 3.* Paris. *cons. 93. num. 46. volum.* 1. Cephal. *cons. 235. num.* 29. Natt. *cons. 131. num.* 4. Beto. *cons. 109. numer. 3. volum.* 1. Surd. *cons. 45. num. 45. lib.* 1. Bellon. *cons. 9. numero quarto.* Corsett. *sing. 381. num. 1.* & hanc communem dicit Surd. *decis. 99. num.* 3. Afflict. *decisio. 308. sub numer.* 4. Crescent. *decis. 17. alias 2. de disp. pend.*

60 Licèt hoc limitetur, quando adesset longa, & diuturna taciturnitas, & patientia, quia eo casu habetur pro expresso consensu, vt per Bal. *in d. l. si filius familias num. 1. & 21. C. de petit. hæred.* Ang. *in l. qui in aliena, in princip. C. eod. tit.* tradit Ias. *in d. l. quæ dotis num. 85. ff. solut. matrim.* & idem Ang. *in d. l. qui in aliena, num. 3. ff. de acquir. hæred.* Alexand. *in l. 2. §. voluntatem sub numer. 3. vers. hoc tamen limita solut. matrim.* Natt. *cons. 99. numero* 11. Ias. *cons. 176. numero 2. lib. 2.* Alexand. *consilio 94. sub numer. 6. libro septimo*, Ruin. *consilio 105. numer. 11. vers. si ergo lib. 1.* Put. *decis. 100. numero 7. par. 1.*

61 Secundo fallit fauore Reipublicæ, *l. 2. ff. ad municipal.*

nicipal.l.honores.§.fin.ff.de diuert.l.2.C.de fam.lib.& tradit Roman.*cons.31 .sub nu.3.vers.tamen hoc fallit.*& ibi per Mandos.*in addit.*vbi adducit Marsil.*in prax.crim.§.aggredior,nu.62.* latè per Felin. *in cap. nonne nu.16.de præs.impt.*Ias.*in d.l.qua dotu num.82.*

62 Tertio fallit fauore pupillorum,*l.causa ostendimus,§.fi.ff.de fid instru m.*vbi Bart.*in prin.*Rom. *cons.311.sub num.3.in p.*latè per Felin.*in d.cap.nonne.num.7.*Ias.*in d.l.qua dotis.n.81.*

63 Quarto fallit fauore Ecclesiæ, siue cultus diuini.*vt in cap seruus 7.dist.*Bald.*in l.iubemus,§.seruos sanè,nu.2.C.de Epis.& Cler.*Ias. *in d.l.qua dotis, nu.84.*vbi etiam fauore libertatis procedere affirmat.& tradit Abb.*in d.cap. nonne sub nu.1.in fi.* Felin.*sub nu.15.*Rom.*cons.311.sub nu.3.*

64 Quinto fallit, quando vltra taciturnitatem aliquis actus positiuus interuenerit,velati recipiendo Instrumentum, vel scripturam, vt per Ias.*in d.l.qua dotis num.90.*Rip.*in dict.cap.cum M.Ferrariensis num.131.de constit.*Abb.*in d.cap.nonne, sub num.1.vers.item fallit, & num.4.* vbi Felin. *numer.10.de præsump.*Dec.*cons.267.numer.3.*Soc.Sen. *cons.291.numero 13.volumin.2.* Paris. *consil.66. numero 90.*Gozaad.*consi.98.numero 6.*Aymon *cons.111.numero 5.*Natt.*cons.131.numer.4.*Senat.Pedem. *decis.132.num.1010.* Caputaq. *decis.81. numero 4. part.3. in impress.* & nouissimè Surd. *decision.32. num.11.*

65 Hoc tamen intellige. quod consensus, qui ex facto colligitur non extenditur vltra limites facti,*cap.dilecto de appell.*Put.*decis.358.num.7. par.2.* scilicet, vbi sumus in eodem facto connexo, vt per Put.*ibidem.*

66 Sexto fallit in iudicialibus, quia plus operatur taciturnitas in iudicialibus quàm in extraiudicialibus,vt latè per Rip.*in d.cap.cum M.Ferrariensis num.134.de constit.*Felin. *in d.cap. nonne, sub num.12.vers.& per istam regulam.* Ias.*in l.patre furioso,num.27.ff de his qui sunt sui, vel alien iur. & in d.l.quæ dotis num.77.*Contard.*de mom.possess. limit.13.num.5.* quod tamen restringitur, quo ad illum actum tantum, nam quo ad alios bene poterit contradicere, glos. *in Clem.sæpe,in verb. partibus in fin.de verb.signif.* Ias. *in dict.l.qua dotis, num.108.*

67 Septimo fallit vbicunque aliquis vocatur, vt consentiat,vel contradicat,quia si postea est in actu præsens, & tacet habetur pro consentiente,vt post Innoc.*in c.vestra de loc.*tenet ibi Abb. *in fi.*& tradit Felin.*in d c.nonne nu.18.*& per Ias. *in d.l.qua dotis nu.87.ff.sol.matre*

68 Et per hoc infert Felin. *loco citato*, quod si Collegium vel Vniuersitas congregatur, vt singuli consentiant, vel dissentiant, qui tacet habetur pro consentiente,& sequitur Ias.*in d.l.qua dotis num.89.*& Abb.*in cap.1.sub nu.13. vers. & hoc tamen,de his quæ à maiori parte Cap.*Caputaq. *decis.81.num.1.par 3.in impress.* quod limitatur in a-
69 lienatione rei Ecclesiæ perpetua,quia requiritur expressus consensus, vt per Felin. *loco citato*, & per Archid.*in cap.Sacerdotes 16. quæst.3. & cap. in exceptione 12.quæst.2.*& Io.Andr,*in regul.15.qui tacet de reg.iur.in 6.* secus si esset alienatio temporalis.

70 Octauo fallit fauore matrimonijs nam si pater concludit matrimonium præsente filio, & non contradicente inducitur consensus, & per Abb.*in d.cap. nonne,sub nu.1.*vbi latè per Felin.*nu.8.de præsumpt.*

71 Nono fallit si statutum disponat,quod citatis talibus contractus fieri debeat, tunc eorum contumacia, & taciturnitas operatur consensum,secundum Ang.*in l.1.§.Marcellus nu.3.ff.si cui plus quàm per l.Falc.*Ias.*in d.l.qua dotis n.69.& 88.* Felin.*in d.c. nonne, num.18.*

72 Quod tamen limita, quando Statutum pro forma requirit consensum alicuius, quia tunc non sufficit taciturnitas, sed expressus consensus requiritur,Bart.*in d.l.2. §.voluntatem in 2.notab.ff.solut.matr.* latè per Felin. *in d.cap. nonne,sub numer.5.vers.per istam regulam.*Ias.*in d.l.qua dotis, num. 103.ff.solut.matr.* veluti si statutum requirat consensum propinquorum in celebratione instrumenti, nam tunc tacitus consensus non sufficit,vt per Bald.*in l.fi.sub num.1.vers.6. C.ad Macedon.*& per Dec.*in l.semper qui non prohibet num. 17.de regul.iur.* & idem Bald. *in l.si vxorem tuam nu.3.& 5. C. de cond.insert.* & per Ias. *in l.licet sub numer.decim.vers.nono limita, C.d.de procurat.* & idem Ias. *in dict. l. qua dotis sub numer.39.ff solut. matr.*

73 Decimo limita,quando præsens,& tacens potuit actum impedire,*l.sæpe vers.sciemtibus de reg. iur.glos.in l.fideiussor.§.patet.in vers.manifestum ad fi.ff.de pig.*Ias.*in d.l qua dotis num.75.* & per Alex. *cons.131.num.5.lib.2* & communem dicit Cassan. *in consuet.Burgund.Rubr.3.§.8.versicul.las consentement numero octauo,* & idem firmat Cæual. *de commun. contra communem, quæstione 202. sub numer.9.*qui loquitur in terminis tacitæ hypothecæ.

74 Contrarium tamen tenet Felin.*in d.cap. nonne 12.de præsumpt.*plures adducens rationes: Primo, quia tacens in dubio non præsumitur consentire, cùm non præsumatur quis velle præiudicare iuri suo,& iactare suum, *l. cum de indebito de probat. cap. super hoc de renunciat.* & pro hac
75 parte adducit quod si Vasallus alienat feudum Domino sciente, & tacente, quod non ideo dicitur consentire, Bald. *in cap.1. in vers.absque ipsorum præmissa de prohibit.feud.alien.*& hanc partem tenet etiam Abb. *in dict. capit. nonne sub numer.prim.post med. versicul. puto, quod si constaret.*

76 Et ad contraria respondet Felin. procedere, quando fraudulenter quis taceret,& animo decipiendi,quia tunc dicitur consentire non contradicendo, *l.2.Cod.si res alien.pig. dat.sue.* & ita Abb.*loco proximè citato,*Ias.*in d.l.qua dotis numer. 80.* sed contra rationem adductam per Felin. quod alienatio facta per Vasallum præsente domino,& tacente quod ei præiudicat, est ma-
77 gis communis opinio,vt attestatur Ias.*in consil. 227.col.6.vers.sexto facit volum.2. per glos.in capit. 1.in vers.præmissa de prohibit.feud. alie. per Lottar.* ibi Iset.Iac. Aluar.& Mart.*in Laud.*& ibi Bald.*n. 4.*licèt Bald.nihil firmet.

78 Ego autem quidquid sit in hoc articulo, an alienatio facta præsente Domino, & tacente ei præiudicet, dico quod in aliis casibus ad sui præiudicium, & damnum tacens non dicitur consentire,vt ex infinitis supra *numer.59. & seq.* deductum fuit: & vltra eos tradit Innoc. *cap. in Genesi in 1.colum. vers.collario de elect.* Abb. *in d.ca. nonne sub nu.1.vers.si verò agitur.*Felin. *in cap.cum*

omnes,num.11.circa fin.in verf.eft verum de conftit. Alexand conf.180.num.4.lib.7. Dec.in conf.98.fub num.3. Surd. conf.45.numero 45. volum.1.Decian. conf.117.numero 64.Corfett.fingul.38. in princip. & præfertim in cafu,& ad effectum de quo agitur, tradit Menoch. de adipifcen.poffeff. remed.3. numero 10.

79 Quod intelligendum eft de magno præiudicio,fecus fi de modico ageretur, vt per Iaf.in d.l.qua dotis num.83.& 104. Parif.conf.93.num.46. vol.1.Io.de Amic.conf.76.nu.8. Natt. conf.98.nu.9. lib.1.Soc.Sen.conf.61.nu.6.verf.fed in hu vol.3 Soc. Iun.conf.56.n.23.lib.1.Cephal.conf.133.n. 126.Surd. decif.302.nu.1.

80 Si verò agitur de commodo, & de appetibili,tunc tacens præfumitur confentire, l.fi remunerandi §.fi paffus l.qui patitur ff.mand. vt per Abb.in d.cap.nonne fub numer.1.in fin.& ibi Felin. num.19.de præfumpt.Dec.in reg.femper fub num.2. de reg.iur.& per Bart.in l.quo enim n.1.ff. rem rat. hab.Iaf.in d.l.qua dotis nu.70.Rom.fing.597. Ioseph.Lud.decif.9 nu.2.Surd.decif.99.n.3.& 301.nu. 3.Put.decif.109.in fin.lib.1.

81 Vndecimo limita in prærogatione iurifdictionis, veluti ſi Clericus compareret coram Iudice non fuo præfente Epifcopo, & non contradicente, tunc videtur confentire Epifcopus, vt ex multis tradit Iaf.in d.l. qua dotis, numero 77.

82 Duodecimo intellige; quod confenfus probatur etiam per actum inualidum, & nullum, vt per Iaf.conf 227. col.antepenult.verf.decimo fexto facit lib.2.ex doctrina Bart.in l.in teftamento n. 2.ff.de fideicom lib.

Modo redeundo ad materiam noftram fuper tacita hypotheca,quæ per illationem bonorum in re conducta inducitur.

83 Limitatur quarto in mercibus venalibus, verùm in hoc articulo variæ funt Doctorum opiniones.Prima eft negatiua Ang.in d.§ item Seruiana ante num.1.Inftit.de act.& hanc partem tenet Bald.in d.l.certi iuris nu.9. verf.quid de mercibus C.locat.Crot.in l.fi conftante in 1.lect.num.96.ff. folut.matr. Negul.de pign.in 4.memb.2.par.nu.153. & Iaf.in d §.item Seruiana. nu.48. qui multa pro hac parte deducit,quod tamen ipfe intelligit,fi ante tempus debitæ penfionis, hoc eft antequam ad penfionem locator agi poffet talia bona inuexerit: fecus fi de eo tempore non inuchantur, vel inuecta non reperiantur, & eiufdem opinionis fuit Gomef. in d.§.item Seruiana, num.19.dicens, quod propter earum celerem,& frequentem motum non cenfentur eo animo inductæ,vt ibi perpetuo fint, fcilicet donec locatio durauerit,& ideo non dicuntur tacitè hypothecaræ,& adducit Soc.in reg.192. & per tex. in l.generalis §. vxori de vfufruct.leg. Quod procedere ait fi vltra illa bona venalia alia adefsēt

84 bona in quibus tacita hypotheca fuftineri poffet: aliàs illa etiam venalia dicuntur hypothecata, ita quod præfupponit quod adfint alia bona,quæ afcendant ad valorem penfionis debitæ,& pro hac fua limitatione adducit text. in l.pediculum,§. item cum quæreretur de auro, & argento legat.iuncta gloſ.ibi in verb. non videtur. vbi hoc expreffe dicitur, & adducitur Iaf. in l. qui Romæ,§.Callimachus num.5.ff.de verb.oblig. fed Iaf. tenet contrarium,&dicit,quod magis communis opinio eft, quod in legato generali veniat argentum venale.

Verùm ego eifdem rationibus contra d.Iaf. pro hac parte negatiua contrarium deduco fundamentum, nempe quod in legato mobilium

85 domus non veniunt merces, & venalia, iuxta diftinctionem, quæ habetur in l.fi corus §.1.de leg.3.& l.fi fundum eo.tit.& eft text. in l generali §. vxori de vfufruct.leg. vbi Bart.num.4.& per Bald. in Rubr.num.4.C.de verb.fign. Gomef. in d.§.item Seruiana,n.19.& Iaf.in l.1.n. vbi Caftr. C.de verb. fig.Roman.fing.437. Alexan.conf.30.num. 16.lib.5. Corn.conf.99.n.9.lib.3.Rot.diuerf.decif.331. num.2. verf.bene ferui par.1.

86 Licet hoc limitetur,quando legatum effet factum filio,vel coniunctæ perfonæ, vt per Put.d. decif.20.nu.5.

87 Secundo limitatur,quando legatum effet factum cum dictione vniuerfali, veluti fi dixerit, omnia bona mobilia quoquo modo, vel qualitercumque,& fimilia exiftentia in tali loco, vt per Bart. in d.l.generali §.vxori in fi. Iaf.in d.l.1.num.1.in fin. vbi Caftr. num.3.C.de verb.fign. Alexan.d.conf.30. num.16.verf.tamen fallit lib.5. Afflict. d.decif.106. fub num.6.

88 Tertio limitatur, quando in ea domo non adeffent alia bona præter venalia, quia tunc conftaret de mente teftatoris de illis intellexiffe,vt probat text.in l.fundum, qui locatum ff. de fund. inftru.& in l.pediculo §. item cum quæreretur, vbi Bart. num.1.ff.de aur.& arg.leg.& per Iaf. in d.l.1. fub nu.2.verf.limita.vbi Caftr.fub nu.2. C. de verb. fignif.

Contrariam verò affirmatiuam,& veriorem fententiam tenet Bart.in l.fi conftante nu.73 ff.fol.

89 matr. vbi dicit, quod mulier pro fua dote agit hypothecaria pro recuperatione fuæ dotis,contra bona mariti,etiam fi fint merces venales,& fic declarat,quod vigore tacitæ hypothecæ,quæ competit pro dote agere poffit contra bona venalia,quæ fub tacita hypotheca comprehenduntur,& hoc etiam tenet Bal.in rubr.C.de verb.

90 fign.num.4. vbi dicit quod in legato generali non veniunt res venales:fecus tamen eft in contractibus in quibus veniunt tam venalia, quàm non venalia,& hoc idem firmat Alexan. in d.l.fi conftante num.27.verf.in contrarium tamen ff.folut. matr.& per Gomef.in d.§.item Seruiana, num 28. qui de communi atteftatur,licèt paulo ante dicat procedere,quando non adfunt alia bona,in quibus tacita hypotheca fuftineri poffit, & in hanc affirmatiuam fententiam venit Zaf.in d.§. item Seruiana,num.21. & Myning. numero 16.per text.in l.eum tabernam ff.de pign. dicentes quod licèt dicta bona non eo animo inducantur in domo,vt ibi perpetuo ftare debeant,fcilicet donec locatio durauerit, fed vt vendantur, tamen in eorum loco alia fubrogantur, & hæc tacita hypotheca non quidem in fpecie, & particulariter quoad indiuidua,fed in genere,& vniuerfali, quia licet aliqua vendantur, alia tamen fubrogantur,& prædicta confirmantur, quia in

91 generali obligatione omnium bonorum in contractu deducta veniunt merces venales eadem ratione fuperius deducta, quia aliquibus venditis, alia in eorum locum fubrogantur, vt Salicet. in dict. leg. vbi adhuc, numero duodecimo, vbi Doctores Cod. de iur.dot. & per Bart.

in l.

in l. si constante num. 73. ff. solut. matr. Ias. *in l. qui Romæ §. Callimachus nu. 5. de verb. oblig. & in d. §. item Seruiana num. 49.* Rip. *in l. 1. num. 8. ff. de pign.* Calcan. *cons. 15. num. 16.* Paris. *cons. 69. num. 4. lib. 4.* Gomes. *in d. §. item Seruiana num. 22.* Pioell. *in Rubr. C. de bon. mater. part. 2. numer. 46. in fin.* Io. Crot. *in d. l. si constante in 2. Lect. numer. 203.* & de magis communi attestatur Couar. *var. resolut. lib. 2. capit. 5. numero 2.* & hanc partem tenuit Rota coram R.P.D. Giptio in vna Romana pecudum 24. Aprilis 1598. *in calce operis decis. 125. numero 1.* & in eadem coram Illustrissimo Millino 24. Maij 1600. *ibidem decis. 126. numero 2. & 3. & seq.* vbi hanc veriorem, & magis receptam attestatur reiecta Bald. Roman. & Alber. opinione contrarium sentientium: ac insuper Saluianum concedendum esse declaratur, vt in d. decis. Romana pecudum coram Illustrissimo Millino *in princ.*

92 Quod ampliatur etiam in grege, ex supra alleg. vt declarauit Rot. in d. decis. coram Illustrissimo Millino *num. 4.* & in d. decis. coram Giptio *per totam.* Ita quod si in domo, seu apotheca semper merces reponuntur, & illæ dicuntur tacitè hypothecatæ, scilicet quæ tempore obligationis conuentæ pensionis in domo, seu apotheca repetiuntur, vt per Zas. & Mynsing. *locis citatis.* Salic. *in d. l. vbi adhuc num. 12.*

Tertia fuit opinio Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 3. nu. 126. & seq.* qui fœdere distinctionis has Doctorum dissensiones ad concordiam reducit, plures reducendo casus.

93 Primus est, quando bona venalia in rusticum prædium inferuntur, vel inuehuntur, & hoc casu non inducitur tacita hypotheca pro pensione, quia non eo animo inducta fuerunt, vt ibi perpetuo, hoc est, durante locatione essent, nec earum causa conductum est dictum prædium rusticum. iuxta *l. debitor, de pign.* sed potius ibi reposita, & accommodata, donec alibi exportarentur, & in suum locum inueherentur, & propterea nulla contrahitur hypotheca.

94 Alia verò bona non venalia in prædium rusticum inducta, ita demum sunt tacitè pro pensione hypothecata, si dominus sciuerit esse inuecta, & illata, aliàs non, vt est gl. *in d. §. item Seruiana in verb. solom.* & latè supra *num. 54.* deductum est, & per Ias. *in d. glos. num. 29.* & de communi attestatur ibi Gomes. *sub num. 20.* qui multa adducit, & ibi Petr. Plat. *num. 17.* & latè per Zas. *num. 26.* qui similiter hunc articulum diffuse examinat. & per Negus. *in d. 4. memb. 2. par. nu. 145. & 147.* & tradit Ias. *in dict. l. item quia num. 14. ff. de pact.* vbi Ang. *num. 4.* Bald. Salicet. & omnes Doctor. *in l. certi iuris in princip. C. loc.* Bart. *in l. si non inducta num. 3. vers. & hæc lex. C. in quibus caus. pign. vel hypot. tac. contrah.* vbi Salic. Bald. & omnes Doct. licet contrarium sit, quando essent illata in prædium vrbanum, vt per Zas. & Negus. *in locis proxime allegatis*, & hæc est differentia inter inuecta, & illata in prædium vrbanum, & prædium rusticum, vt in *dict. gloss. in §. item Seruiana in vers. coloni. l. certi iuris. Codic. loc.* & declarat Petr. Plat. *dict. §. item Seruiana numero decimo septimo*, & Negus. Ias. *in locis proxime alleg.*

95 Secundus est casus, quando res venales in prædium vrbanum, id est in domum, seu ciuitatem, seu oppidum conductum ab eo, qui aliquam exercet mercaturam inuehuntur, & inducuntur, non vt in ea negocietur, sed solùm, vt in ea inhabitet, & nacta occasione dicta bona distrahat, vel alio conducat, & transportet, & similiter hoc casu nullam esse inductam tacitam hypothecam dicitur, cùm non fuerint in eam domum conducta, vt ibi durante locatione permanerent, *d. l. si debitor*, nec ad eam causam domus conducta fuit, nec ibi venalia inferuntur, vt ibi permanerent, sed animo aliò transferendi, & transportandi, iuxt. text. *in l. ex facto ff. de hæred. instit.* & hæc fuit opinio Conan. *libro 4. comment. iur. ciuil. capit. 16. numero octauo.* & hoc casu procedere ait primam opinionem negatiuam.

96 Tertium adducit casum, quando conductor, seu mercator, qui aliquam negociationem exercet, prædium vrbanum ad illum effectum conducit, vt ibi mercaturam exerceat, & bona venalia conducat, & vendat, & negocietur. Et hoc casu tacitam esse hypothecam inductam dicitur pro pensione illius domus, seu apothecæ cùm ad illum effectum conducta sit. Et ita distinxit Conan. *d. cap. 16. num. 8.* vbi etiam dicit, quod idem est si mercator horrea, seu magazena conducit, & ibi venalia deponit, quæ in alias regiones mittit: & hoc casu procedit alia affirmatiua sententia supra relata, quod bona venalia tacitè sunt pro pensione domus hypothecata. Et si bene hoc aduertatur, hoc idem senserant nonnulli præcitati Doctores in eo loco, dum dicebant, quod licèt dicta bona venderentur, tamen alia in eorum loco subrogabantur, intelligendo, quod ad illum effectum erat domus conducta, vt ibi negociaretur. Et ita intelligendus est tex. *in d. l. cum tabernam*, secundum Menoch. *eo loco citato, num. 126.* vbi declarat quæ sint horrea, & magazzena.

97 Et hæc conclusio ampliatur etiam si alia bona non venalia in eadem domo, horreo, seu magazzeno inuehantur, vt per Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. nu. 131. vers. quod fortius.*

98 Quod tamen limita procedere solum in mercibus, quæ tempore solutionis pensionis inuectæ, & inductæ reperiuntur, & hæc fuit doctr. Zas. *in d. §. item Seruiana num. 19. vers. quapropter*, & per Mynsing. *ibid. num. 16.* vt supra in vers. fuit deductum; & est singularis limitatio ad *l. cum tabernam.* Negus. *de pign. in 2. memb. 2. par. num. 23.* Salic. *in d. l. vbi adhuc num. 12. C. de iur. dot.*

Ex qua limitatione oritur, quod si talia bona venalia in alium translata, & vendita fuerint ante tempus debitæ solutionis pensionis,
99 ita quod apud debitorem eo tempore non reperiantur, nulla contra ea potest exerceri hypothecaria, vt declarat Ias. *in d. §. item Seruiana sub num. 51. vers. & omissa*, & ibi latè per Gomes. *num. 26.* & per Zas. *num. 28.* qui adducunt text. *in l. ea differentia, ff. in quibus caus. pign. tac. contrah.* & per Bellon. *ibidem num. 34. vers. transeunte sine onere.* & per Bart. *in d. l. si constante num. 73.* vbi omnes Doct. *solut. matrim.* & per Bald. *per illam l. in l. cum tabernam circa med. ff. de pignor.* Couarr. *var. resolut. libro secundo cap. 5. sub numer. 2.* & per Menoch. *loco citato, numero 131. in fine.* Bald. *in l. vbi adhuc numero decimonono C. de iur. dot.* Rip. *in l. 1. numero 8. vers. intelligas ff. de pignor.* Negus. de

pignor.in 2.memb.2.par.nu.23.& per Put.decis.297.
nu.2.lib.2. Et declarauit Rota coram Illustrissi-
* mo Millino in d.Romana pecudum in fine ope-
ris decis.126.nu.5.versi.non obstat. & in eadem co-
* ram Giptio, ibidem decis 125.num.3.in alia Roma-
* na pecuniaria coram fel.recor.Clem.VIII. tunc
temporis Rotæ Aud.sub die 9.Iunij 1573.in calce
operis decis.205. num.1.& 2. Vnde hoc casu præ-
sens remedium experiri non poterit, cùm non
adsit hypotheca.
100 Hoc tamen limitatur in generali obligatio-
ne omnium bonorum, restricta ad certum lo-
cum, quia tunc non veniunt bona venalia: nam
propter eorum celerem motum non dicuntur
esse in loco, vt ibi perpetuo sint, l.cum tabernam,
vbi Bald.ff.de pign.& idem Bald.in d.l.certi iuris,
numer.9.C.loc.Bart.in l.generaliter,§.vxori,ff.de vsu-
fruct.leg. Negus.de pignor.in 2.memb.2.par.numer.
14.Rip.in d.l.1. sub num.9.vers.tertio intellige, ff.de
pig.Couar.var.resolut.dict.cap.5.numer.2.& per
* Rot. in d. decis. Romana pecudum coram Gi-
ptio,num.1.
101 Secundo limitatur procedere ante inclusio-
nem factam de dictis bonis à locatore, vt per
Ias.in d.§. item Seruiana sub num.51.vers.ea enim,&
Zas.ibi,num.28.vbi declarat qualiter dicatur fie-
ri inclusio, scilicet, quod per locatorem fiat de-
102 scriptio omnium bonorum mobilium per
Notarium, de quo conficiat Instrumentum
publicum, vt per Ias.ibidem numero 31. & tunc sic
inclusa nexu expressi pignoris tenentur, nec
possunt alienari in fraudem pignoris; per text.
in d.l.ex differentia. Et hoc idem firmat ibidem
Gomes.numero 26.& Bellon.Zas.& Menoch. lo-
cis citatis, Ang.in l.item quia,num.2.ff.de pact.Ne-
gus.de pign.in 4.memb.2.par.num.131. & si aliena-
rentur, transirent cum suo onere, vt per Ias.in §.
item Seruiana, numero 78.versic.& aduerte. Instit.
de act.
103 Et est ratio, quia postquam res inuectæ in-
clusæ, id est, descriptæ sunt, tunc dominus fundi
intelligitur eas possidere, quod non intellige-
batur, antequam includerentur, vt per Bellon.
in d.§.item Seruiana num.36.in fin.Instit.de act. &
ibi Ias sub numer.8.& per Bart. in l.solutum, §.so-
lutam num.5.ff de pign.act.Castr.in l.inquilino, nu-
mero 3.ff.de damn.infect.& ita declarat Zas. in d.§.
item Seruiana sub numer.28.vers.& qua potest, vbi
dicit, quod hunc mirabilem effectum operatur
inclusio in materia possessoria, quod est menti
104 tenendum, vt ibi declarat, quod inclusio ni-
hil aliud est, quàm descriptio bonorum, per tex.
in l.cum domini horreorum,ff.loc.& hoc idem dicit
Bellon.in dict. §.item Seruiana numero 36. in fine,
Negus.in dict.4.memb.2.par. numero 131. Ias. in l.i-
tem quia, numero 2.ff.de pact. & sic erit locus Sal-
uiano.
Et hæc est vna ex differentiis inter specia-
lem, & expressam obligationem pignoris, & ta-
citam, & generalem hypothecam à lege indu-
ctam, vt per Gomes. in d.§. item Seruiana numero
26.vers.& ideo, & ibi Zas. num.28. quia expressa
105 hypotheca impedit alienationem, & si alie-
natur transit cum illo onere: secus in ista tacita
quando bona non sunt descripta, & etiam de-
clarat ibidem Ias.sub numer.51.vers.ea enim,& per
Gomes.ibidem sub num.26. dicens, quod eo casu
106 inclusio speciali hypothecæ æquiparatur, Ias.
in d.l.item quia num.2.de pact. Vnde stante dicta
hypotheca erit locus Saluiano.
107 Immo in hoc casu post factam inclusionem
potest creditor bona retinere pro suo credito,
vt post Fabr.in d.§.item Seruiana, num.8. tradit
ibi Ias.sub num.80.in fi.Bellon.n.38. Zas. sub nu.28.
vers.quia ea tradit. Castr. in d.l.inquilino in fin.de
damn.infect.
108 Et an possint retineri pro alio debito, vide
per Negus.in d.4.memb.2.par num.129. & per Ias.
in d.§.item Seruiana num.22. & deduxi infra in 4.
Inspect.cap.1.num 222.
109 Et si primus conductor secundo conductori
sublocaret, an illius bona essent pro pensione
domus domino hypothecata, distingue: quod
aut quis conduxit ad certam pensionem do-
mum à primo conductore, & eo casu illius bo-
na sunt tacitè hypothecata primo locatori pro
pensione conuenta, & poterit dominus hoc re-
medium aduersus dicta bona experiri: aut verò
gratis à primo conductore habitationem ha-
buit, & eo casu non erunt bona illius hypothe-
cata, & ita declarat Negus. in d.4.memb.2. par.n.
135.& per Ias.in d.§.item Seruiana num.34.Bellon.
num.17.& latè ibi per Gomes.num.15.qui multas
adducit distinctiones, & per Bart.& Doct. in d.
l.solutum.§.solutam post princ.C.de pig. & Menoc.
d.remed.3.num.96.& seq.& rationes vide ibi per
eos.
110 Nam si conductor secundus non totam do-
mum, sed partem à primo conductore condu-
xit, tunc pro illa rata tantum tenetur, & illa hy-
pothecata dicuntur, & iste secundus condu-
ctor dicitur particeps, primi contractus con-
ductionis, & obligationis quoque particeps
est, & ob eam tenetur quatenus ad eum perti-
net, & pro ea tantum parte, quam ipse subcon-
duxit, tenetur quasi à Domino conduxisse, &
contraxisse videtur, & ita declarat Menoch. de
adipisc.possess.remed.3.nu.99.in fine, vbi ait, ita in-
telligendum esse tex.in l.solutum. §.solutam, ff de
pign.act. vbi dicitur inuecta à secundo condu-
ctore obligari in eam tantum summam, quam
habitationem conduxit, non vniuersam, quasi
cum Domino ædium videtur conuenisse, vt
pro ea summa pensionis teneretur, pro qua
summa habitaret. Et hanc opinionem prius te-
nuit Negus.de pignor.in 4.memb.2.par.sub num.96.
& Gomes.in dict.§.item Seruiana sub num.32.circa
med.vers.vel dic tertio,& addentes ad Rom.sing.
39. & per Cæual. de communi contra commu-
nem quæst.102.num.1. reiecta contraria Roman.
opinione. Et hanc partem fuit sequuta coram
* R.P.D.Marcomontio in vna Romana Affictus
Lunæ 20. Nouembris 1606. in fine operis decis.
200.num.4.
Quintus est casus à Menoch. eodem loco rela-
tus, quando paterfamilias domum conduxit in
qua cum sua familia inhabitaret, & in ea cæte-
ros suorum prædiorum fructus induxit, quos
partim in proprios vsus habere intendit, partim
venales,
111 Et hoc casu quanquam fructus præfati ve-
nales sint, tacitè dicuntur hypothecati, ex Co-
nan.lib.4.comm.iur.ciuil.cap.16.nu.8. per text.in l.
in prædiis.ff.in quib.caus.pig.vel hypoth.tac.contrah.
ibi, vt ibi sint, id est quia ipsorum causa domus
conducta est, pro quo facit text.in l.debitor.ff.de
pign.

pign. ibi eo animo inducta sint, & glo. ibi declarat quatenus sunt necessarij, vnde præsupponit quod si ad illum effectum inducti sint, dicantur hypothecati: & ad hunc etiam effectum inducit Menoch. *in d. remed. 3. num. 126.* & hæc Menoch. distinctio satis iuri consona videtur, & hanc sequendam censeo, adhibitis tamen declarationibus, & limitationibus supra per me deductis. Et prædicta procedunt quo ad tacitam hypothecam, quo verò ad generalem hypothecam, vide supra *in hac 3. inspect. 0. c. 2. nu. 161. 5. q. cum pluribus seqq.*

112 Sexto limitatur in pecunia inuecta, & illata in fundo, seu in domo conducta, quia pecunia non circumscribitur loco *l. si fideicommiss. §. tractarum. ff. de iudic.* ac etiam quia pecuniæ non inferuntur eo animo, vt ibi perpetuo maneant propter eorum frequentem, & celerem motum, ac per Ias. *in d. §. item Seruiana, nu. 47.* & latius ibi per Gomes. *nu. 20.* Zas. *nu. 22.* Menoch. *d. remed. 3. nu. 135.* & per Negus. *in d. 4. memb. 2. part. num. 166.*

113 Et alia est ratio, quia pecuniæ ad hoc habentur, vt expendantur, & videntur semper alienationi paratæ, vt declarat Ias. *in d. §. item Seruiana, num. 47.* Gomes. *sub num. 20. vers. & ad hoc specialis,* & per Menoch. *loco citato, num. 136.* Cæsar de Grassis *decis. 137. sub num. 4. & decis. 138. sub num 1.*

114 Vnde pecunia connumeratur inter ea, quæ seruando seruari non possunt, vt per Bart. *in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 3. ad Trebellian.* & ibi Alexand. *num. 4.* Saliect. *in l. tutores, & curatores num. 2. C. de administrat. tutor.* Corn. *consi. 38. num. 5. & consi. 49. sub numer. 11. lib. 3.* Alexand. *consi. 92. num. 3. libr. 6.* Decian. *consi. 409. numer. 15.* & alios refert Tiraquell. *de retr. lit. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 104.* & de communi attestatur Simoncell. *de decret. lib. 3. Inspect. 16.* Ioseph. Lud. *conclus. 48. vers. ampliatur primo.*

115 Quod extenditur etiam in pecunia Ecclesiæ, vt per Alex. *d. consi. 92. nu. 3.* & per Tiraq. *loco citato nu. 5. in fine.* Ioseph. Lud. *d. conclus. 48. vers. ampliatur secundo.*

116 Et hinc est, quod pecuniæ minorum sine Iudicis decreto alienari possunt, gloss. *in dict. l. 1. §. fuit quæsitum in vers. necessaria,* & ibi Ias. *num. 29.* Alexand. *num. 4. ad Trebellian.* per Bart. *in d. l. si ex legati causa sub num. 5. de verb. oblig.* Alexan. *in l. singularia num. 27. ff. si cer. pet.* Salicet. *in dict. l. tutores num. 7. in fin.* Bald. *consi. 247. colum. 2. vers. venio ad secundum lib. 2.* Curt. Iun. *consi. 71. numer. 9.* latè per Alexand. *dict. consi. 92. num. 2. & seq.* Tiraquell. *loco citato num. 105.* Surd. *decisi. 187. num. 12. in fin.*

117 Quod tamen limitatur in pecunia minorum ad emptionem prædiorum destinata, vt est tex. *in l. 3. §. quid ergo de cont. Iud. tut.* & Cum. *in d. l. 1. §. fuit quæsitum.* vbi Alexand. *nu. 5.* Ias. *nu. 37.* Rip. *nu. 9. ad Trebell.* & per Roman. *in d. l. si ex legati causa sol. 4. de verb. oblig.* Gomes. *in d. §. item Seruiana nu. 21.* Roman. *consi. 188. nu. 5. vers. contrarium dico verius.* Decian. *consi. 59. nu. 13. lib. 1.* & per Tiraquel. *d. glo. 7. num. 109.* & infinitos congerie Simoncell. *de decret. dict. inspect. 16. num. 102.* & hanc veriorem, & magis communem magis dicit Ioseph. Lud. *dict. conclu. 48. vers. contrarium voluerunt.*

118 Et hoc idem dicendum est in pecunia minoris data ad censum, vel in societatem officij, vt per Ioseph. Lud. *d. conclu. 48. vers. pecunia data ad censum,* & per Simoncell. *de decret. d. Inspect. 16. sub nu. 18. & nu. 21.* Et propterea non esset locus Saluiano.

Tamen quod dictum est supra pecunias in domo, vel in fundo inductas, vel illatas non esse pro pensione hypothecatas, quia non eo animo inducuntur, vt ibi perpetuo maneant,
119 hoc limitatur in pecunia, quæ præsidij causa, vel perpetuæ custodiæ, vel thesauri loco detinetur, quia illa immobilis dicitur, *l. si cons. §. his verbis de leg. 3.* & Dec. *c. d. consi. 472. numer. 7. vers. & ad idem.* Corn. *consi. 49. numer. 11. lib. 3.* Gabr. *consi. 98. numer. 27. & numer. 30. libr. 1* Illustrissimus Mantic. *de coniectur. lib. 9. titu. 3. numer. 3.* Andr. Sicul. *in capit. nulli, colum. final. de reb. Eccles. non alienat.* Cæsar de Grass. *decisi. 137. sub numer. 1. vers. secundo magis, & decisi. 138.* Vnde tacitè hypothecantur, vt per Gomes. *in dict. §. item Seruiana numer. 24.* & ibi latè per Zas. *numer. 23.* Menoch. *de adipisc. possess. dict. remed. 3. num. 135.*

120 Sublimitatur tamen, quando inductæ, & illatæ sunt in prædium rusticum, quia eo animo non præsumuntur ibi inductæ, vt ibi perpetuo sint, sed ad tempus, minusque credendum est patrem familias prædium rusticum hac de causa conduxisse, vt declarat Menoc. *d. 3. memb. nu. 135.* pro quo faciunt tradita supra *in præcedenti limitatione nu. 119.* dum dicebamus venalia non venire in tacita hypotheca, quando ad illum effectum domus conducta non fuit, & ideo hoc casu Saluianum cessaret.

121 Septimo limitatur in bonis in molendinis illatis, & inuectis, quia illa bona non dicuntur hypothecata pro pensione molendini, nisi pro vt sunt obligata in prædium rusticum, vt supra deductum est, & tenet Negus. *de pig. in d. 4. memb. 2. par. nu. 144.*

122 Contrarium tamen, quod bona eo casu dicuntur hypothecata, tenet Menoch. *d. remed. 3. nu. 152.* qui pro sua opinione adducit Negus. *loco citato,* ab eo dissentientem.

123 Verùm pro huius conclusionis concordia distinguendum censeo; aut agitur de bonis ipsius conductoris, & eo casu si molendinum est domui iunctum, vel in eo habitatur, tunc dicitur prædium vrbanum, vt declarat Cepoll. *de seruit. vrban. præd. c. 11. nu. 8. & seq.* Negus. *loco proximè citato nu. 144. in fi.* & procedit opinio Menoch. & in simili fuit dictum supra de stabulo *in princ. in quarta ampliatione.*

124 Aut verò molendinum non est domui iunctum, & in eo non habitatur, & eo casu dicitur prædium rusticum, vt per Cepoll. & Negus. *locis citatis,* & ita intelligendum est dictum Bald. *in l. certi iuris, num. 7. in fi. C. loc.* dum dicit molendinum potius esse prædium rusticum, quàm vrbanum, & per Ias. *in l. quo minus, nu. 119. ff. de flum.* vbi Rip. *nu. 125.* quidquid dixerit Fortun. Garsia *in l. item quia. ff. de pact.* hæc est communis opinio, & hoc casu procedit opinio Negus. & bona non dicuntur hypothecata, nisi pro vt dictum est supra de bonis illatis in fundo rustico si dominus sciuerit.

Aut verò tractatur de bonis alterius perso-

næ, quàm conductoris, veluti de frumento illato ad effectum molendi, vt de aliis bonis ibi ad modicum tempus permansuris, & eo casu siue
125 molendinum sit rusticum, siue vrbanum, nulla inducitur hypotheca, glos. *in d. § item Seruiana vers. co. om. Inst. de act. & per glos. in l. debitor in vers. perpe. no. ff. de pign. & per glos. claram in d. l. certi iuris in verb. induxerit C. loc.* vbi Sanc. *nu. 5. in princ.* & per Ias. *in l. item quia n. 16. ff. de pact.* cum aliis per me *supra n. 112 & 119.* deductis.
126 Et prædicta omnia procedunt, etiam in fundo rurali, quia dicitur prædium rusticum, vt per Capoll. *loco citato.*
127 Octauo limitatur in rebus famuli in domum conductis, & illatis, vt per Bald. *in d. l. certi iuris n. 7.* & per Negus. *in d. 4. memb. 2. par. n. 151.* & per Menoch. *d. remed. 3. n. 1 5.*
128 Postremo quæro, an Saluianum contra bona minoris illata, & inuecta in domo conducta experiri poterit? & huius conclusionis resolutio pendet ab eo, an dicta bona sint tacitè pro pensione hypothecata, quæ quidem conclusio diffusè per Menoch. *de recuper. poss. ff. re ed. 3. à nu. 65. vsque ad 81.* declaratur: quatuor adducendo opiniones. & easdem refert Octau. Simoncell. *de decret. lib. 2. tit. 5. Inspect. 2. per tot.* pro quibus singulis quatuor deducit fundamenta, & multos pro vna quaque parte cumulat Doct. licèt duæ tantum sint communes, quas summariè referendo dico, quod vna est negatiua, glos. *in l. item quia in ver. illata, ff. de pact.* quam sequitur ibi Bart. & hanc communem dicit Ias. *in d. t. § item Seruiana, nu. 57. in fin. Inst. de act.* & idem firmat Io. Siccard. *in l. certi iuris, nu. 12. C. loc.* & post alios per eum allegatos hanc tenet Menoch. *de adipisc. p. ff. in d. remed. 3. nu. 65.* quam etiam sequitur Octau. Simoncell. *de decret. in d. tit. 5. num 12.* qui post multos per eum allegatos de communi attestatur, & cōmunem etiam dicit Iodoc. Damhouder. *de patr. pupill. in tit. de tutor. & curato. ca. 7. nu. 60.* & fundamenta pro hac parte adducta, vide per Menoch. & Simoncell. *locis citatis.*
129 Contrariam verò partem affirmatiuam tenet Bald. *in d. l. item quia, sub nu 3. vers. vnde secundum hoc ff. de pact.* & sequitur ibi Ias. *sub n. 10. vers. ista secunda opinio,* qui eam communem dicit, prout etiam de communi attestatur Bald. *in l. vnica. § & vt plenius nu. 2. vers. extra sequitur, C. de rei vxor. act.* & communē opinionē esse contra Bart. attestatur Ias. *in l. si constante, num. 210. solut. matrim.* & idem affirmat Negus. *de pignor. in 4. memb. 2. par. sub nu 154. vers. tamen contrarium.* Et hanc partem sequitur Curt. Iun. *cons. 168. nu. 20.* asserens Bartol. opinionem esse communiter reprobatam, & nouissimè Surd. *decis. 187. num. 24.* hanc opinionem tuetur, & communem attestatur. Et hanc sequendam censeo non solùm rationibus per Simoncell. & Menoch. *in locis allegatis* adductis & præcipuè illa, quæ primo loco adducitur, scilicet, quod non ipse minor est, qui se obligat, sed lex inducit obligationem, nec dicitur laedi minor ex obligatione legali, & necessaria, vel etiam probabili, quæ vna à prædictos Doct. etiam tradit Tiraquell. *de leg. connu. gloss. 8. nu. 189.* Sed pro hac parte illam deduco rationem, nempe quod minori non est prohibitum, domum pro sua habitatione conducere, cùm sine habitatione viuere non possit, nec esset conueniens. Nam cui concessum est conducere, dicitur etiam concessum omne illud, quod ad perfectionem illius actus necessarium esse videtur, *l. 2. ff. de iurisd. om. iu. in d. l. ad legatum. & l. ad rem mobilem, cum ibi not. ff. de proc.* & in simili tradit Ant. Vill. *in § item Seruiana, num. 37. Inst. de act.* & alia multa refert Euerard. *loco à concess. ad conseq. ad concess. anteced. vers. sed dum si pater,* & per Menoc *de recuper. poss. remed. 1. n. 362.* & alia multa adducit Surd. *consil. 515. nu. 2. & 3. li. 4.* & sic se, & sua bona tacitè pro pensione obligare potest. Et in terminis est doctrina Bald. *in d. l. certi iuris qu. 8. nu. 11.* vbi etiam adducit rationem, nempe,
130 quod cùm ius probet causam, scilicet, quod minor possit domum pro suo victu conducere, tunc approbat etiam effectum, quod inde sequitur, quod bona illata tacitè obligantur, quia tunc negocia sua prudenter agit, & eo casu non ipse, sed lex obligat, quia consilio legis suppletur, quod ætati deest, nec interest minoris, quod vltra personalem inducatur etiam realis, cùm effectualiter, & sine inspecto ipse sit obligatus, & ideo cum interueniat decretum legale non requiritur decretum Iudicis vt declarat Bal. *ibi,* & per Sur. *de alim. q. 44. n. 14.*
131 Et hinc etiam videmus, quod ex legis dispositione bona minoris sunt tacitè obligata pro dote, vt per Doct. omnes *in l. si constante ff. solut. matr.* vbi Ias. *in 1. lect. nu. 201.* qui communem dicit, & veriorem Bal. Nouell. *n. 76.* cum aliis relatis per Surd. *d. q. 44. n. 15.* & hoc casu datur Saluianum interdictum vigore dictæ tacitæ hypothecæ, vt *supra n. 129.* deductum est. & de huiusmodi minoris obligatione, tam pro dote, quàm in aliis casibus latius deductum est *supra in 3. Inspect. c. 4. n. 14. & seq.*
132 Et eo magis prædicta sine difficultate procedere dicuntur, quando minor cum præsentia, vel curatoris auctoritate domum conduxerit, vt sentire videtur Ias. *in d. l. item quia sub num. 20. vers. ista secunda opinio, ff. de pact.* Reliqua verò, quæ ad hanc materiam spectant, vide per Simoncell. *in dict. Inspect. 2. per totum,* & per Menoch. *dict. remed. 3. à nu. 65. vsque ad 81.* & per Barbos. *in d. l. si constante num. 119. & seq. & supra in 5. quæst.*

INSPE-

INSPECTIO
QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet esse conformis libello.*

2 *Sententia in Saluiano, & eius forma.*

3 *Debitor in Saluiano potest confitendo debitum terminum 30. dierum suscipere ad soluendum.*

4 *Immissio vigore Saluiani non datur, nisi facta liquidatione crediti, prout immissio l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.*

5 *Executio non est concedenda, nisi facta liquidatione.*

6 *Immissus vigore Saluiani tenetur stare locationi factæ conductori rei cuius possessionem est adeptus.*

7 *Hypotheca specialis an requiratur ad hoc, vt singularis successor teneatur stare colono.*

8 *Successor singularis tenetur stare colono, vbi habet generalem hypothecam, & est verior opinio.*

Clausula omnia, & singula, *habet vim specialis expressi.*

9 *Amplia vbi adest iuramentum.*

10 *Singularis successor tenetur stare colono, etiam si voluit soluere conductori interesse propter iuramentum.*

11 *Amplia procedere etiam si non interuenit iuramentum, dummodo adsit hypotheca.*

12 *Singularis successor non potest cogere colonum ad continuandam locationem.*

13 *Successor singularis tenetur stare colono, etiam in casu, in quo res redempta fuit vigore pacti de retrouendendo.*

14 *Administrationem plenam habens alicuius rei alienæ, potest illam locare, & Dominus tenetur stare locationi.*

15 *Mulier tenetur stare locationi per Maritum rei dotalis factæ, soluto matrimonio.*

16 *Mulier dando fundum in dotem tacitè consentire videtur, vt illum locare possit.*

17 *Locandi potestas alicui data, si est subsecuta locatio, & tacitè, vel expresse fuit in eam locationem consensum, facit, vt quis stare teneatur colono.*

18 *Mulier non tenetur stare locationi per Maritum factæ rei dotalis.*

19 *Mulier vidua, post solutum matrimonium, non tenetur stare locationi factæ per Maritum.*

20 *Successor voluntarius tenetur stare locationi per suum prædecessorem factæ, secus si necessarius.*

21 *Mulier soluto matrimonio non tenetur stare locationi factæ per Maritum vltra annum.*

22 *Maritus dicitur habere quasi dominium temporale rerum dotalium durante matrimonio.*

23 *Successor in primogenitura, non potest bona liberè locare, nisi cum sua qualitate temporali.*

24 *Resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis.*

25 *Mulier qua fundum Marito dedit, censetur datum, vt locari possit ex tacito consensu Mulieris.*

26 *Locandi licentia tacitè per Vxorem Marito data, censetur limitatiuè data, donec matrimonium durauerit.*

27 *Mulier tenetur stare locationi per maritum factæ, quando pensiones à conductore recepit.*

28 *Maritus an teneatur stare locationi fundi dotalis per Vxorem ante matrimonium factæ.*

29 *Maritus tenetur stare locationi per Vxorem factæ, si sciuerit per prius esse factam.*

30 *Locationi factæ per tutorem, adultus stare tenetur finita tutela.*

31 *Singularis successor in quem quis cogitur dominium transferre, tenetur stare locationi factæ.*

32 *Declara procedere si bona fide locatio facta fuerit.*

33 *Legatarius, & fideicommissarius non tenetur stare colono, quando sunt legatarij rei particularis.*

34 *Conductor non tenetur stare locationi, si res conducta peruenit ad legatarium.*

35 *Fideicommissarius seu legatarius vniuersalis, tenetur stare locationi per defunctum factæ, quia in eum transeunt omnes actiones actiuæ, & passiuæ, & nu. 36.*

37 *Successor singularis in beneficio, non tenetur stare colono, quando locatio est facta nomine proprio beneficiati.*

38 *Secus est, quando locatio est facta nomine Ecclesiæ.*

39 *Successor singularis in beneficio non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, etiam pro illo primo anno, quo successit.*

40 *Conductor non potest cogi à successore in beneficio, vt locationem continuet.*

41 *Successor singularis, quando teneatur stare colono, vide remissiuè.*

42 *Fructus percepti ex immissione vigore Saluiani, extenuat sortem principalem.*

43 *Declaratur procedere in creditore pecuniarum.*

44 *Fructus percepti ex pignore, per creditorem, computantur in sortem.*

45 *Pactum, quod fructus rei pignoratæ non computentur in sortem, est nullum, & illicitum.*

46 *Paria sunt conuenire de fructibus non imputandis in sortem, & de vsuris soluendis.*

47 *Fructus non imputantur in sortem, quando probaretur interesse pares, tantum valere, quantum fructus rei hypothecatæ.*

48 *Pactum de non imputando fructus in sortem valet in omni casu, in quo permissæ sunt vsuræ de iure Canonico.*

49 *Immissus vigore obligationis Cameralis, non facit fructus suos.*

50 *Amplia procedere in fructibus bonorum mobilium, veluti in mercede equi dati ad vecturam.*

51 *Fructus rei pignoratæ si fuerint percepti à debitore illud plus, quod excedit debitum venit restituendum.*

52 *Maritus immissus in possessionem fundi ei in do-*

tem dati, si fructus illius essent excessiui habita ratione quantitatis ad hunc debita, illud plus computat in sortem.

53 Mulier vidua si perceperit fructus dotis, qui excederent summam à statuto taxatam computat in sortem.

54 Amplia, & limita vt ibi remissiuè.

55 Fructus percepti à Socero ex pignore per generum non extenuant dotem, & nu.61.

56 Cessio nominis debitoris à promissore dotis facta si fuerit in mora soluendi poterit à debitore cesso vsuras exigere, sicut poterat ab illo principali cedente.

57 Limitatur si mittitus talia iura alteri cesserit.

58 Priuilegium quod fructus non extenuant sortem principalem, speciali fauore conceditur marito, & per mutationem personæ tollitur.

59 Contrarium est verius.

60 Priuilegium reale transit in tertionarium.

62 Periculum nominis cessi, spectat ad cedentem, quando esset simplex cessio, & dominium apud eum remanet.

63 Cedens simpliciter non priuatur obligatione, quam habet à debitore.

64 Periculum nominis cessi in solutum dati, aut venditi spectat ad recipientem.

65 Fructus non debentur, cùm quis immissus est in possessionem pro sorte principali.

66 Fructus computantur in sortem, etiam si quis immissus esset in possessionem ex datione, vel adiudicatione partim ex vera causa partim ex falsa, secus si esset totum valida.

67 Sententia partim vera & partim falsa in totum vitiatur.

68 Fructus computantur in sortem, si quis fit immissus in possessionem in vigore sententiæ, postea reuocata.

69 Ampliatur in quacunque possessione vigore tituli nulli declarati, & habet locum etiam in fructibus percipiendis.

70 Minor, vel creditor, qui ex defectu solemnitatum recuperare alienata intendit, tenetur restituere precium cum legitimis vsuris.

71 Immissus in possessionem vigore Saluiani, si in mala fide ceperit versari debet illos computare in sortem.

72 Actor in mala fide constitutus, non facit fructus suos, ita nec Reus.

73 Saluiani vigore, si quis fuerit immissus, & postea in mala fide constitutus, non facit fructus suos.

74 Fructus rei legatæ debentur à die litis contestatæ, & quando veniunt restituendi, vide remissiuè.

75 Fructus computantur in sortem societate officij finita.

76 Ampliatur si debitor ignoraret venditionem officij.

77 Ampliatur si adesset pactum in contrarium, quia dicitur tale pactum illicitum.

78 Amplia si fructus essent soluti.

79 Ampliatur in societate super officio vltra valorem officij, & n.80.

81 Ampliatur, quod dicti fructus non debentur etiam ratione damnorum, & interesse.

82 Fructus percepti per possessorem vigore Saluiani, non extenuant sortem in legato annuo, vel annua præstationi.

Nec etiam fructus computantur in sortem, si res legata fuit per testatorem pro tanta quantitate pignorata, quod non esset spes luendi, & debitũ ademptum legatur, & nu.87.

83 Saluianum pro domo legata datur ad effectum, vt legatarij in possessionem mittantur, retinendã, donec ab herede fiat restitutio, & facit fructus suos.

84 Fructus legatorum annuorum, veluti tot rubia frumenti, & similia si essent consumpti, debetur precium secundum communem æstimationem.

85 Aestimatio communis sumenda est, secundum tempus, quo fructus sunt consumpti.

86 Amplia procedere, etiam si fuerit dictum in sententia fructus esse restituendos.

87 Electio in alternatiuis est debitoris, tamen intelligenda est secundum intellectum iuris.

88 Idem si pecunia sunt in solutione, & bonam obligatione.

89 Idem in fructibus bonorum fideicommissi subiectorum.

90 Fructuum condemnatio fieri potest à Iudice ex officio post litis contestationem, vel aliter in mora constitutum, etiam si non essent petiti.

91 Fructuum condemnatio fieri potest post sententiam super principali, quando iure actionis debetur, & per Iudicem omissa fuerit condemnatio.

92 Intellige procedere dummodo in alio iudicio fiat petitio.

93 Contrarium procedit, quando fructus debentur officio Iudicis mercenarij.

94 Fructus debiti iure actionis in iudicijs vniuersalibus, etiam post sententiam peti possunt.

95 Amplia in dote, tam ante contractum matrimonij quàm post solutum matrimonium.

96 Saluianum datur pro fructibus dotalibus, pro quibus competit tacita hypotheca.

97 Amplia procedere non solum fauore mulieris, sed etiam fauore mariti.

98 Precium in vniuersalibus succedit loco rei.

99 Creditor qui causam habet à Domino rei, tenetur ad restitutionem fructuum, qui percipi potuerunt ab ipso debitore.

100 Possessor, qui causam non habet à Domino, tenetur ad restitutionem fructuum, qui ab ipso Domino percipi potuerunt.

101 Saluianum datur pro damnis, & interesse.

102 Interesse partis quando est tantum, quantum ascendunt fructus rei pignoratæ, tunc recipi possunt nec dicetur vsura.

103 Feudum si fuerit directo Domino hypothecatum, poterunt fructus in compensationem pensionis percipi, si æquipollent.

104 Expensæ in Iudicio Saluiani factæ debentur.

105 Expensæ iure promissionis debentur, etiam si Iudex in sententia absoluerit reum.

106 Amplia procedere etiam si Iudex absolueret reum ab expensis.

107 Expensæ debitæ iure promissionis, debentur etiam si Iudex absoluerit, & extaret statutum, quod victus victori condemnetur, & est verior, & numer.109.

108 Iusta causa litigandi non excusat ab expensis, quando extat Statutum, quod victus victori in expensis condemnetur.

110 Iusta

110 Iusta causa litigandi non excusat ab expensis in Rota.

111 Expensa debita iure actionis, ab expensis debitis officio Iudicis differunt, vt supra deductum est, quod illa non debentur stante iusta causa litigandi: secus si debentur iure actionis.

112 Iusta causa litigandi, quæ dicatur, vide remissiuè.

113 Expensæ prædictæ debentur, etiam si Iudex omiserit condemnari in expensis.

114 Expensæ ex contractu debitæ, si à Iudice fuerint omissæ, poterunt alio iudicio repeti.

115 Expensæ ratione iudicij petuntur, & in iudicio possessorio repetuntur.

116 Iudex debet condemnare in expensis victum, si ex Iudicis officio debentur, & à victore petuntur.

117 Iudex in expensis post litem contestatam absque petitione potest condemnare.

118 Expensæ debitæ Iudicis officio mercenario non possunt peti, si Iudex omiserit victum condemnare.

119 Expensæ iure actionis debitæ si à Iudice fuerint omissæ, nihilominus repeti possunt: illæ verò, quæ Iudicis officio debentur non repetuntur.

120 Expensarum materia, vide remissiuè.

121 Creditor vnus immissus in possessionem, an prosit alijs creditoribus.

122 Creditor vnus si fuerit in possessionem immissus, ceteri non dicuntur immissi.

123 Decretum interpositum ad fauorem vnius ex creditoribus, prodest alijs, quando actiones sunt cõnexæ, & nu. 124.

125 Socij plures, si vnus ex eis esset immissus, ceteri dicuntur immissi.

126 Amplia procedere in participe alicuius negociationis.

127 Principalis, & fideiussor dicuntur duo connexi, & indiuidui, & socij, quando sunt obligati in solidum.

128 Sententia lata ad fauorem vnius prodest alteri, quando sunt obligati in solidum.

129 Sententia lata ad fauorem principalis, non nocet, nec iuuat fideiussori non citato.

130 Sententia lata contra hæredem vigore ipsius hæredis obligationis, non obstante testamento ad fauorem legatariorum vel fideicommissariorum, talis sententia nocet etiam legatarijs, & fideicommissarijs non citatis, & est communis & numero 131.

132 Contrarium nempe procedere quo ad validitatem sententiæ non autem præiudicet, vide ibi per DD.

133 Sententia lata in feudo, seu in primogenitura contra vnum, nocet alijs vocatis, etiam non citatis, & est verior.

134 Sententia lata contra non citatum, quo ad eius validitatem sustinetur, non autem, vt contra non citatum exequi possit, & procedit in fideicommissario, legatario, feudatario, & primogenito.

135 Citandus non est ille, de cuius præiudicio principaliter non agitur, quo ad validitatem sententiæ.

136 Sententia tunc non nocet, non citato, quando hæres, vel possessor causam non defendisset.

137 Amplia, quando possessor, vel fideicommissarius cum collusione partis lata esset.

138 Amplia, quando constaret de errore, vel iniustitia sententiæ.

139 Amplia, quando sententia lata esset per iuramentum litis decisiuum.

140 Immissus in possessionem vigore Saluiani potest talia bona vendere, vt de illis satisfiat.

141 Contraria opinio est verior.

142 Saluianum datur ad auocandam possessionem, & retinendam donec fuerit de credito satisfactum.

143 Venditio pignoris, solum in hypothecaria conceditur.

144 Venditio rei possessæ in Saluiano, conceditur ex gratia minori, vel miserabili personæ.

145 Creditor immissus vendens, non tenetur de euictione.

146 Creditor non tenetur de euictione, quando sola possessio euincitur.

Creditor immissus vigore Saluiani non tenetur præstare cautionem de restituendo prioribus, & potioribus.

Limitatur, quando adesset creditor anterior, & vellet præferri.

147 Actio ad interesse datur pro suprascripto casu.

148 Vendens rem alienam ignoranter tenetur de euictione, & interesse.

149 Vendita re scienter alteri hypothecata, potest emptor agere ad interesse, antequam molestetur.

150 Et præsertim, quando venditor se obligauit ad damna, & interesse.

151 Saluiani vigore possidens domum, si illam locare non curauit, & fructus non perceperit, fructus, quos percipere potuerit, tenetur in sortem computare, & debitori excomputari.

152 Immissus in possessionem alicuius Vineæ vigore Saluiani, si eam non coluit, vel intempestiuè coluit, tenetur non solum ad fructus, sed etiam ad deteriorationem, & n. 164.

153 Dolus præsumitur in eo, qui non adhibuit diligentiam, & remedium opportunum ad euitandum damnum.

154 In dolo esse dicitur, qui non facit, quod facere debet.

155 Fructus restituere tenetur non solum qui est in dolo, sed etiam, qui est in lata culpa, & tenetur etiam ad deteriorationem.

156 Dolus & lata culpa æquiparantur.

157 Fructus restituere tenetur, etiam qui est in leui culpa, & tenetur ad deteriorationem.

158 Culpa leuis dicitur, quando non est adhibita diligentia, quæ in proprijs bonis adhiberi solet.

159 Fructus restituere non tenetur, nec ad deteriorationem, quando est in leuissima culpa.

160 Immissus in possessionem syluæ vigore Saluiani, quæ quolibet anno nono incidi solet, & in octauo fuerit retracta vigore pacti de retrouendendo, tunc fructus pro rata temporis sunt diuidendi.

161 Diuisio fructuum inter emptorem, & venditorem non est facienda, sed initij contractus inspiciendum, quod si eo tempore fructus in fundo extabant, eodem modo retrouenditio facienda est, & non aliàs redemptio fieri posset.

162 Diuisio fructuum pro rata inter emptorem, & venditorem facienda est pro rata temporis

& est magis communis.

163 Amplia etiam si emptor colligit fructus nondum maturos omnino, ex ratione ibi relata.

165 Limita, quando promissio de retrouendendo esset facta pro maiori precio, vel pro precio currente tunc temporis, vel pro precio æstimando, & similia, quia tunc non fit diuisio.

166 Emptor, qui promisit retrouendere simpliciter, vel pro eodem precio, vel restituere, an differant inter se, vide remissiuè.

167 Pactum de retrouendendo per oblationem precij videtur purificatum ad hoc, vt fructus non currant, sed non dicitur in mora constitutus, sed est necessaria interpellatio.

168 Retrouenditio per oblationem precij, habetur pro perfecta quo ad iuris effectum.

169 Oblatio precij in retrouenditione sola non est sufficiens.

170 Contrarium tenet Bald. cum alijs ibi.

171 Oblatio realis requiritur in pacto de redimendo, & debet ostendere se habere pecunias in manibus.

172 Contrarium quod sola oblatio sufficiat vide ibi.

173 Verba non sufficiunt, vbi facto opus est.

174 Oblatio sola vbi sufficiat, vide remissiuè.

175 Diuisio fructuum pro rata temporis facienda est si post immissionem vigore Saluiani, consanguineus vellet domum retrahere.

176 Amplia etiam si retractus fieret vigore Bullæ.

177 Amplia procedere in annua præstatione debita, vel ratione legati, vel alterius dispositionis.

178 Amplia procedere in annuo Censu.

179 Amplia procedere in annua responsione vini, frumenti, olei, & similia.

180 Amplia procedere in emphyteusi, quæ reuertitur ad dominum.

181 Emphyteuta æquiparatur vsufructuario.

182 Vsufructuarius nõ transmittit fructus etiam pertinentes ad hæredes.

183 Emphyteusis reuertitur ad Dominum vnà cum fructibus, quando ex caducitate reuertitur etiam si fructus essent proximi recollectioni.

184 Emphyteuta, an teneatur ad solutionem, seu restitutionem fructuum à die caducitatis, vel à die declarationis, vide remissiuè.

185 Emphyteuta non cadit à iure suo, quando per biennium non soluit canonem ex bonis possessionis, vel ex silua, quæ in quinquennium incidi solet, quia biennium intelligitur eo casu per decennium.

186 Fructus rei feudalis si Vasallus moritur ante Calendas Martij, omnes spectant ad dominum, si verò moritur post dictas Calendas vsque ad Augustum, tunc omnes fructus ad hæredes Vasalli spectant.

187 Annus in materia feudi incipit à principio Septembris inclusiuè, & durat vsque ad Mensem Martij exclusiuè.

188 Saluianum super fructibus feudi si Vasallus decesserit ante Calendas Martij experiri non poterit, si verò post Calendas Martij, tunc erit locus Saluiano.

189 Feudum si ad dominum reuertitur ex alia causa præter mortem vasalli, tunc fructus etiam pendentes ad Dominum reuertuntur.

190 Diuisio fructuum maioratus pro rata temporis est facienda.

191 Pensionarius decedens ante perceptos fructus, non transmittit illos ad hæredes; secus si post recollectos fructus, etiam si dies soluendæ pensionis nondum venit.

192 Fructuum recollectio in materia pensionis incipit à die reseruationis pensionis, & finitur eodem die anni sequentis.

193 Pensionarius si decesserit de tempore, quo medietas fructuum esset recollecta à Rectore beneficij, tunc pro rata fructuum perceptorum debetur pensio.

194 Amplia etiam si fructus perciperentur ex locatione hortorum, & pascuorum.

195 Contrarium, vide ibi.

196 Pensionarius, si decederet in principio anni integram pensionem illius anni transmittit ad hæredes secundum aliquos.

197 Pensio Ecclesiastica debetur hæredi pro rata temporis anni decursi, ratione seruitutis facta.

198 Amplia in diuisione fructuum Commendarum.

199 Contrarium, vide ibi per Doct. relatos.

200 Pensionarius si decesserit postquam cesserit dies solutionis pensionis, transmittit ad hæredes pensiones, siue fructus essent recollecti, siue non; secus si decesserit antequam cesserit dies solutionis.

201 Pensionis in solutione est attendendum tempus postquam fructus percepti fuerint, secundum veriorem, & magis communem opinionem.

202 Saluianum experiri potest contra hæredes pensionarij quando fructus sunt percepti, & similiter per hæredes contra fructus prædictos, cum sint hypothecati pro pensione.

203 Diuisio fructuum beneficij, ita est facienda, nempe quod si decesserit beneficiatus post recollectionem fructuum, tunc ad illius transmittit hæredes; si verò fructibus pendentibus, & non recollectis decesserit, ad successorem spectant.

204 Beneficiatus si Ecclesiæ per aliquod tempus, veluti per sex menses inseruit, & decessit ante recollectionem fructuum, hæredibus debetur tantum, quantum ad honestum victum habere debeat.

205 Contrarium, vide ibi.

206 Limitatur, quando adesset statutum, vel consuetudo approbata in contrarium, quæ debet esse præcisa illius beneficij, & nu. 208.

207 Sublimitatur tamen ista, limitatio procedere tantum in Clericis inferioribus; secus in Episcopis.

209 Limita secundò stantibus Bullis, & constitutionibus Summorum Pontificum iuxta quarum dispositionem seruandum est.

210 Limitatur tertio, quando beneficiatus defunctus pro suis necessitatibus fecisset debita, veluti pro alimentis, vel causa studij, quia aliàs viuere nõ posset, dummodo constaret ex illa causa debitum esse contractum.

211 Limitatur in casu resignationis beneficij, quando fructus sunt naturales, & industriales à solo separati, quia tunc ad resignantem spectant.

212 Et hoc ampliatur etiam si bona essent locata, & dies solutionis nondum venisset, dummodo fructus per conductorem ante resignationem essent recollecti.

213 Pensio

213 *Pensio succedit loco fructuum, & sicut tempus in fructibus inspicitur, quando sunt à solo separati, ita inspicitur in pensione, quæ pro eis percipitur.*

214 *Fructus ciuiles, qui sunt illi, qui ex re non producente naturaliter fructum exiguntur, si tempore resignationis non cesserit dies solutionis & tunc ad successorem pertinent, prout fructus naturales, & industriales.*

215 *Diuisio pro rata temporis in fructibus supradictis non est facienda.*

216 *Actio spolij datur pro recuperatione rei amissæ in Saluiano, si immissus fuerit satisfactus.*

217 *Dictio, donec, importat limitationem temporis, non perpetuitatem.*

218 *Possessio ad tempus, tempore finito est prohibita.*

219 *Emphyteusis finito tempore reuertitur ad dominum.*

220 *Possessor ex Saluiano satisfactus, negans restituere dicitur spoliare.*

221 *Ampliatur in herede dicti possessoris.*

222 *Creditor immissus vigore Saluiani, finito tempore poterit pro alio credito liquido rem illam retinere.*

223 *Pignus pro vno credito constitutum, potest pro alio retineri.*

224 *Limitatur, quando eadem res pro alio credito est hypothecata, dummodo creditum sit liquidum.*

225 *Debitor agens ad recuperationem possessionis suorum bonorum, quia creditor esset satisfactus, tunc contra eum nulla altioris indaginis exceptio opponi potest.*

226 *Amplia etiam si possideat cum titulo, & bona fide.*

227 *Et quid in habente causam à bona fidei auctore.*

De Sententia in hoc Iudicio ferenda. Cap. I.

FVIT in principio, ac in alijs
Inspectionibus visum de forma libelli, & petitionis in hoc
indicio faciendæ, ac de primo
& secundo extremo, & de illius probatione, ac de suspensione petitorij, quatenus opus
esset, & de exceptionibus in
hoc iudicio opponendis, & quibus, & contra
quos detur Saluianum Interdictum, ac super
1 quibus bonis. Vnde cùm ex prædictis pateat
iudiciū esse finitum, deueniendum est ad sententiam, quæ quidem sententia debet esse conformis libello, pro vt in alijs iudicijs seruatur, *l. vt fundus ff. comm. diuid. c. licet. de sim.* vbi communiter omnes Doct. & particulariter ibi per Fel. qui multas ampliationes, & limitationes deducit, & per Ias. *in l. vinum post alios. ff. si cert. per.*

Et quia *in 1. Inspect. ca. 2. n. 4. & 5.* fuit dictum in libello concludendum esse bona sibi consignari in causa pignoris donec de illorum fructibus creditor fuerit satisfactus. ita etiam in sententia pronunciandum est actorem in actualē, & corporalem possessionem bonorum, de quibus agitur immittendum esse, pro vt immitti mandamus, donec de suo credito integraliter fuerit satisfactus, & mandatum quodcunque desuper
necessarium, & opportunum decernendum, & relaxandum fore, & esse, prout decernimus, & re-
2 laxamus, &c. Cum ad hunc solum effectum detur immissio, & pluries declarauit, & dixit Rota
in vna Rom. hæreditatis de Beuillaequa coram
R. P. D. Orano alias per me allegata *in fine operis dec. 87. n. 12.* & in alia Placentini Saluiani Interdicti coram Illustrissimo Mantica 16. Iunij 1599.
ibidem dec. 3. nu. 1. & 2. & in alia coram Orano in
vna Romana executionis sententiarum in causa
Romana de Brunis Mercurij 11. Decembris 1591. *in calce operis dec. 2. n. 8. & 9.*

Et an sententia in hoc iudicio sit per Cedulam, vel per decretum ferenda, vide *in sequenti c. num. 56.*

3 Varùm hoc casu post latam sententiam debitor poterit confitendo debitum, terminum triginta dierum suscipere ad soluendū, prout aliàs fuit resolutum in Rota, de quo latius *in 5. Inspe. c. 1. sub n. 45.* fuit deductum.

Quare cùm vigore sententiæ deueniendum
sit ad immissionem: Primo videndum est an immissio huiusmodi fieri possit non facta sui crediti liquidatione: & quia *in 2. Inspect. cap. 5. per totum* fuit deductum creditum ante omnia plenè
esse probandum, tamen si in Instrumento crediti aliqua in eo conditio inesset, vel aliquod
contineret dubium, illud ante immissionem li-
4 quidandum esset, prout dicitur de immissione
vigore *l. fi. C. de edict. diu. Adr. toll.* vt per Bald. *in l. filium quem habentem numer. 35. & seq. C. famil. ercisc.* Surd. *consi. 148. nume. 14. lib. 2.* Marzar. *in sua form. fideicomm. quaestion. 70.* & ad hoc faciunt
tradita per Aym. *consi 144. numer. 2.* dum dicit,
quod executio sententiæ ante liquidationem
fieri non potest, & allegat Bald. *in cons. 165. lib. 4.*
& declarauit Rota coram Illustrissimo Seraphino in vna Romana Societatis Veneris 17.
Iunij 1580. *in eius lib. impress. decis. 473. numero 1.*
5 vbi dicitur, quod non est deueniendum ad executionem ante factam liquidationem; cùm
non dicatur esse in mora, per Alciat. & Doctor. *in l. 1. §. stipulatio num. 48. de verb. oblig.* & per Soc. Sen. *consi. 167. sub numer. 2. lib. 1.* & per Rimin. ald. Sen. *consi. 361. numero 19. lib. 2.* & ad hoc vide cumulata per Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 19. num. 2.*

Secundo videndum est, an si actor, qui vigore suæ hypothecæ sententiam in Saluiano
obtinuit, & fuit immissus in possessionem te-
6 neatur stare locationi aliàs factæ: Et breuiter dicitur, quod cùm talis immissus non acquirat plenum ius illius rei, sed tantum possessionem ad effectum consequendi fructus, tenetur stare locationi factæ. Ita declarauit Rota coram Illustrissimo Ludouisio in vna Romana Casalis Lunæ 1. Iulij 1602. *in calce operis decisi. 164. num. 2. & 10. per tex. in l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auch. iud. poss.* & per Bart. *in l. filio familias. §. si vir in quinquennium sub numer. 1. versi. aut ei non est constitutum ius in re. ff. solut. matrim.* & per Salic. *in l. emptorem sub numero 6. versicul. aut conductor nullum ius. C. locat.* Abb. *in capitul. querelam sub numero 8. versicul. aut est successor singularis. Ne Prælat. vices suas*, & de communi attestatur Ias. *in l. diuortio sub nu. 34. ff. solut. matrim.* & bene declarat Socin. Sen. *cons. 32. nu. 6. lib. 1.* Guid.

Pap. *decis.* 480. *sub num.* 5. *vers. tertio fallit.* & tradit Senat. Pedemon. *decis.* 82. *sub numer.* 2. *versi. prima quod.*

7 Nec aduersatur si diceretur prædicta procedere, quando res conducta esset specialiter conductori hypothecata, vt post Barto. & Imol. per eum alleg. tenet Alex. *in l. filio familias.* §. *si vir in quinquennium, ub n.* 4. *vers. aduerte tamen ff. solut. mat.* cum alijs relatis per Negus. *de pign. in* 2. *mēb.* 1. *par. sub n.* 2. & alios etiam refert Cephal. *cons.* 131. *num.* 3 *volum.* 1 Negus. *de pig. in* 2. *memb.* 2. *part. sub num.* 5.

8 Quia respondetur primam opinionem veriorem esse, & ad hunc effectum generalem sufficere hypothecam, prout tenet Couar. *var. resolut. d. cap.* 15. *sub num.* 3. *vers. prima in hypotheca lib.* 2. qui hanc communem dicit, & per Gozzad. *cons.* 100. *sub num.* 24. *nec fin.* & veriorem esse attestatur Buttiar. *cons.* 101. *numer.* 3. *volum.* 1. & latè per Surd. *cons* 331. *num.* 4. & 5. *lib.* 3. vbi ait quod, quando in generali hypotheca fuit dictum, quod obligabar omnia bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, eo casu dicitur specialis hypotheca, & præsertim vbi dicitur *omnia, & singula bona, &c.* quia illa verba habent vim specialis expressi, vt tradit Soc. Sen. *consi.* 3. *numer.* 17. *volum.* 3. & per Natt. *cons.* 474. *num.* 12. Ruin. *cons.* 76. *num.* 7. *volum.* 3. cum alijs relatis per Berter. *cons.* 42. *num.* 15. & quod generalis sufficiat hypotheca fuit receptum in Rota in d. Romana Ca- * salis coram Illustrissimo Ludouisio *in fine operis decis.* 164. *n.* 5. & 7.

9 Et sine dubio procedere dicitur vbi in scriptura interuenit iuramentum, vt per Soc. Iun. *cons.* 129. *num.* 11. *volum.* 2. Io. de Amicis *consi.* 113. *num.* 12. & latè per Surd. *d. consi.* 331. *sub num.* 5. vbi post Gozzad. Butr. Natt. Soc. *per eum alleg.* declarat procedere, vbi solum iuramentum interuenit, cùm habeat vim expressi, & ideo multo magis habere locum, quando cum iuramento interuenit hypotheca, & habetur in d. decis. Ro- * mana Casatis *n.* 6.

10 Secundo ampliatur procedere, etiam si singularis successor vellet soluere conductori interesse propter iuramentum, vt declarat Couar. *var. resolut. in d. cap.* 15. *sub n.* 3. *ante fi. vers. nec satis esse,* & per Soc. Sen. *cons.* 90. *n.* 20. *vol.* 4. Gozzad. *d. cons.* 100. *n.* 24. *in fi.* & de communi attestatur Caroce. *de loc. & conduct. in tit. de sing. success. n.* 26. & per Surd. *d. cons* 331. *n.* 16.

11 Nam cessante iuramento, etiam si adesset hypotheca, si singularis successor vellet cōductorem expellere, teneretur ad interesse, vt est tex. *in l. qui fundum ff. loc.* vt per Bar. *in l. emptorem. C. loc.* & per Castre. *in l. si merces* §. *qui fundum. ff. loc.* Grat. *cons.* 95. *n.* 3. *vol.* 1. & alios quamplures adducit Surd. *d. cons.* 331. *n.* 23. & tenuit Rota in d. Roma- * na Afflictus coram R.P.D. Penia *in fine operis dec.* 201. *nu.* 9.

12 Et quod dictū est de colono, habet etiam locum in locatore; nam sicuti singularis successor non tenetur stare colono, ita etiam nec in præmissis casibus colonus cogi potest ad continuationem locationis, *l. qui fundum. ff. loc.* tradit Abb. *in* 3. *qu. n.* 16. *vers. in solutione huius.* Burs. *d. consi.* 101. *n.* 8. *vol.* 1. Cephal. *consi.* 255. *n.* 25. Gabr. *cons.* 68. *nu.* 4. *vol.* 1. & hoc sequitur Surd. *d. cons.* 331. *n.* 19. quia locator, & conductor sunt correlatiua, & quod dispositum est in vno, habet locum etiam in alio, vt latè per Bec. *cons.* 45. *num.* 23. & alios refert Surd. *decis.* 62. *n.* 5.

13 Tertio ampliatur principalis conclusio in emptore, qui ex pacto de retrouendendo rem alias venditam redemit; nam si tempore redemptionis illa res erat per primum emptorem alteri locata, tunc redimens teneretur stare locationi iam factæ, vt per Bald. *in l.* 1. *circa fi. n.* 35. *vers. item pone vendidi tibi fundum. C. de iur. fis. lib.* 10. quem sequitur Alex. *in l. filiusfamilias* §. *si vir in quinquennium numero* 11. *versi. item fallit. solut. matrim.* Soc. Sen. *consi.* 25. *num.* 3. *versi. confirmatur volum.* 1. Roland. *consi.* 49. *num.* 2. & *seq. volu.* 2. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 4. *gl.* 1. *n.* 14. *versi. sed & illud,* & fuit receptum in Rota in d. Romana Afflictus * coram R.P.D. Penia *in fine operis decis.* 201. *n.* 4. 5. & 12.

14 Quod comprobatur, quia, quando quis habet plenam administrationem rei alienæ, rem illam locare alteri potest, & dominus rei locationi stare tenetur, Soc. Sen. *consi.* 52. *n.* 7. *vers. quinto probatur lib.* 2. Roland. *d. cons* 49. *num.* 7 Salic. *in l. emptorem. C. locat.* vnde emptor cum pacto de retrouendendo donec res non redimatur habet liberam administrationem, & potest rem illam alteri locare, & venditor stare tenetur locationi quamuis redimat, vt declaratur in d. dec. Rom. Afflictus *n.* 5. & 6.

15 Quarto ex supra deductis ampliatur in muliere, quæ soluto matrimonio tenetur stare colono, & locationi factæ à marito de fundo dotali, vt per Alexand. *in d. l. si filiusfamil.* §. *si vir in quinquennium numer.* 11. *solut. matr.* Soc. Sen. *consil.* 125. *numer.* 2. *volum.* 1. Salic. *in d. l. emptorem num.* 5. & per Rolan. *d. consi.* 49. *num.* 4. & 5. vbi ait quod mulier dando in dotem fundum marito, vt eo fruatur videtur tacitè consentire illum posse
16 locare, & sic tenetur stare dictæ locationi, & de mente Cum. dicit in practica non esse recedendum, & tanquam singulare sequitur Cagn. *in l.* 2 *quæst.* 12. *C. de pact. inter empt. & vendit.* & ibi Gozzad. & idem Roland. *loco citato* pro hac parte adducit dictum Socin. *in d. consi.* 125. dum dicit quod si eo tempore, quo potestas locandi pertinet ad te, tu rem illam locas, si tacitè vel expressè dictæ locationi consensero, & postea
17 autoritas locandi transferretur in me, tenebor dictam locationem obseruare, quia congruit bonæ fidei, vt locationem sine fraude factam quis seruare teneatur, *l.* 2. *in fine ff. de dot. praleg.* sed mulier dando in dotem fundum marito, tacitè consentit, vt locare possit, vt dictum est, & ideo dictæ locationi stare tenetur, & prædicta ex sequenti ampliatione comprobantur, & in hanc partem inclinauit Rota in d. Romana * Afflictus coram R.P.D. Penia *n.* 3.

18 Sed contrarium tenet Couar. *var. resolut. lib.* 2. *d. capitul.* 15. *numer.* 5. vbi firmat Mulierem non teneri stare locationi per maritum de bonis dotalibus factæ, & attestatur de communi, & idem affirmat Viu. *opin.* 127. *numer.* 8. tamen Couar. *sub numer.* 5. *versi. sed nihilominus* dicit opinionem Alexan. procedere, vbi locatio facta fuerit per maritum ad modicum tempus. Ego autem à priori sententia recedendum non esse existimo tamquam optimis rationibus, & auctoritatibus munita.

Sub

Sub hac tamen distinctione, quod aut ma-
ritus locauit vltra annum, & ante finitum tem-
19 pus locationis interuenerit diuortium, vel
morte mariti, ita quod sit factus locus restitu-
tioni dotis, & tunc mulier non tenetur præcise
stare locationi per maritum factæ; nam impu-
tet sibi maritus, qui non cogitauit ante tem-
pus locationis finiri potuisse matrimonium,
arg. *l. si quis domum §. his subiungi ff. locat.* & hoc
casu procedat opinio negatiua Salic. *in l. empto-
rem num.5. C. locat.* & communem dicit Ceph.
cons.254. num.21. & cons.255. num. 22. lib.2. & fir-
mat Viu. *d. opin. 127. n.8.* post Couar. *var. resolut.
lib.2. cap.15. sub num.5.* & latè per Cuiac. *lib. 23. ob-
serua. cap.8. ad fin.* & latissime per Barbos. *in d. l. si
filiofam. § fin. sub n.2. & 3.* vbi multa pro hac par-
te deducit, & successiuè ad contraria respon-
det.

20 Et quia Doctores faciunt differentiam inter
necessarium, & voluntarium successorem,
nempe, quod voluntarius tenetur stare loca-
tioni factæ, necessarius verò non tenetur, vt
per omnes Doct. *supra allegat.* tamen hoc casu
mulier consideratur tanquam necessarius suc-
cessor, & bene declarat Barbos. *loco citato sub nu.
16.* & communem dicit.

21 Aut verò locatio est facta ad annum tan-
tum, & procedit opinio affirmatiua, quam te-
net Alex. Rolan. Soc. Cum. Cagn. Gozzad. *su-
pra relati*, & per Bald. *in l. subemus la 2. sub num. 4.
vers. sicut dicimus* Abb. *in cap. fin. nu.8. in fin. ne præ-
lat. vices suas.* Aym. *in cons.245 number. 6.* Cur. *cons.
414. circa fin. lib.3* Benintend. *decis.54. sub nume.1.
vers. fallit in singulari.*

Hanc autem distinctionem Alexand. *in d. §.
si vir in quinquennium in fine* quam sequitur Cam-
peg. *de dot. par.3. quæst.273.* Cagn. *in l.2. num.221.
prope fin. C. de pact. inter empt. & vendit.* Pari. *cons.
181. num.5. lib.2.* Couar. *var. resolut. d. lib.2. cap.15.
sub numer.5. vers. sed nihilominus:* Carol. *in consuet.
Paris. §.30. nu. 92.* & hanc distinctionem veram
censeo cùm sit æquitati consona, & sit facta ad
modicum tempus, ex quo tollitur suspicio
fraudis, & bona fide facta præsumitur, vt de-
clarant DD. *proxime alleg.*

22 Pro qua adest optima ratio, quia licet Mari-
tus habeat quasi dominium bonorum dota-
lium, illud tamen habet temporale scilicet du-
rante matrimonio, iuxta doctrinam Bald. *in l.
fin. §. sed quia in fin. C. com. de leg.* & resoluto iure
datoris, resoluitur ius accipientis *l. lex vectigal. ff.
de pign.* & ad stipulantur ea quæ de locatione
prælati successiuè deducta sunt.

23 Prout videmus, quod successor in primoge-
nitura, eo, quia primogenitus non habet do-
minium perpetuum, sed temporale non potest
locare liberè, nisi cum sua qualitate tempora-
li, vt tradit Bald. *in d. l. fin. §. sed quia numer.7. C.
commi. de legat.* & per Molin. *de primogen. Hispan.
lib.1. cap.21. num.1.* dicens, quod non tenetur sta-
24 re locationi, quia resoluto iure dantis resolui-
tur ius accipientis.

25 Et ex his tollitur, quod dicitur fundum per
Mulierem marito datum censeri datum cum
ea conditione, vt locare possit, quia locare in
fructu est *l. cum antiquitas C. de vsufruct.* & sic ex
tacito mulieris consensu videtur locatũ, vt tra-
dit Rolan. *cons.49. n.5. lib.2. cum aliis per eum relat.*

29 Quia respondetur ex supra deductis, quod
dicitur data licentia causatiuè, & limitatiuè,
scilicet donec ius mariti, hoc est dum matri-
monium durauerit, iuxta tex. *in d. l. lex. vectigal.*
& per Bald. *in d. l. fin. §. sed quia in fin. C. comm. de
legat.*

27 Prædicta tamen limitantur, quando mulier
recepisset pretium, seu pensiones à conducto-
re, quia diceretur approbata locatio, & eam
seruare teneretur, vt tradit Bald. *cons.184. nume.
4. & 5. lib.1.* Soc. Sen. *cons.125. numer.7. & 9. lib.1.*
Dec. *in l. semper qui non prohibet num.9. ff. de reg. iur.*
Molin. *de primogenit. cap.21. num.7.* Rot. *in nou. de-
cis.2. in fin. de locat.* & post Alexand. Bell. Dec. Ti-
raquell. per eum allegat. tradit Surd. *cons.43. n.
6. in fin.* & per Rot. coram R.P.D. Iusto in vna
Ciuitatis Castelli Census Lunæ 29. Maij 1600.
in fine operis dec.209. n.7.

28 Et an Maritus teneatur stare locationi fa-
ctæ per vxorem ante contractum matrimo-
nium, idem Couar. *loco citato, vers. quid autem
concludis*, quod non; quam opinionem tenet A-
lexand. *in d. §. si vir in quinquennium num. 26.* & ibi
Rom. qui hanc veram affirmat. Campeg. *de dot.
par.3. quæst.23.*

29 Quod tamen limitatur nisi Maritus paci-
scens dotem sciuerit rem sibi in dotem promis-
sam fuisse locatam, si quidem eo casu consen-
tire locationi factæ videtur, vt declarat Couar.
d. cap.15. nu.5. in fin. & per Campeg. *de dot. par.3. d.
quæst.23.*

30 Quinto ampliatur in tutore, qui plenam
bonorum pupilli administrationem habet;
nam locatio per eum facta, durat etiam finita
tutela, vel cura, pro toto tempore cum tutore,
vel curatore conuento *l. si tutela de administ. at.
tut.* Cin. *in l. emptorem num.6 quæst.3. vers. aut in so-
lidum. C. locat.* Socin. Sen. *cons.32. nu.8. vers. quin-
to probatur, & d. cons.125. num.6. volum.1.* Roland.
d. cons.49. num.7. & fuit originale dictum Salic.
in d. l. emptorem num.6. vers. aut succedit. C. locat. &
fuit receptum in Rota in d. decis. Romana Affi-
ctus coram R.P.D. Penia *n.5.*

31 Sexto ampliatur in quolibet singulari suc-
cessore, in quem quis cogitur dominium trans-
ferre, quia tenetur stare locationi factę, vt per
Bart. & omnes Doctor. *in l. diuortio*, vbi de com-
muni attestatur Ias. *numer.32. ff. solut. matr.* & a-
lios multos refert Tiraquell. *de retractat. conuent.
§.3. gloss.1. num.14. & 15.* & per Roland. *d. cons.49.
num.6. lib.2.*

32 Quod tamen procedere videtur si bona fi-
de, & non malitiose locatio facta fuerit, vt per
Cin. *in d. l. emptorem num.6. vers. & tunc. C. locat.* &
per Castr. *in d. l. si filiofam. §. si vir in quinquennium
numer.2. ff. sol. matr.* & per Soc. Sen. *cons 32. sub nu-
mer.7. volum.1.* & alios multos refert Tiraq. *de
retract. conuent. in d. § 3. num.16.17. & 18.* & ita vi-
detur sentire Rot. d. decis. Romana Affictus
coram R.P.D. Penia dum loquitur de locatio-
ne facta bona fide.

Verùm hæc sexta ampliatio non ita simpli-
citer intelligenda est; si quidem si de fideicom-
missario casus euenerit, in quo dominiũ trans-
33 fertur, tunc distinguẽdum est, aut est fideicom-
missarius, vel legatarius particularis rei & tunc
non tenetur stare colono, vt post Caroc. *de lo-
cat. in tit. de sing. success. quæst. 9.* latè tradit Peregr.

34 *de fideicom. art. 40. numer. 1.* & sic colonus non te-
netur stare legatario, vt declarat Peregr. *loco
citato.*

35 Aut vero sumus in fideicommissario vni-
uersali, & tunc in eo omnes actiones actiuæ, &
passiuæ transeunt; & loco hæredis est *l. postu-
lantem. §. sed in huiusmodi ff. ad Trebell. & in l. si fi-
lius. ff. quod cum eo.* & per Card. Mant. *de coniect.
lib. 7. tit. 3. numer. 6.* ideo sicut hæres vniuersalis
grauatus tenetur stare locationi à defuncto fa-
ctæ *l. viam veritatis. C. locat. & in l. tertius. §. si prius.
ff. de aqu. pluu. arcen.* Caroc. *de locat. in tit. de sing.
success. num. 3.*

Sic quoque fideicommissarius vniuersalis
stare tenetur, & ita tradit Pereg. *de fideicom. d. art.
40. num. 92.*

36 Prout in aliis casibus singularis successor,
& vniuersalis tenetur stare colono in locatio-
ne ad longum tempus, vt per Bart. Bald. Alex.
in d. l. si filio fam. §. si vir. de legat. Couar. *var. resolut.
d. cap. 15. nume. 2.* Guid. Pap. *decis. 480.* Capel. To-
los. *dec. 420.* Caroc. *loco citato numer. 4.* Rot. *in
antiq. decis. 2. numer. 2. & 3. de empt. & vendit.* Sed
in hoc articulo legatarius, & fideicommissa-
rius particularis tenetur stare colono iuxt. do-
ctrinam Bar. *in l. nihil §. fid. de legat. 1.* & per Pe-
regr. *loco citato nume. 95. & 96.* vbi declarat, quod
licèt locatio esset facta à grauato, tamen fidei-
commissarius tenetur stare dictæ locationi. Ve-
37 rumtamen in materia beneficiali ita seruatur;
nam aut locatio est facta nomine Ecclesiæ, &
ad illius vtilitatem, aut est facta nomine pro-
prio ipsius beneficiati. Primo enim casu succes-
sor tenetur stare colono, & ad obseruationem
locationis prædecessoris obligatur. Secundo
38 verò casu non tenetur stare colono. Et hoc pro-
cedit quatenus locatio sit valida. Ita distinguit
Abb. *in cap. fin. sub num. 5. & 6.* vbi Butr. & omnes
Doct. *ne Prælat. vic. suas.* Alex. *consil. 160. numer. 4.
lib. 6.* Soc. Sen. *cons. 33. nu. 6. vol. 1.* qui de commu-
ni attestatur. Couar. *var. resolut. lib. 2. cap. 15. nume.*
* *6. ante fin.* & fuit receptum in Rota coram R.
P. D. Orano in vna Auximana locationis Merc.
24. Ianuar. 1590. *in calce operis decis. 210. numer.
1. & 2.*

39 Et ampliatur, quod nec respectu illius anni
quo prædecessor decessit, etiam si solutio Affi-
ctus esset facta anticipatè, locatio sustineretur
vt successor locationi prædictæ stare teneatur,
nisi fructus essent de proximo recolligendi,
quia tunc teneretur stare locationi propter ex-
pensas in illis fructibus factas, vt declarat Se-
nat. Pedemon. *decis. 82. sub num. 10. vers. & his fun-
damentis,* & per Menoch. *cons. 181. vol. 2.* quos fuit
* secuta Rota in d. Auxim. locat. *nu. 5.*

40 Ex quibus patet, quod post mortem Præ-
lati si successor vellet cogere conductorem ad
continuandam locationem, non posset, vt *su-
pra num. 12.* deductum est; & eo magis in loca-
tione à Prælato facta, quia per mortem primi
Prælati locatio extinguitur ipso iure, & finito
contractu conductor non remanet obligatus,
prout declarat Soc. Sen. *d. consil. 33. num. 9. volum.
1.* Couar. *var. resolut. d. cap. 15. num. 6. vers. secundum
etiam lib. 2.* & alios multos, quos ipse sequitur,
adducit Surd. *dec. 52. n. 8.*

41 Quando autem singularis successor in aliis
casibus teneatur stare colono, latè vide per
Couar. *var. resolut. d. cap. 15. lib. 2.* & per Caroc. *de
locat. & conduct. in tit. de sing. success.* qui de Couar.
à quo omnia sumpsit, nullam fecit mentio-
nem, & per Duen. *reg. 241.* & latè per Tiraqu. *de
retract. convent. §. 3. glos. vnica num. 15. cum pluribus
seq.* & per Viuiopin. 127. & per Card. Mant. *de ta-
cit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 16.* & per Pereg. *de
fideicom. art. 40.* Guid. Pap. *dec. 486.* & multa alia
singularia deducuntur per Rotam coram R. P.
D. Penia in d. Romana Affictus 26. Aprilis
1589. *in fin. operis decis. 201.*

Modò videndum sequitur, quando talis in
possessionem immissus recipiendo fructus sor-
tem principalem extenuet, quando non, pro
cuius quæstionis intelligentia Doct. quamplu-
res deducunt distinctiones. Ego verò pro fa-
ciliori intelligentia regulam cum suis limita-
tionibus constituam.

42 Regula est igitur, quod fructus percepti ex
immissione vigore Saluiani extenuant sortem
principalem, ita declarauit Rota *diuers. decis. 43.
sub num. 2. vers. alioquin sequi, & decis. 44. sub numer.
7. & 10. par. 1.* & coram R. P. D. Orano in vna
* Romana executionis sententiarum in causa
Romana Vineæ de Brunis Mercurij 11. Decem-
bris 1591. *in calce operis decis. 2. num. 5. & seq.* quod
43 tamen intellige procedere in creditore pecu-
niarum, vt declarat Rota *diuers. d. decis. 44. sub
numer. 7. & 10.* & in d. decis. Romana Vineæ de
* Brunis coram Orano *num. 6.* & per Rot. Mace-
raten. *decis. 15. in fin.* pro qua declaratione est tex.
in l. si dominum, vbi Doct. *C. de pign. l. final. C. de
pign. act. cap. cum contra eo tenul.* vbi habetur, quod
44 fructus percepti per creditorem ex pignore
computantur in sortem ei tradit Negus. *de pign.
in 5. memb. 5. par. nume. 1.* Couar. *pract. quæst. cap. 29.
sub nume. 3. vers. cæterum,* & Couar. *var. resolut. cap.
13. numer. 4. lib. 3.* latè per Aloys. Vilagut. *de vsur.
quæst. 21.* Thesaur. *decis. 78. per totam*, & per Ro-
* tam coram R. P. D. Iusto in vna Romana fru-
ctuũ Casalis Capicottæ Veneris 21. Iunij 1602.
in calce operis decis. 211. num. 10.

45 Quod adeo est verum, quod nec per pa-
ctum conueniri potest, vt fructus in sortem
non computentur; nam tale pactum non te-
net, *cap. 1. de vsur. l. 1. & 2. de pign. act.* & ratio est
quia diceretur vsura, & esset conuenire de vsu-
ris præstandis, prout declarat Abb. *in d. cap. 1. nu-
mer. 1. & 2.* & bene per Rub. Alexand. *cons. 55. nu-
mer. 2.* vbi dicit, quod paria sunt conuenire de
46 fructibus non computandis in sortem in hoc
casu, & de vsuris soluendis, & hanc materiam
ad partes deducit Thesaur. *dec. 78. numer. 3.* &
hanc partem tuetur reiectis contrariis, & pro
ea est decis. Brog. Caualc. 48. *sub num. 32.* tamen
47 ipse Thesaur. limitat hanc conclusionem, nisi
probaretur interesse partis tantum valere, quã-
tum ascenderet fructus rei pignoratæ, prout e-
tiam declarat Osasc. *dec. 143. n. 2.*

48 Insuper etiam tale pactum validum esse di-
citur in omni casu in quo permissæ sunt vsuræ
de iure canonico, nec fructus eo casu compu-
tantur in sortem, vt tradit Bald. *in l. 1. post princ.
C. de distract. pign.* & in casu dotis tradit Rub. A-
lexan. *consil. 55. num. 2.* Aym. *cons. 358. nu. 2.* Bald.
Nouell. *de dot. par. 7. priuil. 3.*

49 Quod similiter procedit, si ad esset obligatio
Cameralis, quia nec eo casu immissus in posses-
sionem

sionem facit fructus suos, vt per Galles. *ad form. Cam. qu. st. vlt. num.* 25 *&* 26. & per Menoch. *conf.* 110. *num.* 10. *in fin.*

50 Tertio amplia etiam procedere in fructibus bonorum mobilium, veluti si quis haberet equum sibi hypothecatum, & dictum equum alteri præstaret, vel locaret ad vecturam, teneretur omnes mercedes in sortem imputare, vt tradit Boer. *decis.* 218. *num.* 10. *in fin.* & est doctr. Bald. *in l.* 1. *post princip. C. de distract. pign.* & per Ang. *in l. in fin. C. de pact. pign.*

51 Intellige etiam, quod in omni casu, vbi fructus percepti à creditore excedant debitum, illud plus venit debitori restituendum *l. actum.* §. *quatenus potest. ff. vt in possess. leg.* Soc. Sen. *conf.* 29. *num.* 27. *lib.* 1.

52 Et in terminis, quando Maritus fuerat immissus in possessionem fundi ei pro dote pignorati, si illius fructus essent excessiui habita ratione quantitatis dotis adhoc debitæ, tunc illud plus venit in dotem computandum, tradit Gabr. *conf.* 151. *num.* 3. *&* 4. *volum.* 1. & per Anan. *in cap. salubriter nu.* 4. *de vsur.*

53 Quod ab eodem Gabr. *loco citato* ampliatur, quando vigore statuti Vidua percipit fructus dotis ad certam rationem taxatos, si fructus rei pignoratæ excedunt illam summam, computat in sortem, quia si statutum vult taxare fructus mulieri debitos ad eandem rationem, etiam si pignus dotale habeat, ergo dum subiicit posse eam ex pignore fructus percipere, nec eos computare intelligendum est iuxta naturam statuti, vnde residuum est imputandum, & in creditore qui fuerit immissus in possessione bonorum debitoris vltra valorem crediti, quod pro ea parte fructus extenuant sortem principalem tenuit Rota coram R. P. D. * Buratto in vna Romana domorum de Roncionibus Veneris 4. Martij 1616. *in calce operis decis.* 101 *ante fin.*

54 Cæteræ autem huius conclusionis, ampliationes, & limitationes scilicet, quando fructus computentur in sortem, vide per eundem Negus. *d.* 5. *memb.* 5. *par.* & per Aloys. Valag. *loco citato*; nam eas solum quæ ad particularem nostrum spectant, & minime à Negus. relatas deducam; illud solum ex eius dictis mentionem facere necessarium visum fuit Verum ipse Negus. *in d.* 5 *memb.* 5. *par. num.* 6. limitando dictam
55 conclusionem dicit, quod fructus per generum percepti ex pignore à Socero sibi dato pro dote, non extenuant dotem, sed cedere ad vtilitatem mariti loco interesse pro oneribus matrimonij, ex causa dotis non solutæ per tex. & per Ab. *in cap. salubriter*, vbi etiam Doct. *de vsur.* & per Bart. & Bald. per eum adductos, & per Bald. Nouell. *de dote par.* 7. *priuileg.* 5. Aym. *conf.* 358. *n.* 2. Rub. *d. conf.* 55. *n.* 2.

56 Prout etiam dicitur, quando esset facta cessio nominis debitoris à promissore dotis; nam si fuerit in mora soluendi dotem, scilicet dictam cessionem, poterit à debitore cesso vsuras exigere sicut poterat ab ipso principali cedente, vt tenuit Rota coram R. P. D. Iusto in vna * Rom. fructuum dotis de Luraghis 19. Ianuarij 1600. *in fine operis decis.* 308 *n.* 9 *&* 10.

57 Hanc tamen conclusionem restringit idem Negus. *loco citato nu.* 2. non habere locum si Maritus talia iura alteri cederet, quia in cessionarium non transit tale priuilegium, quod fructus percipiendi ex dicto pignore non extenuent sortem principalem, sicut illud priuilegium non transit in hæredem mariti ex doctr. Bald. *in rubr. in* 4. *quæst. n.* 6 *C. de vsur.*

58 Vbi ait priuilegium hoc marito concessum fuisse speciali fauore, & per mutationem personæ tollitur hoc priuilegium. *l.* 1. *C. de Imper. Luc. discept. lib* 10. nec etiam cessionario hoc priuilegium competere potest, quia lex hoc priuilegium marito concessit, ex quo nemo alius præter maritum sustinet onera matrimonij, ergo eo priuilegio nemo alius gaudere potest. & hanc sententiam sequitur Alexand. *in l. Insulam.* §. *vsuras in fin. ff. solut. matrim.* Dec. *conf.* 571. *numer.* 1. Soc. Sen. *consil.* 88. *num.* 23. *volum.* 4. Bero. *consil.* 178 *num.* 3. *lib.* 1. Anan. *in cap. salubriter numer.* 3 *de vsur.* Rodulf. *in tract. de vsur. quæst.* 54. *numer.* 78.

59 Tamen contrariam sententiam tenet Salic. *in Authen. ad hæc sub num.* 11. *vers. fructuarium. C de vsur.* & ea ratione, quia non obstante cessione actio directa remanet penes maritum, quod potest exigere, & ideo cum actio pro dote non sit extincta poterit cessionarius exigere fructus ex persona cedentis, & hanc partem tenet Anan. *in cap. salubriter num* 4. *de vsur. &* Lop. *in repet. cap. per vestras.* §. 8. *numer.* 3. *de donat. inter vir. & vxor.* Contard. *de contr. act. quæst.* 45. Moder. Gall. *in tract. de vsur. numer.* 526. qui alios allegat. & latè per Ias. *in consil.* 92. *colum.* 6. *versic. secundo principaliter lib.* 1. vbi quatuor deducit pro hac parte fundamenta, & per Paris. *consil.* 64. *numer.* 51 *& seq. lib.* 4. qui aliam dedu-
60 cit rationem, nempe quod hoc priuilegium non est personale necessarium personæ mariti sed est reale concessum doti, & datum ratione lucri cessantis.

61 Secundum adducit fundamentum, quod supra de genero deductum est. qui cesserat iura sua; nam cessionarius poterit fructus pignoris consequi, nec imputabit in sortem, & pro eo adducit Rodulf. Ias. Anan. Lup. *in locis supra alleg.*

62 Verum Surd. *consil.* 269. *sub numer.* 23. *&* 24. hanc diuersitatem ita conciliat nempe, quod aut sumus in casu simplicis cessionis petendi inter vsuria dotis, & eo casu periculum nominis spectat ad cedentem, & nomen ipsum remanet in bonis, & in dominio cedentis, & cedens per simplicem cessionem non est priuatus
63 obligatione sui debitoris, quam habet, & ideo poterit adhuc agere contra debitorem cessum, & ab eo exigere, vt per Bart. & alios *in l. facta.* §. *si hæres. ff ad Trebell.* & supra proximè latius deductum est, & hoc casu procedit opinio Saliceti *in d. Authen. res quæ*, & Ias. & Paris. & Lup. & alij sequaces, & etit locus Saluiano.

64 Aut verò sumus in nomine delegato, aut in solutum dato, aut vendito, & his casibus periculum spectat ad recipientem, & non potest cedens debitorem exigere *l. si pupilli.* §. 1. vbi Castren. & penes cedentem, vel vendentem, vel in solutum dantem nihil remanet, sed in recipientem transit omne ius. Et hoc casu procedit opinio Bald. *in d. rubr. in* 4. *quæst. nu.* 5. *C. de vsur.* & Negus. *loco citato*, & latius hac distinctio-

nem, vide per Surd. *dict. consil. 269. à num. 23. vsque ad finem*, vbi alia deducit fundaméta, & ad contraria respondet.

Insuper aliam deducit concordiam nempe, aut cessionarius agit nomine cedentis, & procedit opinio Salic. aut nomine proprio, & procedit opinio Bald. quia Salic. *in d. Authen. nos qua*, admittit, quod quando agitur nomine proprio vsuras peti non posse, & ita per Surd. *loco citato, num. 15.*

65 Redeundo igitur ad regulam propositam. Amplia quarto, quando creditor obtinuisset mandatum pro sorte principali, veluti in creditore census ob non adimplementum debitoris, puta, quando fideiussores in tempore conuento non præstitit, vel quia Bancum pro fructibus non dedit, vel assignauit, vel ex alia legitima causa mandatum pro sorte principali obtinuisset, tunc amplius fructus non deberentur; nam esset in potestate creditoris illam recuperare, & citra vitium vsuræ fructus amplius non debentur *cap. plerique cum seq. 14. quæstio. 3.* Laurent. de Rodulf. *de vsur. quæst. 3. nu. 1.* Couar. *var. resolution. lib. 3. cap. 1. sub num. 1.* & esset in potestate creditoris sortem principalem recuperare, & census dicitur eo casu resolutus, vt declarauit Rota coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio in vna Romana Census 29. Nouembris 1593. *in fine operis decis. 212. num. 2. & seq.* & per consequens fructus, qui perciperentur, extenuarent sortem principalem, & cum actio pro dictis fructibus cessare debet, Saluianum etiam sine actione, & hypotheca non datur.

66 Quinto amplia procedere non solum, quando quis esset immissus in possessionem, sed etiam si esset ei facta datio, vel adiudicatio in solutum partim ex vera causa, & partim falsa; nam fructus inde percepti computandi veniunt in sortem, siue facta sit à parte, siue à Iudice, vt per Bart. *in l. si non sortem. §. si centum*, vbi Castr. Ias. *num. 1. & 2. ff. de condict. indeb.* Paris. *cons. 100. num. 33. lib. 1.* Surd. *cons. 32. numer. 5. lib. 1.* Rot. *diuers. decis. 33. numer. 6. par. 2.* nam si datio in solutum esset valida, tunc fructus non venirent imputandi in sortem, vt per Decian. *cons. 55. numer. 44. volum. 2.*

67 Quod confirmatur, quia sententia partim vera partim falsa in totum vitiatur, cùm sit indiuisibilis. *l. in hoc iudicio. ff. fam. ercisc.* Bart. & Ias. *in d. § centum*, & idem Ias. *in l. 1. § si stipulanti, vers. quinto limita, de verb. oblig.* & multos refert Tiraquell. *de retract. lign. §. 23. glos. 1. num. 23.* Cephal. *cons. 198. num. 1.* Afflict. *decis. 218. num. 1. 3. & 4.* Put. *decis. 323. lib. 1.* Rot. *diuers. decis. 33. cum ibi cumulatis numer. 6. & decis. 221. numer. 1. par. 2.* vbi quamplures deducuntur limitationes ad hunc effectum.

68 Sexto amplia, quando quis esset immissus in possessionem vigore sententiæ, quæ postea fuisset reuocata, & ad irritum deducta, vt per Roman. *cons. 454. num. 25. & 26. & seq.* Natt. *cons. 535. num. 12.*

69 Quod procedit in quocunque casu, quando quis possidet vigore alicuius tituli, qui postea per sententiam, vel ab alio modo fuit declaratus nullus, & sic deuenit ad non titulum, vt per Roman. Natt. *loco citato*, & per Menoch. *de recuperan. poss. remed. 15. numer. 638.* & per Ang. *in l. sed paratus in fine ff. quod met. caus.* & per Surd. *cons. 372. num. 21. volum. 3.* & latè per Senat. Pedemont. *decis. 160. num. 12.* vbi ampliat etiam in fructibus percipiendis per Ang. *in d. l. sed paratus nu. 2. in fin.*

70 In hoc tamen aduertendum est, quod minor, vel alius debitor, qui bona nulliter ex defectu solemnitatum alienata recuperare intendit, tenetur restituere precium cum legitimis vsuris, tex. est *in l. si prædium*, vbi Bald. & Salic. *in princ. C. de præd. minor.* & per Senat. Pedem. *d. decis. 160. num. 26.*

71 Septimo amplia in omni casu, in quo immissus vigore Saluiani Interdicti cœperit in mala fide versari *l. interdictu*, vbi Bart. *ff. de interdict.* latè per Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. num. 625.* & per Rot. *diuers. d. decis. 689. num. 1. lib. 3. par. 3.* & quando dicatur esse in mala fide, vide per eundem Menoch. *d. remed. 15. à num. 626. vsque ad 639.* vbi etiam declarat, quando iuris errore quis constituatur in mala fide.

72 Verùm sicut actor immissus, & in mala fide constitutus non facit fructus suos, ita etiam reus, qui statim in mala fide constitutus, non facit fructus suos *l. interdictu*, vbi Bart. *ff. de interdict.* Alexand. *in l. Nesennius. §. fundum numer. 4.*

73 *ff. de re iudic.* Et in terminis Saluiani Interdicti à die litis contestatæ, & in mora constitutus, tradit Honded. *consil. 25. numer. 5. lib. 2.* vbi ait ita in Rota Coram R.P.D. Corduba Mense Februarij 1598. in vna Eugubina, seu Perusina Census fuisse dictum attestatur. Et similiter in his terminis vigore donationis est *decis. 44. numer. 8. & 9. par. 1. diuers.* vbi dicitur deberi fructus rei do-

74 natæ à die litis contestatæ, & in mala fide constitutus, & est decis. Rotæ *diuers. 689. lib. 3. par. 3. n. 2. & n. 3.*

Quando verò fructus rei legatæ, & fideicommisso subiectæ veniant restituendi, pro quibus competere possit Saluianum Interdictum, deduxi *supra in 2. inspect. cap. 4. num. 154. vsque ad num. 453.* Alias verò limitationes præsentis conclusionis, vide vt dixi, & per Negús. *in d. 5. memb. 5. par. per tot.*

75 Octauo amplia in fructibus societatis officij, quando societas esset finita per distinctam vel per venditionem officij, vel aliquid ad bonum computum sortis principalis dictæ societatis esset receptum, vel post mortem officialis, quia in omnibus istis casibus fructus qui perciperentur, extenuant sortem principalem, vt infra deducam, & ideo si pro recuperatione pecuniarum dictæ societatis esset intentatum Saluianum, fructus, qui perciperentur, extenuarent sortem principalem, cùm aliàs non deberentur cessante periculo vitæ, cuius contemplatione huiusmodi fructuum perceptio permissa est, & per consequens periculum amissionis pecuniarũ cessaret; & remaneret purum mutuum, & in terminis, in quibus per mortem esset dissoluta societas, tradit Gabr. *consil. 78. numer. 1. & 3. lib. 1. consil. 69. numer. 16. lib. 2.* & per Boccac. *de societat. offic. in princip. numer. 37. & 40.* & per Rotam coram Illustrissimo Millino in vna Romana Societatum Lunæ 29. Ianuarij 1601. *in fine operis decis. 291. num. 4.* & in terminis societatis dissolutæ, tradit Boccac.

loco

loco citato numer 37. Honded. cons. 38. numer. 28.
volum. 1. & declarauit Rota coram Illustrissimo
Blancheтто in vna Romana Societatis officij
* Veneris 15. Maij 1578. in calce operis decis. 213. nu. 1.
& in terminis societatis finitæ per venditio-
nem officij, tradit idem Gab. d. cons. 78. numer. 3.
lib. 1. & d. cons. 63. num. 16. lib. 2. Castrac. de societat.
offic. cap. 8. num. 5. & diffuse declaratur per Ro-
tam coram Illustrissimo Millino in vna Roma-
* na Societatis Veneris 23. Iunij 1600. in fine operis
decis. 214. num. 1. & num. 2. vbi asseritur ita pluries
per Rot. fuisse resolutam.
76 Quod ampliatur etiam si debitor ignoraret
venditionem officij, per doctrinam Alexand.
in cons. 60. num. 1. & 2. lib. 1. Castrac. d. cap. 48. nu. 5.
quem fuit in his terminis sequuta Rota in dict.
decis. Romana Societatis coram Illustrissimo
* Millinu sub die 23. Iunij 1600. in fine operis de-
cis. 214. num 1.
77 Secundo ampliatur, etiam si adesset pactum
in contrarium, quia dicitur illicitum de iure,
cùm statim cesset periculum vitę, & periculum
amissionis pecuniarium, vt supra deductum est,
& tenuit Rota in vna Romana Societatis offi-
* cij coram Illustrissimo Lancellotto 28. Aprilis
1570. in calce operis decis. 215. num. 1. & in d. decis.
* Societatis coram Illustrissimo Millino num. 2.
in fine decis. 214. vbi aliàs fuisse resolutum in Ro-
ta attestatur.
78 Tertio amplia etiam si fructus essent sponte
soluti à sciente venditionem officij, quia esset
vsura, & repeti possent, iuxt. doctrinam Bald.
in l. si non sortem §. si quis falso. ff. de condit. indeb. Ias.
in l. 1. sub nu. 12. vers. quinto limita ff. eodem Gabr.
d. cons. 78. sub nu. 3. vers. immo si soluti volum. 1. cum
* aliis relatis in proxima allegata decis. Romana
Societatis officij coram Illustrissimo Millino
num. 4 & 9.
79 Quarto amplia, quod fructus veniunt resti-
tuendi, & extenuant sortem principalem,
quando societas esset inita super officio vltra
valorem illius; vt declarauit Rota coram Illu-
strissimo Millino in vna Romana Societatis
officij Lunæ 20. Maij 1602. in calce operis decis.
80 216. numer. 1. & si plures adessent societates su-
per eodem officio contractæ, eo casu non susti-
nentur, nec validæ dicuntur nisi vsque ad va-
lorem illius officij, vt dixit Rot. coram eodem
* Illustrissimo Millino in d. Romana societatum
Lunæ 29. Ianuarij 1601. ibidem decis. 291. n. 1.
81 Quinto amplia, quod fructus in omnibus
supradictis casibus non debentur etiam ratio-
ne damnorum, & interesse, vt per Honded. d.
cons. 39. sub num. 28. vers. quod in societatibus volum.
1. & Castrac. d. cap 48. num. 7. & declarauit Rota
* coram Illustrissimo Millino in d. Romana so-
cietatis 23. Iunij 1600. sub num. 7 in fine operis decis.
214. nisi concurreret mora cum aliis requisitis
à Paulo de Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cert. loc.
quam opinionem semper fuit secuta Rota, vt
per Put. decis. 237. lib. 1. Mohed. decis. 103. & 208.
& ita attestatur in d. decis. Romana Societatis
* coram Illustrissimo Millino 23. Iunij 1600. nu.
7. & quampures alias decisiones refert Hon-
ded. d. cons. 39. prope finem.

Limita modo supradeductam principalem
regulam, scilicet, quod fructus percepti per
immissum in possessionem vigore Saluiani In-
terdicti extenuant sortem principalem, non
82 procedere in annno legato alicui relicto, vel
annua præstatione aliter debita, quia fructus
qui percipiuntur non sunt accessorij legato, seu
annuæ præstationi, sed est eadem sors princi-
palis quæ annuatim debetur, & ideo eadem
semper est debenda, vt est decis. Paleotti 336.
quæ est in impress. diuers. decis. 689. num. 3. & 4. lib.
3 par. 3.
83 Quod etiam exemplificari potest, quando
Saluianum pro domo legata esset intentarum,
quia eo casu Saluianum experitur ad effectum,
vt legatarius in possessionem mittatur retinen-
dam donec ab hærede fiat restitutio, & interim
faciat fructus suos, vt tradit Gabr. cons. 36. nu. 5.
lib. 2. & per Rot. diuers. d. decis. 689. n. 4. & 5. lib. 3.
par. 3. &, vt legatarius præcisè de suo legato sa-
tisfiat, & sic pro conseruatione rei, vt declarat
Cin. in l. vbi adhuc in quæst. 19. num. 18. C. de iur. dot.
Bart. in l. si constante num. 94. ff. solut. matr. Cephal.
cons. 98. numer. 13. Surd. cons. 191. num. 1. lib. 2. Rot.
diuers. d. decis. 689. num. 4. de quo aliàs etiam fuit
in 3. inspect. cap. 4. tractatum, & sic illi fructus
non possunt sortem principalem extenuare, vt
supra deductum est.
84 Nam si essent legata tot salmas vini, vel tot
rubra frumenti, ex tali fundo, & similia, hoc ca-
su si à debitore fructus præfati essent consum-
pti, tunc deberentur fructus secundum com-
munem æstimationem, Bart. in l. diuerso §. 1. nu.
9. vers. dicetis vos ff. de rei vend. & in l. diuortio §. ob
donationes nu. 4. vbi Ias. ibidem in fin ff. solut. matr.
& idem Bart. in l. cum qui n. 1. ff. de his quibus, vt in-
dig. Abb. in cap. grauis num. 22. de restit. spoliat. Soc.
Sen. cons. 82. n. 26. & seqq. lib. 2. Dec. cons. 464. nu. 1.
vers. & dictum Iuliani. quos secuta est Rot. coram
* Card. Mant. in vna Sernensis Affictus Lunę 27.
Maij 1594. in calce operis decis. 217. n. 6.
85 Et hæc communis æstimatio sumenda de
tempore, quo consumpti fuerunt, iuxta decla-
rationem Bald. in l. 2. num. 15. de fruct. & lit. expen.
* & ita per Rot. in d. Sarnen. Affictus num. fin. vbi
etiam dicit prædicta procedere etiam si in sen-
86 tentia esset dictum teneri ad restitutionem fru-
ctuum, seu illorum precium, pro quo immit-
tendum sit in possessionem fundi, quia licet e-
lectio in alternatiuis sit debitoris l. plerunque in
fin. ff. de iur. dot. & l. Lucio de legat. 2. tamen intelli-
87 gendum est secundum intellectum Iuris, sicut
animus iudicantis esse debet, Dec. cons. 43. num.
5. Soc. Iun. cons. 63. num. 17. & 19. lib. 1. Aym. cons.
188. n. 9. & per Rot. in d. decis. Sarnen. Affictus
num. 4.

Verùm hoc casu sciendum est, quod si es-
set legata res, quæ fuit postea per testatorem
pro tanta quantitate pignorata, quod nulla
verisimilis esset spes luendi, tunc diceretur a-
demptum legatum, ac si plenè, & perfectè esset
res illa alienata, vt per Doct. in l. 1. §. per seruum
corporaliter vbi Alex. num. 8. de acquir. possess. Bald.
in l. voluntas numer. 9. C. de fideicom. & idem Bald.
in consil. 218. sub numer. 2. vol. 1. Tiraq. de retract.
lign. in præfat. numer. 36. & hoc casu fructus non
computati in sortem fuit dictum in Rot. in vna
Romana executionis sententiarum in causa
* Romana Vinæ de Bruhis coram R.P.D. Ora-
no Merc. 11. Decembris 1591. in fin. operis decis. 2.
numer. 6.

Secundo limita, quando bona sunt in obli-
gatione, & pecuniæ sunt in solutione; veluti si
88 quis tenetur dare tubra quinque terreni vel
domum aliquam, & similia, tunc fructus non
extenuarent sortem principalem, vt in casu
Saluiani tradit Rota *diuers. decis. 44. sub num. 6. 7.
& 10. par. 1.* & tenuit Rota in allegata decis. Ro-
mana executionis sententiarum in causa Ro-
* mana Vineæ de Brunis Merc. 11. Decembris
1591. *in calce operis decis. 2. sub num. 4.*

89 Tertio limita in fructibus bonorum fidei-
commisso subiectorum, quando non essemus
in casu, in quo restitutio fideicommissi non fit
ipso iure, & fideicommissarius esset negligens
in petendo fideicommissum; nam hoc casu
fructus ante petitionem non debentur, vt per
Bart. *in l. in fideicommissariam num. 4.* vbi omnes
Doctores, & præcipuè Rip. *numer. 5. ad Trebell.*
Soc. Sen. *cons. 42. numer. 5. volum. 3.* Aym. *cons. 306.
num. 2.* Corn. *cons. 158. num. 8. vers. secus in fructibus
volum. 3.* Socin. iun. *consil. 72. numer. 66. volum. 1. &
cons. 182. num. 23. volum. 2.* Aret. *consil. 155. numer. 4.*
Vnde si pro eis Saluianum fuerit intentatum
veniret denegandum, & de hac materia, &
quando fructus veniant restituendi, latè dedu-
xi supra *in 3. Inspect. cap. 4. num. 354. vsque 461.* vbi
vide ampliationes, & limitationes.

90 Illud tamen scias, quod in omni casu post
factam petitionem, vel post litis contestatio-
nem, vel aliter in mora fuerit constitutus, po-
terit Iudex ex officio possessorem fideicom-
missarium in fructibus post moram perceptis
condemnare, etiam si non essent petiti, vt post
Bart. *in l. videamus. §. 1. de vsur. & in l. ex diuerso. §.
1. ff. de rei vend.* tradit Afflic. *decis. 39. num. 2.* Guid.
Pap. *decis. 405. numer. 1.* vbi hanc æquiorem, &
magis rationi consonam dicit, & fuit opinio
Buttrij *in cap. grauis num. 14. de restit. spol.* qui con-
trariam Innocentij opinionem reiecit, & latè
per Surd. *cons. 293 numer. 15. lib. 2.* pro vt etiam in
omnibus aliis casibus à die litis contestatæ; &
sic postquam reus in mala fide fuerit constitu-
tus, condemnatio etiam in fructibus est facien-
da. *l. interdictis*, vbi Bart. *ff. de interdict.* Alexand.
*in l. Neseruius. §. fundum sub numer. 5. & 7. ff. de rei
vind.* Afflic. *decis. 59. num. 1. & 2.* & in terminis Sa-
lu. Interdict. tradit Honded. qui alios adducit
in cons. 25. numer. 2. lib. 2. & per Rotam *diuers. de-
cis. 44. numer. 8. & 9. par. 1. & decis. 689. numer. 4.
par. 3.*

91 Quod tamen præcipuè procedit, quando
fructus debentur iure actionis, quia tunc pos-
sunt etiam post sententiam peti, si de eis per Iu-
dicem condemnatio omissa fuerit. Abb. *in cap.
grauis num. 20. de restit. spol.* Bart. & ibi latius per
Alexand. *in l. si marito. §. final. in princip. ff. solut.
matrim.* Gabr. *consil. 35. num. 9. lib. 2.* Surd. *cons. 293.
num. 23. lib. 2.* Boer. *decis. 18. num. 2.* Rot. *diuers. dec.
807. num. 6. par. 1.*

92 Hoc tamen intellige, quod in alio iudicio
sit facienda petitio, vt declarat Bart. *in l. 2. num.
4. de petit. hered.* & per Barbos. *in 3. par. rub. nu. 62.
vers. tamen alio iudicio. ff. solut. matrim.*

93 Licet contrarium sit, quando fructus offi-
cio Iudicis mercenario debentur, vt per Innoc.
in d. cap. grauis vers. item si agitur de restit. spol. Bald.
in l. cum propria nu. 4. C. si quis alteri, vel sibi, & per
omnes Doct. proximè allegatos Surd. *d. consil.
293. num. 23.* Rota *diuers. decis. 807. par. 1. num. 5.*

94 Et comprobatur, quod dicitur de fructibus
iure actionis debitis, quia eadem ratione in Iu-
dicijs vniuersalibus proceditur, si fructus in
sententia omitterentur, quia sicuti augent rem
ipsam, ita iure actionis tanquam pars rei post
sententiam, & in alio iudicio peti possunt, per
text. *in d. l. si marito. §. final.* quem ad hunc effe-
ctum adducit Barbos. *in d. 3. par. ff. solut. matrim.
sub numer. 62.* Surd. *d. cons. 293. num. 24.* Quod e-
tiam in dote particulariter procedit, cùm di-
catur iudicium vniuersale, vt per Bart. Bald. A-
lexand. & omnes Doct. *in d. l. si marito. §. fin. cum
95 aliis supra allegat.* ad contraria respondet, dum
nonnulli differentiam adducebant inter fru-
ctus dotis ante contractum matrimonium, &
post solutum matrimonium, & videas per eum.

96 Vnde sequitur, quod pro dictis fructibus
dotalibus competat Saluianum, cùm pro eis
detur tacita hypotheca, vt aliàs deductum est,
& hoc procedit non solum fauore mulieris,
97 sed etiam mariti à tempore, quo incepit susti-
nere onera matrimonij, quia tunc pro eis da-
tur actio dotalis, & augent dotem, vt de magis
communi attestatur Barbos. *in d. 3. par. rubr. ff. so-
lut. matr. nu. 69. & 73.* vbi declarat, quando pre-
98 cium hoc casu, & in vniuersalibus succedat lo-
co rei, vbi ad partes hanc materiam deducit.

In his verò casibus in quibus supra firma-
tum est fructus esse restituendos, aliud insurgit
dubium, An creditor, qui fructus percipit, te-
neatur restituere fructus perceptos, vel qui
99 percipi potuerunt. Et breuiter dicitur, quod
aut sumus in creditore, qui causam à Domino
rei, & tenetur ad fructuum restitutionem, qui
percipi potuerunt ab ipso debitore, iuxt. tex. *in
l. 2. in fin. C. de pign. act.* & per Abb. *in cap. 1. super
glos. 1. de vsur.* & per Negus. *de pign. in 5. memb. 5.
par. sub numer. 1. & seq.* Capuc. *de Salu. Interd. lib. 3.
100 quæst. 9. nu. 2.* aut vero sumus in possessore, qui
causam non habet à Domino, & hoc casu tene-
tur ad restitutionem fructuum, qui percipi po-
tuerunt ab ipso Domino, vt tradit Bald. *in l. 2. in
princ. C. de pign. act.* & per Alexand. *in l. cum ser-
uus. §. fructus circa med. de legat. 1.* & per Ias. *in l. a-
pud Iulianum nu. 3. ff. eo tit.* & per Negus. *in 5. memb.
5. par. sub numer. 1. versic. intellige.* Surd. *dec. 282. nu-
mer. 28.*

101 Quarto limita in damnis, & interesse, quia
Saluianum datur pro damnis & interesse, etiam
si non esset in obligatione conuentum, quia
veniunt ex natura rei propter moram debito-
ris in quocunque iudicio, vt per Anchar. *consil.
150. numer. 3.* & in terminis declarauit Rota co-
ram Illustrissimo Seraphino in vna Romana
* damnorum, & interesse Lunæ 11. Februarij
1591. *in eius lib. impress. dec. 935. num. 1. & 2.* vbi am-
pliatur procedere etiam absq. interpellatione,
* & in alia coram eodé Salu. Interd. 1. Iunij 1587.
ibidem dec. 787. nu. 1. & multos cumulat Gabr. *de
emp. & vend. concl. 4. nu. 6.* & per Rot. *diuers. dec. 43.
sub numer. 1. & par. 1.* & pro hac parte facit, quod
supra deductum est per Thesaur. *dec. 78. sub n. 3.*
102 dum dicit quod si interesse partis sit tantum,
quantum ascédunt fructus rei pignoratæ, tunc
possunt recipi, nec dicitur vsura, & est de cis. O-
sac. 143. *num. 2.*

103 Quinto limita si feudum fuerit directo Do-
mino

mino pignoratum; nam si pensio rei feudalis, seu emphyteoticæ æquipollet fructibus dictæ rei feudalis, seu emphyteoticæ, tunc rei dominus iuste percipit in pensionis compensationem fructus præfatos, vt declarat Couar. *var. resolut.cap.1.lib.3.sub nu.4.in fin.* Nauar. *in manual. cap.17.n.217.in fine,& 218.*

Et cum supra visum sit de fructibus damnorum, & interesse, sequitur nunc videre de expensis in hoc iudicio factis: Quare dicitur
104 quod finito iudicio Saluiani expensæ debentur, & reus in sententia venit in eis condemnandus, quia etiam in causa possessorij expensæ debentur, prout declarat Strasil. *de litter. Iust. § citatio personalis sub numer. 20. versic. quo casu,* & per Rot. *in nouis dec.15 versic. videlicet, quando sententia de restit. spol.* & per Caputaq. *decis.341.sub num.1.lib.1.& dec.321.nu.2.lib.2.* Rota *in nou.d.dec. 5 de restit.spol.*

Et hoc sine dubio procedit, quando agitur vigore contractus, in quo quis se obligauit ad damna, expensas, & interesse, & in obligatione Cameali continentur; & tunc sine dubio
105 ex expressa obligatione debentur, prout de damnis, & interesse fuit resolutum in d. decis. Romana damnorum, & interesse in casu Saluiani interdicti coram Illustrissimo Seraphino
* sub die 11. Februarij 1591. *in eius lib. impress. decis. 935.numer.1.* & in terminis expensarum vigore contractus tradit Bald. *in l.terminato sub num. 9. versic. quaro nunquid C.de fruct. & lit. expens.* & ibi Salic. *sub numer.2.vers.contrarium.*

106 Et quatenus Iudex in sententia absolueret reum ab expensis in ea non includentur expensæ, quæ iure promissionis debentur, vt per Salic. *in l.properandum §. fin autem alterutra num. 2.vers.item sciat C.de Iudic.* sed ab eis tantum liberasse dicitur, quæ officio Iudicis mercenario petuntur, & idem Salic. *loco citato* declarat, & sequitur Ias. *in l.1. § fin.num.8.ff si quis ius dic. non obtemp.* Marf. *sing.237.& seq.* Surd. *decis.261. num 8*

107 Quod ampliatur etiam, quando extet statutum disponens, quod victus victori in expensis condemnetur, vt per Felin. *in cap. inter Monasterium in fin.de re iud.* Lucas Petus *in sua prax. in tit. de expens.sub. numer. 25 Marf.sing.207.* Crem. *sing.121.* Couar. *pract. quaest.cap. 27 num.7.* qui hanc communem dicit.

108 Qui omnes præcitati Doct. eisdem locis declarant, quod hoc casu, quando expensæ iure actionis debentur, iusta causa litigandi non excusat, licet contrarium teneat Bart. *in l.qui solidum de legat.2.* Bald. *in l.terminato num.12.C.de fruct.& lit.expens.* Alex. *in l. properandum § fin autem num.7.C.de iud.* Cagn. *in l.alterius num.19.de reg.iur.* & communem dicit Viu. *opin. 404. cum aliis relat.* pet Couar. *loco citato* Anchar. *cons.173. num.7.*

109 Tamen prima opinio, quæ fuit Bart. *in l.3.§. si rem de legat.3.* & est glos. sing. §. *Sancimus. Authen.de exhiben.reis*, quam veriorem dicit Lucas Per. *loco citato* tenenda est, quam sequitur Marf. *in l.patre. vel marito num.19.22.& 27 de quaest.& in cons.27.n.9.&* Gomes. *in cap.1.nu.218.de constit.* & hanc magis communem post multos per eum hinc inde relatos, affirmat Gabr. *de expens.concl. 1.* Alexand. *cons.183.n.9.lib.5.* Roland. *cons.62.nu.12.lib.4.Soc.Sen.cons.134.numer.3.lib.1.*

110 Quod præcipuè procedit in Rota Romana curia, vt attestatur Caputaq. *decis.176.lib.1.*
* *in manuscript. in fine operis decis.* 218. Cassad. *decis. 13.num.2.de rescript.* Put. *decis.246.in fin.lib.2.* Lancell. *de attent.par.cap.31.de pen.atten.nu.131.*

111 Et hæc est vna ex differentiis inter expensas, quæ ex partium conuentione debentur, & illas, quæ officio Iudicis veniunt reficiendæ; nam in primis iusta causa litigandi non excusat, in secundis verò excusat, & ita distinguit Roland. *d.cons.62.num.7.* de quibus successiuè dicemus.

Et ita intelligendus est Surd. *cons.142.num.6. cum ibi alleg.lib.1.* & Menoch. *de arbitr. iud. casu 177.* qui dicunt, quod iusta litigandi causa excusat ab expensis.

112 Quæ autem dicantur causæ iustæ, quæ ab expensis huiusmodi excusent, vide per Menoch. *d.casu.177.*

113 Si verò expensarum ex contractu debitarum condemnationem, Iudex in sententia omiserit, nihilominus eas victor post latam sententiam, & rem iudicatam petere poterit *l.4.C. de depos.*& ibi Bald.& post Imol. & Rom. *in l.si tertius §.Celsus ante fin.ff.de aq.pluu.arcen.* per eum relat. tradit Couar. *pract. quaest.cap.27.sub num.5. versic.sed.& vera sunt,* per Ias. *in d.§.fin autem alterutra sub num.28.C.de iud.* & bene per Surd. *cons.*
114 *293.num.26.* vbi ait dictas expensas ex contractu debitas, si à Iudice fuerint omissæ poterunt alio iudicio repetere.

115 Si verò expensę ratione iudicij peterentur, & eo casu similiter expensæ in iudicio possessorio repetuntur, & vltra supra alleg. tradit Pont. *de spol.lib.2.cap.6.sub num. 54. vers.esset pariter,* & per Menoch. *de adipisc.poss.remed.4.sub nu. 872.* vbi tractat de sententia in possessorio lata in negotio principali, & expensis, & per Contard. *de mom.poss.limit. 1. ratione damni irreparabilis num.28 29.& 30.* vbi illam quæstionem deducit super condemnatione expensarum, an in Iudicio possessorio inducatur mixtura, ita quod detur appellatio de quo *in seq cap.* tractabimus.

116 Verum pro clariori intelligentia huius articuli sciendum est, quod quando sumus in expensis, quæ officio iudicis debentur, tunc Iudex victum in expensis condemnare debet si ab eo fuerint petitæ, vt est glos. communiter approbata *in cap. quia nulli in verb. expensis circa med.* ibi dummodo petitum fuerit, vbi Abb. *nu. 15.* & omnes Doctores de rescript. & late hanc materiam tradit Ias. *in d. l. properandum §. fin autem alterutra num.30.* vbi de communi attestatur *C.de iud.* & ibi etiam Alex. *nu.31.* post Ang. Bald. Ruin. per eum alleg. & per Couar. *pract. quaest. cap.27.num.5.*

117 In expensis verò post litem contestatam factis, poterit Iudex absq. petitione reum condemnare, prout declarat Ias. *in d.§.fin autem alterutra num.31.* & ibi Alex. *num.31.* & per Couar. qui alios adducit *in d.cap. 27. sub num. 5.* & Dec. *in cap.sæpe num 6.de appell.*

118 Sed si Iudex in expensis huiusmodi, quæ ex officio Iudicis mercenario debentur, omiserit victum condemnare, hoc casu lata sententia cessat eius officium, & sic peti non possunt, vt

per Iaſ. in d. §. ſin autem alterutra num. 34. & in ter-
minis poſſeſſorij tradit Felin. in cap. ſignificarunt
ſub nu. 7. verſ. ſciasetiam de except. Egid. deciſ. 72. in-
cip. ſententia, & per Rot. diuerſ. dec. 807. n. 4. par. 1.

119 Et hæc eſt altera differentia inter expenſas
debitas iure actionis, & debitas ex officio Iu-
dicis, quia illæ, quæ debentur iure actionis, e-
tiam ſi à Iudice omiſſæ fuerint, nihilominus re-
peti poſſunt, vt dictum eſt; iſtæ verò quæ ex of-
ficio Iudicis debentur, ſi omiſſę fuerint non re-
petuntur, & hanc differentiam ponit Iaſ. in l. 1.
n. 4. C. d. iud. & per Surd. d. conſ. 293. n. 26. lib. 2.

120. Cetera verò, quæ ad hanc materiam ex-
pẽſarum ſpectant, latè vide per Aſin. in ſua prax.
§. 32. qui diffusè hanc materiam deducit.

121 Inſuper etiam videndum eſt, An vnus ex
creditoribus immiſſus in poſſeſſionem vigore
Saluiani interdicti, proſit etiam aliis creditori-
bus, ita quod ceteri etiam dicantur immiſſi;
pro cuius articuli intelligentia diſtinguendum
eſt; nam aut ſunt plures creditores habentes
hypothecam, & vnus fuerit immiſſus vigore
122 Saluiani, tunc alij non cenſentur immiſſi iuxta
doctrinam Bald. in Authen. ei qui iurat. nu. 10. C. de
bon. quæ lib. & ſeq. Neguſ. de pign. in 2. memb. 5. par.
num. 38. quod eſt notabilis limitatio ad tex. in l.
cum vnus vbi. Bart. in princ. ff. de bon. auct. iud. poſſ. v-
123 bi dicitur, quod decretum interpoſitum ad fa-
uorem vnius creditoris prodeſt aliis, vnde ad
euitandam hanc contrarietatem, intelligen-
dum eſt procedere, quando eſſent plures cre-
ditores ex diuerſis inſtrumentis, & ſi eorum a-
224 ctiones eſſent ſimul connexæ, & indiuiduæ, eo
caſu ſententia lata ad fauorem vnius prodeſt
alteri, prout etiam nocet tex. in l. loci corpus §. ſi
fundus ff. ſi ſent. vend. & per gloſ. in cap. quamuis de
ſent. & re iudic. & per Alex. poſt alios in l. ſæpe nu.
42. & 54. ff. eod. veluti, quando plures eſſent in
ſolidum obligati. Tiraquel. in tract. res inter alios
acta limit. 22. Anchar. conſ. 33. nu. 1. Menoch. conſ.
421. num. 63. lib. 5.

125 Et hoc confirmatur in ſociis, nam vno im-
miſſo, ceteri dicuntur immiſſi, quia ſenten-
tia lata ad fauorem vnius prodeſt aliis, prout e-
tiam nocet, vt poſt Bart. in l. ex duobus num. 16. ff.
de duobus reis. Ang. in §. ad hæc in auth. vt liceat ma-
tri vel Auiæ. Roncag. in l. ex duobus num. 46. de duo-
bus reis Aym. conſ. 206. n. 7. Menoch. conſ. 795. nu.
27. lib. 8. cum eadem ſit cauſa defenſionis om-
nium, & obligatio vnius ſit obligatio alterius,
vt per Roncag. Menoch. locis proximè citatis de
quo latius fuit ſupra in 3. Inſpect. cap. 2. quæſt. 9.
deductum.

126 Et quod dictum eſt de ſociis, procedit e-
tiam ſi eſſent participes alicuius negociationis;
quia non differunt niſi nomine, ſed in effectum
in omnibus ad inuicem concordant, & quod
vni, & alteri conuenit, & de ſolo nomine non
curat lex, quæ non verbis, ſed effectu rerum
impoſita eſt l. 2. in fine C. comm. de legat. cap. com-
miſſa in princ. de elect. in 6. & per Iaſ. in l. omne ver-
bum numer. 4. C. comm. de legat. & quod ſocius, &
particeps idem ſint, tradit Rot. Ianuen. dec. 46.
n. 1. & dec. 173. n. 4.

127 Et in hoc articulo aduertendum eſt, quod
licet Menoch. d. conſil. 795. num. 24. & 26. dicat,
quod principalis, & fideiuſſor dicuntur ſocij,
præſertim, quando obligati ſunt in ſolidum,
128 & propterea ſententia lata ad fauorem vnius
prodeſt alteri, tamen contrarium veritas eſt;
quando ſententia lata ad fauorem principalis
non iuuat, nec nocet fideiuſſori, niſi eſſet in eo
129 iudicio citatus, vt per Alex. in d. l. ſæpe num. 17. in
fine, qui hanc veriorem dicit, licet nonnullos
adducat, qui contrarium, & ſententiam Me-
noch. tenent; & hanc negatiuam tenet idem A-
lex. in l. cum filius nu. 8. ff. de verb. oblig. & per Ron-
cagal. in l. 16. ex duobus reis num. 30. ff. de duobus reis.
& per Marſ. in Rubr. de fideiuſ. quæſt. 49. qui poſt
diuerſas relatas opiniones hanc tuetur, & idem
Alex. in conſil. 131. num. 7. lib. 2. hanc communem
affirmat.

130 Attamen ſi eſſemus in caſu, in quo credi-
tor obtinuiſſet immitti vigore Saluiani contra
hæredem, vigore propriæ ipſius hæredis obli-
gationis non obſtante diſpoſitione in contra-
rium in aliquo teſtamento facta ad fauorem le-
gatariorum, vel fideicommiſſariorum, vt quia
teſtamentum fuit declaratum nullum, hoc ca-
ſu talis ſententia contra hæredem lata nocet e-
tiam fideicommiſſariis, & legatariis, vt per tex.
in l. ſi ex contractu ff. de re iud. & in l. ſi ſeruus plurium
§. 1. de legat. 1. & in l. filius familias §. diui ff. eo. cum
aliis relatis per Alciat. conſ. 44. nu 64. lib. 9.

131 Et licet in contrarium teneat Bald. in l. ſi eo
tempore C. de remiſſ. pign. Bart. in extrauag. ad re-
prim. in verb. per edictum, & per Iaſ. in l. decem num.
47. de verb. oblig. & in conſ. 111. col. penult. lib. 1. & per
Alex. in l. de vno quoque num. 17. de re iud. vbi di-
ſtinguit, quod procedit quo ad validitatem
ſententiæ, ſed quantum ad hoc, vt præiudicet
alteri, requiritur citatio ſaltem per proclama,
& quod requiratur citatio, tenet idem Alex.
conſ. 86. num. 1. lib. 2. & conſ. 84. num. 7. lib. 3. Felin.
in cap. humilis ſub num. 4. & 5. de maior. & obedien-
tia, qui diſtinctionem Alex. ſequi videtur Mar-
ſil. in d. l. decem num. 57. Curt. Iun. de Feud. part. 3. n.
29. & in conſ. 23. ſub n. 9. Rebuff. conſ. 176. nume. 23.
Senat. Pedem. dec. 157. n. 7. & 14.

132 Tamen priorem ſententiam ante Alciat. te-
nuit Ang. in d. §. diui numer. 4. in fin. & in l. ſeruus
plurium num. 1. & ibi Caſtr. in §. hæreditas num. 2.
de legat. 1. Imol. in d. §. diui nume. 12. verſ. item adde,
& ibi Alex. num. 7. & ſeq. vbi Iaſ. in prima lect. nu.
47. & ſeq. qui hanc communem affirmat. Rip.
numer. 61. qui ſimiliter communem dicit, Bolo-
gnet. numer. 169. & Soc. Iun. magis communem
probare atteſtatur num. 132. & 135. Alex. conſ. 119.
num. 27. lib. 6. & in l. ſæpe numer. 15. & 110. de re iud.
Corn. conſ. 60. num. 7. lib. 3. Dec. conſ. 542. ſub. num.
7. poſt med. Soc. Sen. conſ. 251. num. 13. verſ. poſtremò
lib. 2. & de communi etiam per Rolan. conſ. 92.
num. 15. & ſeq. & nume. 19. lib. 4. Bero. conſ. 102. nu.
45. lib. 2. Ruin. conſ. 202. num. 15. volum. 2. Rimin.
Iun. conſ. 140. nu. 10. volum. 2. & nouiſſimè Hon-
ded. qui Iaſ. ſequitur conſ. 28. nu. 24. lib. 1. Pinell.
in l. 1. par. 3. numer. 49. C. de bon. mater. qui etiam
communem dicit, Card. Mantic. de coniect. vlt.
volunt. lib. 11. tit. 11. num. 6. Roland. de inuent. par. 5.
numer. 26. qui ſimiliter communem affirmat.
Couar. pract. quæſt. cap. 13. num. 6. & Pereg. de fidei-
com. art. 53. à n. 49. vſque ad 53.

133 Et comprobatur, quia hoc idem procedit
in ſententia lata in feudo, ſeu Maioratu, quæ
nocet aliis vocatis, etiam non citatis, vt ex in-
finitis pro hac parte adductis per Molin. de

primo-

primogenit.lib.4.cap.8.numer.3. qui 48. auctoritates pro hac parte adducit, & veriorem affirmat Pinell. *in d.l.1 par.3.sub num. 48. vers. sed contraria opinio verior*, & de communi etiam attestatur Honded. *d.cons.28.n.34.* qui pro hac parte multos cumulat.

134 Hanc autem doctissimorum virorum dissensionem, ita conciliari posse de mente Rotæ videtur, nempe, quod aut quæritur, quod dicta sententia nocet quoad validitatem etiam contra non citatum, ita, quod contra eum executiuè agi possit vigore dictæ sententiæ, & hoc casu procedit prima opinio, quod sententia nocet fideicommissario, seu legatario, seu feudatario non citatis, aut verò quæritur an dicta sententia contra hæredem, vel feudatarium, seu primogenitum exequi possit contra fideicommissarium, vel secundo genitum veniente casu, ex quo ad eos per mortem hæredis, vel primogeniti peruenerint bona fideicommisso subiecta, vel feudo, vel sub primogenitura supposita, qui non fuerint citati, & hoc casu eis non præiudicat, & procedit secunda opinio, & hanc distinctionem tradit Put. *decis. 91. lib. 3.* & per Achill. *decis. 218. alias 6. de sent. & re iud.* & hoc etiam sentit Capic. *decis. 107. numer. 4.* dum dicit, quod contra non citatum non fit executio, & licet glos. *2. in l. de vno quoque, de re iud.* dicat,

135 quod is, de cuius præiudicio principaliter non agitur, non sit citandus, intelligendum est, quo ad validitatem actus, & hanc distinctionem optimè approbat Honded. *dict. consil. 28. numer. 37.*

136 Limitatur tamen prædicta procedere, quando hæres, vel possessor diligenter citra negligentiam litem sit prosecutus: quod si causam non defendisset, vel contumacialiter lata esset sententia, tunc fideicommissariis, vel legatariis non noceret, vt per Alex. *in d. l. sæpe numer. 78.* Pereg. *de fideicom. art. 53. num. 57.* & benè per Molin. *de primogenit. d. cap. 8. sub num. 7. vers. hac tamen omnia*, & per glos. quam sequuntur omnes Doct. *in l. si seruum plurium §. 1.* vbi Bart. & Bald. *ff. de legat. 1.* Alciat. *d. cons. 44. n. 66.*

137 Secundo limitatur, quando sententia per collusionem actoris, & hæredis lata esset, quia tunc non noceret fideicommissariis, & aliis successoribus, vt per Bart. Alex. Ias. *in d. l. si seruum plurium §. 1.* & tradit Pereg. *de fideicom. d. art. 53 numer. 58.* & per Molin. *loco citato*, & per Alciat. *d. cons. 44 n. 66. lib. 9.*

138 Tertio limita, quando constaret de errore, seu iniustitia sententiæ, vt per Dec. *cons. 445. nu. 42 & in l. 2. num. 2. C de edendo.* Socin. *l. 1. in fin. de except. rei iud.* & sequitur Honded. *d. con. 28. num. 47. in fine lib. 4.*

139 Quarto limita, quando sententia esset lata per iuramentum litis decisiuum, vt per Pereg. *d. art. 53. n. 62. cum ibi allegat.*

140 Videndum nunc sequitur, an actor, qui vigore sententiæ in Saluiano latæ missus sit in possessionem bonorum, possit ipsa bona vendere, & alienare, vt de illorum pretio satisfiat, & pro affirmatiua tenet Couar. *variar. resolut. lib. 3. cap. 18. num. 4.* vbi dicit, quod creditor qui iure pignoris rem detinet, donec de suo credito sit satisfactus, tenetur fructus in sortem principalem imputare, & ea ratione cogitur particulares solutiones admittere, Vnde à Iudice petere poterit, vt diem constituat debitori ad creditum soluendum, & pignus relaxandum, quo elapso, & debito non persoluto, iudiciali decreto permittat ipsius pignoris solemnem venditionem.

141 Contrariam, & veriorem sententiam tenuit M. Antonius Eug. *cons. 65. numer. 86.* & ante eum fuit resolutum in Rota, vt habetur per Rot. *diuers. decis. 43 sub num. 3. par. 1.* & coram Illustrissimo Seraphino in vna Senogallien. prædij Lunæ 5. Decembris 1594. *in suo impressu decis. 1100. n. 1. & 2.*

142 Pro qua opinione adducitur, quod Saluianum, vt aliàs fuit deductum, datur solum ad auocandam pignoris possessionem retinendam, donec de suo credito ex fructibus fuerit integrè creditor satisfactus, vt per Bellon. *in § item Seruiana sub num 4. vers. debetu scire.* & ibi Zas. *nu. 40.* Rolan. *cons. 14 nu. 13 lib 3.* M. Antonius Eug. *d. consil. 65. num. 86.* & dixit Rota coram R.P.D. Penia in vna Romana Saluiani Interdicti 22. Martij 1599. *in fine operis decis. 9 ante numer. 1.* & coram eodem in vna Romana Saluiani Interdicti 15. Iunij 1599. *circa fin. in calce operis decis. 10. in princip.* & clarè in dict. Senogallien. prædij *num. 2.* coram Illustrissimo Seraphino *in suo impressu decis. 1100.* & coram R.P.D. Orano in vna Romana Vineæ de Brunis Mercurij 11. Decembris 1591. *ibidem. decis. 2. num. 8.* & solum de fructibus creditor satisfieri debet, qui extenuant, & diminuunt sortem principalem, vt supra *in*

143 *hoc cap. num. 42.* deductum est, nam vendere pignus solum, quando agitur hypothecaria, permissum est, vt latè per Neguſ. *de pignor. in 1. memb. 6. par. per totum*, & præcipuè *num. 40.* vbi etiam declaratur, quando teneatur de euictione, & per Eugen. *dicon. 65 sub numer. 86.* & per Rot. *diuers. d. decis. 43. sub num. 2. vers. non obstat*, vbi dicit ita intelligendum esse Couar. *variar. resolut. supra alleg. in d. cap. 18. num 4.* & ad hunc effectum etiam eum adducit Eugen. *loco citato*, nempe quando agitur hypothecaria, aliàs sequeretur, quod Saluianum auocaret etiam proprietatem, cuius contrarium pluries fuit ostensum, minus in hoc esset differentia inter Saluianum, & hypothecariam, & tamen in contrarium est veritas, vt supra *in 2. Inspect cap. 1.* fuit deductum.

144 Sciàs tamen aliud esse in paupere, vel in minore, vel miserabili persona, vel etiam in puella maritanda, quam pro dote sortem principalem habere necesse foret, prout in hoc casu ego obtinui à felic. record. Clemen. VIII. nam obtenta immissione recursum habeas ad signaturam gratiæ, & exposita necessitate creditoris per viam commissionis petas rescribi alicui Iudici, vt præfixo competenti termino debitori ad reluendum pignus, quo lapso, & non redempto deueniat ad subhastationem & deliberationem dicti pignoris (vt moris est) plus offerenti de facili obtinere poteris.

145 Et hoc casu dictus creditor non teneretur de euictione emptori, quia quando fit venditio à creditore, vti creditor non tenetur de euictione, vt per Salic. *in l. 1. numer. 1. C. cred. euic. in pign. non deb.* & alios refert Negus. *in d. 1. memb. 6. par. n. 40. vers. regula ergo.*

An autem in casu Saluiani Interdicti euictio locum habeat, veluti si quis vendiderit domum alteri hypothecatam, & creditor fuerit immissus in possessionem, an iste venditor
146 teneatur de euictione. Et dicitur, quod non, vt in terminis Saluiani Interdicti tradit Gaspar Cabal. *de euict.* §.5.*n.*44.& est ratio, quia quando agitur de sola possessione non habet locum euictio. Bar. *in l. ratio numer.*1 *ff. de act. empt.* Bald. *in l.*1.*num* 11.*C. de peric. & commen. rei vend.* & ibi Salic. *nu.*7.& idem Bald. *in d. l. ratio ff. de act. empt.* licet in aliquibus Codicibus sit impressa corrupte datio, & per Gaspar Cabal. *loco citato*, & *in* §.3.*num* 153.& tradit Soc. Sen. *cons.*199. *num.*8. *vol.*2. Cephal. *cons.*168.*n.*5.*lib.*2.

Et hinc vidimus, quod possidens vigore Saluiani cautionem de restituendo, prioribus & potioribus creditoribus præstare non tenetur,
* vt declarauit Rota coram Card. Millino in vna Romana Vineæ de Paunelinis 29. Octubris 1579. *in calce operis decis.*219.*n.*4.

Quod tamen limitatur, quando adesset alius creditor, qui anteriorem hypothecam haberet, & vellet præferri, vt tenuit Rota coram
* R.P.D. Bubalo in vna Senogallien. prædij Veneris 27. Aprilis 1585. *in calce operis decis.* 8. *numer.*6.

147 Poterit tamen agere ad interesse, vt bene declarat Salic. *in d. l.*1. *numer.*7. & per Bart. *in d. l. ratio sub numer.* 1. dicit, quod agere poterit actione ex empto ratione interesse quasi re non tradita, & idem dicit ibi Bald. *sub numer.*11. dum dicit non agitur quasi re euicta, sed agitur quasi re non tradita, Soc. Sen. *d. consil* 199. *sub numer.* 8. *vers. sed quando euincitur*, & hoc idem sensit Cabal. *de euict. in dict.* §.3 *sub numer.* 153. dum dicit, quod non solum poterit agere ad precij restitutionem, sed quando non esset solutum poterit retinere, & per Rotam coram Illustrissi-
* mo Blanchetto in vna Neapolitana pecuniaria Mercur. 4. Nouembris 1579. *in calce operis decis.* 120. *num* 6.

148 Aduertendum tamen est, quod extra terminos Saluiani Interdicti, si quis ignoranter rem alteri obligatam, vel hypothecatam vendiderit, vel rem alienam ignoranter alienauerit, vltra quod teneretur de euictione remanet etiam obligatus ad damna, & interesse, vt fuit resolutum in Rota coram Illustrissimo Sera-
* phino in vna Romana Saluiani Interdicti 1. Iunij 1587. *in eius lib. impressu decis.*787. *per totam cum alijs supra n.*101. *allegat.*

149 Nam si scienter rem alteri obligatam, vel hypothecatam, vel restitutioni subiectam vendiderit, poterit emptor etiam antequam molestetur, vel res euincatur, agere ad interesse, text. est *in l. seruum quem* §. *fin. ff. de act. empt. l. si hominem ff. solut.* Bald. *in l. ex his prædijs, in princip. C. de euict.* & per Rip. *in l.*1. §. *si hæres sub numer.*3. *versic. dict.* Alexand. *ad Trebellian.* Surd. *consil.*36. *numer.* 23. *lib.* 1. Rot. *diuers. decis.* 586. *numer.* 3. *par.*1.

150 Quod sine dubio procedit, quando in venditione adest clausula illa, *alias voluit teneri ad omnia damna, & interesse* cum obligatione Camerali, vt supra *sub num.* 49. deductum est. Et fuit resolutum coram Illustrissimo Seraphino
* in vna Romana damnorum, & interesse 11. Februarij 1591. *in suis impress. dec.*935. *num.*1.

151 Quid enim est si creditor, qui immissus sit in possessionem vigore Saluiani Interdicti, & sua culpa ex illis bonis sic per eum possessis, fructus non perceperit, vel ea bona deteriorauerit, vel in diminutionem venerint, vel perierint; & hoc casu si fructus non perceperit, veluti quia de domo illa curam non habuerit, & locare non curauerit, cum sit in eius arbitrio eam locare, & pro quanto tempore; dicitur esse in dolo, vt declarat glos. *in l. in venditione.* §. *si quis fructus, in verbo ex culpa ff. de bon. auct. iud. poss.* vbi etiam Bart. qui quidem, & glos. declarat, quod propter dolum in non locando, & fructus non percipiendo, cum posset, tenetur immissus fructus, quos percipere potuit in sortem computare, & illos debitori ex computare, & ita etiam tradit Negus. *de pign. in* 5. *memb.* 5 *par. num* 58.

152 Et hoc idem procedit, si quis fuerit in possessione alicuius vineæ immissus, & cum non coluit, vel intempestiuè coluit, si quidem tenetur non solum ad fructus, sed etiam ad deteriorationem, vt per Tiraquell. *de retract. conuent.* §.5. *glos.*4. *n* 26. & 27. & per Ruin. *cons.*80. *n.* 4. *lib.*1. & *consil.*46. *numer.*7. *lib.*2. & per Ias. *in l. si quis, nec causam* §. *res pign. num.*2. *ff. si cert. petat.* Caualc. *de vsufruct. num.*249.

153 Et in dolo dicitur esse, qui non adhibuit diligentiam, & remedium oportunum ad euitandum damnum, vt per Bald. *consil.*395. *sub numer.*4. *versic. nam si ipse lib.*2. & *seq.* Aym. *cons.*97. *numer.*7. Menoch. *cons.*118. *numer.*10. Mascard. *de probat. conclus.*531. *num.*42. Et dicitur etiam esse
154 in dolo, qui non facit, quod facere debet, vt per Aym. *cons.*75. *num* 7. & 175. *num.*5. & 193. *nu. in fin.* & per Menoch. *loco citato.*

155 Quod ampliatur procedere non solum, quando est in dolo, sed etiam si esset in lata culpa, quia tunc non solum tenetur ad fructus, qui percipi potuissent, sed etiam ad deteriorationem, vt per Fulgos. *in l. quod Nerua. num.* 21. *in fine ff. de posth.* Menoch. *dict. cons.*118. *num.*6. qui loquitur de restituendo pignore.

156 Et lata culpa, dolo æquiparatur, vt per Bar. *in d. l. quod Nerua. numer.* 2. *ad fin. de posth.* Fulgos. *in l. in actionibus numer.*16. & ibi Bald. *volum.* 2. *post med. versic. sed quod. ff. de in lit. iur.* & per Bart. *in l.*1. § 1. *num.*1. *vers. vbi vero tractatur de pœna pecuniaria. ff. si quis testam. lib.* Ang. *in l.*1. *num.*5. *vers. aut imponit pœnam pecuniariam. ff. de legib.* Cagn. *in l. contractus, numer.* 8. *in fin.* & *numer.* 9. *ff. de reg. iur.*

157 Ampliatur secundo procedere in leui culpa, vt per Negus. *de pignor. in* 5. *membr.* 5. *par. num.* 2. ex doctrina Ias. *in l.*1. *numer.*13 *ff. qui satisd. cog.* & tradit Bart. *in l. quod Nerua. ff. de posth.* Bald. *in dict. cons.*404. *circa med. lib.*3. & per Cepol. *in cons.* 69. *nu.*6. *in criminal.* & sequitur Menoch. *d. cons.* 118. *num.*4.

158 Et leuis culpa dicitur, quando non adhibita diligentia, quam in bonis proprijs adhibere solet, vt per Bald. *in d. cons.* 404. *vers. item tenetur*, & per Roman. *cons.* 426. *sub num.*4. Aym. *d. cons.*97. *num.*5. licet Menoch. *d. cons.*97. *num.*6. casum istum latæ culpæ attribuat, & Fulg. & Cephal. *per eum allegat.*

159 De leuissima verò culpa non tenetur, vt ex

multis

multis tradit Menoch. *de arbitr. in dict. casu* 390. *n.9.* licèt Grammat. *dec. 3. nu.* 18. contrarium teneat, tamen reprobatur à Menoch.

160 Altera etiam insurgit quæstio: An si quis fuerit vigore Saluiani immissus in Silua, quæ nullum alium reddit fructum, præterquam in decimo quoquo anno incîdi solet, & in nono anno fuit retracta vigore pacti de retrouendendo, an fructus in totum spectent ad redimentem, vel potius pro rata temporis sit facienda diuisio inter eos. Et quod sit pro rata temporis facienda diuisio, sed omnes fructus ad redimentem spectare tenet Alexand. *in l. qui Roma sub num. 9. ff. de verb. oblig.* & eum sequitur Bald. Ang. Bero. Cassan. Egid. quos refert Ioseph. Lud. *decis.* 79. vbi pro hac parte plura adducit fundamenta, & hanc sustentabiliorem dicit Thesaur. *dec.* 56 *n. 2. in fine.*

161 Altera fuit Zoânett. opinio *in l. 2. num.* 157. *C. de pact. inter empt. & vend.* qui nullam inter venditorem, & emptorem diuisionem fructuum faciendam esse arbitratus est; sed tempus initi contractus, & cadentis diei spectandum esse: ita si in illo annuo tempore quo primitus venditio facta fuerit fructus in fundo extabant, eodem modo retrouenditio facienda est; si verò recollectis fructibus venditio facta fuerit, nullo iure redemptio ante fructuum perceptionem fieri possit. Et hanc opinionem comprobat Couar. *variar. resolut. lib. 1. cap. 15. sub num. 7. in fin.* & pro hac parte fuisse resolutum attestatur Thesaur. *decis. 56. num* 3.

162 Tertia fuit Conan. opinio *in d. l. qui Roma in princ.* videlicet, quod immo fructuum diuisio pro rata temporis sit facienda, qui fuit primus qui hanc quæstionem firmauit; & idem confirmauit *in l. 1. ff. de iur. fisc.* & eum secutus est Ias. *in d. l. qui Roma. numer* 37. Soc. *numer.* 20. Cagn. *in l. 2. numer.* 45. *C. de pact. inter empt. & vend.* vbi Gozzad. *num.* 130. Tiraquell. *de retract. conuent. §. 5. glos. 4. numer. 6.* & hanc celebrem, & ad praxim omnino memoriæ commendandam dicit Couar. *var. resolut. d. cap. 5. numer. 7. in princip.* & magis communem attestatur Caualc. *de vsufruct. sub numer.* 244 & idem attestatur Roland. *consil. 27 numer. 6. lib. 2.* & ita fuisse indicatum attestatur Ioseph. Lud. *d. decis. 79. num. 7.* & nouissimè magis communem dicit Molin. *de primogenit. lib. 3. cap. 11. num. 9.* & hanc sequendam censeo, cui non obstant fundamenta pro opinione Alexand. allegata, quibus optimè respondet Ioseph. Lud. *d. decis. 79. numer.* 14. etiam nonnulla pro responsione adducit Couar. *loco citato*, & hanc opinionem sequitur nouissimè Barbos. *in l. diuortio. §. ob donationes num. 2. ff. solut. matrim.*

Et ex eisdem rationibus, & fundamentis tollitur opinio Zoannetti pro cuius exclusione faciunt tradita per Egid. Tom. *loco supra citato.* nec video qualiter Thesauri fundamenta pro communi opinione tollat, cùm nihil ex aduerso deducat.

163 Amplia modo supradictam firmatam conclusionem, id est, quod sit facienda diuisio pro rata temporis, procedere etiam si emptor colligit fructus nondum omnino maturos, quia forte viderit tempus redêptionis appropinquare; siquidem tunc inspiciendum esse tempus quo fructus erunt maturi, vt restitutio pro rata temporis fiat, non tempus quo fuerint recollecti, vt declarat Tiraquell. *de retract. conuent. d. §. 5. glos. 4. n.* 15.

164 Nam hoc casu si in recolligendo fructus immaturos proprietatem deteriorasset, vel non eo modo, vt debebat, fundum cultiuasset, vel custodisset, tunc tenetur immissus ad emendationem damni, vt supra deductum est, & per Caualc. *de vsufruct. n.* 249.

165 Limitatur tamen supradicta conclusio, quando promissio de retrouendendo esset facta pro precio maiori, vel precio currente tunc temporis, vel pro precio æstimando, & similia, quia tunc fructus cum ipsa proprietate æstimarentur, vt tradit Couar. *var. resol. d. cap. 15. lib. 1. sub num. 6. vers. & quantum*, & per Ioseph. Lud. *decis. 79. num.* 17. Caualc. *de vsufruct. nu. 244. in fine.*

166 Et an sit differentia, si fuerit dictum, quod teneatur reuendere pro eodem precio, vel simpliciter teneatur reuendere, vel si dixerit teneatur restituere, vide per eundem Barbos. *in d. l. diuortio sub num. 74. & n. 76.* & per Bart. *cons.* 68. *incipien. quantum honesta.*

167 Circa verò illud, quod Barbos. *numer.* 76. dicit, quod in pacto de retrouendendo, per oblationem videtur purificatum pactum, sed non ob id promissor censetur in mora constitutus: sed si offerens vlterius interpellat promittentem, vt impleat pro parte sua dicitur in mora constitutus, & facit fructus suos, iux. cons. Socin. 80. *numer. 4. lib. 3.* & per Cagn. *in l. 2. nume. 28. C. de pact.* ex quibus addit Tiraquell. *de retract. conuent. ad fin. titul. num.* 73. vbi ait, quod
168 per oblationem precij retrouenditio habetur pro perfecta quoad iuris effectum, & sequitur Surd. *cons. 52. n. 82. lib. 1.* & alios multos adducit Decian. *cons. 10. n. 90. lib. 1.*

169 Attamen sola oblatio precij hoc casu non videtur sufficiens, prout tradit Bart. *in l. acceptam numer. 3.* vbi Ang. Salicet. *C. de vsur.* & per text. *in l. si à te. ff. de pact. inter empt. & vend.* sed Bald. *in d. l. acceptam, numer.* 11. tenet contrariam
170 suprà relatam opinionem, & respondet non obstare *d. l. si à te*, quibus sola oblatio non sufficit ad annullandum contractum, quia fuerat conuentum si intra certum tempus soluta esset certa quantitas, dicta res esset inempta, & ita declarat Boer. *decis. 124. n.* 25. Aymon. *consil.* 331. *num.* 3.

171 Nihilominùs oblatio huiusmodi realiter facienda est ad hoc, vt emptor agere possit, vt per Bald. *consil. 384. numer. 1. lib.* 1. ex doctr. Bar. *in l. prætor ait. §. si quis paratus ff. de oper. nou. nunc.* sequitur ibi Ang. & Imol. & idem Ang. *in l. si mora solum 1. ff. solut. matrim.* vbi ait, quod non sufficit dicere se paratum soluere, vel dare fideiussorem, sed debet ostendere se habere pecunias in manibus, & ibi tradit Bart. Alexand. *numer.* 4. Roman. *consil. 163. numer. 6. ante fin. vers. certe.* Alexand. *cons. 130. numer. 11 lib.* 4. & per Ias. *cons. 172. lib. 2.* & hanc partem tenet Decian. *cons. 16. nu. 91. vol. 1* & Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 32. n.* 11.

172 Et licet Mars. *sing.* 479. multos relatos pro hac opinione referat, tandem in fine dicit, quod fallit in pacto de retrouendendo, quia eo

casu sufficit precium offerre sine aliqua de-
mōstratione, vel depositione pecuniarum iuxta not. per Io. Andr. *in addit. ad Specul. in rubr. in princip. in titul. de empt. & vend.* & per Soc. *cons.* 80. *sub n.* 4. *vers. & scias, lib.* 5.

Tamen à prima opinione non est recedendum, cum Bart. *in d. l. acceptam*, & omnes Doctor. proximè allegati loquantur in casu ad effectum, vt agi possit, prout est in casu nostro ad effectum retrahendi, quia vbi facto opus est,
173 verba non sufficiunt, vt declarant omnes Doctores supra allegati, & in terminis retractus, ita tradit Tiraquell. *de retract. lign.* §. 7. *glos.* 3. *in princip.* vbi multos adducit, & Imol. fortius dicit, necessariam esse depositionem pecuniarum, & hanc esse magis receptam opinionem attestatur Menoch. *cons.* 756. *n.* 6.

174 In quibus autem casibus sola oblatio sufficiat, vide per Gabr. *de solut. conclus.* 7. & per Viu. *comm. opin.* 557. & 118.

175 Secundo amplia idem procedere si post factam immissionem in possessionem vigore Saluiani, consanguineus vellet iure sanguinis eam domum retrahere, vt per Tiraquell. *loco ci-*
176 *tato numer.* 7. & 8. quod applicari potest, si fieret retractus vigore Bullæ iuris congrui à vicino, nam diuisio pensionis pro rata temporis erit facienda ex dispositione text. *in l. diuortio. ff. solut. matrim.* & ex rationibus adductis per Roland. *d. cons.* 27. *n.* 17. & per Ioseph. Lud. *dec.* 79. *n.* 6. *cum pluribus seqq.*

177 Tertio amplia procedere in annua præstatione alicui debita, vel ratione legati, vel alterius dispositionis, donec, vel hæres, vel alius tot scuta soluerit; nam si hoc casu, quis fuerit immissus in possessionem dictæ annuæ præstationis, & interim post aliquod tempus hæres dictam quantitatem pecuniarum soluerit, pro rata temporis decursi erit facienda diuisio,
178 quod, & in annuo censu procedere dicimus ex doctrina Tiraquell. *dict.* §. 5. *glos.* 3. & *seq.* Couar. *var. resolution. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 10. reiecta
179 opinione Guid. Pap. *quæst.* 271. *vbi num.* 11. idem procedere ait, quando quis annuam responsionem vini, olei, frumenti, & similia super fundo ab aliquo, cum pacto redimendi emerit; nam tunc similiter diuisio pro rata temporis erit facienda.

180 Quarto amplia procedere etiam in emphyteusi, quæ reuertitur ad dominum per lineam finitam, quia tunc fit diuisio pro rata temporis, vt declarat Socin. *in d. l. diuortio num.* 8. *post* Alexand. *num.* 4. *ff. solut. matrim.* & per Corb. *de caus.*
181 *priuat. ob non solut. can. ampliat.* 37. *sub num.* 4. quia emphytheuta æquiparatur vsufructuario, vt per omnes Doctores proximè allegatos, & v-
182 susfructuarius non transmittit fructus, etiam pendentes ad hæredem *l. vsufructuarius. ff. quib. mod. vsusfruct. amit.*

183 Limitatur hæc ampliatio, quando emphyteusis ad dominum reuertitur propter canonem non solutum, vel ex alia quauis caducitate, quia tunc etiam si fructus essent maturi, & pendentes, & proximi recollectioni ad dominum reuertuntur propter cohærentiam soli, vt declarat Soc. *in d. l. diuortio.* §. 4. & latius per Corb. *d. ampliat.* 37. *num* 1. & 2. & an teneatur ad
184 restitutionem fructus à die deuolutionis, vel potius à die declarationis, distingue, vt per Corb. *de caus. priu. ob nō solut. can. ampliat.* 38. *n.* 203.

185 Hoc tamen verum est, quod emphyteuta non cadit à iure suo, quando per biennium non soluit canonem de rebus boscatiuis de quibus singulo quinquennio solent fructus colligi, vt de silua cædua supra deductum est; quia istud biennium eo casu intelligendum est pro decennio, vt per Ioseph. Lud. *d. dec.* 79. *n.* 19. & per Caualc. *de vsufruct. sub n.* 246. & tradit Roland. *cons.* 87. *nu.* 29. *volum.* 1. *in d. l. diuortio.* §. *quod in anno sub n.* 2. *ff. solut. matrim.*

186 Secundo limitatur in feudo, quia hoc constitutum, & decisum est, quod si Vasallus moriatur ante Calendas Martij omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes, ad dominum pertinent, si verò post Calendas Martij vsque ad Augustum fructus omnes ad hæredes Vasalli spectant, vt est tex. *in cap.* 1. §. *his consequenter. in tit. hic finitur lex.* & ita ibi declarat Bald. *in princip.* & omnes Doct. & per Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 5. *glos.* 4. *num.* 3. Couar. *variar. resolut. lib* 1 *cap.* 15. *numer.* 14. Molin. *de primogen. Hispan. cap.* 11. *numer.* 1. cum aliis relat. per Peregr. *de fideicommiss. art.* 49. *num.* 108. vbi refert Alexand. post Cum. *in d. l. diuortio.* Aluarot. *in d.* §. *his consequenter*, hanc eandem opinionem sequitur, & clarius distinguendo hoc tempus, dicit ipsum annum incipere à principio Septembris inclu-
187 siuè, & durat vsque ad Mensem Martij exclusiuè, & fructuum diuisio fit, vt supra deductum est, ex dispositione *d.* §. *his consequenter.* Ex quibus patet, quod si Vasallus decesserit ante Calendas Martij Saluianum cessabit, cùm feudum vnà cum fructibus super quibus intenta-
188 tum est Saluianum ad dominum spectant. Si verò post Calendas Martij Saluianum super fructibus experiri poterit.

189 Illud etiam aduertendum est, quod si feudum alia ex causa ad Dominum reuertatur præter quàm ex morte Vasalli, tunc fructus etiam pendentes ad dominum deuoluuntur, vt tradit Couar. *loco citato.* & per Tiraquell. *in d. glos.* 4. *sub n.* 3. *in fin.* & Pereg. *d. art.* 49. *n.* 8. *vers. quin tamen*, & per consequens cessabit Saluianum.

190 Quinto amplia principalem conclusionem in fructibus Maioratus, si quidem isti pro rata temporis sunt diuidendi, vt tradit Couar. *variar. resolut. d. cap.* 15. *sub nu.* 14. *vers. quamobrem*, & *vers. verum*, vbi hanc æquiorem, & veriorem asfirmat, & tanquam veriorem sequitur Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 12. qui veriorem dicit, & hanc opinionem valde tuetur, & latius per Castil. *de vsufruct. cap.* 80. *n.* 1. vbi quamplures alios adducit, & hanc opinionem æquiorem dicit *nu.* 15. & respondet ad fundamenta per Barbos. *in d. l. diuortio. par.* 2. *n.* 1. & *seq.* vbi hanc contrariam opinionem acerrimè defendit.

Quid enim dicendum sit in pensionibus Ecclesiasticis, in quo articulo quatuor differentes reperio doctissimorum virorum quæstiones, ita vt vix de illis veritate iudicari possit, & breuiter singulas referendo, dicitur quod vna fuit opinio Alexand. *cons.* 15. *n.* 3. *lib.* 2. dicens in huiusmodi pensione obseruandam esse dispositionem tex. *in l. defuncto. ff. de vsufruct.* nempe quod
191 si pensionarius decedat ante perceptos fructus nihil ad heredes transmittit, secus si fructibus
colle-

collectis decederet, etiam si dies pensionis soluendæ nondum venit, quam opinionem secutus est Gigas. *de pens. quæst.* 53. Caccialup. *de pens. quæst.* 25. *num.* 1. & per Gabr. *cons.* 191. *num.* 2. & 3. *lib.* 2. Riminald. Sen. *cons.* 634. *numer.* 11. *lib.* 6. & hanc communem dicit Caualc. *de vsufruct. num.* 243. & nouissimè Honded. *consil.* 85. *numer.* 23. & 24. *lib.* 2. Pereg. *de fideicommiss. art.* 49. *numer.* 102. & multos refert Burs. *cons.* 178. *num.* 17. *volum.* 2. Thesaur. *decis.* 143. *in fine*, & hæc opinio seruatur in Rota Romana, & hanc veriorem, & magis communem attestatur Rota coram Illustrissimo Pamphilio in vna Cæsaraugustana pensionis 13. Aprilis 1592. *in calce operis decis.* 189. *nu.* 3. & in alia Nazaren. pensionis 15. Ianuarij 1607. *in calce operis decis.* 221. *nu.* 2. coram R. P. D. Coccino, & in alia Carpentoraten. pensionis Veneris 10. Decembris 1610. coram R. P. D. Caualerio *in calce operis decis.* 222. *n.* 1. vbi aliæ deducuntur decisiones.

192 Et hoc casu dicitur integra recollectio fructuum, quæ fit quolibet anno incipiendo à die reseruationis pensionis, & perficiendo eodem die anni sequentis, vt per Gabr. *d. consil.* 191. *num.* 6. & declarauit Rota in d. decis. Carpentoraten. pensionis Veneris 10. Decemb. 1610. coram R. P. D. Caualerio *n.* 2.

193 Attamen si pensionarius decesserit de tempore, quo medietas fructuum esset recollecta à Rectore beneficij, veluti si percepit fructus pratorum, sed non vinearum, & tunc pro rata fructuum perceptorum pensio debetur, vt declarat Caccialup. *d. cap.* 25. *num.* 3. Gigas. *de pens. d. quæst.* 53. *num.* 3. & per Honded. *cons.* 85. *num.* 25. & 26. *lib.* 2. & hanc etiam distinctionem tenuit Rota in d. Carpentoraten. pensionis *in fine*.

194 Quod ampliatur etiam si dicti fructus perciperentur, veluti hortorum, & pascuorum, & similia, vt per Honded. *d. cons.* 85. *numer.* 27. post Gabr. *d. cons.* 191. *n.* 5. Peregr. *loco citato*.

195 Contrarium tamen tenet Couar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 3. Guttier. *de quæst. canon. cap.* 33. *nu.* 9. & pro horum opinione nonnulla deducit Barbos. *in d. l. diuortio. par.* 2. *n.* 39. & 40. aliam deducens opinionem, de qua infra dicetur.

196 Secunda fuit opinio Rebuff. *de pacif. possess. numer.* 130. *in antiqu. impres. & in noua numer.* 148. quod si pensionarius decedat in principio anni integram pensionem illius anni transmittat ad hæredes, sicut debitum annuũ in principio anni soluendum est. *l. in singulis. ff. de annu. legat.*

At huiusmodi opinio optimis fundamentis à Barbos. *in d. l. diuortio. par.* 2. *nu.* 41. reprobatur, prout etiam comprobat Castill. *de vsufruct. cap.* 79. *n.* 15. & 16.

197 Tertia opinio fuit Couar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 3. quod pensio Ecclesiastica debetur hæredibus pensionarij pro rata anni decursi, quia cùm pensio pro alimentis debeatur Roman. *cons.* 388. *in princip.* & ratione seruitutis Ecclesiæ faciendæ, æquitas suadet, vt pro rata temporis sit soluenda, & hanc partem tenet Alber. *in d. l. diuortio num.* 12. Molin. *de primogenit. lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 4. qui dicit ita etiam seruari in

198 diuisione fructuum Commendarum Sancti Iacobi Calatrauæ, & Alcantare ex earum ordinum constitutionibus. Viu. *decis.* 8. *n.* 11.

199 Contrarium tamen tenet Nauarr. *in Apolog. de reddit. quæst.* 2. *monit.* 16. & cum etiam reprobat Barbos. *in d.* 2. *par. d. l. diuortio num.* 42. & Castill. *de vsufruct. d. cap.* 79. *n.* 16.

200 Quarta fuit opinio eiusdem Nauarr. *loco citato* dicens ita de stilo curiæ seruandum, si dum viuit pensionarius cessit dies solutionis pensionis, transmittatur ad hæredes pensio, siue fructus essent recollecti, siue non. Si verò moriatur, antequam dies soluendæ pensionis cedat, tunc pensio hæredibus non debetur, iuxta tradita per Sarmient. *in defens. libell. de redditibus. quæst.* 2. *monit.* 16. & hane partem valde tuetur Barbos. *in d.* 2. *par. d. l. diuortio numer.* 42. & etiam approbat Castill. *de vsufruct. d. cap.* 79. *numer.* 17. vbi attestatur ita in Rota seruari. Sed quod contrarium in Rota seruetur, fuit supra latè deductum *num.* 191. *in* 1. *opin.* Caecialup. & Gig. & aliorum.

201 Quod sit attendendum tempus postquam fuerint percepti fructus, quæ passim fuit secuta Rota, vt ostensum est, & propterea ab ea tanquam veriorem, & magis communem, & in practica seruari non est discedendum prout attestantur Doct. supra *in d. l.* 1. *opin. allegat.*

202 Ex quibus sequitur, quod Saluianum in eo casu contra hæredes pensionarij intentari possit, sic pro ea rata tantum pro tempore decurso post recollectionem fructuum, ac etiam per hæredes contra dictos fructus cum sint hypothecati pro dicta pensione, de quo latè fuit *in* 3. *Inspect. cap.* 4. *numer.* 608. deductum *cum pluribus seqq.*

203 Nunc videndum sequitur, quod si creditor immissus in possessionem fructuum beneficij, & decessit beneficiatus fructibus pendentibus, an sit facienda diuisio illorum fructuum cum successore eiusdem beneficij; & breuiter dicitur obseruandam esse distinctionem. *l. defuncta, de vsufruct.* prout supra narratum est, nempe, quod si decessit beneficiatus post recollectionem fructuum, tunc ad illius hæredes transmittit, si verò pendentibus fructibus, & nondum recollectis decesserit, tunc ad successorem spectare, & tradit Bart. *in l.* 1. *in fin. C. de annon. ciuil. lib.* 11. & communem dicit Alber. *in d. l. diuortio num.* 112. & tradit Calder. *cons.* 2. *sub numer.* 1. *de priuileg. cler.* Bart. *cons.* 231. *num.* 2. Alexand. *cons.* 15. *num.* 13. *lib.* 2. Bellon. *consil.* 3. *numer.* 11. & de communi attestatur Nauar. *cons.* 7. *num.* 5. *in tit. de success. ab intest. lib.* 3. & in Apolog. *de reddit. quæst.* 2. *monit.* 13. contrariam reprobans opinionem, & bene per Couar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 12. & per Honded. *cons.* 85. *numer.* 67. *lib.* 2. Decian. *cons.* 37. *numer.* 15. & *seq. lib.* 2. Menoch. *cons.* 39. *numer.* 45. Surd. *consil.* 333. *numer.* 10. *lib.* 3. Sarmient. *de reddit. Ecclesiasticis lib.* 4. *cap.* 6. *numer.* 13. Ioseph. Lud. *decis.* 33. *numer.* 2. *cum ibi allegat.* Barbat. *in d. l. diuortio in princip. numer.* 56. qui similiter contrariam reiicit opinionem, & hanc communem, & ab ea non esse recedendum affirmat, & fuit secuta Rota coram R. P. D. Caualerio in vna Baren. fructuum 2. Iunij 1610. *in fine operis dec.* 224. *numer.* 1. vbi loquitur tam de fructibus naturalibus, quàm ciuilibus.

204 Verùm si Beneficiatus veluti Parochus per aliquod tempus, puta per sex Menses Ecclesiæ inseruiret; tunc si fructus non essent recollecti

ſoluendum eſſet hæredibus mortui, quantum ad honeſtam ſuſtentationem mortuus habere deberet, prout tradit Nauar. *in Apolog. 2. quæſt. monit. 12. in fin. & ſeq* Barboſ. *in d. l. diuortio in prin. num. 58. poſt med.*

205 Diſſentit tamen ab hac opinione Caſtill. *de vſufr. c. 79. n. 11.* ſentiens pro rata temporis fructus eſſe diuidendos, cùm æquum non videatur, vt Beneficiatus aliunde, aut non habita ratione ſeruitiorum ſolutio fiat eo modo: ſed ego ab opinione Nauarr. non diſcederem, quia aliàs ſequeretur, quod diſpoſitio *d. l. defunctæ* limitaretur in hoc caſu pro rata temporis, quod non eſt concedendum.

206 Limitatur tamen communis opinio, quando adeſſet ſtatutum, ſeu conſuetudo approbata in contrarium, prout declarat Barb. *in d. l. diuortio n. 58. in fin. par. 2.* Nauar. *conſ. 7. n. 3. de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 3.* & Couar. *in c. cum in officiis ſub n. 9.*
* *de teſtam.* & per Rot. coram R.P.D. Pirouano in vna Vanien. fructuum *in calce operis deciſ. 207. nu. 3.*

207 Sed quod dicitur de conſuetudine non habet locum in Epiſcopis ſed in Clericis inferioribus, quia quo ad Epiſcopos nulla inuenitur conſuetudo legitimè præſcripta, & ideo quo ad eos ſtandum eſt diſpoſitioni iuris communi, vt tradit Couar. *in d. cap. cum officiis num. 9. de teſtam.* & per Barboſ. *dict. l. diuortio par. 2. num. 66.*

208 Et conſuetudo iſta debet eſſe præciſa illius beneficij, vt per Calder. *conſ. 10. verſ. puto concludendum*, vt declarat Rot. *in d. deciſ. Varminen. n. 2.* quia cum ſit ſtricti iuris Bart. *in l. 1. §. ſi quis interdicto in fin. de retinen. antiq. priuil. Authen. quas rent in fin. C. de Sacroſ. Eccl.* non datur extenſio de loco ad locum. Dec. *conſ. 423. n. 22.* Alexand. *conſ. 680. n. 6. lib. 2.* Rot. *in nou. deciſ. 6. in addit. n. 6. de conſuet.* & in d. Varminen. fructuum *n. 4.*

209 Limitatur ſecundo ſtantibus Bullis Summorum Pontificum, quia tunc ad Reuerendã Cameram Apoſtolicam ſpectat, & ita ſeruatur, tradit etiam Barb. *loco proximè citato*, vt per Ioſeph Lud. *d. deciſ. 33. n. 2.* Nauar. *conſ. 3. nu. 7. & 8.*
* *in tit. de pecul. cleric. lib. 3.* & in d. deciſ. Varminen. fructuum *n. 4.* & per Rot. *diuerſ. dec. 761. num. 5. verſ. & hæc.*

210 Limitatur tertio, quando Beneficiatus defunctus pro ſuis neceſſitatibus contraxiſſet debita, quia tunc ſucceſſor tenetur, veluti cauſa alimentorum, vel ſtudiorum, quia alias viuere non poterat Calder. *in d. conſ. 20. in fin.* dum tamen conſtaret debitum ex cauſa neceſſitatis fuiſſe contractum. Ferret. *conſ. 256. num. 8.* Rom. *conſ. 440. n. 4.* Card. *conſ. 110.* & facit deciſ. Put. *11. lib. 2.* & ita habetur in d. deciſ. Varminen. fructuum *n. 6.*

211 Limitatur in caſu reſignationis beneficij cum infraſcripta tamen diſtinctione dicenda, nempe aut ſunt fructus naturales, & induſtriales à ſolo ſeparati, & tunc ad reſignantem ſpectant, & procedunt doctrinæ omnes ſupra allegatæ in caſu, quando quis eſt immiſſus in poſſeſſionem fructuum beneficij, quod etiam
212 procedit ſi bona eſſent locata, & dies ſolutionis nondum veniſſet, dum tamen fructus per conductorem eſſent recollecti. Et ita diſtin-
* guendum declarauit Rota coram R.P.D. Caualerio in dicta Baren. fructuum 2. Iulij 1610. *in fine operis deciſ. 224. num. 4. & ſeq.* & in alia coram
* R.P.D. Pirouano in vna Cremonen. fructuum 18. Martij 1611. *eodem loco dec. 225. num. 1. & ſeq. cum multis ibi cumulatis.*

213 Et eſt ratio, quia penſiones dictorum bonorum ſuccedunt loco fructuum *l. mercedes ff. de petit. hæred. l. diuortio. §. item ſi meſſes ff. ſolut. matrim.* Bart. *in l. ſin. ff. de iur. fiſc.*

Vnde ſicut in ipſis fructibus inſpicitur tempus quo à ſolo ſeparantur, vt per Ang. Alexan. *in d. l. deducta. § qui poſt. ad Trebe.* ita etiam inſpicitur tempus in penſione, quæ pro eis præſtatur, vt per Alex. *d. conſ. 28. nu. 2. vol. 5.* cum aliis relat. per Honded. *d. conſ. 85. n. 13. & 23.* & ita declaratur in d. deciſ. Cremonen. fructuum *n. 3. & 4.* & in d. Baren. fructuum *n. 4.*

214 Aut verò ſunt fructus ciuiles, qui ſunt illi, qui ex re non producente naturaliter fructum exiguntur, vt per Bart. *in l. ex diuerſo. nu. 1. ff. de rei vend.* & tempore reſignationis non ceſſerat dies ſolutionis, & tunc ad ſucceſſorem pertinent, prout pertinent fructus naturales, & induſtriales pendentes, prout ſupra ex infinitis deductum eſt, & ita diſtinguitur in d. deciſ. Baren. fructuum *num. 4. & ſeq.* & in d. Cremonen. fructuum *n. 5.*

215 Nec in hoc caſu facienda eſt diuiſio pro rata temporis, quia per reſignationem abdicatur à reſignante omne ius, tam ratione dominij, quàm ratione poſſeſſionis, vt per Innoc. *in cap. ſuper, de renuncia.* Abb. *in cap. ſollicite num. 21. de reſtit. ſpol.* Rot. *deciſ. 1. de renunciat. in nou.* Caſſad. *dec. 4. n. 3. de reſtit. ſpol.* Achil. *dec. 19. eod. tit.* & Sarmient. *de pub. reſignat. quæſt. 28. n. 2.* & ita reſpondetur in d. deciſ. Baren. & Cremonen. fructuum *n. 7. & n. 1.* reſpectiuè, vbi latius ad contraria reſpondetur.

Poſtremò videndum dixi, an creditor, qui fuit miſſus in poſſeſſionem poſtquam de ſuo credito ex fructibus ſit ſatisfactus, ſi poſſeſ-
216 ſionem reſtituere negauerit, poterit contra eum agi de ſpolio? & dicitur quod ſic, quia immiſſio vigore ſententiæ fit ex illis verbis *immittendum fore, & eſſe in actualem, & corporalem poſſeſſionem bonorum, donec de ſuo credito integraliter fuerit ſatisfactus, prout immitti mandamus, &c.* quæ quidem verba important momentaneam poſſeſſionem vſque ad tempus integræ ſatisfactio-
217 nis; quia illa dictio, *donec*, importat temporis limitationem, non autem perpetuitatem, vt per Cardin. *in Clem. 2. §. illi vero. num. 2. verſ. 4. nota de ætat. & qualit.* & per Aret. *in l. ſi quis poſth. § ſi filium ſub num. 7. verſ. & iſta ratio, de lib. & poſthum.* & per eundem *in l. quod meo num. 11. ff. de acquir. poſſ.* Caſſan. *in conſuet. Burgun. tit. des cenſans. § 5.* Dec. *conſ. 151. nu. 2.* Ceph. *conſ. 158. n. 39.* Surd. *conſ. 434. n. 9. lib. 3.* & per Rota coram Aldobran.
* poſtea Clem. VIII. in vna Romana hæreditatis de Comitibus 27. Maij 1581. *in fine operis deciſ. 226. n. 2. & 3.*

218 Et cùm poſſeſſio ſit data ad tempus, poſt illud dicitur prohibita *l. ſtatu liberi. §. ſtichum. ff. de legat. 2. l. ſi vnus. § ſi cum reo.* vbi Bald. *in princip. ff. de pact. & l. epiſtola. §. fin.* vbi Caſtr. *in princip. ff. eod.* Iaſ. *in l. ſi quis ita nu. 3. de vulg. & pupill.* Surd. *conſ.*

cons.354.num.18.vol.3. Dec.*cons.32.n.1.* & Tiraqu. qui multos adducit *de retract.convent.* §. 1. *glos.2. n.44.* Cacheran.*decis.Pedemont.*88.*num.*11. Surd. *decis.416.n.2.lib.*1. & reus transacto tempore reintegratur sua possessione, Castr.*in d.l.si vnus.* §. *si cum reo.n.3.ff.de pact.*

219 Et in simili habetur de emphyteusi concessa ad tempus, nam finito tempore reuertitur ad dominum, vt ex multis, quos refert Corb. *de iur. emphyt. de caus. priu. ob lineam finitam in princip.*

220 Vnde iste immissus postquam ex fructibus fuerit satisfactus, si possessionem restituere denegaret, diceretur spoliare, vt per Aym. qui alios refert *cons.*107.*n.3.* Ruin.*cons.165.sub n.5.vers. ad istud.lib.*5. Rol.*cons.6.n.37.lib.2.* Menoch.*de recuper.poss.remed.1. num.*148. Egid. *decis.*511. Ideo competeret ei remedium reintegrandæ, vt per Menoch. *loco citato*, & ante omnia est restituendus.

Et hoc ampliatur etiam si immissus negaret possessionem restituere, & postea decessisset, & heres restituere possessionem similiter negaret,

221 quia licèt hæres non dicatur spoliare, tamen quia successit cum vitio spolij, & ista actio sit in rem scripta, sequitur singularem successorem, vt per Abb. *in cap. cum ad sedem sub num.* 22. *vers. oppono de resig.spol.* & declarauit Rota coram * R.P.D. Penia in vna Perusina spolij domus Veneris 1. Februarij 1608. *in calce operu decis.*24. *n.3.*

222 Hoc tamen limitatur, quando creditor, qui fuerat immissus finito tempore, vellet pro alio credito liquido rem illam retinere, vt tradit Bart.*in l.solutum.* §. *solutam in fin.ff.de pign.act.* & per Neguſ. *de pign. in 4. memb.2.par.num.*129. qui hanc veriorem dicit & declarauit Rota coram * Illustriss. Ludonisio in vna Perusina bonorum de Oddis 5. Maij 1606.*in fin.operu dec.4.n.3.*

223 Nec aduersatur si diceretur, quod pignus pro vno credito constituto non licet pro alio retinere *l.fin.C.commodati, & in l.si non inducta, C. in quib.caus.pign.vel hyp.tac.contrah.*

224 Quia respondetur procedere, quando illa res non esset pro alio credito hypotheca, secus si esset pro alio credito hypothecata, secus si esset hypothecata, vt est tex.*in l.vnica C.etiam ob chirograf.pecu.pign.* & per Neguſ.*in 4.memb.5.par. n.2.* quod tamen procedit, quando debitum sit liquidum, aliàs non, vt per Surd. *decis.46. circa fin.* & declaratur in d.decis. Perusina bonorum *circa med.*

225 Postremo nota, quod quando ageret debitor ad recuperationem possessionis, quia creditor de fructibus iam fuit satisfactus, eo casu nulla altioris indaginis exceptio opponi potest per aduersarium poterit, vt declarauit Rota in d. * Perusina bonorum de Oddis Veneris 5. Maij 1606.*in fine operis decis.4.in fin.* quia à pari procedunt immissio, & reuocatio possessionis, vt per Cagn.*in l.nihil tam naturale n.3.ff.de reg.iur.* & in d.decis. Perusina bonorum de Oddis *in fine.*

226 Secundo Ampliatur etiam si possideret cum titulo, & bona fide, vt de communi attestatur Iaſ.*in l.rem quæ nobis n.19. de acq.poss.* post Alex. *ibi*, & de magis communi attestatur, & per Rip. qui ad partes hanc conclusionem disputat *in cap.sæpe n.28. de restit.spoliat.* vbi ait ab hac communi non esse recedendum, & per Alex.*cons.91. 6.lib.5.* Dec.*cons.57.sub n.5.ante fin.* qui etiā communem dicit, & hanc sequitur Menoch. *de recuper.poss.remed.15.num.78.* Afflic.*decis.361.num.33.* Cassad.*decis.7.n.1.de restit.spoliat.* Rot. in d. decis. Perusina spolij domus Veneris 1. Februarij * 1608.*in fine operis decis.24.nu.4.* coram R.P.D.Penia *numer.3.* & per Rot. *diuers.decis.144.numer.2. par.1.*

227 Et an hæc opinio procedat contra titulo possidentem cum bona fide, & causam à bonæ fidei auctore habentem, late vide per Menoch. *in d.remed.15.nu.80.* qui hanc quæstionem ponit ad partes, licèt ipse teneat pro negatiua, sed pro affirmatiua est d. decis. Cassad. 7. *de restit. spol.* & pro hac negatiua vide per Gabr. *de rest.spol. concl.1.n.26.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in Saluiano non datur. Nec impedit immißionem.*

2 *Ampliatur etiam si causa tractata sit super petitorio; dummodo sit tantum pronunciatum super possessorio.*

3 *Ampliatur etiam si sententia condemnaret victum in expensis, quia non inducitur mixtura.*

4 *Fructus sunt separati à possessione bonorum.*

5 *Appellatio datur in sententia possessorij quo ad condemnationem fructuum, & est verior. Contrarium ibi, sed declara habere locum in Prouincia Marchia tantum.*

6 *Sententia lata super principali, non praeiudicat quo ad fructus.*

8 *Causa possessorij, & fructuum non est mixta licèt fructus veniant ex possessorio.*

9 *Quando teneatur quis ad fructus, licèt in sententia de illis non sit facta mentio.*

10 *Appellatio non datur de fructibus non perceptis, & pendentibus.*

11 *Appellatio non datur si de interesse esset condemnatum.*

12 *Iudicium possessorium non dicitur mixtum, si titulus ad colorandam possessionem fuerit productus.*

13 *Mixta causa non dicitur, quando incidenter de dominio tractatum.*

14 *Mixtura non inducitur ex verbis in sententia Saluiani, donec fuerit satisfactum.*

15 *Verba,* liberè dimittendam possessionem, *inducunt mixturam petitorij, & n.16.*

17 *Appellatio datur, quando quis est condemnatus liberè ad dimittendam possessionem.*

18 *Appellatio datur in quacumque sententia in Saluiano lata, continente expressè mixturam petitorij.*

19 *Appellandi prohibitio non pendet à mixtura existente in libello, seu probatione, sed à mixtura contenta in sententia.*

20 *Appellatio ad hoc, vt sit prohibita non pendet à verbis enunciatiuis sententiæ, sed à verbis dispositiuis.*

21 *Appellatio in Saluiano non admittitur etiam per Egidianam, & n.34.*

22 *Aegidiana differt à Saluiano.*

23 *Aegidiana habet locum in statuto Ecclesiastico, & terris Ecclesiæ immediate subiectis.*

24 Aegidiana habet locum in Ciuitate Auenionen.
25 Aegidiana non habet locum in terris Imperij.
26 Aegidiana habet locum in terris mediatè Ecclesiae subiectis, si personae litigantes essent immediatè subiectae Ecclesiae, & Romae agerent.
27 Saluianum habet locum vbicunque ius ciuile seruatur, etiam si in Romana Curia esset intentatum super bonis in terris Imperij existentibus.
28 Aegidiana non habet locum inter personas Ecclesiasticas.
29 Bona Ecclesiae sunt à iurisdictione laicorum exclusa.
30 Quod procedit de Iure diuino.
31 Saluianum intentatur contra personas Ecclesiasticas.
32 Aegidianâ non habebat Iurisdictionem nisi in prophanis.
33 Aegidiana non habet locum in rebus Ecclesiasticis.
34 Aegidiana non habet locum inter personas seculares quando agitur de aliquo praeiudicio Ecclesiastico.
35 Appellatio in Saluiano non admittitur, etiam si Iudex detulisset appellationi dando reuerentiales, & num. 36.
Intellige, vt in num. 46.
37 Maximè, quando adesset clausula in commissione, quatenus esset locus Aegidianae.
38 Ampliatur si vna pars appellauerit quatenus contra, & ad eius fauorem detur sententia, vnde alia pars appellauerit, & sic causa appellabilis facta de consensu partium.
39 Appellatio quatenus contra, non suffragatur parti aduersae.
40 Dictio quatenus, importat conditionem.
41 Appellatio quatenus contra, dicitur conditionalis.
42 Actus conditionalis euanescit non superueniente conditione.
43 Aegidiana habet locum contra fiscum.
44 Amplia si sententia esset facta ad fauorem vtriusque partis.
45 Limitatur, quando esset pronunciatum actorem non esse immittendum.
47 Ampliatur etiam si sententia esset lata ad fauorem Ecclesiae contra laicum.
48 Ampliatur in omnibus casibus in quibus non est inducta mixtura.
49 Constitutio Aegidiana habet locum in omnibus possessoriis.
50 Ampliatur etiam si in possessoriis appellatio daretur.
51 Appellatio in causa possessorij, quando datur, vide remissiuè.
52 Appellatio in possessorio, tam quoad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum prohibita est, & est magis communis.
53 Amplia in casu Aegidiana.
54 Non est necessaria productio Aegidianae.
55 Productio rei notoriae non est facienda.
56 Appellatio à sententia diffinitiuè lata in possessorio datur, secus si per interlocutoriam.
57 Sententia in Saluiano an per Cedulam ferenda sit.
58 Stilus pro lege habetur in Curia.
59 Sententia in possessorio lata, in qua condemnet actorem immittendum esse in possessionem, dicitur interlocutoria.
60 Appellare à sententia diffinitiuè lata in possessorio, procedit in possessorio Ordinario.
61 Sententia in Saluiano lata pro recuperatione legati seu fideicommissi, dicitur interlocutoria.
62 Iudex, qui tulit sententiam functus est officio suo, & caret Iurisdictione.
63 Supplicare non permittitur in causis, in quibus non licet appellare.
64 Supplicare permittitur, quando est prohibita appellatio propter excellentiam personae, & numer. 65.
66 Supplicatio non datur vbi appellatio respectu causae non permittitur.
67 Poterit tamen etiam coram eodem Iudice dicere sententiam, vel executionem esse nullam.
68 Appellatio in Aegidiana datur, quando notoriè constat de iniustitia seu nullitate.
69 Nullitas quomodo deducenda.
70 Appellare licet in sententia lata sine causa cognitione in Saluiano.
71 Sententia contra absentem non praecedente causa cognitione, non est nulla.
72 Limitatur procedere contra absentem verè contumacem.
73 Limitatur contra fictum contumacem, qui non appellanit intra decem dies à die habita notitia.
74 Appellatio datur, Statuto ita iubente, non obstante Aegidiana.
75 Declara in statuto condito à non recognoscente superiorem.
76 Statutum inferioris à superiore confirmatum, dicitur statutum confirmantis.
77 Statuta confirmata à Papa, dicuntur Papalia.
78 Statuta condita à deputatis per Pontificem, & postea confirmata dicuntur Papalia, & nu. 79.
80 Statutum Papale comprehendit res, causas, & personas Ecclesiasticas.
81 Causae spirituales non comprehenduntur in statuto Laicorum.
82 Diuersitas non datur inter causas spirituales, & personas laicorum.
83 Statuta simpliciter à Papa confirmata, & non condita à deputatis à Papa, non habentur vti condita à deputatis à Papa.
84 Statuta confirmata à Papa non extenduntur ad casus in quibus iurisdictio Ecclesiastica laeditur.
85 Confirmatio statutorum, quomodo facienda.
86 Appellatio in Saluiano, quando detur.
87 Appellatio in Saluiano datur à sententia ad fauorem praetendentis ius in petitorio lata.
88 Limitatur, quando constaret de non iure agentis.
89 Quando dicatur constare de non iure agentis.
90 Appellatio in Saluiano datur tertio non citato.
91 Ampliatur etiam si princeps reiiceret appellationem cum clausula de plenitudine potestatis.
92 Ampliatur etiam si adesset clausula omni appellatione remota.
93 Clausula omni appellatione remota operatur tantum inter litigantes.
94 Appellari non licet, quando adest clausula appellatione remota, de consensu partium.
95 Limitatur, quando constaret de expresso grauamine.
96 Limitatur, quando incontinenti appellans vult dicere de causa iusta appellandi, vel perplexitate sententiae.
97 Clausula appellatione remota non tollit appellationem quoad effectum deuolutiuum.
98 Clausula appellatione remota non operatur, quando con-

doconstaret notoriè de grauamine, vel interueniat dolus Iudicis.

99 *Appellatio datur in possessorio, quando testes non recipiendi, fuerunt recepti à Iudice.*

100 *Ampliatur si exceptiones liquidas, vel incontinenti liquidandas Iudex reiecisset.*

101 *Appellatio datur in possessorio, si Iudex in modo procedendi non seruasset formam statuti.*

102 *Appellari potest in causa Saluiani, quando possessio probata est vigore statuti continuantis possessionem in herede, quia necesse est probare esse heredem.*

103 *Possessio continuata in herede vigore statuti dicitur possessio ficta, non autem propria, cum sit iuris possessio.*

104 *Contrarium est verius.*

105 *Possessio continuata per statutum licèt dicatur vera possessio, non dicitur vera Iuxta possessio, nisi per heredem fuerit apprehensa, vel subsequatur actus positiuus, per quem constet voluisse possessionem acquirere.*

106 *Appellatio prohibetur in causa possessorij, quando agitur de possessione actuali, & valida sine aliquo adminiculo.*

107 *Idem in casu dubio an esset admittenda appellatio nec ne.*

108 *Appellatio in Saluiano datur, quando sententia esset generalis, & in prosecutione illius iudicij adesset mixtura iudicialis aboo iudicio.*

109 *Amplia, quando in libello petitum fuisset immitti in possessionem bonorum, quæ possidebantur à debitore tanquam sua, quia dicitur intentata hypothecaria.*

110 *Amplia, quando appellatus consentiret appellationi velut: si non reclamauit, & nu 111.*

112 *Amplia quando in Saluiano disputare contingeret super validitate contractus, siue confitentis.*

113 *Amplia, quando Saluianum esset intentatum super possessione Iurisdictionis.*

Iurisdictio habet annexam causam proprietatis.

114 *Contrarium, quod appellatio non est concedenda in Iurisdictionalibus, tenent multi, & fuit resolutum in Rota.*

115 *Possessio Iurisdictionis requirit Iuris adminiculum, nec possideri possit sine principis concessione, quod necesse est probare per titulum.*

116 *Titulus requiritur ad colorandam possessionem.*

117 *Appellatio datur in Interdicto quorum legatorum, licet sit merè possessorium, quia est necesse probare se heredem esse, licet hæc qualitas incidenter deducatur.*

118 *Amplia in Interdicto l. final. C. de Edict. Diui Adr. toll. & in possessorio alicuius Castri, & in feudo, & num. 120.*

119 *Legitimatio personarum in quolibet iudicio est facienda.*

An, & quando Appellatio in hoc Iudicio sit admittenda.

CAPVT II.

Vidimus in præcedenti Capitulo de sententia in hoc præsenti iudicio ferenda, & illius effectu; sequitur nunc videre, an Appellatio sit contra eam admittenda, & licet supra 2. *Inspect. cap. 2. num. 69.* ad alium finem fuerit dictum, appellationem in hoc iudicio minimè admittendam esse; modo plenius hunc articulum discutiendo, & eandem negatiuam sententiam confirmando; dicitur appellationem de-

1 negandam fore, quia iudicium est possessorium, iuxta doctr. Bart. *in l. 1. in fi. ff. de Salu. Interdict.* Salicet. *in l. 1 num. 6. in fi. C. eod. tit.* Ang. *in §. item Seruiana sub num. 9.* vbi Jas. *sub num. 95.* Bellon. *num 41. Instit. de act.* Alexand. *consi. 73 sub numer. 10. lib. 5.* Corn. *consi. 190. num. 2 li. 1.* Bertrand. *consi. 113. colum. 1.* Roland. *consi. 14. num. 5. volum. 2.* Natt. *consi. 532. num 9. lib. 3.* Negus. *de pignor. in 1. memb. 8. par. num. 2.* Lancell. *de attent. par. 2 cap. 12. limitat. 25. num. 11.* Contard. *de moment. poss. limit. 14. num. 10.* Menoch. *de adipiscen. possess. remed. 3. nu. 160.* vbi de communi attestatur, Sarmient. *de reddit. Eccles. par. 3. cap 2. num. 16.* Thesaur. *decis. 175. num 2.* Caputaq. *decis. 106. & 141. lib. 3.* Rot. *diuers. decis. 34 num. 3. part. 2.* & declarauit Rot. coram Giplio in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ 29. Aprilis 1591. *in fine operis decis. 228. num. 2.* & coram R. P. D. Manzanedo in vna Romana Saluiani Interdicti 26. Nouembris 1605. *ibidem decisio. 5 num. 1.* & coram Illustrissimo Seraphino in vna Reatina Molendini Lunæ 26. Junij 1595. *in eius lib. impress. decisio. 1145 nu. 2.*

Et propterea nec impedit immissionem, etiam si fuerit appellatum, vt est gloss. *in cap. non solum in versic. casibus, de appell. in 6.* & tradit Bald. *in cap. pastoralis. § præterea num. 4. de offic. delegat.* Jas. *in cons. 187. sub num. 2. versic. vbicunque lib. 2.* & alios refert. Contard. *de mom. possess. quæst. 4. num. 13.* & per Roland. *consi. 77. nu. 20. li. 2.* qui licèt loquantur in causa possessorij, hoc idem locum habet in Saluiano, quod dicitur possessorium, vt aliàs fuit deductum, & in terminis Saluiani est decis. Caputaqu. 141. *lib. 3. per totam.*

2 Hæc autem Conclusio primo ampliatur etiam si causa fuerit conjunctim tractata super Saluiano, ac etiam super petitorio, & nullitate, dummodo Judex omissis aliis super possessorio tantum pronunciauerit, & tenuit Rota coram R. P. D. Justo in vna Rauennaten. Saluiani Interdicti Mercurij 11. Februarij 1604. *in fine operis decisio. 144. num. 2.* & coram Illustrissimo Pamphilio in vna Romana domus Veneris 11. Maij 1601. *ibidem decisio. 229. num. 4. & 7.* & in alia Fauentina spolij coram Illustrissimo Seraphino Veneris 15. Aprilis 1580. *in suis impressis decisio. 452. num. 1.* & per Rot. *diuers. decisio. 263. nu. 1. & 2. par. 1. & decisio. 34. nu. 8. par. 2.* & tradit Dec. *consil. 28. per tot.* Corn. *consi. 10. sub nu. 3. versic. tamen li. 4.* & alios refert. Contard. *de moment. poss. limit. 2. ratione mixturæ § 5. num. 13.* cum aliis decisionibus infra *nu. 44.* deductis.

3 Secundo Amplia etiam si in sententia Saluiani victus esset in expensis condemnatus, quia non ideo inducitur mixtura; nam capitulum expensarum in sententia positum, est quid separatum à capitulo possessionis, vt tradit Contard. *de mom. poss. limit. 1. ratione damni irreparabilis num. 33. & seq.* post Rip. *in l. 4. § hoc autem iudicium num. 92. de damn. infect.* etiam deducens rationem, quia sententia in principali causa

potest esse condemnatoria, & in capitulo expensarum absolutoria, propter iustam causam litigandi, vt per Felin. *in cap. significarunt sub num. 5. vers. propterea cum videtur de except.* Ægid. *decis.* 72.

4 Et in simili videmus in aliis iudiciis possessoriis, in quibus non datur appellatio *l. 1. C. si de mom. poss.* quod si quis fuerit condemnatus ad restituendam possessionem bonorum, de quibus agitur, & successiuè ad fructus perceptos hoc casu, quia capitulum fructuum est separatum à possessione dictorum bonorum, appellatio non admittitur respectu possessionis: secus tamen est respectu fructuum, vt tradit Bald. *in d. l. vnica sub num. 6. versicul. sed pone C. si de mom. poss.* quia damnum huiusmodi non est reparabile in causa principali. Sarmient. *de reddit. Eccl. par. 3. c. 2. numer.* 28. & post Marant. Sarmient. Sigis. Rolan. Couar. per eum alleg. de tradit Contard. *de mom. poss. limit. 1. nu.* 28. quibus ad Rip. *in cap. sæpe sub numer. 102. versic. & propter hoc de restit. spol.* Jas. *consi. 187. sub num. 1. versic. item, quando lib.* 2. Afflict. *decis. 77. num.* 8. & nouissimè Surd. *consi. 102. num. 12. volum. 1.* cum ibi alleg. Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. num.* 870. vbi reprobat opinionem Salicet. contrarium sequentis *in d. l. vnica*, & idem Menoch. *de retinen. poss. remed. 5. num.* 131. Afflict. *decis. 77. num.* 8. Crescent. *decis. 20. alias 5. de appell. nu.* 2.

Et licèt aliter videatur sensisse Rota coram
* R.P.D. Manzanedo in vna Fanen. fideicommissi Merc. 24. Februarij 1616. *in fine operis decis. 296. num.* 7. quæ pro suo fundamento adducit Ruin. *cons. 164. num. 6. vol.* 5. & Menoch. *de retinen. poss. rem. 9. num.* 321. & vltra eos hanc sententiam etiam tenet Bero. *quæst. 91. num.* 4. Nicell. *super concord. gloss. concord. 1. num. 26. versic. 2. moderatur*, ni-
5 hilominus à priori sententia, vti veriori non est recedendum, nempe, quod à tali sententia solum à fructuum condemnatione appellari possit. Nam aduertendum est, quod Salic. *in d. l. vnica in fine C. si de momen. poss. fuer. appellat.* tenet hanc contrariam opinionem ex doct. Bald. *loco citato*, sed Bald. ibi tenet contrarium, & malè fuisse à Saliceto intellectum admonet Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. d. num.* 870. prout similiter malè sensisse affirmat Bero. & Nicell. *locis citatis*, & idem comprobat Ripa *in cap. sæpe sub num. 102. versicul. & propter hoc*, minus etiam Ruin. & Menoch. *de retinen. poss. in locis citatis* hanc affirmatiuam sententiam tenent, sed priorem negatiuam firmant, declarando, quod hoc casu à sententia lata in possessorio non est danda appellatio, sed tantum à capitulo restitutionis fructuum.

Minus etiam conclusioni huiusmodi aduersatur d. decis. coram R.P.D. Manzanedo, quia vltra Ruin. & Menoch. ex adducto fundamento super additione per Cardinalem Carpen. in constitutionibus Marchiæ facto *in cap. 2. in fine lib. 6.* vbi in hoc casu mandat in totum à sententia prædicta appellari posse.

Quia talis additio non habet locum nisi in prouincia Marchiæ præter Ægidianam, vt declaratur *in lib. 2. in princ. in gloss. A.* & fuit declaratum in vna Esina fideicommissi de Georginis
* 14. Martij 1604. coram R.P.D. Iusto *in calce operis decisio.* 208. & decisio prædicta fuit facta, vt dictum est in causa Fanen. fideicommissi, quæ ciuitas est in prouincia Marchiæ, nimirum si Rota ita firmauit, ex quibus patet Bald. opinionem veram esse, & sequendam, ad cuius corroborationem adducitur, quod vltra supra allegat. opinionem hanc tenet Gabr. *consi. 535. numer. 3. lib.* 1. qui similiter Necelli opinionem reprobat, & per Sarmient. *de reddit. Eccles. par. 3. cap. 2. num.* 28. quo loci similiter opinionem Bero. reprobat, & per Couar. *prat. quæst. cap. 23. num. 8. versic. ex idem dicit*, & nouissimè in his terminis tradit Scacc. *de appellat. memb. 9. numer. 35. & 36.* & hanc opinionem fuit secuta Rota in vna Romana Vineæ 14. Martij 1597. coram
* R. P. D. Corduba *in fine operis decisio. 297. numer.* 8.

6 Et, quod fructus sint omninò separati ab ipsa possessione, ostenditur, quia sententia absolutoria lata super principali, non præiudicat, quoad fructus, cùm sint diuersi à principali, si quidem esse potest, quod sors principalis restitui debeat, non autem fructus, vt tradit Menoch. *de retinenda poss. rem. 5. num.* 131. ex doct. Bart. *in l. ex diuerso §. 1. ff. de rei vendic.* & tenet Soccin. *in l. si quis in totum §. planè sub num. 5. in fin. de except. rei iud.* & per Contard. *in d. limit. 1. numer.* 34. vbi ad corroborationem deducit, quod aliud est ven-
7 dere rem, aliud fructus, vel perceptionem fructuum, ex doctrina Ang. *in l. ædibus, §. ex rebus versic. vlt. nota ff. de donat.* alia etiam deducitur ratio per Menoch. *d. remed. 4. num.* 872. ad ostendendum causam possessorij cum restitutione fructuum non esse mixtam cum petitorio, alioquin in omnibus interdictis possessoriis dicendum esset appellationem admittendam esse, cùm eorum natura veniat fructuum restitutio *l. 1. §. ex die ff. de vi, & vi arm.* & quando dicatur
8 condemnatus ad fructuum restitutionem, etiam si de eis non esset facta mentio, latè vide
9 per Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 1. & 2.* Jas. *in l. Gallus §. & quid si tantum numer. 67. & seq. de lib. & posth.* Dec. *in l. in condemnatione. §. cum verbum de reg. iur.*

Ad illud tamen aduertendum est, quod supra dictum fuit appellationem esse recipiendam à condemnatione fructuum, intelligendum est de fructibus iam perceptis, secus de
10 fructibus pendentibus, quia de eis non datur appellatio, vt per Menoch. *d. remed. 4. numer.* 873. Afflict. *decis. 77. in fin.* quia illi pars fundi dicuntur *l. fructus pendentes ff. de rei vendic.* & latissimè per Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. gloss. 7. numer. 27. 40. & 53 cum ibi alleg.* & per Afflict. *loco citato.*

11 Et idem dicitur si quis esset condemnatus ad interesse, vt per Jas. *in d. consi. 187 sub nu. 1. d. versic. item, quando volum.* 2. Salic. *in d. l. 1 in fi. C. si de mom. poss. in vers. quæritur secundum*, & per Contard. *de mom. poss limit. 14. ad exhibendum nu.* 24. Menoch. *de recuper. poss. remed. 1. nu.* 277. Crescent. *d. decis. 20. nu. 1. & 2.*

12 Nec etiam iudicium possessorium efficitur mixtum, si titulus ad colorandam possessionem in eo fuerit productus, vt per Contard. *de mom. poss. limit. 2. §. 9. ratione mixturæ numer.* 4. Cassad. *decis. 8. de restit. spol. in fin. & decis. 4. sub nu. 3. vt lit. pend.* Ægid. *decis. 577. num.* 1. & idem Contard. *d. limit. 2. §. 8. numer.* 26. quod præcipuè procedit, quando esset suspensum petitorium, quia eo casu omnis cognitio facta in petitorio, dicitur

dicitur facta ad effectum colorandi possessio-
nem, vt fuit receptum in Rota coram R.D.P.
Rubeo in vna Hortana Sanctissimæ Trinitatis
15. Iunij 1577. *in fine operis decis. 230. num. 1.*

13 Et similiter nec mixtura inducitur, quando
incidẽter de dominio, seu de illegitimitate fue-
rit tractatum, vt per Rip. *in l. naturaliter §. nihil
commune num. 155. de acquir. poss.* Contard. *de mom.
poss in d. limit. 2 §. 8. num. 19.* Put. *decis. 278. num. 5.
& decis. 293. num. 6. lib. 2.*

14 Minus etiam inducitur mixtura ex illis ver-
bis in sententia latis videlicet, *donec fuerit satis-
factum*, vt declarauit Cæs. de Grass. *decis. 2. num. 10.
de caus. poss. & prop.* quia illa verba *donec fuerit satis-
factum*, important momentaneam possessionem,
vt supra *in præcedenti cap. 1 num. 217. vers. postremo
videndum* deduxi, & per Rot. *diuers. decis. 356. num.
10. par. 1.* qua mixtura cessante in omnibus supra-
dictis casibus appellatio denegabitur iuxta tra-
dita *in princ. præsentis Cap.*

15 At si quis esset condemnatus ad liberè dimit-
tendam possessionem, tunc contineret mixtu-
ram in petitorio, quia illa verba *liberè dimitten-
dum* significarent, vt fieret restitutio sine spe re-
cuperationis, vt *in cap. irrefragabili in princ.* vbi
16 Butr. *de offic. ord.* & ita contineret petitorium, vt
per Soc. *in l. rem quæ nobis sub num. 14. vers. aduer-
tendum tamen est, de acquir. poss.* & per Alex. *consil.
96. num. 1. & 2. lib. 5* Rot. *diuers. decis. 356. num. 3.
lib. 1.*

17 Et eo casu daretur appellatio, vt per Bald.
in l. vnica num. 8. vers. quæro vbi Contard. *limit. 2. &
limit. 24. C. de moment. poss.* & est communis sen-
tentia, vt attestatur Bald. *consil. 331. sub num. 4. lib.
1.* Grat. *consil. vlt. num. 49. lib. 2.* Rot. *diuers. decis. 356.
num. 6. lib. 1. & decis. 263. vers. 2. lib. 2.*

18 Quod ampliatur in quacumque sententia in
Saluiano lata continente expresse mixturam
petitorij; nam tunc daretur appellatio; quia
19 prohibitio appellandi non procedit à mixtura
contenta in libello, seu probationibus, sed à
mixtura contenta in sententia, vt tradit Con-
tard. *de mom. poss. § 5. limit. 2. ratione mixturæ num.
12. & seq.* Scacc. *de appell. lib. 3 cap. 2. quæst. 17 limit.
6. memb. 9* & est decis. Rotæ *diuers. decis. 34. num. 8.
& 9. par. 2* vbi etiam dicitur, quod ideo datur
appellatio, quia non appellatur ab articulis, &
probationibus, sed à sentẽtia, & adducit Corn.
consil. 10. num. 3 circa fin. lib. 4.

20 Et hoc casu inspicienda sunt verba dispositi-
ua sententiæ, non autem enunciatiua, veluti si
in principio sententiæ enunciatiuè aliquid
continente mixturam narretur, & in dispositi-
uis verbis restringatur solum ad possessionem,
vt per Contard. *de mom. poss. § 5. limit. 2. n. 19.* & per
Rot. *diuer. decis. 34. numer. 12. vers. sententia*: cetera
quæ ad cognoscendum, an sententia contineat
mixturam vide per Contard. & Scacc. *locis pro-
ximè citatis per discursum.*

21 Verùm, quia non solùm ex Iuris dispositio-
ne appellatio in hoc iudicio possessorio prohi-
betur, sed etiam per Aegidianam, vt dixit Rota
coram R.P.D. Bubalo in vna Romana Saluia-
ni Interdicti 12. Iunij 1589. *in calce operis decis. 231.
num. 1.* & coram eodem in vna Ariminen. bono-
rum Lunæ 27. Octobris 1586. *ibidem decis. 63.
num. 1. & 2.* & coram R.P.D. Penia in vna Ro-
mana damnorum, & interesse Lunæ 10. Iunij
1591. *ibidem decis. 232. num. 1.* quæ iuxta declaratio-
nes in facto Rotæ Auditorio super ea factas, in
multis casibus, hanc nostram limitant conclu-
sionem; ideo necessarium visum fuit aliqua de
ea verba facere; sed quia in quibusdam casibus
22 differt à Saluiano; Ideo differentias prædictas
prius deducam, quibus sublatis clarior materia
apparebit.

23 Differt enim primo, quia Ægidiana non ha-
bet locum nisi in statu Ecclesiastico, & sedi A-
postolicæ immediatè subiecto, quia Paulus III.
solum ea confirmauit pro terris immediatè
subiectis, & non habet locum in terris me-
diatè subiectis, vt est Parma, & Placentia, & lo-
ca aliorum Baronum, vt declarat Io. Bapt. Pont.
de spol. par. 3. cap. 3. sub num. 22. in fine. Mohed. *decis.
47. alias 5 de const.* Rot. *diuers. decis. 112. in princ. & in
fi. par. 3. lib. 1. & decis. 181. num. 4. & 5. & decis. 185. nu.
2. par. 3. lib. 2. & decis. 187. lib. 3. par. 3.*

24 Et ideo fuit aliàs disputatum, an locum sibi
vendicaret in Ciuitate Auinionen. & fuit reso-
lutum, quod sic, vt refert Pont. *de spol. d. par. 3. nu.
42.* Contard. *de mom. poss. in verb. Ægidiana quæst. 3.*
Caputaq. *decis. 226 in princ. par. 1. in impress.* & non
25 habere locum in terris Imperij, attestatur Pont.
loco citato num. 42.

Hoc tamen casu aduertendum est, quod si
litigium ageretur supra aliquo castro, quod nõ
esset immediatè sedi Apostolicæ subiecto, sed
mediatè, si tamen personæ litigantes essent im-
26 mediatè subiectæ, & litigarent in Vrbe, eo casu
haberet locum Ægidiana, quia licet verba ex-
tensionis Pauli tertij dirigantur in rem, tamen
concernit personas, & ideo locum habebit Æ-
gidiana, vt fuit resolutum in Rota coram R.P.
D. Oradino in vna Romana de Comitibus 15.
Maij 1573. *in calce operis decis. 233. nu. 2.* & ita etiam
per Contard. *de mom. poss. in verb. Ægidiana quæst. 6.
in princ.*

Interdictum verò Saluianum cum proueniat
à iuris communis dispositione, *vt tot. tit. ff. & C.
de Salu. Interd.* de quo latè *in princ. primæ Inspectio-
nis* discussum fuit, locum sibi vendicat in quo-
27 cumque loco ius ciuile seruatur, & sic generali-
ter vbique locorum, etiam in terris Imperij,
quia cùm leges ab Imperatore descendant, per
totum orbem seruandæ sunt *l. leges sacratissimæ
C. de legib.* & latè per Aur. Mar. Corat. *de elect. o-
pin. in tit. quando communis opinio attendenda sit num.
157. & 158.*

Quod corroboratur ex eo, quod in Rota fuit
resolutum coram Card. Seraph. in Romana, seu
regien. Saluiani Interd. Veneris 23. Martij 1590.
in eius lib. impress. decis. 915. num. 1. vbi dicitur Sal-
uianum posse intentari contra bona in territo-
rio Imperij sita extra Iurisdictionem Ecclesia-
sticam, quia non principaliter agitur contra bo-
na, sed in consequentiam, & dependentiam Iu-
dicij Saluiani intentari pro debito pecuniario
contracto in vim obligationis in forma Came-
ræ, ita quod bona illa ex conuentione partium
pro huiusmodi debito erant obligata.

28 Secunda erit differentia, quia Ægidiana non
habet locum inter personas Ecclesiasticas,
quia Ægidiana non habet facultatem nisi in
temporalibus, Honded. *consil. 20. num. 10. vol. 2.*
vt declarauit Rota coram R.P.D. Brauo in vna
Perusina hæreditatis 27. Iunij 1581. *in calce operis*

decis.234.num.2. & latius inferius deducetur, &
29 clerici, & bona Ecclesiæ à Iurisdictione laico-
rum sunt penitus exclusa, vt habetur *in cap. Ec-
clesia S. Mariæ,* vbi communiter Doctor. *de constit.*
& de communi attestatur Alciat. *in cap. cum non
ab homine in princip. de iud.* Bursat. *consil.42.num.2.
lib.1.* & latissimè per Couarr. *practic. quæst. cap.31.*
30 *numer.1.* vbi de iure diuino procedere affirmat
31 ex infinitis per eum deductis. Verùm Saluia-
num Interdictum intentari potest, tam à per-
sonis Ecclesiasticis, quàm contra personas Ec-
clesiasticas, vt his terminis habetur in decis. fa-
cta coram Illustrissimo Lancellotto in vna Ro-
mana Saluiani Interdicti Lunæ 6. Martij 1600.
in calce operis decis.188. per totam, & coram eodem
in vna Romana Saluiani Interdicti 19. No-
uembr. 1599. *ibidem decis.19.* & coram Illustris-
simo Seraphino in vna Romana Saluiani In-
terdicti 11. Maij 1590. *in suis impress. decis.1090.*
& coram R. P. D. Coccino in vna Romana
Saluiani Interdicti Lunæ 2. Decembris 1601.
ibidem decis.17. & coram R.P.D. Litta in vna Ro-
mana bonorum de Capite ferreo Lunæ 4. Maij
1598. *ibidem decis.52. & alibi pluries, vt in decis. in fi-
ne operis* apparet.

32 Tertio eadem ratione suprà deducta, quia
Ægid. non habebat facultatem nisi in profanis,
33 & Ægidiana non habet locum in rebus Eccle-
siasticis, vt simili modo pluries fuit declaratum
in Rota, vt in vna Hortana Sanctissimi Trini-
tatis coram R.P.D. Rubeo 7. Iunij 1563. *in fine
operis decis.235.num.1.* & coram R.P.D. Bubalo in
vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ 12. Iu-
nij 1589. *ibidem decis.231. numer.2.* & coram Illu-
strissimo Biancetto in vna Spoletana hæredita-
tis 7. Iunij 1585. *ibidem decis.236. num.1.* & in alia
Romana separationis Thori coram R. P. D.
Marcomontio Veneris 2. Decembris 1605. *ibi-
dem decis.237. num.8* & in alia Auximana bono-
rum 20. Nouembris 1579. coram Illustrissimo
Seraphino *in eius lib. impress. decis.424. num.1. & a-
libi pluries,* vt habetur in alijs decisionibus supra
proximè allegatis.

34 Immo nec inter personas seculares erit lo-
cus appellationi, quando agitur de aliquo præ-
iudicio Ecclesiastico, vt fuit dictum coram R.
P.D. Coccino in vna Romana domus ad San-
ctum Augustinum 19. Ianuarij 1611. *in fine operis
decis. 238. num.3. & 4.* & in alia Romana Vineæ
coram R. P. D. Marcomontio die 10. Ianuarij
1611. *in calce operis decis.238. in fine.*

35 His sic præmissis dicitur, quod in Saluiano
non solum prohibetur appellatio ex iuris com-
munis dispositione, verùm etiam per Ægidia-
nam, vt supra dictum est, quæ appellationem
denegat in omnibus iudicijs possessorijs, vt per
Lancell. *de attent. par.2. cap.12. limit.25. num.10.* Pa-
ris. *consil.108. num.15. lib.1.* Ioseph, Lud. *decis.20.
nu.2.* Caputaquen. *decis.227. lib.1. & in manuscript.
in calce operis decis.240. num.2.* Et coram Illustrissi-
mo Pamphilio in vna Romana domus Vene-
ris 11. Maij 1601. *ibidem decis.229. num.1.* & inter-
minis Saluiani Interdicti est decis. R.P.D. Gip-
tij in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ
29. Aprilis 1591. *in fine operis decis. 228. num.2.* &
coram Illustrissimo Seraphino in vna Romana
Saluiani Interdicti Veneris 11. Ianuarij 1602. *in
suis impress. decis. 1415. in princip.* & in dict. decis.
coram Bubalo sub die 12. Iunij 1589. *in fine operis
decis.231. num.1. & 2.* & coram R.P.D. Iusto in v-
na Rauennaten. Saluiani Interdicti 11. Februa-
rij 1604. *ibidem decis.144. num.7.* & coram R.P.
D. Manzanedo in vna Romana Saluiani Inter-
dicti 26. Nouembris 1605. *ibidem decis.5. num.4.
& 5.*

36 Primo ampliatur etiam si Iudex appellatio-
nem detulisset dando reuerentiales, quia talis
dilatio non operatur quò ad effectum suspen-
siuum, sed quo ad effectum deuolutiuum. Be-
nintend. *decis.17. num.5.* & licèt Iudex à quo per
admissionem appellationis declarationem ei
factam à se abdicauerit iurisdictionem, non ta-
men efficit quin Iudex ad quem executionem
sententiæ procedere posset, & eo magis quan-
do adesset clausula in commissione, quatenus
37 esset locus Ægidianæ, vt declarauit Rota co-
ram R.P.D. Penia in vna Romana damnorum,
& interesse de Gabriellibus 10. Iunij 1591. *in cal-
ce operis decis.232. num.3.*

Secundo amplia procedere in hoc casu vide-
licet, quando vna pars appellauerit quatenus
contra, & sentētia fuerit lata ad fauorem istius;
pars aduersa videns contra se esse pronuncia-
tum, similiter appellauit, dicens, quod cùm
pars appellauerit, quod causa erat effecta ap-
pellabilis de consensu partium, tamen fuit re-
solutum habere locum Ægidianam.

38 Quia licèt pars ad cuius fauorem erat lata
sententia, prius appellasset, quatenus contra,
non ideo causa erat effecta appellabilis, quia
poterat talis appellatio verificari quo ad ex-
pensas; & propterea per illam appellationem
simpliciter interpositam non inferebatur con-
sensus permittendæ appellationis, & ita fuit re-
solutum, vt est *decis.* Achil. 234. *alias 8. de appell.*
39 quibus adde quod Appellatio quatenus con-
tra, non suffragatur parti aduersæ, iuxta notata
per Franc. *in cap. si duobus colum 3. versic. si quæratur
primum de appell. in 6.* & per Put. *decis.102. per tot.
lib.3.*

40 Nam illa dictio *quatenus,* importat conditio-
nem, *l. stichum. qui meus erit,* vbi Doct. *ff. de verb. ob-
lig.* & idem Bart. *in l.1. num.2. ff. de cond. & demon.* &
per Riminald. Iun. *consil.139. num.20. lib.2.* Hen-
ded. *consil.68. num.11. par.2.*

41 Vnde appellatio huiusmodi dicitur condi-
tionalis, quæ nihil ponit in esse, nisi quatenus
contra ipsum esset lata sententia, & sic purifica-
ta conditione. *Clemen.1. de confess. preb. & cap. si pro
te de rescript. in 6.* Caputaquen. *decis.130. num.4. &
decis.35. num.4. par.2. in impress.* & actus huiusmo-
42 di euanescit non superueniente conditione *L.
tem quia ff de pact.* & latè per Dec. *cons.526. num.4.*
cum ibi alleg. Paris. *consil.48. numer.11. lib.1.* Aym.
consil.15. sub num.3. Riminald. Iun. *consil.358. num.
144.* Socin. Iun. *cons.4. num.16. & cons.180. nu.40.
vol.2.*

43 Tertio amplia constitutionem huiusmodi lo-
cum habere contra Fiscum, quia non reperitur,
quod Fiscus sit priuilegiatus, vt possit in posses-
sorio appellare, prout de communi attestatur
Caputaq. *decis.213. num 4. par.1. in impress.* & per
Contard. *de manuten. possess. in verb. fiscum, quæst.21. nu.
3.* reiecta contraria opinione.

44 Quarto amplia procedere etiam si sententia
esset lata ad fauorem rei, sicut ad fauorem acto-
ris,

us, cùm in vtroque casu militet eadem ratio momentaneæ possessionis, & remanet ius integrum prosequendæ proprietatis vtrique parti, vt declarat Pont. *de spol. in d. 3. par. cap. 3. num. 35.* Put. *decis. 316. num. 1. & 2.* Caputaquen. *in d. decis. 227. par. 1. nu. 3. in manuscript. in calce operis decis. 240. num. 2. & 3.*

45 Cessante verò dicta constitutione, & in locis in quibus dicta Ægidiana non habet locum, sed solum iuris communis dispositio seruatur, aliter erit dicendum, si quidem si ad fauorem rei esset pronunciatum actorem non esse immittendum, eo casu admittenda est appellatio, vt est doctrina Ang. *in l. quisquis sub num. 3. vers. quid è contra. C. quorum appell. non recip.* & post Iac. de S. Giorgio. Zuccard. Petr. Duen. per eum alleg. tradit Menoch. *de adipisc. possess. d. remed. 4. num. 876.* reiecta opinione Bart. *in l. 2. num. 5. de appell.* & sequacium, & pro opinione Ang. tenet Tiraq. *in tract. le mort saisit le vis. par. 6. declar. 6 numer. 3.* & est ratio secundùm præcitatos Doctores, quia tunc cessat causa appellationis prohibitiua, nempe celeritas immissionis in possessionem. Et in terminis declarauit Rota coram R. P. D. Iusto in vna Rauennaten. Saluiani Interdicti 11. Februarij 1604. *in calce operis decis. 144. num. 4.*

46 Quinto amplia, quod si quis à sententia in possessorio lata appellasset, & Iudex simpliciter detulisset, & tacente aduersario non aliter opponendo de Ægidiana fuerit lata sententia in secunda instantia, vel in aliis casibus, in quibus appellatio erit concedenda, vt inferius deducetur, eo casu Ægidiana locum habebit etiam in secunda instantia, vt per Pont. *de spol. d. cap. 3. num. 35.* Contard. *de mom. poss. quæst. 13. num. 6. num. 6. in fin. & num. 8.* vbi attestatur, ita fuisse in Rota resolutum coram Vestano, quæ est *decis.* Peregr. 201. *lib. 2. sed in meo lib. est decis. 198. in titul. de Ægidiana*, & est decis. Rot. *diuers. 113. par. 3. lib. 1.* vt refert idem Contard. *in titul. de Ægid. quæst. 4. num. 9. & sequent.* Put. *decis. 480. lib. 2.* Caputaquen. *decis. 227. par. 1. in fine operis decis. 128.* & tenuit Rota coram R. P. D. Iusto in aliàs allegata Rauennaten. Saluiani Interdicti Mercurij 11. Februarij 1604. *ibidem decis. 144. num. 3.* & in d. decis. Romana damnorum, & interesse de Gabriellibus 10. Iunij 1591. coram R. P. D. Penia *ibidem decis. 232. num. 3.*

47 Sexto amplia, etiam si sententia esset lata ad fauorem Ecclesiæ contra laicum, quia hoc casu inspicitur persona actoris, à qua ius metimur *l. 1. in princip. ff. si pars. hæred. pet.* Bald. *consil. 331. lib. 1. in fin.* Cassad. *decis. 3. de iud. Ægid. decis. 616.* & ita per Honded. *in dict. consil. 20. num. 13. par. 2.* & in terminis declarauit Rota coram R. P. D. Brauo in aliàs alleg. Perusina hæreditatis 27. Iunij 1581. *in fine operis decis. 234. num. 1. & 2.* & in alia coram Illustrissimo Blanchetto Spoletana hæreditatis 7. Iunij 1585. *ibid. decis. 236. num. 3.*

48 Septimo amplia in omnibus supradictis casibus, in quibus fuit declaratum non esse inductam mixturam, ex iuribus, auctoritatibus, & decisionibus ibidem allegatis, & vlterius in casu, in quo sit deducta nullitàs, seu dominium; tamen, quia in sententia nihil de nullitate, nec de dominio fuit expressum, sed solum sententia fuit restricta ad possessorium, non dicitur inducta mixtura, & per consequens habere locum Ægidiana, tenuit Rota coram Clement. VIII. tunc temporis Rotæ Auditore in vna Tiburtina Castri Sambuci sub die 15. Iunij 1577. *in fine operis decis. 242. num. 1.* & in eadem coram eod. 1. Iulij 1577. *ibidem decis. 243. in princ.* & coram Illustrissimo Seraphino in vna Firmana executionis spolij 7. Februarij 1583. *in suo lib. impress. decis. 603. num. 2.*

49 Octauo intellige constitutionem huiusmodi in quocumque possessorio locum sibi vendicare, vt per Lancell. *de attent. par. 2 cap. 12. limit. 25 num. 10.* Pont. *de spol. dict. cap. 3. numer. 43. in fin.* Contard. *de mom. poss. in tit. Ægidiana dict. quæst. 4. sub num. 8.* Rot. *diuers. decis. 112. par. 3. lib. 1. num. 6.* Caputaq. *decis. 227. in manuscript. in fine operis decis. 240 num. 2.* & coram Illustrissimo Pamphilio in vna Romana domus 11. Maij 1601. *ibidem decis. 229. num. 1.*

50 Nono amplia, quod etiam in casu, in quo in possessorio appellari posset per appellationem huiusmodi sententiæ executio minimè retardari potest, sed facta executione Iudex appellationis cognoscit de iustitia, & iniustitia sententiæ, ita communiter ab omnibus receptum esse attestatur Paris. *consil. 108. num. 2. & seq. lib. 1.* Roland. *consil. 77. num. 1. lib. 2.* Grat. qui de communi attestatur *consil. 163. num. 1. in fine lib. 2.* & locum habere in quocumque possessorio, etiam in casu Ægidianæ, attestatur Marc. Anton. Eug. *cons. 72. num. 52.* post Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. numer. 828.* Senat. Pedemont. *decis. 25. num. 19.* Benintend. *decis. 17. num. 5.* & per Rot. in d. decis. Romana damnorum, & interesse coram R. P. D. Penia *in fine operis decis. 232. num. 3.* qui etiam loquitur in casu Ægidianæ, & ad hoc propositum latè vide per Contard. *de mom. poss. vers. intellectus sub num. 4. vers. licet text.* vbi de magis communi attestatur.

51 Et omissa longa illa inter Doctor. controuersia; quod de iure canonico in causa possessorij appellari possit, etiam quo ad effectum suspensiuum, & nonnulli alij de iure ciuili contrarium seruari affirmant, etiam quo ad effectum suspensiuum, & deuolutiuum, vt latè per Contard. *loco proximè citato*, & diffusè nouissimè deducit Scaccia *de appell.* qui infinitos, pro vtraque parte cumulat *in suo tractat. de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. lim. 6. memb. 7. per totum*, vbi pro vtraque parte infinitos adducit, & de communi, & magis communi attestatur Ioseph. Lud. *decis. 20. per tot.*

52 Tamen in practica in vtroque casu seruatur, vt ad effectum suspensiuum sit prohibita appellatio, vt attestatur Scaccia *loco citato num. 12.* & hanc esse magis communem, & in practica attestatur seruari Ioseph. Lud. *decis. 20. num. 16.* & magis receptum dicit Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. num. 828.* prout etiam de magis communi, & veriori attestatur Gratian. *decis. 204. num. 2.* qui loquitur in terminis Saluiani Interdicti, & sequitur Scapuc. *de Salu. Interd. lib. 3. quæst. 1. num. 2.* & in Rota ita seruatur, vt habetur in d. Romana damnorum, & interesse 10. Iunij *in fine operis*
53 *decis. 232. num. 3.* vbi etiam loquitur in casu Ægidianæ, & in alia Anconitana terrarum Veneris 24. Ianuarij 1567. coram Cardinali Seraphino *in suo lib. impress. decis. 244.*

54 Nec est necessarium opponendo de Ægidiana illam producere, vt per Contard. *de mom. poss. vers. Ægidiana qu.1. per totam* Caputaq. *decis. 422. in manuscript. in fi. operis dec. 245. n.1.*

55 Et ratio est, quia cùm sit notoria, non est necessaria productio, vt per Contard. *loco citato* Cassad. *decis. 2. n.7. de pens.* & tanquam lex hodie seruatur, & ideo non est producenda, vt per Lancel. *de attent. par. 2. ca. 12. n.3.* & habet vim statuti tradit Contard. *d. mom. poss. d. q.1. nu.3.* & per Rotam coram Aldobrandino postea Clement. VIII. in d. Romana domus die 8. Iunij 1565. *in calce operis decis. 244 in princip.*

56 Verùm dubitari contingit, An sententia in Saluiano ferenda sit per Cedulam, vel per decretum ad euitandam propositionem illam, quam nonnulli DD. tenuerunt, quod à sententia diffinitiua in possessorio lata detur appellatio, secus si per interlocutoria, quam tenuit Benuitend. *decis. 79. per totam*, & Contard. *de mom. poss. limit. 3. n.48.* & fuit secuta Rota, vt per Card. Seraphinũ *dec. 1295 n.3.* & in alia coram R.P.D. Manzanedo in vna Bergomen. Præeminentiarum Veneris 16. Iunij 1606. *in fine operis decis. 298. n.9. & 10.*

57 Et quod per Cedulam sententiari debet apparet primo ex inueterato stilo Curiæ, à quo nullo modo discedi potest, vt ex multis tradit Afin. *in prat. in d. §. 22. c. 16. limit. 1.* Ofasc. *decis. 22. n.6.* qui multos adducit. Thes. *decis. 1. n.9.* Afflict. *dec. 288. n.6.* Put. *dec. 246. num. 11. lib. 1.* nam, & iste stilus pro forma habetur. Decius *consil. 11. num. 16.*

58 Immo Curiæ stilus pro lege habetur, vt ex multis tradit Afin. *loco citato* Menoch. *consi. 100. n.74.* Afflict. *dec. 135. n.3.* Guid. Pap. *decis. 168. n.2.* Thes. *d. decis. 1. sub nu. 9.* & quod per Cedulam in Saluiano pronunciandum sit, tradit Salustr. *in sua prax. lib. 2. c. 2. n.24.*

59 Et quod sententia in possessorio lata, in qua condemnet, actorem immittẽdum esse in possessionem dicitur interlocutoria, licèt in Cedula feratur, tradit Ias. *in l. iubere cauere sub nu. 19. vers. nam immitti. ff. de iurif. omn. iud.* & per Cont. *de mom poss. in 2. ratione decid. n.41.*

60 Insuper dicitur, quod propositio illa, *quod à sententia diffinitiua in possessorio lata, detur appellatio*, locum vindicare dicitur in possessorio ordinario, secus in summario, prout est Salnianum Interdictum, quod dicitur merè possessorium, vt ex infinitis auctoritatibus, & decisionibus fuit deductum *in 1. Inspect. c. 1. nu. 27.* & in eo summariè agitur, vt bene per Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. n.6. cum ibi allegat*, & fuit supra deductũ *in 1. Inspect. cap. 2. in fine*, & quod talis propositio procedat in ordinario, nõ autem in summario Iudicio, tradit Benintend. *d. decis. 79. sub numer. 6.* & Cardinalis Seraphin. *in d. decis. 1295. nu. 3.*

Ex quibus tollitur etiam si diceretur, quod Saluianum datur pro legato, & fideicommisso, & sic ad rem ipsam prosequendam, vt supra fuit deductum *in Inspect. 4. ca. 4. n.77. cum seq.* ex quo diffinitiuè in eo pronunciandum videtur, cùm diffinitur negotium.

61 Quia nihilominus dicitur merè possessoriũ, & summariè agitur, nec hoc casu dicitur diffinitiuè pronunciatum, quia si pars aduersa postea doceret de aliquo iure suo, veluti quia de fideicommisso esset detrahenda dos, seu legitima, tunc Iudex possetà tali decreto eum reponere, vt declaratur *in d. decis.* Card. Seraph. 1295. *sub num. 5.*

62 Quod facere non posset si diffinitiuè sententiasset, cùm Iudex functus esset officio suo *l. Iudex*, vbi Bart. & omnes DD. *ff. de re iud. l. postquam Iudex eod. tit.* Fel. *in cap. in literis sub num. 2. de offic. Ind. deleg.*

63 Decimo amplia, quod in casibus, in quibus non licet in possessorio appellare, nec etiam supplicare licebit, quia eadem est ratio prohibendi appellationem, quæ supplicationem, vt declarat Natt. *cons. 172. n.11. lib. 1.*

64 Et pro vera huius conclusionis intelligentia distingue, quod aut appellatio prohibetur propter excellentiam Iudicis personæ, & hoc casu non prohibetur supplicari, vt per Bald. *in l. 1. n.5. ff. de offic. præf. prat.* & ita distinguendo tradit Dec. *in l. fin. n.50. vers. & isto articulo. C. de edict. din. Adr. toll.* vbi adducit, quod licet in Curia Delfinali non possit appellari, tamen poterit supplicari, vt tradit Guid. Pap. *qu. 50.*

65 Et idem procedit, quando appellari non potest mixta consideratione personæ, & causæ, poterit supplicari, vt per Imol. *in cons. 142.* & per eundem Dec. *loco citato.*

66 Aut verò appellari non potest respectu causæ simpliciter, & eo casu, nec supplicari poterit. Et ideo cùm in hoc iudicio possessorio prohibita sit appellatio respectu causæ, dicitur etiam prohibita supplicatio, & ita distinguit Dec. *loco citato* post. Imol. *in dict. cons. 142.* & hanc eandem distinctionem sequitur Pont. *de spol. lib. 4. c. 3. n.52.* & ita intelligendus est Natt. *dict. cons. 172.* & Paris. *cons. 54. n.18. vol. 3.* poterit tamen

67 se querelare coram eodem Iudice, & dicere sententiam iniustam, vel executionem indebitè factam, vt per Alexand. *in l. fin. sub nu. 28. vers. sed coram eodem Iudice. C. de edict. diu. Adr. toll.* hoc tamen ampliat Grat. *consil. 163. numer. 41. lib. 2.* procedere etiam coram Iudice appellationis.

68 Limita modo principalem conclusionem in quantum habet locum Ægidiana non procedere, quando notoriè constaret de iniustitia, seu nullitate sententiæ, prout in eadem constitutione Ægidiana disponitur, & per Contard. *de moment. poss. vers. Ægidiana quæst. 4. nu. 6.* & per Bald. *cons. 141. n.7. lib. 1.* Gabr. *cons. 36. num. 3. lib. 2.* Ias. *cons. 60. sub num. 5.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. nu. 850.* Senat Pedemont. *decis. 25. sub nu. 22.* Rot. *diuers. decis. 19. num. 20. par. 3. lib. 2.* & alias dixit in vna Viterbien. prætensi spolij coram R.P.D. Rubeo 23. Maij 1561. *in fine operis decis. 246. n.1.* & corã R.P.D. Bubalo in vna Ariminen. bonorum 27. Octobris 1586. *ibidem decis. 65. n.2.* & coram Illustrissimo Lancelloto in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ 14. Decembris 1598. *ibidem decis. 72. nu. 1.* & coram R.P.D. Iusto in vna Romana Saluiani Interdicti 11. Februarij 1604. *ibidem decis. 144. n.6. & 7.* & coram R.P.D. Canalerio in vna Balneoregien. terrarum Lunę 5. Maij 1608. *ibidem dec. 147. n.1.*

Et hoc casu appellatio operatur effectum, tam suspensiuum, quàm deuolutiuum, vt per Menoch. *d. remed. 4. n.854.*

69 Qua-

69 Qualiter autem sit deducenda dicta nullitas ad hunc effectum, vt impediatur executio, iam fuit supra *in* 2. *Inspect. cap.* 3. deductum, & vide per Contard. *de moment. poss. limit.* 7. *& limit.* 9. & per Menoch. *de adipisc. poss. d. remed.* 4 *num.* 879. *& seq.* & multa deducit Senat. Pedem. *dec.* 25. *per totam.*

70 Verum ad hoc propositum Menoch. *de adipisc. poss. d. remed.* 4. *n.* 855. dicit, quod in illo remedio si fuerit lata sententia sine causæ cognitione, ab ea appellare licebit, iuxt. doctrinam Alex. *in l. si ius* 2. *vers. & quando processum est. C. de edict. diu. Adr. toll.* & ibi Zuccard. *nu.* 448. qui ait sententiam istam esse nullam, & cùm sit lata sine causæ cognitione datur appellatio, cùm causa adsit appellandi, vt per Bald. *in l. quisquis in princ. C. quorum appellat. non recip.* Ias. *cons* 66. *num.* 3. *lib.* 1. Senat. Pedem. *d. decis.* 25. *sub num.* 12. *vers. item si appellandi.* & per Aym. *de antiq. temp. par.* 2. *n.* 350.

71 Aduertendum tamen est quo ad illud, quod dicit Menoch. ex doctrina Zuccard. sententiam esse nullam, cùm sit lata sine causæ cognitione, vel nimis præcipitanter, hoc non procedere quo ad præsumptionem validitatis sententiæ cùm præsumatur præcessisse causæ cognitionem, quando sententia esset lata contra præsentem, & non appellantem, vt per Doct. *in cap. per venerabilem, qui filij sint legit.* Ægid. *decis.* 89. Cassad. *decis.* 1. *de præsumpt.* Sentient. *de tribunali possess. quæst.* 3. Sic etiam fuit Rota coram Illustrissimo Seraphino in vna Imolen. Castrorum. Veneris 16. Martij 1576. *in eius lib. impress. decis.* 290. *n.* 15.

72 Secundo limitatur, quando esset lata contra absentem, verùm contumacem. Butr. *in cap. quoniam contra de prob. num.* 58. vbi Imol. & Alex. *cons.* 22. *nu. lib.* 2. Gabr. *de sent. conclus.* 4. *n.* 20. & in d. decis. Imol. Castrorum coram Illustrissimo Seraphino *n.* 9.

73 Tertio limitatur contra fictum contumacem, quando non appellauit infra terminum decem dierum à die habitæ notitiæ, vt per eosdem Doct. *in loco proximè alleg.* Gabr. *d. conclus.* 4. *n.* 22. & in d. decis. Imol. Castr. coram Illustrissimo Seraph. *n.* 15. *in fin.*

74 Quarto limitatur principalis conclusio, quando adesset statutum particulare alicuius Ciuitatis, vel alterius loci contrarium disponens, nempe appellari posse in iudicio possessorio; quia eo casu cessaret Ægidiana, iuxt. doctrinam Corn. *in cons.* 151 *nu.* 8. *lib.* 3. & tradit Ioseph. Lud. *dec.* 20. *nu.* 22. Grat. *cons.* 163. *n.* 16. *lib.* 2. & Rot. *diuers. decis.* 350. *num.* 2. *&* 3. *par.* 2. & per Rota coram R. P. D. Robusterio in vna Bononien. bonorum Ephitheut. 29. Maij 1581. *in calce operis dec.* 248. *n.* 3.

75 Quod tamen intelligendum est, quando statutum esset factum ab eo, qui non recognoscat superiorem, secus si habeat superiorem, ad quẽ debeat appellari; quia tunc inferior iura superioris tollere non potest, vt per Bart. *in l. omnes populi n.* 27. *ff. de iust. & iur.* Abb. *in cap. veniens el* 2. *n.* 1. *de iur. iur.* & post Felin. & alios tradit Bero. *in c.* 1. *n.* 16. vbi Rip. *n.* 19. *de rescript.* Fulg. *cons.* 167. *col.* 2. Rol. *cons.* 29. *n.* 5. *lib.* 1. & bene declarat Bald. *cons* 2. *n.* 3. *lib.* 5.

76 Nam si hoc statutum esset à superiore confirmatum, tunc sufficeret, quia statutum confirmatum dicitur statutum confirmantis, vt est doctrina Bald. *in l. ex placito sub nu.* 6. *vers. conclude, de rerum permut.* & per Bart. *in l. stipulationem, nu.* 4. vbi Ang. *in fine*, & Alexand. *ff. de verb. obl.* Crot. *cons.* 35. *n.* 46. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 463. *n.* 34. *lib.* 4. Roland. *d. cons.* 29. *nu.* 6. *&* 14. *lib.* 1. Honded.
77 *cons.* 4. *n.* 79. *vol.* 1. Et ideo statuta confirmata à Papa dicuntur Papalia, vt per Barbat. *inter cons. Alexand.* 123. *n.* 17. *lib.* 4. Cephal. *d. cons.* 463. *nu.* 34. Paris. *cons.* 40. *n.* 12. *vol.* 1. Dec. *in cap. Ecclesia Sancta Mariæ sub num.* 34. *de constit.* Contard. *de moment. poss. limit.* 22. *n.* 8. & declarauit Rota coram Illustrissimo Pamphilio in vna Balneoregien. bonorum 30. Decembris 1589. *in calce operis decis.* 349. *nu.* 10. & coram Illustrissimo Seraphino in vna Romana Casalis Marcigliani 19. Iunij 1587. *in suis impress. decis.* 794. *n.* 25.

78 Et prædicta amplianturt, eo magis procedere, quando statuta sunt condita à deputatis à Papa, & postea confirmata, vt per Honded. *consil.* 5. *numer.* 43. *lib.* 2. & per Rot. *diuers. decis.* 452. *numer.* 1. *par.* 1. & in d. decis. Balneoregien. bonorum coram Illustrissimo Pamphilio *numer.* 10. & coram R. P. D. Marcomontio in vna Romana separationis Thori Veneris 2. Decembris 1605. *ibidem decis.* 137. *numer.* 3. *& sequ.* quæ fuit denuo confirmata coram eodem 16. Iunij 1606. *ibidem decis.* 250. *numer.* 6. & in alia coram Reuerendissimo Sacrato Archiepiscopo Damasceno in vna Romana relocationis 2. Decembris 1609. *ibidem decis.* 251. *nu.* 3.

Si quidem in d. decis. Romana separationis Thori agebatur causa separationis Thori, & pro vna parte duæ erant latæ sententiæ, & cùm pars vellet tertio prouocare, opponebatur de statuto Vrbis *cap.* 178. *lib.* 1. prohibente appellationem à duabus conformibus, & pro parte appellante, opponebatur causam huiusmodi esse spiritualem, & ad forum Ecclesiasticum spectare, *cap. accedentibus de excess. prælat.* vbi Doct.

79 Et ideo non posse sub laicorum statuto comprehendi, iux. text. *in cap. Ecclesia Sancta Mariæ, de constit.* nec ad hunc effectum suffragari posse confirmationem Papæ, cùm illa tantum roboret statutum, quo ad causas in illo comprehensas, non autem illud extendit ad alias causas spirituales, vt per Ias. *in l. mora n.* 41. & Dec. *n.* 31. *de iurisd. omn. iudic.* Alex. *cons.* 59. *lib.* 1. *& cons.* 34. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 60. *lib.* 1. *num.* 3. & Rimin. Sen. *cons.* 366. *n.* 2. *lib.* 2.

Quibus tamen non obstantibus, & iure optimo quidem, contrarium fuit in d. decis. resolutum ea ratione supra relata; nam statutum il-
80 lud dicebatur Papale, quia à deputatis à Papa fuerat conditum, & ab eodem Pontifice confirmatum, & propterea non erat restrictum ad forum Capitolinum, sed seruandum erat in omnibus Curiis, & etiam in Rota, & comprehendebat etiam Clericos, vt alias plures fuit resolutum in Rota, vt ex decis. in eadem Romana separationis Thori alleg. iux. doctr. Bald. *in d. l. ex placito. C. de rerum permut.* & in alia Romana relocationis Mercurij 2. Decembris 1609. coram Reuerendissimo Sacrato *ibidem decis.* 251. *n.* 2.

81 Vbi dicitur, quod tale statutum comprehendit res, causas & personas Ecclesiasticas. Quibus adde alios per me supra cumulatos *nu. 76. vers. nam si hoc statutum*.

82 Et cùm ratio diuersitatis dari non possit inter causas spirituales, & personas Clericorum, qui sunt quid spirituale, *cap. si Iudex de senten. excom. in 6.* statutum circa personas, & causas æquè debet operari. *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill.*

83 Contraria autem adducta possent procedere in statuto simpliciter à Papa confirmato, nec ab eius deputatis condito, vt declaratur in
* d. decis. Romana separationis Thori, pro cuius comprobatione, vide multa tradita per Honded. *cons. 20. num. 15. volum. 2.* qui adducit Corn. *cons. 9. n. 5. & cons. 25. per totum lib. 3.* Bero. *cons. 107. n. 11. & cons. 180. n. 25. lib. 1.*

Nec etiam obstare dicitur, quod Ægidiana fuerit à Pontifice confirmata; tamen non extenditur ad bona, nec ad personas, nec ad causas Ecclesiasticas, vt latè supra fuit deductum *n. 28. & 29. cum seq.*

Quia responderetur dictam constitutionem fuisse solum confirmatam ad effectum tantum extensionis ad totum statum Ecclesiasticum, non autem, vt haberet locum inter personas, nec causas Ecclesiasticas, vt latè fuit exposi-
* tum, & ita declaratur in d. Romana separationis Thori, sub die 2. Decembris 1605. *n. 6.*

84 Intellige tamen, quod confirmatio statutorum quantumuis auctoritate Papali munita, nunquam extenditur ad casus, in quibus Iurisdictio Ecclesiastica læderetur, quia neque Papa, neque statuentes id voluisse dicendum est, Felin. *in cap. 2. num. 40. de rescript.* & declara-
* tur in d. Romana separationis Thori sub die 16. Iunij 1606. *n. 11.*

85 Qualiter autem sit facienda confirmatio, vide per Alexand. *consil. 59. n. 8. & seq. lib. 1.* Honded. *cons. 20. n. 15. & seq. lib. 1.*

86 Tertio limita, quando adesset mixtura, vel damnum esset irreparabile, vel sententia contineret complicationem, vel ratione excessus, vel ratione restitutionis in integrum, de qua restitutione *in sequenti capitulo* deducemus, vel ratione doli Iudicis, & aliis de causis per Contard. *in suo opere* copiose deductis, quæ breuitatis causa omittuntur, & ratione damni irreparabilis multa deducit Menoch. *de remed. 4. num. 863.* Et in terminis Saluiani Interdicti ratione mixturæ, & complicationis tradit Sarmient. *de reddit. Eccles. par. 3. cap. 2. num. 27. & 28.* sed solum aliqua necessaria ad materiam nostram successiue deducemus, & multa alia deducta fuere in capitulo de exceptionibus, per quas exceptiones fuit dictum immissionem vigore Saluiani impediri posse.

87 Quarto limita, quando sententia in Saluiano lata esset ad fauorem actoris tanquam ius prætendentis in petitorio per huiusmodi verba, veluti condemnetur ad restituendam possessionem, retinendam in causa pignoris, & hypothecæ donec integraliter fuerit satisfactus; quia hoc casu diceretur pronunciatum vi hypothecariæ, vt per Corn. *cons. 190. num. 2. lib. 1.* & per Contard. *de momen. poss. limit. 14. n. 17.* Negus. *de pign. m. 3. memb. 8. par. n. 24.*

88 Quinto limita, quando constaret de non iure agentis, vt in terminis declarauit Rota *diuers. dec. 1040. lib. 4. par. 3.* Cassad. *dec. 1. sub n. 10. de restit. spol.*

89 Et quando dicatur constare de non iure agentis, *in sequenti Inspect.* deducam, Achill. *decis. 246. prope fin. alias 20. de appell.*

90 Sexto limita non procedere contra tertium, qui citatus non fuerit in hoc iudicio, quia appellare poterit, ita limitat Menoch. *de adipisc. possess. de remed. 4. num. 845.* ex doctrina Bart. *in l. 1. §. interdum n. 4. ff. à quib. appell. non licet.* & copiose vide per Felin. *in cap. super eod. num. 3. de offic. de legat.* & per Franc. *in cap. pastoralis quæst. 7. de appell.* Vant. *de nullit. in tit. quis poss. dicere de nullit. numer. 15.* Couar. *pract. quæst. cap. 15. numer. 5.* qui de communi attestatur, & alios multos cumulat Sacc. *de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 6. memb. 4. n. 42.*

91 Ampliatur modo proxima limitatio per eundem Menoch. *loco citat. num. 847.* etiam si Princeps suo rescripto cum clausula de plenitudine potestatis appellationem reuocaret, per Alexand. *in cons. 84. nu. 7. lib. 3.* quia eo casu non intelligitur reiecta quo ad tertium.

92 Sed etiam vlterius ampliari potest, quando adesset clausula *omni appellatione remota*, quia quo ad tertium non tollit appellationem; vt per glos. *in d. cap. super eod. in verbo intentione*, & tradit Bart. *in l. 1. §. interdum ff. à quib. appell. non licet*, tradit Ias. *in l. à diuo Pio, §. super rebus numer. 16. in fin. de re iudic.* Felin. *in cap. veniens el 2. sub numer. 5. versic. prima conclusio de test.* Dec. *consil. 664. numer. 7.*

93 Et quod hæc clausula operatur inter partes litigantes tantum, non quo ad tertium tradit Ang. *in l. si quis libertatem ff. de petit. hæred.* Corset. *sing. 33. alias 1. in vers. clausula.* Couar. *pract. quæst. 4. cap. 15. n. 5.* Put. *dec. 247. lib. 2.*

94 Nam licet nullo modo appellari possit, quando dicta clausula posita est de consensu partium, tradit Dec. *in capit. vt debitus sub num. 12. vers. quintus effectus, de appellat.* vbi alios allegat Bald. *in l. 2. in fine. C de appell.* tamen clausula huiusmodi non tollit appellationem, quando con-
95 staret de expresso, & notorio grauamine, vt tradit Bald. *in cap. vt debitus sub num. 8. de appell.* & per Natt. *cons. 172. n. 4. lib. 1.*

96 Immo clausula huiusmodi, nec tollit appellationem, quotiescumque in continenti quis est paratus docere de iusta, & legitima causa appellandi, vt est glos. *in cap. suscitata, in verb. sententia*, & tradit Rip. *in cap. 1. sub n. 3. vers. sed si remoueatur, de rescript.* Contard. *de momen. possess. limit. 12. n. 5. & quæst. 6. n. 6.*

Et similiter non tollit appellationem, si appellans vult ostendere repugnantiam, vel perplexitatem sententiæ, vt per Rip *loco citato*.

97 Vlterius etiam intellige, quod dicta clausula licet tollat appellationem quo ad effectum deferendi, quia Iudex stante dicta clausula appellationi deferre non potest, tamen non operatur quo ad effectum deuolutiuum, quia negocium principale deuoluatur ad superiorem, per quem poterit grauamen emendari, & reparari. Imol. *in capit. pastoralis nu. 2. de appellat.* Bero. *in cap. 1. nume. 3. de rescript.* Contard. *de momen. poss. d. quæst. 16. numer. 6.* & facit *decis.* Put. 328. *lib. 2.*

lib.2. Et ideo aliàs fuit resolutum, quod clausula huiusmodi nihil operatur, quando notoriè constat de grauamine. Natt. d. consi. 171. num. 4. lib. 1. Caputaq. decis. 53. lib. 1. in impress. Put. decisio. 414. lib. 3. & quando notoriè constare dicitur, iam supra in 1 Inspect. cap. 4. num. 44. & seq. deductum est. Sed non ad hunc effectum, nec quicquam operatur hæc clausula, quando interue-
98 nit dolus Iudicis, de qua materia latè vide per Contard. de momen poss. limit. 10. ratione doli iudicis, qui satis copiosè eam deducit, vbi etiam declarat, quando hæc clausula posita est in statuto, quid operetur.
99 Septima etiā limitatio, quod in possessorio appellare poterit, quando Iudex noluisset testes recipere, vel eos recepit, qui recipiendi non erant, vt per Bald. in l. post sententiam sub nu. 4. vers. pone ergo, C. de sententia, & interlocut. omn. iudic. & idem Bald. in l. a num. 19. C. de Episcop. and. Felin. in cap suborta sub num 4. vers. facit tex. de sentent. & re iudic. Menoch. de adipiscen. possess. d. remed. 4. num. 817. Senat. Pedem. qui alios adducit, decis. 25. sub num. 14. vers. contrarium. Ioseph. Lud. decis. 38. nu. 4. & nouissimè Surd. decis. 36. nu. 27. cum aliis ibi congestis.
100 Octauo limita, quod non solum, quando Iudex probationes recipere noluisset, vel indebitas recepisset, appellare licebit, verum etiam si exceptiones liquidas, vel in continenti liquidandas oppositas reiecisset, veluti si quis dominij exceptionem opposuisset, vel præscriptionis, hypothecæ, compensationis, & similes, quæ immissionem impediunt, vt fuit dictum supra in 2. Inspect. cap. 2. per totam, quatenus essent liquidæ, vel in continenti liquidandæ; nam hoc casu adesset iusta causa appellandi, vt per Cassan. consi. 68. nu. 39. 41. & 43. Aret. cons. 107. sub num. 2. & 3. Felin. in cap. suborta sub nu. 4. de re iud. & seq. Contard. de mom. poss. limit. 2. §. 4. nu. 20. & in lim. 19. nu. 32.
101 Nono limita, quando Iudex non seruasset formam statuti de modo procedendi in causa possessorij, quia eo casu liceret appellare, vt per Grat. consi. 163 nu. 48 vol. 2.
102 Vel si esset intentatum Saluianum, & possessio probata esset vigore Statuti continuantis possessionem in hæredem, tunc appellari posset, vt per Bald. in consi. 330 num. 4. versic. 3. quæritur lib. 1. & consi. 331. eo. lib. Menoch. de adipisc poss. remed. 4. nu. 659 & 660. Contard. de mom possess. limit. a §. a. versi. 1. & a & per Rot. diuers decis. 34. numer. 2. & sequ. par. 2. & ratio est, quia necesse est probare illum esse hæredem, & sic continet mixturam per Doct. supra allegat. & in specie tradit Bald. consi. 141. nu. 3. lib. 1. & per Contard. d. §. 2. nu. 3.
103 Altera est ratio, quam adducit Contard. in d. §. a. num. 13. versi. vera igitur, quia possessio huiusmodi per statutum in hæredem continuata, dicitur possessio ficta, & impropria, cùm sit Iuris possessio.
104 Sed contrarium deduxi supra in 3. Inspect. cap. 2. vbi demonstraui hanc esse veram, & non fictam possessionem, licèt modus acquirendi sit fictus, vt per Rip. respons 80 nu. 70. & tradit Peregr. de fideicom. art. 49. num. 16.

Sed in hoc casu vera est ratio prædicta, & procedit in his terminis, quia licet sit vera pos-
105 sessio, tamen non dicitur vera Iuris possessio, & non habet locum quousque per hæredem non fuerit apprehensa, vel subsequatur actus positiuus per quem appareat possit voluisse possessionem acquirere, vt declarat Tiraquell. in tract. le mort saisit le vif par. 6. declarat. 4. numer. 1. & a Afflict. decis 299. nu. 16. & sic interim remanet imperfecta, & l. vnica C de mom poss prohibet
106 appellationem in possessoriis, quando agitur de possessione actuali, & valida, ac per se sine alio adminiculo sumpta, vt bene declarat Contard. de mom. poss. d. limit. a. § a. numer. 13. & 14.
107 Decimo limita, quando essemus in causa, in qua propter varias Doct. opiniones dubitaretur, an danda esset in Saluiano appellatio, quia eo casu in dubio licebit appellare, vt ex doctr. Ang. in l. 1. §. interdum sub nu. 4. in fin. ff. à quib. appell. non lic & per Contard. de mom poss. quæst. 1. nu. 44. vers. an causa appellationis sit inferenda Ias. in cons. 178. volum. a. vers. sexto multum facit lib. a. vbi alios adducit.
108 Vndecimo limita, quando sententia in Saluiano esset generalis, & in prosecutione illius Iudicij adesset mixtura indiuisibilis ab eo iudicio, vt per Contard. de mom. poss §. 9. limit. a. nu. a. cum ibi allegat. & per Strac. de appell. li. 3. c. a. quæst. 17. limit. 6. memb. 9. nu 8. vers. 1.
109 Duodecimo limita, quando in iudicio Saluiani in libello petitum fuisset immitti in possessionem bonorum, quæ possidebantur à debitore tanquam sua, quia eo casu diceretur intentata hypothecaria, vt per Castr. in l. rem alienam sub nu. 10. de pign. act. & per Neguſ. de pign. in 3. membro 8. par. sub num. 26. versic. si autem in libello. Menoch. de adipisc. poss. remed. 3. numer. 160. de quo dixi supra in 1. Inspect. cap. 3. numer. 77. versic. caterum.
110 Decimo tertio limita, quando appellatus consentiret appellationi, quia tunc sustineretur appellatio. Dec. in l. 1. num. 6. versic. quarto si non opponatur C. de bon. poss secundum tab. Nicell. in tract. de concord gloss. concord. 6. fall. 6. num. 27. versic. duodecimo, & seq. Contard. de mom. poss quæst. 12. nu. 3. & nouissimè per Strac. de appell. li. 3. c. 2. quæst. 17. limit. 6. memb. 7. nu. 83.
111 Et consentire hoc casu dicitur quotiescunque non reclamauit, vt per Achill. personal. de adipisc. poss. nu. 357. post Bald. in l fin. sub num. 42. C. de edict. diu. Adr. toll. & per Dec. loco citato Soc. Iun. consi. 18. nu. 7. & 16. lib. 1. Aym. consi. 273. nu. 14. Cabal. super constitutionibus Marchia li. 6. c. 2. in verb. et sili. Marches de commiss par. 2. cap. 2. numer. 48. limit. 6.
112 Decimo quarto limita, quando in iudicio Saluiani disputari contigerit super validitate contractus, seu constituti, quia tunc Iudicium efficitur mixtum, vt declarat Alciat. consi. 7. num. 18. l. 6. & Contard. de mom. poss. in amplia. seu quasi num. 95. Roginell. de appell. §. 2. 4. 3. nu. 469. versic ab hoc remedio.
113 Decimo quinto limita, quando Saluianum esset super possessione Iurisdictionis intentatum, cum Iurisdictio dicatur Ius incorporale, vt per Doct. omnes in cap. cum in nostra de concess. preb. nam hoc casu cùm Iurisdictio mixtam habet proprietatem, cùm fundatur in Iure aliquo vero, vel præsumpto, vt bene declarat Con-

A a

tard. *de mom. poss. limit. 2. § 8. nu. 2.* vbi dicit quod iurisdictionalia non possunt possideri absque concessione Principis iuxta tradita per Ægid. *decis. 433.* & per Paris. *cons. 98. num. 16. lib. 2.* & tradit Osasc. *decis. 25. num. 10.* & quod in possessorio iurisdictionis desideratur iuris adminiculum, & ideo sit mixtum, tradit Bald. *in d. l. vnica C. de mom. possess.* & ad hunc effectum eum adducit Cassad. *decis. 1. num. 10. de restit. spoliat.* & per Caputaq. *decis. 414. lib. 1. in manuscript. in calce operis decis. 252. num. 1.* & propterea detur appellatio, vt per Osasc. *d. decisio. 25 num. 10.* cum alijs per Scacc. *de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 6. memb. 9. num. 108.*

114 Contrarium tamen non esse concedendam appellationem, fuit olim per Rotam resolutum, vt per Achill. de Grass. *decis. 10. de appell. alias 246.* & per Chisanen. *decis. 79 in calce operis decis. 253. per totam,* & hanc partem sequitur Contard. *de momen. possess. limit. 2. § 8. num. 21. in fin. & nu. 12. 27. 28. & 29.*

115 Quam opinionem veriorem censeo, quia licet in possessorio iurisdictionali requiratur Juris adminiculum, nec possideri possit sine Principis concessione, quod priuilegium non præsumitur, nec probatur per vsum, sed per concessionem Principis, & sic per titulum, vt per Bald. *in l. solemnibus C. de fide instrum. versic. Petrus dicit.* Tamen titulus hoc casu requiritur ad
116 colorandam possessionem, & hoc idem deducit Put. *decis. 193. nu. 6. lib. 2.* dum loquitur de possessorio iurisdictionali, & dixit, quod est locus Ægidianæ, ex quo dominium limitatè etiam iudicialiter erat deductum respectu possessorij, ex quo grauamen poterat reparari in petitorio, & hoc idem firmat Contard. *dict. § 8. num. 22.* & latius *num. 49.* vbi quamplures decisiones Rotales deducit.

117 Confirmatur etiam in Interdicto quorum bonorum, & quorum legatorum, licèt merè sint possessoria, & non mixta, tamen in eis obtineri non potest nisi probet se esse hæredem, est tex. *in l. 1. ff. & C. quorum legat.* & per Rot. *diuers. d. decis. 34. num. 17. par. 2.* & in eis principaliter causa possessionis, incidenter verò qualitas hæredis deducitur, vt per Bero. *quæst. 91. num. 8. & consil. 111. num. 6. & 7. li. 3.* Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. nu. 174.* & per Rot. *diuers. loco citato,* & deduxi supra *in 1. Inspect. c. 5. nu. 34.*

118 Et idem procedere in remedio *l. fi. C. de edict. diu. Adr. toll.* tradit Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. quæst. 59. num. 441.* vbi multos congerit, vbi *nu. 445.* attestatur crebriorem esse sententiam, vt probatio huiusmodi sit facienda, & in quolibet
119 iudicio possessorio similiter plenè probandam esse legitimationem, tradit Bart. *in l. 2. num. 3.* vbi Alex. Salic. *C. de edict. diu. Adr. toll.* & per Dec. *in l. fin. num. 47. C. eo tit.* Paris. *consi. 11. num. 2. lib. 2.* Neuiz. *consi. 18. num. 4.* Put. *decis. 178. num. 3. lib. 2.* & tamen certum est omnia prædicta interdicta esse merè possessoria, vt deduxi *in 1. Inspect. cap. 2. per totum.*

120 Hanc autem opinionem idem Conrard. *d. limit. 2. § 8. num. 30. cum plurib. seqq.* ampliat, quando agitur de possessione alicuius Castri, & *numer. 34.* ampliat in feudo de quibus latè vide per eum, qui multa pro eorum confirmatione adducit.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum non videtur admittenda in possessorio.*
2 *Contrarium est verius, & magis receptum.*
3 *Iudicium Saluiani est adipiscendæ possessionis, & merè possessorium.*
4 *Restitutio in hoc Iudicio est concedenda.*
5 *Amplia procedere etiam ante sententiam, veluti si aduersus probationem omissam peteretur.*
6 *Restitutio minori conceditur, quando in totum omisisset facere probationes; secus si fecisset, & facta publicatione vellet iterum examinare.*
7 *Restitutio conceditur minori, quando sui facilitate, vel negligentia à sua possessione recessisset.*
8 *Amplia etiam in Ecclesia.*
9 *Læsus sui facilitate, qualiter dicatur.*
10 *Restitutio datur, etiam pauperi ad similitudinem locorum piorum.*
11 *Impedimentum paupertatis, est probandum ad obtinendam restitutionem in integrum.*
12 *Restitutio conceditur minori, quando calliditate aduersarij est læsus.*
13 *Intellige in dolo vero.*
14 *Ratificata à minore, quando dicantur gesta effecto maiori.*
15 *Restitutio non datur secuta ratificatione facto, vel verbo cursu temporis.*
16 *Contractus à minore factus dolo aduersarij, non ratificatur à minore facto maiore in aliquo actu, si de eo notitiam non habuerit.*
17 *Ignorans non videtur remittere, quod ignorat.*
18 *Ratificatio non extenditur ad ignorata.*
19 *Limitatur, quando de dolo tempore ratificationis, notitiam habuit.*
20 *Ratificari non potest actus ab initio nullus, vel incongruè factus, & nu. 21.*
22 *Ratificatio non retrotrahitur, vbi reperitur Iuris impedimentum.*
23 *Amplia etiam vbi adest inhabilitas personæ.*
24 *Ratificatio non retrotrahitur ad actum ab initio nullum, vt valeat prout ex nunc, scilicet à tempore ratificationis, & nu. 25.*
26 *Restitutio conceditur ex capite ignorantiæ.*
27 *Amplia procedere aduersus præscriptionem statutariam.*
28 *Amplia procedere in præscriptione quadraginta annorum.*
29 *Amplia procedere, siue sit actor, siue non.*
30 *Contrarium secundum aliquos, sed hæc opinio est reprobata num. 31.*
32 *Ignorantia ad hoc, vt operetur in restitutione, debet esse probabilis, & non crassa vel supina.*
33 *Ignorantia iusta, & probabilis non dicitur, quando ex coniecturis arguitur scientia, etiam si sit remota, vel quando quis habet in genere notitiam, vel quando tenebatur inuestigare, & nu. 34.*
35 *Ignorantia in facto alieno non iuuat, quando tractatur de facto nobilium.*
36 *Ignorantia non præsumitur, quando factum fuit sæpius reiteratum.*
37 *Ignorantia iusta dicitur, quando tractatur in hærede.*
38 *Ignorantia in facto etiam non proprio, probatur iuris præsumptione.*
39 *Ignorantia probatur Iuramento.*
40 *Limitatur, quando contra eam adest aliqua iuris præsumptio, vel quia scire, vel inuestigare tenebatur.*

41 Re-

41 Restitutio datur etiam ex capite iniustitiæ, licèt non sit notoria.

42 Restitutio in Saluiano non datur nisi minori, & Ecclesiæ.

43 Restitutio datur in Saluiano Ecclesiæ, minori, & pauperi.

44 Amplia, quod talis restitutio iuuat etiam minori litis consorti in indiuiduo, veluti in hypotheca.

45 Quod intellige procedere probata minori ætatè.

46 Aetas qualiter sit probanda, & quando, & à quo vide remissiuè.

47 Aetas probatur hodie per librum Sacri Baptismi.

48 Aetas vbi est fundamentum suæ intentionis siue sit actor siue sit reus, ab eo est probanda.

49 Limita, quando quis conueniret aliquem tanquam maiorem, & ille tanquam minor restitutionem peteret, non teneretur minoritatem probare, cùm pro tali esset approbatus.

50 Restitutio datur piæ causæ, sicut Ecclesiæ.

51 Pia causa, & Ecclesia, quare in hoc casu æquiparentur.

52 Læsio plenè est probanda ab Ecclesia, vel minore.

53 Probatio ad impetrandam restitutionem, scilicet ne repellatur ad impetrandum, semiplena, vel præsumptiua sufficit.

54 Probatio plena requiritur ad docendum de læsione in iudicio restitutionis in integrum.

55 Læsio est fundamentum intentionis minoris, & Ecclesiæ, & ideo plenè est probanda.

56 Restitutio non datur ex minima, vel modica læsione, sed magna requiritur.

57 Læsio modica, vel magna, quæ sit vide remissiuè.

58 Iudicis arbitrio relinquitur quæ sit modica, vel magna læsio, & est verior, & communis.

59 Restitutio in integrum non datur minori, quando per Statutum in omnibus, & per omnia pro maiori habetur.

60 Contrarium per Odd. sed hæc opinio reiicitur, & prima est verior præuiâ distinctione sequenti.

61 Statutum fingens minorem esse maiorem, vel quod pro maiore habeatur, facit, vt eo casu restitutio non detur; secus verò, quando in omnibus, & per omnia pro maiore haberi mandat, & nu. 62.

63 Ampliatur procedere, quando statutum vltra, quod minorem fingit maiorem, vlterius procedendo confirmat contractum ab eo factum, & eo casu non datur restitutio.

64 Statutum prædictum non habet locum in alienatione bonorum immobilium minoris.

65 Restitutio non datur minori, quando petit restitui ad possessionem vitiosam.

66 Restitutio non datur minori, quando Iudex per modum prouisionis, ne ad arma deueniatur, aliquid mandat.

67 Restitutio non datur minori, quando peteret restitui ad appellandum in eo casu in quo non posset appellare.

68 Restitutio non datur minori in quo nihil fuit gestum, sed ipse successit maiori, cum quo erat contractum.

69 Restitutio non datur minori, vel Ecclesiæ, quando allegat titulum inualidum.

70 Signatura Iustitiæ procedit in supradictis casibus, sed signatura gratiæ aliter disponere potuit.

71 Ius acquisitum dicitur quando sententia lata est ad illius fauorem.

72 Ius alteri quæsitum nemo tollere potest, nisi Princeps.

73 Amplia etiam si esset Princeps qui Papam, vel Imperatorem recognosceret, & habet vtile tantum dominium, dum tamen haberet merum, & mixtum imperium.

74 Restitutio concedi non potest à Papa, vel Imperatore alicui Laico, qui non sit immediatè subiectus eorum Iurisdictioni.

75 Restitutio in integrum, quando in aliis casibus de iure ab ordinario, seu delegato concedi possit, vide remissiuè, & similiter, quando Princeps.

76 Restitutio gratiose à Principe concessa differt ab alia prout de iure; quando illa in pristinum statum reducit prout ante erat.

77 Signatura Iustitiæ si fuerat adita, poterit tamen signaturam gratiæ adire.

De restitutione in integrum.

CAPVT III.

Restitutio in integrum, An in hoc iudicio Saluiani aduersus sententiam latam peti possit, pro negatiua dicitur, quod in possessorijs iudicijs restitutio in integrum admittenda
1 minimè videtur, iuxta glos. *in l. vnica in versic. reformationem in princ. C. si de mom. poss.* vbi pro hac parte quinque adducit fundamenta, quæ longiori ordine refert Odofr. *in l. momentanea num. 9. C. qui legit. personam*, & eadem fundamenta repetit Odd. *de restit. in integrum quæst. 68. num. 39. & seq.*

2 Contrariam verò partem veriorem esse ostenditur ex eadem glos. *in d. l. vnica post med.* vbi reprobatis dictis fundamentis hanc partem tuetur, nempe in possessorio restitutionem concedendam esse, & idem firmat Bart. *in d. l. vnica in fi.* & ibi Bald. *nu. 7.* Alber. & Ang. *in fi.* Salic. *sub num. 4. vers. quæro tertio* Jo. Andr. *in cap. 1. sub num. 1. de restit. in integrum in 6.* Card. *in cap. coram in fi. eod. tit.* Bald. *in cap. cum non liceat num 3 de præscript.* & per Castren. *consi. 37. num. 2. li. 2.* Bald. *consi. 379. sub num. 9. lib. 1.* Soc. Sen. *cons. 242. sub nu. 1. lib. 2.* & alios refert Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. num. 996. & de retinend. poss. remed. 3. nu. 581.* vbi hanc veriorem, & receptiorem affirmat, & per Pont. *de spol. lib. 3 cap. 3. num. 58.* Couar. *pract. quæst. c. 17. sub nu. 4. versic. sextum*, & hoc idem probat Odd. *de restit. in integrum d. quæst. 68. art. 6. num. 43. & seq.* qui ad contraria respondet. Put. *decis. 61. num. 3. lib. 2.*

3 Vnde cùm hoc interdictum sit remedium adipiscendæ possessionis, & remedium merè possessorium, vt supra *in 1. Inspect.* explicauimus, sine dubio restitutionem in integrum conce-
4 dendam esse dicendum est. Castr. *consi. 34. num. 2. par. 2.* Papien. *in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento in versi. per vestram, & in remed. adipisc. possess.* tradit Zuccard. *in l. fin. num. 450. C. de edict. diu. Adr. toll.* vt per Menoch. *de adipisc. poss. d. remed. 4. num. 906. cum ibi alleg.* & in terminis Saluiani Interdicti tenuit Rota in vna Romana Domus
* coram R.P.D. Litta Veneris 7. Nouembr. 1597. *in calce operis decis. 254 num. 1.*

5 Quam quidem conclusionem amplia procedere, etiam si ante sententiam, veluti si aduersus probationem omissam restitui petitur, vt per Bald. in consi. 208. sub num. 1. lib. 1. versic. est ratio, & per Contard. de mom. poss. limit. 8. num. 13. in fine.

6 Hanc autem ampliationem intellige procedere, quando minor in totum probationes facere omisit. Pur. decis. 58 lib 2. secus si probationes fecisset, & facta publicatione vellet iterum alios examinare testes, quia tunc non est restituendus, cùm adsit timor subornationis, nisi per Judicem plenè causa cognita restitui vellet, vt per Jo. Andr. in cap. auditis sub nu. 9. de restit. in integrum. vbi Imol. & Burr. nu. 28. Abb. sub nu. 16. & latè per Pur. decis. 193. li. 2.

7 Secundo Amplia etiam procedere, quando minor sui facilitate, vel culpa, vel propria negligentia à possessione ceciderit l. fin. C. de in integr. restit. Corn. consi. 136. num. 6. lib. 2. Rimin. Sen. consi. 428. num. 30. li. 4. Soc. Sen. consi. 266. num. 22. lib. 2. & per Menoch. de recuper. poss. remed. 15. num. 105. & 136. quos sequitur Odd. de restit. in integr. quæst. 88. nu. 48. cum ibi alleg.

8 Tertio Amplia etiam in Ecclesia, vt per Riminald. Sen. d. consi. 428. num. 30. Cephal. consil. 7. per totum, & particulariter nu. 15. vers. non admittamus. Bursat. cons. 27. nu. 17. in fi.

9 Et sui facilitate dicitur læsus, quando id facit, quod quilibet diligens, vel maior, vel paterfamilias non fecisset. Corn. d. consi. 136. numer. 6. Ruin. consi. 121. sub numer. 13. volum. 5. alias consil. 119.

10 Et idem procedit in paupere, cui ad similitudinem locorum piorum datur restitutio, quando propter eius imperitiam, vel eorum, qui eum gubernant, læditur, vt declarat Odd.
11 de restit. in integr. quæst. 3. art. 6. num. 50. & 51. Si verò læsio causata attestatur propter paupertatem, tunc probandum est tale impedimentum, vt per Put. decis. 8. de restit. in integr. Marches. de commiss. par. 2. in tit. de restit. in integr. cap. 2. num. 17. & 18.

12 Quarto Amplia, quando minor dolo, vel calliditate aduersarij est læsus, glos. in l. verum §. sciendum in versic. probentur ff. de minor. & per Corn. d. consi. 136. num. 6. Curt. Jun. consi 6. sub nu. 20. versi. præmissis tamen. Ruin. d. consi. 119. alias 121. sub nu. 13. cum aliis relatis per Menoch. d. remed. 15. sub nu. 136.

13 Intellige tamen ampliationem huiusmodi procedere in dolo vero, vt declarat Menoch. d. remed. 15. num. 132. & ibidem nu. 135. ponit qualiter dicatur dolus verus, & quomodo calliditate, vel dolo aduersarij minor deceptus dicatur, & nu. 136. vsque ad num. 140.

14 Verùm hoc loco etiam videndum esset, quando dolo, & calliditate aduersarij minoris gesta effecti maioris ratificata dicantur, & quando non solo verbo, sed facto puta per receptionem fructuum, vel cursu temporis inducatur ratificatio, quia secuta ratificatione facto, vel verbo, vel cursu temporis, non datur restitutio in integrum, vt est tex. in l. 1. vbi Salic. in princ. C. si maior. fact. rat. hab. & latius per Castr. ibi in princ. versic. responde, sed quia doctissimè ea omnia ex professo dilucidantur à Paris. consi. 49. à
nu. 14. vsque 41. lib. ideo videas ibi per eum vbi
15 num. 42. limitat hanc conclusionem negatiuam
55 *Reſtitutio, quando eſt petita à paupere etiam quod adſit res iudicata, conceditur dimiſſa poſſeſſione, & reſeruatis fructibus, & expenſis in fine litis, conſtito de paupertate.*

56 *Paupertas excuſat ab expenſis, & fructibus, non autem à dimiſſione poſſeſſionis, & num. 69.*

57 *Intellige procedere prædicta in beneficialibus, & vt reſtitutio gratiosè conceditur.*

58 *Reſtitutio in profanis ex cauſa expreſſa conceditur prout de iure.*

59 *Clauſula* refectis expenſis *in commiſſione poſita qualiter ſit intelligenda, & qualiter expenſæ ſunt ſoluenda, vide Doctorum opiniones de quibus, & nu. 60. 65. & 66.*

61 *Depoſitum hoc caſu non eſt ſufficiens cum obligatione de ſoluendo reſiduum.*

62 *Conſignatio facienda præſtita cautione, non poteſt alteri fieri, niſi præſtita dicta cautione.*

63 *Nec hoc caſu eſt expectandum, quòd cautio petatur.*

64 *Sententia lata ſub conditione, quod aliquid ſit faciendum, non poteſt illa ea vti, niſi illa qualitate adimpleta.*

67 *Confirmatio prædictæ opinionis.*

68 *Æquitas rigori præferenda.*

70 *Propter ætatem receditur à regulis iuris.*

71 *Pauper in refectione expenſarum ſi ſunt illiquidæ cautionem præſtare non tenetur, ſed ſola verbalis obligatio ſufficit.*

72 *Clauſula* ſi quid exequendum *non retardat executionem, quando ſententia non iuſtificatur ex eiſdem.*

Quando executio impediatur per reſtitutionem in integrum.

CAPVT IV.

EANDEM proſequendo materiam reſtat in præſenti quæſtione videre, an reſtitutio huiuſmodi impediat executionem. Et omiſſo, quid in alijs iudiciis ſit ſeruandum, in hoc tamen iudicio Saluiani eſt diſtinguendum, quod ſi reſtitutio in integrum principaliter per viam
1 actionis etiam poſt petitam executionem ſententiæ de immittendo in poſſeſſioné poſtulata fuerit, & hoc caſu executio non retardatur, cùm hæc immiſſio dilationem non patiatur, *l. quiſquis. C. quorum appellat. non recip.* & iudicium reſtitutionis huiuſmodi ſit ordinarium, & plenariam cognitioné requirat, vt declarat Benedict. de Barzis, *de Guarantigia, lib. 3. verſ & ratio,* quem ſequitur Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 908.* & per Lancellott. *de attent. par. 2. cap. 18. num. 21.*

2 Si verò per viam exceptionis, ſeu replicationis reſtitutio petatur, ſi eo caſu altiorem requirat indaginem, vt quia plenariæ forent probationes faciendæ, nec incontinenti offerantur, hoc caſu, quia hæc immiſſio longam non patitur dilationem, immo celeritatem deſiderat, executio non impeditur, vt per Menoch. *dict. remed. 4. num. 910.* & per Rip. *in l. 4. § condemnatum ſub num. 30. de re iud.*

3 Aut non petitur per viam exceptionis, ſeu replicationis, & non requirit altiorem indaginem, & probationes incontinenti, & in promptu offeruntur, & hoc caſu immiſſio in poſſeſſionem retardatur, & ita diſtinguendo tradit Menoch. *dict. remed. 4. numer. 912.* & per Butt. *in cap. ſuſcitata num. 12. de reſtit. in integr.* Rip. *in dict. l. 4. § condemnatum, numer. 30.* Put. *deciſ. 285. lib. 2.*

4 Quod amplia procedere etiam in caſu Ægidianæ conſtitutionis, quando per viam exceptionis reſtitutio petitur, vt per Lancell. *de attent. dict. cap. 18. num. 47. & 48.* Put. *deciſ. 5. de reſtit. in integr.*

5 Secundo Amplia etiam ſi reſtitutio peteretur aduerſus alium æquè priuilegiatum, veluti contra minorem, vel Eccleſiam, vt per Lancell. *dict. cap. 18. num. 53.* & per Odd. *de reſtit. in integr. d. quæſt. 43. num. 10.*

6 Tertio Amplia, quando commiſſio reſtitutionis eſſet ſignata cum clauſula, *ſi quid exequendum*, vt per Lancellott. *dict. cap. 18 num. 54.* Odd. *d. quæſt. 43. num. 7.* quia hæc clauſula habet implicitam clauſulam, quatenus de iure aliquid

Menoch. dict. remed. 4. numer. 911. in fin. Milis in
suo repert. vers. sententia executio propè finem. & ex
multis hanc communem affirmat Odd. de restit.
in integr. dict. quæst. 43. num. 68. Boet. decis. 65. nu-
mer. 5.
25 Quam quidem limitationem locum habere
dicimus, etiam si petens restitutionem vellet
dare cautionem de restituendo, iuxta disposita
in dict. cap. suscitata, de restitut. in integr. vt per Abb.
in eodem cap. suscitata num. 8. & per Lancell. dict.
cap. 18. num. 30. & veriorem dicit Odd. d. quæst. 43.
numer. 100. reiecta opinione Carauittæ super ri-
tu Magnæ Curiæ Neapolitanæ, ritu 166. num. 52.
& 53.
26 Quarto limitatur, quando Iudex cui com-
missa est causa restitutionis in integrum inhi-
buisset, quia tunc retardatur executio, & in-
hibitio prius est reuocanda, vt per Vestr. in sua
praxi lib. 8. cap. 3. num. 17. & per Menoch. d. remed.
4. num. 909. vers. & eo loci. Dec. consil. 103. num 1. &
latè per Lancellot. dict. cap. 18. num. 138. vbi ita de
stilo Rotæ seruari attestatur, & per eundem
Lancellott. eodem tract. cap. 20. ampliat. 11. num. 4.
vbi quamplures allegat decisiones Rotales ad
27 probandum supradictum Rotæ stilum, vt vltra
eas est decis. Achill. 23. de appellat. incipien. attentata
ex stilo, quibus adde Put. decis. 395. lib. 2. Cæsar de
Grass. decis. 3. de appell. numer. 10. Caputaqueu.
* decis. 93. numer. 1. par. 2. in impress. Rot. coram Illu-
strissimo Lancellotto in vna Romana Saluiani
Interdicti Lunæ 14. Decembris 1593. in fine ope-
ris decis. 72. num. 3. Vbi declaratur procedere e-
28 tiam non cognito an inhibitio sit canonica, vel
non, & idem Lancellott. eodem loco rationem
reddit, quia facilis est aditus Principis pro mo-
deratione seu reuocatione commissionis, ac e-
tiam quia sub clypeo iniustitiæ inhibitioni con-
trauenieudo defatigentur partes in litigando,
an inhibitio sit iusta vel iniusta, & quatenus es-
sent Iudices de partibus, non est aperienda via
Iudicibus inferioribus, vt de facili inhibitiones
negligant.
29 Verùm sublato dicto stilo aliter esse de iure
seruandum in aliis Tribunalibus extra Rotam;
quia cùm inhibitio non esset iusta, & canonica
non esset seruanda, per text. in cap. non solum vers.
canonicè, de appellat. in 6. Felin. in cap. dilectum filium el
2. numer. 14. de rescript. Mandos. de inhibit. quæst. 20.
tradit Paris. consil. 108. num. 6. 26. & 27. lib. 1. Ro-
land. consil. 77. num. 23. lib. 2. & latè per Coutard.
de moment. poss. quæst. 15. num. 14. vbi latè deducit,
quando dicatur canonica, & per Rot. in nou.
decis. 58 num. 5. de appellat. vbi habetur etiam, qua-
liter dicatur canonica, & per Ægid. decis 239.
Couar. pract. quæst. c. 24. num. 3. Achill. de Grass. de-
cis. 29 num. 2. de appell.
Quod eo magis procedit; quando notoriè
constaret inhibitionem esse calumniosam, Put.
decis. 121. lib. 1. Mandos. de inhibit. quæst. 28. cum ibi
alleg. Couarr. pract. quæst. dict. cap. 24. sub num. 3. an-
te finem versic. licet posset. Contard. de moment. poss.
quæst. 5. num. 14. in fin. Paris. d. consil. 108. num. 11. &
12. vol. 1.
30 Prædicta tamen intellige, nisi ante emana-
tam inhibitionem executio fuisset taliter cepta,
quod posset dici virtualiter perfecta, licet ali-
quid accessoriè veniret faciendum, quia tunc
talis inhibitio veniret reuocanda, vt per eun-
dem Lancellott. d. cap. 18. num. 139. vbi attestatur
* ita fuisse resolutum in Rota coram Vnio in vna
Beneuentana bonorum 9. Nouembris 1554.
Hoc tamen casu poterit pars facere præfigere
31 terminum ad docendum de legitima causa re-
stitutionis in integrum, quo elapso, & nihil do-
cto inhibitio venit moderanda, vt docet Vestr.
in sua praxi lib. 8. d. cap. 3. nu. 17. prope fin. & per Lan-
cell. d. cap. 18 num. 99. & 158. in fin.
32 Quinto limita si restitutio esset à tertio pro
suo interesse petita, quia pendente dicta resti-
tutione possent primi collitigantes procedere
in causa, & pro illius expeditione sententiam
obtinere, vt per Lancel. in d. cap. 18. num. 130. Rot.
Bisign. decis. 4 de re iud. Rot. diuers. decis. 87. num. 2.
par. 3 lib 2.
33 Hoc tamen sublimita si in continenti doce-
ret de iure suo cap. veniens el 2. vbi Doctor. de te-
stib. l. à Diuo Pio §. si super rebus, & ibi omnes Doct.
de re iud. Dec. in cap. sua num. 10. de appellat. Rot. in
antiq. decis. 2 de re iud. Boet. decis. 79. num. 1. Senat.
Pedem. decis 39. numer. 1. & 4 Rot. diuers. decis. 320.
par. 1.
34 Amplia hãc sublimitationem etiam in re iu-
dicata, vt per Ias. in d. l. à Diuo Pio. § si super rebus nu.
16. Card. in Clem. vt calumniis nu. 5. de re iudic. Rot.
diuers. d. decis. 320. par. 1.
Sublimita verò supradictam sublimitatio-
35 nem, si tertius ille sciuerit causam agitari, & post
sententiam comparuisset pro iure suo, quia
tunc non retardatur executio, nec etiam est au-
dieudus data cautione de restituendo rem illi
tertio in causa victoriæ l. a à quo vbi Bart. & Do-
ctores de re iud. & tradit Boet. dict. decis. 79. num.
3. & per Felin. in d. cap. veniens num. 10. vers. secundo
fallit.
36 Hanc autem sublimitationem amplia, quod
si tertius sciuerit causam agitari, & pro suo in-
teresse non comparuit, sibi præiudicauit, etiam
si ipse quoque possideret, vt per Alex. in dict. l. à
Diuo Pio. § si super rebus numer. 24. vers. vbi signanter
causa. Natt. consil 457. numer. 2. lib. 2. & alios refert
Honded. consil. 25. num. 19. vol. 1. & per Rot. Peru-
sinam decis. 26. sub numer. 6. Vestr. in sua prax. lib. 5.
cap. vltim. numer. 25. Couarr. pract. quæst. cap. 13. nu-
mer 2.
37 Sexto limita, quando causa restitutionis in
integrum esset per Papam commissa, quia tunc
dicitur totam causam ad se auocasse, vt per Rot.
in nou. decis. 3. versic. probatur argumentum, & latius
decis. 51. numer. 1. in fin. de appellat. & eo casu Iudex
inferior non potest amplius se in ea intromit-
tere, vt per Milis. in suo repet. vers. executio el primo
prope finem. & latè per Lancellott. de attent. d. cap.
18. num. 139. & 140. & per Rot. in nou. d. decis. 51. sub
num. 1. in fin.
38 Septimo limita idem esse si causa restitutio-
nis esset commissa per Legatum Pontificis se-
cundum Lancellottum loco citato num. 140.
39 Octauo limita si causa restitutionis in inte-
grum esset commissa cum clausula sine retarda-
tione solutionis, quæ denotat executionem non
esse retardandam, sed ad vlteriorem executio-
nem procedendum esse, iux. formam sententiæ,
ad quam commissio dicitur hoc casu habere re-
lationem, vt per Rot. diuers. decis. 310. num. 1. par. 1.
si quidem hæc clausula suspendit, & limitat Iu-
40 risdictionē, vt in causa procedit non possit, nisi

de restit. in integr. quæst. 40. num. 25. versi. sed tu aduerte, & quæst 43 num. 30.

58 Sed quando causa esset profana, & restitutio
concederetur ex aliqua causa expressa; non autem
ex mera gratia, tunc Signatura solet concedere
cum clausula *prout de iure*, vt tradit Vestr.
in d cap. 3. num. 13 Odd. de restit. in integr. d. quæst. 71. nu. 63 ante finem vers. sed tu aduerte.

59 At si commissio eo casu esset cum hac clausula
refectis expensis signata; hoc casu variæ sunt
opiniones quo ad modum soluendi expensas,
& quidem per Rot. *diuers. decis 230 lib 3. par. 3.* dicitur,
quod per Dominum Decanum fuit dictum,
quod non poterat procedi in causam nisi
60 effectualiter essent solutæ expensæ, postquam
ita commissio dictabat, & quod debebat ille,
qui procedere volebat facere taxationem expensarum,
& eas soluere; nunc autem hoc onus
spectabat ad illum cui expensæ reficiendæ erant,
& hoc idem videtur sentire Put. *decis. 119. lib. 1. in fin.* dum dicit, quod cum in commissione
dicitur *refectis expensis* procedat ad confirmationem,
seu informationem; tamen, quia commis-
61 sio ita dictabat, voluerunt Domini, quod non
sufficeret depositum factum cum obligatione
residui, sed oportebat taxare, & realiter soluere.
Quod etiam confirmari videtur ex traditis
* per Rotam coram Illustrissimo Seraphino in vna
Romana de fabiis Lunæ 3. Maij 1580. *de qua in eius lib. impress. decis. 143. num. 2. in fine*, vbi dicitur,
quod stante decreto, quod præstita cautione
de restituendo consignetur, & sic conditio-
62 naliter erat facienda consignatio præstita cautione,
& non aliter per tex. *in d. l. à testatore de condit. & demonstrat.* & per Abb. *in cap insinuatione num. 6 qui Clerici, vel vouen.* quæ quidem cautio nunquam
fuit data, nec intelligendum erat quatenus
peteretur per doctrinam Jas. *in l. vniuersa num. 2. C. de prec. Imperat. offer.* quia illud procedit, quan-
63 do lex mandat aliquid fieri non autem in mandato
Judicis, is enim qui vult ea vti debet cum
sua causa, & qualitate vt *l. Cum de pact.* & debet
64 prius pro sua parte vti volentis adimpleri *l. Iulianus §. offerri de act. empt.*

65 Altera verò est opinio Alex. *in l. 4. § ait Prætor. num. 10. de re iud.* vbi distinguendo dicit, quod
si expensæ sunt liquidæ, vel de facili liquidandæ,
tunc petens restitutionem tenetur omnia
soluere, & eo casu nec depositum, nec cautio de
reficiendis expensis statim facta liquidatione
est sufficiens: secus verò si expensæ non essent
liquidæ, vel de facili liquidandæ, quia non debet
esse in potestate partis expensas non liquidare
ad hoc, vt in iudicio restitutionis non aga-
* tur, & pro hac parte est decis. Capitaq. 158. *lib. 1. in manuscript. in calce operis decis. 79. num. 1.*

66 Tertia verò est opinio, quæ huic proximè assimulatur
cum aliquali tamen modificatione,
nempe, quod si expensæ sunt liquidæ, vel de facili
liquidandæ, tunc orator tenetur prius illas
soluere, nec depositum seu cautio de satisfaciendo
est sufficiens, si verò sunt illiquidæ nec
de facili liquidandæ, tunc est præfigendus terminus
Oratori ad illas liquidandas, quod si in
illo termino non essent liquidatæ, tunc propter
eius moram deueniendum est ad executionem,
nec propter moram ipsius retardanda sit executio,
& hanc opinionem tenet Put. *decis. 471. per totam lib 2.* & Soc. Sen. *consi 62. sub num. 6. versic.*
67 *& licet fortassis lib. 1.* & tanquam æquiorem sequendam
mihi videtur, quia per præfixionem
termini tollitur disputatio an expensæ sint liquidæ,
vel illiquidæ, vel difficilis liquidationis,
& interim sit retardanda executio, & euitatur
circuitus, qui in hoc casu in longum litem protrahere
posset, & in terminis puto supra allegatas
decisiones tam in primo, quàm in secundo
casu intelligendas esse, nempe quatenus terminus
fuerit præfixus, aliàs maximus rigor, & nimis
durum videretur, quod Orator, qui de expensis
à parte factis, nec de eis est informatus
possit de facili (vt dictum est) liquidare, & ideo
non posset minor, vel Ecclesia vti gratia à
Principe obtenta, & æquitas hæc non suadet,
68 quæ rigori præferenda est *l. placuit C. de Iud.* Bald. *in l. 2. num. 1. C. de rescind. vend.* & propter æquitatem
receditur à regulis Juris communis,
69 Dec. *in l. in omnibus de reg. Iur.* Aym. *consi. 221. nu. 2.*
Aduertendum est enim quoad ea, quæ supra
num. 56. deducta sunt de paupere, quando commissio
signata sit cum clausula, *parito iudicato* lo-
70 cum etiam vendicat in clausula, *sine præiudicio solutionis*, & per clausulam, *refectis expensis*, quo ad
fructus, & expensas reficiendas, quia ad dimittendam
tantum possessionem ante omnia tenetur;
quo verò ad expensas, & fructus in fine
litis seruatur, minusque cautionem præstare tenetur
de eis reficiendis; sed sufficit sola illius
71 verbalis obligatio, vt latè per Alexand *in d. l. 4. § ait Prætor sub num. 2. versi. sed istud de re iud.* & per
Stafil. *de lit. sustitia dicto cap. dicendum num. 45. & in cap citatio personalis nu. 19.* Ægid. *decis. 44.* immo
vlterius in præcitatis locis dicitur, quod pauper
ad impossibilem expensarum solutionem non
tenetur, per textum *in cap. 1. de restitut. spol. cum aliis ibidem allegat.*

72 Nono limita principalem conclusionem,
quando restitutio esset concessa cum clausula
si quid exequendum, &c. quia tunc retardatur executio,
quando sententia ex eisdem actis non iustificaretur,
per ea quæ supra *in tertia ampliatione* deducta sunt *num. 5. & 6.*

Finis Inspectionis Quartæ.

praeiudicat.
71 *Limitatur in iure de futuro competenti, & nu. 74. 75. & 76.*
72 *Limitatur in dependentibus à testamento.*
73 *Consensus in quocunque casu suum operatur effectum.*
77 *Praesentia & tacitus consensus non est sufficiens.*
78 *Saluianum tollitur per iuramentum litis decisiuum.*
79 *Saluianum cessat per nouationem inter creditorem, & debitorem.*
80 *Declara in nouatione valida.*
81 *Nouatio quibus modis inducatur.*
82 *Nouatio non est inducta, si prima obligatio plus contineat quàm secunda.*
83 *Nemo praesumitur iactare suum.*
84 *Nemo praesumitur recedere ab obligatione Camerali, & Chirografariam acceptare.*
85 *Nouatio non inducitur per accessoriam obligationem.*
86 *Nouatio non inducitur, quando adest clausula* sine praeiudicio: vel, citra innouationem.
87 *Limitatur si minus tantum tempore contineret.*
88 *Exceptio nouationis non potest opponi, quando per opponentem non fuerunt adimpleta promissa in Instrumento nouationis.*
89 *Saluianum cessat si incontinenti fuerit probatum dominium, & qualiter hoc procedat, vide declarationes ibi remissiue nu. 91.*
90 *Amplia procedere in quocunque possessorio*
92 *Saluianum cessat si in continenti doceatur de nullitate pignoris.*
93 *Probatio in continente quomodo dicatur.*
94 *Saluianum cessat per compensationem, si est liquida, vel de facili liquidanda.*
95 *Creditor ex vna causa, & debitor ex alia, si debitum suum soluit, non ideo oritur praesumptio, quin non sit creditor.*
96 *Compensatio potest opponi à fideiussore.*
97 *Ampliatur in qualibet instantia, ante, & post latam sententiam.*
98 *Fideiussor vtitur exceptione principalis.*
99 *Ampliatur etiam inuito principali.*
100 *Ampliatur in exceptionibus ortis ante, & post fideiussionem etiam si principalis opponere non potuisset.*
101 *Fideiussor potest opponere exceptiones principali competentes, etiam aduersus obligationem Cameralem.*
102 *Limita procedere, quando talis exceptio sit exclusiua iuris agentis.*
103 *Fideiussor potest opponere exceptiones, quae principali competunt, etiam si ex aliquo accidenti principalis eas non posset, quia esset excommunicatus.*
104 *Fideiussor potest opponere exceptionem principali competentem, etiam nolente principali.*
105 *Fideiussor qui pro prima conductione fideiussit, si postea tacite vlterius fuerit renouata locatio, fideiussor non tenetur.*
106 *Secundo limita, quando fideiussor dolo desiit opponere exceptionem praedictam; secus tamen esset si fideiussor ignoraret, talem sibi competere exceptionem.*
107 *Saluianum cessat stante praescriptione decem annorum inter praesentes, & viginti inter absentes à tertio possessore cum titulo, & bona fide.*
108 *Intellige ad impediendum processum.*
109 *Praescriptio debet opponi eo modo, vt declaretur aduersario ius non competere.*
110 *Praescriptio in continenti liquidanda.*
111 *Qua requirantur in praescriptione.*
112 *Cautela ad euitandam praescriptionem.*
113 *Saluianum cessat, quando res hypothecata reuertitur ad primum Dominum ex pacto de retrouendendo.*
114 *Saluianum cessat, quando domus hypothecata rediret ad venditorem ex eo, quod venditio rescinderetur ex capite laesionis.*
115 *Saluianum cessat si res hypothecata donata rediret ad donantem ex renocatione donationis per ingratitudinem.*
116 *Saluianum cessat in quocunque contractu ex necessitate resoluto.*
117 *Saluiano non est locus, si domus hypothecata est restitutioni subiecta.*
118 *Ampliatur si restitutio est adiecta in poenam.*
119 *Saluianum cessat, si bona hypothecata prius erant donata ad tempus, & superuenerit tempus restitutionis.*
120 *Fundus dotalis hypothecari non potest, etiam de consensu Viri, & mulieris.*
121 *Bona mobilia, vel immobilia in dotem data, quando alienari possunt, vide remissiuè.*
122 *Amplia in omnibus bonis subiectis restitutioni, veniente casu restitutionis, vt in bonis fideicommisso subiectis.*
123 *Saluianum experiri non potest contra bona patris, quando filij velint detrahere dotem maternam, ex illis bonis.*
124 *Heres cum beneficio legis, & Inuentarij potest implorare officium Iudicis, vt sibi consignentur bona hareditaria pro suo credito.*
125 *Filij possunt retinere bona paterna pro satisfactione dotis maternae etiam si mandasset haereditatem alteri restituere.*
126 *Haereditas confunditur ob non confectionem Inuentarij, quando haeres vult retinere bona haereditaria pro conseruanda dote materna, quoad creditores, & legatarios, seu quoad fideicommissarium.*
127 *Saluianum experiri poterit fideicommissarius in dicto casu.*
128 *Heres acquirens reuocabiliter dominium, non amittit hypothecam, nec creditum.*
129 *Haereditatis confusio non fit, quando haeres adiuit haereditatem sine inuentario, in lucro dotis ex statuto prouenienti.*
130 *Amplia, quod nec fit confusio, si interim filius percipit tot fructus ex bonis haereditariis, pro rata ad solutionem dotis maternae sufficiente.*
131 *Actio non confunditur, quando creditor institutus, & grauatus adit haereditatem, sed extinguitur per imaginariam solutionem, per quam videtur tanto minus in haereditate inuenisse, quanti import at suum creditum.*
132 *Haeres creditor grauatus de restituendo, potest etiam non confecto Inuentario retinere creditum suum.*
133 *Limitatur, quando haeres comparuit in iudicio & citatis creditoribus petiit creditum suum, & sic tanquam creditor.*
134 *Secus si confecit inuentarium, quia poterit à Iudice separationem petere.*
135 *Haeres de proprio soluens debita haereditaria, seu legata, tunc etiam non confecto Inuentario creditum suum retinere poterit, in praeiudicium fideicommissarij.*
136 *Limitatur, quando haeres esset grauatus remittere de-*

194 *Mora purgari non potest stante Instrumento.*
195 *Contrarium de iure Canonico.*
196 *Intellige procedere in emphyteusi Ecclesiæ, non autem priuati.*
197 *Mora purgatio non datur, vbi adest pactum resolutum.*
198 *Mora purgatio non datur, quando esset renunciatum purgationi moræ.*
199 *Mora purgatio non datur, quando est geminata.*
200 *Mora purgatio non datur, quando adest clausula rato manente pacto.*
201 *Contrarium, vt ibi, & concorda, vt in remissione.*
202 *Mora purgatio non datur, vbi adiecta est dies & pœna.*
203 *Mora purgatio datur, quando terminus est præfixus à lege secus si ab homine.*
204 *Mora purgatio non datur, quando executio est facta à iure, vel ab homine.*
205 *Mora purgatio datur, quando executio esset facta ipso iure.*
206 *Mora purgatio non datur, quando esset facta vera, & omnimodo nouatio.*
207 *Actor, quando possit mora purgari, vide remissiuè.*
208 *Alias verò limitationes, vide remissiuè.*

Quibus ex causis cessat Saluianum Interdictum.

CAP. VNICVM.

PRo clariori præsentis capituli intelligentia sciendum est, quod aliqui sunt modi, seu exceptiones præsentis iudicij processum impedientes; aliquæ verò sunt, quæ omnino processum, & actionem tollunt; Verùm quia de exceptionibus immissionem vigore Saluiani impedientibus fuit *supra in 2. Inspect. cap. 2.* deductum; modo eas tantum explicabimus quæ in totum præsentem remedium Saluiani tollunt; & quia de eis etiam *in d. 2. Inspect. cap. 2.* fuit cognitum; ideo quoad ampliationes, & limitatione remissiuè procedemus.

Nam primus modus, seu prima exceptio, qua tollitur Saluianum Interdictum est, si in continenti doceretur de non iure actoris, veluti si per Instrumentum doceretur rem illam ab eo fuisse venditam, vel donatam, vel si per sententiam fuisset de ea priuatus, & per similia, vt post Ang. Imol. Alexand. Aret. Jo. And. Butr. Abb. per eum alleg. tradit Rip. *in l. naturaliter. § nihil commune num. 35. de acquir. possess.* qui de communi attestatur, & infinitos cumulat Gabr. *de restit. spol. conclus. 1. nu. 87. & 94.* & vltra eos vide Zuccard. *in l fin. num. 108. C. de edict. diu. Adr. toll.* & Bero. *consi. 60. num. 21. li. 3.* Neuiz. *consi. 81 num. 32.* qui multa adducit, & per Grat. *consi. 76. num. 13. lib. 2.* & Cephal. *consil. 272. num. 31. lib. 2.* Honded. *consi. 82. numer. 24.* & latè per Surd. *consi. 166. num. 26. lib. 2.*

2 Et qualiter verè dicatur constare de non iure alicuius fuit supra *in 1. Inspect. cap. 4. nu. 66. & 67.* deductum.

3 Hoc tamen loco aduertendum est, quod per Instrumentum publicum non dicitur constare de non iure alicuius, quotiescunque aliquid colorata, vel velata ratione contra eam opponi potest, vt per Rip. *in l 4. § condemnatum nu 17. de re iud.* Rot. *diuers. decis 520. num. 5. par. 1.* & pro
4 hoc facit, quod dicitur non constare de non iure, donec de ipsius iure constare poterit Ægid. *decis. 103. in princip.* Rot. *diuers. dict. decis. 520. numer. 4.*

5 Immo in profanis non sufficit constare de non iure petentis, nisi probetur, vel notoriè constet de iure conuenti, vt per Soc. Sen. *consi. 87. sub num. 12 ante fin vers. quia immo lib. 3.* cum aliis relat. per Gabr. *de restit. spol. d conclus. 1. nu. 101.* & per Rot. *diuers. d. decis. 520. nu. 6.*

6 Secundo cessat hoc iudicium, quando conuentus doceret de anteriori hypotheca, quia
7 tunc sicut ille præfertur in hypotheca *cap. qui prior de reg. iur. in 6. l. quoties. ff. eod tit.* & fuit supra
8 *in 3. Inspect. cap. 2 in 14 quæst.* deductum, ita etiam præfertur in Saluiano, vt tenuit Rota coram R. P. D. Penia in vna Romana Saluiani Interdicti 19. Nouembris 1593. *in fine operis decis. 74. nu. 1.* & coram R. P. D. Corduba in vna Romana Legatorum Veneris 3. Nouembris 1599. *ibidem decis. 176. nu. 6.* & coram R. P. D. Bubalo in vna Senogallien. prædij Veneris 17. Januarij 1583. *ibidem decis. 206. nu. 1.* & coram Illustrissimo Mantica in vna Placentina Saluiani Interdicti 16. Junij 1599. *ibidem decis. 3. nu. 1.* & coram R. P. D. Justo in vna Romana Saluiani Interdicti Mercurij 11. Februarij 1604. *ibidem decis. 144. num. 1.* & tradit Grat. *in d. decis. March. 125. nu. 2.*

9 Quod tamen intelligendum est quatenus in continenti doceretur de anteriori hypotheca, quod si altiorem requireret indaginem, tunc non esset admittenda, vt latè fuit *in 2. Inspect. c. 2. nu. 42. & 53.* dictum.

Et quatenus esset lata sententia ad fauorem posterioris creditoris non sustineter, & veniret reuocanda, vt declaratur per Rotam coram Illustrissimo Mantica in d. Romana Saluiani Interdicti 16. Januarij 1599. *in fine operis decis 3. numer. 4.*

10 Quis autem dicatur anterior creditor, & in quibus casibus dicatur potior hypotheca, vide copiose per Neguf. *de pignor. in 2. memb. 5 par. per tot.* & per Stracc. *de decoct. in vlt. par. in tit. qui prior in bonis decoctorum habeatur*, & nonnullos singulares sensus deduxi supra *in 3 Inspect. cap. 2. per tot. & cap. 3.* & qualiter sit facienda probatio anterioritatis, vt quis sit præferendus, vide per eundem Neguf. *d. 2. memb. 5 par. nu. 145.*

11 Tertio tollitur hoc remedium per oblationem debiti; nam si conuentus offerat creditori summam petitam, impedit hoc interdictum. *l. Paulus, in fi. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.* Roland. *consi. 14. nu. 9. & 10 lib. 1.* Menoch. *de adipisc. poss. ff. remed. 3. num. 181.* Grat. *in decis. Marchia 108. num. 1.* Rot. *diuers. decis 269. num. 1. par. 1.* & aliàs tenuit Rota coram R. P. D. Penia in d. Romana Saluiani Interdicti 19. Nouembr. 1593. *in fine operis decis. 74. num. 11.* & alia Romana legatorum coram Corduba 3. Decembris 1599. *ibidem decisio. 176. num. 6.* & in alia Senogallien. prædij coram Bubalo 14. Nouembris 1583. *ibidem decisio. 207.*

* nu.8. & coram Illustrissimo Lancellotto in vna
Bononien. Saluiani Interdicti 21. Junij 1599.
ibidem decis.78.nu.1.& 5.

12 Nam, & hoc casu qoilibet etiam extraneus
possessor habet ius offerendi, & se à molestiis
liberare. l.Paulus.§.fin.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.
sol & per Salic.post Bart.in l.fi.in fin. C. qui pot.in
pign.hab.Bald.in l.acceptam num.37.C de vsur. Ne-
gus.de pignor.in 3 memb.5 par.sub nu.17.versic.ita et-
iam. Roland.cons.14.num 10.lib.1. Honded.consi.
19 num.9 lib.1 Surd.decisio.174.nu.22. & per Ro-
* tam coram R.P.D. Orano in vna Romana Vi-
neæ 13.Nouembris 1598.in calce operis decis. 267.
num 5.

13 Non enim creditori interest, si à vero debi-
tore, vel ab alio satisfiat, & quilibet potest pro
alio soluere l.solutione. l.qui decem. §.1. ff. de solut.
Bart.Bald.Ang.in l.obsignationem.C de solut. Bart.
in l.seruum,numer.1 ff.de verb.oblig. Bald.in d.l.accep-
tam numer.37. Jas. consi.74.in fin.volum.1. Paris.
consi.107.num.128.volum.3. Bero.consi.46.numer.5.
volum.2.Neuiz.cons.49.num 5.Honded.dict.cons.
19 num 8. & hoc sequitur Surd. decis.174.num.
27. tamen supradicta intellige prout infra de-
claratur.

14 Illud tamen verum est, quod aliud pro alio
solui non potest l.2.§ mutui.ff.si cert.pet.& l.eum
C.de solut.& ideo dicitur, quod species pro spe-
cie dari non potest l.qui autem §.1. ff de constit.pe-
15 cun. vbi dicitur, quod qui promisit dare certum
16 pignus, si offerat aliud æquè idoneum, non li-
beratur, vt per Rom.in d.§.mutui dato, vbi Jas.
num.8.in fin reiecta opinione Ang.& seq. Rip.
17 ibi numer.21. Surd.d.decis.174.num.30. & ideo si
quis esset obligatus dare certum fideiussorem
non potest dare pignus, vt declarat Jas.in dict.§.
mutui datio num.9.post Alex.& per Rip.loco cita-
to num.22. quia periculum est in custodiendo l.
18 quemadmodum § penultim.ad l.Aquiliam, vt refert
Rip.loco citato, quod tamen cessaret si debitor
sit paratus liberare creditorem à periculo cu-
19 stodiæ, vt per Rip.ibidem, & similiter, quando
quis esset obligatus dare certum fideiussorem
& vellet dare duos, quia exactio diuisa multũ
affert incommodum, vt declarat Rip.loco citato
20 num.23.Surd.d.decis.174.nu.31. & hoc procedit,
quando debitor posset dare promissum, secus
si non posset, vt limitat Rip.loco citato dicens in
his terminis procedere opinionem Ang. in d.§.
mutui datio, & Dec. in reg. plus cautionis de regul.
iur.

21 Insuper etiam illud limitandum est, quod
fuit dictum supra extraneum posse pro alio sol-
uere, & oblationem facere, non procedere,
quando oblatio fieret in materia feudali, vel
emphyteotica, quia vltra solutionem, vel obla-
tionem, requiritur recognitio directi dominij
facta ab emphyteuta, vel feudatario, ideo à
tertio fieri non potest, vt per Bald. in l.acceptam
num.37.in fin.C.de vsur. & ibi Salic.ante fin. Jas.in l.
2.num.70.versi.contrarium C.de iur. emphyt. Natt.
cons.194.num.8. Tiraquell.de retract. lign.§.1.gloss.
9.num.258.Negus.de pign.in 3 memb.5.par.num.43.
Corbol. de caus.priu. ob non solut. can. limit.7. nu-
mer.2.

22 Quod tamen sublimitatur nisi ille tertius ab
emphyteuta mandatum haberet, vt declarat
Tiraquell.loco citato nu.206.& per Corb.d.limit.
7.nu.3.cum ibi alleg. Negus.loco citato.

23 Limita etiam quod supra deductum est, per
oblationem cessare, hoc remedium non proce-
dere in oblatione verbali, quia in libello peti-
24 tur immitti in possessionem donec fuerit inte-
grè satisfactus, & ita in sententia pronunciatur.
Vnde cùm pro satisfactione debiti est facien-
da, necesse est, quod realiter fiat cum consigna-
25 tione, iuxta doctrinam Bald.in l.Prætor.§ si quis
paratus, & ibi Doct.ff de operib non nunc. & per
Corn.consil.37.sub num.2 vol 2 & bene per Arch.
consil.86.num.3. Ruin.consil.167.num.5.volum.1.
Negus. de pign.in 3.memb.5.par.num.10. latè per
Tiraquel.qui alios adducit in tract.de retract.lign.
§.1.gloss 19.nu 5.& 6.Viu.commun.opin.557.in prin-
cip Rot.diuers.decis 1417.lib.3.par.3 & fuit dictum
* in Rota coram R.P.D. Remboldo in vna Spo-
letana bonorum 1. Julij 1615. in fine operis decisio.
226.nu 2.

26 Vel saltem necesse est, quod debitor habeat
pecunias in manibus in marsupio, & offerat
creditori, iux.doctr.Bart in l.acceptam sub nu.6.in
fi.C de vsur.Mares.sing 128.nu.4.

27 Quod intelligendum est si dicta pecunia co-
ram testibus numeraretur; nam si non numere-
tur, nihil operaret, cùm esse posset, quod non
esset integra summa, vel aliud esset quàm pecu-
nia in marsupio clausa, vt declarat Alexand. in
l.si mora num.2.ff.solut.matrim. post Bart. in l.cum
seruum nu.3.ff.de condit.& dem. & per Rip. in l.si In-
sulam nu.68.de verb.oblig. & alios infinitos refert
Roland.consi.53.nu.36. & per Surd.consi.86.nu.10.
vol.1.

28 Secundo limita, quando creditor recusaret
recipere, quia tunc sola verbalis oblatio suffice-
ret, Bart.in l.vxorem § agri plagam ff de legat.3. A-
lex.in l si mora sub num.5.ff.solut.matrim. Rip.in l.
quod nu.2.ff si cert.pet. Mares.sing.28. Negus.de pi-
gnor.in 3.par.3.memb.5.part.princ.nu.9. Bero. consi.
196.nu 3.li.1.Rolan.consi 53 num.37.li.1.Menoch.
consi.644 nu.2.Surd.consi.86.nu.29.li.1.Boer.decis.
124.sub nu.29.Capic.decis.19.nu.2 Magon.decisio.
Florent.118.nu.3.

29 Et hoc casu taciturnitas habetur pro non ac-
ceptatione, vt per Bart. in l.Prætor ait §.si quis pa-
ratus in fi.ff de oper.nou nunc. Boer.cons.196.num.3.
li.1 qui alios adducit, Negus.loco citato, Cephal.
consi.207 nu.54.& seq.

30 Tertio limita, quando oblatio esset obscura
seu incerta non autem vera, & realis, Bald.in l.&
nu.5.C.ne liceat tert pron.Mares.d sing 128.numer.5.
Rot.diuers.decis.334.nu.2.par.1.

31 Quarto limita, quando oblatio esset condi-
tionalis cum conditione extrinseca adiecta,
quia tunc redditur nulla in hoc caso, Alexan.
cons.78.nu 29.& 30.lib.5. Grat cons 53 num.75.li.1.
Neuiz.cons.38 num.14. Negus. de pign.nu.2.par.3.
memb 5 par. princ nu.11.

32 Sublimita tamen, quando conditio ex natu-
ra actus veniret, quia tunc non reddit actum
conditionalem, vt per Negus.loco citato, & te-
* nuit Rota coram Orano in vna Romana Vi-
neæ Vener. 13. Nouembris 1598. in fine operis
decisio. 267. numer.6. vbi exemplificat, quan-
do est facta oblatio residui facti computis.

33 Contrarium tamen videtur sensisse Rota in
vna

vna Romana Domorum 19. Ianuarij 1611. coram Illustrissimo Ludouisio *in calce operis decis.* 268 *num.13.& 15.* vbi dicitur, quod conditionalis citatio dicitur si fuerit citatus non solùm ad recipiendum creditum, sed etiam ad docendum de solutione, & calculando, & aliis, quæ omnia sunt dubia, & ideo non sufficere, *vt num.17.*

34 Sed hæc contrarietas de facili tollitur cùm intentu Rotæ sit, quod citatio sit simplex, & specialis, & si dixerit factis computis, quia necesse est ad hoc, vt pecunias recipere posset, quod sint solidata computa, vel aliter sit certum, & liquidum creditum, aliàs non potuisset obtinere immissionem, vt aliàs fuit deductum supra *in 1 Inspect. cap. 5. circa princ.* Verùm si in citatione, & oblatione non solum fuit deductum ad recipiendum factis computis, sed etiam docendum de solutione, & aliis, prout loquitur decisio in d. Romana domorum *nu* 13. quæ reddunt dubiam oblationem, vt in ea decisione dicitur, tunc non sustinetur talis oblatio, & ideo debet esse pura, & specialis, vt loquuntur Doct. *supra citati*, & in d. decis. Rom. domorum loco citato, & non obstat, quod ablatiuum absolutum importet conditionem, quia talis conditio venit ex natura ipsius actus, vt declaratur in d. Romana Vineæ coram R.P.D. Orano *nu.6.*

35 Quinto, limita, quando prior possideat, & offerat creditum posteriori non possidenti, quia tunc præfertur prior, etiam si secundus offerret priori. Negus. *de pignor. in 3. memb. 5. par. nu.* 17. & per Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 28. *num* 18. & sic impediret immissionem.

36 Secus tamen esset si secundus creditor possideret, & non primus, quia tunc secundus præfertur, & impediret immissionem, vt per Salic. *in l cum nouissimi § eodem iure. sub num.7. vers. quæro*, & per Negus. *loco citato num.*18. Mant. *similiter loco citato num.*19.

37 Hæc autem limitatio etiam procedit, si secundus creditor obtulerit, & deposuerit, & obsignauerit, quod quidem depositum habet vim solutionis, vt aliàs fuit deductum.

Ego autem ad euitandum circuitum, & difficultates, quæ hoc casu occurrere possunt, ita faciendum consulerem; nempe quod citetur
38 pars coràm Iudice ad recipiendum totum integrum creditum, & faciendam legitimam quittantiam; aliàs videndum per Dominum mandari depositi penes Montem Pietatis, vel penes aliquem idoneum campsorem, (quando essemus in loco, in quo deposita vbique fieri possent,) eius rilico, & periculo, & mandari fieri quittantiam ex officio, & obtento decreto, & facto deposito cedula deponatur in actis, petendo absolui, & silentium imponi, quia depo-
39 situm ita factum habet vim expressæ solutionis, vt per Put. *decis* 163. *lib.*1. & præsertim de stilo Auditoris Cameræ, qui stilus est à Rota approbatus, vt refert Mohed. *decis.* 285. *alias* 6. *de exceptionibus*, & quod habeat vim solutionis declarauit Rot. coram Illustrissimo Lancellotto in vna Romana Saluiani Interdicti 10. Decemb. 1599. *in calce operis decis.* 269. *in princ.* & coram R.P.D. Iusto in vna Romana fructuum Census Lunæ 9. Aprilis 1606. *ibidem decis.*270. *num.*1. & coram R.P.D. Gipsio in vna Romana Saluiani Interdicti 20. Nouembris 1598. *ibidem decis.* 271. *num.* 4. & coram R.P.D. Bubalo Romana census, seu Saluiani Interdicti 21. Maij 1590. *ibidem decis.* 272. *per totam*, & hæc cautela colligitur ex traditis per Auchar. *in consil.* 86. *num.* 3. ibi dum dicit, quod debitor debet offerre pecuniam, seu debitum realiter, non verbotenus, & si recipere recusaret, tunc coram testibus obtestari, & demum Iudicem adire, & pecuniam deponere, & consignare.

40 Et necessariam esse citationem partis ad recipiendum, vt tradit Roland. *consil* 63 *num.*29. *lib* 1. & fieri parte præsente tradit Ias. *consil.* 9. *sub num.*15. *vers. secundo fortius lib.*1. tenuit Rota coram Illustrissimo Ludouisio in vna Romana domorum Mercurij 19. Ianuarij 1611. *in calce operis decis.*268 *num.*17. vbi dicitur non sufficere generalem citationem.

41 Verùm aduerte, quod si creditor iustam causam recusandi habuerit, tunc talis oblatio nihil operatur, vt per Claud. de Saisel. *in l. si mora num.* 30 *vers. prædicta ff. solut. matr.* Roland. *consi.*53. *num.* 58. *lib.*1. Boet. *decis.*124. *nu.*29. *vers. quod limita* Rot. *diuers. decis.*71. *par.*2. *num.*10.

42 Hæc autem oblatio cùm fit ad effectum, vt loco solutionis habeatur, vt deductum est, & solutio ita fieri poterit ante sententiam, sicut post sententiam Bart. *in l. iusiurandum*, §. *cum res sub num.*1. *ff. de iur. iurand.* ita etiam oblatio ante,
43 vel post sententiam fieri potest, iuxta text. *in l. si plures.* vbi Bart. *in princ. ff de pign.* Aret. *in §. item si quis in fraudem sub num.*11. *vers. in ea gloss. Inst. de act.* & idem Bart. *in l. si quis stipulatus fuerit sub num.*6. *vers. non obstat ff. de solut.* vbi aliam reddit rationem, quod, quando vnum est in obligatione, & aliud in solutione, tunc solutio post sententiam
44 fieri non potest, vt in casu nostro, quia in obligatione est hypotheca, & in solutione veniunt pecuniæ, & hanc rationem sequitur Negus. *de pignor. in d.* 3. *memb* 5. *par. num.*51.

45 Poterit etiam debitor post latam contra eum sententiam confitendo debitum in actis terminum 30. dierum suscipere ad soluendum, & sic durante dicto termino impedire immissionem, quod fieri non potest, siue grauatur vigore hypothecæ expressæ siue tacitæ, & cōcedenda est dilatio huiusmodi tam de Iure communi, quàm vigore Bullæ Pij Papæ V. *super reformat. Tribun. A. C. impress. in Bullario* 117. vt firmauit Rota coram Reuerendissimo Sacrato in vna Romana Vineæ, seu Saluiani de Rusconibus Lunæ 28. Nouembris 1611. *in calce operis decis* 273. *num.*3. & fuit confirmata in eadem coram eodem Veneris 17. Februarij 1612. *ibidem decis.*274. *num.*1. vbi etiam dicitur terminum huiusmodi concedendum esse præsertim stante inueterato stilo A. C. qui stilus facit ius. Abb. *in cap ex literis num.*6. *de constit.* Dec. *consil.*699 *num* 5. Thesaur. *decis* 1. *num.*9. & in d. decis. Romanæ Vineæ, seu Saluiani de Rusconibus 17. Februarij 1612.

46 Et susceptio huius termini sufficit, quod per condemnatum fiat coram Notario absque Iudicis Interuentu, quia cùm Iudex dare tenebatur, habeatur pro dato *l si finita* §. *eleganter. ff. de damn. infect.* Castren. *consil* 80. *sub num.*1. *versic. & ideo lib.*1. *& consi.*138. *in fin.* Alexand. *consil.*101. *num* 1. *lib.*1. & secuta est Rot. in dict. Romana Vineæ,

seu Saluiani de Rusconibus 28. Nouembris
1611. *in calce operis decis.* 273. Illud tamen aduer-
47 tendum est, quòd in Curia A.C. tantum termi-
num 30. dierum concedi potest, in aliis verò
Curiis iuxta eorum stilum cócedi potest, prout
attestatur Tiber. Salu. *in sua prax. lib. 1. cap. 18. num.*
5 & num. 7.

48 Verum, quando suscipiendo terminum di-
catur fateri debitum, & acceptare sententiam
Iudicis, vide Felin. *in cap gratum num. 7. vers. intel-
lige de offic. delegat.* & per Gabr. *de appell. conclus. 2.
num 8* Rot. *in nou. decis. 2. in fi. de renunciat.*

49 Si elapso dicto termino vellet docere de so-
lutione non est audiendus, quia iuxta naturam
Cameralis obligationis tenetur soluere, & post-
ea repetere si indebitum soluisse prætendere-
tur, & sic non esset retardanda immissio, prout
* dixit Rota coram Peregrino in vna Mediolan.
vsurariæ prauitatis Veneris 4. Iulij 1597. *in calce
operis decis.* 275. *num.* 10.

Posset tamen debitor petere, vt creditor qui
immitti petit in possessiooem vigore Saluiani
præstet cautionem de restituendo prioribus, &
* anterioribus prout fuit resolutum coram R.P.
D. Bubalo in Senogalien. prædij Veneris 27. A-
prilis 1583. *in calce operis decis. 15. num. 7.*

Nota tamen, quod licèt secundus creditor,
vt dictum est, possit primo creditori offerre ad
euitandam immissionem, ita tamen hoc proce-
50 dit, nisi primus creditor vellet offerre secundo
creditori creditum suum, & in possessione ma-
nere, quod facere poterit, vt per Afflict. *decis.
295. num. 2. per text. in l. Paulus §. qui pignori ff. quib.
mod. pign. vel hypoth. soluitur.*

Insuper etiam aduerte, quod si possessor vult
offerre pecunias, & impedire immissionem,
non poterit petere cautionem de euictione, vt
* Rot. coram Illustrissimo Millino in vna Roma-
na Vinea de Pannellinis, Veneris 29. Octobris
1599. *in fine operis decis. 276. num. 4.*

51 Et an in casu de quo agitur opponi possit ex-
ceptio cedendarum: vide supra *in 2. Inspect. cap. 2.
num.* 351. & per Neguſ. *de pign. in d. 3. memb. 5. par.
num. 36. & seq.* per Alber. *in l. Modestinus de solut.*

52 Cætera quæ ad materiam oblationis spe-
ctant, nempe, quando verbalis oblatio sufficiat,
& per quem fieri possit, &, quando præscriba-
tur: vide per Gabr. *de solut. conclus.* 8. & latius per
Viu. *comm. opin.* 557. Neguſ. *in d. 3 memb. 5. par.* &
per Doct. relat. Surd. *consil. 86. num 9 lib. 1. & cons.
331. num. 39. vol. 3.* latissimè per Card. Mant. *de ta-
cit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 28 per totum.*

53 Quarto dicitur etiam cessare Saluianum quo-
tiescumque debitor sententiam fauorabilem
absolutoriam obtinuisset; quia eo casu dicitur
sublata obligatio, & hypotheca, vt est text. *in l. si
deferente,* & ibi declarat Bart. Bald. Ang. & cæteri
Doct. *ff. quib mod. pign. vel hypoth sol.* & per Neguſ.
in d. 3. memb. 6. par. num. 10. Rot. *diuers. decis. 336. nu. 1.*
54 *par.* 2. & cessante hypotheca cessat Saluianum,
vt pluries fuit deductum, & tradit Corn. *consil.
198. num. 2. lib. 1.* Natt. *consil.* 474. *num.* 34. & per
* Rot. coram R.P.D. Penia in vna Romana Sal-
uiani Interd. 22. Martij 1599. *in fine operis decis 9.*
* *num. 4.* & coram Illustrissimo Lancellotto in v-
na Imolen. Salu. Interd. Lunę 5. Nouemb. 1601.
* *ibidem decis. 18. num. 1.* & coram R.P.D. Coccino
in vna Romana Salu. Interd. Lunæ 22
Decembris 1601. *ibidem decis. 17. num. 2.*

55 Quod locum vendicare dicitur quatenus in
continenti de ea sententia doceatur, vt in ter-
minis post Rip. *in l. naturaliter §. nihil commune nu.
101.* & ibi Soc. *num. 152. de acquir. poss.* tradit Me-
noch. *de adipis. poss. remed. 1. num. 111.* nam quatenus
56 altiorem requireret indaginem, tunc non esset
admittenda, vt per Menoch. *loco citato num.* 169.
& latius deductum fuit supra *Inspect. 2. cap. 3 num.
42.*

57 Limitatur tamen si principalis debitor fuerit
per sententiam in personali tantum actione ab-
solutus. *l. grege. §. etiam si creditor. ff. de pign. l. solu-
tum ff. de pign. act.* Capic. *decis. 46. num. 7.*

58 Verùm hoc loco esset videndum, quando
sententia lata cótra debitorem ad fauorem ter-
tij possit prǽiudicare ipsi creditori in pignore, &
illud resoluere, & è conuerso, & quia hęc con-
clusio quamplures reciperet distinctiones, nę-
pe an sententia sit lata contra debitorem ante-
quam ipse rē obligauerit ipsi creditori, & quan-
do sententia lata est contra debitorem post rem
obligatam, & quando contra ignorantem, vel
contra scientem, vel fuerit ei intimata, & quan-
do in possessorio adipiscendæ, & contra debito-
rem agentem, & multa alia; quæ omnia cùm
sint declarata per Alexand. *in l. sæpe de re iud.* &
per Doct. *in l. à Diuo Pio. §. si super rebus ff. eodem.* &
per Neguſ. *de pign. in 3. memb. 2. par. numer. 59. cum
seq.* & per Felin. *in cap. quamuis de re iud.* & latè per
Couarr. *pract. quæst. cap.* 16. & per Tiraq. *in l. inter
C. res inter alios acta,* & aliqua ponit Olase. *decis.* 38.
& Boer. *decis.* 79. ideo ad eos recurrere poteris.

59 Quinto cessat hoc remedium in omni casu in
quo datur retentio, de qua retentione latè fuit
supra *in 2. Inspect. cap. 2.* deductum à *num.* 105. *vsq.*
60 *ad num.* 258 cum retentio huiusmodi executio-
nem sententiæ impediat, vt per Surd. *decis. 177.
num. 14. cum ibi allegat.* Rota *diuers. decis. 281. nu. 12.
par. 2.* cum aliis *in d. Inspect. 2. cap. 2 num. 206.* dedu-
ctis.

61 In quibus autem casibus detur retentio, vide
supra *in 2. Inspect. cap. 2. nu. 215. vsque ad 227.*

62 Sexto non est locus Saluiano, vbi adest pa-
ctum de non petendo, etiam si esset ad certum
tempus, quia eo casu dicitur sublata hypotheca
per totum illud tēpus, vt per Neguſ. *de pign. in 2.
63 memb 6 par. nu. 9* & impedit ortum obligationis,
& actionis, vt post Bald. tradit Alex. *in l. rogasti. §.
si tibi. num. 1 ff. si cert pet.* Corn. *consil. 112. nu. 4. vol. 2.*
& sine obligatione, & hypotheca non datur
Saluianum, vt supra proximè deductum est.

64 Immo hæc clausula habet vim donationis.
Castrens. *in l. contra iuris. §. si filius num. 3. ff. de pact.*
Bero. *consil 136. num. 15 vol. 1.* Honded. *consil. 34. nu.
2. par. 2.* Senat. Pedem. *decis. 96 num. 35.*

65 Et pactum huiusmodi non procedit, nisi acce-
ptanti, non aliis, vt per Bald. *in l. si actionem sub nu.
1. vers. oppono ista,* vbi Castr. & Iaſ. *sub nu. 3. vers. ratio
diuersitatis. C. de pact.* Surd. *consil. 244. num. 20. vol. 2.*
Magon. *decis. Flor.* 102 *num.* 9.

66 Septimo cessare dicitur Saluianum, si quis
rem hypothecatam haberet, & licentiam de a-
lienando dedisset, vel alienationi consensisset,
vt in terminis tradit Natt. *cons. 474. nu. 29. & 33. in
fi. lib. 2.* quia hoc casu dicitur remissa hypotheca,
vt per

vt per Bart. & Bald. in l. fin. in princ. C. de remiss pign.
Natt. vbi supra, & consil. 530. num. 1. lib. 3. Alexand.
consil. 12 sub num. 9 lib. 2. Aym. consil 298 numer. 12.
Surd. consil. 513. num. 7. & 8. lib. 4. Neguſ. de pignor.
67 in 3. memb. 5. par. num. 12. & 21. vbi ampliat hoc
procedere etiam si postmodum eadem res per
venditorem esset reacquisita, quia non reinci-
deret in eandem obligationem, seu hypothe-
cam, licèt adesset obligatio Cameralis genera-
lis omnium bonorum præsentium, & futuro-
rum, text. in l. fin. C. de remiss. pign. vbi Bart. sub num.
2. & ibi Bald. & Doct. & per Gabr. consil. 155. num.
10. & 11 lib. 1. latè per Tiraquell. de retract. lign. §.
1. gloss. 9. num. 137. & de retract. conuent. ad fin. tit. nu.
172.

68 Amplia etiam procedere si quis rem sibi hy-
potheeatam alteri promittat, vt per Gabr. dict.
consil. 155 num. 11.

69 Hæc autem conclusio ampliatur vndecim
modis, & limitatur aliis vndecim modis, de
quibus vide per Neguſ. de pignor. in d. 3. membr. 6.
par. à num. 12. vsque ad 13. sed vltra eum multa alia,
vide per Ioseph. Lud. conclus. 7. & per Surd. dict.
consil. 513. num. 23 & nonnulla alia deduxi in 3. In-
spect. cap. 2. in 11. quæst.

70 Aduertendum tamen est, quod dicit idem
Lud. in d 7. conclus. in 2. ampliat. quod consentiens
alienationi rei fideicommisso subiectæ sibi pre-
iudicat, si in fideicommisso habeat interesse per
Decian. in consil. 105 num. 2. lib. 3. & per Bero. consil.
64 num. 6. & seq. lib. 1. Vnde si casus fideicommis-
si eueniret non poterit Saluianum experiri,
cùm dictæ alienationi consensisset.

71 Sed hoc non est ita simpliciter verum; nam
consentiens alienationi rei, in qua ius de futuro
sibi competit, non dicitur illud ius remisisse, vt
per Bart. in l. si quis in fundum per fideicommissum in
princ. de leg. 1. Alexand. consil. 176. num. 5. lib. 7. Ca-
strens. consil. 375. sub num. 5. vol. 1. & idem Alexand.
consil. 40. num. 10. volum. 4. Gabr. consil. 702. num 5.
volum. 1. & hoc idem firmat Bero. d. consil. 64. num.
25. & Rip. consil. 57. num. 14. lib. 3. Decian. d. consil.
105. nu. 24. quod fortè ipse non vidit, & per Surd.
consil 70. num. 7. vol. 1.

72 Et licet ipse Lud. in d. conclus. 7. vers. declara pri-
mo, dicat, quod consentiens sibi præiudicat in
his, quæ ab actis inter viuos dependent: secus in
dependentibus à testamento, vt per Bero. dict.
consil. 64. num. 12. & num. 25.

Tamen hæc responsio non mihi satisfacit,
quia Bart. Castr. Iaſ. & alij in d l si quis in fundum,
& Alexand. in d. consil. 176. loquuntur in casu te-
stamenti; nam nec instrumentum inter viuos,
nec vltima voluntas hoc operatur, sed solum
73 consensus, qui in quocunque casu opponatur
suum operatur effectum, scilicet in iis, in qui-
bus operari potest. l. nihil. §. 1. ff. de leg. 1. & ita ge-
neraliter ponit regulam ipse Lud. d. conclus. 7. in
princ per alleg. per eum.

Veruntamen ex mente Doctor. aliter dissen-
tiones huiusmodi concordari videntur; nem-
pe quod aut tractatur de iure existente tempo-
re præstiti consensus, & tunc consensus sibi pre-
74 iudicat: si verò ius de eo tempore non existe-
bat, sed superuenit, veluti quia fideicommis-
sum adhuc non erat purificatum, vel res illa de
eo tempore ei non debebatur, & eo casu sibi
non præiudicauit, & ita declarat Dec. in consil.
263. sub num. 3 vers. immo & Alex. d. consil. 40. num.
10. lib. 4. Gabr. d. consil. 72 num 5 & idem Bero. d.
consil 64 num. 5. in fin. & clarè per Honded. consil.
33. num. 20. & Surd. d. consil. 70. num. 7. vol. 1.

75 Aduertendum tamen est, quod si consensus
est præstitus in iure de præsenti existente, si ta-
men ex alio capite, vel ex alia dispositione ius
ei superueniat, poterit rem illam recuperare, vt
per Tiraq. de retract. lign. in §. 1. gloss. 9. num. 124. in
fi. & Soc. Sen. consil 50. in fi vol. 1. Surd. d. consil. 70.
in fi. Anchar. quæst. 8. num. 14. par. 2.

76 Alias verò limitationes vide per Neguſ. d 3.
memb. 6 par. & per Ioseph. Lud. d concl. 7 & quod
77 præsentia, seu tacitus consensus non est suffi-
ciens latè per Surd. decis. 302. num. 6. & 7. vide e-
tiam declarationes supra in 3. Inspect. cap. 2. post
quæst. 11.

78 Octauo tollitur Saluianum, quando esset
delatum iuramentum litis decisiuum parti su-
per credito, quia hoc casu cessaret hypotheca,
vt est text. in l. si deferente, & declarat ibi Bar. Ang.
Castr. in princ. ff. quib. mod. toll. hypoth. & per Neguſ.
de pignor. in 2. memb. 6 par. num. 10 qua sublata non
est locus Saluiano, vt supra deductum est.

79 Nono cessat Saluianum, quando inter credi-
torem, & debitorem esset facta nouatio, quia
eo casu dicitur liberatum pignus, & hypotheca
l. nouatione vbi Bart. & Doct. ff. de nouat. Neguſ. de
pign. in 3. memb. 6 par. nu. 1. Medic. de nouat. quæst. 7.
nu. 25. Dec. cons. 107. nu. 1. Surd. d. consil. 298. nu. 44.
vol. 2. quod procedit, quãdo nouatio sit valida,
80 secus si inualida, vt declarat Surd. in decis. 51. nu.
16. per Neguſ. in d. 3. memb. n. 3. & sublato pigno-
re cessat Saluianum.

81 Quibus autem modis inducatur nouatio, vi-
de per Gabr. de nouat. concl. 1. & per Sebast. Med.
de nouat. per tot. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump.
134.

82 Illud solum in hac materia deducere volui,
quod frequentius accidere solet, & ex eo decla-
ratio aliquorum resultare poterit; nam quando
prima obligatio plus continet, quàm secunda,
tunc non dicitur inducta nouatio, vt tradit Bar.
& Ang. in l. penult. nu. 3 ff de præst stipul. Bald. in l. re-
scriptum, § si pacto nu 8 ff de pact. Alex. in l. qui vsum-
fructum nu. 1. vbi Iaſ. nu. 6. de verb. oblig. & idem Iaſ.
in l. qui bis idem nu 5 ff eod. Abb. in consil. 24 ante nu.
1. vers. hæc omnia lib. 2. Soc. Sen. consil 21. nu. 8. vol. 1.
Aym. consil. 594. num. 2. Decian. consil. 11. nu. 7. vol. 1.
Surd. cons. 385. nu. 23. vol. 3. Honded. cons. 40. nu. 24.
par. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 134. nu. 5.
& est ratio secundum preciratos Doctores, quia
83 non præsumitur quis velle iactare suum, prout
refert Surd. loco citato, & Honded. in d. cons. 40. n.
24. vbi in facti contingentia, dicit, quod non
præsumitur, quem velle à præcedenti obliga-
84 tione Camerali iuramento, & renunciationi-
bus vallata recedere, & chirographariam lon-
gè debiliorem acceptare, Ang. in l. 4. §. si ex con-
uentione ff. de re iud. & per Rimin. Iun. consil. 201.
num. 16. lib. 2. & per Bald. in l. rescriptum §. si pacto
num. 7. de pact.

85 Vnde dicitur, quod si accessoria obligatio es-
set primæ obligationi adiecta, non dicitur in-
ducta nouatio, quia principalis obligatio rema-
net l. stipulatus sum, §. adhiberi ff. de fideiuss. Bal. in d. l.

rescriptum § si pacto nu.7. ff. de pact. & propterea per adiectionem fideiussorum, vel per adiectionem pignorum non intelligitur inducta nouatio l.4 §. ex conuentione vbi Alex. in princ. & num.5. ff de re iud. Nam istæ dicuntur adiectiuæ, & cumulatiuæ obligationes, & ideo non inducitur nouatio l fi. C. de nouat. & per Honded. cons. 40. n. 25. & 26. par.2. cum ibi allegat. & indubitatum est nouationem non esse inductam, si fuerit dictum (vt moris est) citra præiudicium priorum
86 iurium, ac citra innouationem aliquam, sed iura iuribus addendo &c. vt per Grat. consil.126. num.7. & 8. lib.1. Honded. d. consil. 40. num.28 &
* seq. & per Rot. coram R.P.D. Bubalo in vna Senogallien prædij Lunæ 14. Nouembris 1583. in fine operu decis. 207. num.3. nam tunc non dicitur recessum à prima obligatione, vt bene deducitur per Rot. in vna Romana anterioritatis co-
* ram Illustrissimo Pamphilio Lunæ 23. Iunij 1603 ibidem decis. 146. num.2.3. & 4.
87 Limitatur tamen si minus tempore tantum continerer, vt per Bart. Ang. Honded. Menoch. & alios Doct. supra in eisdem locis allegatos.

Intellige insuper, quod etiam in casibus, in quibus dicitur inducta nouatio, exceptio huiusmodi opponi non potest, quando per oppo-
88 nentem non fuerint promissa in Instrumento nouationis adimpleta, vt per Soc. Sen. d. consil. 21. in fin. vers. tertio respondetur, & per Rimin. Iun. in consil. 210. num.16. & latius per Surd. d. cons. 385. nu.22. lib.2. de qua tamen materia inferius multa deduecmus.
89 Decimo euitatur etiam hoc remedium Saluiani si statim in continenti fuerit doctum de dominio, vt per Put. decis. 233 lib.3. Rot. diuers. de-
* cis. 57. in fin. par. 2. & per Rot. coram Illustrissimo Pamphilio in vna Fauentina legati 24. Decembris 1589. in fine operis decis. 1. num.7. & in alia co-
* ram Illustrissimo Laneellotto in vna Romana Saluiani Interdicti de columna 19. Nouembris
* 1599. ibidem decis. 19. numer.3. & coram R.P.D. Orano in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ 28. Maij 1598. ibidem decis. 59. num.1. & alibi pluries prout latius fuit supra in 2. Inspect. cap.2. num. 115. & seq. deductum.
90 Quod procedit in quocunque possessorio, vt per Rot. diuers. decis. 201. numer. 8. par. 2. & per Rip. in l.2. numer.12. ff. quorum bonorum, & in l. naturaliter. §. nihil commune, numer.101. de acquirend. possess. Alexand. in l.2. num.2. post Castr. ibi num.3. vers. sed si. C. de edict. diu. Adr. toll. Butr. in cap.1. num. 24. vbi Abb. de restit spol. Gozzad. consil 10. numer. 24. Gabr. consil.38. nu.1. lib.2 Rolan. consil. nu. 25. lib.1. Boer. decis. 231. num.5. Afflict. decis. 14. num. 4. Capic. decis. 121. num.28 Ægid. decis. 36. sub numer.1. vers. habet enim.
91 Hæc autem conclusio quàm plures notabiles recipit limitationes, quas aliàs exposui supra in 2. Inspect. cap.2. à num.115. vsque ad num.129. ideo breuitatis causa ad eas te remitto.
92 Vndecimo rollitur Saluianum si incontinenti doceretur de nullitate pignoris, vel obligationis, vt per Rip. in l. condemnatum, sub num.15. de reiud. Angel. consil 260. sub num.3. versic. remedium est. Alexand. consil 33. num.9. lib.1. Paris. consil. 20. num. 78. lib.1. Honded. consil.17. num.5. vol.2. Menoch. de adipiscen. possess. remed. 4. numer. 892. & per
* Rot. coram R.P.D. Iusto in vna Romana census Venetis 17. Martij 1600. in fine operu decis. 186. de quo latè fuit supra cognitum in 3. Inspect. cap.2.
93 Qualiter autem dicatur in continenti probari, & quando, & quibus modis procedat præsens conclusio, vide declarationes, ampliationes, & limitationes deductas supra in d. d. 4. Inspect. cap.2 à num.118. vsque ad num.129.
94 Duodecimo tollitur similiter Saluianum per compensationem dummodo creditum oppositum sit liquidum, vel de facili liquidandum, vt per Castr. in l fin. in princ. C. de compens. vbi Salic. sub num 6. in fin. Mynsing. in §. in bona fidei num. 10. Instit. de act. Abb. in cap.2 sub num 10. de deposit. Alex. consil. 39. sub num.1. in fin. lib. 4 Dec. consil 94. num. 23. lib.3. Senat. Pedem. decis. 92. num 36.

Et quia de hac materia plenè fuit supra in 2. Inspect. cap.2 à nu. 312. vsque ad num 355. cognitum, ideo vide ibi, vbi fuit deductum, quando habeat locum in debito iurato, & quando iuramentum esset à principali, vel ab extraneo præstitum, & quando essemus in debitore paupere, & quando esset renunciatum dictæ compensationi.
95 Verùm in hac materia aduerte, quod si tu es creditor alicuius ex vna causa, & debitor ex alia diuersa, licèt potuisset fieri compensatio, tamen, si soluisti debitum tuum; poteris nihilominus creditum tuum petere, nec ex solutione tui debiti oritur præsumptio, quod non sis creditor, vt notant Bald. Castr. Salic. Ias. in l. si quidem sub num.3. C. de transact. & bene per Honded. consil. 39. num.46. lib.2. licèt aliter sit quando debitum, & creditum oritur ex vna causa, vt per Bertaz. consil ciuil. 118. num.17. Honded. loco citato, vbi ait ita intelligendum esse Mascard. de probat. concl. 1318. num.19. Vnde sequitur, quod cùm salua sit actio pro suo credito, erit etiam locus Saluiano.
96 Quibus adde, quod compensatio opponi potest etiam à fideiussore, vt tradit Bart. in l. verum in princ. ff. de compens. Bald. in l. tam mandatori sub num.9. in fin. C. de non numer pecun. & per Paris. consil 121. num.12. & seq. lib.1. & adducit Dec. in cap. cum inter num.27. de except. & tradit Castren. in l. si quidnum 1 ff de compens.
97 Insuper etiam adde, quod compensatio non solum in 1. & 2. Instantia opponi potest, sed etiam post latam sententiam, vt tradit Paris. in d. consi.121. num. 18. & per Felin. in cap. suborta nu.3. in fi. & 4. de re iud. vbi Abb. sub num.8. & 9. Alex. in l. si duo patroni ff. si quis iurauerit el primo sub nu.3. vers. videmus quod exceptio ff. de iur. iuran. Ang. consil. 132. incip. quidam Nicolaus sub num. 2. ante finem. Afflict. decis. 121. num.3. Card. Maut. de tacit. & ambig. conuent. lib.16. tit.15. num.12.
98 Nam fideiussor potest vti exceptionibus, quæ principali competunt l 2 ff. qua res oblig. poss. tradit Bald. in l. tam mandatori num. 15. C. de non num. pecun. Paris. d. consil.121 num.9. & 10. lib.1. & consil. 96. num.39. lib.3. Marsil. in Rubr. de fideiuss. num.168. Surd. cons. 20. nu.1. vol.1. Card. Mant. d. tit. 15 nu.15. & 17. Quod Ampliatur procedere, vt etiam inuito principali dictæ exceptiones opponi possint, vt declarat Bald. Paris. Surd. locis supra allegatis, & in terminis Paris. d. consil.121. num.9.

Amplia-

100 Ampliatur etiam, vt fideiussor possit tales opponere exceptiones, siue ortæ fuerint ante, vel postquam ipse fideiussisset *l. defensionis. C. de except.* & tradit Paris. *d. consil.* 121. *num.* 8.

101 Secundo Amplia procedere, etiam ad impediendam obligationem Cameralem, vt per Card. Mant. *loco citato num.* 12. vbi attestatur ita aliàs fuisse resolutum in Rota coram R. P. D. Robusterio 7. Nouembris 1572. & in vna Romana pecuniaria de Bubalinis, quæ est decis. Rot. *diuers.* 95 *par.* 1 Sed hoc non transit sine difficultate; & ideo vide quæ *in 2. Inspect. cap. 2. nu.* 304 deducta sunt, *& num.* 305.

Et prædicta de compensatione intellige, vt procedat non solum si sit liquida, vel de facili liquidanda (vt dictum est) sed etiam, vt talis
102 compensatio sit exclusiua iuris agentis ipso iure, non autem si opponeretur de iure tertij, vel esset necessaria sententia cum similibus, de quibus per Soc. *in l. 2. nu. 11. de except. rei iud.* & per Rot. coram R. P. D. Orano in vna Romana Vineæ 5. Iunij 1598. *in fi. operis decis.* 277. *nu.* 5.

103 Tertio Amplia etiam si ipse ex aliquo accidenti ea vti non posset, vt puta si esset excommunicatus principalis, tamen fideiussor poterit opponere, vt per Abb. & alios *in cap. cum inter num. 26 de except.* latè per Paris. *consil.* 121. *num.* 10. *lib.* 1. qui de communi attestatur.

104 Quarto Amplia, vt fideiussor talem possit opponere exceptionem etiam nolente principali debitore, & ratio est, ne si ille fortè esset soluendo fideiussor suam amitteret pecuniam. *l. fideiussori, & in l. si stipulatus esses, in princ. ff. de fideiuss.* Bald. *in l. tam mandatori, num. 15. de non numer. pecun.* Paris. *dict. consil. 121. num. 9. & 10. lib. 1.* & per Card. Mant. *loco citato num.* 14.

105 Quinto Amplia in fideiussore, qui prima conductione fideiussit pro pensione decurrenda, si postea finita locatione conductor tacitè eandem continuauerit locationem ad alios terminos, fideiussor ille non remanet amplius obligatus, & sic cessat hypotheca, vt per Bart. *in l. item quæritur. § qui impleto, sub num. 3 ff. locat.* & per Bald. *in l. cum hermes. in princip. C. eod. tit.* & idem Bald. *in l. si cum Titius. ff de excusat. tut.* & per Dec. *consil. 93. sub num. 3. & in cap. præterea. sub num. 4. circa med. de appellat.* quod verè procedit, nisi nouus consensus fideiussoris interuenerit, vt declarant omnes Doctor. *proximè allegat.*

Quando verò fideiussor liberatur si creditor fuit negligens in exigendo, vide *in hac 5. inspect. in 20 quæst.*

106 Limitatur tamen, quando fideiussor dolo desiit opponere, quia eo casu postea non poterit contra principalem illas opponere, & repetere, si sibi competere tales exceptiones sciebat; secus tamen esset si eas non opposuit; quia sibi competere ignorabat, prout in terminis fuit declaratum in Rota in vna Romana Saluiani Interdicti coram R. P. D. Manzanedo Lunæ 1. Iunij 1609. *in fine operis decis* 278. *nu.* 1. *&* 2.

107 Decimo tertio cessare etiam dicitur Saluianum per præscriptionem decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes à tertio possessore cum titulo, & bona fide, per text. *in l. 1. & 2. C. si aduers. cred.* & per Ias. post Ang. *in § item Seruiana num. 123. instit. de act.* Oldr. *consil. 19. sub nu. 1.* Alex. *consil 83. sub num. 11. & consil. 120. num. 1. lib. 6.* Paris. *consil. 50. num. 2 lib. 1.* Aym. *consil. 148 nu. 6.* Rolan. *consil 78 num. 7. & seq lib. 1.* Negus. *de pign. in 2. memb. 6 par. sub num. 2.* Gabr. *de præscript. concl. 7 num 8* Afflict. *decis. 139. num 1.* & tenuit Rota coram R. P. D. Coccino in vna Romana Saluiani Interdicti 2. Decembris 1601. *in fine operis decis 17. num. 8* & coram R. P. D. Orano in vna Romana hæreditatis de Beuilacqua *ibidem decis. 87. num. 12* & coram Illustrissimo Lancellotto in vna Romana domorum in Burgo Veteris 24. Maij 1602. *ibidem decis. 26. num. 1.*

108 Quod vt aliàs dixi intelligendum est si præscriptio huiusmodi fuerit opposita ad impediendum processum, non autem ad merita causæ, vt per Bart. *in l fin. sub numer 3. vers quandoque. ff pro suo*, & ita declarat Balb. *de præscript. in princ. quæst. 9. num. 2.* Contard. *de mon. poss limit 2. § 4.*
109 *num. 17. & 18.* vbi magis specificè dicit opponendam esse eo modo, vt declaretur aduersario actionem non competere. Aym. *cons. 204. num. 6. & 7.* Alex. *consil. 213. num. 1. lib. 2* Dec. *consil. 22 num. 3.* Guid. Pap. *decis. 416. num. 16.* Capel. Tolos. *quæst. 67. cum alijs ibi in addit. num. 4.*

110 Insuper etiam prædicta procedere dicuntur si exceptio præscriptionis sit liquida, vel in continenti liquidanda, vt per Dec. *in l fin. sub numer. 22. vers. item. C. de edict. diu. Adr. toll.* post Bald. *in l si quem. in princip. vers. inter. C. de statu defun. & in l. per hanc. versic. 11. de temp. appell.* & per Alex. *in consil. 213. sub num. 1 vers. & licet. lib. 2.* Dec. *consil 22. num. 3.* Aym. *consil. 204. num. 6. in fin.* Bell. *consil. 35 num. 7.* Contard. *de mom. poss. limit. 2. § 4. vers. 19.* Menoc. *de adipisc. poss. remed. 4 num. 771.* Balb. *de præscript. quæst. 9. num. 2.* Afflict. *decis. 52 num. 2.*

111 Cætera quæ ad hanc materiam spectant, scilicet quanti temporis præscriptio huiusmodi opponi possit ab ipsomet debitore, vel eius hærede, vel successore, vel à tertio ab eo causam habente, & quando à particulari, vel ab vniuersali successore, & quando habeat bonam, seu malam fidem, & quando dicatur in continenti probanda, & quando contra Ecclesiam, ac de aliis in hoc articulo requisitis, vide supra *in 2. Inspect. cap. 2. à num. 265. vsque ad num. 291.*

112 Cautela tamen est ad euitandam præscriptionem, vt creditor stipuletur sibi solui, vel retrouendi, vel cedi semper, & toties quoties præscriptio completa fuerit, vt per Bart. *in l nemo potest. num. 22. in fine ff. de leg. 1.* Felin. *in rubr. de præscript. num. 24.* Cagnol. *in l. 2. num 29. de pact. inter empt. & vend.*

113 Decimo quarto cessat etiam Saluianum si quis vendiderit cum pacto de retrouendendo infra tantum tempus, si interim rem illam alteri hypothecauerit, & postea subsecuta retrouenditione vigore pacti, non poterit ille, cui fuit facta hypotheca Saluianum intentare cum resoluto iure debitoris soluitur ius creditoris, & sic cessat hypotheca *l. lex. vectigal ff. de pign. cap. 1. § rursus. quibus mod feud. amitt l si ex duobus § sed, & Marcellus ff. de in diem addic.* & ibi Bart. hoc in specie decidit, & Bald. sequitur, idemque Bart. scribit *in l. in diem numer. 2. de aqua pluu. arcend.* Cur. Sen. *in consil. 12. numer. 9.* Dec. *in l. si socius num 6 ff si certum petat & in consil. 88. numer. 3. vers. specialiter in proposito, & in cons. 238. num. 5. & in*

consil.239.num.11. Rub. Alex. *in consil.90.num.5.* & Cagn. *in l.2. num.61. cum seq. de pact. inter empt. & vend.* hanc opinionem communem profitetur, & dicit durum esse ab ea recedere, licet videatur titubare, quam etiam sequitur Tiraq. *de retract. conuent. §.3 gloss.1. num.9. & 10.* & sine hypotheca non datur Saluianum, vt superius fuit dictum.

Decimoquinto dicitur etiam locum non habere Saluianum veluti si quis fundum emerit, illudque alteri hypothecauerit, & postea venditor, qui vltra dimidiam fuerit læsus egerit, &
114 venditionem ex eo capite rescindi obtinuerit, hypotheca prædicta ab emptore contracta resoluitur, & fundus liber reuertitur. Bart. *in l.2. quæst.13. vers. sed contrarium*, & ibi Castr. *num.11.* Salic. *num.18. C de rescind. vend.* & ibi per Ari. Pinell. *in par.2.cap 3 num 33.* Neguf. *de pign. in 1. membr.5. par. num.43. vers. sed Bald.* & alios multos refert Tiraquell. *de retract. conuent. §.3. gloss.1. num.21.* & de veriori, & magis communi attestatur Soc. Iun. *consil.119. num.16 lib.2.*

Vnde cessante hypotheca dictus creditor Saluianum intentare non poterit, prout supra *num.113.* fuit deductum.

115 Decimo sexto Saluianum cessare dicitur si bona fuerint alicui donata, & propter ingratitudinem fuerit reuocata donatio, si per prius dicta bona à donatario erant hypothecata, statim secuta reuocatione resoluitur dicta hypotheca, vt tradit Alberic. *in l. hn solu num.3. C. de reuocand. donat.* Rip. *in l. fin. num.146. C. eod. tit.* Pinell. *in d. l.2. par.2. cap.3. num.11. & 18. C. eod. tit.* & ibi Cagn. *num.120.* & de magis communi attestatur Soc. Iun. *consil.119. num.16. lib.2.* Tiraquell. *de retract. connub. gloss.1. §.3. num.10.* qui hanc verissimam dicit *sub num.11.* reiecta opinione Bart. & sequacium contrarium sententium, ad quos optimis fundamentis respondet Alberic. *in d. l. hn solu*, & per Rip. *in d. l.2. num.146. & 147.* & latè per Pinell. *in loco citato num.13. & 32. & 33.*

116 Quod ampliatur locum habere in quocumque contractu, quod resoluitur ex ipsius necessitate, vt per Tiraquell. *d. §.3. gloss.1. sub num.10. vers. idem quoque.*

117 Decimo septimo ad corroborationem dicitur, quod non est locus Saluiano si fuerit legata domus Vxori, hoc expresso, quod si nupserit eadem domus reuertatur ad Titium, & sic domus fuit restitutioni subiecta, & interim Vxor domum præfatam hypothecauit, & postea alteri nupsit, tunc domus ad Titium absque hypotheca reuertitur; nam Vxor non poterat in præiudicium Titij quicquam facere, & statim hypotheca fuit resoluta, vt tradit Fulgos. *in l. si res in fin. vers. audite aliud simile. ff quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* & eum seq. Socin. Iun. *consil.119. num. 15. vol.2.* quare cessante hypotheca non erit locus Saluiano, quatenus post reuersionem hoc remedium creditor experiri voluisset contra eandem domum ex supra *in num.54. alleg.*

118 Decimo octauo in consequentiam prædictorum dicitur, quod si alicui bona donata, seu relicta fuerint sub conditione ne delicta committeret, aliàs statim, quod in mente conceperit delictum committere dicta bona ad proximiores deuenire deberent; nam si ante commissionem delicti bona alteri hypothecauerit, & postea casus euenerit, & delictum fuit commissum, dicta bona reuertentur absque vlla hypotheca, prout in his terminis consuluit Soc. Iun. *consil.119. num.15. in fin. lib.2.* & hoc casu similiter non erit locus Saluiano, quatenus post reuersionem experiri vellet cùm hypotheca esset resoluta, vt supra deductum est.

119 Secundo declaratur etiam, quod si Vxor dotem Viro dederit adiecto pacto, quod ea mortua dos suo fratri stipulanti redderetur, non poterit dicta Vxor in præiudicium sui fratris, cui bona donauerat, eadem bona hypothecare, & veniente casu restitutionis hypotheca illa resoluitur, text. est *in l. maritus § fin. ff. de pact. dot.* & tradit Dec. *consil.259. sub num 7. vers. est bonus textus.*

120 Et regulare est, quod fundus dotalis hypothecari non possit etiam consensu Viri, & Mulieris *l. Iulia de fundo dot. l fin. C de rebus Eccles. non alien.* Ang. *in §.1. verb. alienare Instit. quibus alien. licet, vel non. num.6.* Bald. nouell. *de dot. pat.7. priuil.1. in princ.* Surd. *de aliment. tit.8. priuil 36 num.2.* Quod
* fuit secuta Rota coram Cardinali Lancellotto in vna Romana Saluiani Interdicti 5. Decembr. *in calce operis decis.30. num.2.*

121 Et hanc opinionem secutus est Barbosa *in l.1. in parte 5. sub num.1. ff solut. matr.* vbi latè declarat, quando bona immobilia, vel mobilia in dote data alienari possunt, & aliqua deduxi supra *in Inspect.3. cap.4.*

122 Et idem dicitur de omnibus aliis bonis restitutioni subiectis, si quidem cùm erit factus locus restitutioni, bona præfata sine onere, & hypotheca reuertuntur, vt per Soc. Iun. *d. consil. 119. num.16. & 17. lib.2.* & in terminis tradit Dec. *d. consil.259. num.7. cum ibi alleg.* & latè per Tiraq. *de retract. connub. §.3. gloss.1. num.10. 11. & 12.* prout de bonis fideicommisso subiectis deductum est supra *in Inspect.3. cap.2. num.744. & seq.*

123 Decimo nono cessat Saluianum si creditores posteriores contra aliqua bona particularia hæreditaria patris contra filios intentauerit, & præfati filij vellent dotem maternam super eisdem bonis particularibus cōsequi, etiam, quod hæreditas esset soluendo; tamen isti filij hæredes matris possunt eligendo dicta bona pro satisfactione dictæ dotis retinere, & Saluianum impedire, prout in his terminis declarauit Ro-
* ta coram Cardin. Mantica in vna Romana seu Ciuitatis Castelli casus 10. Maij 1595. *in fine operis decis.75. nu.8. & 9.* vbi etiam declaratur, quod hæres qui fecit Inuentarium, potest citatis creditoris Iudicis officium implorare, vt sibi rem aliquam pro suo credito assignet, iuxta doctrinam Bald. *in l. debitorem num.1. & seq.* & ibi Ias. *nu. 3. C. de pact.*

125 Amplia modo, quod dictum est filios hæredes posse bona paterna retinere pro satisfactione dotis maternæ, procedere etiam si filij non confecerint Inuentarium, & pater mandasset hæreditatem, seu partem alteri restituere, & iste fideicommissarius pro consecutione dictæ hæreditatis seu partis Saluianum intentasset, quia adhuc filij dotem maternam detrahere possunt, vt tradit Ruin. *consil.112. num.19 & consil 114. num. 15. lib.2.* Gozzad. *consi.94. n.46.* Soc. Iun. *consi.170. n.3. & 4. lib.2.* Aym. *cons.144. n.5.* Rol. *cons.95. n.14. lib.2* Gab. *cōs.124. n.3 lib.1.* & sequitur Menoc. qui

alios

alios adducit *conf.183.num.33.lib.2. & d.conf. 667. sub num.12.* Surd.*decif. 92.num.3.& conf.7.nu.24. lib. 1.* nam hoc casu iura confunduntur quo ad creditores, & legatarios, non autem quo ad fidei-
126 commissarium, quatenus sine Inuentarij confectione adiuerunt hæreditatem, vt per Surd. *conf.7.num.23.* post Castr. *i.l. si ita tamen. §. ex Trebelliano.ff. ad Trebellian.* & idem Surd. *d. conf. 291. sub num.12.* & alios refert Menoch.*d.conf.183.num. 32.in fin.* & alios multos cumulat Surd.*decif. 266.*
127 *n.2.* & hoc casu quo ad fideicommissarium Salnianum experiri poterit, cùm actiones non sint confusæ.

128 Quod quidem procedit in omni casu in quo hæres dominium reuocabiliter acquirit, quia tunc retinet creditum suum, vt ex infinitis per eum cumulatis tradit Surd. *dict.decif.266.num.2. & 3.*

129 Secundo Amplia procedere in lucro dotis sibi à statuto delato, vt per Phanuc. *de lucro dotis glos.2.numer.78.* & per Surd. *dict.conf.7. numer.27. lib.1.*

130 Tertio Amplia, quod nec fructus interim per filios perceptos ex bonorum quantitate quæ ad solutionem præfatæ dotis erat necessaria sibi imputat, vt tradit Soc.Iun.*d.conf.170.nu.5. & seq.* vbi ait, quod actio non confunditur, quando creditor institutus, & grauatus adit hæredita-
131 tem, sed extinguitur per imaginariam, seu fictã solutionem, per quam videtur tanto minus inuenisse in hæreditate, quàm importat suum creditum, vt per Castr. *in l. peculium autem in princ. ff de pecul.* & tradit Alciat.*c.nf.532. num. 15* Gabr. *conf.124.nu.7.lib.1.* & alios refert Menoch.*d.conf. 183 nu.35.* & per Surd.*d.conf.291.nu.11.& 12.& d.de-*
* *cif.92.num.4.* & fuit secuta Rota coram R.P D. Caualerio in vna Bononien. de Bonsignoribus Mercurij 15. Decembris 1610. *in fine operis decif. 182.nu.3.*

132 Quarto Amplia in hærede creditore grauato de restituendo, quia potest etiam non confecto Inuentario suum creditum retinere, & deducere ad præiudicium fideicommissarij, vt per Soc. Iun.*d.conf.170.num.7.lib. 2.* cum alijs relatis per Menoch.*dict.conf.183.num.35.* & de communi attestatur Surd.*dict.conf.7.num. 25. & in d.conf.291. sub num.12.ante finem.& in d decif.92.sub num. 2.* &
* in dict. decis. Bononien. de Bonsignotibus *sub num.1.*

133 Limitatur tamen, quando dictus hæres comparuit in iudicio, & petijt sibi creditum suum citatis creditoribus solui, ita quod non tanquã hæres, sed tanquam creditor se gesserit; nam tũc
134 si confecerit Inuentarium poterit implorando Iudicis officium petere separationem bonorum pro credito, aliàs non, vt per Roland. *de confectione Inuentarij in 10.vtilit. num. 6.* & alios multos refert Surd. *dict.conf.7.num.er.32.& in dict. decifi.92.numer.7.* tradit Menoch. *confi. 667. sub numero 9.versicul.quocirca*, vbi post multos per eum relatos dicit hanc esse communem. Caccher.*decifio.181. numero 13.* & habetur in d. decis.
* Romana, seu Castelli census *nu.9.*coram Cardinali Mantica.

135 Quinto Amplia, quando hæres debita testatoris, vel legata de proprijs pecunijs soluit; nam tunc quo ad præiudicium fideicommissarijs deducere poterit, vt post Bald. Angel. Castr. Alexand. Socin. per eum allegat. tradit Dec. *in l. creditori num. 4.* & per Menoch. *d. conf. 183. num. 32.vers.quo ad secundam dubitat.onem.* Cœd. Marig. *de coniect.vlt.volunt.lib.7.& c. numero 15.* Peregr. *de fideicommiss.* qui alios adducit *art. 35. sub numero 1.* & per Rot. in dict. decis. Romana, seu Ci-
* uitatis Castelli census *sub num. 1. in fine operis decif.75.*

136 Limitatur tamen hæc quinta ampliatio, quando testator hæredem grauasset, vt sibi ab eo debitum remitteret, quod facere potest. Item si testator bona sua perpetuo fideicomisso subijceret, & prohibuisset omnem molestiã iuris, & facti super dictis bonis. Item si prohibuisset omnem alienationem bonorum stabilium ad effectum, vt perpetuo in familia remanerent, de quibus omnibus, vide per Peregr. *de fideicom. d. art.35. à num.4. vsque ad nu.9.* & latius deduxi supra *in 3 Inspe.c.cap.4.*

137 Æstimatio verò bonorum supradictorum per hæredem deducendorum facienda est secundũ tempus factæ solutionis per hæredem, non autem secundum tempus restitutionis fideicommissi, vt per Castr. *in d.l.peculium autem in princ. ff.de pecu.* Soc.Iun *d.cons.17 .n.7.lib 2.* & per Surd. *d.conf.191.su nu.12.v. rf.cum infert, & in d.decif.92. nu.4.* Menoch.*d.conf.83.nu.35.& conf.145.nu.39.lib.*
* *3.* & per Rot. in d. Romana, seu Castelli census *num.2.*

138 Sexto Amplia cessare Saluianum, si creditor à debitore hæres institutus, & non aliter confecto Inuentario hæreditatem adiuerit, agat solum de iure suo, nec hæreditas vigore fideicommissi alteri venit restituenda, ita, & taliter, quod dominium sit ei irreuocabiliter acquisitũ, tunc confunditur creditum, ex quo factus est Dominus irreuocabilis, & in re sua hypotheca consistere non potest. *l.neque pignus de reg.iur. l. ex sextante.§.Lucius.ff de excep.rei iud.* & succedit regula, quam constituerunt Doctores omnes *in l.debitori.C.de pact.* vbi Bald. Salic. Curt. Iun.*nu-*
* *mer.1.* Purpur.*numer.11.* & est decis.Card.Seraph. *872.num.3 par.1.*

139 Et ratio est, quia actio, & passio in eodem subiecto esse non potest, *l.Vranium.ff. de fideiuss.l. omnibus.ff.de solut.* & tradit Bald. *in l.si Vxor tua. in 2.not.C.de bon.auct. iud.poss.* & hanc conclusionem ampliat Negus.*de pign.in 1. memb. 5. par.sub n.52.vers.quia in hoc,* & per Menoch.*conf. 697. nu. 14.lib.7.* & comprobatur ex doctrina Bald.*in d.l. debitori sub nu. 4.* dum firmat, quod si hic fideicom-
140 missarius, cui fuit ab hærede grauato facta restitutio hæreditatis, non tenetur amplius suum creditum alteri restituere, tunc confunditur actio, & sequitur Purpur.*in d.l.creditori numer.13.* Duen.*in reg.18.amplia.t.2.* Paris.*conf.48.nu. 8.ante fin.lib.3.* refert vt supra, Menoch.*d.conf.667.nu. 14.* vbi etiam dicit, quod eadem est ratio in hoc fideicommissario, quæ est in hærede, & in eum transeunt actiones passiuè, *l.1.in princip.ff.ad Trebellian.*

141 Alter etiam adducitur casus, quando filius hæres à patre institutus absque onere restituẽdi hæreditatem, non poterit donara sibi à patre deducere, nisi confecto Inuentario hæreditatem adiuerit cùm actiones confundantur, vt tradit Paris.*conf.16.num.4. lib. 2.* Roland. *conf.71. num.39.lib.2.* Menoch.*in consi.89.numer. 152.lib.2.*

& d.conf.667.n.14. & fuit secuta Rota diuers. de-
cis.,62.n.:6.par.1.

142 Et confusio huiusmodi locum habet non
solum, quando creditor debitori succedit, sed
etiam si debitor creditori succedit, l. si debitori
de pact. & tradit Castill. de vsufruct. cap.71. nume-
ro 1.

143 Et similiter in solidum fit confusio, si in soli-
dum est hæres institutus, vel pro parte, si pro
parte succedit, dict. l. si debitori, & l. si adulta, C. de
hered. act. tradit Ruland. cons.71.nu.59.lib.2. Bero.
quæst.13. & per Castill. de vsufruct. qu.71.nu.2. cum
aliis successiuè dicendis, licèt aliter esset dicen-
dum in casibus indiuiduis, veluti in seruitute,
vt per Ias. in l.2.§. ex his, n.1. ff. de verb. oblig. & per
Castill. loco citato, num.6.

144 Deinde succedit secunda limitatio ad præ-
sentem conclusionem, quod quando hæres es-
set pro dimidia tantum institutus, & alter pro
altera dimidia, & tunc non censentur confusæ
actiones pro illa dimidia dotis existentis: apud
cohæredem, vt tradit Gozaad. cõs.94.n 46 Ruin.
cons 92. n.4. li. 5. Curt. Iun. in l. debitori, nu.6. C. de
pact. Purpur. nu.29. Dec. in reg.18. fall.1. & seq. Me-
noch. d. cons.667. num.15. vbi ait dicta procedere,
quando ipsemet hæres dominus totius sum-
mæ à defuncto debitæ esset hæres solus insti-
tutus.

145 Tertio limitatur conclusio, quando hæres
vellet agere hypothecaria, quia tunc confusio
per successionem non fit, vt post Bald. tradit A-
lex. in d. l. debitor sub nu.3. C. de pact. & tradit Ne-
gus. in d.2. memb.5. par. num.53. vers. nam ista ratio.
Gozzad. d. cons.94.n.47. Patis. cons.25.n.64.lib.2.

146 Vigesimo cessat etiam Saluianum contra fi-
deiussorem, quando creditor fuit negligens in
exigendo à debitore, qui erat soluendo, & post-
ea decoxerit: quia tunc fideiussor liberatur ab
obligatione, l. fideiuss. r. vbi Castr. post Bart. ff. de
fideiuss. Alciat. in l. decem, nu.7. vbi Ias. nu. 25. ff. de
verb. oblig. Ruin. cons.45.nu.2. & 3. lib.5. Riminald.
Sen. cons.641.nu.3. lib.4. Menoch. cons.719. num.46.
lib.8. & hoc casu contra dictum fideiussorem
Saluianum minimè experiri poterit, cessante a-
ctione.

147 Vigesimo primo quæritur, quando Saluia-
num cessare dicatur si census impositus esset su-
per Domo, quæ in totum, seu in partem periit,
an in totum, seu in partem pereat census, & sic
etiam in parte, vel in totum Saluianum, pro cu-
ius intelligentia distingue, aut loquitur in casu,
& in terminis iuris communis, & si in parte pe-
rimitur domus, supra qua impositus est census,
& tunc si alia pars remanens sit capax, & susti-
nere possit onus dicti Census, tunc non perit
census, nec in totum, nec in partem, vt tenuit
* Rota coram Cardinali Millino in vna Romana
Census 31. Octobris 1602. in fine operis decis.187.
num.2.

148 Et est ratio, quia per impositionem census
non venditur res neque transfertur dominium
illius rei in emptorem, sed ius percipiendi cer-
tam quantitatem fructuum ex illa re, & consti-
tuitur ius quoddam distinctum, & separatum
ab ipsa re, vt per Couar. lib.3. pract. quæst. cap.7. nu.
8. Gabr. cons.148. in princip. lib.2. Aymon cons.217.
sub num.4. & per Rot. in d. decis. Romana census
* coram Cardinali Millino n.2. & propterea non
est attendenda peremptio partis domus, si resi-
duum sit capax illius oneris, ex supra alleg.

149 Verùm si tota domus periret, tunc etiam
census in totum euanesceret, vt dicitur in d. de-
* cis. Romana census coram Cardinali Millino,
& in alia coram R.P.D. Penia in vna Vrbeue-
* tana census 31. Maij 1591. in fine operis decis.279.n.
* 1. & per Cardinalem Seraphinum in vna Cala-
* guritana census 28. Ianuarii 1602. in eius lib. decis.
1418. num.4.

150 Secunda est ratio, quia census non consti-
tuitur super certa parte domus, sed super domo
simpliciter, & ideo donec superest tanta pars
domus capax ad tale onus, non potest dici cen-
sus peremptus prout de seruitute dicitur, quan-
do in parte perit fundus, super quo imposita
151 est, si tanta pars remanet, quæ sit sufficiens ad
præstandam seruitutem, vt per Bart. in l. stipula-
tiones non diuiduntur. nu.3. de verb. oblig. & ita ha-
* betur in d. decis. Romana census coram Cardi-
nali Millino nu.12.

152 Tertio comprobatur ex eo, quod dicitur de
emphytheusi, quæ si in parte periit, ita quod
ex ea tanta remaneret pars, ex qua tanta exiga-
tur pensio, quæ sit sufficiens pro solutione ca-
nonum, tunc totum debetur canon, aliàs non,
vt per Bart. in l.1. num.4. vbi Ias. num.15. & 77. C. de
iur. emphyt. & tradit Specul. de locat. §. nunc ali-
qua. quæ.134. num.160. Corb. de iur. emphyt. de can.
priu. ob non solut. can. limit.32. nu.1. & per Rotam in
* d. decis. Romana census coram Cardinali Mil-
lino num.6.

Verumtamen licèt essemus in casu disposi-
tionis Bullæ Pij V. d. forma creandi cẽsus, quia
Rota resoluit, vt dictum est, quod licet fundus
census sit peremptus, tamen si pars non perem-
pta est sufficiens pro solutione fructuum, tunc
census non perimitur, quia verba constitutionis
expresse non dicunt, quod perempta parte do-
mus census cessat, & pereat pro rata, sed intel-
ligenda sunt, quando res in parte perempta, &
in totum redderetur infructuosa, & non esset
capax pro solutione fructuum, vt declaratur in
* d. decis. coram Cardinali Millino Romana cen-
sus num.8. vers. non obstat.

153 Aduertendum tamen est, quod si in totum
domus esset diruta, ita quod ex supra deductis
census etiam esset peremptus, si postea debitor
census eandẽ domũ reædificaret, nõ ideo hypo-
theca, & cẽsus reuiuisceret, quia aliud est relax-
154 cire, aliud de nouo facere, iux. doctrinã Ias. in l.
ius ciuile, nu.15. ff. de iustitia, & iure, & clarius per
Rip. in l.1. sub n.4. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth.
contrahit. & per Nauarr. de vsur. qu.25. n.118. prout
declarat Card. Seraphin. decis.1418. nu.4. & nu.10.
& aliàs deduxi in materia melioramentorum
supra in 3. Inspect. cap.4. & propterea cessare et-
iam Saluianum.

155 Vigesimo secundo dicitur cessare etiam Sal-
uianum si opponatur exceptio implementi quę
dicitur exceptio litis finitæ, & impedit litis in-
gressum.

156 Vnde qui vigore contractus in Saluiano a-
gere intendit, debet prius docere se adimple-
uisse, aliàs non auditur, l. Iulianus. §. offerri, vbi
Doct. de act. empt. & per Ias. cons.216. sub nu.1. vol.
2. Aymo. cons.151. nu.10. & cons.192. num.16. Rolan.
cons.69. num.13. volum.4. Bero. cons.15. num.16. lib.3.
Menoc.

Menoc.*conf.*l.nu.165.*vol.*1.Honded.*conf.*86.*nu.* 15. *vol.*1.Dec.*conf.*45.*nu.*6.Put.*decis.*357.*lib.*1. Caputaquen.*decis.*252.*lib.*1.*in impress.*&Rota *diuers decis.*97.*nu.*6.*part.*2.& iterum dixit in vna Romana duorum millium coram Illustrissimo Seraphino Venetis 19.Martij 1574. *in eius lib.impress. decis.*225.*nu.*1.

Nam licèt exceptio huiusmodi non impediat ortum obligationis, impedit exercitiū, & illius executionem, vt tradit Dec.*in l.filia licet.nu.*4.*in fi.C.de coll.*Menoch.*in consi.n.*367.*& cons.*55.*nu.*4. Rot.*diuers.decis.* 576.*n.*11.*par.*1.

157 Quod procedit etiā si ageretur obligatione Camerali, vt per Gallesi.*ad* 4.*par.oblig.Camer.q.* 3.*n.*7. Aym.*d.consi.*151.*n.*10.& fuit receptum in Rota in vna Romana affictus, seu damnorum corā Illustrissimo Mantica 2. Aprilis 1593.*in fine operis decis.*90.*n.*1.

158 Et propterea dicitur, quod in contractibus nominatis per huiusmodi exceptionem non fit resolutio contractus, sed cogi debet ad implementum, *l. inciuile.* vbi Bar.Bald. Salic. Paul. de Castr.*C.de rei vend.*& per Alciat.*consi.*10. *n.*4.*lib.* 8. & dixit Rota coram Aldobrandino in vna Romana de Odeschalchis 1582.*in calce operis decis.*280.*n.*1.& in alia coram R.P.D.Otano in vna Romana Vineæ Veneris 3.Aprilis 1593. *in fine operis decis.*281.*in princip.*

Secus tamen esset si expresse in cōtractu hoc fuisset expressum, quia tunc resoluitur contractus, vt declaratur in d.Romana Vineæ *n.*2. vbi adduxit Alciat.*dict.consi.*10.*n.*1.*lib.*8.& per Seraph.*dec.*209.*ante fi.par.*1.

159 Prout etiam videmus, quod in contractu societatis officij ob non adimplementum in præstando fideiussionem promissam in euentu absentiæ, seu mortis alicuius ex fideiussoribus datis esset restitutioni locus sortis principalis, nam eo casu decedente vno ex fideiussoribus, si in termino conuento fideiussorem idoneum dare

160 noluerit, tunc societas dicitur dissoluta, & erit restitutioni locus, & per mortem socij non lucratur, iuxta doctrinam Alexand. *in l. si insulam in* 16.*fallent.ff. de verb. obligat.* Corn.*consilio* 101. *numer.*34.*libr.*2.Put.*decisi.*1.*vlt.in.de transact.* Mohed. *decisio.* 26. & ita fuit in Rota resolutum, vt per Seraph. *decisi.* 225. *part.* 1. & fuit resolutum coram R.P.D. Penia in Romana pecuniaria Lunæ 2. Decembris 1596. *in calce operis decisio.*305. *numero* 1. & hoc idem fuit comprobatum coram Illustrissimo Lancellotto in Romana Societatis officij 2. Iunij 1608. *ibidem decisio.* 307.*num.*2.

161 Et ratio est, quia non præstando fideiussores dicitur contrauenire in eo, quod fuit causa finalis contractus societatis, sine qua non esset aliter creditor contracturus, quo casu contractus nominatus resoluitur ob non adimplementum, vt per Salicet.*in l.cum te sub nu.*1. *C. de pact. inter emptor.& vend.*Corn.*consi.*101.*sub nu.* 7. *lib* 1. Aym.*consi.*299.*nu.*1.Becc.*consi.*45.*nu.*2. & 29. Rol. *consi.*69.*num.* 40.*lib.*4. & in his terminis declarauit Rota coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto in d.Romana Societatis officij *in fine operis dec.*307.*n.*9.in qua decisi.ad multa in contrarium adducta respondetur.

162 Nec quis lucrum consequi debet ex contractu, quem non adimpleuit, *l.Iulianus.§. offerri ff. de actio.empt.& vend.*Dec.*in l.cum proponas n.*4.*C.de pact.*Gozzad.*consi.*1.*num.*1.*& consi.*31 *n.* 4. & declaratur in dict.decisi.coram Cardinali Seraphino *n.*2.& in dict.Romana pecuniaria coram R. P. D.Penia *num.*2.& hoc casu esset locus Saluiano pro recuperatione dictarum pecuniarum sortis principalis stante dicto instrumento cum obligatione omnium bonorum.

163 Nec aduersatur, quod habetur in Romana Societatis officij 2. Aprilis 1601. coram R. P. D. Iusto *in fine operis dec.*307.dum dicitur, quod societas solo consensu perficitur, non potest officialis non adimplendo ab ea recedere.

164 Quia in eo casu ante mortem erat adimpletum pactum, vt in ea legitur *num.* 7. *ante finem,* immo *in dicto num.*7.confirmat hanc opinionē, & decisionem prædictam coram Card.Seraphino factam 225.vbi etiam habetur, quod non erat necessaria interpellatio curationibus ibi adductis.

165 Secundo Amplia procedere etiam si adesset statutum prohibens omnem exceptionem, quia ista semper obijci posset, vt per Bald. *in l. prædiis num.*1.*C.de euict.*Rom.*consi.*344.*num.*5. *versic. primo enim.* Aym.*d.consi.*151.*num.*10. Roland.*consi.* 54.*num.*33.*volu.*1.*& consi.*69.*nu.*14.*volu.*4.Corn. *consi.*245.*sub num.*1.*in fi.lib.*4. Menoch. *dict. consi. num.*367.

166 Tertio Amplia, quod exceptio huiusmodi non tollitur per impedimentum, tradit Alex.*in l.filia licet.sub numer.*3.*C.de coll.*Aym.*d.consi.*151.*sub num.*10.*vers.& adeo agere.* Menoch. *d.consi.* 1.*num.* 467.*in fine.*Dec. *in l. cum proponas la seconda num.* 4.*C.de pact.*Rot.*diuers.decis.*476.*num.*9.*par.*1.&in d.decisi.coram Illustrissimo Seraphino Romana duorum millium *in eius lib.impress.decis.*225.*ante fin.*

167 Quarto Amplia, quod talis exceptio potest etiam aduersus sententiæ executionem opponere, vt per Aym.*d.consi.*151.*sub n.*10. *vers.quia exceptio.* Corn.*consi.*79 *sub n.*6 *lib.*1.Gemin.*consi.*149. *sub n.*1.*vers.quia immo.*Menoch.*d.consi.n.*367. & ita fuit receptum in Rota coram R.P.D. Manzanedo in Romana prædii fundaci Veneris 1.Iunii 1607.*in fine operis dec.*162.*n.*2.*&* 3.vbi agebatur in iudicio appellationis.

168 Quinto Amplia procedere etiam si in vno nummo defecisset, Bald.*in l.pacta conuenta num.* 1.*ff.de contr.empt.*Iaf.*in d.consi.*216.*sub nu.* 1. *vers.in tantum, quod si vnus contrahentium volum.*2.Natt. *consi.*763.*num.*19.*volum.*4.Rol.*consi.*53.*num.* 29. *vol.* 1.*& dict.consi.*69.*num.*6.*volum.*4.Rub. Alex.*consil.* 30.*num.*2.*in fi.& num.*3.Brun.*consil.* 48. *numer.* 10. Gabr.*de transact.conclusi.*1.*num.*4. Menoch. *consi. num.*368.& in dict.decisi.Romana prædii fundaci coram R.P.D. Manzanedo *num.* 2. & in alia coram Cardinali Millino in vna Romana hæreditatis 24.Nouembris 1595.*in fine operis dec.*282. *num.*4.

169 Quoniam hoc casu sola verbalis oblatio de residuo sufficeret ad hunc effectum, ne diceretur esse in mora, vt tradit Natt. *consi.*631. *sub num.* 2.*vers.ad prædicta,*& tenuit Rota coram R.P.D. Otano in vna Romana Vineæ 13. Nouembris 1598.*in fine operis decis.*267.*num.*3.cum aliis supra deductis.

170 Et aduertendū quod si quis multa bona vēdiderit, vel Casale rub. 110. pretiumque medie-

tatis dicti Casalis manualiter, & in contanti receperit: residuum verò emptor in locationem tenere promiserit, secuta tot pro quolibet centenario in recompensa fructuum percipiendorũ quolibet anno soluere promiserit: Nam hoc casu licèt venditor pro parte sua in totum non adimpleuerit, veluti quia omnia bona vendita non consignauerit, nõ ideo prohibetur fructus pro rata pretij non soluti petere, scilicet pro ea rata quæ fuit tradita: non quidem tanquam vsuræ, nec etiam ex mora, sed rei propter persecutionem, quæ deducitur ex æquitate iustitiæ commutatiuę, quæ consistit in æqualitate, vt bene declarat Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 4. sub nu. 1.* & diffusè per Surd. *cons. 101 sub num. 20. & 23. & seq. lib. 1.* vbi dicitur, quod debentur ex æquitate, *l. curabit de actio. empt. & vendit.* aliàs resul-
171 taret, quod emptor fructus lucraretur cum iactura venditoris, & resultaret illa inæqualitas, quod ex eodem instrumento vnus sentiret commodum, & alius incommodum, & ita tenet Bal. *in l. 2. sub num. 4. vers. in contrarium, C. de vsur.* qui loquitur in terminis, quando quis est obligatus
172 præstare cautionem, & non præstitit, vel non tradit possessionem liberam, & tradit Soc. Sen. *cons. 176. nu. 4. vers. prim. o pro ea vol. 2.* Dec. *cons. 119. sub nu. 5. vers. sexto adduci potest.* Parit. *cons. 60. n. 19. vol. 1. cum aliis relat.* per Surd. *loco citato,* vbi ad contraria respondet.
173 Et hoc casu Saluianum intentari non potest cum pro dictis fructibus nulla competat hypotheca cùm fidem habuerit de precio, per tex. *in l. 1. in fin. & l. seq. ff. de reb. eorum,* & tradit Bald. *in l. vlt. nu. 2. C. commod. & seq.* Illustrissimus Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 2. nu. 7.* & sine hypotheca non datur Saluianum Interdictum, vt pluries fuit deductum, licèt in subsidium pro residuo pretij habet recursum contra rem venditam, Anchar. *cons. 184. in fin.* & Mant. *loco citato, nu. 8.*
174 Sexto Amplia procedere etiam si instrumentum fuerit iuratum, vt per Ias. *in d. cons. 226. sub nu. 1. vers. ista procedunt,* Roland. *d. cons. 54. nu. 30.* Dec. *in dict. l. cum proponas la secunda, numero 5. C. de pact.*
175 Verùm Menoch. *d. cons. 1. nu. 371.* dixit necessariam esse interpellationem, aliàs non prohiberetur agere, & pro hoc adducit Aret. *cons. 149. sub nu. 1. vers. ut tamen non obst.* & Corn. *cons. 102. nu. 5. vol. 3.* quibus adde Soc. *in l. 2. §. voluntatem, nu. 20. & 21. ff. solut. matrimon.* Bauer. *de mora, par. 2. num. 21.* Alciat. *in l. quod te nu. 42. vers. sic existimauerim, & nu. 43. & 44. ff. si cert. pet.* & dubitatiuè loquendo Gomes. *in §. item si quis postulante, nu. 10. Instit. de act.*
176 In contrarium tamen stante iuramento, veluti si quis iurauerit aliquem defendere, teneri ad illius defensionem etiam si non requisitus sciat illum esse molestatum, & suo indigere auxilio, tenent Butr. Imol. Anchar. Abb. & alij *in cap. breui de iur. iuran.* Ias. *in d. l. quod te, nu. 22.* Dec. *ibi in repetit. n. 43.* Roland. *cons. 35. n. 22. lib. 2.* qui alios alleg. & quamplures refert Rot. *diuers. decis. 69. n. 2. par. 2.* vbi hanc partem tuetur, & magis communem affirmat, & numero, & auctoritate Doctorum validiorem, & magis communem esse negari non potest.
177 Et præsertim, quando est facta pro certa die, seu certo tempore, cùm illud interpellet pro homine, *l. magna, C. de contrah. & commit. stipulat.* & de communi attestatur Rip. *in l. 4. §. Cato nu. 59. de verb. oblig.* Gozzad. *cons. 27. nu. 10.* Gabr. *de solut. concl. n. 9.* vbi ponit ampliationem, & limitationem, & per Rot. coram Orano in vna Roma-
* na fructuum dotis 15. Nouembris 1596. *in fine operis decis. 284. n. 4.*

Sed quia non omnes pro negatiua loquuntur, quando adest iuramentum in obligatione: ideo pro concordia dicendum est, quod aut promissio est facta cum iuramento, & promissor
178 sciebat defensione indigere, & eo casu non est necessaria interpellatio, & in his terminis loquuntur Doct. *in d. decis. 69.* relat. & latè per Roland. *cons. 77. nu. 19. lib. 1.* Corset. *de iure. & eius priuil. q. 8. n. 31.* & per Gozzad. *cons. 27. n. 10.* Ioseph. Lud. *decis. 90. nu. 13.* Gabr. *de iur. iuran. concl. 2. cum ibi relat.*
179 Aut verò promissor ignorabat molestias, & tunc requiritur interpellatio, & ita intelligunt omnes Doct. *in d. cap. breui,* & Dec. *in d. l. quod te,* dum dicunt si sciat, & alij Doct. supra allegat. sub ista conditione loquuntur, etiam Rot. *in d. decis. 69. num. 6.* dum dicit si sciat illum patrocinio suo indigere. & in his terminis loquitur Alexand. *cons. 69. lib. 5. vers. qui fuit originarius huius opinionis.* quod non requiratur interpellatio, dum dicit si non defendit non ei imputandum est si molestiæ non fuerint notificatæ, cùm iusta fuerit ignorantia.
180 Item subdistingue, aut quis est obligatus soluere, vel dare quantitatem, & hoc casu non est necessaria interpellatio, aut verò est obligatus ad aliquid faciendum, & tunc est necessaria interpellatio, & ita distinguit Bart. *in d. l. quod te sub nu. 13. vers. & hac vera solutio,* & ita etiam confirmauit Alex. *ibi nu. 9.* & Dec. *in repetit. d. l. quod te num. 54.* & hanc esse magis communem attestatur ibi Rip. *sub nu. 52. vers. sed nunc opinio Bart.* & idem affirmat Purpur. *num. 63. in fin.* Zas. *num. 38* Curt. Iun. *nu. 37.* & eo magis procedit si pœna fuerit adiuncta si factum non fuerit, quia pœnalis stipulatio non committitur, nisi qui facere
181 debet fuerit interpellatus, vt per Aret. *d. consil. 149. sub numer. 1. in fine. versicul. dico igitur.* Mantic. *de tac. & ambig. conuent. libro 14. titul. 42. numero 10.*
182 Aut verò promissio est facta sine iuramento, & eo casu necessaria est interpellatio, & in his terminis loquitur Aret. *d. cons. 149.* Corn. *cons. 102. num. 5. volum. 3.* Menoch. *dict. consil. 1. numero 171.* & ita declarauit Ios. Gutter. *de contract. iurat. cap. 56. nu. 12.*
183 Et idem est, quando quis ignorauit se teneri, prout declarat Alciat. *in d. l. quod te num. 37.* quod procedit etiam si adest iuramentum: nam videmus, quod licèt quis promiserit aliquem à molestiis liberare, & litem in se suscipere cum iuramento, tamen est necessaria intimatio mole-
184 stiarum, nisi venditor sciuerit, vt bene declarat Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 17. n. 3. & 4.* Rip. *in cap. cum M. Ferrarien. num. 166. de constit.* & tenuit
* Rot. coram Illustrissimo Blanchetto in vna Anconitana terrarum Lunæ 10. Aprilis 1581. *in fine decis. 283. n. 2. & seq.*
185 Immo, quando non est appositum iuramentum non solum est necessaria interpellatio, sed etiam

etiam est necesse, quod in interpellatione exprimat diē in qua vult recipere solutionē, aliàs nō constituitur in mora, vt tradit Alex. in cons. 33. nu. 9. per tex. in l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi, aut clā. cum alijs supra allegat. & tradit Afflic. decis. 316. num. 4.

186 Septimo Amplia, quod exceptio ista est adeo fauorabilis, quod Iudex potest ex officio supplere parte non opponente, vt per Rom. consi. 244. sub n. 5. vers. breuiter respondetur, & per Aym. d. cons. 151. sub n. 10. vers. & adeo.

187 Octauo Amplia, quod ista exceptio obstat non solùm principali, sed etiam cessionario, vt declaratur in d. decis. Romana prædij fundaci * coram R. P. D. Manzanedo nu. 3. & in alia coram * R. P. D. Iusto in vna Romana Appaltus 15. Ianuarij 1596. in fine operis deci. 285. vbi loquitur in successione cessionarij.

188 Limita modo principalem conclusionem, quando ex diuerso Instrumento diuersam continente obligationem ageretur, vt ex multis tradic Gabr. de action. conclus. 2. num. 16. Cephal. consil. 43. num. 42. vol. 1. & dixit Rota coram Illustrissi* mo Ludouisio in vna Romana melioramentorum Lunæ 16. Ianuar. 1612. in fine operis decis. 286. num. 1.

189 Vbi expresse dicitur, quod talis exceptio nō potest opponi, nisi quando agitur vigore eiusdem contractus.

190 Secundo limita, quando ageretur contra diuersas personas, iuxta doctrinā Bar. in l. 1. §. vnde quæritur, vbi Doct. ff. de public. Alex. in l. ædi: a a: ctio. sub n. 16. vers. sed. Paul. de Castr. C. de eden. & per Gabr. loco citato nu. 17.

191 Tertio limita, quando ageretur vigore instrumenti, in quo daretur electio, vt per Rip. in l. serui electione. ff. de leg. 1.

192 Quarto limita, quod facta oppositione, & lite contestatā non est amplius locus implemento, Aym. d. consi. 92. nu. 16. & consi. 246. n. 5. post med. vers. & posito q. d. velle. Surd. cons. 157. num. 30. volum. 2. cum ibi alleg. & hoc procedit etiam si offeratur interesse partis, vt declarat Rip. in dict. l. si insulam nu. 23. & 24. de verb. obligat. & pro hac parte est decis. Guid. Pap. 123. in princip. Thesaur. decis. 212. num. 6.

193 Verùm hæc opinio reprobatur à Corbulo de iure emphyt. in tit. de caus. priuat. ob non solut. can. num. 21. & seq. vbi quatuor refert opiniones, & tandem arbitrio Iudicis relinquendum esse cōcludit n. 25. tamen, quod ante sententiam mora purgari possit tenet Gabr. cons. 75. nu. 7. lib. 2. vbi ampliat procedere etiam statim lata sententia celeri satisfactione. Thesaur. loco citato, & pro hac parte tenuit Rota in dict. decis. Romana * prædij fundaci coram R. P. D. Manzanedo in fine operis decis. 168. vbi non solùm post sententiā, sed etiam pendente iudicio in secunda instantia opponi posse dicitur, vt ibi sub nu. 1.

194 Quinto limita, quod stante dicto iuramento similiter non est locus purgationi moræ, l. si quis maior. vbi Bar. num. 11. Cagn. & omnes Doct. C. de transact. & per Rip. in d. l. si insulam n. 9. vbi Alex. n. 56. de verb. oblig. qui de communi attestatur, Rom. cons. 437. nu. 9. & idem Rom. sing. 449. Viu. opin. 522. n. 6. qui etiam communem dicit, Ioseph. Lud. decis. 9. nu. 11.

195 Tamen de iure canonico etiam vbi adest iuramentum, quando ius partis non sit factum deterius datur purgatio moræ, ca. apud misericordes 32. q. 1. Hostien. in cap. dilecti, nu. 13. versi. si aliqua partium, vbi Butr. Imol. de arbitr. Alex. in l. si quis maior nu. 7. in fin. & ibi Ias. num. 26. in fin. Parpalia, nu. 77. Cagnol. num. 195. C. de transact. & per Aleiat. in ead. in l. si quis maior num. 58 vers. in commodo, vbi ait hanc esse receptiorem, Dec. consil. 138 nu. 7. vers. hoc idem. Grat. cons. 79. nu. 11. li. 1. Bero. cons. 120. sub nu. 20. vol. 1. Viu. opin. 522. nu. 9. Caputaquen. decis. 250. lib. 2. Rot. diuers. decis. 277. nu. 5. par. 2. & iterum tenuit Rota coram Illustrissi* mo Seraphino in vna Romana de Menellis, Veneris 19. Nouembris 1582. in eius lib. impress. decis. 170. num. 3. & in d. Romana hæreditatis coram * Cardinali Millino num. 5. vbi aliæ deducuntur decisiones.

196 Hoc tamen procedere dicitur in emphytheusi Ecclesiæ non autem priuati, & ad hoc vide tradita per Bero. in cap. potuit num. 137. de loc. Gozzad. d. cons. 57. sub num. 18. vers. sexto, & de hac materia latè vide per Bero. d. cap. potuit, num. 137. & num. 138. de loc. Surd. consil. 97. numero 32. volum. 1.

197 Sexto fallit, quando in contractu adest pactum relatiuum, quia tunc non datur purgatio moræ, vt per Alexand. in d. l. si insulam num. 43 & ibi Rip. n. 16. de verb. obligat. Bald. in cap. 1. in princip. quo temp. mil. Cephal. cons. 25. nu 26. Grat. cons. 93. nu. 51. vol. 1. Put. decis. 66. in princ. lib. 3. Caputaq. decis. 155. par. 2. in impress. Rot. diuers. decis. 572. nu. 3. par. 1.

198 Septimo fallit, quando esset renunciatum purgationi moræ, vt per Ang. in d. l. si insulam, n. 10. vers. quinto fallit de verb. oblig. vbi ait procedere tam ex parte actoris, quàm rei, & tradit ibi Alexan. nu. 23. Rip. num. 117. Salic. in l. magnam nu. 4. C. de contrahen. stipulat. Gozzad. cons. 57. num. 19. Cephal. cons. 25. num. 46. Corbul. de iur. emphyt. d. tit. de cau. priu. ob non solut. can. nu. 12. Afflict. decis. 174. num. 4.

199 Octauo fallit, quando mora esset geminata, vt per Rip. in d. l. si insulam nu. 77. & 110. Gozzad. d. cons. 57. sub nu. 18. vers. quarto quoties. Bero. d. cons. 120. nu. 21 Viu. d. opin. 522. nu. 8. Cephal. cons. 15. n. 2. Senat. Pedem. decis. 71. nu. 7. vbi latè hanc materiam deducit Capic. decis. 19.

200 Nono fallit, quando adesset clausula, rato manente pacto, vt per Alexand. in d. l. si insulam, nu. 31. vbi latè per Rip. nu. 8. Gozzad. d. cons. 57. sub num. 13. vers. quarto quoties. Corbul. in d. tit. de cau. prin. ob non solut. can. nu. 16. Afflict. decis. 174. nu. 4. Ioseph. Lud. decis. 90. n. 19. & 21.

201 Contrarium tenet Bart. in dict. l. si insulam. quam communem esse testatur Corbul. loco citato, sed concordando has opiniones distingue, vt per Rip. in d. l. si insulam sub nu. 80. cum seqq. & per Corbul. loco citato.

202 Decimo fallit, quando esset adiecta dies, & pœna in solutione, quia tunc mora purgari non potest, & dies esset certa, secus si tacita, vt declarat Alex. in d. l. si insulam nu 15. & ibi Ias. eod. n. 15. Rip. num. 44. Surd. cons. 97. n. 13. vol. 1. Senat. Pedem. d. decis. 71. nu. 7.

203 Sed post lapsum terminum à lege datum mora purgatur, non autem quando esset datus ab homine, de quo latè per Rip. in d. l. si insulam nu.

91.Senat.Pedemont.*d.decis.72. nu.63.& 64.* Surd. *cons. 97. num.* 14. quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine, & potentior est mora quæ causatur ex lapsu termini præfixi ab homine, quam à lege, vt declarat Sur.*d.cons.97.n.*14.Rip. *loco citato,vers.quę ratio cessat.*

204 Vndecimo fallit, quando executio esset facta à iure,vel ab homine, vt tradit Bart. *in d.l.si insulam in 4. quæst.* & ibi latè per Alexand.*num. 32.& 33.*& tradit Rip.*in d.l.si insulam,num.*85. bene per Roman.*cons.432.num.*8. Aym.*cons.216.nu.* 21. Caputaq. *decis.234. lib.2.in impress.* & tenuit
* Rota coram Cardinali Pamphilio in vna Romana deuolutionis Vineæ 26. Martij 1599.*in fine operis decis.287. num.* 2. tamen contrarium est supra deductum.

205 Duodecimo fallit,quando executio esset facta ipso iure, vel ipso facto, vt post Bart. tradit Alexand.*in d.l.si insulam,num.*33. Rip.*num.*85.Ias. *num.*32.

206 Decimo tertio fallit, quando esset facta vera, & omnimoda nouatio eius obligationis,in cuius præstatione quis commisisset moram, quia eo casu non datur purgatio moræ, cùm per talem nouationem, prima in totum transfundatur in secundam, vt latè per Alexand. *d l. si insulam,num.*26. Rip. *num.*54. vbi ait hanc esse nouationem cumulatiuam non extinctiuam,vt per Ias.*ibi num.*10.*in fine.*

207 Et quando Actor moram purgare possit,vide per Bart. & Alexand. *in dict. l. si insulam,num.* 44. vbi quatuor deducit conclusiones, & ibi per Ias.*num.*39.Rip.*num.*102.

208 Alias verò limitationes, vide per eosdem Doctores *in dict. l. si insulam*, quas breuitatis causa omitto, ne nimis morosus videar, ac etiam, quia in præsenti Inspectione deductum fuit quibus ex causis Saluianum cessat. Vnde cessare quoque debet Auctor in hoc opere conficiendo,& finem imponere prout impono.

FINIS.

DECI-

DECISIONES SACRÆ
ROTAE ROMANAE
HACTENVS NON IMPRESSÆ, IN
PRÆSENTI TRACTATV
DE SALVIANO
INTERDICTO
DEDVCTÆ.

CVM DVPLICI INDICE, TAM DECISIONVM
per numerum, quàm materiarum, & rerum notabilium.

Cc 4

INDEX DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

IUXTA NUMERUM IN PRÆSENTI TRACTATU Saluiani Interdicti deductarum.

A.

B.

C.

E.

R.

S.

T.

DECISIONES SACRAE
ROTÆ ROMANÆ HACTENVS NON IMPRESSÆ,
QVÆ IN PRÆSENTI TRACTATV Saluiani Interdicti deductæ fuerunt.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Fauentina Legati 24. Nouembris 1589.

SVMMARIVM.

1 *Extrema in Saluiano probantur ex depositione testium deponentium de possessione tempore obitus, & quod hodie detinentur per reum conuentum.*
2 *Saluianum competit pro legato, reprobata opinione Sarmien.*
3 *Saluianum datur pro legato, quia pro eo datur hypotheca, & nu. 4.*
5 *Saluianum datur contra quemcunque possessorem.*
6 *Saluianum præscribitur spatio 30. annorum prout alia interdicta.*
7 *Legitima retentio, requirit altiorem indaginem.*
8 *Exceptio dominij admittitur in hoc iudicio, in continenti probata, vel probanda.*

DECISIO I.

FVIT resolutum D. Collonello hæredi Meldinæ dandam esse immissionem in omnibus, de quibus agitur ex vtili Saluiano Interdicto, quia per transitum Meldinæ ad secunda vota fuit factus locus legato, per Bartholomæum sibi facto in eius vltimo testamento, & ex testibus examinatis, constat Bartholomæum tunc bona tempore obitus possedisse, & hodie per D. Ca-
1 millum detineri, quæ fuint requisita in hoc Iudicio, Bar. *in l. 1. nu. 3. ff. de Salu. Interd. & in l. 1. vbi glos. C. eod. tit.* Arct. *in §. item Seruiana nu. 9. Inst. de act.* Afflic. *dec. 383. nu. 6.*

2 Pro legato autem huiusmodi interdictum competere, reprobata opinione Sarmient. *in tract. de red. Eccles. par. 3. c. 2. n. 21.* & Menoch. *in 3. remed. adipisc. nu. 31.* pluries resoluit Rot. Palcott. *deci. 321. in Foroliu. bonorum*, & fuit dictum in causa Vrbeuetana Legati coram Illustrissimo Blanchetto 9. Ianuarij 1587. & in alia Strigonien. Legati coram Illustrissimo Platto 20. Iunij 1588. & aliàs sæpius.

3 Idque ea ratione, quia cũ notissimum sit pro legato competere hypothecariam, *l. 1.* vbi Ias. *n. 4. C. comm. de leg.* tradunt omnes *in l. 1. ff. de leg. primo*, debet etiam competere Saluianum, quod
4 regulariter datur, vbicumque datur hypotheca, Arct. *in dict. §. item Seruiana n. 8. & seq.* Neguf. *de pign. in 3. memb. 8. par. n. 19.*

Non obstat, quod dicitur agendum esse contra Dominos de Passijs substitutos Meldinæ in euentum transitus ad secundas nuptias, quibus incumbit onus soluendi hoc legatum: quia verum esset, si ageretur actione personali; secus in hoc casu vbi proceditur vigore vtilis Saluiani
5 Interdicti, quod dicitur in rem scriptum, & datur contra quemcunque possessorem, glos. penultim. *in l. 1. C. de prec.* Neguf. *de pign. par. 2. mem. 4. num. 133.* cum aliis relatis per Menoc. *in remed. 3. num. 55. quæst. 7.*

Non obstat lapsus triginta annorum ex aduerso allegatus in causa Sarsinaten. Comitatus, quia ibi agebatur remed. *l. fin. C. de edic. Diu. Adr.*
6 *toll.* secus in interdicto Saluiano quod requirit spatium triginta annorũ prout alia Interdicta.

Quæ dicuntur ad ostendendum Camilli dominium in istis bonis, vel non admittuntur in hoc iudicio, cùm requirant altiorem indaginẽ, vt retentio legitimæ, quæ potest retineri in aliis bonis hæreditariis Bartholomæi in euentum,
7 quod non fuit detracta, super quo pendet lis coram R.P.D. meo Giprio: vel non iustificantur pro parte Camilli, & acquisitiones horum bonorum factæ per Camillum nomine proprio, ac impensa funeris, & anterior hypotheca ratione dotis, quæ non probantur in actis. licèt si probarentur, essent particulariter discutienda, antequam ad immissionem procederetur, quia in hoc iudicio admittitur exceptio dominii in continenti probati, vel probandi, Gozzad. *consi. 7. nu. ero 2.* Palcot. *d. decisio. 321.* Put. *decisio. 54.* fuit resolutum in vna Signin. *libr. 2. & decisi. 233. & 243. lib. 3. cum pluribus aliis*, quæ possunt adduci.

R. P. D. ORANO.

Romana executionis sententiarum in causa Romana de Brunis die Mercurii 11. Decembris 1591.

SVMMARIVM.

1 *Pignora in executione capta veniunt subhastanda, & non reperto emptore, creditori pro iusto pretio adiudicantur.*
2 *Dominium transfertur in actione personali per sententiam adiudicatoriam, sequuta traditione, quando actio, & sententia ad hoc tendunt.*
3 *Iudicis factum, qui adiudicant rem creditori, non di-*

citur factum partis.

4 *Fructus vigore Saluiani percepti, non dicuntur sui tanquam sibi debiti, nisi bona, & ipsimet fructus essent in obligatione, & nu. 5.*

6 *Fructus non imputantur in sortem, quandiu res pignori supposita est pro ea summa, quam valet.*

7 *Ratio est, quia tunc pignus præsumitur constitutum animo non reluendi.*

8 *Saluianum auocat solam possessionem, & temporalem.*

9 *Agens ad recuperationem rei, dicitur fateri se non esse dominum.*

DECISIO II.

DOmini resoluerunt non esse procedendum ad vlteriorem executionem sententiarum, de quibus in dubio, nam quantum attinet ad sententiam Auditoris Cameræ nihil venit exequendum, cùm ea sententia simplex graduatoria, in qua etiam si legatur apposita clausula, cùm adiudicatione creditoribus bonorum debitoris, tamen nihil operatur, ex quo id fieri potuerit præuia æstimatione pro concurrenti quantitate crediti, *l. pro debito. C. de bon. auth. iudic. poss.* Ordo enim à iure datus, & passim in Aula iudiciaria receptus est, quod quando facienda est adiudicatio rerum hypothecatarum, quod pignora capta subhastan-
1 tur, & non reperto emptore, creditori pro iusto pretio adiudicantur *l. ord. C. de exeq. rei iud. l. à diuo Pio §. si pignora,* & ibi Doct. *de re iud.* Socin. *consi. 37. nume. 9. lib. 7.* Afflict. *decis. 358. numer. 8.* latè Aym. *in prax. §. 7. limit. 9. num. 10.* cùm igitur à Palauicinis hic ordo fuerit neglectus, & simpliciter petita immissio in possessionem vineæ ex Saluiano, ac eis de illius fructibus satisfieri, frustra petunt deueniri ad executionem sententiæ.

Nam prætextus, quod in personali actione per sententiam adiudicatoriam transferatur domi-
2 nium sequuta traditione, vt per Bar. *in l. ex hoc iure nu. 6.* & ibi Bal. *nu. 7.* Ias. *nu. 4. de iust. & iure.* Fel. *in c. venerabilis. nu. 13. de præscript.* non procedit, nisi quando actio, & sententia ad hoc tendunt, vt dicit Bald. *eo loco.* intentio autem partis, & iudicis non potest iudicari fuisse aliter, quàm vt cognosceretur, in quo gradu creditorem heredis Ioannis Petri essent Palauicini cõstituendi: præsertim cùm ad iudicium, nec sequuta fuerit traditio, per quod censetur tantũ facta promissio de dando in solutum, Ruin. *cons. 157. nu. 4. lib. 4.* nec adiudicatio fuit facta alicuius rei, quæ non excederet creditum, ad tradita per Bald. *in l. 1. C. de iur. dom. imper.* sed scripturarum officij, vineæ, & bonorum mobilium longè creditum Palauicinorum superantium: quia
3 in eo casu non potest dici factum, quod a iudice rem ipsam creditori adiudicante, reputetur factum ab ipso debitore, qui primo sponte illam hypothecauit, iuxta tradita per Tiraq. *de retra. lign. §. 1. gl. 14. numer. 13. per l. 1. C. si in caus. ind. pig.* sed potius adiudicatio facta ex primo decreto, ex quo non transfertur dominium, cùm necessario debuerit fieri super re certa, iuxta textum *in l. 1. C. de iur. dom. impetr.* & ibi post glos. Bald. & idem Bald. *in l. fi. in fi. vers. vltimo quæro. C. de bon. auct. ind. poss.*

Quantum verò ad sententiam Rotalem concludebant Domini, neque enim Palauicinos posse dicere, ideo fructus vineæ fecisse suos, quod ex Saluiano fuerunt in possessione bono-
4 rum, tanquam sibi debitorum immissi, prout in vna Romana 50. millium coram R. P. D. de Rubeis fuit aliàs iudicatum, nam diuersa est vtriusque ratio, vt fuit aliàs coram R. P. D. Bubalo in hac causa ostensum: siquidem in causa 50. millium idcirco fuit declaratum fructus non esse
5 computandos in sortem, quia bona ipsa erant in obligatione, adeo quod fructus non tantum videbantur ex pignore percepti, quàm ex re propria; secus in hac causa, cùm Palauicini ante adiudicationem bonorum, quàm licitatio præcedere debeat, fuerunt tantum creditores quantitatis, non autem bonorum.

Nec importat, quod in pignore fructus non imputantur in sortem, quando res pignori sup-
6 posita est, pro ea summa, quam valet, Doct. *in l. 1. §. per seruum,* vbi Alex. *nu. 8. de acquir. poss.* Bald. *in l. voluntas. nu. 9. C. de fideicomm. & cons. 218. sub nu. 2. lib. 1.* cum traditis per Tiraq. *de retract. lign. in præfation. num. 35.* ex quo tunc pignus constitutũ
7 præsumitur animo illud non reluendi, Cuman. *in l. si res. nu. 5. de leg. 1.*

Nam in hac eadem causa coram R. P. D. meo Blanchetto die 21. Maii 1586. fuit dictum, facti circumstantiæ, coniecturam huiusmodi voluntatis tollunt, cum respectu personæ debitoris, qui non solum vineam de qua agitur, sed etiam Officium notariatus, & omnia alia sua bona lõgè debitum superantia hypothecauit, tum etiã respectu personæ creditorum, qui egerunt Sal-
8 uiano interdicto, quod nudam tantum possessionem auocat, & eam quidem temporalem, & hoc eo magis, quia postea coram Cotta præsentarunt commissionem super subhastatione vineæ, quod arguit ipsos non fuisse dominos, & e-
9 gerunt ad scripturas Officij, quod similiter ostenuit eos non modo non habuisse se pro dominis dictæ vineæ, sed nec eius solutionis hypothecam se restrinxisse, tum denique respectu personæ iudicis, qui ipsos, seu eorum procuratorem, aut cessionarium immisit in possessionem vineæ, donec & quousque sibi de prætenso suo credito esset satisfactum. Quod intelligendum, ex fructibus vineæ 4880. scutorum auri, ordinarunt domini particulariter videri.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Placentina Saluiani Interdicti 16. Ianuarij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Viam quam quis elegit, ea vti debet.*

2 *Electio est possessoris, an velit debitum offerre, vel soluere, vel pati, quod creditor vigore Saluiani pignori incumbat, donec ex fructibus sit satisfactum.*

3 *Satisfactio præsumitur, si creditor stetit per longum tempus in possessione bonorum.*

4 *Sententia in Saluiano ad fauorem posteriorum non subsistit.*

DECISIO III.

PLacuit Dominis depositum Groppolis non esse consignandum, quia factũ fuit ad effectum,

ctum, vt vlterius in iudicio Saluiani non posset procedere, & vt bona Gngrofijs debeant restitui, vt R.D Oriolen. mandauit.

Quare cùm Groppoli bona ipsa retinuerint, & decreto non paruerint, sed vlterius in iudicio Saluiani processerint, & secundam sententiam obtinuerint, ab hac via videntur recessisse; quia viam, quam quis elegit, ea debet vti, cũ qualitatibus suis, *l. si mulier. in fi. ff. quod met. c. au. l. vlt. §. & si prafatum, & §. fin autem. C. de iur. delib. Bal. in l. 4. n. 2. de execut.*

1 Vnde tertius possessor bonorum potest depositum, quod fecit, reuocare, quia ipsius est electio, an velit offerre debitũ, & soluere, vel pati, quod creditor vigore Saluiani pignori incumbat, donec ei fuerit satisfactum, *l. vlt. C. de pign. act. l. si reddita.* ibi Bal. & Salic. *C. de euict. pign.* Neguf. *memb. 2. par. 7. num. 14.*

2 Quod multo magis Dominis placuit, quia res integra hodie non est, nam post factum depositum Groppoli fuerunt quatuor annis in possessione bonorum, atque ita pro rata fructuum illius temporis, intelligitur eis satisfactum, *l. 1. C. de pign. act. cum concord.* Ex quibus sequitur, quod depositum totum debitum dici non possit.

3 Praeterea hodiè Gorgossi ostendunt etiã pretium bonorum, quæ ipsi à Bellono emerunt, versum fuisse in vtilitatem anteriorum creditorũ ipsius Belloni, & se in eorum locum successisse, cùm ab eis cessionem obtinuerint, iuxta notata *in l. 1. C. de hu, qui in prior. cred. loc. success.* Bar. *in l. Aristo. n. 6. C. quæ res pign. oblig. poss.* Ripa *in l. si venti. §. cerum ratio. ff. de priuil. cred.*

4 Vnde etiam sententia lata in Saluiano ad fauorem Groppolorum, qui sunt posteriores creditores, non videtur subsistere. Ita Domini dicebant decisum fuisse in causa Viterbien. bonorũ coram Seraphino.

Quare cùm res hodie videatur deducta ad eũ casum, in quo non possit incipere, Domini censuerũt depositum non esse consignandum, iuxta regulam, *l. plurimum. §. & si placeat. & l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obliga:* Sed an in casu proposito verum sit, quod Gorgossi successerunt in locum anteriorum, ita vt cesset Saluianum particulariter erit videndum.

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Perusina Bonorum de Oddis Veneris 5. Maii 1606.

SVMMARIVM.

1 *Immissus vigore Saluiani post satisfactionem sui crediti, tenetur possessionem restituere.*
2 *Creditor, qui pro vno credito pignus recipit, potest pro alio retinere.*
3 *Limita non procedere, quando aliud creditum non adest liquidum.*
4 *Immissio vigore Saluiani non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
5 *Immissus vigore Saluiani non potest retardare restitutionem possessionis, postquam est satisfactus, opponendo exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
6 *Immissio, & reuocatio possessionis à pari procedunt.*

DECISIO IV.

1 Domina Gẽtilis fuit in vim vtilis Saluiani Interdicti immissa in possessionem palatij, vt ibi satisfieret de vsufructu ipsius palatij, à die alienationis eiusdem factæ per Octauium primum eius virum à die 9. Iunij 1590. vsque ad diem obitus eiusdem Octauij, qui decessit 9. Iunij anni sequentis, & sic per annum tantum, in cuius possessione permansit per 13. annos continuos. Vnde apparet, quod fuit longè vltra creditum, cuius occasione fuit immissa in possessionem satisfacta, ita vt meritò veniat restituẽda possessio, cessante causa immissionis.

2 Nec obstant plures aliæ possessiones Dominæ Gentilis, quia sicut verum sit, quod creditor, qui pro suo credito pignus recipit, possit

3 pro alio retinere, *l. vnica. C etiã ob Chirograph. pecun.* Gramm. *decis. 58. num. 2. cum alijs adductis*, id tamen non procedit, quando aliud creditum

4 non est liquidum, prout fuerunt Dominis visæ possessiones D. Gentilis, Surd. *decis. 46. in fine.* facit, quia sicuti ad retardandam immissionem

5 ex Saluiano Interdicto non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem, Menoch. *de adipiscen. possess. remed. 3. sub num. 180.* Satmient. *de redit. Ecclesiast. part. 3. cap. 2. sub numer. 23. vers. ex quo etiam fiet*, qui dicit ita communiter seruari, & fuit dictum in vna Romana, seu Amerina Domus 8. Iunij 1576. coram Canruccio, ita etiã non videtur admittenda ad impettandam restitutionem possessionis, cessante causa immissionis; à pari enim procedunt immissio, & reuo-

6 catio possessionis, Cagn. *in l. nihil tam natura, n. 3. ff. de reg. iur.*

R.P.D. MANZANEDO.

Romana Saluiani Interdicti 26. Nouembris 1605.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur in Saluiano.*
2 *Saluianum est iudicium merè possessorium adipiscendæ.*
3 *Appellatio in mero possessorio, de iure ciuili admittitur.*
4 *L. vnica. C. de mon. poss. habet locum in quolibet interdicto, etiam plenario adipiscendæ.*
5 *Aegidiana habet locum in quolibet possessorio, etiam in Saluiano.*
6 *Creditum cum hypotheca, probatur per instrumentum.*
7 *Possessio probatur ex confessione ad positiones facta.*
8 *Saluianum habet locum probatis extremis.*

DECISIO V.

Bartholomæus Papius de anno 1580. super quibusdam bonis stabilibus imposuit censum scutorum 3. millium ad fauorem Laurentij Pancaldi, cum obligatione omnium bonorum in forma Camerali; qui Pancaldus ex post facto emit vineam à D. Catherina pro scutis 3. millibus, pro quibus prædictum censum illi cessit, mediante pacto, quod cuenient euictione sortis principalis. Catherina haberet regressum ad vineam; illa verò euicta, Pancaldus haberet recursum ad censum. Bartholomæo Papio

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Eluen. beneficij Sancti Saluatoris Mercurii, 30. Octobris 1602.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium conceditur ad superſedendum, non retardandum in executione iam facta.*

2 *Reſidentia requiritur ad hoc, vt Episcopus gaudeat alternatiua.*

3 *Executor qui aſſumpſit partes iudicij in admittendo exceptionem alternatiuæ, ita etiam debet aſſumere in cognoſcendo, an verè, & perſonaliter reſideret.*

4 *Reſidere non dicitur Episcopus, qui acceſſit ad ſuam Eccleſiam animo reuertendi, ſi poſtea reuerſus fuit.*

5 *Reſidere dicitur ille, qui receſſit animo redeundi.*

6 *Reſidere dicitur ille, qui licet receſſit, receſſit tamen animo reuertendi.*

7 *Reſidere in duabus Ciuitatibus eodem tempore quis dici non poteſt.*

8 *Episcopus ad hoc vt gaudeat alternatiuâ, licèt ſufficiat, quod præſens fuerit per menſem integrum, tamen debet intelligi de tali præſentia, quæ ſit cum animo ibi permanendi.*

9 *Reſidere quis non dicitur vbi eſt corpore, & mente, & animo abeſt.*

10 *Animus alicuius declaratur ex præcedentibus & ſubſequentibus.*

11 *Breuium, & litterarum Apoſtolicarum executio, habet ſuos terminos ad docendum ſe paruiſſe primo pro prima, ſecundo pro ſecunda vſque ad quartum pro quarta.*

12 *Terminorum ſubſtantialium mala obſeruatio, & defectus ſanatur ex reiteratione quæ fit in citatione ad ſententiam.*

DECISIO VII.

1 DOmini iudicarunt non eſſe locum arbitrio, quia illud conceditur ad ſuperſedendum non retardandam executionem iam factam, vt ſæpius fuit dictum in Aurien. Parochialis coram R.P.D. Lancellotto 25. Aprilis 1600. & in Tuden. Parochialis 3. Decembris præteriti coram R.P.D. Saciato.

Nec eſt verum, quod obiicitur executionem eſſe factam appellatione pendente, & quando eſſet facta non ex clauſula *arbitrio*, ſed alia via eſſet reuocanda, & dominus dixerant intrare arbitrium, cùm Breue ſit ſatis iuſtificatum, quia vacatio in Menſe Aprili quæ fuit poſita in conditione, eſt in confeſſo apud partem: ex quo reſultat notoria reſeruatio, quæ non tollitur per alternatiuam Epiſcopo conceſſam, & ab eo acceptatam, quia non probatur reſidentia, quæ
2 requiritur, vt Epiſcopus eius priuilegio gaudeat, immo apparet de eius non reſidentia.

3 Et ſicut A.C. aſſumpſit partes iudicis in admittendam exceptionem alternatiuè, ita etiam debuit aſſumere in cognoſcendo, An verè, & perſonaliter reſideret iuxta eius formam; vt in ſimili fuit dictum in vna Eluen. Prioratus 12. Octobris coram Sanctiſſimo.

Quod autem Epiſcopus non reſideret, licèt de tempore vacationis fuerit præſens, patet, quia propter officium ſummi inquiſitoris quo fungebatur in Ciuitate Vlixbonen. ibi cōtinuè permanebat, licèt aliquando in certis temporibus viſitaret Eccleſiam Eluen. vbi per aliquot dies morabatur exercens munera Epiſcopalia, prout contingit de tempore vacationis.

4 Vnde ex hac mora quam fecit in Ciuitate
Eluen. animo reuertendi prout reuerſus fuit ad
Ciuitatem Vlixbonen. non potuit pro reſidente
haberi, *l.1. §. habitare. ff. de his qui effu. vel eff ud. l.*
poſtliminij. §. captiuus. ff. de cap. & poſtlim. reuer. &
fuit dictum in hac cauſa 22. Martij 1599. coram
R.P.D. Millino ex traditis per Archid. *in cap. licet canon. num. 5. de elect. in 6.* & per Corn. *conſ. 244.*
5 *num. 18. & 19. lib. 2.* facit quia cùm non diceret
receſſiſſe à Ciuitate Vlixbonen. à qua receſſe-
6 rat animo reuertēdi, *l. qui fugitiuus. ff. de adil. edict.*
§. his autem animalibus, Inſtit. de rer. diuiſ. & ita
adhuc in Ciuitate diceretur reſidere, Io. Andr.
vbi ſupra. Card. *Clemen. 1. quæſt. 12. de foro compet.*
7 non poteſt eodem tempore haberi pro reſiden-
te etiam in Ciuitate Eluen. gloſ. & Doct. *in cap.*
non poteſt de præben. in 6. cum allegat. per Rip.
reſpon. 14. num. 32. in tit. de leg. & coniunct.

Non obſtat deciſio in cauſa Fauentina Ca-
nonicatus coram Illuſtriſſimo Blanchetto, quia
reſpondetur in deciſ. D. mei Millini verum eſſe
8 ſufficere præſentiam Epiſcopi per Menſem in-
tegrum ad effectum, vt gaudeat alternatiua, ſed
debere intelligi de tali præſentia, quæ ſit cum
9 animo ibi permanendi: quia non dicitur quis
eſſe vbi eſt corpore, ſi mente, & animo abeſt, *l.*
poſtliminij. §. captiuum. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.
cum aliis allegatis.

10 Ad id quod dicitur animum Epiſcopi non poſſe cognoſci cùm ſit pæſcrutabilis, reſpondetur quod animo ſatis in caſu noſtro declaratur ex præcedentibus, & ſequentibus, *l. ſed & Iulianus proinde. ff. ad Macedonian. l. ſi ſeruum plurium. §. final. ff. de legat. 1.* & Aym. *conſ. 20. num. 7.*

11 Nec placuit DD. nullitas declarata ex defectu
terminorum ſubſtantialium, quia executio Bre-
uium, & litterarum habet ſuos terminos ad do-
cendum ſe paruiſſe primo pro prima, ſecundo
pro ſecunda vſque ad quartum terminum, & v-
bi eſſent aliqui termini malè ſeruati, omnis de-
12 fectus fuiſſet ſanatus ex reiteratione, quæ fit in
citatione ad ſententiam, Calad. *deciſ. 8. in fin. de*
reſcript. Caputaqu. *deciſ. 149. par. 4.* & fuit dictum
in Sabinen. penſionis coram Illuſtriſſimo Man-
tica 17. Decembris 1593.

CAPVTAQVEN.

Deciſ. 380. par. 1. in manuſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ fecit tranſitum in iudicatum, probat ſine actis.*

DECISIO VIII.

1 SEntentia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, licèt proceſſus non producatur, probat, Felin. *in cap. quoniam contra, col. 17. verſ. 4. concluſ. de probat.* & fuit dictum in vna Romana beneficiorum coram Achille anno 1553.

2 *Possessio est probanda in Saluiano Interdicto, tempore obligationis.*

3 *Saluianum datur etiam contra bona possidentis.*

4 *Amplia, procedere etiam contra tertium possessorem.*

5 *Saluianum datur contra tertium, etiam non excusso principali.*

DECISIO X.

AD dubium, an Iacobo Goggio competeret Saluianum, & danda esset immissio
in possessionem vineæ, de qua agebatur, donec
sibi esset satisfactum de scutis 650. idcirco à
Dominico Infessura ipsi Iacobo debitis, Rota v-
na tantùm parte informante, quia Dominicus
& Faustus sæpe citati non comparuerunt, affir-
1 matiuè respondit, quia extrema ad Saluianum
requisita apparebant probata. nam de obliga-
tione Dominici cum hypotheca suorum bo-
norum ad fauorem Iacobi constabat in iuribus
in actis productis, & in summario relatis.

2 Quod verò idem Dominicus tempore obli-
gationis possedisset vineam, de qua agebatur,
probant testes, & consequenter erat locus Sal-
3 uiano contra bona possidentis, glos. *in §. quasi
Seruiana, in verbo, quasi in fine. Instit. de a. t. glos. fin.
in §. Interdictum. Instit. de interdict. glos. finan l. 1. C.
de precar. & Salu. Interd.* vbi Cynus, & alij. quod
4 locum etiam habet cõtra tertium possessorem,
Bar. *in l. 1. nu. 1. ff. de Salu. Interd.* Socin. Sen. *cons.* 80.
num. 2. *lib.* 3. Rolan. *cons.* 14. *num.* 18. *lib.* 1. quod pro-
5 cedit etiam si non præcedat aliqua excussio
contra principalem debitorem, Surd. *cons.* 131. *nu.*
2. *lib.* 1.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

1 Toletana Pecuniaria Lunæ 13. Aprilis 1587.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est ferenda super eo, de quo prius liquet, non obstante clausula in commissione apposita,* simul, & semel, *& nu.* 2.

3 *Arbitrium datum intelligitur, prout de iure.*

4 *Pensio debetur etiam, quando permutatio est nulla.*

DECISIO XI.

FVit per Dominos resolutum, tam super re-
stitutione pecuniarum solutarum per D.
Petrum, quàm super fraude, & nullitate permu-
1 tationis, simul, & semel esse procedendum, ita
quod de qua prius liquebit, prius pronuncie-
tur, Specul. *in tit. de reconuentione. §. videndum,
vers. & si Iudex.* Abb. *in cap. 1. colum. 3. sub num. 13. de
mut. petit.* Dec. *cons.* 200. *nu.* 2. Marant. *de ord. Iud.
par. 4. dist. 6. nu.* 10.

2 Nec contrarium importare clausulam *simul,
& semel*, in commissione appositam, Aegid. *decis.*
406. Staphil. *de litt. Inst. §. si pars innodata, nu. 3. fol.
3 mihi* 183. præsertim cùm hoc dictum fuerit arbi-
trio Rotæ, & sic prout de iure. Bart. *in extrauag.
ad reprimen. in verb. videbitur, nu.* 8. & fuit resolu-
tum in causa Compostellan. pensionis de anno
1587. coram R. P. D. Seraphino.

Et eo magis cùm vna causa non sit alteri præ-
iudicialis, quia cùm D. Bernardinus perceperit
fructus Canonicatus, & Cantoriæ, etiam
4 quod permutatio esset nulla, tenetur ad pen-
sionem super illis impositam, Roman. *consil.* 388.
Gigas *de pens. qu.* 11. Mohed. *decis.* 216.

Et ita fuit conclusum, quod si agentes pro D.
Bernardino, velint super huiusmodi fraude au-
diri per viam exceptionis, dixerunt Domini, il-
los esse audiendos.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Cæsaraugustana Parochialis Lunæ 15. Ianuarij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia incipiunt currere à die interposita appellationis.*

2 *Appellatio dicitur deserta, nisi prorogatio fuerit obtenta.*

3 *Appellantis impedimentum impedit cursum fatalium.*

4 *Commissio non retardat, sed remouet priuilegium possessionis, quod facit silere petitorium.*

5 *Commissio operatur, vt simul, & semel possit super vtroque procedi, & expediri id, de qua prius liquet.*

6 *Exceptio proprietatis non retardat iudicium spolij.*

7 *Amplia tanto magis procedere, cùm ex forma rescripti procedendum est.*

8 *Priuandus sua possessione nemo est, quandiu non constat per rem iudicatam, de non iure in petitorio.*

9 *Sed interim proceditur ad executionem rei iudicatæ.*

DECISIO XII.

COnclusum fuit adesse rem iudicatam su-
per spolio ad fauorem Michaelis, & illius
executionem non impediri ex commissione per
Ioannem aduersarium obtenta, vt refectis ab
eo expensis in causa, & causis petitorij, & præ-
tensi spolii simul, & semel procedatur, cùm e-
1 nim fatalia cœperint currere à die interpositæ
appellationis 10. Decembris 1583. *Clement. sicut,
de appell.* Put. *decis. 154. lib.* 2. & vltra biennium
non fuerint obtentæ, nisi tres prorogationes ca-
pientes annum, cùm dimidio, ex quo constat
appellationem remanere desertam, *cap. cum sit,
2 de appellat.* & esse subducto tempore sedis va-
cantis, nec non spatio 15. Mensium intra quod
reproducta fuit remissoria Michaelis, iuxta id,
quod Rota sentit, impedimenta mixta ex facto
3 appellantia, & appellati, impedire cursum fata-
lium, Caputaq. *decis. 11. par.* 2. & fuit dictum in
causa Hispalen. decimarum 25. Ianuarii 1586. co-
ram R. P. D. Orano.

Nec placuit Dominis nullam rationem habe-
ri temporis, quo causa tractata fuit in Tribuna-
li Confidentiarum, maximè cùm Michael fuerit
absolutus, ad ea quæ habentur *in decis. 15. de ap-
pellat. in nou.* prout non intrat excusatio propter
obitum procuratoris substituti in Curia, cùm
superesset in vrbe procurator principalis, qui il-
lum substituerat, & in causa comparuerat.

4 Commissio autem non retardat executio-
nem, sed remouet priuilegium possessorij, quod
facit silere petitorium, *cap. 1. & in cap. in litteris,
de resti. spol.* Rot. *decis. 1. de caus. poss. & propr. in nou.*
Abb. *in cap. cum ad sedem, num. 7. de restit. spol.* &

5 operatur, vt possit simul, & semel super vtroque procedi. ita vt id, de quo prius liquet, prius expediatur, Aegid *decis.* 505. Staphil. *de lit. iust.* §. *sciendum, nu.* 59. quam interpretationem nouissimè Rota secuta fuit in causa Toletana pecuniaria 13. Aprilis 1587. coram R.P.D. Pamphilio.

Nec obstat refectio expensarum, sine quo Papa noluit Ioanni Gartiæ suffragari, quia hoc adiectum fuit ad releuandum grauamen Michaelis, non ad impediendum processum in possessorio, cùm super vtroque iudicio mandauerit simul, & semel procedi.

Non obstat, quod iuxta formam commissionis *consisto*, quod in petitorio sit locus allegationi Lapi, Ioannes absoluendus veniat à molestiis, & super spolio, prout iuris fuerit.

Quia respondetur, quod tempore commissionis non aderat res iudicata super spolio, nec de ea sensit Papa, & nihilominus iuris est, vt
6 exceptio proprietatis non retardet iudicium spolij, *l. naturaliter, §. nihil commune, de acquir. poss. cum ibi tradit.* qua ratione in fortioribus terminis ibi ex forma rescripti causa simul, & semel tam in petitorio, quam in possessorio erat terminanda, vt sensit Rota in causa Valentina
7 iuris patronatus 30. Aprilis 1582. coram R.P.D. Seraphino, & ideo ferendam esse sententiam in possessorio ad fauorem præsentati à patrono existente in quasi possessione, non obstante, quod constaret de bono iure prouisi Apostolici impetrátis, quia quamdiu non constat per rem
8 iudicatam, de nõ iure in petitorio, non est quis priuandus sua possessione; idem Butr. *in cap. cum debitores, nu.* 15. *in fin. de caus. poss. & propriet.*

Cùm ita alias in hac causa resolutum fuerit, allegationem Lapi non intrare ad effectum pos-
9 sessorij, & interim procedendum est ad executionem rei iudicatę super spolio, *l. 1. C. de execut. rei iudicata.*

R. P. D. MANZANEDO.

Interamnen. Saluiani Interdicti Lunæ 14. Nouembris 1611.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypotheca in Iudicio Saluiani probatur ex Instrumento impositionis Census.*
2 *Possessio alicuius fundi probatur per Instrumentum impositionis Census.*
3 *Saluianum Interdictum intrat probatis extremis.*
4 *Saluiani Interdicti iudicium quando fuit commissum, vna sententia in possessorio, & petitorio terminan. ad obtinendum sufficit probare tantum incumbentia pro obtinenda immissione.*
5 *Possessorium prius præmittendum est etiam quod causa fuerit commissa vnica sententia in petitorio & possessorio terminanda.*
6 *Saluiani Interdicti iudicium commissum vnica sententia in petitorio, & possessorio terminando efficit, quod in eadem sententia possit pronunciari simul super immissione, & exceptionibus rei, quum aliàs in iudicio Saluiani non admittuntur.*
7 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem in Iudicio Saluiani non admittuntur, sed sunt ad petitorium reijcienda.*
8 *Periurij exceptio impedit litis ingressum.*
9 *Absolutio duplex requiritur, quando adsunt duo iuramenta, & vna non sufficit.*
10 *Fallit, quando absolutio fuit data iuxta formam commissionis in qua vtrunque iuramentum exprimebatur.*
11 *Absolutio à iuramento operatur tantum quo ad tollendam vim, & effectum iuramenti ad effectum agendi, non autem quo ad validitatem contractus.*
12 *Venditor promittens prædium esse liberum, intelligitur limitate respectu validitatis contractus venditionis, & intelligitur de obligatione, quæ impediat dictum contractum, non autem de impositione census, ex qua non impeditur quo minus prædium illi suppositum possit vendi, quidquid sit de obligatione ad interesse temporis.*
13 *Confessio docto de errore non præiudicat.*
14 *Confessio facta ad vnum finem, non probat ad alium diuersum.*
15 *Exceptio cedendarum obstat illi, qui non potest cedere iura ex quo rem alijs cessit, vel de ea disposuit.*
16 *Limita, vt quando agitur contra tertium possessorem qui non accepit possessionem fundi taliter, vt iura sibi cedantur, sufficit cedere iura talia qualia: licet secus sit in fideiussore, qui contemplatione beneficij cedendarum intercessit.*
17 *Agens Saluiano Interdicto contra tertium possessorem, non tenetur cedere iura, nisi talia, qualia.*

DECISIO XIII.

FVit resolutum, quod constito de restitutione facta per Curtium sit illi danda immissio in vim Saluiani, de hac autem restitutione, & possessionis dimissione constat in actis per Instrumentum publicum. Vnde tam rescripto Sanctissimi, quam menti Dominorum restat satisfactum, & elisa exceptio opposita de non restitutione dictæ possessionis.

Quo ad reliqua verò visum fuit Curtium probare incumbentia ad illam obtinendam in hoc
1 Interdicto, nẽpe creditum cũ hypotheca ex impositione Census facta per Horatium, nec non solutionem fructuum census per ipsum Curtium factam, vt patet ex quietatione, & cessione, ac releuatione indemnitatis per Horatium sibi promissam, vt apparet ex Instrumento.
2 Item, & quod Horatius de tempore impositionis Census, & obligationis istius prædij, illud possidebat, & tandem quod, & illud hodie possidet Honofrius, quibus stantibus intrat im-
3 missio in vim vtilis Saluiani, ex Bart. *in l. rem alienam, nu.* 5. *ff. de pignor. act.* & Negus. *de pignor.* 1. *memb.* 8. *par. nu.* 6. & 8. Roland. *cons.* 14. *num.* 13. *lib.* 1. cum aliis relatis per Contard. *in l. vnica, limit.* 34. *nu.* 15. Put. *decis.* 207. *n.* 2. *lib.* 1.

Alia autem exceptio oriri videbatur ex eo, quod causa reperitur commissa in petitorio, & in possessorio vnica sententia terminanda, vt ex tenore rescripti apparet. Vnde infertur, quod cùm petitorium simul cum possessorio sit terminandũ, Curtius grauaretur maiori probatione respectu dominij, ita vt non sufficiat illi probare

bare possessionem illius prædii fuisse penes Horatium de tempore impositionis Census, sed teneatur probare Horatium tunc habuisse dominiū dicti prædii, quod cùm non fecerit, concludenter ad obtinendum in petitorio, videatur, quod nec in possessorio valeat obtinere, si quidē vtrumque vnica sententia est determinandum.

4 Sed fuit respōsum, quod pro parte Curtij sufficiat tantum probare incumbentia pro obtinenda in hoc iudicio immissione.

5 Nec obstare prædictum rescriptum, cùm etiā illo stante certi iuris sit, quod in eadem sententia præmittendum sit possessorium, ad tex. *in c. cùm dilectus de caus. poss. & propriet.* Specul. *de petit. & poss. §.1. nu. 22.* Ægid. *decisi. 506.* Staphil. *de litter. Instit. in §. citatio personalis, nu. 17.* & melius declaratur per Rot. *decis. 34. num. 7. iuncto num. 5. par. 2. diuers.* & satis erit, quod in dicta senten-

6 tia in vim prædicti rescripti pronuncietur simul super immissione, & super petitorio, nempe super exceptionibus rei illud requirentibus, quæ aliàs in iudicio Saluiani non admitterentur, prout est exceptio dominii cum similibus, quæ cùm altiorem indaginem requirant,

7 non obstante dicto rescripto erant reiiciendæ ad petitorium, Rip. *in rubr. ff. de pign. numer. 19. prope fin.* Natt. *cons. 532. nu. 4. lib. 3.* Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 3. num. 180. vers. & in hoc iudicio.*

Vnde licèt sententia ferēda sit pro Curtio in possessorio, quia probauit incūbentia ad illud, tamen in petitorio poterit ferri, aut pro eodem si dominiū legitime probauerit, sin minus pro Honofrio, quamuis super isto articulo concernenti petitorium, non ab re erit particulariter partes audire, vt videatur quis in petitorio obtinere debeat, si quidem super vtroque simul sententia erit ferenda.

Alia exceptio opponitur Curtio impediens litis ingressum, nempe periuriū, cùm tam in Instrumento venditionis prædij hypothecati iurauerit, illud esse liberum, cùm appareat obnoxium hypothecę dicti Census, quàm quia in Instrumento solutionis pretii sibi factæ iurauerit dictum censum esse extinctum, apparet totum contrarium.

9 Nec Curtiū posse iuuari ex absolutione obtenta ab A.C. in vim specialis commissionis Sāctissimi, cùm illa videatur vnica absolutio, & duplicata requireretur, siquidem duplex fuit iuramentum, & periurium, vt fuit dictum in vna Placentina Castri 4. Iunii 1601. coram Illustrissimo Cardinali Millino; attamen fuit re-

10 sponsum, quod cùm tam citatio pro absolutione obtinenda, quàm ipsa absolutio fuerint factæ in vim dictæ commissionis, & iuxta in ea contenta, videtur quod absolutio obtenta ab A.C. complectatur vtrumque periurium, quod ex lectura eiusdem commissionis apertè desumitur, vbi expressè legitur in hæc verba, *& in Instrumento venditionis, & solutionis precij dicti fundi tam dictus Horatius, quàm omnes cum iuramento asseruerunt dictum prædium esse liberum, censumque præfatum esse extinctum,* & sic de vtroque iuramento fit mentio, & commissio amplectitur vtrunque, & non solum continet facultatem absoluendi à periurio, sed etiam relaxandi iuramentum ad effectum agendi prout in absolutione A. C. vtrunque continetur; cùm fuerit concessa iuxta formam Commissionis, & sic cessat impedimentum agendi, & excipiendi in Iudicio, quamuis verum sit non ex eo

11 sublatam fuisse vim, & effectum iuramenti quo ad validitatem contractus, Felin. *in cap. 1. num. 26. ff. de iur. iurand.* Doct. *in Rubr. de Iudicijs,* & ad effectum, de quo hodie agitur, sufficit quod Curtius non sit impeditus agere, vel excipere in iudicio, stante dicta absolutione, & relaxatione, & per consequens cessare videtur dicta exceptio.

In hac tamen exceptione ponderabatur ex aduerso dicta confessio Curtij iurata de prædio libero, & de dicto censu extincto quasi stante dicta extinctione creditum Curtij ortum ex dicto Censu remanserit etiam extinctum, & sic hodie de dicto credito non constet pro vt requiritur in Saluiano; sed fuit responsum, quod illa

12 confessio facta de prædio libero intelligitur limitata respectu validitatis contractus venditionis, & intelligitur de obligatione, quæ impèdiat dictum contractum, non autem de impositione census, ex qua non impeditur, quo minus prædium illi suppositum possit vendi, vt fuit dictum in vna Spoletana bonorum 15. Martij 1599. coram Illustrissimo Millino, & in Romana Domus 1. Martij 1602. coram bon. mem. Pacen. quicquid dicendum sit de obligatione Curtij ad interesse emptoris pro prædio tāquā libero vendito, & postea censui obnoxium repetitur, habet enim emptor actionem contra Curtium, qui prædium in venditione liberum esse dixit, non autem ex illa diuersa actione, sequitur, quod dicta confessio Curtio præiudicat, vt prætenditur.

13 Nec illa confessio de Censu extincto præiudicare videtur quantumcunque fuerit iurata, cū docto de errore facti per confessionem partis aduersæ non præiudicet Curtio, vt latè traditur per Seraph. *de priuileg. iuramenti priuil. 93. n. 8.*

Et sic licèt Curtius errauerit in facto dictæ extinctionis, prout ex tali confessione iurata non potuit facere quo minus census desineret esse extinctus, Ita neque potuit facere quo minus ex tali censu non extincto creditum duraret quātum census subsisteret.

14 Vlterius, quia nulla ex dictis confessionibus fuit facta ad finem extinguendi istud creditum sed potius ad diuersum, nempe ad facilius vendendum dictum prædium, sed sic est quod cōfessio facta ad vnum finem non probat ad aliū diuersum, ex Marsil. *in rubr. de probat. n. 88.* & Salic. *in l. 1. num. 37. vers. et enim confessio. C. de confess.* ex Alber. quem refert, & sequitur Surd. *dec. 250. n. 5. & 6.* vbi aliquibus valde ad nostrum propositum facientibus istam conclusionem ornat, *& in cons. 311. n. 67. lib. 3.*

15 Et tandem non obstat exceptio cedendarū opposita quasi si Honofrius vellet soluere Curtio creditum pro quo agit, Curtio obstaret dicta exceptio, cùm non posset cedere iura, ex eo quod insimul cum alijs vendidit fundum vel liberum, & per consequens illi obstaret dicta exceptio cedendarum, *l. mulier ff. qui pot. in pign. hab. l. Stichum. §. penult. ff. de solut. cum alijs.* fuit enim responsum, quod tali casu sufficeret,

16 quod Curtius cederet iura talia qualia cum

agat contra tertium possessorem qui non accepit possessionem fundi tali mente, vt sibi iura cederentur prout fideiussor qui intercessit contemplatione beneficij cedendarum: Vnde illi respectu dictæ cessionis magis succurritur quàm tertio possessori conuento hypothecaria, vt tenet Iacob. de Aren. *in l. iubemus vers. e contra videtur*, & ibi Butrig. *vers. i. em oppono*, & Cyn. *n.* 5. & Bald. *nu.* 4. Salic. *num.* 5. *vers. & ad legem Stichum.* Paul. de Castr. *in vlt. oppositione. C. ad Vellei.* Afflict. *decis.* 343. *num.* 4. Vincen. de Franc. plures referens, *decis.* 477. *num.* 18. idem Bald. *in cons.* 109. *lib.* 3. Gratian. *decis. Marchia.* 215. *nu.* 18. *vsque ad* 22. quam distinctionem eliciunt *in l.* 1. §. *item Varus ait, ff. de aq. pluu. arcen.* Negus. *de pignor.* 3. *memb.* 5. *par. nu.* 29. & 30. post Socin. *cons.* 206. *vers. tertius casus lib.* 2. qui omnes intelligunt, *d. l. Stichum*, §. *penul.* in fideiussore, Salic. autem *vbi supra*. quem refert, & sequitur Negus. *d. nu.* 30. intelligit text. *in dict. l. mulier*, ita vt beneficium cedendarum, quod *ex dict. l.* competit simplici possessori non causatur ex aliquo contractu precedente prout causatur inter creditorem, & fideiussorem, sed causatur potius ex aliqua benignitate legis ponderando verba, *d. l. mulier in fine ibi*, posse videri non iniustum postulare.

17 Vnde nimirum si iste tertius possessor debeat satisfieri ex cessione iurium talium qualium, cùm ipse non acceperit fundum eo animo, & contemplatione, quod iura sibi cederentur à creditore agente remedio vtilis Saluiani ex supra scriptis.

Ex quibus infert Scappeccinus *in tract. de Saluiano lib.* 2. *qu.* 18. quod in Saluiano creditor non tenetur cedere iura, nisi talia qualia, quod & sic vidisse resolutum testatur Salust. Tib. *in sua practic. iud. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 16. & 17. *cum sequentibus.*

CAPVT AQVEN.

Decis. 70. in manuscript.

SVMMARIVM.

5 *Petitorium in iudicio adipiscenda suspendi potest.*

DECISIO XIV.

Domini in vna Bononien. bonorum 27. Februarij coram D. Oradino constituerunt
1 regulam, quod tàm in iudicio reintegrandæ, quam adipiscendæ potest petitorium suspendi, *per cap. pastoralis*, vbi Imol. *num.* 6. Gozzad. *cons.* 10. *num.* 32. 34. 36. & 38.

R. P. D. BVBALO.

Senogalien. prædij Veneris 27. Aprilis 1583.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum datur vigore specialis hypotheca.*
2 *Saluianum datur, etiam contra tertium possessorem.*
3 *Saluianum intentari potest etiam post duas sententias latas in petitorio, cùm suspensio fieri possit.*
4 *Acceptatio non praiudicat stante nullitate.*
5 *Possessio instrumentalis non praiudicat, quando non habuit effectum, tanto magis quando fuerit purgata per mandatum de manutenendo.*
6 *Oblatio de restituendis expensis postquam fuerint liquidata, sufficit cum depositione vnius Iulij.*
7 *Creditor qui obtinet in Saluiano Interdicto, tenetur præstare cautionem de restituendo prioribus, & potioribus.*

DECISIO XV.

Domini concluserunt D. Nicolaum Tudinum posse intentare, & sibi competere v-
1 tile Saluianum Interdictum super prædio, de quo agitur, cùm constet prædium fuisse sibi specialiter hypothecatum vigore instrumenti celebrati de anno 1572. 25. Iunij à D. Aurelio Passero illius possessore, vt clarè per testes probatum fuit: qui illud postea de anno 1575. vendidit D. Antonio Triumpho, non est dubium, quod probata possessione Passeri competit sibi vtile Saluianum Interdictum, etiam contra D.
2 Triumphum, tertium possessorem, Negus. *de pignor.* 1. *memb.* 8. *par. nu.* 6. & 3. *memb.* 8. *par. nu.* 19. Put. *decis.* 199. *in.* 1*p. eadem* 28. *Nouembris, lib.* 1. *cum*
3 *alijs allegatis*, & illud intentare potest etiam post duas sententias latas in petitorio, quia suspensio potest fieri in quacumque instantia, & passim Rota seruat.

Nec obstat, si dicatur, quod pendente iudicio nullitatis secundæ sententiæ latæ per D. Ringuardum locumtenentem D. Gubernatoris Anconæ, non posse suspendi petitorium, quia non constat de aliqua nullitate dictæ sententiæ ex tribus, cùm de iurisdictione non dubitetur, stante libello generali, in quo deducitur omne ius in petitorio, & stante Commissione D. Gubernatoris, & de citatione, & mandato apparet ex actis.

Minus obstat, quod hypotheca Tudini fuerit extincta per dationem in solutum sibi factam census impositi super bonis Petri Carboni, in fauorem D. Aurelij Passeri, vt in instrumento sub die 5. Decembris 1578. quia cùm Tudinus acceptauerit dictam donationem in solutum, non animo recedendi à prioribus hypothecis, sed obligationem obligationi addendo: vt legitur in dicto instrumento, & postea dictum instrumentum census fuit declaratum nullum, & vsurarium per sententiam Pretoris Senogalien. non est dicendum, quod sibi præiudicauerit in
4 acceptatione dictæ donationis in solutum, ad tradita per Bar. *in l. si quis aliam, nu.* 2. *in fin.* Gozzad. *cons.* 38. *nu.* 2. & 12.

5 Nec habuerunt Domini in consideratione prætensa attentata, quia possessio instrumentalis capta per Tudinum, non habuit effectum, & fuit purgata per mandatum de manutenendo in fauorem Triumphi.

6 Et quo ad expensas, sufficit oblatio de illas reficiendo, postquam fuerint liquidatæ, cum depositione vnius Iulij.

Et quando in dicta venditione prædij facta D. Antonio Triumpho, consensit D. Cinthius Passerus filius D. Aurelij Passeri, qui prætendebat dotes maternas super dicto predio, & anteriorem hypothecam; & dictus Triumphus, vt pretenditur, se obligauit pro solutione dicti sui crediti: domini dixerunt, quòd ad hoc, vt Tudino competat Saluianũ Interdictum, tenetur in primis

2 *Saluianum non habet locum , vbi non adest hypotheca.*
3 *Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
4 *Obligatio generalis non comprehendit bona prohibita alienari sub poena.*
5 *Clausula latè sumpto vocabulo , operatur , vt censeatur prohibita hypotheca.*
6 *Obligatio generalis comprehendit etiam bona prohibita alienari , quando non adsunt alia bona, ne reddatur frustratoria.*
7 *Alleganti non adesse alia bona,incumbit onus probandi.*
8 *Saluianum praescribitur spatio decem annorum , quando fuit domus possessa cum titulo , & bona fide.*
9 *Limitatur,si praescriptio esset interrupta.*
10 *Restitutio competit ex capite iusta ignorantiae.*

DECISIO XVIII.

1 CVm inueteratus Rotae stylus sit, non exequi sententias aliorum Tribunalium,nisi ex actis iustificentur,Put.*decis.401.lib.1.* Molic d. *decis.2.de testib.& decis.ss.de re iud.*& fuit pluries dictum,Domini dixerunt sententiam Auditoris Camerae latam in Saluiano ad fauorem Angeli non esse exequendam; nam etsi dictus Angelus, in cuius contumaciam praesens dubium fuit propositum, & resolutum , probaret domum, de quo agitur, fuisse illorum del Re, cuius tamen contrarium verius visum fuit, cùm testes de identitate,non deponant concludenter, nihilominus in hoc casu non intraret Saluianum,quia nulla adest hypotheca,Corn.*consf. 190.nu.1.lib.1.* Natt.*cons.474.nu.34.*
2 Nam haec domus est emphytheotica,& quoniam fuit acquisita per illos del Re, in instrumento confirmationis factae per dominum directum,promiserunt dicti del Re soluere canones,& seruare alia pacta, conuentiones,& obligationes cōtentas in aliis instrumentis concessionis in emphytheusim, quae in eodem instrumento inserta fuerunt,in quibus habetur,quod haec domus sub poena caducitatis nō possit alienari, etiā alienationis latè sumpto vocabulo. Vnde perin-

p[illegible] de[illegible]endum est, ac si hęc prohibitio [illegible] [illegible] [illegible] dictę co[illegible]nis, q[illegible] in [illegible] fit in [illegible] cum [illegible] *l. asse toto* [illegible] *c hered.* [illegible] Imol. *& in l. intra* [illegible] *talu. ff.* [illegible] *b.* 1.

4 [illegible] domus prohibita alienari sub [illegible] non comprehenditur in generali o[illegible] omn[illegible] bonorum [illegible] del R[illegible] fauorem Ang[illegible] vigore egit [illegible] contra Reuerendum Archiepiscopum A[illegible] huius domus possessionem, B[illegible] *§* [illegible] *num.* 5. *de legat.* [illegible] *de reg. iur.* [illegible] & [illegible] Rota coram bonæ memoriæ Cardinali Lancellotto in causa Romana domorum [illegible] & coram R. P. D. Decano in causa Romana Vineæ 26. Iunij 1598. & in alia Romana Saluiani Interdicti 19. Nouemb. 1599. coram R. P. D. [illegible]

5 E[illegible] tante [illegible] etiam *alienationis* latè sumpt[illegible] prohibita hypotheca, [illegible] *in l. fin.* [illegible] *el hypothecam. C. de reb. alien. non alienan.* Soc. Senio. *f* 75. *num.* 2. *vers. sed* [illegible] *antibus*, [illegible] *n.* 1. & censuit Rota in d. causa Romana coram Illustrissimo Lancellotto.

Nec obstaret, si diceretur, quod prædicta non h[illegible] locum quando ille, qui obligauit om-
6 n[illegible] non habebat alia bona quam aliena[illegible] [illegible] quo [illegible] obligatio [illegible] Marc. *in tract. de fideicom. q.* [illegible] Ga[illegible] *num.* 12. *num.* 40. quia non p[illegible] tempore dictæ generalis
7 [illegible] non habebat alia bona, cuius probatio [illegible] Angelo tamquam alleganti [illegible] *47 num.* 3. [illegible] 5. Gabr. *probat.* [illegible] *num.* 14 Couar. *var. res. lib.* [illegible] 6 *num.* 2. *li.* 2.

Placuit [illegible] Dominis aliud fundamentum, videlicet quod [illegible] hæc domus fuerit per Reuerendum Ar[illegible] possessa per decen-
8 nium bona fide, & iusto titulo, inter præsentes, Saluianum [illegible] *l.* 1. *&* 2. *C. si aduersus creditorem* [illegible] latè [illegible] *79. n.* 7. *&* 8. *volum.* 1. & [illegible] Rota coram Illustrissimo Mantica in causa Im[illegible] 27. Iunij 1594. & in alia Romana [illegible] octaua præsentis, coram R. P. D. [illegible]

9 N[illegible] Angelus ostenderet præscriptionem fu[illegible] [illegible] uptam, vel sibi competere restitutio-
10 n[illegible] grum ex capite iustæ ignorantiæ, [illegible] *l.* 9. *si quis propter.* [illegible] *priuat.* [illegible] *4.* [illegible] 4. C[illegible] *num.* [illegible] *de contr.* [illegible] *qu.* [illegible] *4. num.* 229. *C. de pact. inter empt. & vendit.*

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Imolen. Saluiani Interdicti Lunæ 5. Decembris [illegible]

SVMMARIVM.

1 *Saluiano non est locus* [illegible] *deficit hypotheca*
2 *Extremum probatur per instrumentum cum clausula* [illegible] *constituti, & facultate capiendi possessionem propria auctoritate.*
3 *Creditum probatur ex instrumento, vbi adest hypotheca omnium bonorum.*
4 *Confessio mariti de recepto, constante matrimonio, non præiudicat creditoribus.*
5 *Limitatur, quando adsunt præsumptiones, & adminicula simul cum dicta confessione.*
6 *Coniectura quæ sint.*
7 *Erronea confessio maioris summæ non præiudicat, vt ibi exponitur.*

DECISIO XVIII.

Qvamuis dos Corneliæ matris Sixti fuerit librarum bis mille, vt constat publico instrumento, attamen Domini censuerunt Saluianum intrare solum pro summa, quæ fuit soluta Andreæ secundo marito in pecunia numerata, scilicet pro libris 311. ex actis à Domino Vestrio, ac pro alijs 235. exactis à Baldantino, nec non pro alijs 487. quas idem maritus in pecunia habuisse, & recepisse confessus fuit: pro alijs verò libris [illegible]30. pro quibus fuit data domus, necnon pro alijs 250. pro quibus fuerunt consignata quędam mobilia, visum fuit Dominis non esse locum
1 Saluiano, ex quo non adest hypotheca, nisi facta prius excussione, an adsint dicta bona.

Restitutio namque fuit promissa in eisdem rebus, ac inde donec constet, an adsint alia bona, agi non potest. Et quantum ad quantitatem solutam in pecunia numerata Domini moti fuerunt, quia de vtroque extremo constat ex instru-
2 mento emptionis prædij, de quo agitur anno 1576. cum clausula *constituti* ex facultate capiendi possessionem propria auctoritate, iuxta venditionem factam Camillo de anno 1579. cum eisdem pactis, & ex litis sustentatione, cum petitione termini ad intimandum molestias auctoritatibus, & alijs adminiculis.

3 Creditum autem satis superque probatur ex publico instrumento dotali librarum 2000. quod facit probationem probatam, & in quo adest hypotheca omnium bonorum.

Et quamuis solutio librarum 717. non pro-
4 betur nisi per confessionem Andreæ, factam constante matrimonio, quæ regulariter nô præiudicat creditoribus, nec tertijs possessoribus, id enim non procedit concurrentibus adminiculis, & præsumptionibus pro verificatione co-
5 fessionis, tûc enim probat solutionem, Mohed. *decis.* 1. *de conf.* Aymon. *cons.* 40. *num.* 5. & fuit pluries
6 decisum: quæ adminicula huic concurrunt, tû ex quo in instrumento enunciatur promissio dotis præcedens; tum quia eadem dos fuerat data primo marito, tum quia exprimitur modus, & qualitas solutionis istius summæ; tum etiam quia ratificatur maior pars summæ solutæ, tum denique quia adest alia confessio in alio instrumento.

Non obstat, quod alias in libello Sixti, fuerit expressum creditum pro libris 1200. tantum, quia cum ex instrumento producto illius verificationem appareat fuisse maioris summæ, fuit erroneè expressum, nec habendum in consideratione, Corneliam ante habuisse alios filios ex primo marito, non probatur, nec testes id dicunt.

Neque obstat, quod Sixtus in repudiatione paternæ hereditatis dixerit alienasse, tum quia ista confessio non fuit facta à Sixto, qui dicto tempore erat infans, ac ideo non poterat ei præ-

Ee 2

7 tum etiam, quia fuit erronea; nam cùm fuerit facta occasione repudiandæ hereditatis paternæ, pro consequenda materna, si bona matris erant alienata, non poterat illa recuperare. Et re vera probatur error, cùm dicatur Andreas recepisse libras duo millia, & bona parafernalia, & dotem; & bona parafernalia promisisse restituere Corneliæ, prout in instrumento dotali dicitur, & tunc nullum verbum legitur in instrumento, nec de receptione, nec de promissione restitutionis bonorum parafernalium. Rursus dicitur Cornelia alienasse dotem, & bona parafernalia. & bona hypothecata pro restitutione, & ex instrumento venditionis earum terrarum hypothecatarum, apparet fuisse venditas ab Andrea, non à Cornelia.

Quod dicitur ad manus Sixti peruenisse plura bona paterna descripta in inuentario, de quibus tenetur reddere rationem, non obstat, quia de eo tempore Sixtus erat pupillus, nec probatur aliquid habuisse, & ei præiudicari non poterat, vltra quod inuentarium non est in actis, nec constat esse legitimum.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana Saluiani Interdicti de Columna
Veneris 19. Nouembris [illegible]579.

SVMMARIVM.

1 *Extremum primum probatur ex instrumento locationum, & receptione pensionum.*
2 *Extremum secundum probatur ex litis sustentatione, & pluribus alijs adminiculis.*
3 *Exceptio requirens altiorem indaginem in Saluiano iudicio rejicienda.*
4 *Administrator præsumitur sibi satisfecisse.*
5 *Satisfactio non præsumitur, vbi non constat de exactione per quam inducitur compensatio.*
6 *Mulier, quæ prohibetur contrahere sine solemnitate non potest confiteri.*
7 *Compensatio non est admittenda, si probetur, pecunias fuisse in banco dimissas pro soluendis debitis.*
8 *Libri Mercatorum non probant pro tertio contra tertium.*
9 *Probant tamen contra ipsos.*
10 *Solutio dotis non est retardanda ob non redditam rationem administrationis.*
11 *Satisfactionis præsumptio non inducitur, quando adest alia præsumptio in contrarium.*

DECISIO XIX.

PRoposito dubio, aliàs disputato, an esset locus Saluiano, Domini vnanimiter affirmatiuè responderunt: nam de creditor Domini Philippi non dubitatur, stantibus præsertim resolutionibus in hac causa factis, & de primo extremo, 1 constat ex instrumentis locationum & receptione pensionum, item ex alijs pro parte D. 2 Philippi deductis: de secundo etiam constat, ex litis sustentatione, & pluribus adminiculis, & in his non fuit opus insistere, quia non controuertebantur ab informantibus pro Illustrissimo Domino Cardinali, sed duæ opponebantur exceptiones, vna præsumptæ satisfactionis, compensationis, & extenuationis debiti, altera præscriptionis.

3 Quantum ad primam, quæ resultat ex administratione D. Fælicis, illa non releuat: nam quatenus constaret de tali administratione, illa est reijcienda in hoc iudicio Salu. Interd. tamquam requirens altiorem indaginem, vt iuribus vulgaribus: & quamuis similis exceptio fuerit alias 4 per Rotam admissa in causa Roman. hereditatis de Beuilaqua die 15. Maij 1591. coram bon. mem. Orano, id tamen ideo factum fuit, quia constabat ad manus administratoris peruenisse notabiles pecuniarum summas, ex quibus iuxta decisionem Afflicti 4.16. sibi præsumebatur satisfecisse, hic autem non probatur exactio realis alicuius summæ de pecunijs Illustriss. Card. ex qua potuerat sibi D. Felix satisfacere, & in qua 6 intret extenuatio, vel compensatio, aliàs ex administratione opus esset præsumere, quod ipsa exegerit, & deinde inducere aliam præsumptionem, quod sibi satisfecerit.

Nec obstat locatio Mareni, quia illa nõ probat exactionem pensionum, & cum locatio facta fuerit de anno 1586. per sex annos & sic includat tempus de anno 1585 [illegible] quo Illustriss. Cardinalis ad Vrbe venit, nõ [illegible] credendũ actualiter ad Dominum Fælicem peruenisse; nec aliquid facit solidatio computorum facta [illegible] 10, cum comprehensione Mareni, & Arcis Papæ, quia ex tali computorum solidatione non constat aliquam pecuniarum quantitatem peruenisse ad manus D. Fælicis.

Neque etiam obstat partita scutorum 8600. quæ forsan per errore fuit aucta ad scuta [illegible]. & quæ dicitur à D. Fælice vti pro curatore Illustrissimi Cardinalis exacta Neapoli de anno 1586. quia vltra quod ea non constat aliunde, quàm per confessionem de præterito, quæ non probat quia mulier prohibita contrahere sine 7 solemnitate, non potest confiteri, Cr[illegible] *sc. dec. 99. alias 2. de confessis.* ex partitis Mercatorũ apparet, quod illa summa remansit in eorum banco pro 8 soluendis quibusdam debitis Illustrissimi D. Cardinalis, & sic in ea non potest intrare compensatio nec satisfactionis præsumptio. Et quamuis partitæ mercatorum non probent pro tertio contra tertium, tamen bene probant in præ-9 iudicium eorundem mercatorum qui fatentur pecunias recepisse & [illegible] nentur de eis reddere rationem. & hoc sufficit ad hunc effectum, quod non ex dictis pecunijs potuit D. Felix præsumere sibi satisfecisse.

Et cessat in hoc casu difficultas, quia aut debitum Illustrissimi Cardinalis est ratione dotis, & non intrat exceptio redditionis administrationis, quia solutio dotis non potest retardari ob non redditam rationem administrationis, iuxta decisionem Sarnien. 65. *lib. 1.* Put. *dec.* 146. *lib.* 1. & minus præsumptæ solutionis, cum clarum 10 sit saltem ipsam principalem summam fuisse restitutam; aut debitum est ratione fructuum, & minus obstat ista exceptio quia admisso etiam, quod D. Fœlix administrauerit bona Illustriss. Cardinalis, non est locus præsum-11 ptæ solutionis, cùm præter hu[illegible]od [illegible] essent soluenda singulis annis [illegible] 15[illegible]0. & tamen administratio D. Fælicis [illegible] ad aduentum D. Cardinalis [illegible] V[illegible]em, nec constat, quod ab eo tempore [illegible] exegerit: v[illegible] de nõ potest præsumi [illegible] fructus qui tẽpore administrationis non debebãtur, & quorum

quorum dies nondum veneat.

Quantum ad aliam exceptionem præscriptionis, cùm Illustriss. D. Cardinalis habeat causam à debitore, non potest ea se iuuare, *l. cum notissimi. C. de prescript. 30. vel 40. annorum.* Negul. *par. 6. n. 1. membr. 2.* & fuit dictum in causa Imolen. Saluiani Interd. 27. Iunij 1594. coram Illustrissimo Mantica, & coram R. P. D. meo Penia in causa Romana domus, seu Saluiani 22. Martij huius anni.

R. P. D. IVSTO.

Romana Saluiani Interdicti Venetis 31. Maij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Extremum primum, scilicet de credito, & hypotheca constare dicitur ex deductis.*

2 *Extremum secundum, scilicet de possessione aduersarij, probatur ex litis sustentatione.*

DECISIO XX.

Domini resoluerunt constare de credito, hypotheca, & possessione Francisci tempore venditionis census, & consequenter probari primum extremum, & esse locum immissioni ex remedio Saluiani Interdicti. Castr. *in l. rem alienam n. 11. ff. de pign. act.* Rol. *cons. 14. n. 15 lib. 1.* Rota in decisione Romana, seu Amerina domus 8. Iunij 1576. coram bon. mem. Cantuccio, & sæpe aliàs.

Quoniam de secundo extremo possessionis aduersariorum constat ex sustentatione litis, vt tenet Rota.

Ex quibus ita conclusum est.

R. P. D. IVSTO.

Romana Saluiani Interdicti Lunæ 20. Nouembris 1604.

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex instrumento, vbi adest hypotheca bonorum.*

2 *Possessio probatur per testes deponentes posse disse vsque ad eius obitum.*

DECISIO XXI.

Ex instrumentis publicis constat de credito D. Antoninæ, de quibus in actis, vbi adest generalis obligatio, & hypotheca bonorum, & specialiter Casalis de quo agitur.

De possessione eiusdem Casalis Petri Pauli, de tempore hypothecæ, deponunt vsque ad eius obitum, vnde concurrunt omnia requisita in Saluiano pro danda immissione, latè Rol. *consi. 14. lib. 1.* & sæpissimè dictum est.

Quam Domini dixerunt esse dandam D. Antoninæ altera parte, licèt sæpissimè citata, non informante. Quare, &c.

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Rauennaten. Saluiani Interdicti 28. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Saluiano non est locus, vbi non constat de credito, cùm sit necessarium antecedens in eo iudicio.*

2 *Confessio dotis constante matrimonio facta præsumitur in fraudem, & nu. 4.*

3 *Donatio est prohibita inter virum, & vxorem.*

5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ per spatium biennij tollitur.*

6 *Confessio facta constante matrimonio, non præsumitur facta sub spe futuræ numerationis, sed animo donandi.*

7 *Consentiens alienationi sibi præiudicat, quo ad hypothecam.*

8 *Cedere non potest quis iura, quæ habet super re, quã consensit alienare.*

9 *Solutio præsumitur facta de bonis hereditarijs paternis, cui filius successit.*

10 *Inuentarium non impedit quo minus creditor satis fiat, quando adsunt bona hæreditaria vltra creditum.*

11 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij tenetur habere ratum factum defuncti.*

DECISIO XXII.

Non est locus Saluiano Interdicto ad fauorem D. Hortensij, cùm non constet de eius
1 credito, quod est necessarium antecedens huius remedij, Ang. Aret. *in §. item Seruiana. in fi. Instit. de act.* Sarmient. *de redit. Ecclesia. par. 3. c. 2. nu. 13. in fin. cum duobus sequentib.* & fuit dictum in vna Romana seu Amerina domus 8. Iunij 1577. coram Cantuccio, & in Romana fructuum quatuor millium 4. Martij 1577. coram Rubeo.

2 Nam quoad confessionem dotis maternæ factam constante matrimonio, cùm de promissione nullibi appareat, dixerunt Domini illam non probare aliquod creditũ. cùm potius præsumatur facta in fraudem donationis, Io. Andr. *in addit. ad Specul. in rub. de donat. inter vir. & vxor.* Caldet. *cons. 3. eod. tit.* Paul. de Castr. *cons. 86. n. 1. lib. 2.* Alex. *cons. 142. n. 3. lib. 5.* Ias. *cons. 32. post princ. lib. 3.* Soc. *cons. 66. num. 7. lib. 1.* Ruin. *consi. 190. num. 5. lib. 1.* Purpur. *cons. 4. & 28. num. 8.* Gozad. *cons. 28. num. 21.* Natt. *cons. 748. nu. 4.* Paleott. *decis. 131.* Molined. *decis. 2. n. 1. de confess.* Caputaq. *decis. 12. in manuscript. lib. 1.* idem fuit dictum de credito scutorum 1800. quia cùm de eo constet per solã con-
3 fessioné mariti, durante matrimonio, & sit prohibita donatio inter virum, & vxorem, *l. 1. tota tit. ff. de donat. inter vir. & vxor.* præsumitur con-
4 tra confessionem, quod in fraudem donationis emanauerit, Alex. *d. cons. 142. n. 4.* Cresc. *decis. 2. de confess.* tanto magis, quia maritus confessus fuit habuisse dicta scuta 1800. in tot bonis in eodem instrumento inferius describendis, & non reperitur huiusmodi descriptio.
5 Non obstat lapsus bienij, quia illud bene tollitur, vt non possit dari de non numerata dote, non autem, quod non possit dari, vel opponi de
6 donatione: & in dubio, quando confessio emanauit, constante matrimonio, videtur facta non spe futuræ numerationis, sed animo donandi, Aret. *cons. 86. sub n. 1. vers. secundo ostenditur.*

Fuit etiam dictum obstare D. Hortensio alienationem, seu cõsensum præstitum alienationi, quorumdam bonorum, quæ sibi fuissent hypothecata pro dicta dote, quando de ea cõstaret,
7 cùm enim ita alienans, & consentiens sibi præiudicauerit, quo ad talem hypothecam *ad l. si de*

bitor.§.1.ff.quib.mod.pignor.vel hypoth. sol. & pro-
pterea eam cedere non possit D.Isottæ, cui com
petit ius offerendi, & obtinendi cessionem, *l.*
Paulus.ff.quib.mod.pignor.d.l.1.C.si antiq.cred. ob-
8 stat exceptio cædendarum, & impedit immis-
sionem ex Saluiano, *l.Stichum.§.pen.ff.de solut.*
Bart. *in l.stipulat.§.1.ff.de fideiuss.*

9 Accedit, quod cùm D. Hortensius patri suc-
cesserit censetur de bonis paternis, & hæredita-
rijs soluisse, *l.si ei cui.ff.de euict.* Bar. *in l. peculium*
la 2. vbi etiam Paul. *sub n.2.ff.de pecul.* Soc.Iun. *cons.*
170.n.9.lib.2. Alciat. *cons.572.ad fi.*

10 Nec obstat inuentarium, quia cùm ex eius
lectura appareat adesse bona vltra creditum, nõ
impedit huiusmodi solutionem, vt per Gabr.
cons.125.n.12.lib.1. inuentarium enim in re hære-
ditaria non opitulatur, Afflic. *decis.26. post n.3.* &
11 ob id hæres cum beneficio legis, & inuentarij
tenetur habere ratum factum defuncti, quate-
tenus reperitur in inuentario, Bar. *in l. cum Vir.*
sub nu. 14. vers. sed si fuit inuentarium.ff.de vsucap.
Dec. *in l.ex qua persona sub n.2.vers. & quod est.ff.*
de regu.iur. Aym. *cons.225.n.12.*

R. P. D. LITTA.

Romana Saluiani Interdicti Lunæ
13. Ianuarij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum intrat, vbi constat de credito cum hypotheca.*
2 *Instrumentum inducit probationem probatam, & manifestam.*
3 *Extremum secundum, scilicet possessio si probetur, dicitur probata extrema, & est locus Saluiano.*
4 *Exceptio fideicommissi est altioris indaginis, & non admittitur in Saluiano.*
5 *Census impositus in re fideicommisso subiecta sustinetur quoad legitimam.*
6 *Consentiens impositioni census, non potest illam impugnare.*
7 *Præsumitur scientia totius ex scientia vnius partis.*

DECISIO XXIII.

DVbitatum fuit, an intret Saluianum in ca-
sa. & ad effectum de quo agitur, & Domi-
ni concorditer tenuerunt intrare; si quidem de
1 credito, & hypotheca agentium constat ex in-
strumento annui census scutorum 187. impositi
per D.Hieronymum de Cupis, ad fauorem Do-
mini Marci Lepidi Vitini, & suorum, super pa-
2 latio plateæ Agonis, quod probationem pro-
batam, & manifestam facit, *c.cum olim. de verb.*
signif.l.fina.& ibi glos.1.de reb.Eccles.non alienan. &
per Ias. *cons.124.n.2.lib.1.*

Et quod Hieronymus venditor dicti census,
tunc temporis, & postea possederit dictum pa-
latium non negatur: quo fit, vt his duobus ex-
tremis verificatis intrare debeat omnino vtile
3 Saluianum Interdictum ad fauorem agentium,
Bar. *in l.1.n.2.ff.de Salu.Interd.& in l.1.in princip de*
precar.& Salu.Interd. Rolan. *cons.14.n.19.lib.1.* latè
Negus. *de pignor.in 2.memb.8.par.n.19.vers.septimo*
conclude. Put. *decis. 207. lib. 1.* & fuit sæpe resolu-
tum.

Non obstat, quod dictum palatium prætende-
batur subiectum fideicommisso Cardinalis de
Trano, itque prohibitum alienari, quando nõ
potuerit super eo imponi cẽsus iste, ex deductis
hic per informantes pro Domino Septimio.

4 Quia fuit responsum pluribus modis, primo
exceptionem hanc fideicommissi, tanquam re-
quirentem altiorem indaginem nõ debere ad-
mitti in hoc iudicio Saluiani, vt in specie fuit in
alia Romana Saluiani 28. Maij 1598. coram bon.
mem. Orano.

5 Secundo sustineri debere censum hunc saltẽ
respectu legitimæ, quæ tunc debebatur vendi-
tori in bonis ipsius fideicõmittentis, & quæ nõ
potuit grauari aliquo fideicommisso, *vulgata l.*
quoniam in prioribus.C.de inoffic.testam.

6 Tertio, & vltimo, Dominũ Septimium fidei-
commissarium non posse hunc censum impu-
gnare prætextu dicti fideicommissi, stãte quod
impositioni illius expresse consensit, *ad tex.in*
l.si fundum per fideicommissum ff.de leg.primo.& in l.
nihil.§.omnibus ff.de leg.2. Roma *cons.457.n.2.vers.*
tertio non est dubium. Bald. *cons.102. nu.1.lib.2.cum*
alijs allegat.per informantes.

Nec potest iuuari prætextu ignorantiæ dicti
fideicommissi, cùm ex lectura illius consensus,
clarè constet de scientia eiusdem.

7 Et ad illud, quod non habuerit scientiam o-
mnium contentorum in dicto testamento, & si-
gnanter pœnæ caducitatis impositæ alienatio-
ni, fuit responsum ex scientia partis resultare
scientiæ præsumptionẽ totius, quæ sufficit pro
validitate actus, Aym. *cons.63.n.7.* Menoc. *cons.75.*
n.23.lib.1. quidquid aliàs dicendum sit, si agere-
tur de incursu in dictam pœnam.

R.P.D. PENIA.

Perusina spolij domus Veneris
1. Februarij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Extremum primum in spolio probatur, si est probata possessio anterior.*
2 *Possessio probatur si testes deponant vidisse possidere.*
3 *Testis reddens rationem sui dicti probat.*
4 *Actio spolij datur etiam contra heredem.*
5 *Extremum secundum satis probatum dicitur ex litis sustentatione, iunctis adminiculis.*

DECISIO XXIV.

VTraque parte informante Rot. censuit constare de spolio domus de quo agebatur; testes enim producti probabant in hac causa, Malatestam, & Horatium Balleoneos possedisse hanc domum in Ciuitate Perusina, & illa die 2. Aprilis 1522. donasse Baldassari filio Rodulfi de Signorellis, qui eam possedit vsque ad vltimum vitæ terminum, cum actibus possessoriis, eam videlicet retinendo, locando, & dislocando, & alia faciendo, quæ à veris possessoribus domorum fieri consueuerunt, & post mortem Balthassaris in possessionem domus, Octauianum patrem, Bernardum, & Cecchum de Signorellis eius fratres germanos, tanquam heredes Balthassaris, possessionem eius domus accepisse, & eis in possessione existentibus obiisse Octauianum, superstite Fabritio eius filio, & hærede, cumque cum aliis pro indiuiso
prædi-

prædictam domum possedisse, eisque quasdam ob causas à Perusia recedentibus, Lucretiam Bandinam, auctricem D. Liuiæ Capranicæ opera suorum ministrorum in possessionem eiusdem domus intrusisse: ex his enim per testes probatis, constabat de primo extremo, videlicet de possessione Dominorum de Signorellis.

2 Testes enim dicentes vidisse aliquem possidere probant possessionem naturalem: & ciuilem, Bald. *in l. data opera, nu.34. C. de his, qui accus. non possunt.* Dec *cons.302. incip. Ex præ tenui facultate, num.17.* Cæsar de Graff. *decis.14. incip. Conclusum tres testes, de testib. num.5 & 7.* & eo maximè,

3 quia testes reddebant bonam rationem ex prædictis actibus possessoriis. Cæsar de Graff. *d. decis.14. n.4. de testib. & decis.10. incip. resolui um fuit, nu.3. de caus. possess. & propr.* Ang. *in l. quadam mulier. num.3. ff. de ne ind.* Natt. *cons.572. incip. Vertente iam diu controuersia, nu.20. lib.4.* Afflict. *decis.325. incip. facto verbo, nu.2.*

Et licèt testes non probassent solùm possessionem Fabritij, sed eius etiam patruorum, non afficiebat, quia actio spolij datur etiam hæredi, & etiam contra D. Liuiam hæredem Lucretiæ: & licèt Liuia non spoliauerit, tamen in vitium

4 spolij successit, cùm actio spolij sit in rem scripta, Abb. *in cap. cum ad sedem, nu.16. & 17. de restit. spol.* Alexan. *in l. rem, quæ nobis, num.19.* vbi Ias. *de acquir. possess. n.19.* Afflict. *d. decis.161. incip. Monasterium Sancta Maria, nu.33.* quod procedit, etiam si cum titulo, & bona fide possideat, Cassad. *decis.7. incip. Contulerunt Domini, num.1. de restit. spol.*

5 Secundum extremum satis censebatur probatum ex litis sustentatione iunctis adminiculis, quæ hic etiam concurrebant, vt sæpe Rota censuit; identitatem domus probabant testes dicentes, domum retentam à D. Liuia esse eandem corpore, & substantia, quæ olim possidebatur per supradictos Signorellos.

R. P. D. VBALDO.

Romana Saluiani Interdicti Lunæ 19. Ianuarij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per instrumentum dicitur probatio probata, & veritas apparens.*

2 *Hypotheca generalis extenditur etiam ad iura futura.*

3 *Relationi tertij periti standum est etiam si discordet à duabus alijs electis.*

4 *Saluiano Interdicto est locus probatis duobus extremis, nempe primo creditum cum hypotheca, & secundo possessum tempore obligationis, vel postea ex parte rei conuenti.*

5 *Saluianum Interdictum competit etiam contra tertios possessores.*

6 *Amplia quod competit etiam pro rebus hypothecatis.*

7 *Bona emphytheotica non continentur sub generali bonorum obligatione, contrarium est verius, & sequitur.*

8 *Obligatio generalis omnium bonorum continet etiam bona emphytheotica.*

9 *Melioramenta facta super re emphytheotica semper dicuntur facientis, illaque vendi, obligari, & ad hæredes etiam extraneos transmitti possunt.*

10 *Melioramenta facta super re emphytheotica paci si potest quod sint domini directi, etiam absque satisfactione.*

11 *Melioramenta facta super emphytheotica dicuntur libera, & tamen emphyteotica finita emphytheusi ad dominum reuerti deberent.*

12 *Obligatio generalis omnium bonorum non continet ea, quæ sunt prohibita alienari.*

13 *Pignoris obligatio non operatur translationem rei, cùm pignus remaneat in bonis pignorantis.*

14 *Hypotheca, & obligatio non censetur prohibita per prohibitionem.*

15 *Venditione prohibita, non censentur prohibita alia contractus.*

16 *Melioramenta non censentur prohibita alienari, vel obligari, quando sunt prohibita alienatio ipsiurtum domus.*

17 *Emphytheusis reuersa ad dominum non ob lineam finitam, vel caducitatem, sed iure retractus non tribuit ea iura Domino, quæ si ex sui natura redijsset, & ideo redijt cum onere hypotheca per emphyteotam imposita super melioramentis.*

18 *Procurator censetur reuocatus per comparitionem principalis factam absque clausula citra, &c.*

19 *Fallit, quando comparitio fuit facta in diuersa instantia, & coram diuerso Iudice ad effectum declarandi animum ipsius principalis, quia tunc non censetur reuocatus procurator.*

20 *Fallit etiam, quando comparitio non fuit facta præsente procuratore.*

21 *Solutio facta creditori in bonis debitoris semper cedit in causam fideiussionis tanquam durtorem.*

22 *Cessio iurium non operatur contra tertium, nisi pro rata pecunia.*

23 *Debitor vbi soluit de pecunia ipsius suo anteriori creditori non succedit in locum illius, quia potius est liberatio à debito, quàm successio in credito.*

DECISIO XXV.

Franciscus Iunctinus domum quandam à Venerabili Anglorum Collegio ad emphyteusim ad tertiam generationem obtinuerat: eius filius Augustinus anno 1582. Custos pignorum à Sacro monte Pietatis de Vrbe electus, fideiussorem de recta administratione, & custodia dederat pro summa scutorum quinque millium D. Hieronymum de Comitibus Abbatem Sancti Gregorij, pro cuius indemnitate se obligauit in forma Cameræ, & cum hypotheca omnium bonorum anno 1593. prædictum Collegium præfatam domum ab eodem Augustino magnopere melioratam retraxit in vim Bullæ iuris congrui, mox anno sequenti Augustinus sentiens se debitorem Montis in ingenti summa ab Vrbe recessit, & D. Dux de Comitibus Abbatis fideiussoris hæres à Monte conuentus pro scutis 5000. ad quam summam Abbas interesserat, soluere coactus fuit, pro quorum recuperatione intentauit contra Collegium possessorem dictæ domus, & meliomentorum ipsius, iudicium Saluiani Interdicti, & causa in Rota introducta sententiam fauorabilem reportauit, & rursus de partium consensu iu-

hi commissa proposui dubium:

An sententia Rotalis esset confirmanda, & Domini affirmatiuè responderunt, quia de credito D.Ducis,& hypotheca super omnibus bonis Iunctini constat ex publicis instrumentis in summario D.Ducis *nn.1. & 3.* quæ probatio per
1 instrumenta dicitur probata, & veritas apparens, Bald. *in l.quoties, in fin. C.de iud.& in cap.consuluit, nu.12.de offic.delegat.* Ofasc.*decis.72.num.4.* Tiraquell. *de retract.consangui. §.3.glos.1.num.10. & seq.*& fuit dictum in Romana Saluiani 13. Ia-
2 nuarij 1603. coram Litta, & hypotheca illa generalis extenditur ad bona etiam futura, *l.fin.C. qua res pignor.oblig.poss.* & sic ad melioramenta postea per Iūctinum in domo facta, de quorum æstimatione constat ex relatione tertij periti,
3 qui retulit melioramenta ascendere ad summam scutorum 2340. cui relationi standum est, etiam si discordet ab aliis duobus electis, *glos.in l.item si vnus.§.principalem.in verb.auctoritari, in fine,*& ibi Bald.*in princip.ff.de arbitr.* Specul. *in tit. de arbitr. §. sequitur, num. 19. vers.sed nunquid stabilitur,* per Socin.*cons.54.colum.2.vers. tertius, & vltimus casus,lib.1.* Io.Garsias *in tractatu de expensis & melioramentis, cap. 24. in princip.* & dictam relationem approbauit Rota in hac causa 11. Ianuarij 1610. coram R. P.D. meo Manzanedo.

Constat etiam de possessione Iunctini dictæ domus cum melioramentis vsque ad annum 1593. quo anno illam vendidit Collegio pro scutis duobus millibus, & sic cùm constet de
4 duobus extremis in Saluiano, quæ sunt creditum cum hypotheca ex parte actoris,& possessio tempore obligationis, vel postea ex parte rei conuenti, negari non potest quin intret vtile Saluianum ad fauorem Ducis, Barr. *in l.1.nu.3. ff.de Saluiano interdicto, & glos.in l.1.C.de prec. & Saln.Interd.* & ibi Bart. Docto. *in l.rem alienam,* vbi Bart. *sub num.5. ff.de pignor.act.* Alexand.*cons. 185.sub nu.4.lib.6.* Roland.*cons.14. nu.13.lib.1.* Negus.*de pignor. par. 8. memb.3. num.19.* Menoch.*de adipiscend. remed. 3. quæst.29. num.160.& seqq.* & fuit dictum in Romana Saluiani 23. Iunij 1599. coram R.P.D. Peñia nunc Decano, & in dicta Romana Saluiani Interdicti, coram Litta, & aliàs sæpissimè, sicuti etiam constare dicitur de possessione Collegij, quod successit Iunctino, vt patet ex sustentatione litis, neque à partibus
5 controuertitur, & certum est Saluianum competere contra tertios possessores, *d.l.1.ff.de Saln. Interd.glos.in d.l.1. C.de precar.* Negus. *loco citato.* Menoch.*d.remed.3.num.57.* Put.*decis.207.num.2. lib.1.* & fuit dictum in Fauentina Legati 24. Nouembris 1589. coram Illustrissimo bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio, & in d. Romana Saluiani corā Domino meo Decano,& de communi Rota coram Cantuccio *decis.34. n.24.par.*
6 *2.inter impress.* sicut nec etiam dubitatur, quin Saluianum habeat locum pro [illegible] bus hypothecatis, & fuit dictum in Romana Saluiani 8. Iunij 1601. coram Reuerendissimo Domino meo Atrebaten.

7 Quibus ita stantibus motiua parti[s] aduersæ videbantur Dominis non obstare, primo, quod in generali obligatione bonorum non contineantur bona emphytheotica, Surd. *decis. 160. circa princ.* & sic domus prædicta non comprehendatur sub generali obligatione bonorum facta per Iunctinum ad fauorem Ducis.

8 Quia fui[t] responsum contrarium esse verius, vt [se]ntit glos. *in l.fin. in verb. alys. C. de iure emphyth.*& ibi Salice[t]. *num. 9.*& Ia[s]. *num.78* Negus. *de pignor.2.memb.2.part. principalis, nu.28.& seqq.* Clarus *in §.emphytheosis, quæst.18.in* [fi]*ne.* Gabr. *in tit.de reg.iur.concl.12 num.1* [.] *& seq.* de [c]ommuni Rota coram bo[næ] memoriæ Cardi[nal]i Lancellotto in Romana domorum 3. Iunij 157[.]. *decis.426.num.6.part.1. inter impress.* & [i]ta [di]citur esse in consilio in dicta R[om]ana Vineæ coram Cardinali Seraphino: sed c[e]ssat omni[s] diffi[cu]ltas, quia D. D[u]x non agit ad domum, sed ad
9 melioramenta, quæ non erant emphyth[eoti]ca, sed propria ipsiu[s] Iunctini durante emphyt[e]usi,& quæ vendi, & obligari poterant, era[n]tque transmissibi[li]a ad quoscumque hæredes,& successores etiam extraneos, Clarus *in dicto §.emphytheosis, quæst.45. & in §.feudum, quæst.88.* Berous *in cap.potuit num.52. de loc.at.* Paris. *cons.28. num.1.& seqq.lib.3.* & quod possint hypoth[e]c[a]ri expressè tenet Gozad. *cons.20.in fine,* post Specul. *in §. nunc aliqua, vers.131.de emphyth.* & fuit dictum in Romana Casa is Marciliani 19. I[u]nij. 1587. coram bon. mem. Cardinali Seraphino.

Neque dicatur dicta melioramenta cùm omnia cedere deberent in vtilitatem Col[legij] [fi]nita emphytheosi, nec essent reficienda [i]n instrumento emphytheusis continetur cen[se]n[d]a esse emphytheutica, & ideo non potuisse obligari, quia vltra quod responsio apparet ex prædictis, fuit etiam responsum, quod licet valeat pactum, vt finita emphytheusi melioramenta
10 pertineant ad dominum directum absque a[l]ia sati[s]factione, Ias. *in l.2.num.28.C.de iure emph[y]th.* post Bar. *in l.iubemus, §.saue.nu.2.C.de sa[cr]. sanct. Eccles.* Valasc. *in quæst.emphyth.quæst.25.num.18.*
11 cum ali[is] allegat. pro Collegio, non tamen sequitur ea dici emphytheutica c[ū]m durāte emphytheusi sint propria emphyt[e]otæ, vt nemo dubitat, & supra dictum est.

Secundo principaliter non obstat, quod domus prædicta, & iura ipsius, & sic m[elio]ramenta fuerint prohibita alienari, & ideo non ve-
12 niant in generali obligatione bonorum ad not. per Bart. *in l.Codicillis. §.instituto, nu.5.ff.de legat. 2.* cum aliis per Rotam *d.decis. 426. num.5.par.1.* & fuit dictum in Romana Vineæ coram Cardinali Seraphino cuius copia data fuit, quia respondebant DD. domum non fuisse prohibi-
13 tam alienari sed tantum tradi, & transferri, vt ex lectura i[n]strumenti apparet, & sic non fuit prohibita hypotheca, quia pro pignore non fit translatio, cùm remaneat in bonis pignorantis, *l.pignus. C.de pignor.act.* & ita in materia *l.fin.C. de iure* [emphy]*th.* respondet ibi Ias. *numero 8.* [Ne]gus. *de* [p]*ignor.dict.memb.2. part.2. numero 29.* & p[ost] al[iu]s Rota *dicta decis.426. numer.7.par.1.diuers.*

14 Item fuit prohibita v[enditi]io, cuius appellatione non venit propriè hypoth[e]ca, vel [o]bligatio, vt probat text. *in l.si pup[il]lorum. §.si Prætor. ff.de reb.eorum.*& t[r]a[di]t Rebuff. *in [de] alienationu, v[erb]. itaque regula, ff.de verb.signi.* & q[u]od pr[o]hi-
15 bi[ta] ven[ditio]ne non c[e]n[se]ntu[r] pr[o]hibiti a[li]j contractus, Franch. *in cap.vnic. colum.1.de ex* [...]

Prælat.

Prælat. in 6. & post Rebuff. *loco citat. vers. quarto [illegible].*

16 Præterea prohibitio illa citra iura domus [illegible] ut de melioramentis, quæ non [illegible] tura domus, [illegible] emphyteutæ transmissa ad quoscumque successores, vt [illegible] dixi [illegible].

Non obstat decisio Seraphini in illa Romana V[illegible] quia ibi [illegible] emphyteuti [illegible], & etiam [illegible] ta[illegible]enta erant expresse prohibita alienari, & hypothecari.

Tertio non obstat, quod melioramenta facienda per Iunctinum ad summam scutorum [illegible] vel ad aliam etiam notabilem summam ascendentia debeant omnia pertinere ad Collegium absque aliqua detractione, vt legitur in [illegible]mento.

17 Quia fuit responsum hoc esse intelligendum si domus rediret ad Collegium, vel ob culpam emphyteutæ, [illegible] cauetur in posteriori parte [illegible] ti vel ob [illegible] finitam, sed in proposito casu domus est reuersa ad Collegium cum [illegible] oramentis, non tanquam ad Dominum [illegible], sed tanquam priuatum ex titulo [illegible]ptionis, quo casu debet Collegium illam habere cum onere hypothecæ impositæ per Iunctinum [illegible] per dictis melioramentis prout bene tradit & [illegible] Guido Papa *decis. 575.* Iacobus de Sancto Giorgio *inuest. feud. §. qui [illegible], num. 62. vers. ad argumenta.* Boer. *decis. [illegible] 6. & nu. [illegible]* Ol[illegible] *decis. 156. nu. 14. vers. non obstante.*

18 Quarto non obstat allegata nullitas sententiæ Rotalis tamquam ad fauorem Procuratoris Domini Ducis, qui tamen ce[illegible]batur reuocatus per comparitionem factam ab ipso D. Duce sine clausula *citra, &c.* annotata per Bart. *in l. qui mutuam. §. non ideo [illegible] ff. mandat.* quia

19 re[illegible] quod dicta comparitio [illegible] facta [illegible] causa, & [illegible] ram alio Iudice & inter ipsum Ducem, & Montem & fuit simplex declaratio animi ipsius Ducis, quæ non poterat fieri nisi ab ipso Duce, qui declarabat nolle molestare Collegium pro [illegible] mille solutis Monti, quo [illegible] non censetur reuocatus procurator, *cap. si quem, in fine, de procurator. lib. 6.* Bart. *in l. mutari, sub nu. 5. ff. de procurat.* Rota *decis. 22. & 31. eod. tit. in antiq.* Felin. *in cap. ex parte.*

20 *nu. [illegible] vers. & nota, de rescriptis*, vltra quod comparitio non fuit facta præsente procuratore, quo casu non censetur reuocatus, Bart. *in dict. l. mutari, sub nu. [illegible] vers. si verò interueniat.* Alexand. *consil. 61. sub num. [illegible] vers. quia ad hoc [illegible] 5.* addens ad Guid. Papa *decis. 40. in littera B. in fine.*

Quinto non obstat cessio [illegible] a Monte pietatis ipsi Collegio, per quam Collegium videtur succedere in locum Montis, & consequenter cum hypotheca per Iunctinum facta [illegible] anterior hypotheca ad fauorem Ducis videtur excludi hypotheca Ducis, & per consequens [illegible] Saluianum cessante hypotheca, quia fuit [illegible]nsum:

Primo, quod immo quoad [illegible] a melioramenta, si ea reperirentur penes Montem non posset [illegible] quo minus de his satis[illegible] ipsi Duci,

21 quia [illegible] essent in bonis ipsius Iunctini ea debet [illegible] in causam fideiussionis tanquam in duriorem causam, & sic in extinctionem debiti præcedentis ex causa fideiussionis factæ per D. Ducem pro Iunctino, & consequenter ex promissione relationis inde secuta, *l. cum ex plurib. ff de solu.* & fuit dictũ in hac causa [illegible] Iunij 1609. coram Domino meo Manzanedo *in [illegible] decis.*

22 Secundo, quod cessio iuuũ non operatur contra tertium nisi pro rata pecuniæ habita, *l. qui à debitore. ff. qui pot. in pignor. habeant.* Ideo cum Mons cedens habuerit à Collegio scuta tantum mille, ita cessio non potest operari contra Ducem, nisi pro dictis scutis mille, præsertim stante cessione taxatiuè limitata ad dicta scuta mille, & ita fuit resolutum 12. Nouembris præteriti coram Domino meo Manzanedo.

23 Tertio, quod vbi debitor soluit pecunias de sua pecunia anteriori creditori, non succedit in locum ipsius, quia potius est liberatio à debito, quàm successio in credito, ita tradit glos. *in 3. memb. sue distinctionis l. 1. in verb. non accepisse, C. de his qui prior. cred. loc. succed.* & isto casu Collegium soluit Monti, tanquam debitor, cũ successerit Iunctino, qui erat principalis debitor Montis.

Atque ex his fuit resolutum sententiam Rotalem confirmandam, in &c.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana domorum in Burgo Veneris
24. Maij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Extrema in Saluiano sunt præcipua incumbentia in eo iudicio.*

2 *Creditum probatur ex instrumento emphyteusis, seu locationis fictæ.*

3 *Instrumentum adminiculatum probat contra tertium ad effectum solutionis canonis.*

4 *Amplia contra eum, qui habet causam à principali conductore.*

5 *Obligatio Cameralis inducit hypothecam, tam contra bona præsentia, & futura, quam contra melioramenta, & num. 6.*

7 *Melioramenta facta à tertio, non censentur dua obligata.*

8 *Contrarium est verius.*

9 *Tertius possessor potest offerre extimationem melioramentorum actori.*

10 *Ex[illegible]ium primum probatur ex instrumento locationis, etiam contra habentes causam à primo conductore, & num. 11.*

12 *Possessio probatur per instrumentum locationis concurrentibus adminiculis.*

13 *Confessio probat co[illegible] confitentem.*

14 *Confessio expressa, & explicita probat in quocunque iudicio.*

15 *Possessio probatur etiam per testes.*

16 *Extremum secundum probatur ex litis sustentatione iunctis adminiculis.*

17 *Identitas probatur verificatis confinibus in instrumento positis.*

18 *Identitas probatur per duas demonstrationes.*

19 *Mala fidei possessor non præscribit, nec illius successor, & num. 20.*

21 *Mala fidei possessor dicitur, qui habuit titulum, & possessionem lite pendente.*

22 *Amplia, quod nullo vnquam tempore potest præscribere.*

23 *Præscriptio decennalis suffragatur tertio possessori tantùm, aduersus hypothecam, secus si ha-*

bet causam ab ipso debitore.

DECISIO XXVI.

Domini resoluerunt [illegible] trare Salmianum, quia constat de credito & hypotheca, & de vtroq; extremo, quæ sunt præcipua incumbentia in hoc iudicio, [illegible] notata per Bart. *in*
1 *l.1 ff de Salu. Interd.* Roland. *co. f.14.num.13.lo.1.* Neguf.*de pign.3.memb.8.par.num.19.vers.septima conclusio,* Moderm.*de adipi. poss. enucd.3.nu.162.& seq.* Put. *decis.207 li. 1.* & fuit dictum in causa Romana Saluiani Interd.a 3. Iunij 1590. coram R.P.D. meo Penia.

2 Creditum namque probatur ex instrumento emphyteusis, seu locationis situs, in quo sunt ædificatæ domus de quibus agitur ad longum tempus factæ de anno 1524. 31. Octobris, a Stephano Bonelio, pro annua responsione Iuliorum duodecim cum dimidio pro qualibet canna, & duorum Caponorum: quod instrumentum cùm sit adminiculatum vt fuit resolutum 19. Ianuarij præteriti coram me, probat contra
3 tertium ad effectum solutionis canonis, Bart. *in l.ad probationem C.loc.* Ang. *in l.1 ffi. num. nu. ff. de rei vend* Felin. *in cap.auter dilect.1 n.8.de fide instr.* Soc. *cons.89.nu.11.vol.2.* Natta *cons.636.n.35.* Parif. *cons.27.nu.25.lib.1.* & fuit dictum in Rom. domus 11. Maij 15[illegible] coram R.P.D. Mellino: & in Imol. bonorum 22. Iunij 1592. coram R.P.D. Pamphilio, & in Landen. deuolutionis 3. Maij 1595. coram R.P.D. Corduba. & in quàm pluribus aliis causis: & maximè contra D. Ioannem, qui habet causam à dicto Ludouico condu[illegible]
4 sione Faustinæ illius filiæ, ac successio[illegible] nch. *cons.44.nu.5.* Aym. *in tract. de ant. temp. par.1.in ca. Ampliatur num. memorata, concl.12.& 23.* Surd. *decis.10.nu.9.*

5 Ex quo instrumento cum obligatione Camerali omnium bonorum præsentium, & futurorum in forma Cameræ, oritur hypotheca pro canone, tam in ipsis domibus, Surd. [illegible] *32.num.*
6 10. quàm etiam in melioramentis, quæ in domibus facta reperiuntur, & fuit resolutum in hac causa coram bon. mem. Orinsen. 20. Decembris 15[illegible].

7 Non obstat Neguf. *de pign.4.memb.* [illegible] *num. 18.* d[illegible] ædificium, & [illegible] horam [illegible] facta à ter[illegible] ore non cen[illegible] ta, sed
8 [illegible] offerre actori veram rei æstimationem de [illegible] ptis melioramentis: quia ultra quod non versamur in terminis melioramentorum simplicium factorum à tertio, sed sumus in casu, in quo ædificium erat factum in vigore prioris locationis, & agitur cum habente causam à primo conductore, & sic in diuersis terminis: Contraria tamen opinio est verior secundum Conarr. *var. res lut. lib.1.ca.*[illegible] *8 num.3. cum pluribus sequentibus*, quam amplexa fuit Rota in dicta decisione alias facta coram bon. mem. Otio[illegible] len.

Quod autem Canon non fuerat solutus, satis probatur ex negatione Dominorum [illegible] Ne-
9 reis agentium, qui se fundant in dicto Instrumento, & sic iure ipsorummet opponentium, *l. vbi glos.* & Iaf. *nu.132.* & *ff. C.de iur. emph.* Rip. *in l* [illegible] *tia.nu.1* [illegible] *ff.de verb.oblig.* & fuit tentum in Mediolanen. [illegible] menti, 16. Octobris 1587. coram bon. mem. Orano.

10 Primum extremum possessionis primi conducto[illegible] probatur ex eodem instr[illegible] me[illegible] tionis [illegible] quod [illegible] probat p[illegible] ssionem [illegible] con[illegible] Felin. *in* [illegible] *19.de fid.* [illegible] Gozad. *cons.* [illegible] *in me* cum aliis per G[illegible] *de locat. cons.lu.4.num.14.* [illegible] tam probat
11 cont a habentes causa ab ipso, [illegible] tradita per A[illegible] *cons.44.nu.6.* & al[illegible] [illegible] allegata. Ti[illegible] quel. *de con poss. par.* [illegible] *nu.12.* & maximè stante cla[illegible] *dun* [illegible] *mens*, in instrumento appo[illegible] ta.

12 Quæ probatio [illegible] codem in[illegible] rumen[illegible] quàm plura ad[illegible] plenè probatur, Gabr. *de l* [illegible] *nu.* 6 Cæsar de Grass. *decis.* [illegible] tertium. Gozad. *d.cons.* [illegible] *nu.*[illegible] Abb. [illegible] *volum.1.*

Adminicula autem p[illegible] ex positione p[illegible] Dominæ [illegible] 1510. (vt dictum est) Ioannes [illegible] Iudicio factam, & in hac ca[illegible] cta: in quibus ponit qualiter [illegible] conductor possedit istas domos, [illegible]
13 probat contra illam, Franch. *in ca.* [illegible] *iure iur.* & *in cap.1.n.11.de conf.* [illegible] cita, & exp[illegible] ssa probat etiam [illegible]
14 alio iudicio, Rot. *de* [illegible] *8 de testam. in antiq.* Aegid. *de* [illegible] *190.par.1.* Cæs. *d.* [illegible] *decis.90.n.17.*

15 [illegible] ex duobus te[illegible] bus ab eadem Fau[illegible] exhibitis de eadem positione deponen[illegible] parit r contra illam probat. & conf[illegible] omnem contra Ioannem, ab ea causam habentem: & ad[illegible] etiam alia adminicula[illegible] [illegible] ata in decisione in hac causa facta [illegible] 16. Ianuarij præteriti.

16 [illegible] extremum probatur ex [illegible] stentiæ iunctis adminicu[illegible] tum ex[illegible] Ioannis habito a F[illegible] ina [illegible] & [illegible] Ludoui[illegible] cond[illegible] ctoris: tum ex re-[illegible] sponsione ad positiones. Cap[illegible] taq. *de* [illegible] *369.par.* 2[illegible] p[illegible] rties de [illegible].

17 Identitas autem suffi[illegible] probata est, confertendo confinia in instrumento [illegible] demonstrata, [illegible] cont[illegible] nibu[illegible] deponūt testes vltra [illegible] loco evan inati [illegible] *nu.* iuncta coniunctione [illegible] iudent el[illegible] tur concordia quatuor con[illegible] primo via, licet in nomine loci, q[illegible] est de Burgo sancti Petri, secundo in via publica, tertio in via vicinali, quarto domo contigua quæ [illegible] Bzang[illegible] & Sebastiani, & postea Magdalenæ de Robu[illegible], & postea D. Claud[illegible] Netei.

18 Nam in probanda identitate duæ demonstrationes sufficiunt, *l.* [illegible] & ibi Glos. *in ver.* [illegible] *nus de r cons.* Bart. *in l.demonstra.fals.* [illegible] *num.14.* & 15 [illegible] *d.* & *demon* [illegible] Aymon *in respon.* [illegible] *nu.*[illegible] 21 Cal[illegible] *fi nomine. C.de* [illegible] *cons. 23.nu.*[illegible] Dec. *cons.13.num.9.* & fu[illegible]

Descendentia DD. de [illegible] aperte ost[illegible] tur [illegible] ex ibus de super [illegible]

Non obstat a[illegible] qu[illegible] respectu Ludo[illegible] non [illegible] hypotheca, [illegible] nonus, que pensione [illegible] ptis nō fa[illegible]

contra

19 contra Dominum ratione malæ fidei, non præscribitur, *l. male agitur*, & ibi Gloss. *in verf. detent*, & alij *C. de præscript. 30. vel 40. annorum*
20 Franc. Marc. *decis. 355. sub num. 2. par.* 1. ita nec alius succes or, *l. neque C. de suffrag.* Balb. *de præscript. 4. par. 4. par. princ. quæst. 8.* & sic multo minus respe-
21 ctu Ioannis, qui habuit titulum, & possessione pendente, propter quod censetur esse in mala fide, *l. sed si lege, §. etiam si ante litem, ff. de petit.*
22 *hæred.* quia nullo tempore potest se præscriptione iuuare, *c. si cum ibi not atu. de præscript.*
23 Et ex hoc nec quicquam facit decennalis aduersus hypothecam, quia illa solum suffragatur tertio possessori bonæ fidei, & habenti causam alio, quam à debitore, non autem quando habet causam, vt hic, ab ipso debitore, *l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem.* Negus. *de pignor. 2. memb. 6. par. prin. nu.* 2. maximè lite pendente.

Præterea instrumentum locationis factæ dicto Ludouico Guadagno, & Ludouico Marchetio sociis fuit de anno 1524. 31. Octobris, & ex quo Franciscus Marchetius absente Faustina filia, & hærede dicti Guadagni de anno 1536. 29. Nouembris vendiderat vnà cum sua domo partem, de qua agitur attinentem ad dominum Guadagnum, saluo, & reseruato iure directi dominij eidem Gabrieli della Latta, vt apparet, ex publico instrumento in registro coram bon. memb. Lancellotto fol. 30. & sic Faustina fuerat istis bonis spoliata de anno 1536. ipsa re[illegible] mouit iudicium spolij contra dictum Gabrielem. & quando Magdalenam de Bobus, coram Auditore Cameræ, vt apparet ex positionibus adhibitis in registro coram Sarmiento *fol. 688.*

Et quia dictus Gabriel in possessione bonorum instructus negligebat obtinere consensum, & canones soluere Lauræ, & Constantiæ filiabus, & heredibus Stephani, contra illum prætendere pariter fuisse spoliatas, & hac de causa litem. & differentiam tam spolij, quàm non solutionis canonum compromiserunt, vsque de anno 1539. 19. Martij, vt ostenditur de publico instrumento: & causa per viam compromissi non terminata de anno 1545. 26. Ianuarij iudicialiter commissa fuit contra eundem Gabrielem, & omnes alios bon. mem. Puteo, vt in registro coram me *fol. 2.* quæ causa cum eadem Faustina ad possessionem istarum domorum reintegrata secuta fuit, vt inter alia colligitur ex commissione dependente ab ipsa Faustina obtenta, in registro coram bon. mem. Lancellotto *fol. 16.* donec postremo lite hac indecisa pendente, de anno 1551. 30. Augusti, domus Ioann. tunc eius procuratori cessit, seu donauit, vt in registro coram me *fol. 418.* ex qua quidem serie cessat omnino quælibet præscriptio, & præcipuè respectu D. Ioannis propter litem à tanto tempore agitatam.

Quare, &c.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana Saluiani Interdicti Lunæ 28. Iunij 1610.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex eo, quod quis cepit possessionem in vim mandati relaxati in Iudicio Saluiani Interdicti.*
2 *Ampliæ quod maximè iustificatur dicta possessio quando constat, de credito, & hypotheca illius, qui possessionem capit.*
3 *Possessio probatur ex instrumento adoptionis possessionis.*
4 *Manutentio danda est ei, qui docet possidere de tempore motæ litis.*

DECISIO XXVII.

Domini resoluerunt Ioanni Francisco, & Grandiliæ dandum esse mandatum de manutendo, quia constat, quod cæperunt pos-
1 sessionem in vim mandati relaxati in Iudicio vtilis Saluiani Interdicti, quod satis est iustifica-
2 tum ex eo quia constat de ipsorum credito, & hypotheca ex instrumento dotis, & census, & non tantum vertitur venditores census hanc vi-
3 neam possedisse, instrumentum adoptionis possessionis satis visum fuit probare possessionis ipsorum, *l. prædia vbi* Bart. *nu. ff. de acq. poss. l. non ideirco in princ.* vbi Bald. *C. de fid. instrum.* Put. *decis. 360. nu. 8. lib. 1.*
4 Ideo vti possidentes de tempore motæ litis sunt manutenendi, *§. hodie Instit. de Interdict. cum vulg. &c.*

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana fideicommissi de Spinis Veneris 15. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Immittendus est fideicommissarius vigore l. fin. quando fideicommissum est ad fauorem familiæ.*
2 *Restitutio bonorum non est necessaria, quando non versatur in primo fideicommissario.*

DECISIO XXVIII.

Domini resoluerunt Federicum, & Ascanium esse immittendos in possessionem domorum, de quibus agitur, vigore *l. vlt. in. C. de*
1 *edict. Diu. Adria. toll.* quia fideicommissum Francisci Spinæ est clarum ad fauorem familiæ de Spinis post obitum matris, & Aurelij, & per testes probatur, quod ipsi sunt de familia de Spinis, & descendentes ex linea legitima naturali, & quod istæ domus possidebantur à Francisco tempore obitus, & quod postea decesserunt mater, & Aurelius, & ideo cùm factus fuerit locus fideicommisso ad eorum fauorem, eis competit remedium *d. l. vlt.* & non est necessaria restitutio, cùm non versemur in primo fideicommissario, *c. sancimus. ad Sen. consf. Trebell.*

R. P. D. OTTIMBERGO.

Romana Saluiani Interdicti Veneris 8. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum datur pro speciali hypotheca.*
2 *Saluianum datur conflicto de duobus extremis.*
3 *Intimatio, seu denunciatio est necessaria.*

DECISIO XXIX.

1 Domini concluserunt competere vtile Saluianum Interdictum ad loca Montis Religionis euicta domo, pro qua fuerunt specialiter hypothecata, *l. 1. n. 2. de Salu. Interd.* Ang. *in §.*

*item Seruiana.nu.9.Instit.de action.*Natt.*cons.*414.
*nu.*34.Menoch.*de adipisc.remed.*3.*n.*18. quam opinionem tenet Rota,*vt in decis.44.nu.4.part.1.& decis.34.nu.24.diuersorum.*

2 Dictum etiam fuit liquere de primo, & secundo extremo: de primo ex instrumento obligationis: de secundo non solum ex sustentatione litis, verùm etiam ex attestatione secretarij montis, Cæsar de Grass. *decis.4.de restit.spoliat.*

5 Constabat etiam factam esse denunciationem, vt requiritur *l.1. C.de peric.& com.rei vend. l.emptor.C.de euict.cap.vltimo de empt. & vend.*latè Couar.*var.resol.cap.17.vers.deducitur tamen.*

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana Saluiani Interdicti Veneris 5. Decembris 1600.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non intrat cessante hypotheca.*
2 *Fundus dotalis hypothecari non potest.*
3 *Amplia, quod nec ab ipsa muliere obligari potest.*
4 *Fundum dotalem esse, sufficit constare, nedum expresse, sed etiam tacitè de voluntate contrahentium.*
5 *Extimatio non facit emptionem, quando non est facta tempore constitutionis dotis.*
6 *Præsumendum non est partes voluisse à priori contractu recedere, vt inducatur donatio rei dotalis.*
7 *Extimatio ex interuallo facta, præsumitur ad effectum sciendi rei valorem, & vt sciatur rei quantitas in dotem assignata.*
8 *Fundus dotalis constitutus ex conuentione pro tali haberi debet.*

DECISIO XXX.

1 RESolutum fuit non esse locum Saluiano Interdicto, quod non intrat cessante hypotheca, Corn.*cons.*190.*nu.*2.*lib.*1. Natt.*cons.*474.*nu.*34.& sæpe decisum fuit.

Quatenus etiam hypotheca deducitur ex obligatione Ioannis Baptistæ, illa non tenet,
2 quia casale est fundus dotalis, vnde non potuit ab ipso obligari, nec hypothecari, *l.fin.C.de reb. Eccles.non alienan l.vnica.§.& cum lex. C.de rei vxor.actio.glos.Inst.quibus alien.lic. vel non, in princip.*& ibi Ang.*num.*6.Negul.*de pignor.in 2.memb. 2.par.princip.num.*58.Surd.*de alim.tit.8. priuil.*36.*num.*2.

Quatenus etiam deducitur ex consensu, seu obligatione Hieronymæ vxoris, eodem modo tollitur, cùm fundus dotalis, ne dum à viro po-
3 tuerit obligari, sed nec ab ipsa muliere, imo neque ab vxore, & marito simul, vt per Neguf.& Surd. *supra allegatos.* Prat.Papien. *in form. libell. quo vxor agit ad dotem, glos.1. nu.*3.vltra quod obligatio mulieris pati potest alias difficultates, per informantes deductas.

Quod autem casale sit fundus dotalis, constat ex apocha matrimoniali, in qua fuit expresse inter coniuges conuentum, quod bona data in dotem, inter quæ adest hoc casale, perpetuo stare deberent pro fundo, & in fundum dotalem ipsius Hieronymæ, & sufficit, vt constet, ne
4 dum expresse, sed etiam tacitè de mente partium, quod voluerint rem dare pro fundo dotali, *l.si æstimatis, cum ibi notatis. ff.solut.matr.* Aret. *cons.*84.*vol.*2.*vers.sed quando est dubium.*Soc Iun. *cons.41.nu.11.lib.1.* Couar. *pract.quæst.cap.28. nu.2. vers.sed ex contrario,*& fuit dictum in causa Spoletana bonorum 6. Aprilis 1602. coram Domino meo Penia.

Non obstat, quod in instrumento illinc ad tres annos celebrato, casale fuerit æstimatum, & receptum pro scutis octo millia, quia cùm
5 ista æstimatio non fuerit facta de tempore constitutionis dotis, aut paulò post, sed ex interuallo, illa non facit emptionem, & venditionem: cùm non sit verisimile contrahentes à priori contractu voluisse recedere: nec sit inducenda donatio rei dotalis, aut alienatio, quæ ex
6 hac extimatione, quę emptionem faceret, sequi posset, iuxta notata per Bald & alios *in l.ex conuentione, Cod.de pact.* Aret. *vbi supra, vers.præterea dicit Bald.*Soc.Iun.*d.cons.*41.*nu.*14. Barbat.*cons.*19.*col.fin.vol.*4.Couar.*d.cap.*28. *nu.*10.*vers.vndecimo illud:*sed talis æstimatio censebitur facta, vel vt rei valor probari possit: vel vt sciatur, pro qua quantitate bona viro consignentur, vel ad alium, vt in allegata causa Spoletana, & tradunt
7 Doctores *in d.l.ex conuentione.* Aret. *& alij supra allegati.*Roland.*cons.92.nu.6.lib.2.*& in hoc casu res caret difficultate, cùm nõ procedat promissio dotis in aliqua quantitate, sed solum fuerint data in dotem bona, quæ accessoria habebat, & sic non obstant deducta in causa Interamnen. fundi dotalis 20.Februarij 1589.coram Illustrissimo Platto, quia ibi nedum præcedebat promissio dotis in quantitate, sed etiam ex pluribus apparebat, quod dominium fuerit in maritum translatum: hic autem adest expressa con-
8 uentio, quod casale stet pro fundo dotali, & ideo pro tali haberi debet, Aym. *cons.*148.*& præcipue nu.*20.Bursat.*cons.*440.*num.*9.*lib.*4. & fuit in simili casu dictum in vna Romana fundi dotalis 6.Iunij 1578. coram bon. memor. Cardinali Lancellotto.

R.P.D. LITTA.

Romana Saluiani Interdicti Veneris 17. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *AEgidiana non habet locum, vbi constat ex eisdem actis, de iniquitate sententia.*
2 *Emphytheusis expresse alienari prohibita, etiam largè sumpto vocabulo, dicitur etiam hypothecari prohibita.*
3 *Saluianum super re non hypothecata exerceri non potest.*
4 *Obligatio tollitur solutione eius, quod debetur.*

DECISIO XXXI.

DVbio proposito, an esset locus AEgidianæ, Domini pro negatiua tenuerunt.

1 Primo, quia vbi constat ex eisdem actis de iniquitate sentẽtiæ, locus est appellationi, & quod aliàs materia sit appellabilis, ad latè tradita per Chachet. *decis.Pedemont.*25.*num.*13. quod autem sententia lata contra Reuerendissimum Archiepiscopum Amalphetanen. in Saluiano per deputatum ab Auditore Cameræ, sit manifestè iniusta, ex eo præcipuè conuincitur, quod domus, super qua intẽtatum fuit Saluianũ, est emphy-

phytheotica, & expresse prohibita alienari, etiam largè *alienationis* sumpto vocabulo, quo ca-
2 su, & hypotheca omnis prohibita censetur, glo. *in l. fin. vers. ad apothecam. C. de reb. Eccles. non alienan.* cum aliis, de quibus in Romana domorum 3. Iunij 1577. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & *diuers. 426. num. 8. par. 1. in impress.* & cla-
3 rissimi iuris est, Saluianum exerceri non posse super re non hypothecata, Bart. *in l. 1. num. 2. ff. de Salu. Interd. & l. 1. in princip. C. de precar.* cum aliis per Neguſ. *de pign. in 3. memb. 8. par. num. 19. vers. secunda conclusio.*

Secundo, quia Dominus Marius Perleonius, ad cuius fauorem fuit lata supradicta sententia, fuit hoc interim de fructibus census quorum occasione egit Saluiano contra Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum, à suo debitore satisfactus, & solutione eius, quod debetur,
4 tollitur omnis obligatio, *iuribus vulgatis.*

R. P. D. ORANO.

Foroliuien. Parochialis Veneris
3. Iunij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheoticam rem esse asserenti, incumbit onus probandi dominium.*
2 *Probatio supradicta est facienda per scripturam, vel per solutionem continuatam, vel alia euidenti coniectura, & nu. 3.*
4 *Res quælibet in sui origine præsumitur libera.*
5 *Seruitus non habet causam naturalem, sed aut impositam aut præscriptam.*
6 *Solutio census non probat dominium, neque titulum ad exigendum, nisi sit præscripta.*
7 *Præscriptio est quid facti, nec præsumitur nisi probetur.*
8 *Dominium concludenter est probandum, quando agitur ad deuolutionem.*
9 *Res præsumitur potius emphytheotica fauore Ecclesiæ, quàm censualis.*
10 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum.*
11 *Solutio simplex potius facit præsumere rem esse censualem, quàm emphytheoticam.*
12 *Solutio facta antecessori non præiudicat Ecclesiæ, vel successori.*
13 *Sententia sine actis, cùm non sit antiqua, non probat.*
14 *Liber Monasterij non probat solutiones factas, tanquam de re emphytheotica.*

DECISIO XXXII.

1 AGenti ad caducitatem, & rem emphytheoticam prætendenti, incumbit onus probandi dominium, & quod res sit emphytheotica, Specul. *tit. de locat. §. nunc verò, vers. 72. & seq.* Bero. *cons. 49. num. 4. & 5. lib. 3.* Idque per
2 scripturam, ex magis communi, per glos. *in l. 1.* & ibi Bal. Ias. *nu. 61. cum seq. C. de iur. emphyt.* Alex. *cons. 112. in fin. vol. 1.* Paris. *cons. 77. n. 7. vol. 3.* Aret. *in §. adeo. Instit. loc.* Pedem. *decis. 53. nu. 1.* Clar. *in vers.*
3 *emphyteusis, quæst. 4.* Vel saltem per solutionem continuatam, vel aliam coniecturam: vt est reseruatio dominij, vt post Rom. *cons. 127.* Siluan.
4 *cons. 57. n. 43.* Aliàs enim, cùm quælibet res in sui origine præsumitur libera, *l. altius, C. de seruit.* &
5 secundum à contrario non habet causam naturalem, sed aut impositam, aut præscriptam, Bald. *in cap. cum omnes, nu. 11. de constit.* Ias. *in l. si prius. nu.*
6 *40. cum seq. ff. de oper. nou. nunc.* Solutio census non probat dominium, neq; titulum ad exigendum, nisi sit præscripta, Guid. Pap. *qu. 272.* & præscri-
7 ptio est quid facti, quæ non præsumitur nisi probetur, Bar. *in l. Celsus. ff. de vsucap.* Corn. *consil. 135. col. fi. lib. 2.* Sed tanto minus hic, cùm prætendatur propter non solutum censum deuolutio, quo casu dominium concludenter est proban-
8 dum, & quod res sit emphytheotica, vt fuit dictum coram R. P. D. Giptio in vna Romana
9 census. Licèt autem fauore Ecclesiæ potius præsumatur res emphytheotica, quàm censualis, Alexan. de Neuo *cons. 27. per totum,* Beron. *quæst. 14.* sed tamen procedit, quando nec contra Ecclesiam hæc præsumptio excitatur. Nam priuile-
10 giatus non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum, §. *sed & hoc præsenti. in authen. de sanctiss. Episc.* & *cap. cum causam, de prob.* Nec deficiunt coniecturæ vrgentes, quia aliter simplex facta
11 solutio, facit præsumi potius contractum censualem, quàm emphytheoticum, Natt. *cons. 3. lib. 1. nu. 3.* Rum. *cons. 414. nu. 3. lib. 3.* Coniecturæ autem consideratæ per informantes pro Monasterio non releuant, quia concordia, de qua in instrumento anni 1552. non continet inuestituram, sed simplicem recognitionem, quæ caruit effectu, ex quo in eo præmissa solutio 15. stariorum grani non fuit vnquam præstita, & nihilominus
12 illa nec Ecclesiæ, neque de futuro successori præiudicare potuit, Felin. *in cap. ad audientiam, vers. decima, & vlt. conclus. de præscript.* Sententia
13 autem super deuolutione lata, est sine actis, & cùm non sit antiqua, non probat, Cassad. *decis. 3.*
14 *de prob.* Liber venerabilis Monasterij probat tantummodo solutiones, quæ non declarantur factæ, tanquam de re emphytheotica, prout requiritur, ad tradita per Felin. *in cap. cum Bertoldus num. 28. de re iud.* Quare conclusum fuit pro non iustificatione sententiæ Vicarij Rauennaten.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Saluiani Interdicti Veneris
10. Martij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca præscribitur spacio decem annorum.*
2 *Tertius possessor non potest tempore principalis debitoris in præscribendo hypothecam se iuuare.*
3 *Præscribere non potest absens.*
4 *Mandatum non probatur per assertionem Notarij.*
5 *Limitatur, quando concurrunt adminicula, vt ibi exemplificatur.*
6 *Cessio facta sine pretio redditur simulata.*
7 *Limitatur, quando cessant suspiciones calumniæ.*

DECISIO XXXIII.

IN ista causa fuerat resolutum coram bon. mem. Orano extrema esse probata, & exceptionem fideicommissi, & melioramentorum non esse releuantem, & ideo esse locum executioni mandati relaxati ab A.C. sed quia coram

me in eis locū subrogato alię exceptiones nouæ
fuerūt deductæ, proposui iterum idem dubium,
An sit procedēdum ad executionem, & Domini
perstiterunt in decisis.
1 Quod enim primo opponitur spatio decem
annorum præscribi hypothecæ. *l. 1. C. si aduers.*
cred. præscript. oppo. & sine hypotheca non esse
locum Saluiano, visum fuit non obstare, quia
à die, à quo domus fuit data in solutum D. Ca-
millo vsque ad diem moræ litis non sunt lapsi
decem anni, nec tertius possessor potest vti tem-
2 pore Dominorum de Frangipanibus, qui erant
principales debitores. Præterea si vera est ab-
sentia decem anni non sufficerent, & ideo ces-
3 sat ista exceptio præscriptionis.
Pariter exceptio defectus mandati Cæsaris,
qui fecit cessionem census nomine Appiani non
placuit Dominis, quia licèt mādatum non pro-
4 betur ex assertione Notarij, Card. *in cap. vlt. de*
fid. instrum. tamen hoc non procedit, quando
5 concurrunt adminicula, Dec. *cons. 36.* & fuit re-
solutum in causa Catanien. Illegitimitatis de
anno 1586. coram Illustrissimo Cardinali Blan-
chetto quæ hic plura concurrunt. Primo quia
assertio Notarij non est simplex, sed enuncia-
tur nomen Notarij rogati de mandato, & dies
rogatus cum legalitate signo, & attestatur fuis-
se coram eo productum: Secundo quia concur-
rit obseruantia istius cessionis per annos 40. &
vltra: Tertio quia fuit facta cessio à Cæsare filio
Appiani, & versamur in actu, quia verisimiliter
non fuisset factus sine mandato. Vltima exce-
ptio, quod cessio fuit facta sine pretio, & sic est
6 simulata, iuxta dispositionem *l. si per diuersas C.*
mandati, minùs placuit Dominis: ceditur enim
census clarus, & liquidus cum obligatione in
7 forma Cameræ, & ideo cessat dispositio *d. l.* quæ
est fundata super præsumptione calumniæ, &
non habet locum, quando constat cessionem
non fuisse factam animo vexandi illum, contra
quem fit, vt ibi per glos. Bald. & alios, Gabr. *de*
act. com lus. 5. nu. 14. & fuit resolutum in causa A-
riminen. Census 26. Nouembris 1588. coram R.
P. D. Pamphilio, &c.

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Perusina rescissionis Mercurij 24.
Februarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo dandum est ei, qui pos-*
sidet, & possessio hoc casu probatur confessione
partis.
2 *Probationes leuiores sufficiunt in iudicio retinendæ.*
3 *Auctoritas Sedis Apostolicæ non est necessaria in alie-*
nationibus bonorum istius Monasterij.
4 *Contractus nullus defectu solemnitatis, sustinetur*
volente Ecclesia.
5 *Contractus non dicitur simulatus, vbi non adest pa-*
ctum de retrouendendo, donec non fuerit proba-
ta modicitas pretij.
6 *Possidens ante litem motam, præsumitur possidere*
de tempore motæ litis.

DECISIO XXXIV.

1 FVit resolutum Fratribus Sancti Florentij
dandum mandatum de manutenendo, quia
de possessione ipsorum constat ex confessione
partis, quę sufficit, Dec. *cons. 125. n. 1.* multo magis
2 in hoc iudicio, in quo leuiores sufficiunt proba-
tiones, Menoch. *de retinen. remed. vlt. nu. 24.*
Non obstant sententiæ, quia de illorum in-
iustitia dixerunt Domini esse videndum, inte-
rim Fratres manutenendi, sed de illarum iusti-
tia Domini maximè dubitabant: tum quia in i-
stis Monasteriis requisitionibus factis, ad effe-
ctum alienandi, non requiritur auctoritas Sedis
3 Apostolicæ hoc casu, vt fuit resolutum coram
Reuerend. D. Oriolen. in vna Senen. donationis.
4 Tum etiam, quia contractus volente Eccle-
sia sustinetur, Cassad. *decis. 2. de loc.* Iul. Clar. *§. em-*
phyteusi, qu. 9. & fuit resolutum coram R. P. D.
meo Seraphino 16. Decembris 1575. in vna Cer-
uien. bonorū, & coram me in vna Camerinen.
domus 23. Ianuarii 1576.
5 Nec huic contractui obstare videtur exceptio
simulationis seu læsionis, quia cùm non adsit
pactum de retrouendendo, nec sit probata mo-
dicitas pretii non potest dici simulatus: ex qui-
bus saltem offuscatur iustitia sententiarum, ita
vt possessores in sua possessione veniant con-
seruandi, & licèt ab istis Dominis de Laurentiis
non exegerint, sufficit exegisse à suis auctori-
bus, & quod Fratres non habuerunt se pro spo-
liatis: cùm enim possiderent ante litem motam,
6 præsumuntur possedisse de tempore quo fuit
mota, nisi de interruptione doctum fuerit.

R. P. D. PENIA.

Romana Bonorum de Cellis Lunæ
14. Iunii 1610.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani Interdicti requisita sunt creditum, hypo-*
theca, & possessio.
2 *Primum extremum in Iudicio Saluiani probatur ex*
Instrumentis cum clausulis, quibus quis sua
bona obligauit.
3 *Bona emphyteotica possunt obligari, si non fuerunt*
expresse prohibita hypothecari & obligari.
Amplia, quod hoc casu bona emphyteotica veniunt
sub generali obligatione, nu. 2.
4 *Possessio probatur per testes dicentes aliquem posse-*
disse, coluisse, & locasse, fructus percepisse, & cer-
tos actus possessorios exercuisse.
5 *Amplia, quod probatur etiam per confessionem par-*
tis, & per Instrumentum declarationis caduci-
tatis.
6 *Amplia, quod probatur etiam ex locatione iunctis*
adminiculis.
7 *Secundum extremum in Saluiano probatur per su-*
stentationem litis.
8 *Deuolutionis exceptio tanquam requirens altiorem*
indaginem, non admittitur in Saluiano.

DECISIO XXXV.

CVm hęc causa sola Horatio Centoflorenio
informāre proponeretur die 22. Maii 1609.
Domini licèt inclinarent pro probatione primi
extremi, nihilominus fuit dilata, quia magis
coadiuuari probationem voluerunt, quam
cùm Centoflorenius comprobasset, causa ite-
rum proposita Rota censuit creditoribus dan-
dam immissionem in possessionem bonorum
de quibus agebatur vigore vtilis Saluiani
Interdicti,

1 Interdicti, quia concurrebant in hoc iudicio requisita necessaria, videlicet creditum, hypotheca, & possessio. Roland. *cons. 14. incip. quæ iam in præsenti causa, num. 13. lib. 1.* Menoch. *de adipisc. remed. 3. nu. 160.*

2 De creditis agentium constabat in actis ex pluribus Instrumentis productis cum clausulis amplissimis, quibus Io. de Cellis omnia sua bona obligauerat creditoribus, Rolan. *præfato cons. 14. num. 13. lib. 1.* Surd. *cons. 31. incip. certatum fuit nu. 2. lib. 1.* Honded. *cons. 17. incip. dubitabatur, nu. 1. lib. 2.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. nu. 164.* & censuit Rota sæpe, & signanter in vna Saluiani Interdicti coram me die 22. Martij 1599. & in alia simili coram R.P.D. meo Lancellotto 19. Nouembris eiusdem anni.

De hypotheca non dubitabatur, cum ex eisdem Instrumentis eundem Ioannem omnia bona sua obligasse appareret, ex quibus licet aliqua
3 essent emphytheotica cum nõ reperiretur expresse prohibita hypotheca, obligari poterant, Iul. Clar. *in §. emphyteusis quæst. 18. nu. 21.* Capell. Tolos. *qu. 462.* Rota in vna Romana domorum die 3. Iunij 1577. coram Cardinali Lancellotto tunc Auditore Rotæ: vbi censuit sicut sæpe alias bona emphytheotica venire sub generali hypotheca, glos. communiter recepta *in l. fin. sub verbo alijs. C. de iure emphyteut.* vbi Salic. *num. 6.* Ias. *n. 78.* Bero. *cons. 27. incip. diuino implorato suffragio nu. 2. lib. 2.* Grat. *respons. 54. incip. in præsenti casu, num. 5. lib. 2.*

4 Possessionem Ioann. de Cellis ante possessionem Monachorum respectu Vineæ Hospitij, & cannetorum de quibus agebatur, probant plures testes affirmantes illum ea possedisse vsque ad mortem, & coluisse, & locasse, & ex illis fructus percepisse, & cæteros actus possessorios exercuisse, quibus concedebant, quæ in alia propositione fuerunt deducta; videlicet geminata Monachorum confessio, & pluries repetita
5 possessio domini Ioannis, de qua ex Instrumento declarationis caducitatis factæ die 14. Decembris 1604. per Ioannem Petrum de Paula procuratorem Monasterij speciale mandatum ad hoc habentem, & in alio instrumento adeptæ possessionis per Monachos obtenta, ex quibus non dubitatur Io. de Cellis hæc bona verè, & realiter possedisse, cum alias possessio ex lo-
6 catione iunctis adminiculis probatur, Bart. *in l. ad probationem C. loc.* Soc. *cons. 11. incip. in causa D. Catherinæ num. 4. lib. 3.* Grat. *cons. 50. incip. Reuerendissime, & Illustrissime Princeps nu. 49. lib. 1.*

7 Secundum extremum videlicet, quod Monachi hodie supradicta bona possideant probatur ex intentione litis, Veralli. *decis. 369. par. 2.* & ex instrumento captæ possessionis cuius vigore Monachi mandatum de manutenendo obtinuerunt, & ex propria confessione, de qua in commissione per ipsos obtenta.

8 Et ex istis Rota censuit immittendos creditores in possessionem præscriptorum bonorum non obstante exceptione deuolutionis, quam Monachi opponebant, quę requireret altiorem indaginem non admittitur in Saluiano, Rip. *in Rubr. ff. de pignor. nu. 19.* Natt. *cons. 532. incip. fundamentum nu. 2. lib. 3.* Rota in vna Romana, seu Amerina domus die 8. Iunij 1576. coram bon. memor. Cantuccio.

R. P. D. ORANO.

Soranen. Bonorum Veneris 22. Maij 1587.

SVMMARIVM.

1 *Obseruantia subsecuta, supplet defectus instrumenti.*
2 *Obseruantiæ effectus probatur ex instrumentis locationum subsecutis.*
3 *Limitatur, quando probaret alium in possessione fuisse.*
4 *Confessio de recepto non probat contra tertium, nisi quando promissio de soluendo præcedit.*
5 *Testis vnicus probat possessionem.*
6 *Testes in tempore iurare dicuntur, si in die prorogationis termini iurarunt.*
7 *Obseruantia operatur, vt possit dari mandatum de manutenendo.*
8 *Possessio posterior clandestina, & non citato possessore, non priuat illum sua possessione.*
9 *Confessio est interpretanda, vt minus præiudicet confitenti.*
10 *Titulus non requiritur ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo.*

DECISIO XXXVI.

In causa Sorana bonorum difficultas quæstionis propositæ, restricta fuit per Dominos ad materiam concernentem possessorium, in cuius discussione fuit dictum, Seminarium Soranen. fore manutenendum: nam etiam si instrumentum possessionis captæ non probet, ex quo est sine die, & caret testibus, ac subscri-
1 ptione, & signo Notarij, tamen obseruantia subsequuta supplet defectus instrumenti, Bald. *cons. 406. num. 3. lib. 4.* Aym. *cons. 101. num. 4. & 274. num. 7.*

2 Hæc autem demonstratur ex instrumentis locationum, & solutionibus affictuum, quę manifestè arguunt, quod habuerunt effectũ, Doct. *in l. quæ vniuersas, §. quod colonum. de acquir. possess.*
3 cum alijs per Gabr. *de loc. conclus. 4. n. 7.* & hoc nisi ex aduerso probetur alius in possessione fuisse, vt per Afflict. *decis. 325. n. 2.*

4 Et licet confessiones de recepto non probent contra tertium, ad not. *in l. per diuersas, C. de mãd.* Tiraq. *de retract. consang. §. 1. glos. 18. nu. 78.* tamen secus est, quando promissio de soluendo præcedit, Afflict. *decis. 402.* Aym. *cons. 40. per totum.*

5 Accedunt dicta testium de possessione Seminarij, & concludenter deponunt, & in hoc iudicio vnus sufficit, Alex. *cons. 103. n. 6. lib. 7.* Menoch. *de retinend. possess. remed. vlt. nu. 34.*

6 Nec dicitur, testes in tempore non iurasse, quia contrarium verius est: nam cum præfixio termini fuerit facta die 30. Augusti, & in prima die iuridica iurarent, & eadem die adsit ad alios duos dies facta prorogatio, satis verificatur enunciatiua Notarij dicentis testes in
7 tempore iurasse, & quidquid sit ad effectum mandati de manutenendo sufficit, quod adsit obseruantia.

Non obstat posterior possessio Franchi adepta vigore institutionis, quia est clandestina, &
8 possessore non citato, vnde nõ priuauit possessorem sua possessione, qui non habuit se pro

spoliato, Bar. in l. creditores, sub n. 26. de pign. Dec. in l. fin. nu. 5. vbi Zuccard num. 128. C. de edict. Diu. Adr. toll. Afflict. decis. 324. nu. 8.

Nec obstat confessio Seminarij, quia non concludit ad possessionem Franchi, sed potius probationi possessionis Seminarij: confessio e-
9 nim est interpretanda, vt minus præiudicet confitenti, Dec. in cap. in presentia. n. 24. de except.
10 Minus facit, quod titulus Seminarij sit infectus, quia ad effectum mandati de manutenendo non requiritur titulus, Abb. in cap. constitutus, nu. 3. in fin. vers. & admitti de elect. Put. decis. 26. de restit. spol. Capic. decis. 189. n. 11. Couar. pract. quest. cap. 27. nu. 6. Quare, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Barbastren. Prioratus Lunæ 11. Ianuarij. 1616.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de immittendo dandum est subrogato probato obitu in possessione beneficij in quorum ius, & possessionem fuit subrogatus & quod subrogatus est Clericus.*
2 *Possessio probatur ex confessione facta in supplicatione, & in litteris interpretatione.*
3 *Possessio probatur ex instrumento possessionis captæ.*
4 *Obitus probatur ex libro Parochi in quo nomina mortuorum notantur.*
5 *Beneficium reseruatum dicitur, quando beneficiatus decessit in curia.*
6 *Reseruatio innotescit ex litis pendentia in Rota.*
7 *Clericatus probatur ex publico instrumento.*
8 *Confessio prædecessoris in beneficialibus non præiudicat successori.*
9 *Possessio capta, quando est plena, nihil suffragatur.*
10 *Manutentio non est attendenda, quando rectè, & ritè non est facta.*
11 *Prouisus Apostolicus non potest agere executiuè contra alium prouisum Apostolicum, nisi vterque obtinuerit ex vacatione certo modo contra prouisum Apostolicum.*

DECISIO XXXVII.

PEr obitum Thomę de Heril, in Mense reseruato cùm vacasset Prioratus Beatæ Mariæ della Penna Ordinis S. Benedicti, fuit à Summo Pontifice de illo prouisus Michael de Aineto, post cuius obitum à Sede Apostolica pariter prouisus Petrus Lamerced litem instituit contra Petrum Solanum, qui certo modo dictum prioratum impetrauerat, mortuo deinde Petro Lamerced fuit in ius, & possessionem Thomæ de Heril, necnon Michaelis de Aineto subrogatus à Sanctissimo D. Petrus Sonibus, qui cùm peteret immissionem dubio per me proposito,
1 Rotæ visum fuit dandum illi in vim gratiosæ subrogationis mandatum de immittendo, constat enim de reseruatione dicti prioratus, & de illorum obitu in possessione, in quorum ius, & possessionem Sonibus fuit subrogatus, constat insuper de eiusdem Clericatu, quibus probatis non denegatur immissio, Put. decis. 495. lib. 2. Mohed. decis. 11. vt lite pend. Seraph. decis. 1426. nu. 1. & fuit dictum in Toletana Parochialis 24. Iunij 1604. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno.

2 Ex quo ad Thomam reseruatio, & possessio probatur ex ipsius Solani confessione in litteris impetrationis facta, vbi narrat eundem Thomam de mense Augusti, qui est Apostolicus obijsse, nec non possedisse dictum Prioratum dum viueret, hæc autem confessio bene probat. l. cum precum. C. de liber. caus. Paris. cons. 3. nu. 30. lib. 4. Roman. cons. 329. n. 2. Gabr. conclu. 4. de confess. Aegid. decis. 268.

3 De possessione verò Michaelis, & Petro qui successiuè post Thomæ obitum eundem Prioratum obtinuerunt, constat ex instrumentis possessionis per eos captæ, Abb. in cap. cum nobis, num. 5. de præscript. Rot. decis. 506. num. 2. part. 1. diuers. quæ possessiones vsque ad obitum continuatæ præsumuntur, ad not. in l. siue possidetis, C. de probat. Natt. consil. 400. num. 6. Rota decision. 4. de probat. in nou. & decis. 4. numero 12. & seq. par. 2. diuers.

4 De reseruatione similiter apparet ex amborum obitu in Curia, vt probatur ex Parochi libris, in quibus nomina mortuorum adnotantur, Rimol. cons. 100. & fuit dictum in causa Aquilana beneficij 12. Decembris 1602. coram Reuerendissimo Bononien.

5 Quo casu beneficium dicitur reseruatum, cap. 2. de præben. in 6. Cassad. decis. 23. n. 8. de Præben. Gomes. in regula triennali qu. 31. in princ.

6 Vltra, quod satis innotescit reseruatio respectu litis pendentis in Rota, Cassad. decis. 6. num. 3. super regulis, & fuit dictum in Conchen. Archipresbyteratus 16. Decembr. 1588. coram Cardinali Platto.

7 Clericatus quoque Sonibus probatur ex publico instrumento, Gramm. decis. 11. n. 1. & fuit dictum in Toletana Parochialis 24. Iunij 1604. coram Reuerendiss. Domino meo Damasceno.

Nec releuat Petrum Lamerced, in commissione per eum porrecta narrasse Fratrem Hieronymum Serueti esse in huiusmodi Prioratum intrusum, & sic improbam fuisse ipsius Petri
8 possessionem, nam vltra quod antecessoris confessio in beneficialibus non præiudicat successori, Caputaq. decis. 185. par. 1. Seraph. decis. 1029. num. 3.

Ista tamen confessio per necesse non concludit de tempore captæ possessionis à Petro Fratrem Hieronymum possedisse.

9 Non obstat possessio instrumentalis Solani, quia non suffragatur cùm fuisset plena, vt ex iuribus productis apparet, l. improba. C. de acquir. possess. Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 603.

10 Nec pariter est attendenda illius manutentio tanquam non ritè, & rectè data, Put. decis. 362. & decis. 183. n. 2. lib. 2.

11 Non obstat Solanum etiam esse prouisum Apostolicum, quo casu hic agi non possit executiuè, cùm enim ille non veniat ex eadem vacatione per obitum Petri Lamerced, sed per impetrationem certo modo factam non potest immissionem impedire, Put. decis. 405. & decis. 302. lib. 2. Caputaq. decis. 329. par. 1. & fuit dictum in allegat. Toletana Parochialis coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, & in Vercellen. beneficij 16. Nouembris 1602. coram Litta.

R. P. D.

R. P. D. GIPTIO.

Romana Pecuniaria Mercurij 26. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Possessio gregis probatur ex confessione Christophori, ad positiones facta, & ex testibus in facto relatis.*

2 *Extremum secundum probatur ex confessione, & litis sustentatione.*

3 *Fama ex se ipsa sola, non plenè probat.*

4 *Fama iuncta cum adminiculis probat.*

5 *Hypotheca non cadit in mercibus venalibus, quæ quotidie venduntur, & permutantur, & ad illum vsum sunt simpliciter destinata.*

6 *Limitatur quando ex pluribus animalibus fit vnum grex, & vnum corpus naturâ aptum reddere fructus.*

7 *Identitatis exceptio, non potest opponi per eum, cui fuit certum corpus consignatum, cum obligatione de stando iuri, & restituendo ad omne mandatum Domini.*

DECISIO XXXVIII.

DOmini resoluerunt sententiam Auditoris Cameræ ad fauorem creditorum Michaelis, & Guglielmi de Scholis contra Christophorum latam, esse iustam, & consequenter confirmandam, quoniam extrema ad obtinendum in Saluiano Interdicto satis ex deductis sunt probata.

1 Nam, quod medietas gregis pecudum, & aliorum animalium, de quibus agitur, possideretur per debitores, post obligationem contractã cum Dominis creditoribus, patet tum ex confessione Christophori ad positiones facta, tum ex testibus in facto relatis.

2 Secũdum extremum etiam probatur per dictam confessionem, & per sustentationem litis, Caputaq. *decis. 369. par. 2.*

3 Quod Michael, & frater ante alienationem dicti gregis, cœpissent ipsorum substantia malè vti, & reputari non esse soluendo, adsunt testes de publica voce, & famâ, quæ licèt sola non sufficiat, Bar. *in l. si constante nu. 15. vers. tertio quaero ff. solut. matr.* Put. *decis. 16. lib. 3.* Nihilominus,
4 quando cum fama concurrunt alia gesta per ipsos debitores, ex quibus præsumi possit non esse soluendo, vt in casu proposito, tũc fama sic adminiculata plenè probat, Bar. *vbi supra*, & ibi Rip. *nu. 37. & seq.* ponit multa exempla Rolan. *cons. 9. nu. 15. lib. 1. ante fin.*

5 Nõ obstat, quod hypotheca nõ cadat in mercibus venalibus, vnde fit, vt postquam distractę sunt, non possit agi Saluiano, *l. cum taberna*, vbi Bal. Sali. *nu. 7. de pign.* Bar. *in d. l. si constante nu. 73.* Put. *decis. 297. li. 2.* Quoniam id procedit in aliis mercibus, quæ quotidie venduntur, vel permutantur, & ad illum vsum sunt simpliciter destinatæ; sed quando ex pluribus animalibus fit vnum corpus, & vnum grex natura aptũ reddere
6 fœtus, & alios producere fructus, hoc casu per alienationem huiusmodi gregis, & corporis, nõ extinguitur prior hypotheca, vt declarat Negus. *de pign. par. 2. nu. 20. cum seq.*

7 Non obstat, quod non constat de identitate dictorum animalium, quia stante, quod fuerit inuentariata de mandato A. C. & consignata Christophoro sub obligatione de stando iuri, & restituendo ad omne mandatum Domini, ipse non potest hodie hæc opponere, sed tenetur dicta animalia omnino restituere.

Quod non constet de credito ipsorum, qui agunt, tollitur ex instrumentis in actis productis, & ex sententia graduatoria.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Veronen. iurisdictionis Lunæ 18. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo cognoscendi causas criminales, & matrimoniales à Concilio Tridentino conseruatur Decano, & aliis inferioribus.*

2 *Episcopus solus potest exercere iurisdictionem in causis ciuilibus, & criminalibus in tota sua diœcesi.*

3 *Mandatum de manutenendo dandum est ei, cui ius assistit.*

4 *Possessio immemorabilis non dicitur probata legitimè, donec per tres sententias non fuerit declaratum.*

5 *Possessio immemorabilis non probatur per scripturas, vel instrumenta.*

6 *Possessio, quæ non habet iuris resistentiam, est manutenibilis.*

DECISIO XXXIX.

DOmini quantum ad cognitionem causarum criminalium, & matrimonialium, dixerunt dandum esse mandatum de manutenẽdo Illustrissimo Cardinali, quia licet ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 20. §. ad hoc*, præseruetur Decano, & Capitulo, seu aliis inferioribus, immemorabilis consuetudo cognoscendi causas
1 criminales, & matrimoniales, ista tamen immemorabilis à Capitulo non est adhuc probata, & clam probatur, quod Episcopus solus debet istam iurisdictionem exercere, vt fuit resolutum per Illustrissimos Dominos Sacri Concilij interpretes.

2 Habet etiam Episcopus suam de iure communi fundatam intentionem exercẽdi iurisdictionem in tota sua Diœcesi, *c. conquerente de off. Ord. c. cum Episcopus eodem tit. lib. 6. c. omnes basilica 17. quaest. 7.*

3 Et ex hac iuris resistentia, etiã non aliter probata quasi possessione, dandum est ei mandatũ de manutenendo, *c. cum personæ. §. fin. cum ibi not. de priuil. in 6.* Capura. *decis. 306. par. 1. & decis. 401. par. 2. in impressis*, & fuit de anno præterito in causa Bononiẽ. S. Petronij coram Domino meo Mantica, & aliàs sæpius resolutum.

Non obstat, quod ex parte Capituli prætendatur probata immemorabilis, quia super illius probatione adhuc pendet remissoria, & non di-
4 citur ad hũc effectum legitimè probata, donec de ea constet per tres sententias conformes, vt habetur in supradicta resolutione Congregationis Concilij, quod quatenus Capitulum nititur confessioni Illustrissimi Cardinalis in responsione ad positiones, illa non adest: nam interrogatus de quasi possessione Capituli decennali, vel viginti annorum, respondit illam esse

de facto, & contra ius, & quod centenariam, & immemorabilem contentam in aliis positionibus, dicit illam ignorare: quatenus verò nititur priuilegiis, & temporis, notissimum est per eos
5 non probari immemorabilem, Ioan. And. *in cap. 1. in fin. de praescriptionibus in 6.* Alexand. *cons. 16. n. 17. lib. 5.* maximè, cùm in eis absit, tamen confessiones Episcoporum, quę non praeiudicant successoribus, & Ecclesiae, glo. Abb. Felin. & alij *in cap. fin. de praescrip.* Feder. de Sen. *cons. 143. n. 2.* Ang. *cons. 245. n. 8. cum simil. lib.*

Non obstat, quod in decisione facta in causa Conchen. iurisdictionis coram R.P.D. Mantica dictum fuit, decretum Concilij non loqui de Decano, sed de aliis inferioribus, quia illud obiter dictum fuit, & in contrarium adest praefata resolutio Congregationis, quae expresse loquitur de Decano, & Capitulo, in quibus adest eadem ratio aliorum inferiorum.

Non obstat decisio in causa Valentina Iurisdictionis coram Illustrissimo Lancellotto, quia in eo casu fuerat probata immemorabilis, de qua hic non constat per tres sententias conformes, prout dicta resolutio requirit.

Quantum verò ad ius conferendi, de quo Concilium non loquitur, fuit dictum dandum esse mandatum de manutenèdo Capitulo, quia ex pluribus collationibus effectuatis, constat
6 de eius quasi possessione, quae cùm nullam habet iuris, & Concilij resistentiam, est manutenibilis, *§. retinenda inst. de interd. l. 1.* vbi Bart. *ff. uti possidetis, cum vulg.*

R. P. D. CAVALERIO.

Camerinen fideicommissi Veneris 14. Decembris 1607.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per testes deponentes vidisse ligna, & fructus recolegisse nomine alterius.*
2 *Dominium probatur per cessionem factam illius cui, recognoscendo bonam fidem.*
3 *Dominium transfertur per cessionem vnà cum traditione.*
4 *Simulatio non dicitur, vbi nulla adest causa.*
5 *Simulatio excluditur per clausulam,* constituti, & precarij.
6 *Possessio non acquiritur absenti, etiam si Notarius pro eo stipulatus fuerit, nisi sequta ratificatione.*

DECISIO XL.

DE anno 1558. emit q. Andreas de Sippeis bona, de quibus agitur, in territorio Sippij pro se, & Thoma eius fratre absente, stipulante tamen pro eo Notario de anno 1569. Idem Andreas cessit eadem bona q. Mariano fratri suo Clerico, recognoscendo bonam fidem, ea ratione, quia dicta bona emisse dixit de pecuniis propriis Mariani. Verùm fecerat cantare instrumentum emptionis in personam ipsius Andreae, cedentis, metu spolij, & Commissariorum, quia Marianus erat clericus, tunc tempore cessionis commissarij fuerant amoti, & Clericis Camerini fuerat data facultas testandi: tractu temporis defunctis his omnibus, filij q. Thomae egerunt pro recuperatione bonorum praedictorum, contra Fratuccios, tertios possessores, tanquam fideicommissarij dicti q. Mariani pro eorum recuperatione, & fuit lata sententia in partibus contra actores, quae in gradu appellationis fuit per D. Auditorem Camerae reuocata.

Deinde causa commissa in Rota dubitaui, an constaret bona Sippij, de quibus agitur, fuisse in bonis Mariani fideicommittentis, & resolutum pro affirmatiua, siue respectu possessionis, siue respectu dominij.

Nam quoad possessionem satis videtur probata per testes examinatos. Primus enim super sexto, & super vndecimo exponit Marianum pluries misisse ipsum testem ad incidendum ligna pro vsu domus, & secundus super eisdem deponit de vera scientia, quod Marianus ipso praesente mittebat famulos ad colligendum fructus, & facien. exportare: qui testes deponunt de duobus praediis in Villa Sippij, in vocabulo
1 *porta di secco, & campo rotondo*, per quam perceptionem fructuum probatur possessio, *l. Titio, ff. de solut. l. 2. ff. de acq. poss.* Caesar de Grass. *decis. 10. num. 3. de caus. poss. & propr. & decis. 21. num. 3. de probat.*

2 Quo verò ad dominium, probatur ex cessione facta per Andream Mariano: hic enim est verus modus recognoscendi bonam fidem, & detegendi simulationem emptionis factae in persona Andreae, cùm verè ageretur de acquirèdo alteri personae, videlicet Mariano, Bart. in *l. multum interest. num. 2. vers. sed quomodo probatur.* vbi Salic. *num. 3. vers. sed tunc quaero qualiter,* & Castr. *num. 3. vers. sed qua sunt ista. C. si quis alteri, vel sibi.*
3 Soc Sen. *cons. 129. nu. 3. li. 4.* ex qua cessione cum traditione fuit translatum dominium in Marianum, *l. traditionibus, C. de pact. l. nunquam nuda. ff. de acquir. rer. dom.*

Nec visum fuit Dominis obstare, quod dicitur de simulatione huius cessionis, quia nò pro-
4 batur nec constat de aliqua causa, sine qua simulatio nunquam intrat, iuxta *cons.* Bar. *65. lib. 1.*

Et licèt Andreas remansisset in possessione, vt ex aduerso deducitur, nihilominus excluditur
5 simulatio per clausulam *constituti, & precarij*, ad latè tradita per Tiraq. cum relatis ab eo *de const. t. poss. par. 3. limit. 9. nu. 4. cum plurib. sequentibus*, per quod constitutum, inducitur alia probatio possessionis Mariani.

Et tanto magis videtur cessare omnis simulatio, & fraus propter causam in dicta cessione narratam ab Andrea, qui scilicet emerat bona praedicta nomine proprio de pecuniis Mariani Clerici, ob metum spolii, & commissariorum Camerae Apostolicae. Verùm quia iam licebat Clericis Camerini testari, ex quo composuerant cum R. Camera, dicta bona Mariano retrocessit, agnoscendo bonam fidem.

Non obstat, quod Marianus obtinuisset facultatem particularem testandi à Paulo IV. fel. mem. per decem annos ante, quia in retrocessione non fit mentio de hac facultate, sed de facultate testandi concessa Clero Camerini: in omnem euentum hic temporis lapsus non impedit, quin Andreas potuerit quandocunque recognoscere bonam fidem in fauorem Mariani, de cuius pecuniis fuerat facta emptio.

Tandem

Tandem non obstat, quod dicitur emptionẽ fuisse factam etiam nomine Thomæ absentis, fratris Andreæ, pro quo Notarius fuerat stipulatus, quod Thomas non retrocessit, quia cùm Thomas dictam emptionem non ratificauerit, satis fuit cessio Andreæ sine Thoma, cùm sine
6 ratificatione non acquiratur possessio, nec dominium absenti facta, iuxta magis communem opinionem, de qua testatur Menoch. *cons. 233. nu. 20. lib. 8.*

Et quod Thomas nunquam habuerit animum acquirendi aliquid ex dicta emptione, patet non solum ex ratificatione, sed ex diuisione facta de dictis bonis post mortem Mariani inter dictos Andream, & Thomam, & hæredes, in qua Thomas dictam cessionem non impugnauit.

Ex hac cessione precedente, cessat præsumptio iuris familiaritatis, quæ allegatur.

Ex quibus conclusum fuit, bona Sippij fuisse in bonis Mariani fideicommittentis.

R.P.D. IVSTO.

Vlixbonen. Præheminentiarum 8. Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Expressio generica tantum operatur, quantum indiuidua specierum enumeratio.*

2 *Iurisdictionis actum vnum exercens animo acquirẽdi iurisdictionem in loco, videtur iurisdictionem acquirere.*

Fallit, quando alius esset in possessione generali, quo casu, acquirit solum respectum actuum seu capitulorum, quæ exercuit, num. 5.

3 *Manutentio concedenda est ei, qui extat in possessione exercendi aliquam iurisdictionem.*

4 *Manutentio non potest dari ei, qui de cuius possessione, vel quasi non constat, sed potius de possessione alterius.*

6 *Præscriptum tantum dicitur, quantum possessum.*

7 *Manutentio competit etiam respectu vtilis tantùm possessionis.*

DECISIO XLI.

Pronunciaui in fauorem Cantoris Vlixbonen. contra Decanum eiusdem Ecclesiæ, scilicet sententias latas in partibus fuisse, & esse iustas, & exequendas, & Cantorem prædictum in possessione, vel quasi regiminis Chori, & processionem, & singularum præheminentiarum, & iurisdictionem etiam priuatiuè quoad alios manutenendum, ac defendendum, exceptis tamen duabus, quæ in sententiis de partibus continebantur, videlicet mandare inchoare horas Canonicas, & mandare cantare, vel celebrare missam maiorem, & Euangelium, & epistolam in missa quando, & quoties deest, qui est in tabula scriptus, in quibus duobus casibus constat in possessione esse, vel quasi possidentem qui præsens in Choro inuentus fuerit eodem tempore, quando inchoari debet officium diuinum Decano prædicto, super quam executionem dubitatum fuit in partibus: An duæ præheminentiæ, quæ nouiter creatæ præsumebantur à Decano occasione noui Breuiarij, iussu sanctæ memoriæ Pij V. editi, scilicet signum incipiendi nocturnum, & signum exeundi de Choro finitis horis comprehendebatur in sententia Rotali, & proposito per me huiusmodi die Lunæ 15. Februarij 1599. Domini dixerunt velle videre, & considerare verba sententiarum latarum in partibus, quas sententias Rotales, vltima confirmauit, & exequi mãdauit. Vnde data copia, & iterũ proposito dubio die Lunæ 8. Martij subsequentis: Domini concluserunt sententiam Rotalem per me latam cõprehendere præheminentias, de quibus agitur, siquidem, cùm pronunciatum sit Cantorem existere in possessione, vel quasi, & singularum præheminentiarum ad regimen Chori spectare; generica ista expressio tantum operatur quãtum indiuidua specierum enumeratio. *l. omnes. C. de prescript. trigint. ann.* & amplectitur omnes
1 præheminentias sub eodem genere postea deductas, quoniam qui exercet vnum actum iurisdictionis animo acquirendi iurisdictionem in
2 loco, videtur in totum iurisdictionem acquirere, Abb. *cons. 71. numer. 3. lib. 2.* Aym. *cons. 55.* Rota *diuers. decis. 17. par. 2. cum multis aliis allegatis*, & fuit dictum in vna Romana Pecuniaria de Palatijs 27. Ianuarij 1595. coram R.P.D. meo Millino, & consequenter est manutenendus, & respectu decimarum decisum fuit coram R.P.D.
3 meo Giptio in illa Sabinen. Decimarum 9. & 10. Maij 1597.

Non obstat, quod in sententijs duæ præheminentiæ reseruatæ legantur, quia cùm actum fuerit in possessorio retinendæ, nec probata fuerit in illis duabus possessio, vel quasi Cantoris, sed
4 alterius super præheminentijs non poterat Cantor manuteneri, §. *retinendæ Inst. de Interdict.* nec ideo minus erat manutenendus in possessione generali præheminentiam in qua reperiebatur, quia illæ solæ reseruatæ non obstant, & satis erat, quod alius non esset in possessione genera-
5 lis, quo casu acquisiuisset solum respectu capitulorum, seu actuum, quos exercuisset, vt declarat Abb. *d. cons. 71. num. 3. lib. 2.* & ità procedere dixit doctrinam Bal. *in l. 1. §. si quis in hoc interdicto. ff. de itin. actuque priuat. & not. in cap. ut nul. au-*
6 *ditu, & in cap. cum olim. de præscript.* vbi habetur tantum esse præscriptum, quantum possessum.

Neque dicatur actum esse de spolio, non autẽ intentatum remedium retinendæ, quia non est verum in facto, vt constat ex sententijs quæ sunt super manutentione.

Non obstat, quod in sententijs legãtur aliqua verba, quæ imputare videntur restitutionem, quia intelliguntur ad abundantiorem cautelã respectu naturalis possessionis contraturbantẽ, & molestantem, cùm respectu ciuilis detur manutentio, Put. *dec. 198. n. 4. lib. 1. & 419. lib. 2.* & coram Illustrissimo Cardinali Platto dũ esset Auditor Rotæ in vna Oxomen. Cappellaniæ 10. Martii 1589. in qua plures decisiones allegãtur, quæ in hoc casu non habent difficultatem, vbi non cõstat, quod Cantor voluerit habere se pro spoliato, quicquid dixerit Iudex in sententia.

Quæ omnia eo magis Dominis visa fuerunt vera, quoniam in hac causa corã me die Lunæ 19. Iunii 1595. dictum fuerat Cantorem habere assistentiam iuris, & fundari super statuto eiusdem Ecclesiæ, atque actus de quibus agitur similes esse non autem dissimiles expressit, &c.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Gerunden. Iurisdictionis Lunæ
12. Decembris 1578.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio in iuribus incorporalibus acquiritur per vnicum actum.*

2 *Manutentio concedenda est ei, qui docet de sua possessione ante motam litem.*

3 *Deputatio pure videtur facta, quando ad illam tenebatur quis ex decreto Concilij, licèt quis se protestatus fuerit, quod non intendebat facere, nisi si, & quatenus teneretur.*

4 *Episcopus in leuibus potest procedere sine capitulo.*

5 *Manutentio concedenda est Episcopo in ijs, in quibus habet fundatam intentionem in iure.*

6 *Concilij Tridentini c. 6. sess. 25. loquitur, & intelligitur de capitulis exemptis.*

7 *Iuramentum sic est intelligendum, vt minus obliget iurantem.*

8 *Decretum irritans inficit non solùm titulum, sed etiam possessionem.*

9 *Amplia, quod propterea talis possessio non possit, nec debeat manuteneri.*

10 *Quasi possessio incorporalium, ad hoc vt requiratur necesse est probare scientiam, & patientiam.*

11 *Vicarius malè agens non potest Episcopo præiudicare.*

DECISIO XLII.

Decisum fuit mandatum de manutenendo
Domino Episcopo concedendũ esse, quia
ex actis anni 1577. satis constat de illius quasi
possessione, procedendũ iuxta formã Concilij
Tridentini *c. 6. sess. 25. de reformat.* non seruata cõ-
1 cordia, præsertim quia in his incorporalibus ex
vnico etiã actu acquiritur quasi possessio, Ant.
de Butr. Abb. & alij *in capit. cum Ecclesia de caus.
poss. & propriet.* & præcipuè *ibidem* Rip. *num.* 52.
2 & cùm isti actus sint ante litem motam, Episcopus
debet tueri in sua quasi possessione, *§.
retinen. Instit. de Interdictis. l. 1.* & ibi Bar. *ff. vti possidetis.*
Nam ista quasi possessio fuit etiam continuata,
quia Capitulum anni 1587. sua sponte
iuxta formam Concilij Tridentini *de reformat.
cap. 6. sess. 25.* elegit duos adiunctos. & Episcopũ
requisiuit, vt eos assumeret, cui Episcopus ipse
consensit.

Neque ad rem pertinet, quod non constet Episcopum
postea cum illis adiũctis processisse,
quia facilè potuit contingere talem casum de
facto non incidisse, vt etiam in simili proposito
tradit Innoc. *in c. dilectus de Cappell. Monac.* &
Bal. *ibidem n. 49. de seruit. & aqua.*

Neque obstat protestatio facta à Canonicis,
qui non intendebant illam deputationem facere,
nisi si, & inquantum, non esset locus concordiæ,
& ipsi tenetentur hoc facere, quia cùm ex
3 decreto Concilij tenerentur hoc facere, tamen
videntur purè deputatos elegisse, Corn. *cons.* 80.
n. 13. lib. 3. & 125. n. 9. lib. 3.

4 Accedit etiam, quod concordia in leuibus est
contra ius commune, quo Episcopus solus procedit,
c. 1. & licèt, & c. irrefragabili. §. 1. de offic. ord. &
hoc fuit dictum in causa Cartaginen. iurisdictionis
coram R. P. D. Seraphino 27. Nouembris
1585. & ideo Episcopus, & facilius debet tueri in
5 sua quasi possessione, quia ex iure communi
fundatam habet suam intentionem, *c. cum personæ
de priuil. lib. 6.* idque congruit, & Concilio,
quod quidem tollit concordias à Sede Aposto-
6 lica non confirmatas, & loquitur, & intelligitur
de capitulis non solum exemptis, sed etiam
non exemptis, vt dictum fuit in causa Gadicen.
coram R. P. D. de Rubeis Decano 4. Maij
1583. & Domini dixerunt, ita nouissimè sancitum
fuisse cum Sacra Concilij Congregatione.

Neque enim illud refragatur, quod Concilium
non tollit iuramentum Episcopi, quia illud in
casu proposito est restrictum ex clausula in fine
posita, *quatenus etiam,* quæ iura cũ decretis Concilij
non sint contraria, quæ clausula tamen, &
si ambigua videatur, sic tamen benignius debet
interpretari, vt consonet Canonicis institutis, *c.
7 ad iuramen. il 3. de iur. iurau.* & quia iuramentum
sic est intelligendum vt minus obliget iurantẽ,
Abb. *in c. cum dilectus in fine de verb. signif.* & quia
Bulla fœlic. recor. Gregorij XIII. sic etiam intelligit.

Neque huic quasi possessioni Episcopi refragatur
quasi possessio Capituli, quia aut illa colligitur
ex actis ante publicationem Concilij, &
non potest suffragari, quia Concilium tollit cõcordias
non confirmatas, & habet decretum ir-
8 ritans, & ideo inficit non solum titulum, sed etiam
possessionem, Rota *dec. 10. & 11. de caus. poss.
& propriet. in nouis.* Sarnen. *in reg. de triennal. q. 51.
9 n. 3.* cui, consequens est, vt talis possessio non debeat
nec possit manuteneri, præsertim aduersus
eum, qui habet præsumptionem iuris communis
pro se, Io Fab *in §. retinen. num. 29. Instit. de
Interd.* Couar. *pract. c. a. 17. col. pen. vers. 4. non sit respond.*

Aut illa quasi possessio Capituli intelligitur
ex actis anni 1577. & non potest suffragari, quia
non probatur Episcopi scientia, & patientia,
10 quæ est necessaria, vt quasi possessio in incorporalibus
acquiratur, *l. quoties. ff. de seruit.* Bal. *in
l. 1. C. de serui. & aqua.* Rom. *cons. 163. n. 5. lib. 5.* nam
in eo actu interuenit quidam Vicarius Capitu-
11 laris, qui si perperam aliquid fecit, Episcopo nõ
præiudicat, quia malè agere non est ei commissum,
Cast. *cons. 148. sub n. 1. vers. sed respondeo lib. 1.* &
sequitur Dec. *in cons. 43. sub nu. 3. vers. quia ad hoc
respondetur.*

Atque ex ijs magis placuit Dominis concedendum
esse Episcopo mandatum de manutenendo.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Regien. Pensionis Veneris 11.
Decembris 1587.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi acquiritur etiam per vnicam solutionem.*

2 *Pensionarius docens de quasi possessione exigendi manutenendus est.*

3 *Solutio ad hoc, vt aliquem in quasi possessione soluendi constituat, requiritur mandatum.*

*Fallit, quando concurrunt adminicula numer. 4. quæ
autem*

autem deseruiant pro adminiculis, vide nu.5.

4 *Mandatum præsumitur, quando sumus in actu quod in verisimiliter non solet expediri absque mandato.*

5 *Solutiones licèt facta metu mandati, tamen plurimum adminiculant quasi possessionem, quando ab illa non appellauit ille qui soluit.*

DECISIO XLIII.

1 DOmini sine vlla difficultate concluserunt
constare de quasi possessione Domini
Christophori exigendi pensionem ex actuali
solutione termini Natiuitatis D.N.1582. sibi fa-
ctæ præsenti, & numerata pecunia, quæ licèt
vnica sufficit, Rom. *cons.311.n.7.* Rip. *in c.cum Eccle
sia Sutrina n.53.de caus.possess.& propriet.* & conse-
2 quenter in ea esse manutenendum, Bar. *in l.1.§.
huius.ff.vti possidetis.* Doct. *in c.licèt causam de pro-
bat.* non obstante denegatione titularis, Put. *de-
cis.419.in vna Paduana lib.2.*
3 Neque obstare quod non constet de mandato
illius, qui soluit, Giga *de pensionibus q.48.cum alijs
allegatis*, quia concurrentibus adminiculis Rota
seruat, *decis.1. de caus.possess.& propriet. in antiquis,*
quod præsumatur mandatum cùm simus in a-
ctu qui verisimiliter absque eo expediri non so-
let, Cassad. *decis.3.sub n.4.de Procurat.* Fel. *in cap.
sicut nu.31.in fi.de re iudicat.* Soc. *cons.46 nu.3.lib.3.*
Aym. qui alios citat *de antiquis temporibus par.2.
nu.65.* & fuit resolutum in causa Lucana pensio
nis coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto
4. Iunij 1574. vbi in his terminis tenuerunt Do-
mini solutionem præsumi factam de mandato
titularis ex præcedenti obligatione de soluen-
4 do pensionem concurrentibus coniecturis, prò
ut in hoc casu, in quo & procedit obligatio e-
tiam Cameralis, & adest vehemens præsumptio
5 quod Hortensius, qui soluebat pensionem, &
fuerat ab ipso titulari constitutus procurator
vnà cum quibusdam alijs ad consentiendum
reseruationi pensionis, nec non ad obligandum
titularem, & omnia ipsius bona pro solutione
istius pensionis etiam habuerit ordinem illum
soluendi.

Vltra quod ex abundanti, dixerunt Domini
istam solutionem, & alias præcedentes ab eadē
factas licèt confessatas fuisse satis ratificatas ab
ipso titulari, qui postea soluit nonnullos alios
terminos subsequentes istis computatis, & licèt
istæ solutiones vltimæ sint factæ metu manda-
ti, Achill. *decis. 10.de pens.* præstant tamen admi-
6 niculum, maximè quia titularis non appellādo
satis videatur illi Iudicio acquieuisse.

Ex quibus Domini omissis his, quæ dicuntur
de clausula dummodo remaneant centum pro
Rectore, & de pensione antiqua quæ concer-
nunt petitorium, resoluerunt Dominum Chri-
stophorum esse manutenendum; & ad eius fa-
uorem mandatum pro terminis decursis esse re-
laxandum, &c.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Pacten. Pensionis, Veneris 5.
Decembris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur ei, de cuius possessione non constat de tempore motæ litis.*

2 *Pensionis solutio facta à non habente titulum in beneficio non operatur effectum quasi possessionis.*

3 *Quasi possessio in iuribus incorporalibus non potest acquiri absque scientia, & patientia Domini.*

4 *Quasi possessio exigendi non acquiritur per solutionem factam ab eo, de cuius mandato non constat, & nu.11.*

5 *Amplia, vt nec etiam acquiratur ex commissione data de soluendo certam summam occasione pensionis, sed requiritur effectuatio.*

6 *Mandatum de vendendo, & dispensando, aliud est quàm venditio, & dispensatio.*

7 *Quasi possessio exigendi pensionem non probatur ex sola confessione antecessoris adhoc, vt præiudicet successori.*

8 *Quasi possessio exigenda pensionis nō acquiritur per actualem solutionem factam metu mandati, & cū expressa protestatione, quod per eam non acquiratur quasi possessio, & nu.14.*

9 *Verba* (sicut accipimus) *indicant narrata fuisse ad supplicationem, & assertionem partis.*

Amplia, quod præterea non probat in facto alieno.

10 *Quasi possessio exigendi non acquiritur, quando nō constat de mandato soluentis.*

12 *Limita, nisi adsint adminicula.*

Declara, quod adminicula debent percutere ipsam quasi possessionem.

DECISIO XLIV.

1 FVit resolutum non esse dandum Comiti
mandatum de manutenendo, quia non con
stat de eius quasi possessione exigendi pensio-
nem & notissimum est illud ad instar interdicti
retinendæ possessionis non dari ei, quem non
constat de tempore motæ litis possedisse, *§.reti-
nendæ*, vbi Io. Faber *nu.16. Instit.de interdict. l.1.§.
finis autem interdicti.* vbi Bar. *in princ.& in §.quod
ait, n.14.ff.vti possid.l. 1.* vbi etiam Bat. *nu.3.C.eod.
tit.* latè Couar. *pract.q.c.12.n.5.* cum alijs per Mo-
dern. *de retin.possess.remed.5.q.56.& in remed. vlt.
n.6.14.& 29.*
2 Aut enim Comes ad ostendendum, quasi pos-
sessionem nititur solutionibus factis per Curiā
Regiam, Sede Episcopali vacante, & cùm sint
factæ à non habente titulum in beneficio non
operatur effectum quasi possessionis, vt aliàs
fuit resolutum coram Cardinali Lancellotto in
causa Cremon. pensionis sub die 21. Nouembris
1575. præsertim verò cùm sint factæ Sede Epis-
copali vacante, quo casu cessante titulo nō po-
tuit contra Ecclesiam acquiri quasi possessio,
3 cuius substantia in istis incorporalibus cōsistit
in scientia, & patientia Domini, Bal. *in l.2.nu.12.
& 17.C.de seruit.& aqu.* & Rip. *in c.cum Eccles.Su-
trina, nu.64.cum sequ.de caus. possess.& propriet.* &
tenuit Rota in causa Gerunden. pensionis corā
Domino meo Seraphino sub die 10. Decem-
bris 1579.

Aut Comes nititur computis de anno 1551. i-
nitis inter prædecessorem huius Episcopi, &
Io. Landion. vti procuratorem Comitissæ, & mi
nus suffragatur.
4 Tum quia non constat de mandato Comitis
in personam præfati Io. Landion. & sine eo qua
si possessio non quæritur, *l.1.§. per procuratorem.
C.eod.tit.*
5 Tū quia ex his constat de aliqua actuali solu-

*item Seruiana.nu.9.Instit.de action.*Natt.*consf.414.nu.34.*Menoch.*de adipisc.remed.3.n.18.* quam opinionem tenet Rota,*vt in decis.44.nu.4.part.1.& decis.34.nu.24.diuersorum.*

2 Dictum etiam fuit liquere de primo, & secundo extremo: de primo ex instrumento obligationis: de secundo non solum ex sustentatione litis, verùm etiam ex attestatione secretarij montis, Cæsar de Grass. *decis.4.de restit.spoliat.*

5 Constabat etiam factam esse denonciationem, vt requiritur *l.1. C.de peric.& com.rei vend. l.emptor.C.de euict.cap.vltimo de empt.& vend.* latè Couat.*var.resol.cap.17.vers.deducitur tamen.*

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana Saluiani Interdicti Venetis
5. Decembris 1600.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non intrat cessante hypotheca.*
2 *Fundus dotalis hypothecari non potest.*
3 *Amplia, quod nec à ipsa muliere obligari potest.*
4 *Fundum dotalem esse, sufficit constare, nedum expresse, sed etiam tacitè de voluntate contrahentium.*
5 *Extimatio non facit emptionem, quando non est facta tempore constitutionis dotis.*
6 *Præsumendum non est partes voluisse à priori contractu recedere, vt inducatur donatio rei dotalis.*
7 *Extimatio ex interuallo facta, præsumitur ad effectum sciendi rei valorem, & vt sciatur rei quantitas in dotem assignata.*
8 *Fundus dotalis constitutus ex conuentione pro tali haberi debet.*

DECISIO XXX.

1 RESolutum fuit non esse locum Saluiano Interdicto, quod non intrat cessante hypotheca, Corn.*consf.190.nu.2.lib.1.* Natt.*consf.474.nu.34.* & sæpe decisum fuit.

Quatenus etiam hypotheca deducitur ex obligatione Ioannis Baptistæ, illa non tenet,
2 quia casale est fundus dotalis, vnde non potuit ab ipso obligari, nec hypothecari, *l.fin.C.de reb. Eccles.non alienan l.vnica.§.& cum lex. C.de rei vxor.actio.glos.Inst.quibus alien.lic. vel non, in princip.*& ibi Ang.*num.6.*Negus.*de pignor.in 2.memb. 2.par.princip.num.58.*Surd.*de alim.tit.8. priuil.36.num.2.*

Quatenus etiam deducitur ex consensu, seu obligatione Hieronymæ vxoris, eodem modo tollitur, cùm fundus dotalis, ne dum à viro po-
3 tuerit obligari, sed nec ab ipsa muliere, imo neque ab vxore, & marito simul, vt per Neguſ.& Surd. *supra allegatos.* Prat.Papien. *in form. libell. quo vxor agit ad dotem, glos.1.nu.3.* vltra quod obligatio mulieris pati potest alias difficultates, per informantes deductas.

Quod autem casale sit fundus dotalis, constat ex apocha matrimoniali, in qua fuit expresse inter coniuges conuentum, quod bona data in dotem, inter quæ adest hoc casale, perpetuo stare deberent pro fundo, & in fundum dotalem ipsius Hieronymæ, & sufficit, vt constet, ne
4 dum expresse, sed etiam tacitè de mente partium, quod voluerint rem date pro fundo dotali, *l.si æstimatis, cum ibi notatis. ff.solut.matr.* Aret. *consf.84.vol.2.vers.sed quandò est dubium.*Soc Iun. *consf.41.nu.11.lib.1.* Couar. *pract.quæst.cap.28. nu.2. vers.sed ex contrario,* & fuit dictum in causa Spoletana bonorum 6. Aprilis 1602. coram Domino meo Penia.

Non obstat, quod in instrumento illinc ad tres annos celebrato, casale fuerit æstimatum, & receptum pro scutis octo millia, quia cùm
5 ista æstimatio non fuerit facta de tempore constitutionis dotis, aut paulò post, sed ex interuallo, illa non facit emptionem, & venditionem: cùm non sit verisimile contrahentes à priori contractu voluisse recedere; nec sit inducenda donatio rei dotalis, aut alienatio, quæ ex
6 hac extimatione, quæ emptionem faceret, sequi posset, iuxta notata per Bald. & alios *in l.ex conuentione, Cod.de pact.* Aret. *vbi supra, vers.præterea dicit Bald.*Soc.Iun.*d.consf.41.nu.14.* Barbat.*consf.19.col.fin.vel.4.*Couar,*d.cap.28. nu.10. vers.vndecimo illud:* sed talis æstimatio censebitur facta, vel vt rei valor probari possit: vel vt sciatur, pro qua quantitate bona viro consignentur, vel ad alium, vt in allegata causa Spoletana, & tradunt
7 Doctores *in d.l.ex conuentione.* Aret. *& alij supra allegati.* Roland.*consf.92.nu.6.lib.2.* & in hoc casu res caret difficultate, cùm nõ procedat promissio dotis in aliqua quantitate, sed solum fuerint data in dotem bona, quæ accessoria habebat, & sic non obstant deducta in causa Interamnen. fundi dotalis 20. Februarij 1589. coram Illustrissimo Platto, quia ibi nedum præcedebat promissio dotis in quantitate, sed etiam ex pluribus apparebat, quod dominium fuerit in maritum translatum: hic autem adest expressa con-
8 uentio, quod casale stet pro fundo dotali, & ideo pro tali haberi debet, Aym. *consf.148.& præcipue nu.10.* Bursat.*consf.440.num.9.lib.4.* & fuit in simili casu dictum in vna Romana fundi dotalis 6. Iunij 1578. coram bon. memor. Cardinali Lancellotto.

R.P.D. LITTA.

Romana Saluiani Interdicti Veneris
17. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *AEgidiana non habet locum, vbi constat ex eisdem actis, de iniquitate sententiæ.*
2 *Emphytheusis expresse alienari prohibita, etiam Largè sumpto vocabulo, dicitur etiam hypothecari prohibita.*
3 *Saluianum super re non hypothecata exerceri non potest.*
4 *Obligatio tollitur solutione eius, quod debetur.*

DECISIO XXXI.

1 DVbio proposito, an esset locus AEgidianæ, Domini pro negatiua tenuerunt. Primo, quia vbi constat ex eisdem actis de iniquitate sententiæ, locus est appellationi, & quod aliàs materia sit appellabilis, ad latè tradita per Chachet. *decis.Pedemont.25.num.13.* quod autem sententia lata contra Reuerendissimum Archiepiscopum Amalphetanch. in Saluiano per deputatum ab Auditore Cameræ, sit manifestè iniusta, ex eo præcipuè conuincitur, quod domus, super qua intentatum fuit Saluianũ, est emphy-

phytheotica, & expresse prohibita alienari, etiam largè *alienationis* sumpto vocabulo, quo ca-
2 su, & hypotheca omnis prohibita censetur, glo. *in l. fin. vers. ad hypothecam. C. de reb. Eccles. non alienan.* cum aliis, de quibus in Romana domorum 3. Iunij 1577. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & *diuers. 426. num. 8. par. 1. in impress.* & cla-
3 rissimi iuris est, Saluianum exerceri non posse super re non hypothecata, Bart. *in l. 1. num. 2. ff. de Salu. interd. & l. 1. in princip. C. de precar.* cum aliis per Negus. *de pign. in 3. memb. 8. par. num. 19. vers. secunda conclusio.*

Secundo, quia Dominus Marius Perleonius, ad cuius fauorem fuit lata supradicta sententia, fuit hoc interim de fructibus census quorum occasione egit Saluiano contra Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum, à suo debitore satisfactus, & solutione eius quod debetur,
4 tollitur omnis obligatio, *iuribus vulgatis.*

R. P. D. ORANO.

Forolinien. Parochialis Veneris 3. Iunij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheoticam rem esse asserenti, incumbit onus probandi dominium.*
2 *Probatio supradicta est facienda per scripturam, vel per solutionem continuatam, vel alia euidenti coniectura, & nu. 3.*
4 *Res qualibet in sui origine præsumitur libera.*
5 *Seruitus non habet causam naturalem, sed aut impositam aut præscriptam.*
6 *Solutio census non probat dominium, neque titulum ad exigendum, nisi sit præscripta.*
7 *Præscriptio est quid facti, nec præsumitur nisi probetur.*
8 *Dominium concludenter est probandum, quando agitur ad deuolutionem.*
9 *Res præsumitur potius emphytheotica fauore Ecclesiæ, quàm censualis.*
10 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum.*
11 *Solutio simplex potius facit præsumere rem esse censualem, quàm emphytheoticam.*
12 *Solutio facta antecessori non præiudicat Ecclesiæ, vel successori.*
13 *Sententia sine actis, cùm non sit antiqua, non probat.*
14 *Liber Monasterij non probat solutiones factas, tanquam de re emphytheotica.*

DECISIO XXXII.

1 AGenti ad caducitatem, & rem emphytheoticam prætendenti, incumbit onus probandi dominium, & quod res sit emphytheotica, Specul. *tit. de locat. §. nunc verò, vers. 72. & seq.* Bero. *cons. 49. num. 4. & 5 lib. 3.* Idque per
2 scripturam, ex magis communi, per glos. *in l. 1.* & ibi Bal. Ias. *nu. 61. cum seq. C. de iur. emphyt.* Alex. *cons. 112. in fin. vol. 1.* Paris. *cons. 77. n. 7. vol. 3.* Aret *in §. adeo. Instit. loc.* Pedeon. *decis. 55. nu. 1.* Clar. *in vers.*
3 *emphyteusis, quæst. 4.* Vel saltem per solutionem continuatam, vel aliam coniecturam, vt est reseruatio dominij, vt post Rom. *cons. 127.* Siluan.
4 *cons. 57. n. 43.* Aliàs enim, cùm quælibet res in sui origine præsumitur libera, *l. altius, C. de seruit.* &
5 seruitus à contrario non habet causam naturalem, sed aut impositam, aut præscriptam, Bald. *in cap. cum omnes, nu. 11. de constit.* Ias. *in l. si prius. nu.*
6 *40. cum seq. ff. de oper. nou. nunc.* Solutio census non probat dominium, neq; titulum ad exigendum, nisi sit præscripta, Guid. Pap. *qu. 272.* & præscri-
7 ptio est quid facti, quæ non præsumitur nisi probetur, Bar. *in l. Celsus. ff. de vsucap.* Corn. *consil. 135. col. fi. lib. 2.* Sed tanto minus hic, cùm prætendatur propter non solutum censum deuolutio, quo casu dominium concludenter est proban-
8 dum, & quod res sit emphytheotica, vt fuit dictum coram R. P. D. Giptio in vna Romana
9 census. Licèt autem fauore Ecclesiæ potius præsumatur res emphytheotica, quàm censualis, Alexan. de Neuo *cons. 27. per totum,* Berou. *quæst. 14.* sed tamen procedit, quando nec contra Ecclesiam hæc præsumptio excitatur. Nam priuile-
10 giatus non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum, *§. sed & hoc præsenti. in authen. de sanctiss. Episcop. cap. cum causam, de prob.* Nec deficiunt coniecturæ vrgentes, quia aliter simplex facta
11 solutio, facit præsumi potius contractum censualem, quàm emphytheoticum, Natt. *cons. 3. lib. 1. nu. 3.* Rum. *cons. 414. nu. 3. lib. 3.* Coniecturæ autem consideratæ per informantes pro Monasterio non releuant, quia concordia, de qua in instrumento anni 1552. non continet inuestituram, sed simplicem recognitionem, quæ caruit effectu, ex quo in eo præmissa solutio 15. stariorum grani non fuit vnquam præstita, & nihilominus
12 illa nec Ecclesiæ, neque de futuro successori præiudicare potuit, Felin. *in cap. ad audientiam, vers. decima, & vlt. conclus. de præscript.* Senteotia
13 autem super deuolutione lata, est sine actis, & cùm non sit antiqua, non probat, Cassad. *decis. 3.*
14 *de prob.* Liber venerabilis Monasterij probat tantummodo solutiones, quæ non declarantur factæ tanquam de re emphytheotica, prout requiritur, ad tradita per Felin. *in cap. cum Bertoldus num. 28. de re iud.* Quare conclusum fuit pro non iustificatione sententiæ Vicarij Rauennaten.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Saluiani Interdicti Veneris 10. Martij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca præscribitur spacio decem annorum.*
2 *Tertius possessor non potest tempore principalis debitoris in præscribendo hypothecam se iuuare.*
3 *Præscribere non potest absens.*
4 *Mandatum non probatur per assertionem Notarij.*
5 *Limitatur, quando concurrunt adminicula, vt ibi exemplificatur.*
6 *Cessio facta sine pretio redditur simulata.*
7 *Limitatur, quando cessant suspiciones calumniæ.*

DECISIO XXXIII.

IN ista causa fuerat resolutum coram bon. mem. Orano extrema esse probata, & exceptionem fideicommissi, & melioramentorum non esse releuantem, & ideo esse locum executioni mandati relaxati ab A.C. sed quia coram

1 Interdicti, quia concurrebant in hoc iudicio
requisita necessaria, videlicet creditum, hypotheca,
& possessio. Roland. *cons. 14. incip. quia iam in præsenti causa, num. 13. lib. 1.* Menoch. *de adipisc.
remed. 3. nu. 160.*
2 De creditis agentium constabat in actis ex
pluribus Instrumentis productis cum clausulis
amplissimis, quibus Io. de Cellis omnia sua bona
obligauerat creditoribus, Rolan. *præfato cons.
34. n. 13. lib. 1.* Surd. *cons. 31. incip. tractatum fuit nu.
1. lib. 1.* Honded. *cons. 7. incip. dubitabatur, nu. 1. lib.
2.* Menoch. *de adipisc. posses. remed. 3. nu. 164.* & censuit
Rota sæpe, & signanter in vna Saluiani Interdicti
coram me die 22. Martij 1599. & in alia
simili coram R. P. D. meo Lancellotto 19. Nouembris
eiusdem anni.
De hypotheca non dubitabatur, cum ex eisdem
Instrumentis eundem Ioannem omnia bona
sua obligasse appareret ex quibus licet aliqua
3 essent emphytheotica cum nō reperiretur expresse
prohibita hypotheca, obligari poterant,
Iul. Clar. *in §. emphyteusis quæst. 18. nu. 21.* Capell.
Tolos. *qu. 462.* Rota in vna Romana domorum
die 3. Iulij 1577. coram Cardinali Lancellotto
tunc Auditore Rotæ: vbi censuit sicut sæpe alias
bona emphytheotica venire sub generali
hypotheca, glos. communiter recepta *in l. fin. sub
verbo alijs. C. de iure emphyteut.* vbi Salic. *num. 6.*
Las. *n. 78.* Bero. *cons. 27. incip. diuino implorato suffragio
nu. 2. lib. 2.* Grat. *respons. 54. incip. in præsenti casu,
num. 5. lib. 1.*
4 Possessionem Ioann. de Cellis ante possessionem
Monachorum respectu Vineæ Hospitij, &
cannetorum de quibus agebatur, probant plures
testes affirmantes illum ea possedisse vsque
ad mortem, & coluisse, & locasse, & ex illis fructus
percepisse, & cæteros actus possessorios exercuisse,
quibus concedebant, quæ in alia propositione
fuerunt deducta; videlicet geminata
Monachorum confessio, & pluries repetita
5 possessio domini Ioannis, de qua ex Instrumento
declarationis caducitatis factæ die 14. Decembris
1604. per Ioannem Petrum de Paula
procuratorem Monasterij speciale mandatum
ad hoc habentem, & in alio instrumento adeptæ
possessionis per Monachos obtenta, ex quibus
non dubitatur Io. de Cellis hæc bona verè,
& realiter possedisse, cum alias possessio ex lo-
6 catione tunctis adminiculis probatur, Bart. *in l.
ad probationem C. loc.* Soc. *cons. 11. incip. in causa D.
Catherinæ num. 4. lib. 3.* Grat. *cons. 50. incip. Reuerendissime,
& Illustrissime Princeps nu. 49. lib. 1.*
7 Secundum extremum videlicet, quod Monachi
hodie supradicta bona possideant probatur
ex sustentione litis, Veralli. *decis. 369. par. 2.* &
ex Instrumento captæ possessionis cuius vigore
Monachi mandatum de manutenendo obtinuerunt,
& ex propria confessione, de qua in
commissione per ipsos obtenta.
8 Et ex istis Rota censuit immittendos creditores
in possessionem præscriptorum bonorum
non obstante exceptione deuolutionis, quam
Monachi opponebant, quę requireret altiorem
indaginem non admittitur in Saluiano. Rip. *in
Rubr. ff. de pignor. nu. 19.* Natt. *cons. 532. incip. fundamentum
nu. 2. lib. 3.* Rota in vna Romana, seu Amerina
domus die 8. Iunij 1576. coram bon. memor.
Cantuccio.

R. P. D. ORANO.

Sotanen. Bonorum Veneris 22. Maij 1587.

SVMMARIVM.

1 *Obseruantia subsecuta, supplet defectus instrumenti.*
2 *Obseruantiæ effectus probatur ex instrumentis locationum subsecutis.*
3 *Limitatur, quando probares alium in possessione fuisse.*
4 *Confessio de recepto non probat contra tertium, nisi quando promissio de soluendo præcedit.*
5 *Testis vnicus probat possessionem.*
6 *Testes in tempore iurare dicuntur, si in die prorogationis termini iurarunt.*
7 *Obseruantia operatur, vt possit dari mandatum de manutenendo.*
8 *Possessio posterior clandestina, & non citato possessore, non priuat illum sua possessione.*
9 *Confessio est interpretanda, vt minus præiudicet confitenti.*
10 *Titulus non requiritur ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo.*

DECISIO XXXVI.

IN causa Sotana bonorum difficultas quæstionis
propositæ, restricta fuit per Dominos
ad materiam concernentem possessorium, in
cuius discussione fuit dictum, Seminarium Soranen.
fore manutenendum: nam etiam si instrumentum
possessionis captæ non probet, ex
quo est sine die, & caret testibus, ac subscri-
1 ptione, & signo Notarij, tamen obseruantia
subsequuta supplet defectus instrumenti, Bald.
cons. 406. num. 3. lib. 4. Aym. *cons. 101. num. 4. & 274.
num. 7.*
2 Hæc autem demonstratur ex instrumentis
locationum, & solutionibus affictuum, quę manifestè
arguunt, quod habuerunt effectū, Doct.
in l. quę vniuersas, §. quod colonum. de acquir. possess.
3 cum alijs per Gabr. *de loc. conclus. 4. n. 7.* & hoc nisi
ex aduerso probetur alius in possessione fuisse,
vt per Afflict. *decis. 325. n. 2.*
4 Et licèt confessiones de recepto non probent
contra tertium, ad not. *in l. per diuersas, C. de mād.*
Tiraq. *de retract. consang. §. 1. glos. 18. nu. 78.* tamen
secus est, quando promissio de soluendo præcedit,
Afflict. *decis. 402.* Aym. *cons. 40. per totum.*
5 Accedunt dicta testium de possessione Seminarij,
& concludenter deponunt, & in hoc
iudicio vnus sufficit, Alex. *cons. 103. n. 6. lib. 7.* Menoch.
de retinend. possess. remed. vlt. nu. 34.
6 Nec dicitur, testes in tempore non iurasse,
quia contrarium verius est: nam cum præfixio
termini fuerit facta die 30. Augusti, & in prima
die iuridica iurarent, & eadem die adsit ad alios
duos dies facta prorogatio, satis verificatur
enunciatiua Notarij dicentis testes in
7 tempore iurasse, & quidquid sit ad effectum
mandati de manutenendo sufficit, quod adsit
obseruantia.
Non obstat posterior possessio Franchi adepta
vigore institutionis, quia est clandestina, &
8 possessore non citato, vnde nō priuauit possessorem
sua possessione, qui non habuit se pro

R. P. D. GIPTIO.

Romana Pecuniaria Mercurij 26. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Possessio gregis probatur ex confessione Christophori, ad positiones facta, & ex testibus in facto relatis.*

2 *Extremum secundum probatur ex confessione, & litis sustentatione.*

3 *Fama ex se ipsa sola, non plenè probat.*

4 *Fama iuncta cum adminiculis probat.*

5 *Hypotheca non cadit in mercibus venalibus, quæ quotidie venduntur, & permutantur, & ad illum vsum sunt simpliciter destinata.*

6 *Limitatur quando ex pluribus animalibus fit vnum grex, & vnum corpus naturâ aptum reddere fructus.*

7 *Identitatis exceptio, non potest opponi per eum, cui fuit certum corpus consignatum, cum obligatione de stando iuri, & restituendo ad omne mandatum Domini.*

DECISIO XXXVIII.

DOmini resoluerunt sententiam Auditoris Cameræ ad fauorem creditorum Michaelis, & Guglielmi de Scholis contra Christophorum latam, esse iustam, & consequenter confirmandam, quoniam extrema ad obtinendum in Saluiano Interdicto satis ex deductis sunt probata.

1 Nam, quod medietas gregis pecudum, & aliorum animalium, de quibus agitur, possideretur per debitores, post obligationem contractá cum Dominis creditoribus, patet tum ex confessione Christophori ad positiones facta, tum ex testibus in facto relatis.

2 Secũdum extremum etiam probatur per dictam confessionem, & per sustentationem litis, Caputaq. *decis. 369. par. 2.*

3 Quod Michael, & frater ante alienationem dicti gregis, cœpissent ipsorum substantia malè vti, & reputari non esse soluendo, adsunt testes de publica voce, & famâ, quæ licèt sola non sufficiat, Bar. *in l. si constante nu. 15. vers. tertio quæro ff. solut. matr.* Put. *decis. 16. lib. 3.* Nihilominus,
4 quando cum fama concurrunt alia gesta per ipsos debitores, ex quibus præsumi possit non esse soluendo, vt in casu proposito, tũc fama sic adminiculata plenè probat, Bar. *vbi supra*, & ibi Rip. *nu. 37. & seq.* ponit multa exempla Rolan. *cons. 9. nu. 15. lib. 1. ante fin.*

5 Nõ obstat, quod hypotheca nõ cadat in mercibus venalibus, vnde fit, vt postquam distractæ sunt, non possit agi Saluiano, *l. cum taberna*, vbi Bal. Sali. *nu. 7. de pign.* Bar. *in d. l. si constante. nu. 73.* Put. *decis. 297. li. 2.* Quoniam id procedit in aliis mercibus, quæ quotidie venduntur, vel permutantur, & ad illum vsum sunt simpliciter destinatæ; sed quando ex pluribus animalibus fit vnum corpus, & vnum grex natura aptũ reddere
6 fœtus, & alios producere fructus, hoc casu per alienationem huiusmodi gregis, & corporis, nõ extinguitur prior hypotheca, vt declarat Negus. *de pign. par. 2. nu. 20. cum seq.*

7 Non obstat, quod non constat de identitate dictorum animalium, quia stante, quod fuerit inuentariata de mandato A. C. & consignata Christophoro sub obligatione de stando iuri, & restituendo ad omne mandatum Domini, ipse non potest hodie hæc opponere, sed tenetur dicta animalia omnino restituere.

Quod non constet de credito ipsorum, qui agunt, tollitur ex instrumentis in actis productis, & ex sententia graduatoria.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Veronen. iurisdictionis Lunæ 18. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo cognoscendi causas criminales, & matrimoniales à Concilio Tridentino conseruatur Decano, & aliis inferioribus.*

2 *Episcopus solus potest exercere iurisdictionem in causis ciuilibus, & criminalibus in tota sua diœcesi.*

3 *Mandatum de manutenendo dandum est ei, cui ius assistit.*

4 *Possessio immemorabilis non dicitur probata legitime, donec per tres sententias non fuerit declarata.*

5 *Possessio immemorabilis non probatur per scripturas, vel instrumenta.*

6 *Possessio, quæ non habet iuris resistentiam, est manutenibilis.*

DECISIO XXXIX.

DOmini quantum ad cognitionem causarum criminalium, & matrimonialium dixerunt dandum esse mandatum de manutenẽdo Illustrissimo Cardinali, quia licet ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 20. §. ad hoc*, præseruetur Decano, & Capitulo, seu aliis inferioribus, immemorabilis consuetudo cognoscendi causas
1 criminales, & matrimoniales, ista tamen immemorabilis à Capitulo non est adhuc probata, & clam probatur, quod Episcopus solus debet istam iurisdictionem exercere, vt fuit resolutum per Illustrissimos Dominos Sacri Concilij interpretes.

2 Habet etiam Episcopus suam de iure communi fundatam intentionem exercẽdi iurisdictionem in tota sua Diœcesi, *c. conquerente de off. Ord. c. cum Episcopus eodem tit. lib. 6. c. omnes basilicæ 17. quæst. 7.*

3 Et ex hac iuris resistentia, etiá non aliter probata quasi possessione, dandum est ei mandatũ de manutenendo, *c. cum personæ. §. fin. cum ibi not. de priuil. in 6.* Caputa. *decis. 306. par. 1. & decis. 401. par. 2. in impressis*, & fuit de anno præterito in causa Bononié. S. Petronij coram Domino meo Mantica, & aliàs sæpius resolutum.

Non obstat, quod ex parte Capituli prætendatur probata immemorabilis, quia super illius probatione adhuc pendet remissoria, & non di-
4 citur ad hũc effectum legitimè probata, donec de ea constet per tres sententias conformes, vt habetur in supradicta resolutione Congregationis Concilij, quod quatenus Capitulum nititur confessioni Illustrissimi Cardinalis in responsione ad positiones, illa non adest: nam interrogatus de quasi possessione Capituli decennali, vel viginti annorum, respondit illam esse

Tandem non obstat, quod dicitur emptionẽ fuisse factam etiam nomine Thomæ absentis, fratris Andreæ, pro quo Notarius fuerat stipulatus, quod Thomas non retrocessit, quia cùm Thomas dictam emptionem non ratificauerit, satis fuit cessio Andreæ sine Thoma, cùm sine
6 ratificatione non acquiratur possessio, nec dominium absenti facta, iuxta magis communem opinionem, de qua testatur Menoch. *cons.* 233. *nu.* 20. *lib.* 8.

Et quod Thomas nunquam habuerit animum acquirendi aliquid ex dicta emptione, patet non solum ex ratificatione, sed ex diuisione facta de dictis bonis post mortem Mariani inter dictos Andream, & Thomam, & hæredes, in qua Thomas dictam cessionem non impugnauit.

Ex hac cessione præcedente, cessat præsumptio iuris familiaritatis, quæ allegatur.

Ex quibus conclusum fuit, bona Sippij fuisse in bonis Mariani fideicommittentis.

R. P. D. IUSTO.

Vlixbonen. Præheminentiarum 8. Martij 1599.

SUMMARIUM.

1 *Expressio generica tantum operatur, quantum indiuidua specierum enumeratio.*

2 *Iurisdictionis actum vnum exercens animo acquirẽdi iurisdictionem in loco, videtur iurisdictionem acquirere.*

Fallit, quando alius esset in possessione generali, quo casu acquirit solum respectum actuum seu capitulorum, quæ exercuit, num. 5.

3 *Manutentio concedenda est ei, qui extat in possessione exercendi aliquam iurisdictionem.*

4 *Manutentio non potest dari ei, qui de cuius possessione, vel quasi non constat, sed potius de possessione alterius.*

6 *Præscriptum tantum dicitur, quantum possessum.*

7 *Manutentio competit etiam respectu velis tantùm possessionis.*

DECISIO XLI.

PRonunciaui in fauorem Cantoris Vlixbonen. contra Decanum eiusdem Ecclesiæ, scilicet sententias latas in partibus fuisse, & esse iustas, & exequendas, & Cantorem prædictum in possessione, vel quasi regiminis Chori, & processionem, & singularum præheminentiarum, & iurisdictionem etiam priuatiuè quoad alios manutenendum, ac defendendum, exceptis tamen duabus, quæ in sententiis de partibus continebantur, videlicet mandare inchoare horas Canonicas, & mandare cantare, vel celebrare missam maiorem, & Euangelium, & epistolam in missa quando, & quoties deest, qui est in tabula scriptus, in quibus duobus casibus constat in possessione esse, vel quasi possidentem qui præsens in Choro inuentus fuerit eodem tempore, quando inchoari debet officium diuinum Decano prædicto, super quam executionem dubitatum fuit in partibus: An duæ præheminentiæ, quæ nouiter exstat præsumebantur à Decano occasione noui Breuiarij, iussu sanctæ memoriæ Pij V. editi, scilicet faciẽ signum incipiendi nocturnum, & signum exeundi de Choro finitis horis comprehendebatur in sententia Rotali, & proposito per me huiusmodi die Lunæ 15. Februarij 1599. Domini dixerunt velle videre, & considerare verba sententiarum latarum in partibus, quas sententias Rotales, vltima cõfirmauit, & exequi mãdauit. Vnde data copia, & iterũ proposito dubio die Lunæ 8. Martij subsequentis: Domini concluserunt sententiam Rotalem per me latam cõprehendere præheminentias, de quibus agitur, siquidem, cùm pronunciatum sit Cantorem existere in possessione, vel quasi, & singularum præheminentiarum ad regimen Chori spectan-
1 te; generica ista expressio tantum operatur quãtum indiuidua specierum enumeratio, *l. omnes, C. de præscript. trigint. ann.* & amplectitur omnes præheminentias sub eodem genere postea deductas, quoniam qui exercet vnum actum iuris-
2 dictionis animo acquirendi iurisdictionem in loco, videtur in totum iurisdictionem acquirere, Abb. *cons.* 71. *numer.* 3. *lib.* 2. Aym. *cons.* 55. Rota *diuers. decis.* 17. *par.* 2. *cum multis alijs allegatis*, & fuit dictum in vna Romana Pecuniaria de Palatijs 27. Ianuarij 1595. coram R. P. D. meo Mil-
3 lino, & consequenter est manutenendus, & respectu decimarum decisum fuit coram R. P. D. meo Giptio in illa Sabinen. Decimarum 9. & 10. Maij 1597.

Non obstat, quod in sententijs duæ præheminentiæ reseruatæ legantur, quia cùm actum fuerit in possessorio retinendæ, nec probata fuerit
4 in illis duabus possessio, vel quasi Cantoris, sed alterius super præheminentijs non poterat Cantor manuteneri, §. *retinendæ Inst. de Interdict.* nec ideo minus erat manutenendus in possessione generali præheminentiam in qua reperiebatur, quia illæ solæ reseruatæ non obstant, & satis erat, quod alius non esset in possessione genera-
5 lis, quo casu acquisiuisset solum respectu capitulorum actuum, quos exercuisset, vt declarat Abb. *d. cons.* 71. *num.* 3. *lib.* 2. & ità procedere dixit doctrinam Bal. *in l.* 1. §. *si quis in hoc interdicto. ff. de itin. actuque priuat. & not. in capit. au-*
6 *ditu, & in cap. cum olim. de præscript.* vbi habetur tantum esse præscriptum, quantum possessum.

Neque dicatur actum esse de spolio, non autẽ intentatum remedium retinendæ, quia non est verum in facto, vt constat ex sententijs quæ sunt super manutentione.

Non obstat, quod in sententijs legãtur aliqua verba, quæ importare videntur restitutionem, quia intelliguntur ad abundantiorem cautelã respectu naturalis possessionis conturbantẽ, & molestantem, cùm respectu ciuilis detur manutentio, Put. *dec.* 198. *n.* 4. *lib.* 1. & 419. *lib.* 2. & coram Illustrissimo Cardinali Platto dũ esset Auditor Rotæ in vna Oxomen. Cappellaniæ 10. Martii 1589. in qua plures decisiones allegãtur, quæ in hoc casu non habent difficultatem, vbi non cõstat, quod Cantor voluerit habere se pro spoliato, quicquid dixerit Iudex in sententia.

Quæ omnia eo magis Dominis visa fuerunt vera, quoniam in hac causa corã me die Lunæ 19. Iunii 1595. dictum fuerat Cantorem habere assistentiam iuris, & fundari super statuto eiusdem Ecclesiæ, atque actus de quibus agitur similes esse non autem dissimiles expressit, &c.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Gerunden. Iurisdictionis Lunæ
12. Decembris 1588.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio in iuribus incorporalibus acquiritur per vnicum actum.*

2 *Manutentio concedenda est ei, qui docet de sua possessione ante motam litem.*

3 *Deputatio purè videtur facta, quando ad illam tenebatur quis ex decreto Concilij, licèt quis se protestatus fuerit, quod non intendebat facere, nisi si, & quatenus teneretur.*

4 *Episcopus in leuibus potest procedere sine capitulo.*

5 *Manutentio concedenda est Episcopo in ijs, in quibus habet fundatam intentionem in iure.*

6 *Concilij Tridentini c.6. sess.25. loquitur, & intelligitur de capitulis exemptis.*

7 *Iuramentum sic est intelligendum, vt minus obliget iurantem.*

8 *Decretum irritans inficit non solùm titulum, sed etiam possessionem.*

9 *Amplia, quod propterea talis possessio non possit, nec debeat manuteneri.*

10 *Quasi possessio incorporalium, ad hoc, vt requiratur necesse est probare scientiam, & patientiam.*

11 *Vicarius malè agens non potest Episcopo praiudicare.*

DECISIO XLII.

DEcisum fuit mandatum de manutenendo Domino Episcopo concedendũ esse, quia ex actis anni 1577. satis constat de illius quasi possessione, procedendũ iuxta formã Concilij Tridentini *c.6. sess.25. de reformat.* non seruata cō-
1 cordia, præsertim quia in his incorporalibus ex vnico etiã actu acquiritur quasi possessio, Ant. de Butr. Abb. & alij *in capit. cum Ecclesia de caus. poss. & propriet.* & præcipuè *ibidem* Rip. *num.* 52.
2 & cùm isti actus sint ante litem motam, Episcopus debet tueri in sua quasi possessione, *§. retinen. Instit. de Interdictis l.1.* & ibi Bat. *ff. vti possidetis.* Nam ista quasi possessio fuit etiam continuata, quia Capitulum anni 1587. sua sponte iuxta formam Concilij Tridentini *de reformat. cap.6. sess.25.* elegit duos adiunctos, & Episcopũ requisiuit, vt eos assumeret, cui Episcopus ipse consensit.

Neque ad rem pertinet, quod non constet Episcopum postea cum illis adiũctis processisse, quia facilè potuit contingere talem casum de facto non incidisse, vt etiam in simili proposito tradit Innoc. *in c. dilectus de Cappell. Monac.* & Bal. *ibidem n.49. de seruit. & aqua.*

Neque obstat protestatio facta à Canonicis, qui non intendebant illam deputationem facere, nisi si, & inquantum, non esset locus concordiæ, & ipsi tenerentur hoc facere, quia cùm ex
3 decreto Concilij tenerentur hoc facere, tamen videntur purè deputatos elegisse, Corn. *cons.* 80. *n.13. lib.3. & 125. n.9. lib.3.*
4 Accedit etiam, quod concordia in leuibus est contra ius commune, quo Episcopus solus procedit, *c.1. c. licèt, & c. irrefragabili. §.1. de offic. ord.* & hoc fuit dictum in causa Carthaginen. iurisdictionis coram R.P.D. Seraphino 27. Nouembris 1585. & ideo Episcopus, & facilius debet tueri in
5 sua quasi possessione, quia ex iure communi fundatam habet suam intentionem, *c. cum personæ de priuil. lib. 6.* idque congruit, & Concilio, quod quidem tollit concordias à Sede Aposto-
6 lica non confirmatas, & loquitur, & intelligitur de capitulis non solum exemptis, sed etiam non exemptis, vt dictum fuit in causa Gadicen. coram R.P.D. de Rubeis Decano 4. Maij 1583. & Domini dixerunt, ita nouissimè sancitum fuisse cum Sacra Concilij Congregatione.

Neque enim illud refragatur, quod Concilium non tollit iuramentum Episcopi, quia illud in casu proposito est restrictum ex clausula in fine posita, *quatenus etiam*, quæ iura cũ decretis Concilij non sint contraria, quæ clausula tamen, & si ambigua videatur, sietamen benignius debet interpretari, vt consonet Canonicis institutis, *c.*
7 *ad iuramen. il 3. de iur. iurau.* & quia iuramentum sic est intelligendum vt minus obliget iurantẽ, Abb. *in c. cum dilectus in fine de verb. signif.* & quia Bulla felic. recor. Gregorij XIII. sic etiam intelligit.

Neque huic quasi possessioni Episcopi refragatur quasi possessio Capituli, quia aut illa colligitur ex actis ante publicationem Concilij, & non potest suffragari, quia Concilium tollit cōcordias non confirmatas, & habet decretum ir-
8 ritans, & ideo inficit non solum titulum, sed etiam possessionem, Rota *dec.10. & 11. de caus. poss. & propriet. in nouis.* Sarnen. *in reg. de triennal. q.51.*
9 *n.3.* cui consequens est, vt talis possessio non debeat nec possit manuteneri, præsertim aduersus eum, qui habet præsumptionem iuris communis pro se, Io. Fab *in §. retinen. num.29. Institut. de Interd.* Couar. *pract. ca.17. col. pen. vers.4. non sit respond.*

Aut illa quasi possessio Capituli intelligitur ex actis anni 1577. & non potest suffragari, quia non probatur Episcopi scientia, & patientia,
10 quæ est necessaria, vt quasi possessio in incorporalibus acquiratur, *l. quoties. ff. de seruit.* Bal. *in l.2. C. de serui. & aqua.* Rom. *cons.163. n.5. lib.3.* nam in eo actu interuenit quidam Vicarius Capitu-
11 laris, qui si perperam aliquid fecit, Episcopo nō præiudicat, quia malè agere non est ei commissum, Cast. *cons.148. sub n.1. vers. sed respondeo lib.1.* & sequitur Dec. *in cons. 43. fin. nu. 3. vers. quia ad hoc respondetur.*

Atque ex ijs magis placuit Dominis concedendum esse Episcopo mandatum de manutenendo.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Regien. Pensionis Veneris 11.
Decembris 1587.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi, acquiritur etiam per vnicam solutionem.*

2 *Pensionarius docens de quasi possessione exigendi manutenendus est.*

3 *Solutio ad hoc, vt aliquem in quasi possessione soluendi constituat, requiritur mandatum.*

Fallit, quando concurrunt adminicula numer.4. qua autem

autem deseruiant pro adminiculo, vide nu.5.

4 *Mandatum præsumitur, quando sumus in actu quod in verisimiliter non solet expediri absque mandate.*

5 *Solutiones licet facta metu mandati, tamen plurimum adminiculant quasi possessionem, quando ab illo non appellauit ille qui soluit.*

DECISIO XLIII.

1 Domini fine vlla difficultate concluserunt constare de quasi possessione Domini Christophori exigendi pensionem ex actuali solutione termini Natiuitatis D.N.1582. sibi factæ præsenti, & numerata pecunia, quæ licet vnica sufficit, Rom. *cons.31.n.7.* Rip. *in c.cum Ecclesia Sutrina n.53. de caus.poss.& propriet.* & consequenter in ea esse manutenendum, Bar. *in l.1.§. hunc.ff. vti possidetis.* Doct. *in c.licet causam de probat.* non obstante denegatione titularis, Put. *decis.419. in vna Paduana lib.2.*

3 Neque obstare quod non constet de mandato illius, qui soluit, Giga. *de pensionibus q.48. cum alijs allegatis*, quia concurrentibus adminiculis Rota seruat, *decis.1. de caus.poss.& propriet. in antiquis*, quod præsumatur mandatum eum simus in actu qui verisimiliter absque eo expediri non solet, Cassad. *decis.3. sub n.4. de Procurat.* Fel. *in cap. sicut nu.31. in fi. de re iudicat.* Soc. *cons.46 nu.3. lib.3.* Aym. qui alios citat *de antiquis temporibus par.2. nu.65.* & fuit resolutum in causa Lucana pensionis coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto 4.Iunij 1574. vbi in his terminis tenuerunt Domini solutionem præsenti factam de mandato titularis ex præcedenti obligatione de soluen-
4 do pensionem concurrentibus coniecturis, prout in hoc casu, in quo & procedit obligatio etiam Cameralis, & adest vehemens præsumptio
5 quod Hortensius, qui soluerat pensionem, & fuerat ab ipso titulari constitutus procurator vnà cum quibusdam alijs ad consentiendum reseruationi pensionis, nec non ad obligandum titularem, & omnia ipsius bona pro solutione istius pensionis etiam habuerit ordinem illum soluendi.

Vltra quod ex abundanti, dixerunt Domini istam solutionem, & alias præcedentes ab eadem factas licèt confessatas fuisse satis ratificatas ab ipso titulari, qui postea soluit nonnullos alios terminos subsequentes istis computatis, & licet istæ solutiones vltimæ sint factæ metu mandati, Achill. *decis. 10. de pens.* præstant tamen adminiculum, maximè quia titularis non appellado
6 satis videatur illi Iudicio acquieuisse.

Ex quibus Domini omissis his, quæ dicuntur de clausula dummodo remaneant centum pro Rectore, & de pensione antiqua quæ concernunt petitorium, resoluerunt Dominum Christophorum esse manutenendum; & ad eius fauorem mandatum pro terminis decursis esse relaxandum, &c.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Pacten. Pensionis, Veneris 5. Decembris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur ei, de cuius possessione non constat de tempore motæ litis.*

2 *Pensionis solutio facta à non habente titulum in beneficio non operatur effectum quasi possessionis.*

3 *Quasi possessio in iuribus incorporalibus non potest acquiri absque scientia, & patientia Domini.*

4 *Quasi possessio exigendi non acquiritur per solutionem factam ab eo, de cuius mandato non constat, & nu.11.*

5 *Amplia, vt nec etiam acquiratur ex commissione data de soluendo certam summam occasione pensionis, sed requiritur effectuatio.*

6 *Mandatum de vendendo, & dispensando, aliud est quàm venditio, & dispensatio.*

7 *Quasi possessio exigendi pensionem non probatur ex sola confessione antecessoris adhæc, vt praeiudicet successori.*

8 *Quasi possessio exigenda pensionis nõ acquiritur per actualem solutionem factam metu mandati, & cũ expressa protestatione, quod per eam non acquiratur quasi possessio, & nu.14.*

9 *Verba* (sicut accepimus) *indicant narratafuisse ad supplicationem & assertionem partis.*

Amplia, quod præterea non probat in facto alieno.

10 *Quasi possessio exigendi non acquiritur, quando nõ constat de mandato soluentis.*

11 *Limita, nisi adsint adminicula.*

Declara, quod adminicula debent percutere ipsam quasi possessionem.

DECISIO XLIV.

1 Fvit resolutum non esse dandum Comiti mandatum de manutenendo, quia non constat de eius quasi possessione exigendi pensionem, & notissimum est illud ad instar interdicti retinendæ possessionis non dari ei, quem non constat de tempore motæ litis possedisse, §. *retinendæ*, vbi Io. Faber *nu.16. Instit. de interdict.* & *l.1.§. sum autem interdicti*, vbi Bat. *in princ. & in §. quod ait, n.14.ff. vti possid.* & *l.1.* vbi etiam Bar. *nu.3.C. eod. tit.* latè Couar. *pract. q.c.12. n.5.* cum alijs per Modern. *de retin. poss. remed. 5. n.56. & in remed. vlt. n.8.14. & 29.*

2 Aut enim Comes ad ostendendum, quasi possessionem nititur solutionibus factis per Curiã Regiam, Sede Episcopali vacante, & cùm sint factæ à non habente titulum in beneficio non operatur effectum quasi possessionis, vt aliàs fuit resolutum coram Cardinali Lancellotto in causa Cremon. pensionis sub die 21. Nouembris 1575. præsertim verò cùm sint factæ Sede Episcopali vacante, quo casu cessante titulo nõ potuit contra Ecclesiam acquiri quasi possessio,
3 cuius substantia in istis incorporalibus cõsistit in scientia, & patientia Domini, Bal. *in l.2. nu.12. & 17. C. de seruit. & aqu.* & Rip. *in c.cum Eccles. Sutrina, nu.64. cum sequ. de caus. poss. & propriet.* & tenuit Rota in causa Gerunden. pensionis corã Domino meo Seraphino sub die 10. Decembris 1579.

Aut Comes nititur computis de anno 1551. initis inter prædecessorem huius Episcopi, & Io. Landion. vti procuratorem Comitissæ, & minus suffragatur.

4 Tum quia non constat de mandato Comitis in personam præfati Io. Landion. & sine eo quasi possessio non quæritur, *l.1.§. per procuratorem, C. eod. tit.*

6 Tũ quia ex his constat de aliqua actuali solu-

tione pensionis, sed tantum de quadam com-
missione data de soluendo certam summam oc
casione dictæ pensionis; quod non releuat, nisi
doceatur de effectuatione, cùm aliud sit man-
datum de soluendo, & aliud solutio, sicut in si-
mili dicimus aliud esse mandatum de vendẽdo,
6 vel dispensando, aliud venditio, vel dispensatio,
vt de primo latè per Boet, *q.48.nu.10.& de 2.* per
Achill. *decis.1. de mand. alias 18. de procurat.im-
press.* Neque obstat. quod in dictis computis E-
piscopus fateatur de hac pensione pro tempore
præterito fuisse Comiti satisfactum, quia ad i-
7 stum effectum acquirendi quasi possessionem
confessio antecessoris non præiudicat successo-
ri Ecclesiæ, Felin. *in cap.fin.numer.11.* & Paris. *nu-
mer.54.de præscript.* & tenuit Rot. in præfata
causa Gerunden. vltra quod in istis computis
adest protestatio Episcopi cum clausula præ-
seruatiua, quod per quamcunque solutionem
quam esset facturus, non censeatur sibi causa-
8 tum aliquod præiudicium, nec renunciatum
iuri suo stante metu censurarum; quo casu nec
ipsa quidem actualis solutio ita facta sufficie-
ret ad constituendum aliquem in quasi posses-
sione exigendi, iuxta notata per Innoc. *in capit.
cum olim de restitut.* Spol. Rom. *consil.369. numer.*
10. Put. *decisi.281.libr.2.* Achill. *decisi.330. par. 2.
impress.*

Aut Comes nititur narratiua litterarum fe-
lic.record. Pij V. & similiter non obstat, quia est
9 ad suppositionem, & assertionẽ partis, vt indicát
illa verba *sicut accipimus*, & sic non probat præ-
10 sertim in facto alieno, vt tradunt omnes *in Clẽ.
1.de probat.* Ægid. *decis.158.* cum aliis per Gabr. te-
latis *concl.1.de probat.nu.40.in 5.limitat.*

11 Aut denique nititur instrumentis plurium
solutionum nuper exhibitis, & præter id, quod
eorum fides controuertitur, cùm prætendatur
non esse in forma probanti, minus suffragan-
12 tur, quia non constat de mandato soluentis,
Rota *decis.2.de caus.possess. & propriet.in antiq.* nisi
concurrant adminicula, Abb. *cons.23.in 6.dub.lit.*
1. Gig. *de pensionibus quæst.* 48. & fuit sæpius reso-
13 lutum quæ adminicula hic non adsunt, quæ
saltim percutiant quasi possessionem, ad notat.
per Aym. *in consi.281.sub nu.6.vers.secundo respon-
deo*, & dictum fuit in dicta causa Gerunden. Vl-
tra quod ad istum effectum potius constat de
contrario, cùm ipsemet principalis prius pro-
testatus fuerit, quod per quamcunque solutio-
nem quam esset facturus non intendebat præ-
iudicare, vel renunciare iuri suo, ad *l.si debitor.§.
1.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.soluat.* Oldrad. *consi.
237.in fi.* Paris. *consi.26.num.52.lib.2.* & vulgare est
procuratorem non posse venire contra factum
Domini.

ILLVSTRISSIMO PLATTO.

Strigon. Legati Lunæ 20. Iunij 1588.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum competit pro re legata; &
num.3.*
2 *Hypotheca competit pro re legata.*
4 *Possessio sola probanda est, vbi suspensum est petito-
rium.*
5 *Possessio sola probanda est in Saluiano Interdicto.*
6 *Grex non est in numero earum rerum, quæ seruando
seruari non possunt.*
7 *Possidere præsumitur, qui desiit post litem contesta-
tam possidere.*
8 *Loco rerum, tenetur quis ad illarum extimatio-
nem.*

DECISIO XLV.

DVbitaui, an Dominæ Catherinæ compe-
tat aliquod remedium possessorium pro
rebus sibi ab Andrea Batoro marito, legatis, &
Domini vnanimiter resoluerunt, prout sæpius
fuit in Rota resolutum, competere pro re lega-
1 ta Saluianum Interdictum, Paleot. *decis.317.* Cot-
ta *Miscel. decis.218.* Et facit ratio; quia cùm pro
2 re legata competat hypothecaria, *l.1.C.commun.
de legat.* vbi Iat. *nu.4.* & tradit Dec. & Cagnol. *in
3 l.neque pignus.ff.de reg.iur.* consequenter debet e-
tiam Saluianum competere, iuxta ea, quæ tra-
dit Negus. *de pign.in 3.memb.8.par. num.19.* Natt.
cons.474.nu.34.

Constat autem de legato ex particula testa-
mẽti, ad id producta de possessione defuncti, &
occupatione post eius mortem facta per Domi-
nam Elisabettam, ac occupasse non solum loca,
sed etiam fructus locorum ibi repositos.

Nec obstat, quod dicat Dominum Andream
possedisse per vim, quia hoc tollitur ex con-
cordia à Cæsare confirmata, per quam conce-
ditur D. Andreæ, vt loca illa eius vita durante
retinere possit: vltra quod cùm hodie sit suspen-
4 sum petitorium, sufficeret sola possessio absque
dominij probatione, vt per Negus. *in loco supra
relato.*

Nec obstat, quod huiusmodi confessio sit ge-
nerica, & ex qua colligi non possit quantitas
bonorum, & fructuum, de quibus agitur, quia
quantitas fuit per Dominam Catherinam spe-
cificata in libello primæ instantiæ, *fol.5.* & pars
fuit habita pro confessa, *fol.62.*

Nec dicatur aduersus huiusmodi declaratio-
nem petitam, & obtentam fuisse restitutionem
in integrum, quia restitutio non fuit petita ad-
uersus huiusmodi declarationem, saltim respe-
ctu quantitatis horum bonorum, quin potius
semper pro parte D. Andreæ fuit præsupposita
existentia rerum legatarum tempore obitus D.
Andreæ, & occupatio Dominæ Elisabettæ, sed
petita restitutio aduersus allegationẽ omissam:
quia licèt dicebatur omissum fuisse allegari fru-
ctus hos, & bona legata nata fuisse in bonis Do
minæ Elisabettæ propriis, & propterea licitè
fuisse ab ea occupata; vt legere est *fol.42.tertia
instantia*, quo loco etiam apparet procuratorẽ
non negare, immo fateri istorum fructuum, ac
bonorum occupationem, solum negare, perti-
nuisse ad Dominum Andream, & ideo non po-
tuisse per eum legari, & aduersus huiusmodi o-
missam allegationem, restitutionẽ petere: quod
ipsum etiam pars confitetur in *secunda instantia,
fol.33.* vbi dicit Dominum Andream multos fru-
ctus ad principalem suã spectantes legasse Do-
minæ Catherinæ. Ex quibus omnibus apparet
satis constare de possessione defuncti, atque oc-
cupatione Dominæ Elisabettę, quod sufficit (vt
5 dixi) ad obtinendum in hoc Saluiano Interdi-
cto, absque eo, quod probetur dominium Do-
mini Andreæ, aut Dominæ Catherinæ.

Non

Non obstat, quod huiusmodi bona amplius
non possideantur per Dominam Annam, nec
posse præsumi ab ea possideri, cùm pro maiori
parte, sint res, quæ seruando seruari nequeunt,
6 quia primo hoc non habet locum in gregibus,
& alijs, quæ non sunt in numero carum rerum,
quæ seruando seruari non possunt, *Inst. de vsufruct. §. constituitur*: secundo cùm Domina Anna
desiuerit possidere post litem motam habenda
7 perinde, ac si hodie possideret, *l. 1. ff. quorum bonorum*, Menoch. *de adipisc. possess. remed. 1. n. 63.* & loco
8 rerum, tenebitur ad extimationem, iuxta tex.
in d. §. constituitur. Instit. de vsufruct.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana domus in Burgo, Veneris
21. Aprilis 1589.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis probatur ex solutionibus, longissimo tempore factis tamquam ab emphyteuta.*
2 *Concessio talis præsumitur, qualis apparet in solutione.*
3 *Emphyteusis debet probari per scripturam, quæ est de substantia contractus.*
4 *Limitatur, quando de consuetudine aliter seruetur.*
5 *Consequens si probatur per scripturam, etiam antecedens dicitur probata per eandem scripturam.*
6 *Emphyteusis, sicut præsumatur per solutionem canonis ad fauorem domini, ita præsumitur ad fauorem soluentis.*
7 *Instrumentum affrancationis, in quo fit mentio de successione in emphyteusim, probat inter contrahentes, rem illam in emphyteusim fuisse concessam.*
8 *Confessio facta in precibus ab eo, qui disponere potest, probat.*
9 *Confessio facta in positionibus probat.*
10 *Confessio est maior probatio, quàm quodlibet instrumentum, vel per depositionem testium.*
11 *Probatio per confessionem sufficit, etiam in casibus, vbi requiritur scriptura.*

DECISIO XLVI.

1 FVit conclusum ex solutionibus ex longissimo tempore factis, tanquam ab emphyteota, legitimè constare de concessione in emphy-
2 teusim, quia talis præsumitur concessio, qualis apparet solutio, Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua n. 169. vers. 142.* Bal. *in l. cum de in rem verso, in 2. lect. in fi. ff. de vsur. & in l. si certis annis, n. 8. in fin. & 9. C. de pact.* quod dicit notandum, etiam pro ijs, qui perdiderunt instrumenta emphyteotica, & sequitur Dec. *cons. 146. sub nu. 2.* Crauett. *cons. 76. n. 25. lib. 1.*
3 Non obstat, quod emphyteusis debeat probari per scripturam, quæ est de substantia contractus, *l. 1. & ibi glos. in verb. alienationis, C. de iur. emphyt.* Alex. *cons. 50. n. 3. & 4. lib. 8.* qui dicit hanc esse communem opinionem: quia respondetur, primo, quod licèt de iure, scriptura sit necessaria, tamen dubium est, an ex consuetudine re-
4 quiratur, quia plerique attestantur eam non esse necessariam, Bar. *in l. 1. n. 6. in fi. C. de iur. emph.* Rom. *cons. 303. n. 5. in fi.* Corn. *cons. 187. n. 9. lib. 1.* Soc. Sen. *cons. 120. n. 24. lib. 4.* Paris. *cons. 77. lib. 3.* Rol. *cons. 84. nu. 10. lib. 1.*
Secundo respondetur, quod licèt scriptura esset necessaria, tamen satis est, quod per scripturam appareant solutiones, quia quando conse-
5 quens probatur per scripturam, antecedens etiam videtur probari per eandem scripturam, *l. quicunque. C. de apoch. lib. 10.* & ita in terminis conclusit Bal. *cons. 116. n. 2. lib. 1.* qui eam subiungit, per præsumptionem *d. l. cum de in rem verso. ff. de vsur.* habere pro scriptura, & ita Grauett. *in tract. de antiq. temp. par. 3. nu. 40.*
Et sicuti emphyteusis præsumitur in præiudicium soluentis, vt is, cui soluit, intelligatur esse Dominus directus, ita etiam præsumitur ad
6 commodum ipsius soluentis, vt intelligatur ei acquisitum dominium vtile, Bal. *cons. 24. nu. 2. lib. 4.* Salic. *in dicta l. cum de in rem verso. n. 12. vers. quaro sexto. ff. de vsur.*
Quod Domini censuerunt in casu proposito multo facilius esse recipiendum, quia lapsu longissimi temporis, plura concurrunt adminicula, ita vt plenè res sit indubitata.
Primum est, quia extat instrumentum affrancationis, in quo fit mentio de huiusmodi concessione facta in emphyteusim, cum ratificatio-
7 ne, quod inter contrahentes plenam probationem facit, *l. optimam. C. de contrah. & comm. stipul.*
Secundo extat supplicatio, si in euidentè, porrecta Summo Pontifici, & obtenta ab administratoribus Hospitalis, in qua etiam narratur ista confessio in emphytheusim, & quidem, cùm sit de eis qui possunt disponere, habet vim no-
8 uæ dispositionis, Dec. *cons. 63. sub n. 40. vers. molestare, & n. 6. vers. nec obstat.*
9 Tertio concurrit confessio ipsius Hospitalis, facta in positionibus, in quibus ponitur etiam huiusmodi cõcessio in emphytheusim, & nulla est maior probatio quã partis aduersæ confessio. Vnde etiã confessio dicitur esse maior quo-
10 libet instrumento publico, & quibuscunq; depositionibus testium, Bal. *cons. 142. n. 5. vers. verum tamen, lib. 2.* Et quidem ita habetur, vti scriptura, vt in casibus, etiam in quibus requiritur scri-
11 ptura, sufficiat probatio per confessionem, *l. cum à te.* & ibi not. Dec. *n. 7. cum sequ. C. de transf.* & sequitur Crauet. *cons. 61. nu. 3.*
Neque obstat, quod huiusmodi concessio nõ videatur esse solemnis, neque cesserit in vtilitatem Ecclesiæ, quia Domini dixerunt hoc non esse præsentis inspectionis, sed in alia disputatione videndum esse.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Romana alimentorum Lunæ
24. Aprilis 1595.

SVMMARIVM.

1 *Dotis fructus, pro oneribus matrimonij deseruire debent.*
2 *Contra confessionem propriam, non est testimonio resistendum.*
3 *Confessio superat omne genus probationis.*
4 *Apocha sic scripta habetur, ac si tota esset à subscribente scripta.*

DECISIO XLVII.

DVbitaui, an constet D. Franciscum Cincium filijs alimenta præstitisse, & per quantum tempus.

Et quoad D. Iacobum conclusum fuit ex apocha manu ipsius scripta, constare eum percepisse alimēta, iuxta taxationem factam in Rota coram R.P.D. meo Penia, ad rationem scutorū quinquaginta singulis mensibus, vsque ad Mensem Aprilis anni 1594. inclusiuè.

Neque obstat, quod huiusmodi taxatio sit exigua, propterea quod ipse habitauerit seorsum à patre, & iustam habuerit causam recedendi, vt dicitur probari per testes; quia in dicta taxatione fuit habita consideratio, quod ipse vnà cum vxore habitaret seorsum à patre, & Dominis tūc visum fuit, dictam quantitatem posse eis sufficere,

1 cùm perciperet etiā fructus dotis, quæ debet oneribus matrimonij deseruire, *c. salubriter, de vsur. l. dotis fructus ff. de iur. dot. & l. pro oneribus C. eodem titulo.* & secundum illam summam fuit etiam sententia lata, quam ipse approbauit, *l. ab eo. C. quomodo & quando index.*

Quod attinet ad D. Christophorum, & bon. mem. Rocchum, similiter conclusum fuit constare, præstita eis fuisse alimenta vsq; ad Mensem Maij 1592. inclusiuè, vt apparet ex apocha ab eis subscripta.

2 Proinde indignum videtur, quod sua quisque voce dilucidè confessus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere, *cap. per tuas, de probat. & l. generaliter non n. pecun.*

3 Et ideo confessio superat omne genus probationis, Bal. *cons. 192. nu. 8 lib. 2.* Alexand. *cons. 34. nu. 3. lib. 3. & cons. 127. num. 2. lib. 4.* Crauett. *cons. 61. nu. 3.* Socin. Iun. *cons. 5. nu. 4. & 5. lib. 3.*

Neque Dominis videbatur dicta apocha scripta in folio albo ab ipsis filijs subscripta, quia videtur tota manu propria D. Christophori vnius ex filijs esse scriptam, & ab vtroque eorū subscriptam, & quando quis etiam subscripsit,

4 perinde habetur, ac si totam scripturam manu sua scripsisset, *l. si quis ex argentarys. §. 1. ff. de eden. l. plures. C. de fid. instrum.* Bar. *in l. emptor. §. Lucius, & ibi* Ias. *n 2 ff. de pact.* Alex. *cons. 14. n. 2. & 4. lib. 6.* Ruin. *cons. 225. n. 1. lib. 1.*

Quod autem dicitur apocham quietantiæ fuisse scriptam, & subscriptam sub spe futuræ numerationis, eget probatione, & hoc pendet ex depositionibus testium, quorum summariū propter eorum prolixitatem, & angustiam temporis, non potuit Dominis exhibere.

Similiter, an alimenta eisdem filijs, qui post dictum Mensem Maij 1592. à domo patris recesserunt, & seorsum ab eo habitauerunt sint præstanda; pendet ex eo, an per testes probetur eos habuisse iustam causam recedendi, & seorsum habitandi ab ipso patre, de quibus particulariter videndum est.

ILLVSTRISSIMO ARRIGONO.

Romana supplementi legitimæ Lunæ 8. Nouembris 1593.

S V M M A R I V M.

1 *Confessio receptionis dotis elapso tempore ad opponendum de non numerata pecunia, præiudicat non solùm heredi sed etiam creditoribus.*

2 *Confessio adminiculatur ex consuetudine.*

3 *Confessio prædicta præiudicat etiam filijs, quoad legitimam, quando concurrunt aliquæ coniecturæ & nu. 4.*

5 *Dispositio loquens de dote non habet locum in dote confessata, sed secus est, quando sunt lapsa tempora ad opponendum de non numerata pecunia.*

D E C I S I O X L V I I I.

IN proposita difficultate, an constet de dotatione Ioannæ, Domini tenuerunt opinionē

1 affirmatiuam, ea ratione, quia, vltra iuramentum, & renunciationes, cùm sint elapsa tempora opponendi exceptionem non numeratę dotis, confessio illa receptionis dotis de qua in instrumento producto, non solum probat certam dotationem in præiudicium mariti, & hæredum, sed etiam in præiudicium creditorum, Bar. *in l. assiduis num. 11. vbi etiam* Bald. *C. qui pot. in pign. hab.* Aret. *in cons. 85. num. 3.* Afflict. *in decis. 400. sub num. 10. versi. item vera conclusio.* Aymon *cons. 40. nu. 6.* Rot. *diuers in decis. 102. n. 18. in 1. par.*

2 quæ confessio adminiculatur ex generali consuetudine, cùm matrimonia non contrahantur sine dote.

Et sic tollitur illa obiectio de confessione patris, quæ non præiudicat filijs quoad legitimam, quia non procedit, quando sunt elapsa tempora, cum tunc etiam quibuscunque creditoribus præiudicet, *iuribus allegatis*: & confessio

3 patris, quando cum ea concurrit aliqua coniectura, præiudicet quoque filijs, vt tradit Ant. de Butr. & Abb. *in c. quamuis de sent. & re iud.* Alcia. *in resp. 153. n. 2. tom. 3. lib. 3.*

Non obstat, quod dispositio loquēs de dote non habet locum in dote confessata, quia pro-

4 cedit, quando non sunt lapsa tempora, secus quando sunt lapsa, vt per Afflict. *in deci. 402. sub. n. 10. & 15.*

Neque potest dici constare de simulatione confessionis ex illo instrumento emptionis vineæ, ex quo constat vineam fuisse emptam pro scutis 150. tantum, & nihilominus residuum do-

5 tis confessatum, quod etiam dicitur versum in emptionem vineæ, erat longè maioris summæ, quia non dicitur integrum residuum fuisse versum in emptionem, sed simpliciter dicitur, de quibus fuit empta vinea, &c. & sic talia verba possunt verificari in aliqua parte pecuniarum, quibus fuisset empta vinea, &c.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Bononien. Pecuniaria 15. Ianuarij 1583.

S V M M A R I V M.

1 *Nouatio hodie non inducitur, nisi de ea sit expresse actum.*

2 *Litteræ Cambij quamuis à mercatore fuerint acceptatæ, non tamen inducunt liberationem, si acceptans decoxit.*

3 *Ampliæ præsertim, quando in litteris adest, quod solutas & ad rationem suam ponat, quia si non fuit secuta solutio, & posita ad rationem non dicitur facta liberatio.*

4 *Amplia procedere non obstante doctrina Bar. in l. singularia n. 19. ff. si cert. petat. quia illius opinio est reprobata.*

Amplia procedere etiam si creditor non fecerit diligentiam in exigendo infra decem dies, nu. 9.

5 Bart.

5 *Bart. doctrina in l. singularia un. 19. ff. si cert. petat. habet locum tantum quando fuit facta delegatio.*

6 *Delegationi ad hoc, vt sit locus requiritur, quod Campsor qui acceptat litteras sit debitor delegantis, & vt debitor promittat, tanquam debitori sibi fiat delegatio, alias non inducitur liberatio delegantis.*

7 *Ampliat, quod acceptatio fieri debet per stipulationem.*

8 *Stipulatio requirit verborum conceptionem.*

9 *Debitor ex lapsu temporis non liberatur quando in tali lapsu non fuit inducta nouatio.*

DECISIO XLIX.

FVit conclusum, quod fallimentum Bonamici cedere debeat damno dd. de Amorinis, quia licèt eorum Litteræ Cambij, in quibus mandatur, vt dicti Bonamici soluant Domino Francisco Gauino, fuerunt per ipsos Bonamicos acceptatæ, tamen non fuit inducta eorum libe-
1 ratio nisi secuta solutione, quia hodie nõ inducitur nouatio, nisi de ea sit expresse actum, *l. fin. C. de nouat.*

2 Nec releuat litterarum præsentatio, & acceptatio, quia præsentatio fit ad hoc, vt adueniente tempore Campsor sit paratus solutioni, & acceptatio operatur, vt creditor sequatur fidem dicti Campsoris taliter, qualiter volunt mercatores, scilicet quatenus soluerit, & posuerit ad rationem, & propterea dicitur in litteris, quod soluat, & ad rationem suam ponat, quare cùm
3 non fuerit secuta solutio, nec posita ad rationẽ, non dicitur facta liberatio, & finis mandati adimpleri, & ita determinat Salicet. *in l. si filius la secunda, n. 2. vers. sed dubitari potest. ff. ad Maced. n.* Paul. de Castr. *in l. delegare, n. 4. vers. unum scias, & in l. si de..itorem n. . ff. de nouat.* Soc. *in l. qui vsumfructum n. 15. vers. quarta conclusio*, & sequuntur Doct. *in d. l. singularia*, vbi latè Cagnol. *in prima lectura, nu. 165 vers. non obstat.* & Bolognet. *nu. 89. ff. si cert. petat.*

4 Non obstat doctrina Bar. *in d. l. singularia n. 19. vers. ego dico Campsori*, vbi videtur concludere esse indubitatam liberationem mercatoris mãdantis, quia communiter reprobata per Doct. vt dicit Cagnol. *in d. l. singularia, n. 161.* Bolognet. *n. 84. vers. sed contrarium.* Soc. *cons. 267. col. 3. vers. aliquando, & quarto, vol. 2. cum alijs adductis per informantes*, solum enim potest dicta doctrina ha-
5 bere locum, quando fuisset facta delegatio, Alexand. in *dict. l. qui vsumfructum nu. 2.* & ibi Soc. *num. 10. vers. magis communis in d. cons. 267. colum. 2. vers. ex quibus videtur.* Dec. *in d. l. singularia, num. 27.* Purpur. *numer. 82. versi. & ita ex communi.* Soc. *num. 19. vers. quinta, & vltima conclusio.* Bolognet. *num. 92. versi. & ista est communis.* Gabr. *de nouat. conclus. 1. num. 19. vers. contrarium, cum num. sequenti.*

6 Sed vt sit locus delegationi requiritur, quod Campsor, qui acceptat litteras sit debitor delegantis, & vt debitor promittat, & tanquam debitori sibi fiat delegatio, aliàs non inducitur liberatio delegantis, secundum glos. *in l. quamuis. §. si mulier il secundo circa principium ad Vellean. & ibi not.* Castr. *num. 3. in d. l. delegatio in princip. de nouat.* & est communis, vt per Cagnol. *in d. l. singularia, num. 165.* Ias. *num. 36.* Bolognet. *num. 42.*
7 Gabr. *d. conclus. 1. num. 26.* Præterea acceptatio debet fieri per stipulationem, *l. 1. C. de nouat. d. l. delegare.*

Aut non constat quod Amorini in eorum litteris vti creditores ita mandauerint, licèt dixerint ponatis ad rationem, nec apparet, quod Bonamicus Campsor promiserit vti debitor dicto-
8 rum Amicorum, minus cõstat, quod interuenerit stipulatio, siue promissio illam inducẽs, quia tempore factæ acceptationis erat absens Dominus Franciscus, *l. 1. ff. de verb. obligat. §. item verborum Institut. de inutil. stipulat.*

Non obstat mora, seu negligentia d. Francisci in exigendo post lapsum tempus decem dierũ, quia respondetur, quod hic nulla est inducta
9 nouatio, nec delegatio. Ideo ex lapsu temporis debitor non liberatur, *l. publica. ff. deposit.* minus Franciscus se obligauit ad exhibendum intra certum tempus, & etiam quod hoc promisit intelligitur quamprimũ commodè fieri potest, etiam DD. iudicauerunt non esse elapsum omne tempus, vt possit ei imputari aliqua mora.

Accedit, quod si testes probant impedimenta, cessat etiam difficultas, stilus mercatorum, statutum non applicatur terminis nostræ quęstionis.

Quare dixerunt, quod DD. de Amorinis teneantur restituere D. Francisco Gauino scuta 400. penes eos deposita.

R. P. D. GIPTIO.

Venetiarum Litterarum Cambij, Lunæ 23. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Littera Cambij quamuis à Mercatore fuerint acceptata, non tamen scribens est liberatus si acceptans decoxit.*

Amplia procedere etiam si creditor intra tempus sibi in litteris assignatum non exegerit, num. 3. & 4.

2 *Delegatio vt sufficiat debent concurrere requisita ad illam inducendam.*

DECISIO L.

IN hac Venetiarum Cambij, An damnum decoctionis Bellauitorum spectaret ad Hieronymum Buscum, vel potius ad Vimeratum, & die Lunæ 23. Maij fuit resolutũ circũscriptis ijs, quæ ex decreto Consulum Venetiarum, ac impedimento pestis afferebantur in medio, decoctionem huiusmodi cedere damno ipsius Bus-
1 chi; nam licet Litteræ Cambij in nundinas Auiani. Vimercato datæ fuerint per Cermelcqlũ, cui solutio facienda erat, præsentatæ, & à Bellauitis acceptatæ, nihilominus ex hoc solo Buscus qui litteras scripsit non fuit liberatus, sed remãsit obligatus.

Tum quia absque solutione verè non potest dici fuisse satisfactum dictis litteris in quibus dicebatur, pagarete *l. litterarum*, vbi Bal. *C. de solut.* Salicet. *in l. si filius la secunda ad Maced.* Paul. de Castr. *in l. si debitorem in princip. ff. de nouat.* cum alijs congestis per Gabr. *eod. titul. num. 19.*
2 *vers. contrarium*, cùm etiam non currant necessa

ria ad ipſam delegationem, & nouationem inducendam, ad not. per gl. *in l. quamuis. § ſi mulier,* vbi Caſtr. *nu.3. ad Velleian.* Alex. *conſ.173 nu.4. lib. 3.* ſcribentes *in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat.*

Nec dicatur ſtetiſſe per Cermeſculum, quo minus pecunia poſt tẽpus Bellauitis datum ad
3 ſoluendum exigeretur, quaſi quod mora huiuſmodi creditori nocere debeat, *l. ſi per emptorem.*
4 *l. illud. ff. de peric. & comm. rei vendit.*, quoniã hoc poſſet ſibi locum vendicare vbicumque conſtaret delegationem fuiſſe factam, quo caſu bene procedit doctrina Bart. *in d. l. ſingularia nu.19. verſ. ego dico Campſori. ff. ſi cert. petat.* & in dictis terminis tenuit Rota coram R.P.D. Lancellotto in vna Bononien. pecuniaria, cuius copia datur, quam DD. ſine difficultate in hac facti ſpecie ſequuti ſunt.

ILLVSTRISS. LVDOVISIO.

Romana Cambiorum, Lunæ 9. Iunii 1605.

S V M M A R I V M.

1 *Littera Cambij non inducunt liberationem mercatoris ſcribentis, niſi ſecuta ſolutione.*
2 *Littera Cambij, quando non habuerunt effectum durat prima obligatio, & eius effectus.*
3 *Amplia, quod hoc caſu damnum decoctionis ſpectat ad Mercatorem ſcribentem.*
4 *Delegatio ad hoc, vt inducatur requiritur, quod ille, qui mandat ſit verè creditor, & qui mandet debitori, vt tanquam ſuo debitori ſe obliget, & quod talis obligatio acceptetur.*
5 *Amplia quod de prædictis omnibus debet clarè conſtare.*
Amplia procedere etiam non obſtante mora creditoris in recipiendo 19.
6 *Litterarum Cambij præſentatio vnà cum acceptatione Mercatoris operatur, vt Mercator adueniente tempore ſolutionis ſub aliquo prætextu, ſolutionem non poſſit euitare, & propterea præſtans videtur ſequi fidem mercatoris dummodo ſoluat, & non aliàs.*
7 *Delegatio non inducitur ſine animo mandantis.*
8 *Amplia, vt nec etiam inducatur abſque animo creditoris recipientis mandatum.*

DECISIO LI.

QVia Dominus Franchinus non ſolum recuſat ſoluere Cambia, ſed etiam recipit ſortem principalem, vt indebitè ſolutam, dubitaui, An eſſet recedendum tam à deciſione bon. mem. Giptii ſuper ſorte, quàm à deciſione R.P.D. Littæ ſuper Cambiis in hac cauſa factis, & Domini ſine aliqua contradictione præſtiterunt quo ad vtrunque caput in deciſ.

Nam quoad ſortem res eſt clara ex rationibus adductis in deciſione Giptii, quia cùm Frãchinus in litteris Cambii mandaſſet Bertis vt
1 ſoluerent Nicolinis, non potuit contingere liberatio, niſi ſecuta ſolutione, *l. ſi debitorem. ff. de nouat.* Paul. *in l. lege nu.4. eod. tit. & in l. ſingularia num.21. in fin.* vbi etiam Iaſ. *ſub num.36. verſ. item Bart. malè firmat.* Decius *n.36. verſ.2. reſpectu liberationis.* Cagnol. *ſub nu.161. verſ. ſed contra quinimo ff. ſi cert. pet.* Soc. *in l. qui vſumfructum n.15. de verb. obligat. & conſi.37. nu.14. lib.4.* Ruin. *in conſi.20 9. nu.1. eod. lib.2.* fuit dictum in vna Bononien. pecuniaria 13. Februarii 1581. coram bon. mem. Lancellotto & in vna Veneta litterarum Cambii coram Giptio 28. Maij 1594. quãdo enim lit-
2 teræ non habuerunt effectum, durat prima obligatio, & eius effectus, Bald. *in l. litterarum nu. 1. C. de ſolut.* propterea bene in deciſione Giptij infertur quod Cambij Berti effecti ſint non ſoluendo, Franchinus ſuper litterarũ damnum de-
3 coctionis ſentire debet, & reſtituere pecunias, quas occaſione litterarum cambii recepit ab hæredibus q. Bartholomei de Signoribus, vt etiam fuit concluſum in illa Veneta litterarum Cambii.

Verum eſt, quod etiam in dicta deciſione firmatur non interueniſſe in hac cauſa aliquam delegationem, quicquid dicant Informantes pro Franchino, vt enim delegatio eſſet ſubſe-
4 quuta, requirebatur quod eſſet Franchinus creditor illorum de Bertis, & quod mandaſſet illis vt tamquam ſui debitoris ſe obligarent Nicolinis, & quod talis obligatio fuiſſet per Nicolinos acceptura, gloſ. magna *in l. quamuis. § ſi mulier lib.1.* vbi Caſtr. *ff. ad Velleian.* Bal. *in l.2. num.4. C. de execut. rei iud.* Iaſ. *in dict. l. ſingularia num.16. & 36.* Dec. *num.27.* Soc. *in dict. l. qui vſumfructum numer.9. & 10. & conſi.267. num.3. lib.2.* Bero. *conſi. 297. num.2. lib.1.* Pariſ. *conſi.107. num.2. lib.3.* Abb. *conſ.2. num.13.* fuit dictum in illa Bononien. pecuniaria.

5 Nec etiam omnia deficere videntur, nam vt dictum in deciſione non ſatis conſtat Franchinum fuiſſe creditorem illorum de Bertis, & bene deducunt Informantes pro Signoribus, quæ reſpondent omnibus adductis pro firmãdo creditore, ſed quidquid ſit nullibi apparet, quod Frãchinus illis mandauit, quod ſe obligarẽt vti ſui creditores Nicolinis, Immo illis mãdauit vt ſoluerent, quod nullam habet proprietatem cum delegatione, quæ reſpicit iuſſum de ſe obligando, vt minus etiam verificari poteſt, quod Berti promiſerint vti debitores. Immo non cõſtat de aliqua expreſſa promiſſione, ſed de ſola acceptatione librorum, & litterarum, in quibus, vt dictum eſt non continebatur quod ſe obligarent, ſed quod ſoluerent.

Non etiam adeſt aliqua acceptatio Nicolinorum proportionata delegatione, ſi enim cauſam deducit Franchinus in præſentatione litterarum cum inde ſequutis, bene reſpon. in deciſione, quod illa facta fuit ad effectum cui litteræ mandabantur cum illis verbis ſcut. præſentabantur adueniente tempore ſolutionis ſub aliquo prætextu, & quæſito colore ſolutionẽ eui-
6 tare, aut differre non poſſet, & propterea videtur Nicolini per hos actus fidem eſſe ſequuti, dummodò ſoluerent, & non aliàs, & accepiſſe illos pro ſoluente non pro ſoluto, vt Bal. *conſi.34. ſub nu.3. verſ. amplius dicendum lib.1.*

Non obſtant litteræ miſſiuæ ſcriptæ per Nicolinos Cæſarinis Anconæ, quia illæ non inducunt aliquam acceptationem vti de ſoluto, ſed vti de ſoluendo, ex ſupra allegata doctrina Bal. & hoc declarant aliæ litteræ Nicolinorum, in quibus dicitur id factum ſine præiudicio ſuorum Iurium, & ſub ſpe futuræ numerationis, propterea quidquid de animo, & de facto Nicolinorum, non poterat induci ſine animo Fran-

chini

chini mandantis, Soc. *d. conſ. 167. n. 2. verſ. iſta au-*
8 *tem non inducuntur ſine animo etiam Bertorum mandatum recipien.* Paul. *in d. l. qui uſumfructum in ſi. ff. de verb obligat.* Put. *dec. 124. lib. 2.* quia in contrarium allegata non obſtant, quia in caſu dictæ deciſionis is ad cuius commoditatem conſcriptæ litteræ fecerat ſe creare creditorem in libris mercatoris ad quem fuerunt litteræ directæ, quo caſu videtur concurrere virtualis ſolutio, & depoſitum recipere.

Non obſtat quod dicitur de mora, & negligentia Nicolinorum, quia vltra quod bene demum noceret, quando eſſet inducta delegatio, vt fuit dictum in illa Veneta litterarũ Cambij, reſpondetur, & litteras fuiſſe ad vſum, quo caſu habebant terminum decem dierum iuxta generalem conſuetudinem mercatorum, & ex forma Statuti Veneti debeantur alij tres dies ad proteſtãdum. Vnde cùm vltima Iulij litteræ fuerint moderatæ, & 16. Iulij proteſtatum iuxta ſtilum illius fori Mercatorum, excluditur negligentia, & mora, quæ proteſtatio fuit bona, quidquid ex aduerſo dicatur, vt patet ex deductis pro Signoribus: ſtante igitur deciſione Giprij ſuper debito ſortis principalis, nullum reſtat negotium ſuper deciſione Domini Littæ quo ad Cambia, quia vt ex eius lectura apparet, & ex allegatis per informantes conſtat de mora Franchini de interpellationibus, & proteſtationibus contra ipſam factis, & concurrunt omnia requiſita ad veritatem ſtandum eſſe decíſis, & iuſtificationem Cambiorum.

Ex quibus fuit concluſum ſtandum eſſe deciſis in vtroque capite, & Franchinum teneri ad ſolutionem Cambij, & heredes Bartholomei ab Signoribus eſſe abſoluendos à prætenſa receptione ſortis principalis videlicet ducatus 704. 3.

R. P. D. LITTA.

Romana Bonorum de Capiteferreo,
Lunæ 4. Maii 1598.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum vtile datur pro conſequendo legato.*
2 *Requiſita ad Saluianum probantur, ſi probatur Dominã Lucretiã tempore obitus, & ante poſſediſſe, ac etiam probatur ex confeſſione rei, & ex inſtrumento adeptæ poſſeſſionis, & ex litis ſuſtentatione, & nu. 3.*
4 *Reuocatio confeſſionis poſt acceptationem, non releuat, & præſertim, quia non docetur de errore, & num. 5.*
6 *Exceptio dominij in Saluiano non admittitur.*
7 *Exceptio requirens altiorem indaginem, in Saluiano non admittitur.*

DECISIO LII.

Domina Lucretia de Pichis, teſtando, & codicillando inter alia iure legati, reliquit filijs bon. memor. Hieronymi de Pichis, ſuis nepotibus, quandam apothecam, ſitam ſub Palatio Dominorum de Pichis, duas domos, & triginta loca Montis fidei, & Venerabili Societati Sanctiſſimæ Annunciatæ de Vrbe, reliquit aliã apothecam ſub eodem Palatio de Pichis, & prędicta fecit cum conditionibus, oneribus, & ſubſtitutionibus in dicto teſtamento.

Mox inſtituit ſuos hæredes vniuerſales Dominum Dominicum de Capiteferreo, filium ſuum, & præfatos filios de Pichis, nepotes ſuos, eos ad inuicem ſubſtituendo, & prout latius conſtat ex lectura dicti teſtamenti, ad quod, &c.

Mortua dicta Lucretia Dominus Dominicus, vti eius filius, & hæres confecit inuentarium, in quo plura bona deſcripſit, vti bona hæreditatis prædictæ, ſeque in poſſeſſionem omnium bonorum intruſit.

Hoc ita ſtante pro parte præfatorum filiorum de Picchis, legatariorum, & hæredum reſpectiuè pro dimidia, iudicium contra præfatum Dominicum motum fuit petendo coram me, vti deputato à S. D. N. in locum iudicis dictæ Venerabilis Sodalitatis Sanctiſſimæ Annunciatæ de Vrbe, ad quam ſpectat protectio dictorum filiorum, & de cuius etiam intereſſe tractatur, tam vigore *l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll.* quàm vigore ſtatuti Vrbis *cap. 86. lib. 1.* & etiam omni meliori modo, immitti in poſſeſſionem bonorũ dicti prælegati, nec non, & medietatis hæreditatis Dominæ Lucretiæ.

Vnde dubio per me ad hunc effectum in Rota propoſito, Domini vtraque parte informante reſoluerunt prædictos filios de Picchis, ſeu Venerabilem Sodalitatem nomine eorum abſque difficultate eſſe immittendam in poſſeſſionem dictarum domorum, apothecæ, & locorum triginta Montium fidei, tam vigore ſtatuti de quo ſupra, habentis executionem paratam, quàm ex eo, quod legatarijs competit vti-
1 le Saluianum Interdictum contra poſſeſſorem bonorum defuncti pro conſequendo legato Aret. *in §. item Seruiana, numer. 9. Inſti. de act.* Gabr. *conſi. 46. num. 19. & ſeq. lib. 1.* & tenuit Rota in vna Forolij. bonorum 24. Februarij 1561. coram bon. mem. Paleotto, in vna Romana de Comitibus 27. Maij 1581. coram S. D. N. & in Balneoregien. Legati 1. Iulij 1596. coram R. P. D. Orano; nec hoc in caſu dubitari poſſe dixerunt Domini, quin requiſita ad Saluianum, ſint ſufficienter probata pro parte præfatorum fi-
2 liorum de Picchis, cùm quod Domina Lucretia, de tempore ſui obitus, & ante poſſederit dictas apothecas, & domos, & loca illa triginta Montis fidei, conſtat ex confeſſione ipſius Domini Dominici, contra quem agitur, & conſtat ex inſtrumento adeptæ poſſeſ-
3 ſionis, de quo in ſummario Domini de Picchis, ex ipſa ſuſtentatione litis, Caputaq. *deciſ. 364. par. 2.*

Nec obſtare dixerunt Domini, quod confeſſio illa Domini Dominici, de qua in inuentario, fuerit per eundem reuocata, ſiquidem, quia ta-
4 lis reuocatio, vti facta poſt acceptationem, non releuat, Alex. *conſ. 119. lib. 3.* Ang. *conſ. 52. numer. 27.* cum alijs per Gabr. *de conſ. ſſ conclu. 6. nu. 12.* quod maximè procedere debet in hoc caſu, in quo pro parte Domini Dominici, non docetur de
5 errore dictæ confeſſionis, & ex deductis per informantes pro parte Dominorum filiorum de Pichis, illa valde coadiuuantur, & vera oſtenduntur, ad tradita per Tiraquell. *de retr. conu. §. 1. gloſ. 5. nu. 16.*

Nec hanc immiſſionẽ impediri poſſe cenſuerunt Domini, ex prætenſionibus ipſius Domini

Dominici, cùm illa omnia concernant iudiciũ
6 proprietatis, quod nihil commune habet cum
isto possessorio, *vulg. l. generaliter. §. nihil commu
ne. ff. de acquir. possess* & quia sunt exceptiones re-
7 quirentes altiorem indaginem, quæ non admit
tuntur contra Saluianum Interdictum, vt de
communi attestatur Franc. Sarnien. *de reddit.
Eccles. par. 3. c. 2. nu. 33.* & tenuit Rota in Romana
census 22. Martij 1597. coram R. P. D. meo Sera-
phino, & in Cesenaten. bonorum 28. Iunij 1569.
coram eodem.

Quod verò ad immissionem in possessionem
medietatis hereditatis dictæ Dominæ Lucre-
tiæ, per eosdem filios de Piechis prætensæ vigo
re *l. fi. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* Domini censue-
runt, bonum esse aliquantulum supersedere, fir-
mando prius in quibus consistat dicta heredi-
tas, cùm multa deducantur per informátes pro
D. Dominico ad ostendendum nihil penitus
esse in hereditate dictę Lucretię, cuius respectu
concedi possit aliqua immissio.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Romana pecuniaria. Veneris 3.
Decembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata probat creditum, quando est sub-
scripta à debitore, & agitur de sola ipsius obliga-
tione.*
2 *Creditores decocti dicuntur singulares successores,
& plus iuris habere non possunt, quàm habebat
ipse debitor.*
3 *Scriptura priuata probat, quando de illius veritate
constat ex testibus, qui fuerunt præsentes confe-
ctioni illius.*
4 *Amplia, etiam in concursu aliorum creditorum hy-
pothecariorum, in casu prælationis, & nu. 7.*
5 *Testes, qui deponunt de facto proprio, magis pro-
bant.*
6 *Testes deponentes de confectione apochæ, & illius te-
nore probant.*
8 *Amplia, etiam si non sit probatum testes esse proba-
tæ, & integræ opinionis.*
9 *Limitatur, quando ista qualitas esset à statuto re-
quisita.*
10 *Creditum probatur ex dispositione testium, etiam
si non adesset scriptura.*
11 *Notarius non potest parti præiudicare, si instrumē-
tum non reperitur in protocollo.*

DECISIO LIII.

FVit resolutum sententiam Auditoris Ca-
meræ esse confirmandam, quia de credito
equitis Ginori constat ex apocha, quæ licèt sit
1 scriptura priuata, & subscripta à solo Tassino
debitore, sufficit, cùm de eius sola tantùm o-
bligatione agatur: quidquid dicendum sit, si es-
set vltro citroque obligatoria, vt declarat Ri-
m in *in l. admonendi. sub numer 62. versi. item adde,*
quem ibi sequuntur Curt. Sen. *sub numero* 110.
Cato Sacch. *numer.* 46. Coral. *num.* 75. Purpur.
numer. 166. & alij. *ff. de iur. iuran.* Imol. *in capit. 2.
numer. 10. versi. intellige.* & ibi Felin. *sub numer. 7.
versi. 9. declaratio. de fid. instr.* Alexand. *consil.* 181.
num. 4. versi. & dicit. lib. 2. Tob. Non. *consi. 79. sub
nu. 2.* qui alios allegat, maximè cùm agatur con-
tra creditores debitoris decocti, qui dicuntur
singulares successores, & plus iuris habere non
2 possunt, quã habebit ipse debitor decoctus, per
ea quæ aliàs deducta fuerunt coram Sanctiss. in
causa Romana domus de Amorinis sub die 21.
Maij 1581.

Neque obstat, quod ista apocha careat alijs
requisitis à *l. scripturas. C. qui potior. in pign. ha-
bean. cum ibi notatis*, quia ex testibus examina-
tis, qui fuerunt præsentes confectioni apochę,
3 constat de veritate contentorum in ea; & factis
computis, Tassinus remansit debitor equitis
Ginori in summa, de qua in apocha, quod suffi-
cit, etiam ad effectum concursus cum credito-
4 ribus hypothecarijs, & prælationis posteriori-
bus. in dicta glos. *in §. si quis igitur in vers. facimus
authen. de insti. caut. & fid.* Bal. & Ang. *in d. l. scri-
pturas.* Imol. Fel. *in 3. declarat.* & ceteri *in cap. 2.
de fid. instr.* Purpur. *in dicta l. admonendi. num.* 170.
qui restatur de communi Socin. Sen. *in cons.* 274.
num. 2. li. 2. Tiraquell. *de retract. conuent. §. 1. glos. 7.
num.* 59. Couar. *pract. quest. cap. 22. num. 1.* cum alijs
per Gabr. *conclus. 10. de probat. num. 9. cum sequen-
tibus.*

Præsertim, quia vnus ex prædictis testibus, qui
confecit dictam apocham de ordine Tassini,
bene illam recognouit dicendo fuisse factam
5 modo, & tempore in ea annotato, qui testis cũ
deponat de facto proprio, magis probat, Inno-
cent. *in cap. inquisitionis. de accusat.* cum alijs per
Moder. *de arbitr. iud. casu 99. nu. 11.* Maximè cùm
6 sit valde adminiculatus ex dicto aliorum duo-
rum testium, qui, & ipsi fuerunt præsentes con-
fectioni apochæ: & licèt dicant se nescire, an a-
pocha ostensa sit eadem, quæ tunc fuit facta, ex
quo ipsi nesciunt legere, & scribere, multum
tamen faciunt, cùm subdant de mandato facto
per Tassinum Ioanni Paulo circa confectio-
nem apochæ, de illius scriptura, ac subscriptio-
ne Tassini, & de illius tenore, & contentis in
ea, Ruin. *consi. 46. num. 8. & numer. 14. lib. 4.* Gabr.
dicta conclus. 10. numer. 12. Quo fit, vt exclusa su-
spicione antidatæ, super qua est fundata *dicta
7 l. scripturas*, apocha priuata sortiatur suum effe-
ctum, etiam contra creditores hypothecarios
posteriores, Bald. *in dicta l. scripturas. numero 6.
versi. in dic plenius, & in consi.* 198. *versicul. sed ita
fraudis suspicio.* Calcan. *consil.* 24. *numero* 15. Vin-
cent. de Franch. *decisio.* 95. *numero* 7. Capu-
taquen. *decisio. 112. part. 3. in impress.* & fuit di-
ctum in causa Romana pecuniaria sub die 1.
Iulij 1587. coram Illustrissimo Cardinali Blan-
chetto; Etiam quod non sit probatum istos
testes esse probatæ & integræ opinionis, vt
8 exigit textus in *dicta l. scripturas*, quia suffi-
cit, quod tales à iure præsumantur, quidquid
dicendum sit, si ista qualitas requireretur à
9 Statuto, Felin. *in capitul. cum Ioannes. numero*
44. *in fin. de fide instrumentorum.* Socin. Iun.
consilis 29. numero 26. lib. 2. latè Couar. *in capitu.
relatum. el primo numero 7. de testamen.* Ma-
ximè cùm non agatur de testibus descriptis
in apocha, de quibus loquitur *dicta l. scriptu-
ras.* sed de probationibus tempore confectio-
10 nis apochæ qui etiam absque alia apocha sibi
sufficerent ad probandum creditum Equitis in
præiudicium posteriorum, etiam hypotheca-
riorum, Fulgo. *consi. 132. col. 2.* Ruin. *consil. 146. sub
num.*

n.8. Tiraquell.*dict.gl.7.nu.*59.

Non obstat, quod huiusmodi creditum non
reperiatur descriptum in libris Tassini, quia ex
hoc nullum infertur præiudicium Equitijs, sicut
11 in simili Notarius non præiudicat parti, si in-
strumentum non reperiatur in protocollo; vt
post Corn. tradit Aym.*cons.*112.*v.*7.& tenuit Ro-
ta in causa Romana donationis 50. millium, cũ
alijs allegatis per informantes, qui bene eua-
cuant omnia in contrarium allegata.

CAPVT AQVEN.

Decis.27.lib.1.in manuscript.
10.Maij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio de stylo Curiæ in recognoscendo instru-
mento sufficit, quod testes deponant habere notam
manum, & personam scribentis.*
2 *Recognitio scripturæ priuatæ ad hoc, vt rectè facta
dicatur, necesse est, vt testes deponant fuisse præ-
sentes, & vidisse scribere.*

DECISIO LIV.

Licèt stylus Notarij sit in Curia, quod instru-
menta publica habeantur pro plenè reco-
gnitis, si testes deponant se cognoscere manũ,
1 vel scripturam, & personam scribentis, pro quo
habetur pro recognita, Rot.*decis.*554.& 709. *in*
2 *antiq.* Abb.*in c.ex his de constitut.* præsertim vbi
sint instrumenta de partibus, quia non possũt
in Curia reperiri testes, qui deponant vidisse il-
lum scribere illud instrumentũ, de cuius reco-
gnitione agitur, & fuit dictum in quadam Ma-
ioricien. coram Augustino, 17. Maij 1603. tamen
apocha, & scripturæ priuatæ non censentur ex
prædictis benè recognitæ, sed requiritur, quod
testes dicant se fuisse præsentes, & vidisse illum
cuius scriptura prætenditur, scribere, & subscri-
bere, Alex.*cons.*72.*num.*8.*vol.*3. Ias.*in l.admonendi
num.*88.*in casu, de iure iur.* Felio.*in capit.* 2.*lib.*1.*de
fide instrumen.* Dec.*cons.*615.*num.*3. Paris. *cons.*19.*n.*
44.*volum.*3. Afflict.*decis.*181.*in fin.* Ità in Romana
domus, seu 2. millium, 10. Maij 1589. coram Pa-
leotto.

R.P.D. PENIA.

Romana Bonorum de Cellis, Lunæ
15. Nouembris 1610.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit probato credito, hypotheca, &
possessione.*
2 *Dominij exceptio, licèt in Saluiano quandoq; admit-
titur, id tamen procedit quando incontinenti
probatur.*
3 *Dominium Ecclesiæ non probatur per Instrumentum
locationis emphyteusim.*
4 *Res aliena vendi potest.*
5 *Dominium de præterito non infert ad dominium de
præsenti.*

DECISIO LV.

Vtraque parte informante causa præsup-
posita, Rota in decisis remansit sub die 14.
Iunij præsentis anni, ex eisdem rationibus, ex
quibus Rota tunc censuit creditoribus dandã
esse immissionem in possessionem bonorum
de quibus agebatur, vigore vtilis Saluiani In-
1 terdicti, quia concurrebant requisita in hoc iu-
dicio necessaria, videlicet creditum, hypotheca,
& possessio, respectu Vineæ, Hospitij, & Can-
netorum de quibus agebatur, nam licèt ex de-
ductis in hac propositione pro Monasterio S.
Pauli oriretur verisimilis præsumptio (quæ cu-
riam magnum Fumum vocat) de bono iure
2 Monasterij circa dominium, & in Saluiano ex-
ceptio dominij admitti quandoque soleat, id
procedit quando incontinenti probatur, quod
3 tamen in hac facti specie non videbatur legiti-
mè probatum, cùm dominium Ecclesiæ, per in-
strumentum locationis Emphyteusis non pro-
betur, Alex.*cons.*12.*num* 5.& 6.*lib.* 4. nec per in-
4 strumentum emptionis, Alex.*cons.*43.*num.*9.*lib.*
4. Crauett.*cons.*157. *incipien. nobilis Bertrandus nu-
mer.* 5. & ratio est, quia res aliena vendi potest,
5 *l.rem alienam ff. de contrahenda empt.* neque ex
dominio de præterito probatur dominium de
præsenti, Corn.*cons.*24.*incip. licèt Themate nu.*6.*&
sequen.lib.*4.

In hoc verò casu probatio Monasterii ex eo etiam reddebatur obscurior, quod Monachi in hoc iudicio deprehendebantur inconstantes; nam aliàs intentantes deuolutionem sæpe affirmauerant Ioãnem de Cellis de istis bonis fuisse inuestitum, & soluisse canonem, nunc verò negantes inuestituram dicebant eundem Ioannẽ dicta bona pro suo salario detinuisse.

Accedebat etiam quod instrumenta pro parte Monasterii nunc producta, non fuerant celebrata cum Ioanne: Vnde fiebat locus regulæ, *res inter alios acta.*

Et ex his fuit conclusum persistendum in decisis, & consequenter immissionem non posse retardari.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ
15. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum datur pro consequendis cen-
sibus.*
2 *Saluianum Interdictum duo requirit, quod res super
qua intentatur Saluianum fuit possessa à debito-
re, & quod hodie ab aduersario.*
3 *Fructus dotalis, nec à viro nec à muliere alienari po-
test.*
4 *Mulier potest obligare bona pro parapherno sibi re-
seruato.*
5 *Saluiani Interdicti remedium competit etiam con-
tra possessorem.*
6 *Mulier regulariter non potest fideiubere pro viro.*
7 *Fallit quando fideiussit cum iuramento, quod seruare
potest sine interitu salutis æternæ.*
8 *Fideiussio non potest dici læsiua mulieri, quando ha-
bet releuatores.*
9 *Saluianum Interdictum non admittit exceptionem
requirentem altiorem indaginem.*
10 *Fideiussio est de sui natura læsiua.*
11 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. quod causa sit vtilis
mulieri.*

12 *Contrarium quod sufficit, quod contractus fiat cum causa cognitione, & quod causa sit vera, & sufficiens arbitrio Iudicis absque eo quod sit vtilis mulieri.*

13 *Decretum Iudicis multum operatur in materia contractuum mulierum.*

14 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. habet locum in omnibus contractibus in quibus mulier, & minor ledi possunt.*

15 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. non habet locum quando mulier contrahit cum euidenti vtilitate.*

16 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. emanauit ad obuiandum fraudibus ne mulieres earum simplicitate fraudarentur.*

17 *Proœmij verba denotant causam finalem.*

18 *Statutum Vrbis cap. 113. requirit, vt causa cedat in euidentem vtilitatem pupilli.*

19 *Exceptio facta in vno casu arguit, quod si idem voluisset in alio id expressisset.*

20 *Mulieres cum causa cognitione, & solemnitatibus statutarijs fideiubere possunt, dummodo non remaneant indotatæ.*

21 *Decretum Iudicis operatur, vt omnia præsumantur solemniter acta & vera.*

22 *Minor viginti annis non habilis ad interueniendũ contractibus in quibus ex forma statuti consanguinei interuenire debent.*

23 *Declara quod dicta opinio non transeat absque difficultate, vbi minor non est impubes, & habeat ingenium, & descriptionem.*

24 *Testes examinati in alia causa, & inter diuersas personas non probant.*

25 *Saluianum non admittit exceptiones per extrinsecas probationes.*

26 *Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. requirens iuramentum proximiorum est intelligendum, vt dictum iuramentum non requiratur in scriptis, sed propter decretum Iudicis præsumatur præstitum etiam quod in instrumento legatur.*

DECISIO LVI.

FVit per Dominos resolutum esse locum
Saluiano, quia vt ex instrumentis in summa
rio datis constat quod Domina Hieronyma o-
bligauit, ac hypothecauit omnia eius bona tam
pro censu scut. 180. creato de anno 1595. ad fauo
rem Dominorum Antonij de Tassis. & Lauf-
niæ coniugum, quàm pro alio scut. 150. imposito
1 de anno 1594. ad fauorem eiusdem Dominæ
Lauiniæ, & Victoriæ eius matris quibus propte-
rea pro consequendis huiusmodi censibus
competit immissio ex remedio vtilis Saluiani
Interdicti super Casali de quo agitur, quod
non controuertitur fuisse à Domina Hierony-
ma possessum de tempore obligationis, & ho-
2 die possidere à Dominis de Dubiul, prout re-
quiritur in hoc Iudicio, Bar. *in leg. 1. num. 3. ff. de
Salu. & in l. 1. vbi gl. C. eodem tit.* Aret. *in §. item
Seruiana num. 9. Instit. de act.* Afflict. *decis. 383. n.
6.* Menoch. *de adipiscen. remed. 3. n. 15. cum alijs alle-
gatis.*

Nec subsistere quod istud Casale sit fundus
dotalis, qui nec à viro cum consensu mulieris,
3 nec ab ipsa muliere alienari potest ex adduct.
in decis. in hac causa facta ab Illustrissimo Do-
mino Cardinali Lancellotto, quia quicquid sit,
an dicta constitutio dotis adeò excessiua antè
obtentam derogationem Statuto Vrbis esset
valida, & habuit effectum de quibus posset
valde dubitari postquam ipsi coniuges postea
de anno 1595. obtẽta dicta derogatione denuo
dotem constituerunt reseruata eidem Dominę
Hieronymæ facultate disponendi de dicto Ca-
sali super quo informantes pro dominis de Taf-
sis plura adducebant A obiectum visum fuit
dominis cessare ex ipsis Capitulis Matrimo-
nialibus in quibus D. Hieronyma pro para-
pherno sibi reseruauit scut. 200. annua super
bonis dotalibus, pacto eam adiecto quod illa
possit propria auctoritate percipere & de ijs
ad libitum disponere, quod postea declarauit
se velle consequi super isto Casali. Ideoque be-
4 ne potuit pro concurrenti quantitate istud
ius alteri obligare, ad trad. per Neguf. *de pign.
3. membr. 2. part. numero 6. & 9* & licèt D. Hiero-
nyma Casale postea vendiderit, & precium
illius integrum receperit, non tamen censetur
præiudicatum Dominis de Tassis quibus vi-
gore anterioris hypothecæ ex remedio vti-
5 lis Saluiani competit immissio, etiam contra
tertium possessorem, Rip. *in ru. ff. de pignor. nu-
mero 19.* Rota in causa Romana, seu Amerina
domus coram R. P. D. Cantuccio *inter Impress.
decis. 34. numero 24.* vbi de communi *part. 2. di-
uers.*

Neque obstare quod huiusmodi obligatio
per D. Hieronymam fuerit facta contemplatio-
6 ne viri, quia licèt regulariter mulier pro viro fi-
deiubere non possit, *Auth. si qua mulier vbi glos.
vers. nullatenus C. ad Velleia.* id tamen non proce-
7 dit stante iuramento quod seruari potest sine
periculo animæ, iuxta glos. *in capitul. ex rescripto
ver. & uxorem de iure iur.* Thesaur. *decis. 223. num.
8.* Affli. *dec. 311. num. 4.* cum alijs adductis in cau-
sa Interamnen. Mercium 4. Iunij 1597. coram
bo. mem. Penia & fuit alias sæpe decisum.

Præsertim quia D. Hieronyma, vltra istud
paraphernum habuit amplissimam dotem, &
vlterius habuit releuatores DD. de Gottifridis,
quo casu non potest considerari aliqua eius læ-
8 sio, vt considerat Afflict. *dicta decis. 311. numero
2.* Rom. *consi. 187. numer. a* & quamuis diceretur
Dominos de Gottifredis dilapidasse bona &
effectos esse non soluendo, tamen fuit respon-
sum de huiusmodi dilapidatione non constare,
nec interim esse retardandam immissionem in
hoc Iudicio, in quo non admittitur exceptio
9 quæ requirit altiorem indaginem, Menoch. *de
adipisc. poss. rem. 3. num. 180. vers. & in hoc iudicio.*
Rota in d. Romana, seu Amerina domus, coram
Cantuccio relata *inter impress. deci. 34. n. 23. par. 2.
diuers.*

10 Nec placuit Dominis quod dicebatur fide-
iussiones esse de sui natura læsiuas, *l. 1. C. de fil.
fam. minor.* & ideo huiusmodi obligationes mu-
lierum propter Statutum Vrbis, *lib. 1. capitul. 151.*
non posse sustineri, nisi probentur factę ex cau-
sa vtili ipsius mulieris ex addit. in causa Ro-
11 mana Argentorum coram Reuerend. Bono-
nien. de anno 1607. & 1608. quia fuit responsum
in d. Statuto non disponi quod causa debeat es-
12 se vtilis mulieri contrahenti. sed quod causa sit
Iudici in scriptis expressa, & insinuata, ac plenè
cognita, & sic videtur requirere, vt contractus
huius-

huiusmodi vltra alias solemnitates fiant cum
causæ cognitione, vt sentit Rota coram Illu-
striss. Card. Seraph. *decis.* 1187 *nu.* 1. ad hoc vt cau-
sa, ex qua mulier mouetur ad contrahendum,
sit vera, & aliàs sufficiens arbitrio Iudicis, quod
multum operatur in hac materia, vt tradit Me-
noch. *de arbitr. Iud. lib.* 2. *conf.* 171. *num.* 6. Ideoque
13 patet eo ipso Statuto quod expresse loquitur in
pacto de non petendo, refutatione, quietatio-
ne, & donatione, quæ omnia sunt de sui natura
14 damnosa. & vlterius habet locum in omnibus
contractibus in quibus mulier lædi potest, Put.
decis. 162. *lib.* 1. Crescent. *decis.* 3. *de Constit.* & aliàs
frustratoriæ essent solemnitates in d. Statuto
requisitæ, cùm mulier stante euidenti vtilitate,
15 etiam sine illis contrahere possit, Dec. *cons.* 532.
num. 9. *in fin.* & post alios allegatos tenuit Rota
in causa Maceraten. census 14. Maij præterni
coram R.P.D. Dunozet. & suadetur ex eo quod
Statutum non emanauit ad inhabilitandum
mulieres, vt non possint contrahere nisi ex cau-
16 sa vtilitatis, sed ad obuiandum fraudibus ne
scilicet mulieres ex earum simplicitate frandé-
tur, vt clarè colligitur ex proœmio ipsius Sta-
17 tuti, ex quo causa finalis dignoscitur, Bald. *in l.*
fin. fin. nu. 2. *vers.* 2. *not. ff. de hered. instit.* Dec. *dict.*
cons. 532. *sub num.* 9. *vers. confirmatur.* Rota in cau-
sa Toletana Iurisdictionis 12. Octobris 1580. co-
ram Brauo, quod etiam comprobatur ex alio
Statuto *eiusdem lib.* 2. *cap.* 113. de alienatione re-
18 rum pupilli, vel minoris in quo eædem solem-
nitates requiruntur per eadem verba vt causa
sit Iudici in scriptis expressa, & insinuata, ac
plenè cognita, & vlterius requirit quod causa
cedat in euidentem vtilitatem pupilli, vel mi-
noris, quod clarè ostendit ex causæ expressio-
ne, & illius cognitione non esset inferendum
ad causam vtilitatis quę fuit expressa à Statuto,
19 quando voluit eam interuenire *l. unica, §. fin au-*
tem ad deficientis C. de caduc. tollen. cap. ad audien-
tiam de decim. Alexand. *cons.* 55. *sub num.* 6. *ver. non*
obstat quod tacitè lib. 3. hancque veram esse in-
terpretationem supradicti Statuti *cap.* 151. colli-
gitur ex pluribus decisionibus Rotalibus in
20 quibus huiusmodi fideiussores cum causę co-
gnitione, & aliis solemnitatibus Statuti fuerunt
validæ declaratæ, vbi mulieres non remanebát
indotatæ, vt in Romana fideiussionis 5. Iulij
1593. coram Illustrissimo Cardinali Arigonio, &
in alia coram Illustrissimo Cardinali Seraph. *d.*
decis. 1587. in causa Romana Societatis Officij
13. Februarij 1606. coram R.P.D. Litra, & sæpis-
simè in aliis causis: vnde cùm in casu isto fue-
rint seruatæ solemnitates Statuti, & causa fuerit
in scriptis expressa & insinuata, nec probetur
falsa, debet præsumi quod fuerit cognita, & re-
21 perta vera, ac sufficiens propter decretum Iu-
dicis, quod operatur, vt omnia præsumantur
solemniutate gesta, Alex. *cons.* 80. *num.* 5. *lib.* 5. cum
adductis in causa Romana de Iacomellis 29. A-
prilis 1611. coram Reuerendiss. D. meo D[illegible]
sceno.

Et ita fuit dictum esse intelligendas dictas
decisiones factas in causa Romana Argento-
rum in qua causa releuationis identitatis ibi
expressa remanebat falsa, ex quo mulier non
habebat releuatorem, & plura alia concurrebát
ex quibus cóstabat mulierem fuisse deceptam,
quę non concurrunt in casu isto in quo D. Hie-
ronyma de tempore obligationis habuit rele-
uatores, nec de eorum insufficientia constat, ita
vt de nullitate obligationis hodie apparere
possit ex supradictis.

Minus obstare quod vlterius pro illius nul-
litate adducebatur, nempe quod alter ex pro-
ximioribus consanguineis, qui in primo instru-
22 mento de anno 1593. adhibitus fuit, tunc esset
minor 20. annis, qui ad id inhabilis reputatur,
ex adduct. per Castr. *in l. si cum dotem §. si patri n.*
3. *ff sol. matr.* Ang. *in l. fin. in princ. vers. & per hanc*
legem C. de verb. signific. Tiraquell. *in l. connub. glos.*
8. *num.* 43. *cum aliis alleg.* quia licèt id in iure non
23 transeat absque difficultate vbi minor non est
impubes & habet ingenium & discretionem,
secundum distin. Bar. *cons.* 94. *lib.* 2. quam tenet
etiam Bald. *in l. in coniunc. numer.* 4. *vers. pone. C. de*
nupt. & faciunt tradita per Alciat. *in l. in transa-*
ctionem 35. *numer.* 6. *vers. quapropter C. de transact.*
tamẽ quicquid sit de hoc fuit responsum quod
testes qui dantur ad probandum maioritatem
non releuant ad istum effectum cùm sint exa-
24 minati in alia causa, & inter diuersas personas,
Felin. *in cap. causam quæ il primo numer.* 18. *de test.*
Lapus. *decis.* 107. *num.* 3. vltra quod in omnem e-
uentum esset in potestate DD. de Tassis con-
trarium probare, cùm probatio non excludet
probationem quo casu non est interim retar-
danda immissio in hoc iudicio in quo non ad-
mittuntur huiusmodi exceptiones per extrinse-
25 cas probationes ad decis. Put. 44. *num.* 3. *& seq.*
lib. 1.

Nec demum subsistere quod in alio instru-
mento de anno proximiores consanguinei non
iurauerint quod obligatio non sit præiudicia-
26 lis mulieri iuxta dispositionem eiusdem Sta-
tuti, quia placuit responsio quod Statutum non
disponit circa huiusmodi iuramentum, vt præ-
cisè in scriptis redigatur prout de causa obli-
gationis, & ideo cùm in instrumento constat
proximiores iurasse, debeat præsumi iuramen-
tum fuisse sufficienter præstitum propter Iudi-
cis decretum ex supra allegatis.

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Romana trium millium, Veneris
18. Aprilis 1588.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non liberatur propter moram interpel-*
landi principalem debitorem.
2 *Fideiussor, qui vti principalis se obligauerit, potest*
conueniri ante interpellatum principalem.
3 *Amplia stante renunciatione omni legum auxilio.*
4 *Obligatio Cam. continet renunciationem prædi-*
ctam.

DECISIO LVII.

DOmini dixerunt propter prætensam mo-
5 ram interpellandi principalem debitorem
non fuisse liberatos fideiussores Domini Iulij,
per text. clarissimum *in l. fideiussor creditori, ff. de*
fideiuss. vbi bene Paul. de Castr.

Non obstat *l. fideiussores, eodem titulo,* quia
procedit in casu suo, nó autem, quando fideius-

for se principaliter acceptus, & tanquam prin-
a cipalis se obligauit, vt distinguit Ruin. *cons.* 45. *n.*
3 5. *lib.* 5. quæ multu magis procedunt, stante re-
nunciatione, omni legum auxilio: tunc enim
cessat beneficium, *aut h. præsente, C. de fideiuss.* A-
lexan. *cons.* 43. *n.* 4. quæ tenunciatio in obligatio-
4 ne Camerali continetur, Put. *decis.* 466. *lib.* 2.

Istis fuit additum Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.*
152. vbi etiam incepto Iudicio contra debito-
rem, potest creditor vno, & eodem tempore
prosequi, & eodem tempore ius suum contra
fideiussorem.

R. P. D. LITTA.

Romana Saluiani Interdicti Lunæ
28. Aprilis 1597.

SVMMARIVM.

1 *Salnianum Interdictum habet locum, probatis ex-
tremis.*
2 *Excussio non est facienda in Salniano Interdicto.*
3 *Bulla erectionis Montis domicellorum, qualiter sit
intelligenda circa excussionem faciendam.*
4 *Dictio, tantum, restringit dispositionem ad expres-
sa, & non extenditur ad non expressa.*
5 *Dispositio Papæ non præsumitur fuisse, vt præiudi-
cet prioribus creditoribus.*
6 *Alienatio rei hypothecatæ fieri non potest in præiu-
dicium anteriorum creditorum.*
7 *Priuilegium reale, seu in remscriptum, transit ad
successores.*
8 *Clausula, sublata, non operatur, vltra expressa in
ipso priuilegio, in quo apponitur.*

DECISIO LVIII.

Illustrissimus D. Paulus Sfortia imposuerat
annuum perpetuum censum scutorum 140.
auri in auro super quodam suo casale, nuncu-
pato Ceruetere, ad fauorem Illustris Domini
Pauli Matthæi, pro pretio scutorum 2000. mor-
tuo Domino Paulo Matthæo Illustres Domini
Ciriacus, & Asdrubal de Matthæis eiusdem
Pauli nepotes, & hæredes, per aliquod tempus
fructus d. census exegerunt.

De anno 1595. præfatus Sfortia vendidit casa-
le prædictum Cerueteri Illustri D. Papirio Alue-
ro pro pretio scutorum 20. millium, qui illius
possessionem nactus est.

At cùm per aliquod tempus cessatum fuisset
in solutione fructuum dicti census, Domini de
Matthæis pro fructibus decursis, & non solutis,
ac in posterum decurrendis: nec non & pro re-
nouatione cedulæ bancariæ, intentarunt vtile
Saluianum Interdictum contra præfatum Do-
minum Papirium possessorem casalis: & pro-
batis requisitis coram R.P.D. meo Locumte-
nente Auditoris Cameræ, fuit pro parte Domi-
ni Alueri oppositum, non posse esse locum di-
cto interdicto, nisi facta priua per actores dis-
cussione legitima aliorum bonorum præfati
Domini Pauli Sfortiæ venditoris, iuxtà disposi-
tionem Bullæ erectionis Montis Baronorum,
quam intrare debere hoc in casu, asserebat Al-
uerus, & illius contrarium prætendebant præfa-
ti de Matthæis. Ideo pro habenda veritate hu-
ius articuli, idem Locum Auditoris Cameræ, de
communi partium consensu, firmauit infrascri-
ptum dubium in Rota discutiendum, videlicet.

Præsupposita Bulla erectionis Montis domi-
cellorum.

1 Et quod extrema, & alia requisita in Saluia-
no, sint verificata.

Et instrumento tenus impositi super casale,
de quo agitur.

An sit locus Saluiano Interdicto, in casu, &
ad effectum, de quo agitur.

Quod placuit ad me transmittere proponen-
dum: vnde vtraque parte informante, Domini
resoluerunt esse locum Saluiano Interdicto ad
fauorem Dominorum de Matthæis, Moti, quia
Domini de Matthæis in hoc iudicio Saluiani
Interdicti, probarunt omnia sibi incumbentia;
Specul. *in tit. de pign. in princ. col.* a. Ang. *in §. item
Serniana in fin. Institut. de act.* cum aliis per Surd.
cons. 131. *num.* 1. *lib.* 1. nec de iure tenetur aliquam
a discussionem facere contra suum debitorem,
prout tenerentur, vbi per eos intentata fuisset
hypothecaria ordinaria, ita Socin. Sen. *consil.* 80.
numero 2. *lib.* 3. *ad fin.* vbi tamen competit Saluia-
num. Aymon *consil.* 201. *numero* 45. Roland. *consi.*
14. *num.* 18. *lib.* 1. de communi. Surd. *cons.* 4. *num.* 38.
lib. 3.

Nec obstare dixerunt Domini Bullam ere-
ctionis Montis domicellorum, de qua in primo
præsupposito, quia licet comprehendat casale,
cuius respectu intentatum fuit Saluianum, de
quo agitur, & Papa ibi deneget creditoribus,
quod suas possint exercere actiones, nisi facta
prius discussione aliorum bonorum ipsius de-
bitoris, attamen hoc intelligi debet ad fauorem
Alueri aut aliorum non habentium causam ab
3 ipso Monte, ad textum *in l. age. C. de transact. &
in l. agru. ff. de acquir. rer. dom. in l. cancellauerat. ff.
de his, quæ in test. delentur*, cum aliis per Tiraq. *de
retract. lignag. §.* 1. *in glos.* 1. *n.* 49.

Et quod hæc suspensio hypothecæ, & actio-
num creditoribus competentium super bonis
in dicta Bulla comprehensis, sit tantum facta
ad effectum, vt ipsa erectio Montis sustineatur,
& ad vtilitatem duntaxat Montistarum, & ha-
bentium causam ab eo, & ne actio redituum
assignatorum pro fructibus dictorum Mōtium
impediatur, patet ex illis verbis, *Quæ omnia illo-
rumque omnium, & singulorum tenore præsentium
pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum in-
sertis, & registratis habentes, ad effectum præsentium
tantum, & ipsorum Montistarum fauorem, &c.* di-
4 ctio enim illa, *tantum*, restringit dispositionem
ipsam ad expressa, *l.* 3. *§. cum Titio, ff. de adimen. le-
gat.* Bart. *in l. si quidem num.* 3. *C. de transact. & in l.
rationes num.* 2. *C. de prob.* cum aliis per Abb. *con-
sil.* 51. *numero* 3. *lib.* 1. vnde cùm hoc Saluianum
Interdictum non intentetur in præiudicium
Montis, nec habentium causam ab eo, sed in-
tentantes contententur illud onus subire ad v-
tilitatem Montis, quod sustinet D. Aluerus dicti
Casalis emptor, ideo nulla ratione nunc exclu-
di debent Domini de Mattheis à beneficio di-
cti Interdicti: non propter interesse Montista-
tum, aut habentium causam ab eis, cùm illud
saluum sit, ad text. *in cap. cum cessante, de appell.
& in l. adigere, §. quamuis, de iure patron.* non
propter voluntatem Papæ, quæ fuit tantum
5 præiudicare anterioribus creditoribus respectu

erectionis

erectionis dicti Montis validitatis, & executionis illius, & non fauere posterioribus, ac futuris creditoribus ipsorum bonorum in cōcursu anteriorum, contra tex. *in l. potior. in l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. hab. & in l. assiduu. §. fi. C. eo.*

Non denique propter acquisitionem factam de dicto Casali à præfecto Alueto, cùm de iure illa non potuerit fieri in præiudicium habentiū
6 priorem hypothecam, *l. debitorem.* vbi Bald. *C. de pign. l. heres. C. de remiss. pign.* cum aliis per Negus. *de pig. 2. memb. 6 par. nu. 21. & seq.*

7 Non obstat, quod priuilegium reale, seu in rē scriptum, transmittatur etiam ad successores, *l. forma. §. quamquam. ff. de cens.* cū aliis allegat. per informātes pro Alueto; quia respondetur, quod Aluetus non habet causam à Monte, nec à Mōtistis, quibus priuilegium illud reale, seu in rem scriptum in præiudicium anteriorum creditorum fuit concessum.

Vltra, quod (vt dictum est) hoc in casu non agitur de præiudicando dicto priuilegio, nec de aliquo interesse ipsius Montis, Mōtistarum, aut habentium causam ab eis, sed dumtaxat de interesse, & præiudicio Alueri posterioris creditoris ipsius D. Pauli Sfortiæ.

Et hac eadem ratione tollitur illud deductū ex clausula, *sublata*, & ex decreto irritanti, in dicta Bulla erectionis apposito, quod quidem instaret, vbi Domini de Matthæis contenderent dispositā in dicta Bulla ad fauorem Montistarū, aut habentium causam ab eis, ipsos non afficere, aut prætenderent, dictam erectionem Montis esse nullam, stante quod huiusmodi clausulę non extenduntur vltra disposita, sed solùm ope-
8 rantur, quoad contenta in ipsa concessione, seu priuilegio, in quo apponuntur, Card. *in Clem. 2. §. ad hoc. nu. 2. de præbend.* Natt. *consi. 25. nu. 3. lib. 1.* & tenuit Rota in illa Eluen. Minatiorum coram R. P. D. Orano 28. Aprilis 1586.

R. P. D. ORANO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 18. Maii 1598.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in iudicio possessorio.*
2 *Testes familiaris commensalis, redditur valde suspectus.*
3 *Exceptio nullitatis in Saluiano, non retardat executionem.*

DECISIO LIX.

ALias q. Artemisia Columna, vti procuratrix q. Hieronymi Frangipani eius viri imposuerat annuum perpetuum censum scutorū quadraginta super domo eius viri, sita prope Montem Quirinalem ad fauorem q. Pauli Luragi, quem cum hic cessisset Io. Francisco de Apiano, & successiuè iste, q. Domino Francisco Materio patri Dominorum Martii, & Cæsaris in mora illum soluendi constitutis heredibus Frangipani, actum fuit coram Auditore Cameræ remedio vtilis Saluiani Interdicti, & in eo probatis incumbentibus, lata ad fauorem Dominorum de Marcriis sententia; à qua quia stāte Ægidiana non dabatur appellatio, nihilominus causa mihi fuit cōmissa cum clausula, quatenus locus sit Ægidianæ, exæquatur: quo factum est, vt quæsitum fuerit, an locus factus esset executioni, & per Dominos responsum fuit affirmatiuè: ex facti enim prænarrata serie constabat de iustitia sententiæ Auditoris Cameræ, quia de valida impositione census non dubitabatur, vt nec etiam quod tempore impositionis Hieronymus domum possideret, & hodie illam Domini de Palumbara possident. Quare difficultas versabatur circa oppositas exceptiones, quarum prima fuit: quoniam domus per Iacobum de Frangipanis fuerat subiecta fideicommisso; ad quod fuit responsum testes non probare domum fuisse possessam à fideicommittente, & nihilominus quatenus de eo cōstaret, non releuare; tum quia filii potuerunt detrahere legitimam, & Trebellianicam, quæ superant censum scutorum quadringentorum; tum etiam quia exceptio fundata in fideicommisso, cùm
1 requirat altiorem indaginem, non admittitur in hoc iudicio possessorio, vt post alios de communi attestatur Francis. Sarmient. *de reddit. Eccles. par. 3. c. 2. nu. 23.* & tenuit Rota in vna Romana census 22. Decembris 1596. & in alia Cesenaten. bonorum 18. Iunii seq. coram R. P. D. meo Seraphino.

2 Altera exceptio fundata in meliotamentis, fuit etiam reiecta: propter quod vnus tantum testis nulliter examinatus, & valde suspectus, cùm sit familiaris D. Camilli, de illis deponit.

3 Nullitas verò allegata cessionis non fuit admissa, quia non retardat in hoc iudicio illius executionem, præsertim cùm à prima cessione census vsque ad motam litem excurrerint plusquàm quadraginta anni, &c.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 3. Iunii 1606.

SVMMARIVM.

1. *Exceptio supplementi legitimæ in Saluiano non retardat executionem.*
2 *Exceptio requirens altiorem indaginem, in Saluiano non admittitur.*
3 *Retentio an detur pro legitima, & an bona sint pro ea hypothecata, & nu. 4.*
5 *Hypotheca non datur pro supplemento legitimæ.*
6 *Supplementum legitimæ petitur condictione ex lege.*
7 *Supplementum legitimæ petitur contra voluntatem testatoris.*
8 *Supplementum legitimæ debet capi de manu heredis.*

DECISIO LX.

AD impediendam immissionem vigore Saluiani Interdicti, cùm exciperent informantes pro Illustriss. Card. de supplemento legitimæ, quod prætendunt, eidem Illustrissimo in bonis Dominæ Fœlicis debitum, dubitaui,
1 an ista exceptio supplementi legitimæ retardaret expeditionem causæ in Saluiano, & Domini resoluerunt non retardare, quia in hoc iu-
2 dicio non admittuntur exceptiones, requirētes altiorem indaginem, *l. fi. C. quorum bonorum, & l. 2.*

cum ibi not.C.de edict. Diu. Adr. toll. cum allegatis in causa Romana, seu Amerina domus 4. Iunij 1576. coram Cantuccio, qualis est ista, in qua venit prius liquidandum, quantum remanserit in hæreditate, deducto ære alieno: itidem venit probandum, quæ portio sit debita pro legitima, quod pendet à numero filiorum, tempore obitus Dominæ Fælicis, inter quos aderant fœminæ, quæ renunciauerunt, quæ probationes, dum fierent, admitterentur etiam aliæ in contrarium.

Neque obstat, quod ista altior indago prouenit ex parte Domini Philippi, ex quo inuentarium saltim legitimè non confecit, quia id procedere posset, si ipse obligatus fuisset conficere inuentarium, & sic ad fauorem ipsius introductum, vt teneatur vltra vires hæreditatis: si non fuerit confectum operabitur, non autem quod facto, & culpa hæredis, res dicatur illiquida ad fauorem aliorum.

Vltra, quod non constat, quod inuentarium non sit legitimum, & in omnem euentum id concluderet, solum respectu quantitatis bonorum, non autem respectu portionis legitimæ.

3 Non obstat quod filio detur retentio ratione legitimæ, ex Gabr. *cons.* 36. *nu.* 11. *vol.* 2. & iam fuit aliàs resolutum in Rota, quod pro eo competat
4 hypotheca, ex latè deductis ab informantibus pro Illustrissimo Cardinali, quia modo non est quæstio de legitima, quam Illustrissimus Cardinalis consecutus est, sed de supplemento, ad quod restrictum dubium, & inter vtrunque casum est magna differentia.
5 Nam quidquid dicatur in contrarium, pro supplemento non competit hypothecaria, ne-
6 que petitur ratione ex testamento, sed conditione ex lege, & sic actione personali, vt per Rimin. Iun. *cons.* 539. *nu.* 35. & petitur contra volun-
7 tatem testatoris, vt in his terminis habemus *decis.* Put. 137. *lib.* 2. Vbi reprobantur cons. Dec. & Fulgos. quæ pro Illustrissimo Cardinali allegatur, & testatrix pro sua legitima in testamento assignauit Illustrissimo Cardinali scuta 15. millia, quæ ipse habet in manibus: vnde hodie non potest amplius petere legitimam, sed solum potest prætendere supplementum, in quo adest diuersa ratio, vt dictum est.

Placuit tamen Dominis *cons.* Alexan. 134. *n.* 4. *vol.* 4. cum aliis pro Domino Philippo allegatis,
8 quod supplementum legitimæ debet capi de manu hæredis, vnde non potest pro eo competere aliqua retentio, & ita conclusum.

R.P.D. LITTA.

Bononien. dotis, Veneris 3. Iulij 1605.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in Saluiano.*
2 *Exceptio, quæ competit principali, competit etiam fideiussori.*
3 *Fideiussor non tenetur in plus, quàm tenebatur principalis.*
4 *Compensatio non liquida, non admittitur, quando obligatio sit liquida.*

DECISIO LXI.

Resoluerunt Domini Paulum, non teneri aliquid restituere, vel compensare ad effectum de quo agitur, impediendi scilicet immissionem vigore Saluiani per compensationem; licèt enim constaret, quod de anno 1599. pro Hercule fideiussisset ad fauorem Ioannis Camilli, & Victoriæ iugalium, & se obligasset de custodiendis, saluandis, & non barattandis bonis sequestratis, sed illis præsentandis ad omne mandatum superiorum, &c. tamen aduersus istam obligationem multa opposita fuerunt pro
1 parte Pauli, quæ visa fuerunt Dominis requirere altiorem indaginem, & consequenter non admittenda in hoc iudicio, vt fuit dictum in vna Romana Saluiani Interdicti 13. Ianuarij 1603. coram me, in pluribus aliis causis.

Nam primo opponebatur, Paulū se obligasse citra præiudicium nullitatis sequestri, & quod sequestrum erat nullum, quia illi non erat locus ex forma statutorum Bononiæ, cùm Hercules possideret stabilia.

Secundo opponebatur obligationem ipsius Pauli fuisse nullam, cùm se obligasset ad formam decreti, & constitutionis fori Auditoris generalis, quam non fuisse seruatam, in continenti docere prætendebant informantes pro eo, & quod quatenus illa fuisset valida, expirauerat attenta dispositione eorundem statutorum loci.

Et ad illud, quod Paulus se obligasset simpliciter, absque illa prætensione nullitatis sequestri, quia tantum fuerat vsus Hercules principalis, dum induxit in fideiussorem Paulum, respondebatur, quod omnes exceptiones, quæ principali competunt, & fideiussoribus eius
2 competere solent, ex quo plus non debet teneri
3 Paulus, quàm principalis ipse, *iuribus vulgaribus.*

Et cùm ex bonis sequestratis, pro quibus Paulus se obligauerat ad fauorem Ioannis Camilli, & vxoris, ad instantiam, & commodum eorundem, aliqua fuerint distracta, & subhastata, & aliqua ad manus eorundem peruenerint, ex quibus satis liquida videtur obligatio ipsius
4 Pauli, iure merito, & ea quæ circa compensationem ipsam opponebantur, reiecta fuere, per tex. *in l. fi.* & ibi not. per Doct. communiter, *C. de compens. & in §. in bona fidei Instit. de act.*

R. P. D. BVRATTO.

Romana domorum de Roncionibus, Veneris 1. Iulii 1616.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio superat omnes alias probationes.*
2 *Confeßio geminata licèt non includat probationem erroris, tamen multum operatur.*
3 *Dominij probatio ex quibus probetur.*
4 *Dominium non probatur per locationem, & receptionem pensionis.*
5 *Nullitas poßeßionis opponi potest etiam post annum, quando habet annexam causam spolij.*
6 *Precedentia, & subsequentia conuenire debent.*
7 *Confeßio ad alium finem facta non nocet.*
8 *Exceptio de Iure tertij non exclusiuo ipso Iure intentionem agentis dare non potest.*

DECISIO LXII.

STeterunt Domini in decis. 4. Martij præteriti pro reintegratione D. Ducis ad anteriorem illius possessionem bonorum, de quibus agitur quam dixerunt non posse hodie controuerti per Ronciones, qui de anno 1601. direxerunt contra eum Iudicium coram A. C. in actione hypothecaria, pro restitutione dotis mareruæ super dictis bonis ad auocandam illorum possessionem, & reportarunt duas sententias conformes fauorabiles, super immissione in possessionem, per quas D. Dux fuit condemnatus ad bona dimittendum & relaxandum, & in fructibus perceptis. Quarum vltima fuit Rotalis, postea quam mandatum Rotale de immittendo cum clausula de expellendo D. Ducem, & alios detentores, & deinde vigore illius cæperunt possessionem, & in quatuor commissionibus Apostolicis per eos impetratis, & quibus vsi fuerunt, semper fassi sunt, & nominarunt dictum D. Ducem detentorem, & possessorem, videlicet in prima commissione causæ directa A. C. in secunda bon. mem. Littæ super moderatione eius Inhibitionis, & in tertia directa Reuerendissimo Attrebaten. (qui tulerat vltimam sententiam) pro obtinenda adiudicatione in solutum & in quarta eidem Reuerendissimo Attrebaten. in qua dixerunt, quod pendente lite ab ipsis mota in hypothecaria contra D. Ducem, quidam de Paulis se intruserunt in possessio-
1 nem, forte per collusionem cum D. Duce, quæ confessiones superant omnes alias probationes ex vulgar. & tanquam multiplicatæ si non ex-
2 cludunt probationem erroris, saltem magis operantur, Bart. *in l. cum sumus in fine, C. de agric. & censit. lib. 11.* Felin. *in cap. si cautio num. 39. de fid. instru.* Dec. *consil. 14. num. 44. & 45. lib. 5.* & contra eas requiritur concludentissima erroris probatio, vt post scribentes *in cap. vltim. de confess. in l. non fatetur ff. eodem, & in l. si per errorem, ff. de Iurisd. omn. iud.* Siluan. *consil. 57. num. 27. & num. 28.* & Decian. *respon. 14. num. 35.* & hæc vltra Instrumentum possessionis captæ Authore Prætore per dictum D. Ducem de anno 1590. de singulis corporibus, locationem, & receptionem pensionis domus ad Catinaros, & expressionem e-
3 iusdem possessionis, quæ fit per felic. recor. Clemente VIII. in derogatione fideicommissi concessa 30. Martij 1589. ex quibus visa fuit Dominis probatio huius primi extremi indubitata ex latè deductis in alia decisione.

Non obstat possessio capta per Ronciones mortuo Octauio eorum Patre del 1594. in vim fideicommissi auiti, & quod fuerit continuata, non obstante quod D. Dux non fuerit citatus.

Nam respectu domus Iupponariorum non probatur effectus per solutiones factas ab Inquilino 4. Nouembris 1596. & 5. Martij 1604. nec etiam respectu domus Reclaustri Hebræorum
4 per quietantias facta Isaac vti Inquilino 12. Nouembris 1604. & 20. Maii 1605. Quia per locationem, & solutionem mercedis, non probatur possessio ad præiudicium anterioris possessoris, Afflict. *decis. 325. num. 2.* Menoch. *remed. 3. de retinen. nu. 567.* Rota *decis. 506. num. 4. par. 1. diuers.* Vltra quod quietantiæ factæ dicto Isaac sunt puræ confessiones de recepto, & per simplicem apocham sine testibus, quæ nihil probant ex vulgatibus, locatio verò lapidii Piscium facta per Lactantium 25. Octobris 1605. nihil releuat, cùm sit facta post possessionem captam in vim dicti mandati Rotalis de mense Iulii 1605.

Non obstat etiam, quod non possit dari de nullitate possessionis captę per Ronciones post annum ex statuto Vrbis *lib. 1. cap. 189.* Tum quia
5 non procedit, quando nullitas habet (vt hic) admixtum spolium. Cæs. de Grass. *decis. 1. num. 2. & seq. de Constitut.* tum quia non est opus D. Duci dare de nullitate dictæ possessionis, cùm satis nulli sit pro reintegratione docere de satisfactione Roncionum, & de sua possessione tempore litis motæ in hypothecaria, quæ ex prædictis, & deductis in alia decisione non potest controuerti.

Minus obstat, quod in gratia dictæ derogationis fideicommissi factæ D. Duci per fel. rec. Clementem Octauum dicatur filios Octauij esse possessores lapidis, & domorum specificatarum. Nam illa non sunt verba Ducis, sed Summi Pontificis, qui non intellexit, eos fuisse tunc possessores, sed bene de tempore immissionis factæ ad fauorem D. Ducis, quia post narratam facti seriem, quod Dux obtinuerat contra bona hæreditaria Octauii pro eius credito scutorum decem, vel duodecim millium mandatum executiuum, & se immitti in possessionem domorum specificatarum, easque deliberatas fuisse precio scutorum 3100. subiit per filias Octauii possessores allegatum fuisse supradictas domos esse subiectas fideicommisso, & dotibus: & sic manifestè colligitur, quod dum eos vocauit possessores intellexit de possessione ante immissionem Ducis, & deliberationem, & ita præce-
6 dentia, & sequentia inter se conueniunt, *ad l. quoties, in fine, C. fam. ercisc.* Gemin. *in cap. priuileg. in 6.* cum aliis per Decian. *resp. 102. num. 19. lib. 3.* & quatenus etiam ex inde resultaret confessio
7 Ducis non noceret tanquam ad alium finem obtinendæ, scilicet derogationis factę, Alber. *in 2. par. Stat. quæst. 148.* & alii per Tiraquel. *in tract. res. inter alios act. nu. 24. & 25.* & Surd. *decis. 250. num. 6. & cons. 371. num. 62.* & in omnem casum dicta verba in commissione de anno 1598. non percutiunt annum 1601. de quo fuit mota lis in hypothecaria, & annum 1605. de quo fuerunt latæ sententiæ, vt dictum est de quibus temporibus plenissimè probatur possessio D. Ducis ex supra deductis, quod sufficit.

Demum non obstat possessio domus ad Carinarios capta 12. Iulii 1602. per illos de Paulis Vilitetnos in vim Saluiani pro credito scutorum 230. cum Roncionibus. Quia ista intrusio post litem motam per Ronciones contra D. Ducem tanquam possessorem non excludit probationem primi extremi, & anterioris possessionis illius, de tempore motæ litis, sed potius illam confirmat: & quo dicti de Paulis citatunt eundem Ducem tanquam possessorem: Ita vt cum ista intrusio illorum de Paulis non sufficiat probationi primi extremi, non possint de ea dare Ronciones, quasi sit exceptio de

10 sit locus iuri accrescendi, ita vt possessio vnius lineæ deficientibus masculis, alteri accrescatur: & hoc, vt pactum aliquod operetur, ad not. per Anchar. *cons.186. colum. fin. vers.18. in ebemate.* Aym. *cons.194. num.4.* Ias. *in l. filiusfam. §. diui in 2. lect. n.35. de leg.1.* Dec. *cons.667. nu.7.*

Secundo concurrit, quod hic deficientibus masculis, fœminæ sunt vocatæ: vnde cùm adhuc supersit Comes Aeneas, fœminæ non possunt succedere, vt supradictum fuit, & ex hoc videtur cessare dispositio *d. cap.1. de duobus fratribus.* in qua non interuenit pactum expressum iuris accrescendi, & quod in defectum masculorum succedant fœminæ.

Vltimo etiam facit, quia inuestitura in personam Guidonis non fuit noua, sed renouatio alterius inuestituræ antiquæ factæ de anno 1464. Comiti Vgolino pro se, filiis, & nepotibus, quæ cùm sit facta in personam vnius tantum, est locus iuri accrescendi inter omnes de-
11 scendentes masculos, exclusis fœminis, & secundum illam antiquam inuestituram regulari debet ius succedendi, vt per Paul. Castr. *cons.191. col. fin. lib.2.*

Nec refragatur, quod omnes istæ exceptiones, cùm requirant altiorem indaginem, non
12 sint admittendæ in hoc iudicio summario, vigore *d. l. fin.* sed reseruantur in alio iudicio, vt per Doctores *in d. l. fin.* Ruin. *cons.27. num.7. lib.5.* Soc. Iun. *cons.75. num.18. & seq. lib.1. decis.* Pedem. *26.*
13 *num.6.* quia quando factum est probatum, disputatio iuris non facit, quod exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, Franc. *in cap.18. vers. limita, de lit. contest. in 6.* Natt. *cons.502. nu.10.* Soc. Iun. *cons.67. n.9. & seq. lib.4.*

Ex quibus sequitur resolutio vltimæ partis dubij, quod dicta sententia D. Gubernatoris Ariminensis non est exequenda, sed reuocanda.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Tudertina Officij Cancellariæ, Lunæ 19. Ianuarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si quid exequendum, non habet locum, nisi sententia iustificetur ex eisdem actis.*
2 *Mandatum executiuum est iustificandum, quando petitur illius executio.*
3 *Executioni non est locus, quando detegitur mandatum esse iniustum.*
4 *Iniustitia probari potest etiam post terminum.*
5 *Actor, qui vigore clausulæ, si quid exequendum, petit executionem, tenetur illam iustificare ex eisdem actis.*
6 *Reus vero illum impugnare potest, & deducere non esse executioni locum.*
7 *Altiorem indaginem requirere dicitur, quando in discussione iuris vertitur subtilitas.*

DECISIO LXIV.

Fvit resolutum mandatum ab Aud. Cam. relaxatum, non esse exequendum, cùm non iustificetur ex eisdem actis, quæ sola attendantur ad effectum, vt sit locus clausulæ, *si quid exequendum,* Abb. *in cap. inter cæteras num.8.* & ibi Felin. *de re iud.* Et fuit resolutum coram Illustrissimo Pamphilio in causa Romana censûs 4. Decembris 1595.

2 Et quod dicitur, mandatum executiuum iustificandum esse ex eisdem actis, procedit, quando petitur illius executio.

3 Sed ad effectum, vt non sit locus executioni, sufficit, quod detegatur iniustum esse, quod nouiter deductis, cùm hoc tendat ad corroboratio-
4 nem probationis antiquæ, quod potest fieri etiam post terminum, Bald. *in cap.1. in princ. de fid. instrum. in authen. si quis in aliquo, n.2. & seq. C. de eden.* & faciunt notata per Gabr. *de testib. conclu. 21. num.38.*

5 Quare actor, qui vigore clausulæ, *si quid exequendum,* petit executionem, tenetur illam iustificare ex eisdem actis.

6 Reus verò, qui illam impugnat, potest deducere non esse executioni locum, non solum ex eisdem actis, sed etiam ex iuribus denuo deducendis.

7 Quando in discussione iuris vertitur subtilitas, dicitur requirere altiorem indaginem, Rot. *decis.103. par.1. in impress. diuers.* coram Robust. Odd. *de rest. in integr. fol.88. num.44.*

R. P. D. PENIA.

Romana executionis, Lunæ 5. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Acceptare extimationem videtur non improbando, & facta acquiescendo.*
2 *Acceptare videtur extimationem, si ab ea non fuerit appellatum.*
3 *Sententia, & appellatio ex prosecutis recipiunt declarationem.*
4 *Acceptare dicitur, quando per plures annos non reclamatur.*
5 *Producens extimationem approbare dicitur.*
6 *Aestimatio noua non videtur concedenda, quando difficiliter fieri potest.*
7 *Concedendum non est, quod si esset factum, non releuaret, vel si esset multu oppletum difficultatibus.*

DECISIO LXV.

Domini censuerunt non fuisse locum nouæ extimationi: Primam enim factam à Bernardino de Caualerio, Comes Raynutius Balleonius, à quo causam habuit Dominus Alfonsus Marescottus, non videtur improbasse: & licèt Dominus Marchio à Cornea ab illa appellauerit ex prosequutis, tamen apparebat eum etiam non improbasse extimationem à prædicto Bernardino factam, respectu medietatis domus Petusiis constitutæ. Ex his enim dicebatur ambas partes visas fuisse acceptasse prædictam
1 extimationem respectu domus, & ei saltem facto ipso acquieuisse, *cap. ex parte el 2. de appellat. l.1. C. si sæpe in integ. rest. post.* Quantum autem ad valorem partis Castri Floris, & Castri Brunelli, ex eo etiam non erat locus nouæ extimationi,
2 quia ambæ partes extimationi Clementini acquieuisse videbantur: nam à iudicio Clementini pro parte Raynutij non apparebat appellatum, *l.1. C. de re iud.* Alex. *cons.30. nu.18. lib.5.*

Neque extimatio Clementini censebatur imperfecta ex eo, quod non comprehendebat partem domus, quia cùm illa fuisset extimata,

94.& seq extra nu.28.vers.sexto amplia, &c. Clar. in §.emphythensim.quaest.18.

4 Et ex his sequitur competere Saluianum Interdictum, ad l.1.ff.de Salu.Interd. Aret. in §.item Seruiana.num.8.Instit.de act. Rot. in Romana vineae 1598.coram R.P.D. meo Decano.

5 Non obstat, quod super rebus Ecclesiae non possit imponi census sine causa, & absque legitimis solemnitatibus, Tiraq. de retract.lignag.§.1.glos.6.nu.6.Rolan.cons.59.n.9.& seq.& nu.28.lib.2.& saepius fuit resolutum.

6 Quoniam ista procedunt, vbi adest expressa prohibitio legis, vel hominis: tunc enim est prohibita hypotheca, quae alias, vt dixi, venit in principali obligatione bonorum, Crot. & Rip. in l.filiusfamilias, §.Diui.nu.94.de leg.1. & fuit dictum coram R.P.D. meo Penia in Romana Sal. Interdicti 11. Nouembris anni praeteriti. Nos autem sumus in tacita prohibitione, quae operatur Domino volente, & declarante, ex dispo-

7 sitione l.fin.C.de iur.emphyt. Quo casu impositio

8 census non inducit caducitatem, Rota coram R.P.D. meo Decano in Romana casalis Mateigliani 19.Iunij 1587. & Romana Vineae supra allegata, & non est nulla ab initio, iuxta decis. Ro-

9 tae coram bon.mem. Lauretano in causa Romana de Alexiis.

Nec obstat oppositio defectus Dominij imponentis census super vinea, & consequenter defectus hypothecae, quia licet res aliena vendi possit, tamē pignorari, hypothecari vel ius rea-

10 le constitui non potest, l.1. §.1.ff.de pignor. vbi Glo. & Bart. Neguss. de pignor.3.mem.2.par.num.52.& 58.

11 Quoniam vltra quod exceptio dominii non admittitur in remedio Saluiani Interdicti, secundum communem opinionem, de qua testatur post alios Franc. Sarmient. de reddit. Eccl.par.3.cap.2.num.23. & tenuit Rota in vna Romana census 22. Decembris 1595. & in alia Sarzanen. bonorum 28. Iunij, seq. coram R.P.D meo Seraphino, & coram bon.mem. Orano in vna Romana Salu. Interd. 18. Maij 1598. Cessat oppositio in facto, quia iam fuerat vendita vinea, & tradita Desiderio Bonauenae, qui imposuerat censum, vt paret ex instrumento, & hoc modo transfertur dominium l.traditionibus, C.de pact.l.qui, C.de hu.qui à non dom.manuten.fune. Nec o-

12 stenditur aliquod impedimentum ex parte venditoris.

13 Non obstat clausula, salno, & reseruato consensu Domini, quia interim intra contrahentes est perfecta venditio, l. necessario, §. si ita res, ff.de commod.rei vend.glos.l.1.in prin. C. de iur. emphyt. cum alleg. per Bald. in l.2. C.eod.tit. & per Roland.cons.57.n.8.& seq.lib.8.

Et ita decisum fuit.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana praetensi spolij, Lunae 2. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum stante nullitate sententiae.*

2 *Spolij actio non datur contra tutorem, sed actio administrationis tutelae.*

3 *Administrator non potest ad certam summam conuenire, nisi reddita ratione administrationis.*

4 *Spolij actio non datur occasione diuisionis bonorum contra haeredem, contra quem competit actio familiae erciscundae.*

5 *Retentio datur, quando quis redimit fundum cum proprijs pecunijs, & hoc casu cessat spolium.*

6 *Spolij actio praescribitur spatio triginta annorum.*

7 *Bona fides ex qualibet iusta causa inducitur dummodo non sit mala.*

8 *Praescriptio ex qualibet titulo inducitur.*

9 *Ratificatio inducitur vtendo re in iudicio.*

10 *In actione spolij, petitur reintegrari ad possessionem.*

11 *Restitutio vbi petitur, constare debet ex praecedentibus intentatum fuisse possessorium & tunc potest per improprietatem libellus saluari.*

12 *Clausula, quam, & quas operatur, vt quis possit omne Ius suum deducere, & tunc in specie actionem, quam velit debet in actu deducere.*

13 *Fructus, quos quis perceperit cum bona fide non tenetur ad illius restitutionem nisi à die motae litis.*

DECISIO LXVIII.

Vincentius Fuscus olim Arsiliae maritus, & Tarquiniae Sororum de Porcharijs procurator, & administrator bonorum vtriusque, non nullas domos fideicommisso subiectas ad fauorem earundem mulierum recuperauit, postea Tarquinia cū dote medietatis omnium bonorum nupsit Octauio Auile, cum pacto, quod istę domus penes Vincentium remanerent, tanquam ab illo redemptae propriis pecuniis, & quia dictarum mulierum in alia pecuniarum quantitate creditor existebat, vt ex capitulis matrimonialibus constat inter ipsum Vincentium, & Octauium initis, quibus non obstantibus, Tarquinia post nuptias celebratas pro diuisione bonorum Ersiliam sororem conuenit, contra Vincentium eius virum super redditione rationis administrationis litem instituit, facto deinde in vim statuti Vrbis compromisso, partes absque praeiudicio suorum iurium, deuenerunt ad bonorum communium diuisionem, iuxta quam spatio triginta annorum vnaquaeque portionem sibi tangentem possedit. Verùm anno praeterito Tarquinia spolio super dictis domibus egit contra Hersiliam Vincentij haeredem, & à Iudice deputato, sententiam obtinuit, videlicet ipsam esse reintegrandam ad earundem domorum possessionem, & insuper Hersilia condemnata fuit in fructibus perceptis, & qui percipi possent. Vnde pro illius parte fuit appellatum, & commissa mihi executione, quatenus esset locus Aegidianae, super hoc dubio proposito, fuit resolutum illi locum non esse, cùm Aegidiana non intret stante sententiae

1 nullitate, vel iniustitia. Bald. in l.vnica n.4. vers. denuo. C.si de momen.poss. Put. decis.480.lib.2. Rota diuers.decis.19.nu.2.lib.2.part.3.

Iniustitia verò in casu nostro ex pluribus detegitur, & primo quia fuit actum de spolio,

2 quod contra Tutorem, vel eius heredem, & successorem non competit, nam contra illos actio datur ad factum pro reddenda ratione administrationis cùm esse possit, vt tutor, vel administrator, pro Pupillo plus impenderit, quā ipse habuerit, vel ex iusta causa de illius bonis alie-

naucrit, *l.a.§.præterea si tutele de conf. tut.* Alex. *conf.192.nu.2.vol.7.* Anchar. *conf.125.col.2.* Gramm. *conf.114.* Iaf. *conf.100.lib.4.* Purpur. *conf.319.num.2.* & regulariter ante redditam rationem non potest Administrator ad certam summam conueniri, Aym. *conf.275.sub nu.13.vers.tertio principaliter dubitatur* Negul. *de pignor. 5. par. mem.2.num.37.* Cephal. *conf.768.num.14.& conf.779. n.11.lib.5.* Castr. *conf.361.num.5.lib.1.*

4 Præterea non poterat hic spolij iudicium intentare: cùm super diuisione bonorum contra coheredem ageretur, contra quem competit actio familiæ erciscundæ *l.1.& 2.famil.ercisc.* & fuit dictum in Romana Palatij dell' Aquila 16. Ianuarij 1602. coram Reuerendissimo D. Damasceno.

5 Vlterius ex quo domus fuerant de propriis pecuniis Vincentij redemptæ, non videbatur intrare spolium, cùm ille respectu factæ solutionis retinere posset, *l. si non fortem,§. si centum,* & ibi Bart. & per Doct. *ff. de condit. indebiti l. elegan-ter,§. qui reprob. ff. de pignorat. act. & l. fundus, ff. de rescindenda vend* Surd. *decis.46.n.7.* vel saltem attenta melioramentorum exceptione, de quibus ex relatione Periti, & Testibus per eundem Vincentium examinatis apparebat, cùm illi retentio competeret, *l. si in area in fine, vbi glos. vlt.* & ibi Bart. *in fine* Bald. *nu.2.* Iaf. *nu.1.in 2.not. ff. de condict. indebiti.* & fuit dictum in Romana Vineæ 27. Iunij 1608. coram Reuerendissimo Atrebaten. non poterat Iudex dictis melioramentis non refectis declarare Tarquiniam esse immittendam in istarum domorum possessionem.

6 Dicitur etiam post lapsum 30 annorum à tempore, quo Vincentius, & Tarquinia dictas domos possederunt, actionem spolij fuisse præscriptam, *l. sicut,& l. omnis, C. de præscript.30. annorum* Balb. *de præscript.2. part. partis principalis qu.13.* Menoch. *de recuper. rem.15.num.418.* & in specie de actione spolij dicto tempore præscripta, fuit dictum in causa Nullius, seu Mediolanen. Reintegrat. 17. Maii 1600. coram Cardinali Seraphino.

Nec valet dicere Vincentium istas domos occupasse, & sic fuisse in mala fide, quæ præscriptionem impedit, *cap. vlt. de præscriptio.* Quamuis enim eas ipse recuperauerit vti Tutor, & Administrator Bonorum Herśiliç, & Tarquiniç, cùm tamen propriis pecuniis id præstiterit, & essct in aliarum pecuniatum quantitate dictarum sororum creditor, nec non vigore capitulorum matrimonialium inter Vincentium, & Octauium domus ipsi Vincentio datæ fuerint

7 in solutum, ille fuisse dicitur in bona fide, cùm ad eam inducendam, qualibet causa sit sufficiens, Bald. *in l.1 in fine, C. vbi causa stat.* Crauet. *conf.6.num.19.* Socin. *conf.38.n.4.lib.3.* Becc. *consil. 95.num.10.*

Prout ad præscribendum quilibet titulus etiam coloratus sufficit. Menoch. *de recuper. re-*

8 *med.15.num.418.& seq.* Contard. *de moment. possess. quæst.12.limit.2.num.25.* Rota *diuers. decis.552.num. 6.part.1.* nec bona fides positiua requiritur, sed tantum, quod non adsit mala, Menoch. *vbi supra nu.418.* qui de communi testatur, Rota *decis. 552.n.5.par.1.diuers.*

Non obstat Octauium vti sponsum Tarquiniæ in illius præiudicium non potuisse domus in solutum dare, nam cùm postea subsecutum

9 fuerit matrimonium, & eisdem capitulis in Iudicio Tarquinia fuerit vsa censetur ea ratificasse, *cap. cum olim de cens.* Dec. *in cap. cum venerabilis nu.90.in princ. vers. successiue de except.* Aym. *conf. 77.nu.8.& conf.201.n.5.*

Nec releuat de anno 1577. Tarquiniam egisse contra Viocentium, & sic fuisse præscriptionem interruptam, *l. cum notissimi, C. de prascript. 30. annorum,* quia lis tamen fuit mota super redditione rationis, & restitutione bonorum, vt ex

10 lectura commissionis apparet, non autem fuit actum de spolio super quo conclusio petitionis est ad possessionem reintegrandam, Socin. *in l. rem qua nobis num.14. vers.2. dubitatur ff. de acquir. poss.* Alexand. *conf.117. lib.2.* Burt. *in cap. cum ad sedem, numero 10.& 21. de restit. spol.* cum aliis per Gabr. *conclus.5 nu.70. de restit. spol.* vel saltem vbi petitur quid restitui, constare debet ex præcedentibus fuisse possessorium intentatum, tunc enim potest libellus per improprietatem saluari, Gabr. *de rest. spol. ar. d. conclus.5.n.71.& seq.* Contard. *de moment. poss. quæst.13.nu.32.* Menoch. *de recuper. in prælud. nn.12.*

Non obstat in commissionem fuisse appositam clausulam, *quam,& quas, &c.* Vnde Tarquinia deducere potuerit omne ius suum & sic il-

11 lam præsumi etiam spolij actionem intentasse, ad hoc enim, vt dicta clausula Tarquiniæ suffragetur, illa in specie debebat in actis dictam actionem deducere, Accoramb. *decis.15.* Mandol. *de commiss. quæst. commiss. verbo quam, & quas, &c.* Rota in causa Legionem Præstimonij 16. Ianuarij 15 5. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in causa Aretina Comendæ 27. Februarij 1595. coram eodem.

Visum etiam Dominis fuit ex alio capite sententiam de qua agitur iniustam fuisse, cùm Iudex Ercliam hæredem condemnauerit ad omnes fructus perceptos, & qui percipi potuissent non obstante, quod Vincentius fuerit in bona

12 fide. Vnde non poterat illius hæres ad illos fructus præterquam ad perceptos post litem contestatam condemnare, *l. interdictu, ff. de interdit. l. domum, C. de rei ve idic.* Crescent. *decis.8. de cans. poss. ff.& propriet.* Rota *decis.552. num.1.& 2. par.1. diuers.*

Et ita fuit resolutum.

R. P. D. RVBEO.

Romana domus, siue duorum mille, Mercurij 2. Decembris 1579.

SVMMARIVM.

1 *Perpetuatio obligationis non inducitur super bonis emphyteoticis, nisi adueniente beneplacito Sedis Apostolica.*

2 *Exceptio dominij non admittitur in possessorio, nisi in continenti probetur.*

3 *Tertius opponens de suo dominio, impedit restitutionem, etiamsi petitorium fuerit suspensum.*

4 *Amplia, etiam in iudicio adipiscenda.*

5 *In iudicio adipiscenda, licet sola possessio sit probanda, non ideo tollitur, quin ex aduerso non possit doceri incontinenti de dominio.*

6 Turbida

Turbida res non efficitur ex sola rei replicatione.

DECISIO LXIX.

DVbitaui in causa Romana domus scutorum 2. millium stantibus nonnullis præsuppositis, an stantibus præmissis, perpetuatio in emphytheusim facta Domino Ioanni Iacobo de domo, de qua agitur, & obligatio eiusdē domus facta per Dominum Iacobum Dominæ Isabellæ de anno 1578. pro sua dote, sint adeo nullæ, vt ipsa Domina Isabella à iudicio Saluiani per eam intentato contra dictum Ioannem Baptistam Altouitum, veniat excludenda, vel potius Capitulum non sit audiendum super dicta nullitate, & die Mercurii 2. decēbris 1579.
1 quoad primam partem puncti, fuit conclusum perpetuationem non posse sustineri, deficiente saltim auctoritate Sedis Apostolicę, cùm de beneplacito non constet, & tamen necessariò requirebatur.

Quo verò ad secundam partem fuit pariter conclusum Capitulum esse audiendum; neque obstare suspensionem petitorii factam pro parte Illustris Dominæ Isabellæ in isto possessorio adipiscendæ possessionis, ex quo in eo admit-
2 titur exceptio dominii excipientis, seu exceptio non iuris agentis, dummodo in cōtinenti probetur, vel sit iam probata, vt per omnes Doctor. *in l. fi. C. de edict. Diu. Adr. toll.* vnde si ex deductis pro parte Capituli constaret de non iure Illustris bon. mem. Iacobi, sine dubio Capitulum veniret absoluendum. Et præmissa confirmantur, quia si cum interdicto recuperandæ, quod est fauorabilius, quàm Interdictum adipiscendæ, cùm in eo non admittatur exceptio dominii in continenti probandi, vt per Doct. *in l. si de vi, de iudiciis,* reprobata ibi glossa *in fi.* vt ibi per Paulum de Castr. *n.* 4. cum multis aliis, quæ cumulari possent.

3 Tertius qui asserit se dominum, impedit restitutionem, ex cumulatis per Gabr. *in reg. iur.*
4 *conclus. 1. nu.* 45. non obstante etiam suspensione petitorii, fuit resolutū in causa Nullius castrorum coram bon. mem. Oradino, multo fortius hoc procedit in possessorio adipiscendæ.

5 Non obstat, quod in hoc remedio adipiscendæ actor non teneatur probare dominium, sed tantum possessionem; quia non propterea sequitur, quod volens ex aduerso dominium in continenti probare, vel docere de non iure agētis, non sit admittendus, cùm ista sint separata, & diuersa, & magnum est commodum actoris, qui releuatur ab hoc onere, & transfert in aduersarium.

6 Postremo nō obstat, quod ex exceptionibus, & replicationibus Dominæ Isabellę huiusmodi ius dicatur reddi turbidū, quia cùm hoc oriatur ex eius replicatione, non attenditur, & satis est, quod factum in actis sit deductum, ex quo ius elici possit ad effectum, vt res non dicatur requirere altiorem indaginem.

Videndum est igitur particulariter, quid ex probatione Capituli resultet, cùm tam multa fuerint deducta, vt in ista positione omnia expediri non potuerint, præcipuè illud an Iacobus habuerit causam à capitulo.

R. P. D. IVSTO.

Rauennaten. Saluiani Interdicti, Lunæ 14. Iunii 1604.

SVMMARIVM.

1 *Sententia redditur nulla ex defectu mandati Procuratoris.*

2 *Mandatum, si per prius aderat, & postea producatur sufficit.*

DECISIO LXX.

IN hac causa dubitaui die Lunæ 14. Iunii huius anni, super nullitate vltimæ sententiæ latæ in partibus, contra quam multa opponebātur, & Domini reiectis aliis nullitatibus deductis, firmarunt nullam esse sententiam, ex defe-
1 ctu mandati Procuratoris, vt sæpissimè dictum fuit.

Sed quoniā pro parte D. Iacobi Leonardi dicebatur adesse mandatum in actis, non tamen erat transportatum per aduersarium appellantem; & quod quàm citissimè transportaretur, Domini mandarunt differri, & interim manda-
2 tum fuit exhibitum, & productū. Quapropter die Veneris 9. Iunii subsequentis, ordinarunt, vt causam expedirem pro Leonardo.

R.P.D. ACCORAMBONO.

Decis. 52. de attentatis.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum dicitur, quod factum est post inhibitionem canonicam.*

2 *Contrarium seruatur in Rota Moderna, nam siue iusta sit siue iniusta, semper est seruanda, aliàs inducitur attentatum.*

DECISIO LXXI.

LIcet Rota *decis. 412. in noui.* voluerit, quod dicta demū gesta post appellationem, & inhibitionem reuocentur, tanquam attentata, si
1 inhibitio fuerit canonica, gl. ol. *in c. non solum de appell. in* 6. Felin. *in c. super quo, §. fin. col.* 1. *de offic. de-*
2 *leg.* tamen moderna Rota pluries tenuit, quod indistinctè post inhibitionem gesta debeāt reuocari, ne iudices sub isto clypeo inhibitionis iniustæ eam contemnant, & diu litigetur, an inhibitio iusta sit, vel iniusta, & iterum pars grauata fatigetur laboribus, & expensis: vnde prius debent reuocari attentata, & postea de iniustitia inhibitionis disputare, & ita in Legionen. coram M. Antonio conclusum fuit.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 14. Decembris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum, quando sententia est nulla.*

2 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta est timenda, & nu. 4.*

3 *Gesta post inhibitionem, vti attentata veniunt reuocanda, etiam non cognito, an inhibitio sit iusta, vel ne.*

5 *Attentatum dicitur, etiam quod commissio causa*

fit nulla, quando inhibitio est emanata de stilo Rotae.

6 *Contrarium seruabatur in Rota antiqua, & nu.10.*

7 *Clausula, quam, & quas, operatur quod Iudex potest procedere prout in prima, etiam si nulla praecesserit sententia, nec appellatio.*

8 *Inhibitio non est necesse Iudici intimari, sed solum parti intimari debet.*

9 *Regula Cancellariae 36. prohibens appellationes ante diffinitiuam, habet locum in casu simplici, non autem in casu mixto, veluti quando est commissa causa appellationis vnà cum negocio principali.*

11 *Iudices de partibus non debent videre super iustitia, vel iniustitia Inhibitionum Rotalium.*

DECISIO LXXII.

CVm causa appellationis à sententia per Reuerendissimum Dominum V. Auditorem Camerae lata in Saluiano ad fauorem Excellentissimi Domini Philippi fuisset mihi commissa cum clausula *vt concepto* quod esset locus Aegidianae, vel aliàs executioni, sententiam praedictam exequerer, dubitaui, an esset locus executioni, quo dubio die 2. Decembris proposito nihil fuit firmatum, sed iterum die 14. eiusdem mensis causa matorè discussa, Domini negatiuè responderunt, & circumscriptis meritis causae, super quibus pro parte Illustrissimi Cardinalis non fuerat informatum, moti fuerunt ex capite nullitatis ipsius sententiae, qua stante
1 non intrat Aegidiana, Put. *decis.4. de Aegidiana.* Antonius August. *de prohibit. appellat. nu.6.*

Et quamuis plures nullitates deductae fuissent ab informantibus, tamen omnibus Dominis visae fuerunt turbidae, vna excepta, à qua processus saluari non potuit resultans ex eo, quia sententia lata fuit post Inhibitionem Ro-
2 tae, quae siue iusta siue iniusta erat timenda, Rot. *decis.26. de appellat. in antiq.* Put. *decis.295. lib.2.* ita vt omnia post eam gesta, vti attentata, ve-
3 niant reuocanda, Caputaq. *decis.93. par.2. cum similibus:* quod procedit etiam non cognito, an Inhibitio emanata fuerit canonica, ne
4 sub clypeo cognoscendi, an inhibitio fuerit iusta, vel ne, contemnantur inhibitiones, prout esse de stylo Rotae testantur Achil. *decision. septima, de atteut. in manuscriptu, & 29. de appellat. in impressis*, Accoramb. *decis. 1. 9. libro primo*, Mandos. *de inhibit. quaestione vigesima*, fuit dictum coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio in causa Toletana fructuum 16. Maij 1586.

Et licèt in hoc casu fuisset commissa causa appellationis à sententia nondum lata, nihilominus etiamsi rescriptum sit subreptitium, & nullam tribuat iurisdictionem, adhuc tamen inhibitio eius vigore emanata causa attenta-
5 ta iuxta obseruantiam Rotae, secundum quam bis fuisse resolutum coram Put. refert Peregr. *de. is. 94. in primo, incipit fuit conclusum, relata in impressis deci s. 74. par. 3. libro secundo*, Antonius August. *decision. 373. lib. 3.* Achil. *dicta decis. 7. de attent. & dicta decisio. 29. de appell.* quidquid aliàs Rota antiqua tenuerit, *vt in decis. 18. de appellat. in nouis*, & apud Aegid. *decis. 239.* Maximè,
6 quia in commissione aderat clausula, *quam, & quas*, cuius vigore poterat iudex ita procedere, prout in prima, etiam si nulla praecesserit sententia, nec appellatio, Peregr. *d. decis. 94.* & to-
7 tum negocium principale commissum censebatur, Sarmien. *de infirm. resign. quaest. 34. numer. 4.* additio ad decisionem Rotae 23. *nu. 3. de rescript. in nouis.*

Non obstant ea, quae in contrarium opponebantur, & primo quod inhibitio non fuerit
8 iudici intimata, quia sufficit intimationem factam fuisse parti, iuxta *dict. decis.* Antonius August. *decis. 373. incipit Thomas lib. 3.*

Secundo non obstat regula Cancellariae 36. expressè prohibens appellationes ante diffini-
9 tiuam sententiam, illaque vnà cum commissionibus, & omnibus inde sequutis, annullans, quia cùm illa regula loquatur in casu simplici, non debet extendi ad casum istum, quando non solum causa appellationis, sed etiam negocij principalis committitur, vt in terminis huius regulae tradit Sarmien. *de impetran. benef. vacan. per obit. famil.* Cardinalis *qu. 15. in fin.*

Tertio non obstat decisio Peregr. 136. *lib. 2.* secundum quam inhibitio non causat attentata, quando is ad cuius instantiam emanauit recessisset ad Iudicem inhibitum, quia hoc tollitur ex facto, cùm nullus actus coram iudice inhibito factus fuerit: licèt enim à sententia lata iterum appellatum, & alia commissio appellationis impetrata, id euenit, quia praecedens commissio non deuoluebat causam appellationis, & nullitatis huius sententiae: & licèt in termino citationum ad sententiam procurator Illustrissimi Cardinalis comparuerit, tamen semper appellauit, & de nullitate protestatus fuit.

Demum non obstat decisio coram Illustrissimo Cardinali Platto in vna Romana de Puspolis 10. Maij 1599. tum, quia in illa commissione,
10 cuius vigore fuerat inhibitum, non aderat clausula *quam, & quas*, tum quia illa est fundata in decisionibus Rotae antiquis, quas ex supra deductis apparet plures fuisse à Rota moderna reprobatas, tum quia hoc modo aperiretur via contemnendi inhibitiones Rotales, quod non est ferendum: nam Iudices in Curia existentes facilè possunt adhibere remedium curando vel quod moderentur Inhibitiones, vel quod adeatur Signatura pro reformatione commissio-
11 num. Iudices verò de partibus non debent iudicare super iustitia, vel iniustitia inhibitionum Rotalium, quas facilè negligerent, vt dicit Achill. *dict. decis. 7. de attent. in manuscript.* & ex his fuit conclusum pro nullitate sententiae.

R. P. D. COTTA.

Neapolitana nullitatis instrumenti die 4. Iulij 1574.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non admittit, nisi exceptionem falsitatis, solutionis, & pacti de non petendo.*

2 *Exceptio nullitatis admittitur, etiam in obligatione Camerali, quando oritur ex ventre obligationis, & impedit executionem.*

3 *Nullitas instrumenti reddit probationem nullam.*

4 Exc-

4 *Executio obligationis Cameralis impeditur, quando est vulnerata per sententiam.*

DECISIO LXXIII.

Obligatio in forma Cameræ, licèt non admittat, nisi exceptionem falsitatis, solutio
1 nis, & pacti de non petendo, vt not. Cassad. *decis. vnica de min. petit.* tamen fallit etiam, quando ex ventre instrumenti oritur defensio, &
2 exceptio nullitatis, quia tunc impeditur executio, Bar. *in l. 1. §. & pauli, num. 3. ff. quod vi, aut clam,* Alexander *consi. 20. num. 2. & 3. volum. 6.* Sarnien. *in compend. num.* 84. Achil. *decis. 3.* Felin. *in Rubr. de except. num. 2.* Socin. *consil. 27. numer. 3. versic. 2. compulsus, lib. 4.* Iason *consil. 170. versicul. etsi diceretur, lib. 2.* Cassad. *decis. 10. de rescript.* quia nul-
3 litas instrumenti reddit probationem nullam, qua sublata, non potest dici constare de obligatione, Afflict. *decis. 285. numer. 1.* Roman. *cons. 42.* & ita tentum fuit in vna Romana domus, & nullitatis coram Paleotto, *decisio 61.* quia in instrumento, cuius executio petebatur, appatebat de nullitate, quia non aderat locus ad Rot. *decis. 5. & 6. de fide instrum. in antiquis.* & instrumentum secundum consuetudinem Neapolitanam, non erat subscriptum à Iudice, & testibus, Afflict. *decis. 160.* Capic *decis. 2. num. 2.* & ita tentum, quod obligatio in forma Cameræ impediebatur.

Secundo fallit, quando dictum instrumen-
4 tum obligationis in forma Cameræ iam fuisset vulneratum per sententiam, etiam quod aliter nullitas opponi non potuisset, Felin. *in cap. inter Monasterium, limitatio. 8. de re iudic.* Rip. *in l. naturaliter. §. nihil commune, numero 72. de acquiren. possess.* Ruinus *consilio 384. versicul. quoad tertium.*

R. P. D. PENIA.

Romana Saluiani Interdicti, Venetiis 19. Nouembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ conformes dicuntur, quando in effectu conueniunt in negocio principali.*
2 *Appellatio in possessorio non est reyicienda, quo ad melioramenta.*
3 *In causis summarys agitur sine strepitu, & figura iudicij, vigore statuti, sustinetur appellatio non expressa causa grauaminis.*
4 *Retentio datur pro melioramentis.*
5 *Actio non competit pro recuperandis melioramentis, sed tantum retentio.*
6 *Appellatio datur in possessorio, quando damnum est irreparabile.*
7 *Exceptio melioramentorum, etiam in executione opponi potest.*
8 *Actio spolii competit pro melioramentis, & remedium nullitatis.*
9 *Argumentum de toto ad partem valet, etiam respectu temporis.*
10 *Expensæ factæ in domibus alienis veniunt reficiendæ, tanquam factæ in solo proprio.*
11 *Creditor posterior non est immittendus in possessionem ab anteriori saltim non facta oblatione.*

DECISIO LXXIV.

IN vna Romana Saluiani Interdicti extra Rotam præsuppositis sententiis in hac causa latis, & statuto Vrbis c. 174. lib. 1. & cautione data per Dominum Mercurium Amodeum iuxta formam dicti statuti, & aliis vtrinque deductis; dubitauit, an esset locus restitutioni summæ exactæ à Mercurio vna cum expensis.

Et causa proposita die 15. Nouembris 1593. dissentientibus Dominorum suffragiis, non potuit capi resolutio in hac verò positione dubio iterum discusso, affirmatiuè pronunciatum fuit esse locum restitutioni dictæ summæ, nam cùm Mercurius præstitisset cautionem de restituendo omnia, quæ acceperat in executione cum conditione, *si per duas conformes iudicaretur*, appellationem interpositam per Dominum Carolum Gabriellium à sententia primi Collateralis non fuisse reiiciendam iuxta formam præfati Statuti, illa conditio satis videbatur purificata eo ipso, quod fuerat pronunciatum, appellationem non fuisse reiiciendam, tunc enim, & statim commissa fuerat stipulatio, & locus factus restitutioni summæ per Mercurium exactæ.

Nec propterea deficerant esse conformes, quod in ea diceretur appellationem non fuisse reiiciendam, quo ad meliorament a per Dominum Carolum in actis deducta, & in altera simpliciter pronunciaretur appellationem non
1 fuisse reiiciendam, satis enim erat quod conuenirent in effectu principali, quod appellatio nō
2 erat reiicienda cùm quantum ad conformitatem potissimum attendatur effectus, Ruin. *cons. 114 n. 14. lib. 5* Gab. *tit. de execut. rei iud concl. 1. num. 31. & 34.*

Maximè quia illa verba Consultoris, *quoad melioramenta in causa proposita*, non videbantur importare aliquam distinctionem, vt scilicet quatum ad melioramenta suspenderetur, & quantum ad alia daretur executio. Nam cùm Carolus prætenderet omnes domos melioratas, super quo non fuerat cognitum, & aliquæ ex illis appateret melioratæ, & sententia primi Collateralis nulla facta mentione meliotamentorum pronunciasset Mercurium in omnium possessionem fuisse immittendum, non poterat admitti appellatio quoad melioramenta, quin executio in toto suspenderetur: ex quibus satis apertè constabat, præfata verba, *quoad melioramenta, & secundum ieiuru dispositionem*, necessariò importasse causam, nempe non fuisse reiiciendam appellationem causæ, nec alteret, nec di-
2 uersificet sententias conformes, Ruin. *dict. cons. 114. n. 14. lib. 5.* Gabr. *d. concl. 1. de execut. rei iud. numer. 34.*

Minus etiam dicebatur obstare, quod vna ex dictis sententiis loqueretur de primo Collaterali, altera verò de Senatore, nam quàuis ista reprobaret sententiā præcedentem à Senatore latam, tamen quatenus ad articulum appellationis non reiiciendæ spectabat, aliter ambæ loquebantur de appellatione interposita à sententia primi Collateralis, cùm nulla alia appellatio fuisset reiecta, & de illa solum dubitaretur an fuisset reiicienda.

Ad oppositionem factam contra Dominum

Carolũ, eo quod in appellatione non expresse-
rat causam, dicebatur primo satis de illa consta
re ex protestationibus in actis factis, & ex for-
mula appellationis insinuata Capitaneo appel-
lationis, qui grauauerat appellationem reci-
piendo.

Præterea respondebatur, quod cum possesso-
ria in Curia Capitolina vigore Statuti *capit.* 91.
li. 1. non regulentur secundum naturam meri
possessorij, sed secundum iudicia summaria, in
quibus proceditur sine strepitu, & figura iudi-
3 cij, vt in Statuto Vrbis *lib* 1. *capit*. 88. appellatio
sustinebatur non expressa causa grauaminis,
Ang. *cons*. 267. *num*. 1. *vers*. *& nota ex perpetuo nu-
mer*. 154.

De melioramentis verò constabat saltem in
genere ex dictis testium, ex quibus vnus erat il-
le, qui partem eorum in domibus fecerat, alter
4 autem deponebat se vidisse, cùm illa fierent,
pro quibus dabatur retentio *l*. *si in area*. *ff*. *de con-
dit*. *indeb*. Aret. *in* §. *ex diuerso*, *Instit*. *de rer*. *diuis*.
Negus. *in tract*. *de pign*. *memb*. 4. *par*. 5. *numer*. 8 Pe-
5 regr. *decis*. 16. *lib*. 2. quia enim pro recuperandis
melioramentis non competit actio, sed tantum
retentio, *d*. *l*. *si in area*. *ff*. *de cond*. *indeb* Bar. *in l*. 2.
nu. 3. *vers*. *& ideo de appell*. *recip*. Dec. *consi*. 18. *num*.
2. propterea etiam in possessorio propter præiu-
dicium irreparabile admittitur appellatio, &
6 suspenditur executio. Exceptio enim retentio-
nis ob melioramenta, etiam in executione, op-
7 poni potest, & nisi admittatur potest legitimè
appellari, Alexander *consi*. 85. *numer*. 6. *vers*. *præ-
terea*. *lib*. 5. quinimò, nisi per retentionem, vel sal-
tem per cautionem tertij melioramenta præ-
tendenti succurratur, potest ille nedum reme-
8 dium appellationis, sed etiam actionem spolij,
& viam nullitatis intentare, Contard. *in l*. *vnica*.
C. *si de momen*. *poss*. *qu*. 24. *num*. 32. & ita in foro Ca-
pitolino seruandum testatur Luc. Pet. *in pract*.
Capitolina, *tit*. *de causis nullit*. *num* 2. *vers*. *& ex ra-
tionibus*.

Neque supradictum præiudicium cessabat
ex eo quod versabamur in iudicio Saluiani, in
quo satisfacto creditore, domus cum meliora-
mentis reuersuræ erant ad primos possessores:
nam licèt ista ratio suaderet non esse perpetuũ
præiudicium, medio tamen tempore non tolle-
batur præiudicium, ex quo creditor iure sibi
competente priuabatur, quod satis erat; cùm
9 valeat argumentum de toto ad partem, etiam
respectu temporis, Bal. *in l*. *si cui*. *ff*. *de leg*. 1. Ias. *in
l*. *diuortio*. §. *quod in anno*, *notabili* 2. *ff*. *sol*. *matr*. Go-
mel. *in reg*. *de trien*. *q*. 8. *nu*. 3.

Non obstat, quod melioramenta non sunt re-
ficienda, quando non probatur rem fuisse me-
lioratam, quia vltra quod de hoc constabat
ex testibus, dicebatur etiam, quod cùm de hoc
esset videndum in liquidatione melioramen-
torum, interim non poterat concedi immissio,
& cessabat difficultas, ex quo saltem probaban
tur expensæ in quibusdam domibus factæ, quæ
10 veniebant reficiendæ, tanquam factæ à Domi-
no in solo proprio, *l*. *quod si seruus*. §. *sed et si*. *&* §.
necnon. *ff*. *de in rem vers*.

Competebat etiam Carolo retentio ob iura
sibi ab anterioribus creditoribus cessa, cui pro-
pterea non poterant præferri posteriores credi-
tores, eos immittendo in possessionem, non fa-
cta saltem oblatione, *l*. *cum prior ff*. *de distract*. *pi-
gn* Negus. *de pign*. *par*. 5. *memb*. 3. *nu*. 3.

Ad plures alias difficultates excitatas per in-
formantes pro Domino Mercutio, tam super e-
ius bono iure in negotio principali, quàm super
alijs articulis, superuacaneum erat singulatim
respondere, cùm ad propositi dubij decisionẽ
sufficeret adesse duas conformes, ex quibus pu-
rificata conditione, tenetur Mercurius pecunias
exactas Carolo restituere.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Romana, seu Ciuitatis Castelli
census 10. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio retentionis dotis impedit executionem in
Saluiano.*

2 *Hypotheca pro dote, ceteris creditoribus prefer-
tur.*

3 *Exceptio, quæ non impugnat sententiam, impedit exe-
cutionem, etiam si post sententiam fuerit oppo-
sita.*

4 *Creditor succedens debitori, fit confusio debiti.*

5 *Limitatur, quando adiuit hereditatem cum benefi-
cio legis, & inuentarij, quia facit censeri heredi-
tatem vacantem.*

6 *Inuentarij beneficium operatur, vt actiones successo-
ris non confundantur.*

7 *Inuentarium non operatur, vt hæres lucrum faciat,
sed tantum, vt damnum euitetur.*

8 *Hæres creditor habet electionem, in quibus velit do-
tem retinere.*

9 *Potest etiam officium iudicis implorare, vt sibi rem
aliquam pro suo credito assignet.*

10 *Sententia non potest ex nouiter deductis iustificari
in Saluiano.*

11 *Instrumentum factum à minore sine consensu tuto
ris seu curatoris non sustinetur.*

12 *Appellatio datur in Saluiano, quando fuit tracta-
tum super nullitate instrumenti.*

DECISIO LXXV.

COnclusum fuit sententiam extra Rotam
in Saluiano Interdicto latam ad fauorem
Virginij Vrsini, contra Marchionem de Ruere,
& litis consortes non esse exequendam: nam li-
cèt ea ex eisdem actis non possit dici omnino
iniusta; tamen exceptio retentionis maternæ do
1 tis, quæ obijcitur à Domina Virginia, impedit
eius executionem; siquidem ipsa per Dominum
Marchionem iudicium suscepit, & per dotem
maternam priorem, habet hypothecam in bo-
nis Iacobi Vitelli patris, qui sui eidem Domi-
2 no Virginio pro Beatrice filia, & ipsius Virgi-
nii vxore, dotem promisit, & ideo ceteris de-
bet præferri, *l*. 2. *l*. *si in fundum*. *leg*. *diuersis*. *leg*.
assiduis. §. *& imo*. *versicul*. *except*. *C*. *qui*. *pot*. *in pign*.
hab.

Perinde huiusmodi exceptio, quæ non im-
3 pugnat sententiam ad impediendam eius exe-
cutionem, etiam post sententiam potest oppo-
ni *l*. *ex diuerso*. §. *si in iudicio*, & ibi. Doct. *sol*. *ma-
tr*. Gozad. *cons* 86. *n*. 23. Negul. *de pign*. 5. *par*. *memb*.
4. *n*. 10. Tiraquel. *de retr ait*. *conuent*. §. 7. *num*. 14. *&
seq*. Rol. *cons*. 28. *n*. 3. *lib*. 1.

Non obstat quod D. Virginia sit hæres pa-
4 tris, & quando creditor succedit debitori, fit
confu-

confusio,*l.2.§.vlt.seu penul. ff. de haeed. vel actio. vendit.& l.1.§.penult.in fi.ff.ad l.Falcid.*

Quia adiuit hæreditatem cum beneficio le-
5 gis,& inuentarij, quod hæredem constituit in
eodem Statu in quo futurus esset, si non adi-
uisset, & facit iacentem censeri ipsam hæredi-
tatem,vt notant Bald.*in l.vlt.§.in computatis.post
princ.numer.*3.Ias.*num.*4.*C.de iur.delib.*qua ratio
ne beneficium inuentarij operatur,quod actio
6 nes,quæ competunt in effectu,non confundan-
tur,idem Bald.*in l.initium C.ad l.Falcid.& in l.si
vxor.un.2.C.de bon.iud.auth.possess.*Rom.*cons.*276.
*numer.*2.& Ias.*in l.mora,numer.53.de acquiren.hæ-
red.*

Neque refragatur,quod in inuentario in actis
producto, apparet hæreditatem esse soluendã,
ita vt D.Virginia, quæ est hæres cum beneficio
inuentarij,possit D. Virginio creditori, & sibi
ipsi pro dote materna satisfacere,neq; inuenta-
7 rium possit ei prodesse,vt lucrum faciat,sed so-
lum,vt damnum non patiatur,Bar.*l.cum empto.
in fine.*& ibidem Alex.*ff.ad l.Falc.*Bal.*d.l.vlt.§.in
computatione.n.*11.Paul.*n.*1.& Ias.*n.*8.C. *de iure de-
lib.*Soc.Iun.*cons.*108.*nu.*42.*lib.*2. quod dictum est
in decis.in hac causa facta 16.Ianuarij proximè
præteriti.

Quia adhuc D.Virginia habet electionem,in
8 quibus bonis velit dotem retinere,*d.l.vltima.§.
in computatione.vers.si vera & ipse.C.de iure delib.*
nam hæres,qui fecit inuentarium potest citatis
citandis Iudicis officium implorare,vt sibi rem
9 aliquam pro suo credito assignet,Bal.*in l.debito-
ri.n.1.& seq.*& ibi Ias.*n.*3.*C.de pact.*

Vnde sententia, per quam in Saluiano Inter-
dicto fuit pronunciatum, Virginiam immit-
tendam esse in possessionem bonorum, quæ in
Ciuitate Castelli à Marchione possidentur, & si
Virginius sit creditor, & hæreditas sit opulen-
ta, executioni demandari non potest, quia D.
Virginia, quæ pro Marchione iudicium susce-
pit, potest in dictis bonis dotem maternam iu-
dicis officio retinere;saluo iure Domino Virgi-
nio agendi contra quoscunque alia bona possi-
dentes.

Non obstat, quod Domina Virginia, & Do-
mina Isabella eius soror iam elegerint,& decla-
rauerint velle se dotem maternam retinere in
alijs censibus, & bonis existentibus in Regno
Neapolitano, vt constat publico instrumento:
quia fuit responsum primo, quod,cùm hoc in-
strumentum nouissimè fuerit in actis produ-
10 ctum post sententiam latam in Saluiano, illa
non potest ex nouis actis iustificari,Corn. *cons.*
10.*n.*3.*lib.*4.Caputaq.*decis.*82.*n.*2. *in manuscriptis
lib.*2.

Verùm, quia hoc instrumentum potest dici
productum ad excludendam exceptionem ip-
sius D.Virginiæ,non autem ad fundandam in-
tentionem D.Virginij.

Secundo loco fuit etiam responsum,quod in
controuersia positum est,an huiusmodi electio,
& declaratio dictis mulieribus præiudicet,quia
tunc temporis erant minores,& habebant tuto
11 rem, cuius auctoritas non fuit interposita, *l.si
curatorem habens.C.de in integr restit.min.*

Hoc autem per sententiam diffinire necessa-
12 rium est,& ab hac sententia, siue lata ad fauo-
rem Dominæ Virginiæ,siue ad fauorem Domi-
ni Virginij potest appellari,cui consequens est,
vt sententia lata in Saluiano ad fauorem D.
Virginij,nunc demandari executioni non pos-
sit,& ex his.

VOTVM ILLVSTRISSIMI
Domini Seraphini.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione prohibita rei emphyteotica,non dicitur prohibita alienatio melioramentorum.*
2 *Melioramenta facta in re emphytheotica, debentur hæredibus, & quibuscunque successoribus, finita emphyteusi sine aliqua culpa emphyteuta, & num.7.*
3 *Melioramenta sunt transibilia, & cessibilia, licèt directus dominus præferatur.*
4 *Emphytheoticam rem alienari prohibitum est.*
5 *Melioramenta in re Emphytheotica facta, veniunt in generali bonorum obligatione.*
6 *Melioramenta non dicuntur iura emphytheotica,sed iura emphyteuta.*
8 *Melioramentorum extimatio debetur, quando melioramenta auferri non possunt.*
9 *Alienationis prohibitio cum clausula*, etiam latè sumpto vocabulo,*operatur.vt non solùm sit prohibita alienatio,sed etiam hypotheca.*
10 *Cessio iurium non operatur contra tertium,nisi pro summa debita.*

DECISIO LXXVI.

IN hac causa, quæ vertitur inter Illustriss. hæ-
redes Domini Hieronymi q. Abbatis S.Grego-
rij actoris, & venerabile Collegium Anglo-
rum.

Primo suppono adesse melioramenta facta
per Iustinum in domo,super qua agitur reme-
dio Saluiani Interdicti, aliàs non cadit vlla dis-
putatio iuris,neque controuersia super hoc ne-
gocio,de quo agitur.

Hoc ergo præsupposito, censeo informantes
in facto pro venerabili Collegio,non bene con
fundere materiam rei emphytheoticæ,cum me
lioramentis in ea factis nam hæc diuerso iure
censetur, licèt enim ad prohibitionem aliena-
tionis contentam in instrumento concessionis,
prohibita sit alienatio absque consensu expresso
Custodum Hospitalis,in quorũ locum successit
1 Collegium,tamen per hanc non censetur prohi
bita alienatio melioramentorum,quorum esti-
2 matio debetur heredibus, & quibuscumque
successoribus dũmodo finita sit emphytheusis
sine aliqua culpa emphytheotæ,Bal. & Ang.&
alij *in l.Senatus.§.Marcellus.de lega.primo,*ea enim
sunt transibilia,& cessibilia,licèt dum alienan-
3 tur,præferatur directus dominus,iuxta disposi-
tionem *l.2.C.de iur.emphyt.*Bero. videndus *in ca.
potuit.num.*50.*& duobus sequentibus,de locat.*Clar.
*in §.emphytheusis.quæst.*43. *& in §.feudum,quæst.*88.
decis. vero Illustrissimi Lancellotti in causa
4 Romana domus, quæ in contrarium allega-
tur procedit respectu rei concessæ in emphy-
theusim, non autem respectu melioramento-
rum, & ideo cessant allegata in contrarium,
quæ procedunt respectu corporis emphytheo-
tici.

5 Hinc sequitur melioramenta huiusmodi po-

tuisse obligati,& hypothecari ad fauorem Domini Hieronymi, & venire sub generali hypotheca omnium bonorum, & hoc procedit sine difficultate,&hoc idem censuit Rot.coram me in causa Romana Casalis Marcigliani,quæ per informantes allegatur.

6 Nec obstat,quod prohibita sit non solùm alienatiõ domus, sed etiam iurium ipsius, quia melioramenta sunt iura emphytheotæ, nõ autem domus:quod ex eo liquet, quod finita em-
7 phyteusi sine culpa emphytheotæ, non transeunt ad proprietatem,sed debentur heredibus, & si talia sunt,quæ auferri non possint,debetur
8 eorum æstimatio, vt supra per Clar. deductum est.

Accedat,quod non simpliciter fuit prohibita alienatio,sed cum clausula, *absque consensu expresso Custodum*,quæ res facit,vt hæc prohibitio non habeat tantam vim, quantam prohibet illa,quæ incipitur sub illa clausula *alienationis late sumpto vocabulo*; quo casu, non solum alienatio, sed etiam hypotheca prohiberi censetur,
9 quod non adest in hac specie facti. Neque melioramenta cedunt vtilitati proprietariorum in hoc casu,nisi in causa contrauẽtionis, vt expresse legitur, & ideo licet sint inseparabilia, tamen eorum æstimatio erat in bonis Iunctini, & illud ius potuit per eum obligari, & hypothecari.

Et hæc videntur sufficere pro ptopositi dubij resolutione; sed quia ego ex lectura informationis facti dati pro parte venerabilis Collegij viderem affirmari Officiales Montis Pietatis
c cessisse iura sua Collegio, prout in transactione inter ipsos facta:Dubitaui,an hoc iure cesso posset se tueri Collegium ad excludendos hæredes ex eo,quod obligatio Iunctini ad fauorem Mõtis præcessit per mensem obligationem factam pro releuatione fideiussionis Domini Abbatis; sed postea visis instrumentis, visum mihi fuit hanc difficultatem cessare.

Primo,quia procurator Mõtis reseruauit sibi expresse iura pro residuo crediti cõtra alios obligatos,& contra bona illorum,quod arguit nõ fuisse cessa Collegio omnia iura competentia Monti.

10 Secundo, quia cessio iurium non operatur contra tertiũ,nisi pro summa habita, vt est tex. *in l.qui à debitore.ff.qui pot.in pign.hab.*& per Bar. *in l.fideiussor obligari, in fine.de fideiuss.* Ex quibus dico exceptionem competere Collegio pro solutis tantum, & ita saluo semper Reuerendissimi Domini mei Iudicio,censeo iuris esse.

R.P.D. ACCORAMBONO.

Decisione 8. par.2.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta prius sunt liquidanda, & reficienda, antequam ad executionem deueniatur.*

2 *Executio datur non solùm pro melioramentis,sed etiam pro ipsorum fructibus.*

3 *Terminus de aquitate est concedendus ad liquidandum melioramenta.*

4 *Liquidatio,quando non est facta de credito, sufficit fideiussorem prestare de soluendo facta liquidatione,etiam ad lucrum consequendum.*

5 *Ampliа, procedere etiam vbi est facta condemnatio ad soluendum incertam quantitatem,puta expensas litis.*

6 *Retinendi facultas,tollitur per prastationem fideiussionis de soluendo facta liquidatione.*

DECISIO LXXVII.

1 VOluit decisio Neapolitana *in nou. num.17.* prius melioramenta esse liquidanda, illaque reficienda,quàm ad aliquam executionem deueniri possit.

2 Datur enim pro ipsis melioramentis executio,*iuxta l.si non sortem. §.si centum, & l.si in area. de condit.indeb.* & etiam pro ipsorum fructibus, secundum decisionemNeapolitanam *17.nu.7.in causa.* Et ideo dubitatum fuit coram R.P.D.Iacobo Puteo die 10. Octobris 1546. in vna Parmen.Vallium,Vtrum victori quoad possessionẽ executio danda esset,prestita cautione pro melioramentis incertis, iuxta formam commissionis contra condemnatum, & ad dimittendam possessionem.

3 Et fuit resolutum pro maiori parte Dominorũ, quod ex quadam æquitate daretur aliquis honestus terminus, infra quem victus liquidet meliorameta,prius quàm executio fiat,& dictę decisioni fuit pluribus modis responsum.

Et primo, quia illa loquitur in diuersis terminis: nam in casu suo sententia dicebat, quod fructus percepti excomputarentur in melioramentis, quodque omnia tempore executionis liquidarentur,super quibus sententiæ verbis,illa decisio fundatur,sed in casu nostro sententia reseruabat aduersario ius ad prosequendum melioramenta.

Secundo respondebatur,quod rationes,quæ in dicta decisione allegãtur, sunt ipsius Capicij compilatoris,vt patet ibi,& mihi videbatur, & sic tollitur Concilij auctoritas.

Tertio,quia rationes Capicij non sunt veræ, nec regulariter datur executio, quando debitũ est illiquidum,vt per Doct.*in l.4.§.ait prætor,de re iudic.* & quando debitum non est liquidum,
4 sufficit fideiussorem de soluẽdo præstare,liquidatione facta, etiam ad luctum cõsequendum, *l.statu liberat.&l.Seruius si hæred.§.si.de statu libe.*
5 & hoc etiam vbi est condemnatio ad soluendã incertam quantitatem, puta expensas litis,secund.Paul.deCast *cons.270.vol.2.*Neguf.*in tract. de pig.4.memb.5.par.nu.10.*

Nec est bona responsio ipsius Capicii *ad d. l. stat.lib.* quod illud sit fauore libertatis, quoniã Doctores communiter intelligunt in quocunque condemnato, ad rationes reddendum procedere,vt *in d. §. ait prætor, Doct. in l.1.qui satisd. cogan.*vbi Ias.*nu.4.*

Respondebatur Capicii motiuis,& primo *l.si in area de cond.indeb.*cum aliis ibi à leg.quas põderat, loqui etiam vbi sint incerta melioramẽta,& non liquida, quod dictæ leges non negãt,
6 quin præstita fideiussione,tollatur retinendi facultas,prout supra dictum fuit.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Bononien. Saluiani Interdicti, Lunæ 10. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum cessat per oblationem,*

à Sep-

2 *Sententia effectus cessat per praestationem annuae pensionis decursa, ac praestita cautione de soluendo in futurum.*

3 *Retentio non datur ante factam liquidationem, & praesertim quando est praestita cautio de illis soluendis facta liquidatione.*

4 *Oblatio impedit prolationem sententiae.*

DECISIO LXXVIII.

FVit resolutum sententiam R. P. D. inci Otani esse confirmandam, nam stante oblatione 1 cessat Saluianum, *l. Paulus, ff. quibus modis pignus vel hypoth. soluit.* & fuit resolutum in hac causa, & prius in Romana 30. millium 18. Martij 1575. coram Sanctissimo Domino Nostro, quae est inter impressas, *decisio. 269. part. 1.* & ideo cum sententia sit lata contra D. Guastauilanum de immittendo Gallerinum in possessione, donec fuerit satisfactus, eo ipso, quod ei soluuntur praestationes annuae decursae, & praestantur fideiussores de soluendo in futurum, cessat sen-2 tentia, & eius virtus, nec etiam deneganda restitutio possessionis.

3 Non obstat, quod sit danda retentio pro damnis, expensis, & interesse, quia illa sunt prorsus illiquida, & similiter Dominus Guastauilanus offert se illam solu turum, facta liquidatione, ad quem effectum obtulit etiam cautionem, vt in decisione Domini mei Otani; nec applicatur, quod dicitur de melioramentis in decisione Putei 471. *lib. 2.* quia hic versamur in Saluiano, 4 in quo sola oblatio impedit prolationem sententiae.

An autem sententiae liquidatio facienda sit per assertionem damni passi iuxta conuentionem, erit alterius inspectionis, quando disputabitur dubium à me desuper descriptum.

Non obstat, quod Dominus Galletinus habeset mandatum perpetuum contra bona Archiepiscopi, quia si hoc mandatum potest exequi contra tertium possessorem, sententia non impedit, nec tollit, quominus exequi possit, &c.

CAPVTAQVEN.

Dceis. 138. lib. 1. in manuscript.

SVMMARIVM.

1 *Commissio sanatoria processus refectis expensis, dicitur conditionalis.*

2 *Depositum non releuat in liquidis, vel de facili liquidandis.*

3 *Nullitas, quae est solum in actis, & non fit nociua parti in aliqua executione facta, Rota de aequitate illam remittit, refectis expensis.*

DECISIO LXXIX.

IN Romanen. finium coram Deza 1. Februarij fuit dictum, quod Rota tenet, quod quando 1 adest commissio sanatoria processus, refectis expensis, censetur data iurisdictio sub conditione, & illa pars, quae tenetur reficere expensas, fecit depositum cum fideiussione, iuxta doctrinam Alex. *in l. 4. §. praetor ait. ff. de re iud. vt in rub. de* 2 *leg. 2. n. 13.* tale depositum eidem non suffragatur in liquidis, vel de facili liquidandis, vt euitet nullitatem processus; sed Rota de quadam lenitate admittit refectionem expensarum, & post 3 facto, quando nullitas est solum in actis, quae nō sit alteri parti praeiudicialis in aliqua executione facta, ita quod illi sit integrum ius faciendi suas defensiones, &c.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Bononien. Saluiani Interdicti, 15. Nouembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Immissio concessa facta liquidatione; non est exequenda, nisi prius fuerit facta liquidatio.*

2 *Sententiae non dicuntur conformes, si sententia mandat amoueri ante facta n liquidationem.*

3 *Sententia, in qua mandatur, dimitti possessionem facta liquidatione, est ita annexa in alia parte sententia, in qua mandat dimitti, quod non potest separari.*

DECISIO LXXX.

DOmini dixerunt sententias, de quibus agitur, non esse conformes, ad effectum, vt sit locus executioni illatum, quia in prima condemnatur Gallerinus ad dimittendam possessionem, postquam tamen fuerit facta liquidatio damnorum, & interesse, quo casu non poterat 1 D. Guastauilanus immitti, nisi facta prius liquidatione, iuxta ea, quae de clausula, *solutis prius melioramentis*, tradit Castr. *cons. 170. Ipso puncto in secundo dubio, lib. 2.* Caputaq. *decis. 17.* Neguf. *de pign. 4. memb. 5. par. prim. nu. 10. vers. concl. 3.* aliae vero 2 sententiae contrarium dicunt, nempe, quod Galletinus amoueatur ante factam liquidationem, vnde non sunt conformes.

Non obstat, quod respectu dimissionis possessionis sint conformes, quia ista qualitas tem-3 poris dimissionis faciendae, est ita annexa, quod non possit diuidi, ita vt censeatur tanquā pars distincta, & separata ab alia parte sententiae, in qua condemnatur Gallerinus ad dimittendum cum ad inuicem ista non se compatiatur, quod statim Gallerinus dimittat, & quod non possit amoueri ante liquidationem, &c.

R. P. D. PENIA.

Esina fideicommissi, 20. Februarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Melioramentorum aestimatio attendenda est de tempore praesenti, quantum scilicet hodie valeant.*

2 *Contrarium tenent plures D. D.*

3 *Expensa tantum reddenda sunt, quae impensae fuerūt, licet pluris valeant.*

4 *Rota tamen distinxit ibi remissiuè.*

5 *Deteriorationes cum melioramentis compensanda sunt.*

DECISIO LXXXI.

HAEredes Laurae in restitutione bonorum fideicommisso subiectorum oppofuerunt de melioramentis, de quibus duo periti retulerunt affirmantes, quod lo. in praedio della folla pro valore plantarum, quas ibi plantauerat, & mercede operariorum expenderat scuta 25. & quod hodie tam supradicta plantatio, quàm alia plantatio vnita versum fluminis ad illius cō pensam existen. vnā cum palificata esset valoris scutorum nonaginta comprehensis in cis scutis praedictis 25.

Secundo super prædio sancti Francisci expensa fuisse scuta 50. & quod hodie esset valoris scutorum 200. & in melioramentis domus eiusdem prædij expensa fuisse scuta 94. & prædictas summas simul acceruatas cõstituere summam scutorum 344. iuxta valorem de tempore præsenti, iuxta valorem autem de tempore factorum melioramentorũ constituere scuta 200,

1 Addebant informantes pro hæredibus Lauræ, iuxta *cons.* Ruin. 14. *num.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 113. *lib.* 3. attendendum esse tempus præsens, quantum scilicet hodie valerent respectu fructuum, qui percipiebantur, reparationes circa impetum fluminis.

2 Contrarium verò prætendebant Informantes pro Georginis contendentes eas tantum expensas fuisse restituendas, quæ factæ fuerunt tempore plantationis, vt per tex. *in l. in fundo. ff. de rei vend.* ibi, *solum quod impensum est*, & consequenter iuxta minorem æstimationem fuisse Georginos condemnandos ad impensas restituendas; hanc enim opinionem tenuerunt multi, & graues D.D. *in d. l. in fundo.* Paul. de Castr. *cons.* 270. *num.* 3. *vers. de impensa vero par.* 2. Marzar. *de fideicommis. quæst.* 65. *vers. regula enim est*, vbi

3 post citatos quamplures Doctores sic sentientes firmat ibi regulam, vt id tantum detur, quod impensum fuit, licèt pluris valeant, idem tenuerunt Capiec. *decis.* 93. *num.* 9. *vers. præsupposno vnum.* Bursat. *consi.* 11. *num.* 40. *& cons.* 71. *numero* 23. *lib.* 1. Natt. *consi.* 258. *numer.* 4. Neguſ. *de pignor. memb.* 4. *numer.* 11. *part.* 5. licèt ipse postea in aliam opinionem perpenderevideatur. Menoch. *de arbitr. casu* 258. *num.* 2. & contra Ruin. tenent alij, quos Hippol. Riminal. *consil.* 4. *numero* 78. *& sequen. libr.* 4. refert, vbi latè extendit rationes, Ruin. *consilio* 51. dicit se libentius sequi Castren. & sequent. quibus addit Siluan. *consili.* 49. *numero* 71. *versi. vnum præterea.* Bertrand. *consi.* 21. *numer.* 15. *lib.* 1. *parte posteriori*, *& num.* 85. *versicul. postremo* addit se parum moueri auctoritate Rolan. & Ruin. ex quo longè plus contrarium voluerunt.

Et licèt dubitari non possit, quando articulus sit anceps, & multiplici indigeat inspectio

4 ne, & distinctione iuxta dictas considerationes vt Rota aliàs sensit die 10. Decemb. 1589. coram Sanctissimo tunc Rotæ Auditore in vna Bononien. de Pipinis, tamen in hoc casu placuit Dominis, quod receptiùs videbatur amplecti, vt Georgini scuta 225. restituere teneantur, nam vsque ad eam summam de melioramentis constabat de tempore impensarum, iuxta tex. *in d. l. in fundo ff. de rei vend.*

. Quæ deducebantur ab Informantibus pro Georginis respectu deteriorationis non placue

5 runt Dominis, quia licèt deteriorationes cum melioramentis sint compensandæ, *l. si negotia.* vbi not. Bar. *de neg. gest.* Cutt. Iun. *cons.* 165. *nu.* 14. *par.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 50. *n.* 79. in hoc tamen casu non apparebant probatæ.

R.P.D. PENIA.

Romana Saluiani Interdicti, Veneris 11. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Statuta non dicuntur diuersa, quando vnum habet relationem ad aliud.*

2 *Appellatio sustinetur etiam non expressa causa grauaminis.*

3 *Causæ possessoriæ, & causæ Interdictorum, ex dispositione statuti Vrbis, tractandæ sunt sine strepitu, & figura iudicij.*

4 *Relatio est facienda ad proximè expressa.*

5 *Appellatio sustinetur, quando causa grauaminis est generaliter probata.*

DECISIO LXXXII.

PRopter assiduas preces Domini Mercurij Amodei, indulsit Sanctissimus D.N. vt ad eiusdem Mercurij instantiam causam iterum proponerem: qua proposita Domini iterarunt in decisis sub die 19. Nouembris proximè præteriti, quia constabat de duabus conformibus, quibus fuerat indicatum appellationem interpositam per Dominum Carolum Gabriellium à sententia primi Collateralis, non fuisse reijciendam; & consequenter factum fuisse locum promissioni Amodei obligantis se pecunias, de quibus agebatur, restituere, si iudicaretur per duas conformes, locum fuisse appellationi non obstabat, quod in appellatione non fuisset expressa causa grauaminis, ex noua consideratione ad ducta per informantes pro D. Amodeo, de diuersis statutis Vrbis, quia licèt statutum de forma proceden. in caulis possessorijs *c.* 89. *lib.* 1. ha-

1 beret relationem *ad c.* 89. de generali forma procedendi in summarijs, in quo non disponitur,

2 quod procedatur sine strepitu, & figura iudicij; idcoque nõ esse locum doctrinæ Ang. *cons.* 167. *n.* 1. dicentis appellationẽ sustineri, nõ expressa causa grauaminis.

Quoniam *in c.* 88. *de caus. summ.* declaratur, omnes causas possessorias, & interdictorias esse sũ-

3 marias, & in illis fore procedendum sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, & omni iuris solemnitate omissa. Dicebant Domini præcitatum cons. Ang. huic proposito optimè applicari.

Illa enim statuti verba *dicti c.* 88. *in quibus causis*, nedum referebantur ad proximè præcedentes causas, sed etiam ad possessorias, cùm non posset assignari ratio diuersitatis, cur relatio de

4 beat fieri solum ad causas proximè expressas, nõ autem ad omnes, cùm tamen omnes æqualiter forent priuilegiatæ.

5 Rursus, cùm causa grauaminis consisteret in mero iure, propter non concessam retentionem melioramentorum, quæ saltim in genere erant probata, sustinebatur appellatio sine expressio-

5 ne causæ grauaminis, Bal. *in l. minoribus. n.* 6. *C. de his quib. vt indig.*

Ad cætera, vel quia extra propositum vagabantur, vel non sustinebatur in facto, non fuerunt dignati Domini respondere.

REVERENDISS. SACRATO.

Romana Legatorum de Columna, Lunæ 27. Ianuarij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum datur Legatarijs super mobilibus pecunijs, & nominibus debitorum præstita cautione de restituendo, quo casu hereditas non est soluen-*

soluendo.

2 *Saluianum competit pro legatis.*

3 *Amplia procedere etiam super mobilibus pecuniis, & nominibus debitorum.*

4 *Retentionis exceptio in iudicio Saluiani tunc admittitur, quando est clara, secus quando est dubia, & requirit altiorem indaginem.*

5 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio Saluiani.*

6 *Inuentarium plene probat contra conficientem.*

7 *Retinere licet pro modico rem magni valoris donec sibi satisfiat, vel offeratur creditum.*

8 *Limita procedere, quando possideatur res indiuisibilis, ut puta gemma, vel prædium magni valoris.*

9 *Secus, quando petitur immissio super rebus diuisibilibus æstimatis, & super pecuniis, & nominibus debitorum, nam tunc creditor retenta summa pro qua est creditor, residuum tenetur restituere.*

10 *Retentio sine causa non conceditur.*

11 *Fideicommissi exceptio tanquam requirens altiorem indaginem non admittitur in Saluiano.*

12 *Fallit tamen, quando in continenti fideicommissum probatur.*

13 *Declara tamen, ut non sufficiat sola probatio fideicommissi, sed requiritur, quod fideicommissum absorbeat omnia bona relicta ita, ut non remaneant tot de bonis liberis super quibus possit creditum sustineri.*

14 *Exceptio non dicitur requirere altiorem indaginem, quando redditur dubia ex replicatione actoris.*

15 *Census impositus super re subiecta fideicommisso sustinetur, si remanet pars libera, quæ sit capax illius.*

16 *Fideicommissum non dicitur absorbere omnia bona, nisi probetur identitas omnium bonorum, & quod sint detracta portiones.*

DECISIO LXXXIII.

ROta censuit Legatariis D. Marci Antonij V. competere immissionem ex Saluiano super bonis mobilibus, pecuniis, & nominibus debitorum relictis per D. Marcum Antonium,
1 præstita tamen cautione per dominos legatarios de restituendo, in casu, quo hæreditas minime esset soluendo, iuxta not. *in l. fin. C. de petit. hered.* Rota in causa Foroliuien. bonorum coram Paleotto relata *inter diuers. impress. decis. 674. lib. 3. par. 3.*

2 Et quod pro legato competat Saluianum, tradit Gabr. *cons. 46. n. 21. lib. 1.* & fuit sæpe resolutum in Rota, nempe in causa Strigonien. legati 20. Iunij 1588. coram bon. mem. Card. Platto & in Fauentina legati 24. Nouembris 1589. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & in Romana legatorum 3. Nouembris 1599. coram Corduba.

3 Quæ conclusio procedit etiam super mobilibus, pecuniis, & nominibus debitorum, Rota in causa Romana Saluiani 11. Ianuarij 1602. coram bon. memor. Seraphino in Romana pecudum 24. Maij 1600. coram Illustrissimo Millino. & in Romana, seu Foroliuien. de Theodolis 15. Martij 1602. coram bon. mem. Penia.

Primum, & secundum extremum non controuertebantur, vnde difficultas fuit reducta ad exceptiones, quæ fuerunt factæ per informantes pro D. Comestabili herede cum beneficio legis, & Inuentarij d. D. Marci Antonij IV.

Nempe quod ipse ex propria persona est creditor hæreditatis d. Domini Marci Antonij IV. pro quibus creditis competit sibi retentio, sed ad hoc fuit responsum, quod si credita sunt
4 clara, competit retentio, si verò sunt dubia, & requirant altiorem indaginem nequaquam competere retentionem, quia in hoc iudicio minimè admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, *Rip. in rubric. ff. de pign. nu. 19. prope fin.* Natt. *cons. 532. nu. 4.* Dec. *cons. 89. nu. 2.* Menoch. *de adipisc. remed. 3. nu. 180.* Surd. *cons. 4. n. 36.* Rota in causa Romana Saluiani Interdicti 3. Martij 1608. coram Penia in Romana census 10. Iunij 1613. coram me, & alibi sæpe.

Propterea resolutio pendebat; An, credita prætensa per D. Comestabilem essent clara, vel potius requirerent altiorem indaginem super quo Domini considerarunt, quod aliqua credita sunt omnino liquida, vt sunt expensæ funerum, debita hæreditatis soluta per D. Comestabilem post mortem Testatoris, credita, quæ ipse D. Comestabilis habebat cum Testatore dum viueret, & pro istis dicebant D. Comestabili competere retentionem, verùm cùm ista credita non ascendant ad scuta 30. millia, & mobilia pecuniæ & nomina debitorum reperta in hæreditate d. D. Marci Antonij excedant summam 200. millium scutorum vti constat ex Inuentario
5 confecto per D. Comestabilem, quod contra illum plenè probat *l. final. C. de arbitr. tutel.* Bald. *cons. 407. nu. 6. lib. 1.* Castr. *cons. 393. n. 2. lib. 2.* Roma. *cons. 102. num. 3.* Socin. *cons. 159. num. 1. lib. 2.* Dec. *cons. 60. nu. 2.* Afflict. *decis. 313. in princ.* videbatur, quod prædictum creditum paruim possit releuare ad effectum impediendi immissionem super eo, quod est super deductis prædictis scutis 30. mil-
6 lia, cùm enim legata minimè excedebant 27. millia scuta, residuum vsque ad 200. millia erit omnino sufficiens pro legatis, neque satisfecit responsio, quod pro modico licet retinere rem magni valoris, donec sibi satisfiat, vel offeratur creditum, *ex not. in l. quamdiu. C. de distribut. pign. l. creditores. ff. eod. tit. l. moschis. & ibi glos. in verb. possessionem. ff. de iure fisc.* Quia fuit responsum
7 prædicta iura procedere, quando, vel possidetur res indiuisibilis prout si quis pro credito scutorum mille retineret gemmam scutorum decem millium, vel prædium maioris valoris, tunc enim quia non posset priuari parte quin priuaretur toto, *vt in 1. casu.* & quia de fructibus venit sibi satisfaciendum; *vt in secundo casu* ex not. *in l. 2. in fin. Cod. de pignor. act.* Bart. *in l. rem alienam, num. 16. ff. eod. tit.* qui fructus quanto sunt vberiores, eo citius sibi satisfiet, non debet cogi ad relaxationem nisi satisfacto sibi de suo credi-
8 to. Cæterùm, quando petitur immissio super rebus diuisibilibus æstimatis, & super pecuniis, & nominibus debitorum, omnis æquitas suadet, vt creditor retenta summa, in qua est creditor
9 residuum restituat, quia aliàs retineret sine causa, contra not. *in l. ex conducto. in princ. ff. locat.* Tiraquell. *in tract. cess. caus. par. 1. num. 189.* Galles. *ad form. Cam. oblig. par. 4. quæst. 1. num. 12.* Non enim posset retinere cautionem, quia iam est sibi

cautum, non propter satisfactionem de fructibus, quia est res infructuosa, & sterilis.

Alia sunt credita prætensa per D. Comestabilem ex eo quod D. Marcus Antonius IV. erexit montes super bonis à se possessis quæ bona dicit esse subiecta fideicommissis ad sui fauorem per mortem Marci Antonij IV. purificatis, qui quidem montes vnà cum fructibus decursis vsque ad præsentem diem, & pro maiori parte solutis à D. Comestabili excedunt summam scutorum 300. millium, & sic absorbet valorem mobilium pecuniarum, & nominum debitorum, relictorum per Marcum Antonium IV. super quibus modo prætendit Dominus Comestabilis pro dicto damno se relequare. Verùm ista debita censuerunt Domini non esse computanda ad effectum retardationis immissionis ex Saluiano, quia sunt turbida, & requirentia altiorem indaginem, vnde non debent admitti ex supra allegatis.

Quod sint talia patet, quia in effectu pendent à dictis fideicommissis: cùm enim Marcus Antonius reliquerit tempore suæ mortis bona stabilia excedentia valorem vnius Millioni scutorum, ita demum eius hæreditas remaneret debitrix dictorum scutorum 300. millium, si fideicommissum occupat omnia stabilia; ita vt saltem non remanet libera pro dictis scutis 300.
10 millia, exceptio autem quæ pendet à fideicōmissis tāquam requirēs altiorē indaginem non admittitur ad impediendam immissionem ex Saluiano, in Rota in causa Cesenaten. bonorum 28. Iunij 1596. coram bon. mem. Cardinali Seraphino in Romana Saluiani 13. Ianuarij 1603. coram Litta, & in alia Romana Saluiani 1. Iulij 1613. coram me, & licèt conclusio non proce-
11 dat, quando fideicommissum in continenti probatur, vt fuit dictum in causa Viterbien. bonorum 7. Nouembris 1586. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, attamen visum fuit Dominis in præsupposito casu non adesse sufficientem probationem: nam si ex deductis pro parte D. Comestabilis apparet adesse multa fideicommissa in domo de Columna, & notoria sit eius descendentia fideicommittentibus, siue à vocatis, attamen remanet adhuc illiquidum,
12 An, fideicommissa absorbeant omnia bona relicta per Marcum Antonium IV. ita vt non remaneant tot de bonis liberis, super quibus possint sustineri montes, inspectio enim pendet ab eo, An, nonnulla corpora fuerint in bonis fideicommittentium, & signanter Castra Marini, & Roccæ Papæ, quæ fuerunt acquisita per Marcum Antonium IV. ab Ascanio q. Cardinalis Columna, & sunt magni valoris.

Item, An, ex corporalibus, quæ non dubitatur fuisse in bonis fideicommittentis sint detrahendæ portiones legitimæ, & Trebellianicæ, vel potius fuerint aliàs detractæ, nec dicatur, quod istæ sint replicationes ex parte actoris,
13 quæ non faciunt, vt exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, iuxta not. per Afflict. *decis.* 63. Put. *decis. 243. lib.* 3. Ruta in causa Romana, seu Amerina domus 25. Octobris 1577. coram Cantuccio relata *inter impress. decis. 57. nu. 4. & 6. par.* 2. & in Romana de Marcicottis 20. Nouembris 1613. coram me, quia sunt de intentione rei, cui non sufficit simpliciter ostendere fideicommissa, sed debet illa ostendere talia quæ absorbeant
14 omnia bona, quia aliàs in parte libera sustinetur impositio grauaminis, prout in simili de censo imposito super re subiecta fideicommisso, quod sustineatur in parte libera fuit decisum in causa Romana census de Cincijs 17. Aprilis 1600. coram bon. memor. Penia in causa Romana census de Palatiis 2. Nouembris eius-
15 dem anni coram me. Et in his terminis tenuit Rota in causa Romana Saluiani interdicti 18. Maij 1598. coram Orano, talia igitur non sunt fideicommissa, nempe absorbentia omnia bo-
16 na, nisi probetur identitas omnium bonorum, & quod iam sint detractæ portiones, quia aliàs in parte libera a fideicommisso potuit imponi onus Montium.

Alia denique sunt debita, quæ non sunt soluta à D. Comestabili, nec illi debentur, sed prætenduntur per extraneos cum hæreditate, & per hæc fuit dictum, non posse retardare immissionem, sed sufficere cautionem præstandam per legatarios, iuxta not. *in d. l. fin.* vbi bene Castr. *nu.* 4. *C. de petit. hæredit.* Rota *in d. decis. 674. lib. 3. par.* 3. *diuers. impress.*

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO,

Valentina Decimarum de Gandia.
24. Februarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum materia ad effectum remissoriæ concedendæ reputatur prophana.*

2 *Remissoria in causis prophanis passim, & in quacunque instantia conceditur, etiam sine fumo, quando est releuans.*

3 *Possessio quadraginta annorum suffragatur vni Ecclesiæ contra aliam Ecclesiam.*
Ampliæ procedere etiam si ius commune resistat, dummodo non assistat alteri Ecclesiæ.

4 *Remissoriam petenti sufficit dicere præscriptionem velle probare, & dicere se legitime præscripsisse.*

5 *Remissoria ad hoc vt denegetur sub prætextu quod agatur de spolio est necesse, quod spolium fuerit probatum quod præsertim procedit, quando cessat calumnia.*

6 *Spolium præscribitur spatio quadraginta annorum secundùm opinionem quam sequitur Rota.*

DECISIO LXXXIV.

1 CONcluserunt Domini dandam esse Capitulo de Gandia remissoriam, quæ in prophanis, qualis ad hunc effectum reputatur materia decimarum, Caputaq. *decis.* 54. *lib.* 2. solet passim in quacunque instantia, & sine fumo concedi, quando est releuans, præsertim cùm ista lis sit cœpta in Curia in prima instantia, & sæpius fuit decisum.

2 Releuantia est clara, quia agitur de probanda quadragenaria, quæ suffragatur Capitulo de Gandia ad fundandam eius intentionem super decimis contra Capitulum Valentinum, *cap. de* 4. *cap. ad aures, & cap. illud cum ibi not. de præscript.* Abb. *in cap. cum sint homines sui num.* 6. *circa fin. de decim.* Balb. *de præscript.* 2. *par.* 5. *principal. in princ.*

*in princ.nu.*4.Put.*decis.*252.*lib.*3.*cum allegat.*

3 Neque obstat defectus tituli, quia eo non indiget Capitulum de Gandia cui licèt ius commune resistat quo ad decimas alterius Parochiæ, sufficit tamē ad hunc effectum, quod non assistat Capitulo Valentino agenti, qui super istis decimis nititur donatione Regia, non autem iure communi, Glos.*in cap.*1.*& in vers.titul. circa fin.vers.& secundum hoc,de præscrip.in* 6. cum quibus omnes ibi transeunt, vt dicit Franc.*n.*7. Ant.de Butr.*in cap.peruenit,nu.*14 *de censi.us.* Anchar.*cons.*162.*sub num.*3. Balb. *de præscript.* 1.*par.*5. *principalis,quæst.* 8. *num.*9. & fuit dictum coram me in causa Conchen. decimarum sub die 20. Aprilis 1592.

4 Præsertim, quod nunc tantum agitur pro obtinenda remissoria, & sufficit præscriptionem probare volenti allegare, & dicere se legitimè præscripsisse, & post Innoc.Hostien.&Io. Andr. *in cap.fraternitatis de test.* tradit Rota *decis.*7.*nu.* 4.*de probat. in nouis.* & facta probatione videbitur, an sit legitima, vltra quod non potest dici constare de defectu tituli Capituli de Gandia, etiam quod de eo in actis non appareat quandiu de eo docere poterit per scripturas, vel aliud genus probationis quatenus eis opus erit, Aegid.*decis.*103.

5 Neque remissoria est deneganda ex eo, quod agatur in spolio, quia illud hactenus non fuit probatum, Cassad.*decis* 1.*nu.*2.*de dilat.* præsertim cessante calumnia, Cassador. *eod.tit.decis.*3.Put. *decis.*415.*lib.*2.vltra quod petitur ad probandam præscriptionem, quæ iuxta opinionem, quam hodie tenet Rota habet locum etiam in spolio, vt fuit decisum in causa Mediolanen.bonorum coram R.P.D. meo Seraphino sub die 27. Maii anni præteriti.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Imolen. Saluiani Interdicti Lunæ 27. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

Hypotheca est fundamentum Saluiani.

2 *Præscriptio habet locum in hypothecaria, & consequenter excludit Saluianum.*

3 *Clausula generalis in mandato posita, videlicet, ad omnes causas coram aliis iudicibus, intelligitur solum de motis, & mouendis, & de causis contra eum motis.*

4 *Hypotheca præscribitur spatio quadraginta annorum cum titulo, & bona fide.*

5 *Præscriptionem opponens, tenetur probare fuisse præsentem.*

6 *Præsentia præsumitur, vbi quis habet domicilium in eadem ciuitate.*

7 *Absentia est probanda ab eo, qui eam opponit.*

8 *Præsentia non præsumitur, quando quis non esset eiusdem ciuitatis.*

9 *Præscriptio longi temporis non habet locum in eo, qui causam habuit à debitore, sed indiget præscriptione triginta, vel quadraginta annorum & num.*12.

10 *Intellige, procedere in eo, qui successit titulo vniuersali, & repræsentat personam debitoris, secus est in eo, qui successit debitori, titulo singulari, & num.*11.*&* 12.

DECISIO LXXXV.

COmes Andreas Bardela, & Domina Aurelia eius vxor die 8.Iulij 1580. vendiderunt Marco q. Ioanninæ prædium, de quo agitur, pretio librarum octo millium, & R.P.D.Marcellus Vestrius fideiussor accessit, & tanquam principalis, & in solidum in ampliori forma Cameræ cum expressa hypotheca omnium bonorum de euictione se obligauit, vt constat publico instrumento.

Et hoc quidem prædium eidem Marco incontinenti fuit traditum, & ab eo sine vlla controuersia vsque ad hanc litem possessum.

Nunc verò D. Accursius Vandinus tanquam creditor prædicti Comitis scutorum 150. mutui occasione, contra eundem Marcum, tanquam possessorem dicti prædij, intentauit vtile Saluianum Interdictum, quia, vt ipse asserit, idem Comes Andreas eidem pro dicta summa generaliter omnia bona sua obligauit.

Et ad probandum huiusmodi creditum, & hypothecam, idem Accursius exhibuit duas apochas ab eodem Comite scriptas, & subscriptas, quarum vna scutorum 50. sub die 19. Februarij, 1578. altera scutorum 100. sub die 29. Aprilis 1579. in quibus se obligauit in ampliori forma Cameræ à publico Notario extendēda, & huiusmodi apochæ fuerunt sufficienter recognitæ, & in libro D. Lauaiani nummularii in Vrbe adminiculatæ.

Ex aduerso pro Marco fuit oppositum non
constare de credito, & multo minus de hypo-
1 theca, quod est fundamentum Saluiani.
2 Item fuit opposita exceptio præscriptionis
decem annorum, quæ cum bona fide, & titulo inter præsentes locum habet, & actionem hypothecariam, & consequenter Saluianum excludit.

Verumtamen Imolen. Prætor, citato Pomponio Stigio tanquam Procuratore eiusdem Marci ad fauorem D. Accursii, sententiam tulit, eumque immittendum esse in possessionem dicti prædii, mandauit, donec fuerit ex fructibus satisfactus.

Ab hac sententia Marcus appellauit ad Auditorem Cameræ, cuius appellationis causa est commissa cum voto Rotæ, & R.P.D. Vestrius, tanquam necessarius defensor iudicium suscepit, & ex communi parte, & consensu votum meum exquirunt super hoc dubio: an dicta sententia sit confirmanda, vel infirmanda, quod cùm proposuerim, placuit Dominis ex duobus capitibus reuocanda.

Primum est quod Marcus in hac causa, quæ agitur, non fuit legitimè citatus, & consequenter sententia nullius momenti, *Clement.pastoralis, de re iud.l.de vnoquoque, ff. de re iud.* nam Strigius, qui fuit citatus, non est Procurator in hac
causa, quæ agitur contra D. Accursium constitutus, & clausula generalis, quæ subiicitur, *&*
3 *ad omnes causas coram aliis iudicibus, &c.* intelligi-
tur de solum motis, & mouendis contra eum dumtaxat, cuius nomen in mandato fuit expressum non autem contra alios, Bart. *in l.quod dicitur in princ.ff.de tutel.* quod est singulare dictum, vti notat Roman. *sing.*155. *incipit constituto Titio Procuratore:* vbi etiam dicitur ita fuisse de-

cisum, quamuis ipse contradixerit, & hanc opinionem sequitur Felin. *in cap sedes num. 2. vers. & licet, de rescript.* Dec. *cons. 5*2. *num. 9.* Natt. *cons. 191. nu. 3 & 4.* & ita fuit etiam dictum apud Put. *decis. 118. lib. 1.*

Secundum caput est, quod sententia est iniusta, nam supponendum sine veri praeiudicio, quod D. Accursius habeat hypothecam, & eam quidem anteriorem: tamen cùm Marcus ipse

4 praedium, de quo agitur, iusto titulo, & bona fide possederit spacio 10. annorum, & amplius, cuius est praescriptio longi temporis, *l. 1. C. si aduersus credit. l. vlt. C. de act. & oblig. & l. vlt. de praescript. longiss. temp.* Specul. *de praescript. §. 1. nu. 29.* & haec est communis Doctorum sententia, vt testatur Paris. *cons. 50. lib. 1.* & Tiraquel. *de retr. lign. §. 1. gl. 10. nu. 11.* Gabr. *conclus. 7. num. 8. de praescript.*

5 Neque ad rem pertinet, quod ille, qui opponit praescriptionem decem annorum, debeat probare aduersarium fuisse praesentem, & nisi probauerit, deficiat in salutari suo, vt inquit Bal. *in l. penult. ad fin. C. quib. mod. ob long. temp. praescript.* Alex. *cons. 118. n. 10. in fi. lib. 2. & cons. 92. ad fin. lib. 5. & cons. 193. n. 13. lib. 6.* Bero. *cons. 191. n. 29. lib. 1.* Roland. *cons. 79. num. 31. li. 1.* quia cùm creditor, &

6 possessor sint ciues eiusdem ciuitatis Imolae, & habeant domicilium in eadem ciuitate Imolae, praesentia praesumitur, vt intelligitur *in d. l. vlt. C. de praescript. long. temp.* & ita apertè sentit Bart. *in l. si is potest, num. 17. de acquir. hered.* & in his terminis quidquid contradixerit Iacob. Butrig. ita tenet Bald. *in l. emptor, num. er. 2. & 3.* & sequitur Ang. *num. 2. vers. sed pone quaest. de praescript. long. temp.* qui dicunt ita de facto, & consuetudine se vidisse millies obseruari, & bene, quia erit im-

7 possibile probare aliquem fuisse praesentem per decennium, nisi fuisset carceratus, & ideo ibi ipsi replicando allegant absentiam ipsius, incumbit onus probandi, & hanc opinionem sequitur etiam Alexand. *in cons. 220. num. 4. & 5. lib. 6.* Corn. *cons. 246. num. 16. & cons. 6. num. 12. lib. 2.* & Soc. Sen. *cons. 121. num. 1. lib. 1.* Balb. *de praescript. in 1. par. 4. par. in princip. quaest. 3. num. 4.* vbi post Corn. ita conciliat repugnantes Doctores, & diuersam sententiam intelligit, vt locum habeat

8 inter eos, qui non sunt ciues eiusdem ciuitatis, & hanc quoque opinionem sequitur Cravet. *cons. 140. numero tertio, vers. & cum se fundet pars.*

Neque etiam refragatur, quod haec praescriptio longi temporis non habeat locum in eo, qui causam habuit à debitore, sed videatur in-

9 digere praescriptione 30. vel 40. annorum, *l. cum notissimi, in princip. §. 1. de praescript. 30. vel 40. annorum* Neguz. *de pignor. & hypoth. par. 6. memb. 2. in princ.*

10 Quia respondetur hoc esse intelligendum de haerede, qui succedit titulo vniuersali, & repraesentat personam ipsius debitoris, *§. 1. in auth. de iureiur. à mor. praest. & l. haeres, de acquir. hered.*

11 Diuersum autem est in eo, qui debitori succedit titulo singulari, vt est emptor, vel donatarius, & alius similis, *glos. in d. l. 1. in verb. successerunt, C. si advers. cred.* & ibi Bart. *in summario*, vbi

12 dicit, quod contra hypothecarium praescribitur longo tempore à quolibet possidente excepto debitore, vnà cum eius haerede: idemq; scribit Bald. *nu. 1. vers. in textu ibi, & iura eorum successerunt*, & Salic. *nu. n. 2. vers. oppono*, & ita apertè etiam sensit Specul. *de praescript. §. 1. num. 29. vers. sed quod de hypotheca*, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glos. 10. nu. 11.* qui ab hac praescriptione 10. vel

13 20. annorum excludit solum debitorem, & eius haeredem, non autem emptorem, vel donatarium possidentem, cum titulo, & bona fide, & hoc dicitur ab omnibus passim, & vbique receptum esse.

Atque ex his conclusum fuit sententiam latam ad fauorem D. Accursij esse reuocandam.

R. P. D. IVSTO.

Romana Saluiani Interdicti Mercurij 5. Decembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca praescribitur spatio decem annorum.*
2 *Limitatur in tertio habente causam à possessore.*
3 *Sed intellige procedere in habente causam titulo vniuersali, non titulo particulari.*
4 *Clausula, constituti, transfert veram possessionem.*
5 *Possessio prodest ad inchoandam praescriptionem.*
6 *Possidens praesumitur possidere vsque ad mortem.*
7 *Successor vniuersalis, seu particularis possidens potest allegare continuationem possessionis defuncti, vel auctoris sui vsque ad obitum.*
8 *Praescriptio non interrumpitur per actus factos post completam praescriptionem.*

DECISIO LXXXVI.

Contra D. Carolum Gabrielium agentem Saluiano Interdicto dixerunt Domini ob-

1 stare praescriptionem decennalem hypothecae, iuxta text. *in l. 1. & 2. C. si aduersus cred. praescript. oppon.* Aym. *cons. 148. n. 6.* Afflict. *decis. 139. cum alleg. in* Roland. qui alios citat, *cons. 79. n. 7. & 8. vol. 1.* & fuit dictum in Rota coram Illustrissimo Mantica, tunc Rotae Auditore in Imolen. Saluiani Interdicti 27. Iunij 1594. & saepe alias in similibus causis.

Neque obstare limitationem Ripae *in rubr. de pigno. in 2. memb. vers. sed si titulum habeat.* Neguz. *de pignor. in 2. memb. 5. par. princ. in princip.* vbi di-

2 cit regulam non procedere in tertio, qui habet causam à possessore, quia Domini hoc intelligunt in habente causam titulo vniuersali, non

3 autem titulo particulari, & ita loquitur text. *in l. cum notissim. §. 1. C. de praescript. triginta vel quadraginta annorum.*

Cursus autem praescriptionis in hoc casu probatur, quoniam habemus instrumentum emptionis domus per bon. memot. Ioannem Paulum Vtinum, celebratum die 28. Iunij 1578. qui obiit 8. Augusti 1588. vt habetur in fide Parochi,

4 & cùm adsit clausula *constituti*, quae dat veram possessionem *l. quaedam, ff. de rei vend.* Abb. *in c. 2. n. 13. vers. quartum exemplum, de consuet.* Tiraq. *de constit. poss. ff. par. 1. n. 17. & 18.* siquidem ex antecedenti possessione Petri constituentis apparet ex fide notarij, qui attestatur de capta possessione per Petrum 4. Iunij 1578. & haec possessio pro-

5 dest ad inchoandam praescriptionem, glos. fin. *in cap fine possessione, de reg. iur. in 6.* Bar. *in l. Celsus, nu. 22.* vbi Balb. *num. 6.* qui concordantes allegat,

6 *ff. de vsucap.* & praesumitur continuata vsque ad obitum,

obitum, Rota decis. 4. de probat. in nou. Cyn. in l. 1. n. 16. circa med. vers. sed qualiter apparebit, & ibi Bald. num. 17. vers. aduerte, quod autem probatur, C. vti possid. Castr. in l. non ignorabit, num. 5. C. ad exhib. & tenuit Rota coram bon. mem. Lauretano in Romana Palatij 10. Octobris 1578. vbi probatur successorem vniuersalem, seu par-
7 ticularem eius, qui possidet, posse allegare continuationem possessionis defuncti, vel auctoris sui vsque ad obitum: quæ comprobatur, quia testes probant veram possessionem Ioannis Pauli, licèt forsan in cæteris non concludant.

Non obstat, quod anno 1591. Petrus egerit contra Fabiam super possessione domus, vnde Fabia videtur possidere: nam licèt probari pos-
8 sit interruptio præscriptionis ex actibus intermediis, Cyn. & Bal. allegatis, non tamen sufficit allegare actus post præscriptionem, quia debet infringi possessio defuncti, ita loquitur allegata decis. coram bon. mem. Lauretano, & hoc modo tollitur obiectum, quod Illustris D. Catherina anno 1591. egerit spolio, & consequenter ceciderit à possessione, quia fuit post finitam præscriptionem viuente Ioanne Paulo patre, & ea actione possessionem recuperauit.

Ex quibus ita decisum fuit, & reseruatum, vt videatur, an D. Carolo suffragari possit restitutio in integrum.

R. P. D. ORANO.

Romana hæreditatis de Beuilacqua die Lunæ 13. Maij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Creditrix non potest suum consequi creditum, nisi prius per eam fuerit reddita ratio administrationis, & nu. 12.*

2 *Creditor administrans bona debitoris, præsumitur sibi satisfecisse.*

3 *Hypotheca extinguitur per solutionem.*

4 *Saluiano Interdicto, & quorum bonorum non est locus, nisi probata possessione.*

5 *Possidens iure familiaritatis viuente marito, non dicitur mutata causa possessionis, nisi fuerit declaratum.*

6 *Aditio hæreditatis solo animo fieri potest, tamen de animo constare debet.*

7 *Possessionem mutare non præsumitur.*

8 *Adire hæreditatem dicitur, si filius hæres institutus domum paternam inhabitaret.*

9 *Possessionem bonorum hæreditariorum, propria auctoritate accipere potest filius adeundo hæreditatem.*

10 *Adita hæreditate, mulier non potest possessionem rerum dotalium propria auctoritate ingredi, nisi consentiente hærede.*

11 *Saluiano non est locus, si lapsi sunt decem anni, ex quo tempore hypotheca præscribitur.*

DECISIO LXXXVII.

IN causa Romana hæreditatis de Beuilacqua, quia pro parte Iuliæ ad iustificationem sententiæ Auditoris Cameræ, in qua declarabatur immittēdam in possessionem medietatis domorum per Luparellos, & Illustrissimos Dominos Gaietanos possessarum, producta fuerunt duo instrumenta: vnum videlicet editum super pactis dotalibus, quond. Iuliæ matris, alterum continens confessionem dotis per Philippum recuperatæ, & pro illius assecuratione, in euentum quod locus fieret restitutioni, cum adiectione specialis hypothecæ super domibus postea per Luparellos acquisitis. Ideo dedi dubium stantibus prædictis instrumentis, & aliis hinc inde deductis, an sententia domini Auditoris Cameræ, mandans Iuliam immitti in possessionem partis domorum à Luparellis acquisitarum, & vlterius ab illustrissimis dominis Gaietanis emptis, possit pro rata medietatis dotis, & iurium dotalium dictæ quondam Iuliæ confirmari, &c. Domini verò responderunt, sententiam non posse pro dicta rata confirmari, nisi prius per Iuliam hæreditatem Iuliæ ex parte vendicantem, reddita ratione administratæ tutelæ quondam Ludoui-
1 ci. iuxta text. in l. 5. §. hac actio. ff. de negot. gest. l. tutela. l. omnes tutores. C. arbitr. tutela. Dec. consil. 116. col. fin. Boer. decis. 59. in princ.

Cùm enim constet Iuliam durante dicta administratione multas notabiles pecuniarum summas ad Ludouicum pertinentes exegisse, intrat præsumptio ex illis de sua dote, & aliunde per pupillum debitis sibi fuisse satisfactum,
2 l. peculium, la 2. §. præterea. ff. de pecul. Affl. decis. 13. num. 16. Cagnol. in repet. l. singularia. num. 70. cum multis seq. ff. si cert. pet. in tantum, quod per
3 solutionem extincta obligatione, & hypotheca, occasione dotis super domibus hodie per Luparellos possessis, constituta nulla videbatur ad fauorem Tulliæ super illarum parte debuisse decerni immissio. Nam cùm illa fundaretur, vel in interdicto quorum bonorum, vel
4 in Saluiano, illi non aliter poterat esse locus, nisi probata possessione Iuliæ, l. 1. ff. quorum bonorum. Socin. consil. 131. in princip. lib. 1 Possessio autem illorum iure familiaritatis, viuente mari-
5 to penes se existens, non censetur per eius obitum mutata, nisi hoc declarauerit, argumento l. dotis actione. C. solut. matr. & ibi Ang. Bald. consil. 35. lib. 3. sicut dicitur de actione hæreditatis adi-
6 tæ, quæ etiam, quod solo animo fieri possit, l. si aute. C. de iur. delib. tamen requiritur, quod de
7 animo constet, vt notatur in l. pro herede. in
8 princip. & per Bart. in l. gerit. ff. de acq. hæred. tum quia animus mutandi possessionem non præsumitur, l. cùm hic status. §. 1. de donat. inter vir. & vxor. tum etiam, quia cùm Ludouicus esset hæres à patre institutus, & habitaret domum paternam, videtur adiuisse hæreditatem, l. 1. C. de repud. hæred. Batt. & Doct. in l. non hoc. C. vnde
9 legit. & ex tali aditione potuisse propria auctoritate possessionem bonorum hæreditariorum accipere, l. cùm heredes, in princip. ff. de acquir. poss. Ang. in l. 2. in princip. C. quorum bonorum. Dec. consil. 131. Quorum altero stante Iulia, nisi con-
10 sentiante hærede, potestatem ingrediendi possessionem rerum dotalium non habuit, Dec. in l. dotis. C. de collat. & consequenter Interdictum quorum bonorum Iuliæ non competit.

Minus etiam immissio erat decernenda ex Saluiano, quia conceditur tantum pro redemptione ad tempus, quo fuerit de credito satisfactum; & cùm à die, quo locus fuit factus re-
11 stitutioni dotis, lapsi essent amplius, quàm decem anni, expirauit beneficium Saluiani, per

decenniũ. n. hypotheca præscribitur, *l. 1. & 2. C. aduersus creditorem.* Quod etiam dicendum est respectu partis domus Illustriss. Dom. Gaietanis venditæ, quia domum fuisse possessam à Iulia, non docetur, & quatenus appareret, constat ex præsumptione iuris, dotem Iuliæ fuisse solutam, nisi Iulia ex rationibus administrationis, & calculo facto, & faciendo de contrario constare faciat.

REVERENDISS. SACRATO.

Romana census, Venetiis 8. Nouembris 1613.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotale non est compensandum, cum legato facto per coniugem, sed vtrumque debetur, & num. 6.*

2 *Compensatio de debito voluntario ad legatum non admittitur.*

3 *Debitum voluntarium dicitur illud, quod trahit originem, & initium à voluntate hominis, licèt ex postfacto fiat necessarium.*

Contractus, & quasi contractus omnes à principio sunt voluntatis, & post facto necessitatis.

4 *Lucrum dotis dicitur debitum voluntarium reiecta contraria opinione.*

5 *Amplia maximè procedere, in Vrbe in qua statutum non mandat simpliciter deberi quartum, sed disponit, quod pactum circa lucrum dotis semper in instrumentis censeatur appositum, nisi expressè sit remissum.*

7 *Gabr. conf. 13. nu. 31. lib. 1. reprobatur.*

8 *Vxori cui relictum est legatum à Viro debetur legatum & dos, nisi specialiter pro dote legatum fuerit.*

9 *Disposita in dote habent etiam locum in lucro dotis.*

DECISIO LXXXVIII.

Domini fuerunt in voto, quod lucrum dotale non esset compensandum cum legato, sed vtrumque deberetur, moti fuerunt, quia
1 lucrum dotale in proposito casu debet dici debitum voluntarium, quo casu non esse locum
2 compensationi, admittunt omnes, per text. *in l. creditorem 87. ff. de legat. 2. Bart. in l. si cum dotem, §. pater nu. 3. ff. solut. matrim. Ias. in Authen. præterea nu. 18. in princ. C. vnde vir, Rol. cons. 65. num. 29. cum pluribus seq. l. 2. latè Gomes. var. resol. tit. 1. cap. 12. num. 27.* cum pluribus relatis per Illustrissimum Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 2.* & per Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 110. num. 7.*

Quod autem sit debitum voluntarium patet,
3 quia illud dicitur debitum voluntarium, quod trahit initium à voluntate hominis, licèt ex post facto fiat necessarium, vt sunt omnes contractus, vel quasi. Bald. *in l. si vxor. num. 4. C. de bon. auct. iud. poss.* Pedem. *decis. 167. nu. 25.* Illustrissimus Mantica, *vbi supra n. 4.* Surd. *cons. 196. n. 37.*

In proposito autem casu videtur, quod istud lucrum dotale trahat initium suum à voluntate hominis. nam & si controuersia sit inter Doctores: An statutum mandet simpliciter soluto matrimonio solui quartam pro lucro dotali, istud lucrum ad effectum de quo agitur dicatur debitum necessarium, vel voluntarium, & quod dicatur necessarium, tenent plurimi relati per Illustrissimum Manticam, *vbi supra nu. 7. & 8.* cùm tamen contrarium, quod sit volunta-
4 rium, tenuerint Roland. *de lucro dotis quæst. 86. num. 10. cum seq.* & alii relati per Surd. *cons. 112. num. 64. & cons. 196. num. 36. & seq.* & facit distinctio Ripæ *in l. si insulam num. 60. ff. de verb. oblig.* verumtamen visum fuit Dominis casum
5 versari extra prædictam difficultatem, quia statutum Vrbis 131. *lib. 1.* non mandat simpliciter deberi quartum dotale, quo casu potest quartum deberi ex mera legis auctoritate absque nullo facto hominis, vt considerant Doctores tenentes opinionem, quod debitum sit necessarium, sed disponit, quod pactum circa lucrum dotis in instrumentis censeatur appositum, & stipulatum nisi de partium voluntate sit remissum, & sic statutum procedit per viam præsumptæ voluntatis contrahentium, non autem ex propria statuentium auctoritate. Vn-
6 de in terminis huius statuti Romani, quod non sit locus compensationi, tenuit Rota in causa Romana donationis propter nuptias 1. Iulij 1577. coram bon. mem. Blanchetto, & licèt in causa Romana legatorum, & vsusfructus 1. Iulii 1611. coram R. P. D. meo Caualerio Rota visa fuerit inclinare in contrariam sententiam, attamen ibi non fuit disputatus articulus, vnde nunc Rota residet in *d. decis.* coram bon. mem. Blanchetto. Quantum ad Gabr. *cons. 16. numer. 31.*
7 *lib. 1.* qui loquitur in terminis statuti Vrbis, visum fuit Dominis, quod in effectu nihil firmet, & quatenus firmaret non esse bonam illius opinionem, corroboratur ista opinio ex text. *in l. 1. §. primum itaque. C. de rei vxor. act.* vbi disponitur,
8 quod vxor habeat dotem, & legatum, nisi specialiter pro dote legatum ei fuerit à marito re-
9 lictum. Rota autem sæpe resoluit disposita in dote habere locum in lucro dotis, vt in causa Romana dotis de Maximis 3. Martij 1606. coram R. P. D Pamphilio in Romana lucri dotis 9. Ianuarij, & 23. Martij 1606. coram R. P. D. Decano, & in Romana dotis de Cupis 9. Aprilis 1612. coram me.

Coniecturæ, quod testatrix voluerit fieri compensationem, visæ fuerunt satis leues, & bene sublatæ per informantes pro D. Io. Antonio Legatario.

ILLVSTRISSIMO BLANCHETTO.

Romana fructuum quinquaginta millium 1. Iulij 1577.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio admittitur cum lucro dotis.*

2 *Compensatio opponi potest etiam post rem iudicatam.*

3 *Compensatio non admittitur cum fructibus rei donatæ, & nu. 11.*

4 *Geminatio verborum multum operatur.*

5 *Amplia, quod operatur augmentum non diminutionem.*

6 *Verbum libera, totalitatem significat.*

7 *Donatio propter nuptias, est pars, & augmentum dotis.*

8 *Exceptio facta in vno casu, ad similes porrigitur.*

9 Compen-

9 *Compensatio non admittitur in possessorio donec nõ sit finitum petitorium.*

10 *Compensatio opponi non potest in eo, quod ex restitutione consequi potest, nec dicitur petita, vel obtenta.*

11 *Debitum occasione donationis propter nuptias dicitur voluntarium, non necessarium, cùm statuto renunciari possit, & ipsi donationi.*

13 *Legatum vsusfructus non compensatur cum debito ex dispositione legis.*

DECISIO LXXXIX.

PRoposui 1. Iulij 1577. Romana quinquaginta millium fructuum inter Illustrissimas Portiam de Cesis, & Magdalenam Vrsinam in qua dubitaui, An exceptio opposita per Portiam, quod Lelius in donatione causa mortis facta Magdalenæ vxori de summa triginta millium aureorum eius vita durante, quam ipsa consecuta fuit, comprehendat lucrum donationis propter nuptias ex statuto debitũ eidem Magdalenæ per præfatam Portiam solutum, sit admittenda in præsenti iudicio, & an sit locus compensationi, etiam cum fructibus, de quibus agitur, quod dubium proposui Mercurij 26. Iunij proximè præteriti, & quo ad primã partem Domini non dubitabant exceptionem
1 istam esse admittendam, cùm quandocumque etiam in executione rei iudicatæ opponi
2 possit, Capel. Thnlosan. *decisi 263. num. 3.* Afflict. *decisi. 123. num. 3. & 4.* DD. omnes *in cap. suborta de re iud.* & hoc maximè dicendum est, quia allegata compensatio non requirit iuris disputationem, cùm partes sint in confesso, Magdalenam de dicta donatione iam fuisse satisfactam.

3 Quo verò ad secundam partem Domini tenebant non esse locum compensationi cum fructibus, de quibus agitur, mouebant ipsos primo verba, de quibus in donatione Lelij. videlicet, *dono, & sỏ libera donatione*, quæ geminatio
4 plurimum debet operari, *l. balista. ff. ad Trebell. & cap. si Episcopus de iure iurando.* cum alijs per Soc. *cons 249. num. 16. in fin. lib. 2.* & augmentum non
5 autem diminutionem inducit, Ruin. *consil. 98. numero 12. libr. 2.* & hoc est tritum in iure, consi-
6 derabant etiam verba *libera*, quod verbum totalitatem, vt inquit Aym. *consil. 122. numero 5.* significat, accedit clausula, *vltra dotem suam*,
7 cuius dotis pars, & augmentum est ipsa donatio, Aym. *consi. 149. numero 6.* cùm alijs, quos inter recentiores refert Menochius *consilio 56. num. 33.*

8 Vnde Lelius excipiendo censetur excepisse donationem propter nuptias, cùm exceptio facta in vno casu, ad similes porrigatur, Imol. *in consil. 7. numero 2.* Dec. *in l. 1. num. 32. de reg. iur.*

Vltimo dicebant, quod cùm adhuc iudicium petitorium non fuerit perfectum, & quicquid agit, agitur in iudicio possessorio, vtique non est locus compensationi, cùm fructus debiti D. Magdalenæ debeantur ex remedio vtilis Saluiani Interdicti, & per ipsam intentati, non autem ex eo quod donatio Lelii fuerit valida, cùm adhuc non constet. Donec igitur pendet petito-
9 rium non potest dari ista compensatio, sicut nõ potest deduci in compensationem, quod quis possit consequi ex restitutione in integrum, ista
10 non adhuc petita, & obtenta, ad notata per Bar. & Doctores *in l. vlt. §. final. ff. de condict. indebiti.* Quia tamen Dominis visum fuit decisionẽ præsentis dubii etiam ex eo pendere, An debitum ratione donationis propter nuptias stantibus statutis Vrbis *c. 22. lib. 4. & 22. lib. 5.* sit voluntarium, vel necessarium, ideo mandaui de ordine Rotæ agentibus vtriusque partis, vt super hoc pro hac Rota informarent.

11 In qua Domini tenuerunt huiusmodi debitum esse voluntarium, licèt enim proueniat à statuto; cùm illę partes possint renunciare, dicitur prouenire ab homine, Franc. Ripa *in l. si insulam, nu. 6. ff. de verb. obligat.* Ioan. Ripa *in l. fœmina num. 6. C. de secundis nupt.* cum ibi relatis, & *in l. generaliter, num. 5. & 7. C. eodem.* cum aliis allegatis per Roland. *de lucro dotis quæst. 66. nu. 12.* quod autem partes possint renunciare huic statuto clarè legitur in statutis allegatis, quæ deducuntur per scribentes pro Illustrissima Domina Portia, intellexerunt Domini vbi statutũ esset præcisum, quod non est in casu nostro, in quo statutum videtur fundatum in præscripta contrahentium voluntate, non autem voluisse illos ad hæc arctare.

12 Quapropter cùm Lelius esset debitor Magdalenæ a principio voluntariè, cõferens in Magdalenam hanc liberalitatem, non videtur fecisse animo compensandi, Alex. *cons. 7. nu. 16. vers. & breuiter cum seq. lib. 6.* & maximè, quia fuit donatus vsusfructus, bonorum Magdalenæ, quo casu
13 legatum vsusfructus non computatur cum debito ex dispositione legis proueniente, Bero. *cons. 41. nu. 39. lib. 1.*

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Romana affictus seu domorum,
Veneris 2. Aprilis 1593.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio implementi opponi potest, etiam aduersus obligationem Cameralem.*

2 *Exceptio periurij repellit agentem à limine iudicij.*

3 *Probatio liquidissima requiritur, ad hoc, vt probetur commissa pœna.*

4 *Reus exceptionem suam plenè probare debet.*

5 *Dolus vbi non est, nec perfidia, nec periurium dici potest.*

6 *Causa qualibet etiam leuis excusat à dolo.*

7 *Instrumentum, sicut non obligat ignorantem, ita nec dubitantem.*

8 *Executio obligationis Cameralis non impeditur per exceptionem implementi, donec per tres sententias, vel per rem iudicatam fuerit probata.*

9 *Compensatio non admittitur de liquido, ad non liquidum.*

10 *Liquidum perfectè non dicitur, quod per sententiam non fuerit liquidatum.*

11 *Exceptio compromissi impedit iurisdictionem iudicis ordinarij.*

12 *Arbitri electio voluntariè facta, non impedit, quominus vna pars ad Iudicem ordinarium redire possit, tamen committitur pœna in compromisso adiecta.*

DECISIO XC.

DVbitaui, an in casu, de quo agitur, obligatio Cameralis, sit exequenda, vel potius obstet exceptio periurij.

Et fuit conclusum, obligationem esse exequendam, quia paratam habet executionem, vt inter omnes constat.

Non obstat exceptio non implementi, quæ etiam aduersus obligationem Cameralem potest
1 opponi, *l. Iulianus §. offerri. ff. de act. empt.* Corn. *cons. 29. nu. 17. lib. 1.* Crauett. *cons. 151. num. 10.* Gallesi. *de oblig. Cam. par. 4. quæst. 1. nu. 7.* quæ quidem exceptio deducitur ex eo, quod Canonici non seruauerunt pacta conuenta in locatione, cum A. C. D. Vincentio Casalis conductori inhibuerit, ne posset metere, & recolligere triticum, satum in ea parte, de qua fuit controuersia: ex qua inhibitione ipsi D. Vincentio non modicam (vt asserit probari, ex depositionibus testium) iacturam fecit; & de hac eorum contrauentione, dicitur constare ex decisione coram me facta die 17. Martij 1589. & ob hanc causam obstet etiam exceptio periurij, quæ repellit agentem
2 à limine iudicij, quando agit ex eodem contractu, cuius vigore incidit in periurium, *l. si quis maior. C. de transact.* Romanus *sing. 493.* & fuit dictum coram bo. mem. Lauretano in Romana deuolutionis Molendini die 23. Februarij 1579.

Quibus omnibus breuiter fuit responsum, coram me solum fuisse decisum, D. Vincentium pactis conuentis non contrauenisse, ita vt posset videri in pœnam ipsius conuentionis, de qua tunc agebatur, incidisse. Propterea dictum etiam fuit, mandatum exequendum aduersus eum decretum, non esse relaxandum, quia ad istum effectum Canonici clarè suam non probauerant intentionem, quod terrena culta à D. Vincentio de quibus agebatur, essent comprehensa in pacto ei consignato, nam ad istum effectum pœnæ committendæ requiritur liquidissima probatio, vt dictum est in di-
3 cta decisione, *per leg. in testamento secunda de cond. & demonstr.* & Bald. *in cap. 1. nu. 10. qual. dom. feud. prop. priuat.* cum alijs auctoritatibus adductis, sed quamuis clarè Canonici non probauerint D. Vincentium contrauenisse, & in pœnam incidisse, non tamen decisum fuit, à D. Vincentio clarè fuisse probatum, terrena non non fuisse comprehensa in dicto pacto, ita vt ipse possit dici non impleuisse contractum, & in periurium incidisse, sicuti nunc D. Vincentius excipit.

Vnde hanc exceptionem, ipse etiam ad effectum, de quo agitur, dilucidè probare debet, e-
4 tiam quod sit reus, *l. in exceptionibus. ff. de prob.* & cùm huiusmodi exceptio sit ambigua, executio obligationis Cameralis ad fauorem Canonicorum deducta non potest retardari.

Proinde multo minus refragatur exceptio periurij.

Primo, quia hæc etiam præsupponit Canonicos contrauenisse, & tamen de eorum contrauentione clarè non constat.

5 Secundo, quia præsupponit etiam dolum, nã vbi non est perfidia, neq; dolus, aut periurium potest intelligi, *capit. querelam, de iure iur.* Alex. & Ias. *in l. qui iurasse, numer. 3. ff. eod. tit.* idem Alexand. *in l. vlt. numer. 6. ff. qui satisd. cogan.* Felin. *in cap. 1. num. 28. de iure iur.* Rip. *in cap. ex parte. numer. 23. cum seq. de rescript.* vnde quælibet causa,
6 etiam leuis, excusat à periurio, sicut excusat à dolo, Grat. *cons. 50. num. 75. cum seq. lib. 1.* & sicut in-
7 strumentum non obligat ignorantem, ita nec dubitantem, Dec. *consi. 39. num. 21. & seq. lib. 2.* In proposito autem negari non potest, quin cesset dolus, quia apud ipsos Canonicos fuit saltim probabilis dubitatio, an terrena culta, de quibus est controuersia, essent comprehensa in dicto pacto, vt colligitur ex ipsa decisione, igitur à periurio ipsi debent excusari, cui consequens est dicere, vt exceptio periurij non impediat executionem obligationis Cameralis: præsertim, quia aliæ etiam postea ab ipsis Canonicis factæ sunt probationes, ex quibus saltim magis dubia redditur huiusmodi exceptio, ita vt requirat altiorem indaginem: & donec per tres sententias conformes, seu rem iudicatam de con-
8 trauentione, seu non implemento non liquet, executio obligationis Cameralis, quæ est certa,
9 non debet retardari, quia de liquido ad illiquidum, non admittitur compensatio, *l. vltim. C. de*
10 *compens.* nec potest dici perfectè liquidũ, quod per sententiam non fuerit liquidatum, Bald. *in l. item quia, in 2. lect. n. 1. ad fi. vers. non potest dici. ff. de pact.*

Postremo non obstat exceptio compromissi,
11 si, quæ (vt dicitur) suspendit iurisdictionem Iudicis ordinarij, Blanc. *de compromiss. quæst. 6. de effect. compromiss. nu. 17. in prin.* quia ipse euidenter loquitur de compromisso necessario, facto vigore statuti. Et aliud dicitur de compromisso voluntario, de quo agitur, quia arbitri (inquit) electi secundum ius commune, non suspendunt
12 iurisdictionem, sed altera partium potest redire ad Iudicem ordinarium; tamen & si aduersus eum pœna adiecta in compromisso committatur, *l. si quis rem. ff. de arbitr.* & gl. & Doct. *in Clem. quam diu. de appell.*

Præterea in casu proposito, arbitri electi fuerunt inter se discordes, & postea alter eorum ab Vrbe discessit, & quod magis est, ipse Dominus Vincentius commissionem impetrauit, atque ita renunciauit compromisso, & Signatura causam cum facultatibus Auditoris Cameræ mihi commisit, igitur præcisis contrarijs rationibus, obligatio Cameralis suum debet sortiri effectum.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana donationis Lunæ 24. Nouembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Pater non amittit vsumfructum in bonis filij etiam si illa donauerit.*

2 *Donatio facta à filiofamilias est nulla.*

3 *Remissio vsusfructus non dicitur ex eo, quod pater nomine filij locauit domum, & ei pro alimentis pensiones assignauit cùm ad patris nutum cessare possit.*

4 *Renunciatio vsusfructus non inducitur ex eo, quod pater insinuauit donationem factam à filio de suis bonis.*

5 *Insinuatio operatur confirmationem actus, non*

illius

illius augmentum.

6 *Renunciatio vsusfructus debet fieri expresse.*

7 *Consensus præstitus in donatione pleno iure facta non dicitur renunciare vsumfructum.*

8 *Donatio facta à filio cum iuramento non tollit vsum fructum patri, nec ei præiudicat.*

9 *Statutum c. 152. lib. 1. tollit iuramentum per filium familias in contractu positum & præsumitur dolo extortum.*

10 *Donatio non sustinetur facta de bonis super quibus pendet lis in possessorio, & petitorio.*

11 *Consensus præstitus subhastationi, quæ non habuit effectum non præiudicat.*

12 *Pater non habet vsumfructum in portione filij præmortui, quando ei succedit simul cum alio filio.*

Sed filio mortuo remanet vsusfructus apud patrem.

13 *Vsusfructus patri semel acquisitus nunquam ei tollitur.*

DECISIO XCI.

Vincentius Alortus Petri Pauli ex prima vxore filius, antequam religionem ingrederetur, donauit bona materna Dominico, & Francisco suis fratribus ex alia patris vxore, quá donationem, idem pater insinuauit; verùm post captam à filijs bonorum donatorum possessionem orta fuit inter ipsos, & patrem controuersia, & patet eos tam in petitorio, quàm in possessorio conuenir coram Aud. Cam. quo pendente Iudicio Dominicus obijt, & Franciscus superstes fauorabilem sententiam reportauit, à qua fuit appellatum, & dum in secunda instantia coram me causa penderet, Franciscus donauit inter viuos eadem bona Vincentiæ Matri, quam donationem Petrus Paulus vti factá absque ipsius assensu, eum inualidam prætenderet; Dubium in Rota proposui, vbi pro inualiditate fuit resolutum.

1 Hæc enim donatio facta fuit à filio familiàs, absque patris assensu, qui habebat in bonis donatis vsumfructum, *l. final. §. filijs autem. C. de bon. quæ lib.* & ibi Butrig. *colum. final. versic. item quaro.* Cyn. *num.* 1. Bal. *in princip. Ang. sub num.* 1. Castr. *numer.* 1. Corn. *numer.* 1. & *l.* 1. *C. eodem.* glos. in *l.* 3. *in verbo non potuit. C. de patri. potest.* Roland. *conf.* 89. *num.* 4. *ad med. lib.* 4. Alex. *cons.* 106. *num.* 1. & 2. *lib.* 7.

2 Vnde non solùm quo ad vsumfructú sed etiá respectu proprietatis fuit nulla donatio, vt tradit Castr. *in l. & harede. §. filiosfamilias nu.* 4. & ibi Iacob. *n.* 6. *in* 1. *lect. & n.* 3. *in* 2. *lectura.* Ang. *n.* 2. *ff. de pact.* Fulgos. *conf.* 87. *num.* 2. *ad finem.* Bald. *conf.* 295. *lib.* 4.

3 Nec valet dicere patrem in bonis donatis amplius vsumfructum non habuisse eùm locasset ante donationem filiorum nomine do-

4 mos, & eisdé pro alimentis pensiones assignasset, & sic absque patris assensu filium donare potuisse, & allegat. in vna Perusina donationis coram Reuerendissimo Bononien.

Nam fuit responsum ex illis actibus renunciationem vsusfructus non induci, eùm locatio fieri tantum potuerit propter dictam alimentorum assignationem, quæ eùm ad patris nutum cessare posset, non dicitur simplciter, sed de die in diem remissus vsusfructus, vt per Castr. *in l. cum oportet. §. sin autem num.* 4. post Bar. *ibidem in fin.* & Corn. *num.* 2. Salic. *num.* 5. *in fin. C. de bon. quæ lib.* Franc. *decis.* 585. *numero* 1. Aym. *conf.* 39. *numero* 9. *in fin. versicul. ideo aliter respondeo.* Menoch. *cons.* 182. *numero* 54. *lib.* 3. & durat quousque pater consensum reuocauerit, Castr. *loco supra citato.* Corn. *cons.* 79. *in fin. libr.* 2. Anchar. *conf.* 156. *num.* 3.

Non obstat Petrum Paulum insinuasse primam donationem à Vincentio factam alijs fratribus, & sic ipsum videri etiam vsumfructum

4 donasse. Non enim ex hoc inducitur per necesse vsusfructus renunciatio, Bar. *in l. Titiũ, & Mæuium. ff. de admuiss.* vt cùm regulariter actus debeat semper interpretari, vt minus præiudicet, *l.* 1. & 2. *de solut.* Corn. *cons.* 338. *num.* 5. *lib.* 1. Abb. *in cap. cum super num.* 12. Felin. *numer.* 10. Dec. *numer.* 12. *de offic. delegat.* Cæs. de Grassis *decisio.* 1. *de leg. num.* 3.

5 Vlterius actus insinuationis operatur donationis confirmationem, quæ sicut respectu donantis comprehendi non potuit vsusfructus, ita nec dici potest comprehensus in insinuatione, quæ solum tendit ad confirmationem actus, & non ad illius augmentum, *l. sancimus* 34. *§. alias vero vers. actu ut erueuentis ius corroborate. C. de donat.* Riminald Iun. *§.* 2. *n.* 207. *Inst. eod.* Soc. *conf.* 80. *n.* 13. *lib.* 1.

6 Præterea eùm vsusfructus renunciatio esse debeat expressa, Ang. *de testam. in fine princip. ante gl.* 1. *n.* 43. *vers. quinimo non posset.*

7 Nec insinuatio, nec reliqui actus facti per Petrum Paulum illi præiudicant, & licèt sic consenserit bona pleno iure donari, non tamen per hoc remissus censetur vsusfructus, attento præsertim, quod simus in paupere, vt tradit Ancha. *cons.* 6. *per tot.*

8 Non obstat quod iuramentum validam reddidisset donationem, quia cùm pater habuit in illis bonis vsumfructum per iuramentum illa conualidari non potuit, Bald. *in d. §. filiis autem. num.* 3. Ang. *nu.* 4. Fulgos. *num.* 2. *ad fin. & seq.* Salic. *num.* 2. Castr. *num.* 4. *vers. sed est dubium.* Corn. *nu.* 4. Paul. *in addit. ad Bart. verba disponere. C. de bon. quæ lib.* Castr. *in l. & heredi. §. filius familias, nu.* 4. *vers. sed est dubium. ff. de pactis.* Curt. Iun. *cons.* 152. *nu.* 6. & 7. Aym. *cons.* 39. *nu.* 3. *in fi. & cons.* 84. *nu.* 2. *ad medium.* Cæsar de Grassis *decis.* 2. *nu.* 7. & 21. *de donat.* cum alijs per Roland. *cons.* 89. *nu.* 5. & *sequen. lib.* 4.

9 Tanto magis stante Vrbis statuto *c.* 152. *lib.* 1. quo tollitur iuramentum in contractibus minorum appositum, & dolo extortum præsumitur, vt fuit resolutum in vna Romana nullitatis contractus 2. Iunij 1604. coram Reuerendissimo Bononien.

10 Placuit etiam Dominis aliud fundamentum pro donationis inualiditate, ex quo enim super eiusmodi bonis aderat in possessorio, & in petitorio lis inter patrem, & filium, vt apparet ex commissione illa, nec donari, nec alienari poterant, *l. lite. & l. final. C. de litig.* Peregr. *de iure Fisci lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 19. & *seq.* Abbas *in c. Ecclesia il primo nu.* 9. *vt lite pendente.*

Nec releuat pariter, si dicatur patrem amisisse dictorum bonorum vsumfructum ob domus adiudicationem, & assensum præstitum illius subhastationi ad fauorem creditorum, ex Pinel.

Secundo super prædio sancti Francisci expensa fuisse scuta 50. & quod hodie esset valoris scutorum 200. & in melioramentis domus eiusdem prædij expensa fuisse scuta 94. & prædictas summas simul aceruatas cōstituere summam scutorum 344. iuxta valorem de tempore præsenti, iuxta valorem autem de tempore factorum melioramentorū constituere scuta 200.

1 Addebant informantes pro hæredibus Lauræ, iuxta *cons.* Ruin. 14. *num.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 113. *lib.* 3. attendendum esse tempus præsens, quantum scilicet hodie valerent respectu fructuum, qui percipiebantur, reparationes circa impetum fluminis.

2 Contrarium verò prætendebant Informantes pro Georginis contendentes eas tantum expensas fuisse restituendas, quæ factæ fuerunt tempore plantationis, vt per tex. *in l. in fundo ff. de rei vend.* ibi, *solum quod impensum est*, & consequenter iuxta minorem æstimationem fuisse Georginos condemnandos ad impensas restituendas; hanc enim opinionem tenuerunt multi, & graues D. D. *in d. l. in fundo.* Paul. de Castr. *cons.* 270. *num.* 3. *vers. de impensa vero par.* 2. Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 63. *vers. regula enim est*, vbi

3 post citatos quamplures Doctores sic sentientes firmat ibi regulam, vt id tantum detur, quod impensum fuit, licèt pluris valeant; idem tenuerunt Capicc. *decis.* 93. *num.* 9. *vers. præsuppono vnum.* Bursat. *consi.* 11. *num.* 40. *& cons.* 71. *numero* 23. *lib.* 1. Natt. *consi.* 258. *numer.* 4. Negus. *de pignor. memb.* 4. *numer.* 11. *part.* 5. licèt ipse postea in aliam opinionem perpendere videatur. Menoch. *de arbitr. casu* 258. *num.* 2. & contra Ruin. tenent alij, quos Hippol. Riminal. *consil.* 401. *numero* 78. *& sequen. libr.* 4. refert, vbi latè extendit rationes, Ruin. *consilio* 51. dicit se libentius sequi Castren. & sequent. quibus addit Siluan. *consili.* 49. *numero* 71. *versi. vnum præterea.* Bertrand. *consi.* 21. *numer.* 15. *lib.* 1. *parte posteriori, & num.* 85. *versicul. postremo* addit se parum moueri auctoritate Rolan. & Ruin. ex quo longè plus contrarium voluerunt.

Et licèt dubitari non possit, quando articulus sit anceps, & multiplici indigeat inspectio

4 ne, & distinctione iuxta dictas considerationes vt Rota aliàs sensit die 10. Decemb. 1589. coram Sanctissimo tunc Rotæ Auditore in vna Bononien. de Pipinis, tamen in hoc casu placuit Dominis, quod receptius videbatur amplecti, vt Georgini scuta 225. restituere teneantur, nam vsque ad eam summam de melioramentis constabat de tempore impensarum, iuxta tex. *in d. l. in fund. ff. de rei vend.*

Quæ deducebantur ab Informantibus pro Georginis respectu deteriorationis non placue

5 runt Dominis, quia licèt deteriorationes cum melioramentis sint compensandæ, *l. si negotia.* vbi not. Bar. *de negot. gest.* Curt. Iun. *cons.* 165. *nu.* 14. *par.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 50. *n.* 79. in hoc tamen casu non apparebant probatæ.

R.P.D. PENIA.

Romana Saluiani Interdicti, Veneris 11. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Statuta non dicuntur diuersa, quando vnum habet relationem ad aliud.*

2 *Appellatio sustinetur etiam non expressa causa grauaminis.*

3 *Causa possessoriæ, & causa Interdictorum, ex dispositione statuti Vrbis, tractandæ sunt sine strepitu, & figura iudicij.*

4 *Relatio est facienda ad proximè expressa.*

5 *Appellatio sustinetur, quando causa grauaminis est generaliter probata.*

DECISIO LXXXII.

Roptet assiduas preces Domini Mercurij Amodei, indulsit Sanctissimus D. N. vt ad eiusdem Mercurij instantiam, causam iterum proponerem: qua proposita Domini steterunt in decisis sub die 19. Nouembris proximè præteriti, quia constabat de duabus conformibus, quibus fuerat indicatum appellationem interpositam per Dominum Carolum Gabriellium à sententia primi Collateralis, non fuisse reijciendam; & consequenter factum fuisse locum promissioni Amodei obligantis se pecunias, de quibus agebatur, restituere, si indicaretur per duas conformes, locum fuisse appellationi non obstabat, quod in appellatione non fuisset expressa causa grauaminis, ex noua consideratione adducta per informantes pro D. Amodeo, de diuersis statutis Vrbis, quia licèt statutum de forma proceden. in causis possessorijs *c.* 19. *lib.* 1. ha-

1 beret relationem *ad c.* 89. de generali forma procedendi in summarijs, in quo non disponitur,

2 quod procedatur sine strepitu, & figura iudicij; idcoque nō esse locum doctrinæ Ang. *cons.* 267. *n.* 1. dicentis appellationē sustineri, non expressa causa grauaminis.

Quoniam *in c.* 88. *de caus. summ.* declaratur, omnes causas possessorias & interdictorias esse sū-

3 marias, & in illis fore procedendum sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, & omni iuris solennitate omissa. Dicebant Domini præcitatum cons. Ang. huic proposito optimè applicari.

Illa enim statuti verba *dicti c.* 88. *in quibus causis*, nedum referebantur ad proximè præcedentes causas, sed etiam ad possessorias, cùm non posset assignari ratio diuersitatis, cur relatio de

4 beat fieri solum ad causas proximè expressas, nō autem ad omnes, cùm tamen omnes æqualiter forent priuilegiatæ.

Rursus, cùm causa grauaminis consisteret in mero iure, propter non concessam retentionem melioramentorum, quæ saltim in genere erant probata, sustinebatur appellatio sine expressio-

5 ne causæ grauaminis, *Bal. in l. minoribus n.* 6. *C. de his quib. vt indig.*

Ad cætera, vel quia extra propositum vagabantur, vel non sustinebatur in facto, non fuerunt dignati Domini respondere.

REVERENDISS. SACRATO.

Romana Legatorum de Columna, Lunæ 27. Ianuarij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum datur Legatarijs super mobilibus pecunijs, & nominibus debitorum præstita cautione de restituendo, quo casu hæreditas non est soluen-*

soluendo.

2 *Saluianum competit pro legatis.*

3 *Ampliat procedere etiam super mobilibus pecuniis, & nominibus debitorum.*

4 *Retentionis exceptio in iudicio Saluiani tunc admittitur, quando est clara, secus quando est dubia, & requirit altiorem indaginem.*

5 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio Saluiani.*

6 *Inuentarium plene probat contra conficientem.*

7 *Retinere licet pro modico rem magni valoris donec sibi satisfiat, vel offeratur creditum.*

8 *Limita procedere, quando possideatur res indiuisibilis, vt puta gemma, vel prædium magni valoris.*

9 *Secus, quando petitur immissio super rebus diuisibilibus æstimatis, & super pecuniis, & nominibus debitorum, nam tunc creditor retenta summa pro qua est creditor, residuum tenetur restituere.*

10 *Retentio sine causa non conceditur.*

11 *Fideicommissi exceptio tanquam requirens altiorem indaginem non admittitur in Saluiano.*

12 *Fallit tamen, quando in continenti fideicommissum probatur.*

13 *Declara tamen, vt non sufficiat sola probatio fideicommissi, sed requiritur, quod fideicommissum absorbeat omnia bona relicta ita, vt non remaneant tot de bonis liberis super quibus possit creditum sustineri.*

14 *Exceptio non dicitur requirere altiorem indaginem, quando redditur dubia ex replicatione actoris.*

15 *Census impositus super re subiecta fideicommisso sustinetur, si remanet pars libera, quæ sit capax illius.*

16 *Fideicommissum non dicitur absorbere omnia bona, nisi probetur identitas omnium bonorum, & quod sint detractæ portiones.*

DECISIO LXXXIII.

ROta censuit Legatariis D. Marci Antonij IV. competere immissionem ex Saluiano super bonis mobilibus, pecuniis, & nominibus debitorum relictis per D. Marcum Antonium,
1 præstita tamen cautione per dominos legatarios de restituendo, in casu, quo hæreditas minimè esset soluendo, iuxta not. *in l. fin. C. de petit. hered.* Rota in causa Foroliuien. bonorum coram Paleotto relata *inter diuers. impress. decis. 674. lib. 3. par. 3.*

2 Et quod pro legato competat Saluianum, tradit Gabr. *cons. 46. n. 21. lib. 1.* & fuit sæpe resolutum in Rota, nempe in causa Strigonien. legati 20. Iunij 1588. coram bon. mem. Card. Platto & in Fauentina legati 24. Nouembris 1589. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & in Romana legatorum 3. Nouembris 1599. coram Corduba.

3 Quæ conclusio procedit etiam super mobilibus, pecuniis, & nominibus debitorum, Rota in causa Romana Saluiani 11. Ianuarij 1602. coram bon. memor. Seraphino in Romana pecudum 14. Maij 1600. coram Illustrissimo Millino; & in Romana, seu Foroliuien. de Theodolis 15. Martij 1602. coram bon. mem. Penia.

Primum, & secundum extremum non controuertebantur, vnde difficultas fuit reducta ad exceptiones, quæ fuerunt factæ per informantes pro D. Comestabili hærede cum beneficio legis, & Inuentarij d. D. Marci Antonij IV.

Nempe quod ipse ex propria persona est creditor hæreditatis d. Domini Marci Antonij IV. pro quibus creditis competit sibi retentio, sed ad hoc fuit responsum, quod si credita sunt
4 clara, competit retentio, si verò sunt dubia, & requirant altiorem indaginem nequaquam competere retentionem, quia in hoc iudicio minimè admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, Ripp. *in rubric. ff. de pign. nu. 19. prope fin.* Natt. *cons. 552. nu. 4.* Dec. *cons. 89. nu. 2.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. nu. 180.* Surd. *cons. 4. n. 36.* Rota in causa Romana Saluiani Interdicti 3. Martij 1608. coram Penia in Romana census 10. Iunij 1613. coram me, & alibi sæpe.

Propterea resolutio pendebat in An, credita prætensa per D. Comestabilem essent clara, vel potius requirerent altiorem indaginem super quo Domini considerarunt, quod aliqua credita sunt omninò liquida, vt sunt expensæ funerum, debita hæreditatis soluta per D. Comestabilem post mortem Testatoris, credita, quæ ipse D. Comestabilis habebat cum Testatore dum viueret, & pro istis dicebant D. Comestabili competere retentionem, verùm cùm ista credita non ascendant ad scuta 30. millia, & mobilia pecuniæ & nomina debitorum reperta in hæreditate d. D. Marci Antonij excedant summam 200. millium scutorum vti constat ex Inuentario
5 confecto per D. Comestabilem, quod contra illum plenè probat, *l. final. C. de arbitr. tutel.* Bald. *cons. 407. nu. 6. lib. 1.* Castr. *cons. 393. n. 2. lib. 2* Roma. *cons. 102. num. 3.* Socin. *cons. 159. num. 1. lib. 1.* Dec. *cons. 60. nu. 1.* Afflict. *decis. 313. in princ.* videbatur, quod prædictum creditum parum possit releuare ad effectum impediendi immissionem super eo, quod est super deductis prædictis scutis 30. mil-
6 lia, cùm enim legata minimè excederent 27. millia scuta, residuum vsque ad 200. millia erit omnino sufficiens pro legatis, neque satisfecit responsio, quod pro modico liceat retinere rem magni valoris, donec sibi satisfiat, vel offeratur creditum, *ex not. in l. quamdiu. C. de distribut. pign. l. creditores. ff. eod. tit. l. moschis, & ibi glos. in verb. possessionem. ff. de iure fisc.* Quia fuit responsum
7 prædicta iura procedere, quando, vel possidetur res indiuisibilis prout si quis pro credito scutorum mille retineret gemmam scutorum decem millium, vel prædium maioris valoris, tunc enim quia non posset priuari parte quin priuaretur toto, *vt in 1. casu*, & quia de fructibus venit sibi satisfaciendum, *vt in secundo casu* ex not. *in l. 2. in fin. Cod. de pignor. act.* Bart. *in l. rem alienam, num. 16. ff. eod. tit.* qui fructus quanto sunt vberiores, eo citius sibi satisfiet, non debet cogi ad relaxationem nisi satisfacto sibi de suo credi-
8 to. Cæterùm, quando petitur immissio super rebus diuisibilibus æstimatis, & super pecuniis, & nominibus debitorum, omnis æquitas suadet, vt creditor retenta summa, in qua est creditor
9 residuum restituat, quia aliàs retineret sine causa, contra not. *in l. ex conducto, in princ. ff. locat.* Tiraquell. *in tract. cess. caus. car. 1. num. 189.* Galles. *ad form. Cam. obligat. ar. 4. quæst. 1. num 12.* Non enim posset retinere cautionem, quia iam est sibi

Ii

in princ. nu. 4. Put. decis. 452. lib. 3. cum allegat.

3 Neque obstat defectus tituli, quia eo non indiget Capitulum de Gandia cui licèt ius commune resistat quo ad decimas alterius Patochiæ, sufficit tamē ad hunc effectum, quod non assistat Capitulo Valentino agenti, qui super istis decimis nititur donatione Regia, non autem iure communi, Glos. in cap. 1. & in vers. titul. circa fin. vers. & secundum hoc, de praescrip. in 6. cum quibus omnes ibi transeunt, vt dicit Franc. n. 7. Ant. de B.utr. in cap. pervenit, nu. 14. de censib. An. chat. consil. 162. sub num. 3. Balb. de praescript. 1. par. 5. principalis, q. 1. 8. num. 9. & fuit dictum coram me in causa Conchen. decimarum sub die 20. Aprilis 1592.

4 Præsertim, quod nunc tantum agitur pro obtinenda remissoria, & sufficit præscriptionem probare volenti allegare, & dicere se legitimè præscripsisse, & post Innoc. Hostien. & Io. Andr. in cap. fraternitatis de test. tradit Rota decis. 7. nu. 4. de probat. in nouis. & facta probatione videbitur, an sit legitima, vltra quod non potest dici constare de defectu tituli Capituli de Gandia, etiam quod de eo in actis non appareat quandiu de eo docere poterit per scripturas, vel aliud genus probationis quatenus eis opus erit, Aegid. decis. 163.

5 Neque remissoria est deneganda ex eo, quod agatur in spolio, quia illud hactenus non fuit probatum, Cassad. decis. 1. nu. 2. de dilat. præsertim cessante calumnia, Cassador. eod. tit. decis. 3. Put. decis. 415. lib. 2. vltra quod petitur ad probandam præscriptionem, quæ iuxta opinionem, quam hodie tenet Rota habet locum etiam in spolio, vt fuit decisum in causa Mediolanen. bonorum coram R.P.D. meo Seraphino sub die 27. Maii anni præteriti.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Imolen. Saluiani Interdicti Lunæ 27. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca est fundamentum Saluiani.*
2 *Praescriptio habet locum in hypothecaria, & consequenter excludit Saluianum.*
3 *Clausula generalis in mandato posita, videlicet, ad omnes causas coram aliis iudicibus, intelligitur solum de motis, & mouendis, & de causis contra eum motis.*
4 *Hypotheca praescribitur spatio quadraginta annorum cum titulo, & bona fide.*
5 *Praescriptionem opponens, tenetur probare fuisse praesentem.*
6 *Praesentia praesumitur, vbi quis habet domicilium in eadem ciuitate.*
7 *Absentia est probanda ab eo, qui eam opponit.*
8 *Praesentia non praesumitur, quando quis non esset eiusdem ciuitatis.*
9 *Praescriptio longi temporis non habet locum in eo, qui causam habuit à debitore, sed indiget praescriptione triginta, vel quadraginta annorum & num. 12.*
10 *Intellige, procedere in eo, qui successit titulo vniuersali, & repraesentat personam debitoris, secus est in eo, qui successit debitori, titulo singulari, & num. 11. & 12.*

DECISIO LXXXV.

COmes Andreas Bardela, & Domina Aurelia eius vxor die 8. Iulij 1580. vendiderunt Marco q. Ioanninæ prædium, de quo agitur, pretio librarum octo millium, & R.P.D. Marcellus Vestrius fideiussor accessit, & tanquam principalis, & in solidum in ampliori forma Cameræ cum expressa hypotheca omnium bonorum de euictione se obligauit, vt constat publico instrumento.

Et hoc quidem prædium eidem Marco in continenti fuit traditum, & ab eo sine vlla controuersia vsque ad hanc litem possessum.

Nunc verò D. Accursius Vandinus tanquam creditor prædicti Comitis scutorum 150. mutui occasione, contra eundem Marcum, tanquam possessorem dicti prædij, intentauit vtile Saluianum Interdictum, quia, vt ipse asserit, idem Comes Andreas eidem pro dicta summa generaliter omnia bona sua obligauit.

Et ad probandum huiusmodi creditum, & hypothecam, idem Accursius exhibuit duas apochas ab eodem Comite scriptas, & subscriptas, quarum vna scutorum 50. sub die 19. Februarij 1578. altera scutorum 100. sub die 29. Aprilis 1579. in quibus se obligauit in ampliori forma Cameræ à publico Notario extendēda, & huiusmodi apochæ fuerunt sufficienter recognitæ, & in libro D. Lauaiani nummularii in Vrbe adminiculatæ.

Ex aduerso pro Marco fuit oppositum non constare de credito, & multo minus de hypo-
1 theca, quod est fundamentum Saluiani.
2 Item fuit opposita exceptio præscriptionis decem annorum, quæ cum bona fide, & titulo inter præsentes locum habet, & actionem hypothecariam, & consequenter Saluianum excludit.

Verumtamen Imolen. Prætor, citato Pomponio Stigio tanquam Procuratore eiusdem Marci ad fauorem D. Accursii, sententiam tulit, cumque immittendum esse in possessionem dicti prædii, mandauit, donec fuerit ex fructibus satisfactus.

Ab hac sententia Marcus appellauit ad Auditorem Cameræ, cuius appellationis causa est commissa cum voto Rotæ, & R.P.D. Vestrius, tanquam necessarius defensor iudicium suscepit, & ex communi parte, & consensu votum meum exquirunt super hoc dubio, an dicta sententia sit confirmanda, vel infirmanda, quod cùm proposuerim, placuit Dominis ex duobus capitibus reuocanda.

Primum est quod Marcus in hac causa, quæ agitur, non fuit legitimè citatus, & consequenter sententia nullius momenti, Clement. pastoralis, de re iud. l. de vnoquoque, ff. de re iud. nam Stri-
gius, qui fuit citatus, non est Procurator in hac causa, quæ agitur contra D. Accursium constitutus, & clausula generalis, quæ subiicitur, &
3 ad omnes causas coram alys iudicibus, &c. intelligitur de solum motis, & mouendis contra eum dumtaxat, cùm eius nomen in mandato fuit expressum non autem contra alios, Bart. in l. quod dicitur in princ. ff. de tutel. quod est singulare dictum, vti notat Roman. sing. 155. incipit constituta Titio Procuratore: vbi etiam dicitur ita fuisse dec

cisum, quamuis ipse contradixerit, & hanc opinionem sequitur Felin. *in cap. sedes, num. 2. vers. & licet, de rescript.* Dec. *cons. 52. nu. 9.* Narr. *cons. 191. nu. 3. & 4.* & ita fuit etiam dictum apud Put. *decis. 118. lib. 1.*

Secundum caput est, quod sententia est iniusta, nam supponendum sine veri praeiudicio, quod D. Accursius habeat hypothecam, & eam quidem anteriorem: tamen cùm Marcus ipse
4 praedium, de quo agitur, iusto titulo, & bona fide possederit spacio 10. annorum, & amplius, cuius est praescriptio longi temporis, *l. 1. C. si aduersus credit. l. vlt. C. de act. & oblig. & l. vlt. de praescript. longiss. temp.* Specul. *de praescript. §. 1. nu. 29.* & haec est communis Doctorum sententia, vt testatur Paris. *cons. 50. lib. 1.* & Tiraquel. *de retr. lign. §. 1. gl. 10. nu. 11.* Gabr. *conclus. 7. num. 8. de praescript.*

5 Neque ad rem pertinet, quod ille, qui opponit praescriptionem decem annorum, debeat probare aduersarium fuisse praesentem, & nisi probauerit, deficiat in saluari suo, vt inquit Bal. *in l. penult. ad fin. C. quib. mod. ob long. temp. praescript.* Alex. *cons. 118. n. 10. in fi. lib. 2. & cons. 92. ad fin. lib. 5. & cons. 193. n. 13. lib. 6.* Bero. *cons. 191. n. 29. lib. 1.* Roland. *cons. 79. num. 31. lib. 1.* quia cum creditor, & possessor sint ciues eiusdem ciuitatis Imolae, &
6 habeant domicilium in eadem ciuitate Imolae, praesentia praesumitur, vt intelligitur *in d. l. vlt. C. de praescript. long. temp.* & ita apertè sentit Bart. *in l. si potest, num. 17. de acquir. hered.* & in his terminis quidquid contradixerit Iacob. Butrig. ita tenet Bald. *in l. emptor, num. er. 2. & 3.* & sequitur Ang. *num. 2. vers. sed pone quaest. de praescript. long. temp.* qui dicunt ita de facto, & consuetudine se vidisse millies obseruari, & bene, quia erit im-
7 possibile probare aliquem fuisse praesentem per decennium, nisi fuisset carceratus, & ideo ibi ipsi replicando allegant absentiam ipsius, incumbit onus probandi, & hanc opinionem sequitur etiam Alexand. *in cons. 220. num. 4. & 5. lib. 6.* Corn. *cons. 46. num. 16. & cons. 6. num. 11. lib. 2.* & Soc. Sen. *cons. 121. num. 1. lib. 1.* Balb. *de praescript. in 1. par. 4. par. in princip. quaest. 4. num. 4.* vbi post Corn. ita conciliat repugnantes Doctores, & diuersam sententiam intelligit, vt locum habeat
8 inter eos, qui non sunt ciues eiusdem ciuitatis, & hanc quoque opinionem sequitur Crauet. *cons. 140. numero tertio, vers. & cum se fundet pars.*

Neque etiam refragatur, quod haec praescriptio longi temporis non habeat locum in eo, qui causam habuit à debitore, sed videatur in-
9 digere praescriptione 30. vel 40. annorum, *l. cum notissimi, in princip. §. 1. de praescript. 30. vel 40. annorum* Negus. *de pignor. & hypoth. par. 6. memb. 2. in princ.*

10 Quia respondetur hoc esse intelligendum de haerede, qui succedit titulo vniuersali, & repraesentat personam ipsius debitoris, *§. 1. in auth. de iure iur. à mor. praest. & l. heres, de acquir. hared.*

11 Diuersum autem est in eo, qui debitori succedit titulo singulari, vt est emptor, vel donatarius, & alius similis, *glos. in d. l. 1. in verb. successerunt, C. si aduers. cred.* & ibi Bart. *in summario,* vbi
12 dicit, quod contra hypothecariam praescribitur longo tempore à quolibet possidente excepto debitore, vnà cum eius haerede: idemq; scribit Bald. *nu. 1. vers. in textu* ibi, *& iura eorum successerunt,* & Salic. *nu. 2. vers. oppono,* & ita apertè etiam sensit Specul. *de praescript. §. 1. num. 29. vers. sed quod de hypotheca,* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glos. 10. nu. 11.* qui ab hac praescriptione 10. vel
13 20. annorum excludit solum debitorem, & eius haeredem, non autem emptorem, vel donatarium possidentem, cum titulo, & bona fide, & hoc dicitur ab omnibus passim, & vbique receptum esse.

Atque ex his conclusum fuit sententiam latam ad fauorem D. Accursij esse reuocandam.

R. P. D. IVSTO.

Romana Saluiani Interdicti Mercurij
5. Decembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca praescribitur spatio decem annorum.*
2 *Limitatur in tertio habente causam à possessore.*
3 *Sed intellige procedere in habente causam titulo vniuersali, non titulo particulari.*
4 *Clausula, constituti, transfert veram possessionem.*
5 *Possessio prodest ad inchoandam praescriptionem.*
6 *Possidens praesumitur possidere vsque ad mortem.*
7 *Successor vniuersalis, seu particularis possidens potest allegare continuationem possessionis defuncti, vel auctoris sui vsque ad obitum.*
8 *Praescriptio non interrumpitur per actus factos post completam praescriptionem.*

DECISIO LXXXVI.

Contra D. Carolum Gabriclium agentem Saluiano Interdicto dixerunt Domini ob-
1 stare praescriptionem decennalem hypothecae, iuxta text. *in l. 1. & 2. C. si aduersus cred. praescript. oppon.* Ayn. *cons. 148. n. 6.* Afflict. *decis. 139. cum alleg. ibi,* Roland. qui alios citat, *cons. 79. n. 7. & 8. vol. 1.* & fuit dictum in Rota coram Illustrissimo Mantica, tunc Rotae Auditore in Imolen. Saluiani Interdicti 27. Iunij 1594. & saepe alias in similibus causis.

Neque obstare limitationem Ripae *in rubr. de pignor. in 2. memb. vers. sed si titulum habeat,* Negus. *de pignor. in 2. memb. 5. par. princ. in princip.* vbi di-
2 cunt regulam non procedere in tertio, qui habet causam à possessore, quia Domini hoc intelligunt in habente causam titulo vniuersali, non
3 autem titulo particulari, & ita loquitur text. *in l. cum notissimi, §. 1. C. de praescript. triginta vel quadraginta annorum.*

Cursus autem praescriptionis in hoc casu probatur, quoniam habemus instrumentum emptionis domus per bon. memor. Ioannem Paulum Vrsinum, celebratum die 28. Iunij 1578. qui obiit 8. Augusti 1588. vt habetur in fide Parochi,
4 & cùm adsit clausula *constituti,* quae dat veram possessionem *l. quaedam, ff. de rei vend.* Abb. *in c. 2. n. 14. vers. quartum exemplum, de consuet.* Tiraq. *de constit. poss. ff. par. 1. n. 17. & 18.* siquidem ex antecedenti possessione Petri constituentis apparet ex fide notarij, qui attestatur de capta possessione per Petrum 4. Iunij 1578. & haec possessio pro-
5 dest ad inchoandam praescriptionem, glos. fin. *in cap. fine possessione, de reg. iur. in 6.* Bar. *in l. Celsus, nu. 22.* vbi Balb. *num. 6.* qui concordantes allegat,
6 *ff. de vsucap.* & praesumitur continuata vsque ad obitum.

obitum, Rota decis. 4. de probat. in nou. Cyn. in l. 1. n. 16. circa med. vers. sed qualiter apparebit, & ibi Bald. num. 17. vers. aduerte, quod autem probatur, C. uti possid. Castr. in l. non ignorabit, num. 5. C. ad exhib. & tenuit Rota coram bon. mem. Lauretano in Romana Palatij 10. Octobris 1578. vbi probatur successorem vniuersalem, seu par-
7 ticularem eius, qui possidet, posse allegare continuationem possessionis defuncti, vel auctoris sui vsque ad obitum: quae comprobatur, quia testes probant veram possessionem Ioannis Pauli, licèt forsan in caeteris non concludant.

Non obstat, quod anno 1591. Petrus egerit contra Fabiam super possessione domus, vnde Fabia videtur possidere: nam licèt probari pos-
8 sit interruptio praescriptionis ex actibus intermediis, Cyn. & Bal. allegati, non tamen sufficit allegare actus post praescriptionem, quia debea infringi possessio defuncti, ita loquitur allegata decis. coram bon. mem. Lauretano, & hoc modo tollitur obiectum, quod Illustris D. Catherina anno 1591. egerit spolio, & consequenter ceciderit à possessione, quia fuit finitam praescriptionem viuente Ioanne Paulo patre, & ea actione possessionem recuperauit.

Ex quibus ita decisum fuit, & resolutum, vt videatur, an D. Carolo suffragari possit restitutio in integrum.

R. P. D. ORANO.

Romana haereditatis de Beuilacqua die Lunae 13. Maij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Creditrix non potest suum consequi creditum, nisi prius per eam fuerit reddita ratio administrationis, & nu. 12.*

2 *Creditor administrans bona debitoris, praesumitur sibi satisfecisse.*

3 *Hypotheca extinguitur per solutionem.*

4 *Saluiano interdicto, & quorum bonorum non est locus, nisi probata possessione.*

5 *Possidens iure familiaritatis viuente marito, non dicitur mutata causa possessionis, nisi fuerit declaratum.*

6 *Aditio haereditatis solo animo fieri potest, tamen de animo constare debet.*

7 *Possessionem mutare non praesumitur.*

8 *Adire haereditatem dicitur, si filius haeres institutus domum paternam inhabitaret.*

9 *Possessionem bonorum haereditariorum, propria auctoritate accipere potest filius adeundo haereditatem.*

10 *Adita haereditate, mulier non potest possessionem rerum dotalium propria auctoritate ingredi, nisi consentiente haerede.*

11 *Saluiano non est locus, si lapsi sunt decem anni, ex quo tempore hypotheca praescribitur.*

DECISIO LXXXVII.

IN causa Romana haereditatis de Beuilacqua, quia pro parte Iuliae ad iustificationem sententiae Auditoris Camerae, in qua declarabatur immittendam in possessionem medietatis domorum per Luparellos, & Illustrissimos Dominos Gaietanos possessarum, producta fuerunt duo instrumenta: vnum videlicet editum super pactis dotalibus, quond. Iuliae matris, alterum continens confessionem dotis per Philippum recuperatae, & pro illius assecuratione, in euentum quod locus fieret restitutioni, cum adiectione specialis hypothecae super domibus postea per Luparellos acquisitis. Ideo dedi dubium stantibus praedictis instrumentis, & aliis hinc inde deductis, an sententia domini Auditoris Camerae, mandans Iuliam immitti in possessionem partis domorum à Luparellis acquisitarum, & vlterius ab illustrissimis dominis Gaietanis emptis, possit pro rata medietatis dotis, & iurium dotalium dictae quondam Iuliae confirmari, &c. Domini verò responderunt, sententiam non posse pro dicta rata confirmari, nisi prius per Iuliam haereditatem Iuliae ex parte vendicantem, reddita ratione administratae tutelae quondam Ludoui-
1 ci. iuxta text. in l. 3. §. hac actio. ff. de negot. gest. l. tutela. l. omnes tutores. C. ar. tut. tutela. Dec. cons. 116. col. fin. Boer. decis. 59. in princ.

Cùm enim constet Iuliam durante dicta administratione multas notabiles pecuniarum summas ad Ludouicum pertinentes exegisse, intrat praesumptio ex illis de sua dote, & aliunde per pupillum debitis sibi fuisse satisfactum,
2 l. peculium, la 2. §. praeterea. ff. de pecul. Affl. decis. 13. num. 16. Cagnol. in repet. l. singularia. num. 70. cum multis seq. ff. si cert. pet. in tantum, quod per
3 solutionem extincta obligatione, & hypotheca, occasione dotis super domibus hodie per Luparellos possessis, constituta nulla videbatur ad fauorem Iuliae super illarum parte debuisse decerni immissio. Nam cùm illa fundaretur, vel in interdicto quorum bonorum, vel
4 in Saluiano, illi non aliter poterat esse locus, nisi probata possessione Iuliae, l. 1. ff. quorum bonorum. Socin. consil. 131. in princip. lib. 1 Possessio autem illorum iure familiaritatis, viuente mari-
5 to penes se existens, non censetur per eius obitum mutata, nisi hoc declarauerit, argumento l. dotis actione. C. solut. matr. & ibi Ang. Bald. cons. 35. lib. 3. sicut dicitur de actione hereditatis adi-
6 tae, quae etiam, quod solo animo fieri possit, l. si ania. C. de iur. delib. tamen requiritur, quod de
7 animo constet, vt notatur in l. pro herede. in
8 princip. & per Batt. in l. gerit. ff. de acq. hared. tum quia animus mutandi possessionem non praesumitur, l. cùm hic status. § 1. de donat. inter vir. & uxor. tum etiam, quia cùm Ludouicus esset haeres à patre institutus, & habitaret domum paternam, videtur adiuisse haereditatem, l. 1. C. de repud. hered. Bart. & Doct. in l. non hoc. C. vnde
9 legit. & ex tali aditione potuisse propria auctoritate possessionem bonorum haereditariorum accipere, l. cùm haeredes, in princip. ff. de acquir. poss. Ang. in l. 2. in princip. C. quorum bonorum. Dec. cons. 231. Quorum altero stante Iulia, nisi con-
10 sentiente haerede, potestatem ingrediendi possessionem rerum dotalium non habuit, Dec. in l. dotis. C. de collat. & consequenter Interdictum quorum bonorum Iuliae non competit.

Minus etiam immissio erat decernenda ex Saluiano, quia conceditur tantum pro redemptione ad tempus, quo fuerit de credito satisfactum; & cùm à die, quo locus fuit factus re-
11 stitutioni dotis, lapsi essent amplius, quàm decem anni, expirauit beneficium Saluiani, per

decenniũ. n. hypotheca præscribitut, *l.1.& 2.C. aduersus creditorem.* Quod etiam dicendum est respectu partis domus Illustriss. Dom. Gaietanis venditæ, quia domum fuisse possessam à Iulia, non docetur, & quatenus appareret, constat ex præsumptione iuris, dotem Iuliæ fuisse solutam, nisi Iulia ex rationibus administrationis, & calculo facto, & faciendo de contrario constare faciat.

REVERENDISS. SACRATO.

Romana census, Veneris 8. Nouembris 1613.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotale non est compensandum, cum legato facto per coniugem, sed vtrumque debetur, & num.6.*

2 *Compensatio de debito voluntario ad legatum non admittitur.*

3 *Debitum voluntarium dicitur illud, quod trahit originem, & initium à voluntate hominis, licèt ex postfacto fiat necessarium.*

Contractus, & quasi contractus omnes à principio sunt voluntatis, & post facto necessitatis.

4 *Lucrum dotis dicitur debitum voluntarium reiecta contraria opinione.*

5 *Amplia maximè procedere, in Vrbe in qua statutum non mandat simpliciter deberi quartum, sed disponit, quod pactum circa lucrum dotis semper in instrumentis censeatur appositum, nisi expressè sit remissum.*

7 *Gabr.consi.13.nu.31.lib.1.reprobatur.*

8 *Vxori cui relictum est legatum à Viro debetur legatum & dos, nisi specialiter pro dote legatum fuerit.*

9 *Dispositio in dote habeat etiam locum in lucro dotis.*

DECISIO LXXXVIII.

Domini fuerunt in voto, quod lucrum dotale non esset compensandum cum legato, sed vtrumque deberetur, mori fuerunt, quia
1 lucrum dotale in proposito casu debet dici debitum voluntarium, quo casu non esse locum
2 compensationi, admittunt omnes, per text. *in l.creditorem 87.ff.de legat.2.* Bart. *in l.si cum dotem, §.pater nu.3.ff.solut matrim.* Ias. *in Authen. præterea nu.18.in princ.C.vnde vir,* Rol. *consi.65. num.19.cum pluribus seq.l.2.* latè Gomes. *var.resol.tit.1.cap.12. num.27.* cum pluribus relatis per Illustrissimum Manticam *de coniect.vlt.volunt.lib.10. tit.2.num. 2.*& per Menoch. *de præsumpt.lib.4.præsumpt.110. num.7.*

Quod autem sit debitum voluntarium patet,
3 quia illud dicitur debitum voluntarium, quod trahit initium à voluntate hominis, licèt ex post facto fiat necessarium, vt sunt omnes contractus, vel quasi. Bald. *in l.si vxor. num.4. C.de bon. auct.iud.poss.* Pedem. *decis.167.nu.25.* Illustrissimus Mantica, *vbi supra n.4.* Surd. *consi.196.n.37.*

In proposito autem casu videtur, quod istud lucrum dotale trahat initium suum à voluntate hominis. nam & si controuersia sit inter Doctores: An statutum mandet simpliciter soluto matrimonio solui quartam pro lucro dotali, istud lucrum ad effectum de quo agitur dicatur debitum necessarium, vel voluntarium, & quod dicatur necessarium, tenent plurimi relati per Illustrissimum Manticam, *vbi supra nu.7. & 8.* cùm tamen contrarium, quod sit volunta-
4 rium, tenuerint Roland. *de lucro dotis quæst.86. num.10. cum seq.* & alii relati per Surd. *consi. 112. num.64.& consi.196.num.36.& seq.* & facit distinctio Ripæ *in l.si insulam num. 60. ff. de verb.obligat.* verumtamen visum fuit Dominis casum
5 versari extra prædictam difficultatem, quia statutum Vrbis 131. lib.1. non mandat simpliciter deberi quartum dotale, quo casu potest quartum deberi ex mera legis auctoritate absque nullo facto hominis, vt considerant Doctores tenentes opinionem, quod debitum sit necessarium, sed disponit, quod pactum circa lucrum dotis in instrumentis censeatur appositum, & stipulatum nisi de partium voluntate sit remissum, & sic statutum procedit per viam præsumptæ voluntatis contrahentium, non autem ex propria statuentium auctoritate. Vn-
6 de in terminis huius statuti Romani, quod non sit locus compensationi, tenuit Rota in causa Romana donationis propter nuptias 1. Iulij 1577. coram bon. mem. Blanchetto, & licèt in causa Romana legatorum, & vsusfructus 1. Iulii 1611. coram R. P. D. meo Caualerio Rota visa fuerit inclinare in contrariam sententiam, attamen ibi non fuit disputatus articulus, vnde nunc Rota residet *in d. decis.* coram bon. mem. Blanchetto. Quantum ad Gabr. *consi.16. numer.31.*
7 *lib.1.* qui loquitur in terminis statuti Vrbis, visum fuit Dominis, quod in effectu nihil firmet, & quatenus firmaret non esse bonam illius opinionem, corroboratur ista opinio ex tex. *in l.1.§. primum itaque.C.de rei vxor.act.* vbi disponitur,
8 quod vxor habeat dotem, & legatum, nisi specialiter pro dote legatum ei fuerit à marito re-
9 lictum. Rota autem sæpe resoluit dispositio in dote habere locum in lucro dotis, vt in causa Romana dotis de Maximis 3. Martij 1606. coram R.P.D Pamphilio in Romana lucri dotis 9. Ianuarij, & 23. Martij 1606. coram R.P.D. Decano, & in Romana dotis de Cupis 9. Aprilis 1612. coram me.

Coniecturæ, quod testatrix voluerit fieri compensationem, visæ fuerunt satis leues, & bene sublatæ per informantes pro D. Io. Antonio Legatario.

ILLVSTRISSIMO BLANCHETTO.

Romana fructuum quinquaginta millium 1. Iulij 1577.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio admittitur cum lucro dotis.*

2 *Compensatio opponi potest etiam post rem iudicatam.*

3 *Compensatio non admittitur cum fructibus rei donatæ, & nu.12.*

4 *Geminatio verborum multum operatur.*

5 *Amplia, quod operatur augmentum non diminutionem.*

6 *Verbum* libera, *totalitatem significat.*

7 *Donatio propter nuptias, est pars, & augmentum dotis.*

8 *Exceptio facta in vno casu, ad similes porrigitur.*

9 *Compen-*

9 *Compensatio non admittitur in possessorio donec nõ sit finitum petitorium.*

10 *Compensatio opponi non potest in eo, quod ex restitutione consequi potest, nec dicitur petita, vel obtenta.*

11 *Debitum occasione donationis propter nuptias dicitur voluntarium, non necessarium, cùm statuto renunciari possit, & ipsi donationi.*

13 *Legatum vsusfructus non compensatur cum debito ex dispositione legis.*

DECISIO LXXXIX.

PRoposui 1. Iulij 1577. Romana quinquaginta millium fructuum inter Illustrissimas Portiam de Cesis, & Magdalenam Vrsinam in qua dubitaui, An exceptio opposita per Portiam, quod Lelius in donatione causa mortis facta Magdalenæ vxori de summa triginta millium aureorum eius vita durante, quam ipsa consecuta fuit, comprehendat lucrum donationis propter nuptias ex statuto debitũ eidem Magdalenæ, per præfatam Portiam solutum, sit admittenda in præsenti iudicio, & an sit locus compensationi, etiam cum fructibus, de quibus agitur, quod dubium proposui Mercurij 26. Iunij proximè præteriti, & quo ad primá partem Domini non dubitabant exceptionem
1 istam esse admittendam, cùm quandocumque etiam in executione rei iudicatæ opponi
2 possit, Capel. Tholosan. *decisi 263. num. 3.* Afflict. *decisi. 123. num. 3. & 4.* DD. omnes *in cap. suborta de re iud.* & hoc maximè dicendum est, quia allegata compensatio non requirit iuris disputationem, cùm partes sint in confesso, Magdalenam de dicta donatione iam fuisse satisfactam.

3 Quo verò ad secundam partem Domini tenebant non esse locum compensationi cum
fructibus, de quibus agitur, mouebant ipsos, pri-
mo verba, de quibus in donatione Lelij. videli-
cet, *dono, & fò libera donatione*, quæ geminatio
4 plurimum debet operari, *l. balista. ff. ad Trebell. &*
cap. si Episcopus de iure iurando. cum alijs per Suc.
cons 249. num. 16. in fin. lib. 2. & augmentum non
5 autem diminutionem inducit, Ruin. *consil. 98.*
numero 12. libr. 2. & huc est tritum in iure, consi-
6 derabant etiam verba *libera*, quod verbum to-
talitatem, vt inquit Aym. *consil. 122. numero 5.*
significat, accedit clausula, *vltra dotem suam*,
7 cuius dotis pars, & augmentum est ipsa dona-
tio, Aym. *consi. 149. numero 6.* cùm alijs, quos
inter recentiores refert Menochius *consilio 56.*
num. 33.

8 Vnde Lelius excipiendo censetur excepisse donationem propter nuptias, cùm exceptio facta in vno casu, ad similes porrigatur, Imol. *in consil. 7. numero 2.* Dec. *in l. 1. num. 32. de reg. iur.*

Vltimo dicebant, quod cùm adhuc iudicium
petitorium non fuerit perfectum, & quicquid
agit, agitur in iudicio possessorio, vtique non
est locus compensationi, cùm fructus debiti D.
Magdalenæ debeantur ex remedio vtilis Saluia
ni Interdicti, & per ipsam intentati, non autem
ex eo quod donatio Lelii fuerit valida, cùm ad-
huc non constet. Donec igitur pendet petito-
9 rium non potest dari ista compensatio, sicut nõ
potest deduci in compensationem, quod quia
possit consequi ex restitutione in integrum, ista
10 non adhuc petita, & obtenta, ad notata per
Bar. & Doctores *in l. vlt. §. final. ff. de condict. indebiti.* Quia tamen Dominis visum fuit decisionẽ præsentis dubii etiam ex eo pendere, An debitum ratione donationis propter nuptias stantibus statutis Vrbis *c. 22. lib. 4. & 22. lib. 5.* sit voluntarium, vel necessarium, ideo mandaui de ordine Rotæ agentibus vtriusque partis, vt super hoc pro hac Rota informarent.

11 In qua Domini tenuerunt huiusmodi debitum esse voluntarium, licèt enim proueniat à statuto, cùm illę partes possint renunciare, dicitur prouenire ab homine, Franc. Ripa *in l. si insulam, nu. 6. ff. de verb. obligat.* Ioan. Ripa *in l. fœmina num. 6. C. de secundis nupt.* cum ibi relatis, & *in l. generaliter, num. 5. & 7. C. eodem.* cum aliis allegatis per Roland. *de lucro dotis quæst. 56. nu. 12.* quod autem partes possint renunciare huic statuto clarè legitur in statutis allegatis, quæ deducuntur per scribentes pro Illustrissima Domina Portia, intellexerunt Domini vbi statutũ esset præcisum, quod non est in casu nostro, in quo statutum videtur fundatum in præscripta contrahentium voluntate, non autem voluisse illos ad hæc arctare.

12 Quapropter cùm Lelius esset debitor Magdalenæ a principio voluntariè, cõferens in Magdalenam hanc liberalitatem, non videtur fecisse animo compensandi, Alex. *cons. 7. nu. 16. vers. & breuiter cum seq. lib. 6.* & maximè, quia fuit dona-
tus vsusfructus, bonorum Magdalenæ, quo casu
13 legatum vsusfructus non computatur cum de-
bito ex dispositione legis proueniente, Bero.
cons. 41. nu. 39. lib. 1.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Romana affictus seu domorum,
Veneris 2. Aprilis 1593.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio implementi opponi potest, etiam aduersus obligationem Cameralem.*

2 *Exceptio periurij repellit agentem à limine iudicij.*

3 *Probatio liquidissima requiritur, ad hoc, vt probetur commissa pœna.*

4 *Reus exceptionem suam plenè probare debet.*

5 *Dolus vbi non est, nec perfidia, nec periurium dici potest.*

6 *Causa qualibet etiam leuis excusat à dolo.*

7 *Instrumentum, sicut non obligat ignorantem, ita nec dubitantem.*

8 *Executio obligationis Cameralis non impeditur per exceptionem implementi, donec per tres sententias, vel per rem iudicatam fuerit probata.*

9 *Compensatio non admittitur de liquido, ad non liquidum.*

10 *Liquidum perfectè non dicitur, quod per sententiam non fuerit liquidatum.*

11 *Exceptio compromissi impedit iurisdictionem iudicis ordinarij.*

12 *Arbitri electio voluntariè facta, non impedit, quominus vna pars ad Iudicem ordinarium redire possit, tamen committitur pœna in compromisso adiecta.*

DECISIO XC.

DVbitaui, an in casu, de quo agitur, obligatio Cameralis, sit exequenda, vel potius obstet exceptio periurij.

Et fuit conclusum, obligationem esse exequẽdam, quia paratam habet executionem, vt inter omnes constat.

Non obstat exceptio non implementi, quæ etiam aduersus obligationem Cameralem potest
1 opponi, *l. Iulianus §. offerri. ff. de act. empt.* Corn. *cons. 29. nu. 17. lib. 1.* Crauett. *cons. 151. num. 10.* Gallei. *de oblig. Cam. par. 4. quest. 1. nu. 7.* quæ quidem exceptio deducitur ex eo, quod Canonici non seruauerunt pacta conuenta in locatione, eum A. C. D. Vincentio Casalis conductori inhibuerit, ne posset metere, & recolligere triticum, satum in ea parte, de qua fuit controuersia: ex qua inhibitione ipsi D. Vincentio non modicam (vt asserit probari, ex depositionibus testium) iacturam fecit; & de hac eorum contrauentione, dicitur constare ex decisione coram me facta die 17. Martij 1589. & ob hanc causam obstet etiam exceptio periurij, quæ repellit agentem
2 à limine iudicij, quando agit ex eodem contractu, cuius vigore incidit in periurium, *l. si quis maior. C. de transact.* Romanus *sing. 493.* & fuit dictum coram bo. mem. Lauretano in Romana deuolutionis Molendini die 23. Februarij 1579.

Quibus omnibus breuiter fuit responsum, coram me solum fuisse decisum, D. Vincentium pactis conuentis non contrauenisse, ita vt posset videri in pœnam ipsius conuentionis, de qua tunc agebatur, incidisse. Propterea dictum etiam fuit, mandatum exequendum aduersus eum decretum, non esse relaxandum, quia ad istum effectum Canonici clarè suam non probauerant intentionem, quod terrena culta à D. Vincentio de quibus agebatur, essent comprehensa in pacto ei consignato, nam ad istum effectum pœnæ committendæ requiritur liquidissima probatio, vt dictum est in di-
3 cta decisione, *per leg. in testamento secunda de cond. & demonstr.* & Bald. *in cap. 1. nu. 10. qual. dom. feud. prop. priuat.* cum alijs auctoritatibus adductis, sed quamuis clarè Canonici non probauerint D. Vincentium contrauenisse, & in pœnam incidisse, non tamen decisum fuit, à D. Vincentio clarè fuisse probatum, terrena non non fuisse comprehensa in dicto pacto, ita vt ipse possit dici non impleuisse contractum, & in periurium incidisse, sicuti nunc D. Vincentius excipit.

Vnde hanc exceptionem, ipse etiam ad effectum, de quo agitur, dilucidè probare debet, e-
4 tiam quod sit reus, *l. in exceptionibus. ff. de prob.* & cùm huiusmodi exceptio sit ambigua, executio obligationis Cameralis ad fauorem Canonicorum deducta non potest retardari.

Proinde multo minus refragatur exceptio periurij.

Primo, quia hæc etiam præsupponit Canonicos contrauenisse, & tamen de eorum contrauentione clarè non constat.

5 Secundo, quia præsupponit etiam dolum, nã vbi non est perfidia, neq; dolus, aut periurium potest intelligi, *capit. querelam; de iure iur.* Alex. & Ias. *in l. qui iurasse, numer. 3. ff. eod. tit.* idem Alexand. *in l. vlt. numer. 6. ff. qui satisd. cogan.* Felin. *in cap. 1. num. 28. de iure iur.* Rip. *in cap. ex parte. numer. 23. cum seq. de rescript.* vnde quælibet causa,
6 etiam leuis, excusat à periurio, sicut excusat à dolo, Grat. *cons. 50. num. 75. cum seq. lib. 1.* & sicut in-
7 strumentum non obligat ignorantem, ita nec dubitantem, Dec. *cons. 39. num. 21. & seq. lib. 1.* In proposito autem negari non potest, quin cesset dolus, quia apud ipsos Canonicos fuit saltim probabilis dubitatio, an terrena culta, de quibus est controuersia, essent comprehensa in dicto pacto, vt colligitur ex ipsa decisione, igitur à periurio ipsi debent excusari, cui consequens est dicere, vt exceptio periurij non impediat executionem obligationis Cameralis: præsertim, quia aliæ etiam postea ab ipsis Canonicis factæ sunt probationes, ex quibus saltim magis dubia redditur huiusmodi exceptio, ita vt requirat altiorem indaginem: & donec per tres sententias conformes, seu rem iudicatam de con-
8 trauentione, seu non implemento non liquet, executio obligationis Cameralis, quæ est certa,
9 non debet retardari, quia de liquido ad illiquidum, non admittitur compensatio, *l. vltim. C. de*
10 *compens.* nec potest dici perfectè liquidũ, quod per sententiam non fuerit liquidatum, Bald. *in l. item quia, in 2. lect. n. 1. ad fi. vers. non potest dici. ff. de pact.*

Postremo non obstat exceptio compromis-
11 si, quæ (vt dicitur) suspendit iurisdictionem Iudicis ordinarij, Blanc. *de compromiss. quæst. 6. de effect. compromiss. nu. 17. in princ.* quia ipse euidenter loquitur de compromisso necessario, facto vigore statuti. Et aliud dicitur de compromisso voluntario, de quo agitur, quia arbitri (inquit) electi secundum ius commune, non suspendunt
12 iurisdictionem, sed altera partium potest redire ad Iudicem ordinarium; tamen & si aduersus cum pœna adiecta in compromisso committatur, *l. si quis rom. ff. de arbitr.* & gl. & Doct. *in Clem. quam diu. de appell.*

Præterea in casu proposito, arbitri electi fuerunt inter se discordes, & postea alter eorum ab Vrbe discessit, & quod magis est, ipse Dominus Vincentius commissionem impetrauit, atque ita renunciauit compromisso, & Signatura causam cum facultatibus Auditoris Cameræ mihi commisit, igitur præcisis contrarijs ra-
13 tionibus, obligatio Cameralis suum debet sortiri effectum.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana donationis Lunæ 24.
Nouembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Pater non amittit vsumfructum in bonis filij etiam si illa donauerit.*

2 *Donatio facta à filio familias est nulla.*

3 *Remissio vsusfructus non dicitur ex eo, quod pater nomine filij locauit domum, & ei pro alimentis pensiones assignauit cum ad patris nutum cessare possit.*

4 *Renunciatio vsusfructus non inducitur ex eo, quod pater insinuauit donationem factam à filio de suis bonis.*

5 *Insinuatio operatur confirmationem actus, non*

illius

illius augmentum.

6 *Renunciatio vsusfructus debet fieri expresse.*

7 *Consensus præstitus in donatione pleno iure facta non dicitur renunciare vsumfructum.*

8 *Donatio facta à filio cum iuramento non tollit vsumfructum patri, nec ei præiudicat.*

9 *Statutum ca. 152. lib. 1. tollit iuramentum per filium familias in contractu positum & præsumuntur dolo extortum.*

10 *Donatio non sustinetur facta de bonis super quibus pendet lis in possessorio, & petitorio.*

11 *Consensus præstitus subhastationi, quæ non habuit effectum non præiudicat.*

12 *Pater non habet vsumfructum in portione filij præmortui, quando ei succedit simul cum alio filio.*

Sed filio mortuo remanet vsusfructus apud patrem.

13 *Vsusfructus patri semel acquisitus nunquam ei tollitur.*

DECISIO XCI.

VIncentius Alortus Petri Pauli ex prima vxore filius, antequam religionem ingrederetur, donauit bona materna Dominico, & Francisco suis fratribus ex alia patris vxore, quã donationem, idem pater insinuauit; verùm post captam à filijs bonorum donatorum possessionem orta fuit inter ipsos, & patrem controuersia, & pater eos tam in petitorio, quàm in possessorio conuenit coram Aud. Cam. quo pendente Iudicio Dominicus obijt, & Franciscus superstes fauorabilem sententiam reportauit, à qua fuit appellatum, & dum in secunda instantia coram me causa penderet, Franciscus donauit inter viuos eadem bona Vincentiæ Matri, quam donationem Petrus Paulus vti factã absque ipsius assensu, cum inualidam prætenderet; Dubium in Rota proposui, vbi pro inualiditate fuit resolutum.

1 Hæc enim donatiò facta fuit à filio familiàs, absque patris assensu, qui habebat in bonis donatis vsumfructum, *l. final. §. filijs autem. C. de bon. quæ lib.* & ibi Buttrig. *colum. final. versic. item quæro.* Cyn. *num. 1.* Bal. *in princip.* Ang. *sub num. 1.* Castr. *numer. 1.* Corn. *numer. 1. & l. 1. C. eodem.* glos. *in l. 3. in verbo non potuit. C. de patri. potest.* Roland. *cons. 89. num. 4. ad med. lib. 4.* Alex. *cons. 106. num. 1. & 2. lib. 7.*

2 Vnde non solùm quo ad vsumfructũ sed etiã respectu proprietatis fuit nulla donatio, vt tradit Castr. *in l. & hærede. §. filiofamilias nu. 4.* & ibi Iacob. *n. 6. in 1. lect. & n. 3. in 2. lectura.* Ang. *n 2. ff. de pact.* Fulgos. *cons. 87. num. 2. ad finem.* Bald. *cons. 295. lib. 4.*

3 . Nec valet dicere patrem in bonis donatis amplius vsumfructum non habuisse cùm locasset ante donationem filiorum nomine domos, & eisdẽ pro alimentis pensiones assignasset, & sic absque patris assensu filium donare potuisse, & allegat. in vna Perusina donationis coram Reuerendissimo Bononien.

Nam fuit responsum ex illis actibus renunciationem vsus fructus non induci, cùm locatio fieri tantum potuerit propter dictam alimentorum assignationem, quæ cùm ad patris nutum cessare posset, non dicitur simpliciter, sed de die in diem remissus vsusfructus, vt per Castr. *in l. cum oportet. §. sin autem, num. 4.* post Bar. *ibidem in fin.* & Corn. *num. 2* Salic. *num 5. in fin. C. de bon. quæ lib.* Franc. *decis. 585. numero 1.* Aym. *cons. 39. numero 9. in fin. versicu. ideo aliter respondeo.* Menoch. *cons. 182. numero 34. lib. 3.* & durat quousque pater consensum reuocauerit, Castr. *loco supra citato.* Corn. *cons. 79. in fin. libr. 2.* Anchar. *cons. 156. num. 3.*

Non obstat Petrum Paulum insinuasse primam donationem a Vincentio factam alijs fratribus, & sic ipsum videri etiam vsumfructum

4 donasse. Non enim ex hoc inducitur per necesse vsusfructus renunciatio, Bar. *in l. Titiũ, & Mæuium. ff. de administ.* vt cùm regulariter actus debeat semper interpretari, vt minus præiudicet, *l. 1. & 2. de solut.* Corn. *cons. 338. num. 5. lib. 1.* Abb. *in cap. cum super num. 12.* Felin. *numer. 10.* Dec. *numer. 12. de offic. delegat.* Cæl. de Grass. *decisio. 1. de leg. num. 3.*

5 Vlterius actus insinuationis operatur donationis confirmationem, quæ sicut respectu donantis comprehendi non potuit vsusfructus, ita nec dici potest comprehensus in insinuatione, quæ solum tendit ad confirmationem actus, & non ad illius augmentum, *l. sancimus 34. §. alias vero vers. actis interuenientibus corroborate. C. de donat.* Riminald. Iun. *§. 1. n. 207. Inst. eod.* Soc. *cons. 80. n. 13. lib. 1.*

6 Præterea cùm vsusfructus renunciatio esse debeat expressa; Ang. *de testam. in fine princip. ante gl. 1. n. 43. vers. quinimo non posset.*

7 Nec insinuatio, nec reliqui actus facti per Petrum Paulum illi præiudicant, & licèt ipse consenserit bona pleno iure donari, non tamen per hoc remissus censetur vsusfructus, attento præsertim, quod sumus in paupere, vt tradit Ancha. *cons. 106. per tot.*

8 Non obstat quod iuramentum validam reddidisset donationem, quia cùm pater habuit in illis bonis vsumfructum per iuramentum illa conualidari non potuit, Bald. *in d. §. filius autem. num. 1.* Ang. *nu. 4.* Fulgos. *num. 2. ad fin. & seq.* Salic. *num. 25.* Castr. *num. 4. vers. sed est dubium.* Corn. *nu. 4.* Paul. *in addit. ad Bart. verbo disponere. C. de bon. quæ lib.* Castr. *in l. & hæredi. §. filius familias, nu. 4. vers. sed est dubium. ff. de pactis.* Curt. Iun. *cons. 152. nu. 6. & 7.* Aym. *cons 39. nu. 3. in fi. & cons. 84. nu 2. ad medium.* Cæsar de Grassis *decis. 2. nu. 7. & 21. de donat.* cum alijs per Roland. *cons. 89. nu. 5. & sequen. lib. 4.*

9 Tanto magis stante Vrbis statuto *c. 152. lib. 1.* quo tollitur iuramentum in contractibus minorum appositum, & dolo extortum præsumitur, vt fuit resolutum in vna Romana nullitatis contractus 2. Iunij 1604. coram Reuerendissimo Bononien.

10 Placuit etiam Dominis aliud fundamentum pro donationis inualiditate, ex quo enim super eiusmodi bonis aderat in possessorio, & in petitorio lis inter patrem, & filium, vt apparet ex commissione illa, nec donari, nec alienari poterant, *l. lite. & l. final. C. de litig.* Peregr. *de iure Fisci lib. 4. tit. 6. num. 19. & seq.* Abbas *in c. Ecclesia il primo nu. 9. vt lite pendente.*

Nec releuat pariter, si dicatur patrem amisisse dictorum bonorum vsumfructum ob domus adiudicationem, & assensum præstitum illius subhastationi ad fauorem creditorum, ex Pinch.

in 2.par.l.1.n.33.& 35.C.de bon. mater. & sic donationem valuisse.

11 Nam cùm dicta subhastatio effectum non habuerit, nec domus fuerit vendita, pater non dicitur ius suum amisisse,Guido Papa *q.101. sub n.1.& seq.& consi.126.circa fi.* Curt.Iun.*de feud. par. 4.q.13.sub n.103.post med.q.20.n.111.*& alij per Cor. *de caus.priuat.ob alien.limit.38.*& Serard. *de feud. q.9.c.1.nu.32.*

12 Non obstat, quod saltem donatio valeat respectu portionis fratris demortui ad cuius successionem cōcurrit pater,& filius superstes, nec in filij portione pater habeat vsumfructum, ex Rol.*cons.95.nu.49.lib.1.*

13 Nam etiam filio mortuo remanet vsusfructus apud patrem,*l.si qui.§. sin vero defuncta persona. C.ad Tertul.l.final. C. de vsufruct. glos. in l.3.C.eodem*, & illi semel acquisitus non tollitur, Surd. *consi.116.num.46.& seq.lib.1.*Pinell.*in l.1.par. 1. nu. 39.C.de bon.mater.*Gomez.*ad l.Tauri 6.num. 11. & seqq.* Afean.Clem.*de pat.potest.effectu 2. numero 34. vers.amplia 6.*Cauale.*de vsufruct.mul.relict.num. 180.* & fuit dictum in vna Turritana bonorum 22.Aprilis 1613.& 14.Maij 1614.coram R.P.D.Vbaldo.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Placentina Castri Mercurii 4. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Citationis reproductio verbalis, licèt sufficiat ad effectum validitatis processus per contra dictas,cùm realis reproductio postea secuta retrotrahitur ad diem termini.*

2 *Periurij exceptio agentem repellit à limine Iudicij.*

3 *Absolutio à Iuramento ad hoc, vt suffragetur requiritur,quod obtenta sit ab omnibus iuramentis,& ideo si tria erant Iuramenta, tres erant necessariæ absolutiones.*

4 *Actorum transportatio est necessaria ex natura ipsius negocij,quando aliquid formari non potest nisi visis actis, etiam , quod non versemur in causa appellationis.*

5 *Constituti validitas, vel inualiditas tota pendet à validitate,vel inualiditate contractus.*

6 *Declara quod si contractus in controuersiam deducitur, interim donec terminetur lis super inualiditate contractus, virtus constituti est suspensa.*

DECISIO XCII.

Fvit per D.D.resolutum Comiti non esse dā-
1 dum mandatum de manutenendo in possessione Castri, quia licèt sufficiat verbalis reproductio citationis ad effectum validitatis processus per contradictas,cùm realis reproductio postea secuta retrotrahitur ad diem termini, vt fuit resolutum in causa Burgensi Quindenniorum 5.Martii 1599.coram bon.mem. Orano,& ideo Testes sunt validè examinati, qui plenè probant possessionem istius Castri ad fauorem Comitis, tamen ei obstat exceptio per-
2 iurii, quæ repellit agentem à limine iudicii, *l. si quis maior.C.de transact.*Felin. *in cap.dilecti n. 2. de except.* & absolutio Vicarii quæ datur non est sufficiens, quia cùm in instrumento conti-
3 neatur triplex iuramentum,de obseruando instrumentum, de non petendo absolutionem,& de ea obtenta non vtendo, non sufficit simplex absolutio, sed est necessaria in specie ab omnibus iuramentis,Bald.*in l.2.numer.9.ff.de iure iuran.*Roman. *consi.326.*Felin.*in capite l.constitutus num.14.de rescriptis*, & fuit resolutum in causis Romana Donationis de Cinciis 20.Nouembris coram R.P. D. Seraphino Clusina pensionis 20. Iunii 1590. coram Illustrissimo Platto, & Veliterna Affictus 27.Iunii 1599.coram D.Corduba, Et ideo nisi ostendatur alia absolutio magis specifica, ista ei non suffragatur. Obstat etiam alia exceptio defectus trāsportationis actorum quia vltima commissio habet clausulā *quod si*,& postquam per Michaelem in primis, & ante omnia purgata fuerint attentata procedatur per inde, ac si prima , & secunda commissio essent signatæ cum clausula sine retardatione solutionis census arbitrio Rotæ, & cùm ista vltima commissio sit attendenda, in primis necessarium est firmare,An adsint vel non adsint attentata, & an procedendum sit retardata so-
4 lutione,& ad istum effectum etiam, quod non versemur in causa appellationis, est necessaria transportatio actorum , ex natura ipsius negocii, cùm ista non possint firmari nisi visis actis.

Aliud fundamentum quod Comiti non possit dari mandatum de manutenendo proptec clausulam *constituti*, quæ operatur hunc effectum, vt constituenti non detur mandatum de manutenendo contra illum, cuius nomine cōstituit se possidere,non placuisse Dominis,quia cùm validitas constituti pendeat à validitate
5 vel inualiditate contractus,qui iam est in controuersiam deductus, interim donec fuerit ter-
6 minata lis super inualiditate contractus,virtus constituti est suspensa,Dec.*consi.400.sub num.9. vers. quarto respond.* & fuit resolutum in causa Romana deZambeccariis 10.Martii 1589.coram D.Episcopo Perusino, & ideo si aliud non obstaret Comiti,esset dandum mandatum de manutenendo,cùm probat suam possessionem,etiam post contractum.

R. P. D. CORDVBA.

Veliterna Affictus, Lunæ 15. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Promittens releuare aliquem indemnem, sufficit si det fideiussores.*

2 *Ius accrescendi habet locum inter Socios stante clausula in Instrumento societatis,vel concessionis,qua portio deficiens in solidum spectat ad alium ex sociis.*

3 *Intellige procedere vbi datur portio vacans.*

4 *Heredum, & successorum appellatione veniunt singulares successores.*

DECISIO XCIII.

COntra decisiones factas in hac causa duo præcipuè opponebantur, primū circa adimplementum Simonis ex eo, quod promissio de non molestando fuerat dumtaxat pro fructibus decurrendis à die 6. Aprilis,& non pro rūc vsque decursis.

Sed

Sed hoc obiectum vltra deducta in decisione fuit per Dominos sublatum ex eo quia obligatio Simonis de liberando Ioannem Paulum, & Thomam erat pro solutionibus in futurum, & non pro tempore praeterito, pro quo perceperat fructus Casalis, ad quem effectum necessarium erat probare illum terminum pensionis debuisse solui anticipatè pro affictu futuro, quod non solum non apparebat: immo totum contrarium: nam cùm Balduinus in Instrumento fecerit sibi cedi actiones contra Ioannem Petrum,& omnes obligatos in affictu pro dicto termino, quem ipse soluere promiserat, si solutio fieret anticipatè pro affictu futuro, hic actus esset omnino contrarius liberationi quam intendebat facere contra istos obligatos.

Neque his obstabat quod saltim hoc obligatio cõtinetur in secunda parte conuentionis de soluendo quicquid per Consules fuit iudicatũ, & cùm debitum esset clarum sub illa comprehenderetur, quoniam vltra quod decretum Cõsulum non disponebat, Simonem teneri eos liberare à solutione Affictus de praeterito, ac idem deberet intelligi secundum dispositionem Iuris communis, vt pro tempore, quo fructus perceperunt, non sint liberati, negari non potest, quod res ista non sit ita clara, cùm saltem inter ipsos non esset satis expeditum, quae, & quanta pars fructuum perceptorum vnumquemq. tangeret, ac etiã, cùm valeret comprehendi sub illa alia generali obligatione de releuando
indemnes à quibuscumq. promissionibus factis
1 occasione Affictus,& Societatis, sufficit Simonem de illo fideiussores, vt tradũt omnes D.D. *in l. si pater C. de collat.* Alex. *in l. 2. coll. 1. et nu. 2.* Beninend. *decis. 77. nu. 9.*

Alterum obiectum erat, An portio Simonis cessa Euandro accreuerit Balduino per ius ac-
2 crescendi, vel non discrescendi; & licèt verum sit, quod stante clausula *in solidum* portio deficientis spectat et ad alium ex socijs per ius accrescendi, vel nõ decrescendi, quia ex tacita disponentis voluntate magis verisimile est tam ad coniunctum quàm ad se ipsum deuenire voluisse, iuxt. *l. si Titio Meuio. §. iulianus. ff. de legat. 2.* notant Alexand. *Ias. in l. re coniuncti. ff. de legat. 3.* Ronchegal. *in l. eadem nu. 13. ff. de duobus reis*, & fuit latè deductum in superiori decisione huius
3 causae, hoc tamen habere locum dicebant Domini, vbi datur portio vacans, quod non contingebat in praesenti. Etenim Simon stipulatus fuerat pro se, haeredibus, & successoribus, qui cũ cesserit suam portionem Domino, & Dominus, vti Cessionarius cesserit Ioanni Petro, & Thomae, nullo modo datur portio vacans, quia appellatione haeredum, & successorum veniunt
4 successores singulares, *l. faeminarum. §. adijcitur. ff. ne quid in flum. pub.* Puc. *dec. 132. n. 3. lib. 3.*

Neque obstabat, quod causa annalis cessionis Simonis fuerit recessus à lite, & causa, & D. Lotharius consenserit cessationi contractus; nam ex hoc non sequitur, quia non fuerit prouisum per viam cessionis, ex quibus dictum fundamentum non applicatur praesenti casui, quicquid aliàs de iure esset dicendum.

Et ex his quantum ad implementum Simonis Domini steterunt in decisis, & in reliquis recesserunt, ac ita resolutum.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Mediolanen. Bonorum, Mercurij 4. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Supplicationem signans videtur concedere omnia petita.*
2 *Absolutio à Iuramento dicitur sufficienter obtenta, quando in Commissione fuerunt expressi omnes casus, in quibus fuit iuramentum praestitum, & cõmissio fuit simpliciter signata.*
3 *Absolutio à iuramento satis est, quod petatur à iuramentis praestitis in vltima transactione, licet non petatur à iuramentis praestitis in prioribus transactionibus.*
4 *Iuramentum à parte remitti potest.*
5 *Iuramenta plura non dicuntur, sed vnum tantum, quando ex pluribus contractibus iuratis fuit ad vnum tantum contractum deuentum.*
6 *Periurij exceptio ad hoc, vt obstet requiritur, quod sit eadem persona, quae iurauit.*
7 *Iuramenti vis est personalis, & non transit ad successorem quo ad effectum periurii.*

DECISIO XCIV.

PRo Informante, nempe constare de sufficienti absolutione à Iuramento in casu, de
1 quo agitur, quia Vicarius Mediolanen. signando supplicationem videtur concessisse omnia petita, Felin. *in cap. super litteris sub num. 9. in 4. regula de rescript.* & consequenter facultatem agendi, & excipiendi cum absolutione, & relaxatione iuramentorum transactionis, quae in effe-
2 ctu dicitur contineri, quod Moniales habebãt ratam transactionem illius non contrauenire absolutionem à iuramento, & non petente, & impetrata non vtentur, iuxt. doctrinam Bald. *in l. 2. ff. de iure iur.* Rom. *consil. 326.* Felin. *in capitul. constitutus numer. 14. de rescript.* Paris. *consilio 43. num. 19. volum. 9.* Roland. *cons. 34. num. 6. cum sequen. volum. 1.*

3 Neque obstare alia iuramenta posita in praecedentibus transactionibus: quia sufficit, quod petatur absolutio respectu huius vltimae trãsactionis, quae hodie impugnatur, Rom. *sing. 499. n. 2.* & ibi addentes, & tenuit Rota in pluribus causis. Vltra quod fuit ab illis recessum per vltimam transactionem, quae facit, vt censeantur esse remissa vincula priorum iuramento-
4 rum, quae consensu partium dd. transactiones nouantium remitti possunt, Alex. *cons. 59. num. 2. lib. 1.* & sic non dicantur plura Iuramenta, sed v-
5 nicum tantum transfusum in vltimum, vt declarat Caputaq. *decis. 393. incip. absolutio in fine lib. 1. in manuscript.*

Et tanto magis D.D. venerunt in hanc sententiam, quia non solum pro parte opponente
6 de periurio non probatur, quod Moderna Abbatissa, & Moniales, quae hodie agunt ad rescissionem transactionis sint illaemet, quae iurarunt, vt requiritur ex deductis coram D. Robusterio in causa Tirasonen. Decimarum sub die 8. Octobris 1576. quod immo ex earum nominatione facta in mandato pro causa ad hãc causam, constat illas fuisse diuersas à nominatis in transactione, quo fit, vt tãquam successores iu-
7 rantium non egeant absolutione, cùm iuramẽ-

tum sit personale, non transeat ad successores, quo ad vinculum periurij, Innoc. in c. veritatis de iureiur. Bal. in l. etiam in fi. ff. eod. tit. Corn. cons. 27. sub n. 11. lib. 4. Dec. cons. 203. prope fi. Paris. cons. 75. n. 23 lib. 3. Aym. cons. 142. in fine, & fuit resolutum in causa Amerina Domus die 4. Maij 1579. coram bon. mem. Cantuccio.

R.P.D. MARCO MONTIO.

Firmana Altaris, 29. Ianuarij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Periurij exceptio repellit agentem à limine iudicij.*
2 *Promittens stare vnicæ sententiæ, intelligitur de sententia valida.*
3 *Absolutio à Iuramento requiritur etiam si quis velit contrauenire sententiæ, vel contractui iniusto, antequam de illius iniustitia cognoscatur.*
4 *Absolutio à Iuramento obtenta, postquam quis inciderat in periurium, non suffragatur, nisi petita prius absolutione à periurio.*
5 *Absolutio à periurio à solo Papa concedi potest.*

DECISIO XCV.

Domini censuerunt Ricciottum non esse audiendum, quandoquidem illi obstet ex
1 ceptio periurij, quæ agentem à iudicij limine repellit, ad not. in c. paruuli, ubi gl. final. 22. q. 5. & in l. si quis maior. C. de transact.
2 Nam iuuatur ex quo promisso iurata quam fecit de stando vnicæ sententiæ intelligatur de sententia valida, & iusta, ad Roman. cons. 334. numer. 7.

Nam quod sententia Rotalis aduersus quam ille petijt in integrum restitui, sit nota iniusta, est id, de quo quæritur, & præsupposito tunc veri præiudicio, quod talis esset, adhuc tamen
3 erat impetranda prius absolutio, antequam huiusmodi iniustitia potuisset in iudicio deduci, vt fuit dictum in Signina Castrorum 26. Iunij 1602. coram R.P.D. Ludouisio.

4 Non iuuat enim absolutio obtenta die 18. Octobris proximè præteriti, iam enim fuerat effectus periurus per appellationem, & per Commissionem causæ, atque commissionis. Ideo nõ poterat peti absolutio à iuramento, nisi petita prius absolutione à periurio, Affl. decis. 220. n. 17. Paris. cons. 10. nu 94. lib. 1. Rota coram Ptolomeo
5 decis. 786. par. 3. & istam à periurio absolutionẽ cum solus Papa concedere possit, Aym. consil. 6. num. 94. in d. l. si quis maior num. 154. C. de transact. Et fuit dictum in causa Romana nullitatis obligationis 5. Iulij 1604. coram Ortembergo, consulete sibi poterit Ricciottus adeundo Sanctissimi Signaturam.

R.P.D. ANDREAS.

Romana domorum, Veneris 29. Ianuarij 1616.

SVMMARIVM.

1 *Diuisionis instrumentum probat, vnde peruenerint bona diuisa.*
2 *Mater transiens ad secundas nuptias quicquid habet ex successione filiorum primi matrimonij, tenetur illorum fratribus reseruare.*
3 *Amplia procedere siue mater transierit ad secundas nuptias ante successionem filij, siue postea.*
4 *Amplia, vt dicta conclusio, habeat locum etiam in persona nepotis ex filio.*
5 *Pœnæ secundo nubentium filiorum fauore inducta, nõ fuisse sublata per Ius Canonicum.*
6 *Amplia, quod dictæ pœnæ fuerunt inductæ non solum fauore filiorum, sed etiam totius posteritatis.*
7 *Filius dicitur consentire patri secundo nubenti, quando de eo non conqueritur.*
8 *Declara tamen, quod non sufficiat tacitus consensus ex sola taciturnitate secundum veriorem opinionem, nisi simul concurrat aliquis actus positiuus.*
Fallit principalis conclusio in filio pupillo, qui nondum tacitè, sed nec etiam expressè potest absque tutore consentire, & num. 12.
Minor ætas probatur ex deputatione tutoris facta.
9 *Ætas pupillaris probatur ex deputatione tutoris facta.*
10 *Amplia, quod probatur etiam ex fide Baptismi.*
11 *Pupillus tum nullum habeat consensum, non potest neque tacitè, neque expressè alicui actui consentire.*
13 *Filius non dicitur consentire patri secundo nubenti ex sola cohabitatione cum patre.*
14 *Filius ad hoc, vt dicatur consensisse patri secundo nubenti, necesse est probare sciuisse iura sibi quæsita ex secundis nuptijs.*

DECISIO XCVI.

Cum Siluia de Genellis vno filio masculo, & duabus fœminis ex primo matrimonio susceptis, ac prædefunctis, superstite Anna alia filia, ad secunda vota conuolasset, tamquam postea nuptui tradidisset, quæ relicta ex se Elisabetha filia decessit, orta fuit lis inter autam, & neptem super bonis filiorum præmortuorum, quæ Siluia ad se spectare etiam quo ad proprietatem, Elisabetha verò quo ad vsumfructum tantum prætendebant. Vnde dubitatur, an Siluia esset tantum vsufructuaria sua vita durante, & pro affirmatiua capta fuit vnanimis resolutio.

Nam quod huiusmodi bona peruenerint ad Siluiam ex substantia paterna, mediante successione filiorum satis apparebat ex instrumen
1 to diuisionis, in quo bona præfata fuerunt ab ipsa cum tutore Annæ diuisa tamquam hærede tacita Ioan. Baptistæ primo illius viri, & Patris dictæ Annæ Socin. cons. 46. in princip. lib. 3. Riminald. Iun. cons. 73. n. 281. Matza in Epitom. q. 58. cum alijs adductis par Peregr. de fideicommiss. art. 44. num. 4.

Quo stante regula erat contra Siluiam, quod ipsa debeat esse tantum vsufructuaria, cum
2 transierit ad secundas nuptias, & quicquid habuit ex successione filiorum primi matrimonij, ex substantia paterna teneatur illorum fratribus reseruare, l. fœmina. §. illud, & Authen. ex testamento. C. de secund. nupt. & l. Mater. Cod. ad Tertul. & vtrobique glos. & DD. Decian. consilio 87. numero 3. Crauett. consilio 37. numero 1. Gabr. de secund. nupt. conclus. 3. numero 1. & 22. Ant. Gomel. in l. 15 Tauri in princip. vers. fi. ut. & idem est. Andr. Gayl. obser. 98. num. 1. lib. 2. Castill. de vsufruct. cap. 2. numero 9. qui omnes attestantur de communi, &

ni, & fuit decisum in Romana quartarum 16. Martij 1612. coram R. P. D. meo Caualerio; & plenissimè in Romana hæreditatis, & Parragij dotis 1. Decembris 1614. coram R.P.D. meo Buratto.

3 Quæ regula, & communis conclusio procedit siue mater ante successionem filij, siue post contrahat secundas nuptias, *dicta Authen. ex testamento. ibi, siue ante mortem filij. siue postea secundas ineat nuptias, & d.l. mater*, vbi etiam Doctor. Ruin. *consi. 20. num. 40. lib. 3.* Rolan. *consi. 94. num. 10. lib. 1.* Gabr. *vbi supra num. 6. in 4. amplias.* Castill. *d. cap. 2. num. 15.* Afflict. *decis. 95. numer. 4.* Boer. *decis. 185. n. 6.* Andr. Gail. *d. obser. 98. nu. 7. in fi. vers. tertio amplia*, & firmauit Rota in d. Romana hæreditatis, & Parragij.

4 Et licèt Anna decesserit, cùm tamen ex ea superstit Elisabetha filia, in eius etiam persona habet locum præfata dispositio, iuxt. tex. *in l. in aliquibus. C. de secund. nupt.* quem de hoc esse clarum ait Rip. *in d. l. fœmina. q. 9. n. 8.* vbi Cin. Bal. & alios pro hac parte refert, quam sequitur etiam Bert. *in repet. l. hac edictali §. quam obseruationem n. 2. C. eod. titu.* Gabr. *vbi supra concl. 1. nu. 8. in tertia ampliatione.*

5 Huiusmodi enim pœnæ secundo nubentium à iure ciuili inductæ fauore liberorum, & non sublatæ per ius Canonicum, vt tradunt Abb. & ceteri *in cap. final. de secund. nupt.* Sichard. *in d. l. fœmina num. 2.* Ruin. *consi. 58. num. 8. lib. 5.* Gabr. *de secund. nupt. conclus. 6. num. 1.* & fuit decisum in vna Perusina bonorum 20. Aprilis 1592. coram bon. mem. Penia, fuerunt inductæ non solum

6 fauore filiorum, sed etiam totius posteritatis, *d. l. hac edictali §. quam obseruationem, & §. omnibus in fi.* Bertran. *cons. 156. numer. 1. lib. 1.* Ruin. *vbi supra num. 4.*

7 Non obstat limitatio adducta ex consensu Annæ, quia tacitus qui elicitur ex sola præsentia, & taciturnitate ipsius de tempore secundi Matrimonij, & post, cùm de eo numquam fuerit conquestus, Grat. *cons. 103. nu. 17. lib. 2.* Menoc. *cons. 155. n. 21.* Burs. *cons. 12. n. 42.* & alij relati per Gabr. *d. conclus. 1. numer. 34.* & Castill. *de vsufruct. d. cap. 2. num. 99.*

8 Vbi dicit communem, hic inquam tacitus consensus ex sola præsentia, & taciturnitate secundum veriorem opinionem ad hunc effectum non sufficit, etiam in maiori ætate, nisi simul concurrat aliquis actus positiuus, vt tradunt Io. de Gattor. *in rub. cod. titul. numer. 118.* Rip. *in d. l. fœmina 14. quæst. in fi.* Gabr. *cons. 4. num. 18. lib. 2.* Menoch. *cons. 237. num. 15.* latè Castill. *vbi supra num. 100. & seq. vsq. ad num. 114.* Boer. *decisio. 185. numero 23. vers. alias præsentia.* Surd. *decis. 99. num. 14. in fin.* & secuta est Rota Beneuentana hæreditatis 20. Iunij 1594. coram Litta, & in Bononien. successionis 22. Maij 1609. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno, vbi optimis eam opinionem firmauit rationibus, ac demũ in illa Romana hæreditatis, & Parragij de qua supra.

9 Et tanto magis, quia dicta Anna tunc temporis erat pupilla, vt probatur ex deputatione Tutoris facta ad instantiam Matris, Ruin. *cons. 99. n. 6. lib. 4.* Anch. *q. 35. n. 4. lib. 1.* Surd. *decis. 160. nu. 9.*

10 concurrente maximè fide Baptismatis, Caputaqu. *decis. 314. par. 1.*

11 Et sic non potest sumi aliqua eius ratificatio, seu tacitus consensus, *l. in eo. §. pupillus*, vbi Cagn. *ff. de reg. iur.* cum alijs in puncto adductis per Surd. *decis. 160. nu. 2.*

12 Imo ipsa non poterat nedum tacitè, sed nec etiam expressè absque Tutore consentire, vt in indiuiduo Monoch. *cons. 489. nu. 19. in fin. & consi. 470. n. 17. vers. nec repugn.* Boer. *d. dec. 185. n. 13.* Surd. *d. dec. 100. n. 2. cum pluribus seqq.* & fuit dictum in eadem Romana hæreditatis.

Actus autem positiuus qui deducebatur ex cohabitatione Annæ cum Matre, & Vittrico in eadem domo post completam ætatem pupil-

13 larem ad efficiendum hunc tacitum cõsensum, ex allegatis per Surd. *decis. 99. numer. 12. in fin. & seq.* Vltra, quod non refert per necesse remissionem iuris sui, iuxt. tradita per eundem *decis. 100. num. 7. vers. Et hac renunciatio minus*, & ipse visus fuit sufficiens; tum quia dicta cohabitatio durauit per modicum tempus, cùm si huiusmodi viueret, dicta Anna esset ætatis 15. annorum ex quo nata fuit de anno 1601. vt in dicta fide Baptismatis.

14 Tum quia ad hunc effectum erat probanda scientia iuris sibi ex eisdem secundis nuptiis quæsiti, Dec. *consi. 2. 6. num. 7.* Menoch. *d. cons. 237. num. 28.* Boer. *d. decis. 185. n. 23.* & fuit firmatum in illa Bononien. successionis coram Reuerendissimo Damasceno, & in dict. Romana hæreditatis, & Parragii.

Sed quia pro parte Siluiæ opponebatur de donatione sibi facta per Annam ex qua dicebatur constare de illius scientia, & renunciatione iuris sibi quæsiti, *ex dicta l. fœmina*, contra quam excipiebatur de multiplici defectu solemnitatũ, & alijs defectibus. Ideo Domini resoluerunt de ea particulariter videre, &c.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana Saluiani Interdicti
26. Aprilis 1599.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum vxori pro alimentis, donec vitam vidualem seruauerit, valet.*

2 *Vsura dicitur, quando certum quid relinquitur annuatim, soluendum per dinumerationem temporis ob retardatam solutionem dotis, etiamsi blando nomine alimentorum fuerit relictum.*

3 *Dictio, &, ponitur inter diuersa.*

4 *Fructus rei dotalis debentur, facta interpellatione vigore statuti.*

DECISIO XCVII.

IN discussione dubii Rota percepti, an scilicet intraret Saluianum, informantes pro Illustrissimo Cardinali excitabant difficultatem super inualiditate legati per Excellentissimum Dominum Marcum Antonium, Donnæ Felici facti, quod prætendebant vsurarium, cùm disponitur: vt infra scripti hæredes soluant Illustrissimæ Dominæ Fœlici Vrsinæ scuta sexmillia monetæ pro suis alimentis, & pro fructibus scutorum 60. millium, quæ in dotem dedit pro infra scriptis portionibus; videlicet, Fabritius primogenitus medietatem dictorum scutorum 60. millium, & aliam medieta-

tem Ascanius, & Federicus filij mei pro æquis
portionibus ; & casu, quo dicta Illustrissima
Fœlix alteri nuberet, volo , quod infra scripti
hæredes restituant dotem 60. millium scuto-
rum de moneta pro infra scriptis portioni-
bus, videlicet Fabritius primogenitus triginta
millia, & alia triginta millia Ascanius, & Fede-
cus pro æquis portionibus. Item relinquo præ-
dictæ Illustrissimæ Dominæ Fœlici, & quæ se-
quuntur.

Super quo cùm fuisset restricta disputatio,
Domini censuerunt, illud non esse vsurarium.
Principale fundamentum resolutionis fuit,
1 quia valet legatum factum vxori pro alimen-
tis, donec vitam vidualem seruauerit. *l. fin.* &
ibi glos. Bartol. & alij *C. de indict. vidui. toll.* Ca-
stren. *consilio* 451. *part.* 1. & post alios tradit Illu-
strissimus Card. Mantica *de coniect. vltima volun-
tatu libr.* 11. *titul.* 19. *numero* 22. Hoc enim est val-
de diuersum ab illa conclusione , de qua per
Anchar. *consilio* 95. *per totum.* & *consilio* 150. *nu-
mero* 6. Put. *decisio.* 166 *libr.* 1. & per alios huic
latissimè allegatos, quos & affert Modernus
in tract. de aliment. titul. 1. *quæstio* 45. *numero* 22.
& *titul.* 8. *priuileg.* 29. *numer.* 2. Secundum quam
iudicatur vsurarium legatum , quando relin-
quitur certum quid annuatim soluendum, per
2 dinumerationem temporum, ob retardandam
solutionem dotis, quod procedit, etiam si blan-
do nomine alimentorum fuerit conceptum, vt
dicit Ancharanus *dicto consi.* 150. Alexander *consi.*
27. *numer.* 9. *versi.* & *licet , lib.* 4. & ideo non ap-
plicatur in hoc casu, in quo nulla adest tempo-
ris dinumeratio, cùm legatum sit factum sim-
pliciter pro alimentis suis, hoc est, pro sua su-
stentatione, donec vidua permanserit, ex quo
apparet testatorem ei voluisse prospicere vt
haberet, vnde se eum sui status decentia pos-
set sustentare, considerata qualitate domus,
& personæ, cui vltra scuta 60. millia, reliquit
administrationem, & fructus duorum Castro-
rum, vnà cum iurisdictione, quod ostendit, te-
statorem non habuisse respectum ad retarda-
tam dotis solutionem, cum qua legatum non
est correspectiuum, nam cum ea aliquam pro-
portionem non habet. neque vigore iuris com-
munis, neque vigore Statuti, quæ est potissi-
ma coniunctura pro sustinendo legato, & ex-
cludenda vsura, & in his terminis considerat
Surdus *de alimentis titul.* 9. *quæstio.* 16. *numero* 53.
in fin.

Et tanto magis, quia testator habuit pro di-
3 uersis, alimenta, & fructus dotis; tum quia di-
ctio, &, ponitur inter diuersa; tum etiam, quia si
per verbum, *alimenta*, intellexisset de fructi-
bus dotis, ad quid occurrebat subiungere, pro
fructibus? Vnde dicendum est, dictam ex-
pressionem, & *pro fructibus*, fuisse factam ad
fauorem hæredum , vt duplici onere graua-
rentur, soluendi alimenta, & fructus dotis, quà-
tenus facta iudiciali interpellatione vigore
Statuti , Domina Fœlix illos prætendere po-
tuisset : sicut in simili dicimus de legato pro
4 dote legitima, & omni, & toto eo , quod
prætendere potest, Abbas *consi.* 81. *in fin.* cum
allegatis per Sordum *tit.* 9. *quæst.* 16. *num.* 31. non
autem dictam expressionem fuisse factam ad
fauorem Dominæ Fœlicis, ita vt ei voluisset
relinquere fructus dotis, etiam in casu, in quo
non essent debiti , cùm Domina Fœlix ex tali
expressione nihil plus consequatur, ex summa
prius legata pro sua sustentatione.

Non obstat, quod post relictum legatum te-
stator subiunxit, quod casu, quo Domina Fœlix
alteri nuberet , hæredes ei restituant dotem;
quia hoc ideo apposuit, vt ostenderet, pro qua
parte vnusquisque hæredum teneretur ad resti-
tutionem dotis prædictæ, videlicet Fabritius
primogenitus pro scutis 30. millibus, Ascanius,
& Federicus pro alijs 30. millibus , pro æquis
portionibus.

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Fanen. Saluiani Interdicti, Veneris
14. Ianuarij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana constitutioni est locus, quando sententia lata est in Saluiano Interdicto.*
2 *Appellatio de Iure Ciuili non permittitur in Saluiano Interdicto.*
3 *Aegidiana sublato impedimento Iuris Canonici reducitur ad Ius Ciuile.*
4 *Saluiani Interdicti remedium vti personale, & in rem scriptum redditur contra quemlibet tertium possessorem.*
5 *Aegidiana ad hoc vt sit locus requiritur, quod sententia sit Iusta.*
6 *Saluiani Interdicti requisita sunt creditum cum hypotheca, possessio debitoris tempore hypotheca, vel post, & possessio eius contra quem dirigitur Saluianum tempore motadictu.*
7 *Confessio de dote recepta facta per virum quando præcessit promissio dotis non solum viro, sed etiam eius hæredibus præiudicat.*
8 *Solemnitates Statuti non sunt necessariæ in donatione facta ob futuras nuptias.*
9 *Exceptio nullitatis non retardat immissionem in Saluiano.*
10 *Constitutum probat possessionem constituentis contra habentes causam ab eo.*
Possessio probatur per clausulam constituti contra habentes causam ab ipso constituente.
11 *Possessio de præsenti probatur per sustentationem litis.*

DECISIO XCVIII.

FVit conclusum esse locum Ægidianæ, quia
sententia lata est in remedio vtilis Saluiani,
1 Caputaquen. *decis.* 106. & 141. *par.* 4. & fuit latè
deductum in Romana Saluiani Interdicti 26.
Nouembris 1605. coram R. P. D. Manzanedo,
cùm enim de Iure Ciuili non detur appellatio
2 in Saluiano, Bartol. *in l.* 1. *numero* 4. *ff. de Saluiano
Interdicto.* Salicetus *in leg.* 1. *numero* 6. *in fine Cod.
eodem titulo.* Alexander *consilio* 73. *sub numero* 11.
3 *libr.* 5. Idem est dicendum in termino Aegidia-
næ, quæ sublato impedimento Iuris Canonici,
reducitur ad Ius ciuile, & latè per Contard. *in
l. vnica Cod. de momen. possessio. quæst.* 1. *super Ae-
gidiana*, & ita in terminis Saluiani arguit Rota
in vna Romana Saluiani Interdicti 26. Aprilis
1591. coram R. P. D. Gyptio, & remedium Sal-
4 uiani vti personale in rem scriptum redditur
contra quemlibet tertium possessorem, Signor.
consi. 4. *sub numer.* 7. Roland. *cons.* 14. *in princ. lib.* 1.
latè

latè Menoch. *de adipiscen. remed. 3. quest. 7. num. 55. & seqq.* Fuit dictum in vna Romana damnorum, & interesse, 11. Februarij 1591. coram Illustriss. Cardinali Seraphino, & in vna Romana
Saluiani Interdicti 25. Iunij 1599. coram R.P.D.
meo Decano, & passim seruat Rota, quoniam
5 autem ad effectum, vt sit locus Aegidianæ re-
quiritur, quod sententia sit iusta, vt fuit dictum
in vna Fauentina Spolij 31. Martij 1579. coram
Illustriss. Cardin. Seraphino, iustitia sententiæ,
de qua agitur apparet, quia fuerunt probata o-
mnia requisita in Saluiano, quæ sunt, creditum
6 cum hypotheca, possessio debitoris tempore
hypothecæ, vel post, & possessio eius contra
quem dirigitur Saluianum de tempore litis, Ro
lan *d. cons. 14. num. 13.* fuit dictum in vna Romana
Saluiani Interdicti 22. Maij 1599. coram R.P.D.
meo Decano, & in vna Romana domorum in
Burgo 14. Maij 1602. coram Illustrissim. Cardin.
Lancellotto, & sæpè in aliis: creditum Doro-
theæ, cùm hypotheca constat in instrumentis
fidantiarum, & sponsalitiæ largitatis cum con-
7 fessione Antonii de dote recepta, quæ confes-
sio propter præcedentem promissionem non
solum præiudicat Antonio, & eius hæredibus,
l. in contractibus. §. sed quoniam. vbi Cyn. & alii,
C. de non numerata pecunia, latè Gabr. *de iure dot. Conclu. 4. num. 1.* Menoch. *præsumpt. 22. num. 33. lib.*
3. sed etiam creditoribus, & tertiis quibuscun-
que, Paul. de Castr. *in l. 1. circa fin. vers. quartum est, ff. solut. matrimo.* Rub. *cons. 78. numer. 10. post med. vers. & vbi promissio.* Afflict. *decis. 402. numer. 9. vers. sed in contrarium, & numer. seq.* Boer. *in sing. in verbo confessio.* Lossi. *cons. 22. colum. 1. vers. nec obstat, quod dicit.* Cephal. *consi. 239. in fine.* Roland.
post multos, quos allegat, *consi. 20. numer. 18. lib. 4.* Gabr. *consi. 169. numer. 10. & seqq. lib. 2.* & ab ista
opinione non esse recedendum, neque in con-
sulendo, neque in iudicando dicit Soc. *in d. l. 1. num. 95. ff. solut. matrim.* & communem dicit Va-
lasc. *decis. Lusit. 6. nu. 11. & 12.* quam etiam com-
munem nuncupauit Rota apud Paleottum *de-
cis. 131. Illustrissima Isabella,* & sequuta est in v-
na Romana dotis 25. Iunij 1599. coram Illustris-
simo Cardinal. Millino, & in vna Camerinen.
prætensæ dotis 12. Nouembris eiusdem anni
coram bon. mem. Litta. nec potest agi de nulli-
8 tate donationis ob non seruatas solemnitates
Statuti, cùm sit facta ob futuras nuptias, Capt-
taq. *decis. 199. part. 3.* & fuit dictum in supra al-
legata Romana dotis: vltra, quod huiusmodi
nullitates non essent admittendæ ad retardan-
dam immissionem in Saluiano, vt dixit Rota
9 de Nullitate cessionis in vna Rom. Saluiani In-
terdicti 18. Maij 1598. coram R.P.D. Orano; pos-
sessio mariti bonorum, de quibus agitur pro-
batur per instrumentum venditionis cum con-
10 stituto, quod probat possessionem constituen-
tis contra habentes ab eo causam, Ruin. *cons. 169. in fin. lib. 1.* Gratt. *consi. 42. num. 12. & 13. lib. 2.* Natt.
consi. 439. num. 3. Tiraq. *de iur. constit. par. 3. limit. 1. numer. 11. in fine, & numer. 24.* vbi alios allegat, &
dixit Rota in vna Sabinen. Castri Vaccuuis 9.
Decembris 1589. relat. *inter diuers. decis. 776. part. 1.* & in his terminis in vna Imol. Saluiani
Interdicti 5. Decembris 1601. coram Illustrissi-
mo Lancellotto, & in vna Romana Saluiani In-
terdicti 11. Ianuarij 1602. coram Illustriss. Card.
Seraphino. Possessio autem aduersariorum de
præsenti probatur per sustentationem litis, vt
11 fuit dictum in Romana Saluiani interdicti 11.
Ianuarii 1602. coram Card. Seraphino, & in alia
Saluiani Interdicti 31. Maii eiusdem coram bo.
me. Iusto, presertim adiunctis adminiculis, vt in
dicta Romana domorum in Burgo.

R. P. D. PENIA.

Romana Saluiani Interdicti, Veneris
12. Nouembris 1592.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheotica domus, si non est expresse prohibita alienari, venit sub generali bonorum obligatione.*

2 *Prohibitio tacita de nō alienando, non impedit, quominus bona emphytheotica veniant sub generali bonorum obligatione.*

3 *Prohibitio tacita impedit alienationem, iuxta text. in l. vlt. C. de iur. emphyt.*

4 *Hypothecans, vel pignorans non dicitur alienare, & in alium rem emphytheoticam transferre, quia remanent in bonis pignorantis.*

5 *Pignus, si constituitur pro tanta quantitate, quod non est spes luitionis, dicitur alienatio.*

DECISIO XCIX.

In hac causa die 22. Martii proximè præteriti
fuerat decisum, sententiam latam contra
Dominos de Sancto Petro confirmandam, nisi
constaret domum, de qua agebatur, fuisse
emphyteoticam, cum expressa prohibitione a-
lienandi. Et propterea in hac positione, dato
dubio super reseruatione tunc facta, Rota te-
nuit, non affecisse talem prohibitionem, vt do-
mus non potuerit venire sub generali hypo-
1 theca bonorum: nam cùm in instrumento con-
cessionis emphytheusis producto, non legere-
tur expressa prohibitio alienationis, potuit sub
generali hypotheca comprehendi, gloss. com-
muniter recepta *in l. fin. in verb. alin, vers. sed certè. C. de iure emphyt.* vbi Salicet. *numer. 60. in verbo hypothecat. vers. quæro, an tacitus,* Ias. *numer. 78.* Crotus *in l. filiusfamilias. §. diui. num. 90. ff. de legat. 1.* Iulius Clar. *§. emphyteusis, quæstio. 18. vers. & ideo.* Beto, *consil. 127. numer. 1. vers. & hanc opinionem,* & fuit decisum in causa Roma-
na domorum die 3. Iulij 1577. coram bonæ me-
moriæ Cardinali Lancellotto, *vers. tertia est conclusio.*

Neque refragabatur præcipua ratio infor-
mantium pro Dominis de Sancto Petro, qui vt
euitarent prædictam conclusionem confugie-
2 bant ad tacitam alienationem, resultantem ex
natura contractus, vigore *l. fi. C. de iur. emphyt.*
quia illa non est sufficiens ad effectum, vt do-
mus non censeretur comprehensa in generali
hypotheca bonorum, cùm bona emphyteoti-
ca pignorari possint, iuxta sententiam, quam
Rota tenuit in prædicta decisione coram Car-
dinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore. Et ra-
3 tio est, quia textus *in dict. l. vltim.* non prohi-
bet simpliciter alienationem, sed venditionem
& iuris hypothecarii in alium translationem
per pignus autem non fit huiusmodi transla-
tio, quia remanet in bonis pignorantis, *l. pignus*

4 C. *de pignor*. & consequenter prædicto modo
bona emphytheoticaria veniunt sub generali
hypotheca, quidquid voluit Alex. *cons*. 16. *nu*. 4.
lib. 2.

Rursus non obstat , quod quando pignus
5 constituitur pro tanta quantitate, quod cesset
spes luitionis, tunc dicitur alienatio, quia re-
spondebatur, primum in hac facti specie non
probari concludenter cessare istam spem lui-
tionis.

Rursus respondebatur, omnia bona fuisse obligata, atque ex prædictis patebat responsio ad decisionem in causa Romana vineæ coram Domino meo Seraphino Rotæ Decano die 26. Iunij 1598.

Illa enim, cùm loqueretur in casu vbi aderat specifica, & expressa prohibitio alienandi, non poterat Dominis de sancto Petro suffragari.

ILLVSTRISSIMO ARIGONO.

Neapolitana Iurispatronatus, Lunæ 11. Maij 1592.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus transit in venditorem hæreditatis.*

2 *Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum tenet, vita durante alienantis.*

DECISIO C.

VNa tantum parte informante, fuit resolu-
tum in venditione hæreditatis quondam
Lucii Scoppæ facta per Ioannem Donatum
Scoppam, transiuisse quoque iuspatronatus,
1 tum, quod in d. hæreditate existebat, vt notant
omnes, *in c. ex litteris, & cap. cum secundum, de iure
patronatus*. Bald. *in cons*. 1. *num*. 3. *li*. 3. Dec. *in consi*.
127. Card. *in cons*. 48. Couarr. *lib*. 1. *variarum reso-
lutionum cap*. 13. *num*. 4. *c*. 18. *sub num* 7. *vers quarto
constat*, Achill. *in deci*. 1. *de iure patronatus*. & con-
sequenter præsentatum ab Aromatarijs, quibus
fuit vendita dicta hæreditas, præferendum esse
illi, qui fuit præsentatus à Domino Ioanne cre-
ditore.

Nec aliquid refert testatorem fuisse fidei-
commissarium in infinitum duraturum in sua
familia, quia cùm non expresse prohibuerit a-
2 lienationem, alienatio facta à grauato de resti-
tuendo post mortem, valet durante eius vita,
*leg. fin. §. si autem sub conditione. Cod. de fideicom-
miss*. Achill. *dicta decisio. 9. de iure patrona-
tus*.

R. P. D. BVRATTO.

Romana domorum de Roncionibus, Veneris 4. Martij 1616.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per instrumentum adepta possessionis.*

2 *Amplia, quod probatur etiam ex instrumentis locationum iuncta pensionum exactione.*

3 *Producens aliquod instrumentum, vel scripturam in iudicio dicitur illam approbare.*

4 *Possessio probatur ex eo , quod meus aduersarius instat contra me pro immissione in possessionem.*

Amplia quod probatur etiam ex sententia ad dimittendum vel relaxandum, vel ex mandato de amouendo, & eijciendo.

5 *Amplia quod probatur etiam ex verbis commissionis in qua aduersarius dicit me possessorem.*

6 *Immissio in possessionem non citato possessore, est nulla.*

Amplia quod talis immissio, nec etiam priuet possessorem sua possessione.

7 *Possessio probatur per confessionem partis.*

8 *Amplia, quod probatur etiam per immissionem mei aduersarij iure pignoris, vel hypothecæ.*

9 *Immissionis causa cessante , reintegratio danda est.*

10 *Fructus redacti ex pignore extenuant sortem principalem.*

11 *Vidua tenetur imputare fructus pignoris in sortem sed ei consultum, vt faciat distrahi pignus, & istud capiat in solutum.*

12 *Filij matris hæredes non possunt prætendere aliquas in bonis paternis debitoris.*

13 *Reintegratio non impeditur per exceptionem retentionis rei non liquidæ.*

Immissus vigore Salutani postquam est satisfactus non potest obijcere retentionem rei non liquidæ, ad impediendam reintegrationem.

14 *Fructus non imputantur in sortem, quando bona super quibus fuit facta immissio non excedebãt valorem crediti.*

15 *Limita procedere in pignore conuentionali dato pro tanta summa, quod verisimiliter nulla sit spes luitionis.*

DECISIO CI.

REspondetunt Domini Excellentissimum Dominum Ducem Camillum de Comitibus esse reintegrandum ad possessionem bonorum de quibus agitur, nam de anteriori illius possessione, & sic de primo extremo constat.

Primo, ex instrumento adeptæ per eum pos-
1 sessionis mediante speciali Procuratore 19. Maij
1590. vigore mandati de immittendo præuia
bonorum adiudicatione relaxati. *ad l. prædia, &
l. iustè possidet. ff. de acquirenda possessione*. cum alijs
per Menoch. *remed. 3. retin. nu*. 572.

2 Secundò, ex instrumentis locationum post
dictam captam possessionem per Dominũ Du-
cem factarum, iuncta pensionum solutione, &
exactione, *c. cum venissent, de restitut. spoliat*. latè
Gabr. *de locat. conclus. 4. nu. 2.* & Menoch. *d. remed.
3. retinen. nu*. 572.

3 Quæ Instrumenta fuerunt in hoc iudicio
coram Auditore Cameræ per Roncionos
producta, & sic approbata, *capitul. cum vene-
rabilibus. de exceptionibus* , vbi omnes cum
vulg.

Tertiò, ex natura iudicij pro parte Domino-
rum de Roncionibus contra Dominum Du-
cem, moti de anno 1605. pro immissione in pos-
sessionem eorundem bonorum , quia sic fate-
bantur illum reum conuentum esse possessorem,
4 Rota in Rauennaten. Magazeni 17. Decembris
1604. coram Reuerendissimo Bononien. & ex
sententia ad eorum fauorem per Auditorem
Cameræ lata condemnatoria Domini Ducis
ad dimittendum, & relaxandum, &c. & ver-
bis mandati immissiui in illius executionem
relaxati de amouendo, & eijciendo Dominum
Ducem detentorem, vt fuit resolutum in Nar-
nien. spolii 19. Iunii 1613. coram Reuerendissimo

domino meo Damasceno.

Nec obstat, quod in sententia, & mandatis sint nominati alij detentores, quia cùm non constet de illorum aliqua possessione remanet sola possessio domini Ducis, vt supra acquisita, & ex confessione patris comprobata.

5 Quæ clarior redditur ex commissione per eos porrecta Sanctissimo super adiudicatione eorundem bonorum, in qua nominant solum possessorem eundem D. Ducem, quæ contra eos probat, *vulg. l. cum precum. C. de liber. caus.* præsertim quia non potest dubitari quin fuerit per eos, vel saltem de illorum consensu porrecta tanquam ciues, & præsentes in Curia, & quia approbarunt totum iudicium, & acceptarunt sententias ad eorum fauorem latas, in quarum executionem fuerunt immissi, & detinuerunt, prout hodie detinent eadem bona.

Nec obstat, quod possessio dicti D. Ducis non fuerit effectuata, quia Ronciones fuerunt authore Prætore ad eandem possessionem associati de anno 1594. tum quia d. associatio tanquam non citato d. D. Duce immissio del
6 1590. fuit nulla, Cassad. *decis. 1. num. 7. de restit. spoliat.* & fuit dictam in Baren. seu nullius Prioratus 18. Martij 1613. coram Reuerendissimo domino meo Damasceno, nec priuauit eum sua possessione, *l. meminerint. C. unde vi. cap. licet Episcopus, de preben. in 6.* Rota *decis. 802. num. 7. vers. quia pro responsione, par. 1. diuers.* in Maceraten. hæreditatis 17. Nouembris 1579. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in alia Anconitana bonorum 26. Iunij 1604. coram bon. mem. Litta, & aliàs passim, tum etiam quia constat dictam possessionem non habuisse effectum ex eo, quod in commissione ad instantiam dd. de Roncionibus directa bo. me.
7 Littæ, ipsi fatentur D. Ducem detentorem, & sic resultat confessio possessionis de d. tempore, reiecta qualitate intrusionis, Rot. *decis. 802. num. 2. par. 1.* & in Mediol. beneficij 10. Martij 1614. coram R. P. D. meo Andrea, & in Virdunen. Abbatiæ 20. Februarij anni præteriti coram me.

Ac etiam ex eo, quod ipsi de anno 1601. petierunt, & obtinuerunt per sententias contra dictum D. Ducem immissionem in possessionem dd. bonorum iure pignoris, & hypothecæ quã
8 non potuissent obtinere si effectum habuisset dicta possessio del 1594. Bal. *cons. 186. nu. 8. lib. 1.* & dixit Rota in Romana Census 28. Maij 1586. coram bon. mem. Bubalo.

Firmato igitur primo extremo pro D. Duce cum DD. de Roncionibus, fuerint immissi del 1605. vigore sententiæ A C. confirmatæ per aliam Reuerendissimi Attrebaten. iure pignoris, & hypothecę pro summa scut. 1502. ratione dotis maternæ, & abunde citra calculando pensiones domorum per eos perceptas, vt ex instrumentis locationum quas fecerunt, certum sit illis fuisse de d. summa satisfactum, & sic ces-
9 set causa immissionis quæ fuit temporalis, danda est D. Duci reintegratio, vt in specie tenuit Rota in Romana Vineæ de Brunis 4. Decembris 1584. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, & in Perusina bonorum de Oddis 5. Maij 1606. coram Reuerendissimo Bonon.
10 Nam dictum creditum dotis maternæ fuit extinctum ex natura pignoris, & hypothecæ cùm fructus extenuent sortem, *l. 1. C. de pignor. act. cum concord.* & in specie nostra Alexand. *cons. 70. num. 7. lib. 7.* Negus. *de pignor. 5. memb. 5. par. num. 1.* Natt. *cons. 535. nu. 3. & seq. & cons. 536. nu. 18. & 19.* Rota *decis. 43. num. 2. & decis. 44. num. 10. par. 1. diuers.* & in Romana Vineæ de Brunis 11. Decembris 1591. coram bon. mem. Orano, atq; Surd. *cons. 194. num. 10. & seq.*

Nec obstat, quod dicti fructus non extenuauerint sortem pro rata fructuum dotalium, quia creditum erat pro dotibus maternis.
11 Nam vltra, quod etiam ipsa si viueret, & moram passa fuisset in restitutione dotis tenetur illos imputare, vt ex Innoc. Hostien. Io. Andr. Butr. & aliis, tradit Surd. *d. cons. 194. num. 13.* vbi refert consultum esse mulieri, vt faciat distrahi pignus, vel illud capiat in solutum.
12 Hoc motiuum videtur cessare mortua matre, cuius hæredes non possunt prætendere aliquos fructus in bonis paternis debitoris, Gabr. *cons. 152. num. 3. & seq. lib. 2.* Peregr. *cons. 70. num. 5. & 6. lib. 1.* & fuit dictum in Bonon. dotis 4. Iunij 1597. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Romana fructuum Census 19. Nouembris 1614. coram R. P. D. meo Dunozeto.

Nec etiam obstat prætensa retentio ratione fructuum, in quibus D. Dux fuit condemnatus per sententiam bon. memor. Littæ occasione fructuum aliorum bonorum Francisci de Roncionibus, & Iuliæ Cinciæ, quia cùm à dicta sententia fuerit appellatum, & fructus non sint liquidati, huiusmodi exceptio non retardat re-
13 integrationem faciendam postquam dd. de Roncionibus sunt satisfacti, vt in specie fuit resolutum in dicta Perusina Bonorum 5. Maij 1606. coram Reuerendissimo Bonon.

Nec etiam obstat, quod Ronciones prætendebant retentionem, & fecisse fructus suos vigore fideicommissi Lactantij Senioris, quia illi fuit expresse derogatum à felic. recor. Clemente Octauo ad fauorem D. Ducis, quæ derogatio fuit producta coram R. P. D. Litta, à quo fuit lata sententia fauorabilis Roncionibus super immissione in possessionem bonorum in dicta derogatione non comprehensorum, de quibus modò non agitur, & processus coram eodem Litta fabricatus fuit in hac causa reproductus, & ipsi super istis bonis in dicta reuocatione comprehensis egerunt hypothecaria pro restitutione dotis maternæ, & post immissionem petita fuit illorum nominibus adiudicatio, licèt non subsecuta, vt aliàs firmatum fuit, & sic sciebant non posse possidere vigore fideicommissi, consequenter, nec facere fructus suos.

Prout etiam non obstat, quod Ronciones crediderint dictam adiudicationem obtinuisse, & quod exinde oriatur titulus putatiuus, qui debet ipsos excusare à dd. fructuum restitutione, vel imputatione in sortem, quia cùm Rota firmauerit 15. Iunij præteriti, non constare de aliqua adiudicatione, quæ reuera non fuit facta, sed solùm iussa fieri: ex dicto solo iussu non potest dici ortus titulus putatiuus, imò potius excluditur ex d. fectu consensus, vt fuit firmatum in d. decisione.

Tandem tollitur motiuum, quod fructus non sint imputandi in sortem, quia bona super
14 quib. fuit facta immissio non excedebant vale-

rem crediti, ex Alexand. *in l. 1. §. per seruum corporaliter, nu. 7. ff. de acquir. poss. cum alijs, qui eum sequuntur*, tum, quia non subsistit in facto, tum quia conclusio procedit in pignore conuentionali dato pro tanta summa, quod verisimiliter nulla sit spes luitionis, quia tunc videtur exiuisse potestatem, & dominium debitoris, & iu-
35 dicatur prout de rebus quæ pleno iure spectat ad creditorem, per tex. *in l. qui habebat, in princ. de leg. 3.* & expresse Alex. *vbi supra nu. 7.* quæ ratio cessat in pignore capto per hypothecariam, cuius natura est vt fructus sortem extenuent, vt dictum est.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. CANTVCCIO.

Romana Saluiani Interdicti, Veneris 29. Martii 1585.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio expressa alienationis, inducit nullitatem ipso iure ab initio.*

2 *Promissio de euictione adiecta contractui nullo, ab initio redditur finaliter nulla.*

3 *Limitatur quando falso, & cum fraude, fuerit assertum bona esse libera.*

DECISIO CII.

DOmini tenuerunt, Alexandro Perugino nullos fructus census impositi super domo, de qua agitur, nullaque damna, & interesse deberi, quia huiusmodi impositio census facta per Iacobum de Alexijs 1. Iunij 1563. ad fauorem auctoris Alexandri, fuit ab initio ipso iure nulla, propter expressam prohibitionem alienationis de domo, factam in testamento Pauli de A-
1 lexijs patris Iacobi: quæ expressa alienationis prohibitio, inducit nullitatem alienationis ipso iure ab initio, Bar. *in leg. filium fam. tha. §. diui. num. 6. vers. certè*, & ibi Castr. *num. 7. vers. interdum* Claud. *num. 12.* Ias. *in prima lectura nu. 66. & in secunda num. 100.* Rip. *num. 47.* Crot. *num. 92.* Ferdinad. Lonz. *num. 114. ff. de leg. 1.* Ruin. *consil. 23. & 13. lib. 5.* Grat. *cons. 91. num. 13. cum seq. lib. 1.* Tiraquel. alios citans, *de legib. connub. glos. 7. num. 57.* & fuit resolutum in vna Romana Palatij coram me 8. Martij 1577.

Vnde stante nullitate impositionis ab initio, promissio quoq; euictionis tāquam accessoria,
2 nulla fuit, Grat. *in term. d. cons. 91. nu. 20. & 21. lib. 1.* latè Tiraq. *de const. poss. 3. par. limit. 7. n. 28 cum seq.*

Et præmissa Domini firmarunt, nisi Alexander probauerit Iacobum falso, & cum fraude
3 asseruisse domum, super qua fuit impositus census, fuisse liberam, nec alicui fideicommisso subiectam; tunc enim impositio census valuisset, vt per Tiraquell. *de legib. connub. glos. 8. num. 135. cum seq.* quæ probatio pendet ab eo, an constet Iacobum tempore impositionis census habuisse notitiam, quod prædicta domus esset subiecta fideicommisso, & expressa alienari prohibita, de quo erit videndum.

R. P. D. LITTA.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 1. Iulij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum exerceri non potest contra bona expresse alienari prohibita etiam latè sumpto vocabulo.*

DECISIO CIII.

CVpiente Reuerēdissimo Domino Archiepiscopo Amalphetano, icirc, an domus super qua mensibus præteritis per Dominum Marium Perleonium coram Auditore Cameræ fuit intentatum Saluianum Interdictum ad effectum consequendi nonnullos fructus tunc decursos, & sibi non solutos cuiusdam census, de quo in actis, & de quibus postea ab Episcopo debitore census fuit satisfactus, vt dicitur in decisione in hac causa facta die 17. Maij proximè præteriti, possit dici hypothecata pro dicto censu ad effectum, vt in posterum semper ea exerceri possit, vel non dictum Saluianum. Vtraque parte informante, cum præsupposito tamen, quod domus, de qua agitur, sit emphyteotica, etiam expresse prohibita alienari, etiā
1 latè alienationis sumpto vocabulo, quo satis constare videtur *in summario iurium, numer. 3.* fuit vnanimiter resolutum pro negatiua ex latè deductis in illa Rom. Vincæ 26. Iunii 1598. corā R. P. D. meo Seraphino, & in Romana Saluiani Interdicti 10. Decembris anni præteriti coram R. P. D. Coccino.

R. P. D. PENIA.

Romana, seu Amalfetana Saluiani Interdicti, Lunæ 9. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca prohibita censetur, si res esset prohibita alienari, etiam latè sumpto vocabulo.*

2 *Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

3 *Saluianum sine hypotheca stare non potest.*

4 *Prohibitio sub pœna caducitatis dicitur facta per illa verba, si alienauerit sine consensu Domini, etiam latè sumpto vocabulo.*

5 *Vincula duo magis stringunt.*

6 *Conditionem seruare permissum est vnicuique super suis rebus.*

7 *Deuolutio, & prohibitio alienationis, ita demum locum habent, si Dominus voluerit, & declarauerit.*

8 *Hypotheca imponi potest contra prohibitionem in præiudicium possidentis, si consenserit.*

9 *Consensus resultans ex actibus positiuis non extenditur vltra dictos actus.*

10 *Demonstrationes duæ sufficiunt ad ostendendam identitatem rei.*

11 *Clausula generales, & æquiuoca non sufficiunt ad probandam identitatem.*

12 *Clausula, si alienauerit, etiam latè sumpto vocabulo, operatur caducitatem, si contra factum fuerit.*

DECISIO CIV.

FVit resolutum domum, de qua agitur, non censeri hypothecatam ad effectum, vt super ea exerceri possit Saluianum, occasione census aliàs impositi per Benedictum del Rè, super quibusdam bonis suis, & respectiuè venditis Lucretiæ de Pierleonibus: ea ratione, quia prima concessio istius domus in emphyteusim, ad quam sequens fuit facta ipsis del Rè de anno

anno 1578. in omnibus, & per omnia habent relationem, continet expressam alienationis pro-
1 hibitionem, etiam latè sumpto vocabulo, quo casu, & hypotheca prohibita censetur, *l. fin. C. de bon. Eccl. non. alien. & cap. 1. extra eod.* Rip. *in l. obligatione generali. num. 4. ff. de pign.* & elatum est,
2 quod relatum semper continetur in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto. ff. de hered. inst. l. aut prætor §. si iudex. ff. de re iud.* Alex. *cons. 59. ad fin. lib. 5.* latè Menoch. *consil. 83. lib. 1.* & Decian. *cons. 1. num. 31. lib. 2.* & quod sine hypo-
3 theca stare non potest Saluianum, Angel. *in §. item Seruiana in fin. Instit. de act.* Rolan. *cons. 14. nu. 3. lib. 1.* Surd. *cons. 131. lib. 1.*

Quod autem dicta prima concessio contineat expressam prohibitionem alienationis, etiam latè sumpto vocabulo; dixerunt Domini non obscurè probari ex illis verbis dictæ concessionis, ibi: *& si alienauerint sine consensu Domini*, largè *alienationis* sumpto vocabulo, solum cum melioramentis ad dominum directum reuertatur: quæ verba, quia saltim virtualiter ipsam prohibitionem sub pœna caducitatis cõtinent, dubium non est, & illud satis expressum dicitur, quod venit in necessarium antecedens
4 expressi sui, & inest orationi prolatæ, *l. prætor ait §. Interdictum.* vbi glos. in *verbo expressum*, & Bart. *in princ. hoc notat. ff. de oper. nou. nunc. l. cum quid*, vbi glos. *in verb. pro tacito. ff. si cert. pet.* cum aliis per Tiraq. *de leg. conn. glos. 7. §. 7. num. 179.* & per Andr. Gail. *pract. obseru. lib. 1. obseru. 2. numero 2. & 4.*

Nec obstant in Romana census deducta 17. Martij 1600. coram D. meo Iusto, quia procedunt in tacita prohibitione legali: secus vbi simul cum ea concurrit expressa hominis prohi-
5 bitio, prout in hoc casu: & ratio est, quia duo vincula magis ligant, quàm vnum, & quia ho-
6 mini permissum est eam conditionem, quam vult seruare, suis rebus adiicere, *l. in traditionibus, ff. de pactis dotalibus.*

Minus obstat, quod alienatio circa huiusmodi prohibitionem, ita demum non subsistat, quando Dominus directus voluerit, & declara-
7 uerit, quia id procedit ad effectum deuolutionis, & caducitatis, quę interesse Domini directi concernit, & quæ re vera non currit, nisi eo volente, & declaratur, vt pluries fuit resolutum: secus autem ad effectum, vt super tali re per cõcedentem expressè prohibita alienari, largè *alienationis* sumpto vocabulo, possit validè imponi hypotheca, & census in præiudicium pos-
8 sidentis rem ipsam, qui dictæ hypothecæ, seu impositioni census non consenserit, ad decis. Caputaquen. 17. *part. 1. in impressis*, & fuit in simili tentum in Romana Vineę 2. Iunij 1598. coram Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino, & in Romana Saluiani Interdicti super hac eadem domo 8. Februarij 1602. coram Dom. meo Coccino.

Nec deducta circa obseruantiam subsequutam, quod scilicet pluries dicta domus, non obstante prohibitione prædicta fuerit alienata, & dictæ alienationi cõsenserit Dominos directus, placuit Dominis, cùm consensus ex actibus po-
9 sitiuis resultans, non se habeat extendere vltra dictos actus, Put. *decis. 188. nu. 3. lib. 2.* Bart. *in l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itin. actuque priu. & in l. si patruus in fi. C. com. vtriusque iud.* Prætereà placuit Dominis dilegma, quod pro Archiepiscopo possessore domus fiebat, videlicet, quod aut prætenditur, quod super hac domo in specie fuerit impositus census, de quo agitur, & hoc non iustificatur, quia licèt in instrumento census fiat mentio vnius domus, attamen duæ tantum demonstrationes affetuatur ad ostendendam hãc ipsam esse de qua agitur, altera existente in Vr-
10 be, & altera iusta bona Cardinalis Dieducis qui plura habebat bona, nec fuit probatũ, quod venditor census hanc vnicam domum tunc temporis possideret, illæ vti clausulæ generales,
11 & æquiuocæ non sufficiunt ad probandam identitatem ipsam, vt in simili tentum fuit in causa Ciuitatis Castelli bonorum 19. Iunij 1595. coram Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino, & in Romana Castri Otciani 1. Aprilis 1591. coram Orano.

Vltra, quod in instromento dicti census dicitur, domum illam non esse subiectam alicui oneri, & pleno iure vtilis, & directi dominij pertinere ad ipsos del Re, quæ qualitates omnino repugnant domui emphytheoticæ, qualis est de qua agitur. Aut verò prætenditur, quod ista domus veniat sub generali hypotheca omnium bonorum dicti venditoris census, & hoc etiam esse non potest ex supradictis: & quia verisimile non est, quod ipse venditor census id voluerit, sed hoc modo submitterentur manifesto periculo caducitatis, & amissionis melioramentorum, stante pacto illo, si alienauerit largè
12 alienationis sumpto vocabulo, de quo supra ad text. *in l. oblig. generali, ff. de pign.* cum aliis, de quibus in Romana domorum 3. Iunij 1577. coram bonæ memoriæ Cardinali Aldobrandino, quæ est *in diuers. 426. par. 1. in impress.* & ita fuit resolutum.

ILLVSTRISSIMO BLANCHETTO.

Romana hæreditatis, de Claria 13. Iunij 1584.

SVMMARIVM.

1 *Præsentia iudicis non supplet subscriptionem donationis, & testium requisita in donatione ex statuto Vrbis.*
2 *Forma data ad vnum effectum, si idem effectus sequatur potest per æquipollens adimpleri.*
3 *Cessante ratione legis, non debet cessare dispositio in vniuersum.*
4 *Casus habens speciale priuilegium non comprehenditur sub statuto.*

DECISIO CV.

PRoposui causam Romanam de Claria, An præsentia Iudicis in donatione æquipollet solẽnitati statuti Vrbis in donatione requisitæ, & 13. Iunij 1584. Domini fuerunt concordes præ-
1 sentiam Iudicis non æquipollere subscriptioni donatoris, & testium requisitæ à statuto Vrbis, licèt regula sit, quod forma data ad vnum effectum, si idem effectus sequatur potest per æ-
2 quipollens adimpleri, Cassador. *decis. 2. de iud. & 26. super regul.* Cagnol. *in leg. si quis mater numero 118. Codic. de transact.* tamen ex sola præsentia iudicis non tollitur suspicio fraudis, quæ ex persona Notarij posset exoriri, & dato,

quod in hoc casu cessaret ratio legis non debet
3 cessare dispositio in vniuersum, Couar. *in Epi-
thom.par.2.c.6.§.9.& in c.cum esses, num.8.de testa-
mentis.* Præterea facile statutum redderetur e-
lusorium, & posset supponi persona incognita
quæ donaret coram Iudice pro suis bona alie-
na; dixerunt tamen particulariter vidẽdum, an
hęc donatio possit dici facta apud acta, nõ quia
4 supplicatur ex hoc defectus subscriptionis, sed
quia tanquam casus habens speciale priuilegiũ
non comprehenderetur sub statuto, argumento
eorum, quę dicit Rip. *in l.1.num.15.ff. solut.matr.*
Dec.*cons.5.*

R.P.D. DVNOZET.

Romana Casalis, Veneris 3.
Aprilis 1615.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis habet præsumptionem iuris pro se, & dicenti contrarium incumbit onus concludenter probandi.*

2 *Minorum bona stabilia licitè alienantur, quando fœnus, & vsuræ superant fructus bonorum illius.*

3 *Fraus regulariter, & præcipuè in matre tutrice, & curatrice non præsumitur contra filios.*

4 *Minorum bona stabilia licitè alienantur per tutorem ad effectum maritandi mulierem, quando maritus recusauit recipere bona stabilia in dotem.*

5 *Pretium rei emptæ semper diminuitur, quando emitur res super qua erat antiqua lis, & prætendebatur deuolutio, & fuit empta nullo dato fideiussore de euictione.*

6 *Minorum bona stabilia alienanda non sunt, quando adsunt bona mobilia.*

7 *Limita procedere, quando probaretur exstare bona mobilia tempore alienationis, seu ante.*

DECISIO CVI.

CVm sub die 23. Maij 1614. fuerit resolutum
informante sulũ Domina Octauia de Ma-
ximis, constare de nullitate alienationis Casa-
lis, venditi q. D. Francisco Scapuccio, à q. D Bri-
gida de Magistris, & D. Modesta eius Matre, &
Curatrice 3. Hodie eius filii, & hæredes, exami-
natis de nouo testibus, obtinuerunt denuo su-
per dicta resolutione audiri, & dubio bis pro-
posito, causa diligenter examinata, Domini re-
cesserunt à decisis, ea maximè ratione, quia
cùm regulariter præsumatur pro validitate
decreti iudicis, & dictæ Dominæ Octauiæ in-
1 cumbat onus concludenter probandi contra-
rium, vt ex multis allegatis fuit in hac causa
decisum, die Veneris 16. Nouembris 1610. co-
ram bon. mem. Penia, tota facti serie perspecta,
non solum omnia, quæ pro parte D. Octauiæ
adducuntur, non concludunt ex falsa causa Iu-
dicem huic alienationi Casalis decretum suum
interposuisse, quin potius probationes adductę
pro parte DD. de Scapucciis magis incalescunt
ad iustificandam necessitatem causæ dictæ a-
lienationis.

2 Indubitati enim iuris est, licitum esse aliena-
re bona stabilia minorum, quando fœnus, & v-
suræ superant fructus bonorum hæreditariorũ,
per text. expressum *in l. magis puto, §. non passim. ff.*
de reb. eorum qui sub. Imo. *cons.98.nu.4.* Ang. Aret.
cons.128.num.25. & 26. Natt. *consi.631. num.37. vers.
ex præmissis igitur*, quod fundamentum in iure
verissimum iustificatur in facto, nam si ratio
habeatur solius calculi dati pro parte D. Octa-
uiæ, apparebit vsuras superare fructus Casalis,
quod solum q. D. Brigidæ in partem hæredita-
tis obuenerat, fructus siquidem dotis promissæ
ascendebant singulis annis ad scuta 180. fructus
censuum non controuersorum ad scut. 94. vltra
censum debitum Canonicis Sanctæ MARIÆ
Maioris, quod erat scutorum 40. sicque com-
prehenso canone scuta 66. omne illud fœnus
constituebat summam scutorum 370. fructus
verò Casalis, de tempore contractus, vt constat
ex locatione ad nouennium, facta ante per
quinquennium, non excedebat scuta 293. Vnde
ad sensum patet, interusuria longè excedere
fructus Casalis, non comprehensis, quæ annua-
tim ad resarciendam domum, aut meliorandum
dum Casale fundi dominus, etiam parcissimus
impendit.

Nec obstare visa fuerunt ea, quæ contra par-
titam scutorum 40. debitam singulis annis di-
ctis Canonicis adducuntur, scilicet non esse ha-
bendam rationem dictæ summæ in hoc calcu-
lo, quia cẽsus erat nullus ex cõstitutione sanct.
mem. Pii V. cùm non fuisset facta actualis pe-
cuniæ numeratio. Placuit enim Dominis respõ-
sio, cùm debitum pro Canonibus decursis, & ad
euitandam caducitatem nullo iure posset con-
trouerti, potuisse in Signatura Sanctissimi obti-
neri sanationem huiusmodi nullitatis, & in o-
mnem euentum, cùm necessario soluenda esset
sors principalis, eadem summa erat recipienda
sub vsuris, vel vendendum Casale, & ideo æqui-
tas suadet habendam esse rationem huius par-
titæ ad istum effectum.

Prout non obstare visum fuit, quod diceba-
tur verisimile esse locationem istam vltimam
scutorum 293. factam à dicta D. Modesta, fuisse
in fraudem minorum, vt postea viliori pretio
dictum Casale ad manus Scapuccii ex primo
matrimonio filii perueniret.

3 Responsum enim fuit, vltra quod fraus regu-
lariter, & præcipuè in matre tutrice non præsu-
mitur, cessare omnem doli præsumptionem, ex
eo quod per quinquenium antea reperiebatur
facta huiusmodi locatio, & verisimile non est,
matrem in fauorem conductoris penitus extra-
nei tanto tempore voluisse hoc præiudicium fi-
liabus inferre, locando Casale pro minori pre-
tio, si valor dicta scuta 293. excederet, tum etiam
quia dictum Casale, vt deponunt testes, fuit ex-
hibitum pro eodem pretio marito Brigidæ, qui
illud in solutum accipere recusauit.

Nec etiam satis concludenter probatus vi-
detur verus valor fructuum dicti Casalis, ex eo
quod ex anteriori locatione facta ad rationem
scutorum trium pro quolibet rubro, vel ex po-
steriori facta pro scutis 500. nam quoad primã
eum facta pro scutis tribus pro quolibet ru-
bro, & Casale solummodo consistat in rubiis
90. euidenter patet pretium esse multo minus,
& non ascendere, nisi ad summam scutorum
270. & licet adesset pactum facultatiuum semi-
nandi; quo casu conductor tenebatur soluere
scuta quinque pro quolibet rubro seminato, ta-

men

men nec ex hoc necessario colligitur dictũ Casale fuisse tũc locatum pro maiori affictu, cùm nec totum Casale posset seminari quolibet anno, quo verò ad locationem posteriorem attinet, nec etiam illa probat verum valorem reditus dicti Casalis, tum quia non est locatio, sed reconductio facta potius ex affectu, quàm ex vero valore, vt euentus docuit, cùm subconductor fuerit coactus deserere locationem, & fugam arripere, tum etiam quia medio tempore potuit dictum Casale meliorari à dicto Domino de Scapuceiis emptore, & in omnem euentum non sufficit dictæ Dominæ Octauiæ probare per possibile fructus Casalis ad eam summam ascendere, quæ sufficeret ad omnia alia debita hæreditaria soluenda, sed cùm ex supradictis impugnet decretum Iudicis clara, & euidens incumbit probatio, quæ in hoc casu non videtur adesse.

Placuit & Dominis aliud fundamentum adductum ad sustinendam d. alienationem marito.
4 scilicet recusante recipere bona stabilia in dotem, tunc licitum esse tutori illa alienare, vt dos detur in pecunia, & hanc iustam alienationis minorum causam esse iuridicam tradit Iurisconsultus *in l. fine generalis. ff. de iur. dot. l. lex quæ tutores. & ibi gloss. C. de administr. tutor. gloss. in l. ob æs. C. de præd. minor.* cum similibus quod huic casui applicatur, cùm enim Brigida esset nubilis, & D. Pacificus nũquam potuerit adduci, vt Casale in dotem acciperet, sed vellet pecunias, & hac de causa matrimonij tractatus penè fuerit dissolutus, necessario inferendum est sufficientem adfuisse causam alienandi, & quamuis dicatur in decisione præcedenti, istam causam non amplius fuisse vrgentem, quia matrimonium iam erat contractum sub promissione solutionis dotis, infra triennium, & ita remanebant pecuniæ dotales sub vsuris, placuit tamen responsio, quod Scapuceius pro tali dote fideiusserat, & lapso triennio cogebatur soluere in pecunia scut. 3. mill. & ideo bene potuit durante adhuc triennio vendere Casale, vt adueniente tempore pecuniæ essent paratæ, nec enim qui venale exponit Casale debet spectare vltimam horam termini, quia subesset periculum, vtrum emptor tunc reperiretur, qui legitimo pretio emere vellet, tum maximè, quia ex supradictis apparet vsuras superasse fructus, & omnia dilatio semper fuisset nociua minori.

Considerarunt etiam Domini non ita facilè potuisse vendi extraneo, & ignoto istud Casale, cùm super eo antiqua lis extitisset, & prætensa deuolutio, & emptum fuisset sine vllo fideiussore de euictione, quod facit partem pretij, *ad l. fundi partem. ff. de contrah. emptio.* Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 3. num. 4. vers. quinto infertur.* Rota *decis. 148. nu. 5. par. 2.*

Quibus non obstare visum fuit, quod dicitur pro parte D. Octauiæ adfuisse bona mobi-
6 lia, quo casu non poterat ad stabilium alienationem deueniri, nam cùm hoc non probetur
7 nisi ex inuentario facto, multo ante tempus dictæ alienationis, & illa potuerint esse alienata pro soluendis aliis debitis hæreditariis, non venit ex hoc capite rescindendus contractus celebratus cum solemnitatibus, tam ex dispositione iuris, quàm statuti requisitis.

Quod autem dicitur consanguineos, qui huiusmodi alienationi consensum præbuerunt prout requirit statutum, habuisse in hoc contractu considerabile interesse, hoc in facto non subsistit, aut saltem non est probatum, vt debet satis concludenter, ideò Domini de eo nullam rationem habuerunt.

Ex quibus ita vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. PENIA.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 3. Martij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit fidem, etiam quoad extraneos.*
2 *Exceptio fideicommissi nondum clari, quia requirit altiorem indaginem, non admittitur in Saluiano.*
3 *Possessio de præsenti, vel de futuro probari sufficit.*
4 *Bona fideicommisso subiecta obligari pro dote possunt, quando non adsunt alia bona.*
5 *Exceptio melioramentorum, quando non est liquida, non impedit executionem in Saluiano.*

DECISIO CVII.

VTraque parte informante, decisum fuit constare domos, de quibus agebatur, fuisse assignatas Hieronymæ, vt patebat ex instrumento diuisionis, confecto anno 1564. inter Dionoram, & Hieronymam sorores, & Paulum Sanchez eorum nepotem, quod facit fidem, quoad omnes etiam extraneos, quoad rei sic
1 gestæ veritatem, Couar. *pract. quæst. cap. 20. nu. 9.* Eidem instrumento adstipulantur testes, qui licèt essent in alia causa examinati, præstabant tamen aliquod adminiculum veritati.

Nec obstabat, quod domus istæ prætenderentur subiectæ fideicommisso q. Franciscæ Diaz; tum quia exceptio fideicommissi nõdum clari, non admittitur in hoc iudicio Saluiani,
2 cùm requirat altiorem indaginem, nec retardat Saluianum: vt sæpe fuit resolutum, & signanter in causa Romana Saluiani Interdicti, die 13. Ianuarij 1603. coram bon. mem. Litta, cùm suffi-
3 ciat probare solam possessionem de præsenti, vel de futuro, Bart. *in l. 1. num. 3. ff. de Salu. interd.* & latè Menoch. *in tract. de adipisc. possess. remed. 3. qu. 29. num. 160. & seq.*

Tum quia licèt de fideicommisso constaret, pro dotis restitutione, bona fideicommisso subiecta in subsidium (cum alia bona Marci Anto-
4 nij non reperirentur) possunt obligari, & alienari, *Auth. res quæ. C. commun. de legat.*

Similiter non obstabat exceptio melioramentorum; quæ cùm non esset liquida, & re-
5 quireret altiorem indaginem in hoc possessorio iudicio Saluiani, non poterat impedire immissionem.

Creditum Ascanij Maziotti in hac propositione deductum, non pertinebat ad propositum dubium: & quatenus pertineret, non videbatur releuans contra fideicommissum, quod Ascanius super his domibus adesse prætendebat.

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Romana Societatis Officiorum, Lunæ 12. Nouembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Tutor potest obligare pupillum etiam in societatibus Officiorum, quando pecuniæ fuerunt acceptæ pro vtilitate pupilli.*

2 *Versio pecuniarum in vtilitatem pupilli probatur, quando aderat necessitas expendendi, & constabat penes tutorem alias pecunias non existere.*

3 *Quod procedit, quando intercessit breue tempus.*

4 *Tutor, qui non confecit inuentarium, licèt possit vti suspectus remoueri, illius tamen gesta tenent.*

5 *Quod præsertim procedit, quando tutor publicè, & palam pro tutore se gerebat.*

6 *Amplia dictam conclusionem, præsertim procedere, quando tutor absque confectione inuentarij gessit negotium, quod celeritatem desiderabat.*

7 *Decretum mandans aliquid fieri præstita cautione, illa non præstita euanescit.*

8 *Decretum Iudicis cum intimatione illa non subsecuta non afficit.*

9 *Tutor dicitur rectè accipere pecunias ad interesse pupilli absque eo, quod seruet solemnitates statutarias, quando constat de versione in vtilitatem pupilli.*

10 *Pupillus sub prætextu non obseruatarum solemnitatum, quando constat de versione in eius vtilitatem, non debet locupletari cum alterius iactura.*

11 *Tutori licèt dicatur ipso iure interdicta administratio, & cum eo non debeat amplius contrahi, quando fuit suspectus allegatus, id tamen procedit, quando ad contrahentium notitiam probetur id deuenisse.*

DECISIO CVIII.

1 DOmini resoluerunt potuisse Gomesium
obligare pupillum in Societatibus Offi-
ciorum de quibus agitur, cùm pecuniæ acce-
ptæ fuerint in vtilitatem pupilli, *l. tutor in princ.*
ff. de pignor. act. l. si in rem. C. quando ex facto tut. glo.
in l. si quis in princ. in vers. obligari, & ibi Bart. *ff. de*
pignor. act. accepit enim Gomesius huiusmodi
pecunias pro secatione instantis messis, & se-
cundum calculum periti de consensu per Iudi-
cem deputati iuncta fide nobilium Romano-
rum, nec extabant in manibus Tutoris tot pe-
2 cuniæ, quæ sufficerent pro recollectione subse-
quuta, statim probetur pecunias versas in vtili-
tatem pupilli, Bald. *cons. 257. nu. 2. lib. 3.* Federic. de
Sen. *cons. 119. n. 4.* Roman. *in l. cum tutor sub nu. 8.* vbi
etiam Alex. *sub nu. 11. & 12. ff. de priuil. credit.* præ-
3 sertim propter breuitatem temporis, quæ inter-
cessit, *l. si ventri de priuileg. credit. §. fin.* vbi Bart.
in princ. Rip. *n. 10.* Ang. *in l. si. vers. hoc autem limi-*
ta. C. de pignor.

4 Non obstat, quod obiicitur Gomesium non
fecisse inuentarium, & alia solemnia, quia ni-
hilominus tutus erat, & gesta per ipsum tene-
bant, licèt potuisset, vt suspectus remoueri, Bart.
in l. tutor, qui repertorium sub n. 7. vers. contrarium
puto ff. de administrat. tut. Salicet. *in l. tutores, sub*
num. 7. vers. interim autem administrat. C. eod. tit.
Abb. *in cap. ex parte nu. 6.* vbi etiam Dec. *nu. 5. de*
appellat. Cum. *cons. 15. circa med. vers. & hoc voluit*
Bart. Alexand. *cons. 8. num. 8. lib. 2.* Put. *decis. 287.*
lib. 1.

5 Quod eo magis procedit cùm Gomesius pa-
lam, & publicè administraret, & pro tutore se
gereret, Soc. *cons. 153. n. 3. lib. 2.* Chisanen. *decis. 192.*
Caputaquen. *decis. 223. par. 3.* Accorambon. *de-*
cis. 18. lib. 2. & fuit dictum in vna Romana dotis
coram Cartuccio die 3. Decembris 1598. & in v-
na Foroliuien. iurispatronatus 28. Octobr. 1599.
coram R. P. D. meo Lancellotto, præsertim in
negotio, quod non solum concernebat com-
6 modum pupilli, sed etiam celeritatem deside-
rabat, ne messis iam matura periret, Bart. *in l. le-*
gitimus in fi. ff. de legit. tut. & curat. Sal. *in l. tutorea*
in fin. C. de administr. tut. Bald. *in l. fin. in princ. C. de*
tut. Dec. *in d. c. ex parte n. 5.* Ruin. *cons. 108. num. 13.*
lib. 1. Tom. de Than. *decis. 28.*

7 Non obstat, quod Gomesio fuerit datus ad-
iunctus, quia fuit datus sub conditione, quod
præstaret cautionem, qua non præstita decre-
tum euanuit, *l. hæc venditio in princ. ff. si cert. pet. l.*
necessario, §. quod si pendente. ff. de pericul. & com-
mod. rei vend. & cùm decretum fuisset factum
8 cum intimatione, quæ non reperitur facta non
afficiebat ipsum Gomesium, Put. *decis. 174. lib. 1.*
Ioan. Paul. *decis. 121.* cùm nec etiam appareat ad
eius notitiam deuenisse, Caputaq. *decis. 321. num.*
4. par. 2.

Non obstat, quod non interuenerit decre-
tum Iudicis, & aliæ solemnitates statuariæ, quia
placebant Dominis responsiones datæ per in-
9 formantes, præsertim stante versione in vtilita-
tē pupilli, *l. vtere. l. prædium, §. emptor. C. de præd.*
min. l. si pupillorum, §. si obligauerit, ff. de reb. eorum
10 *qui sub tutel.* aliàs pupillus cum aliorum iactu-
ra, & damno locupletaretur, *l. nam hoc natura. ff.*
de cond. indeb. cap. locupletare. ff. de reg. iur. in 6. ex
quibus etiam tollebatur, quod pendente accu-
satione suspecti, fuisset ipso iure interdicta
administratio Gomesio; vltra quod istud esset
verum, si interuenisset scientia illorum, qui de-
11 derunt pecuniam, *l. quod si furti, §. 1. vers. item di-*
co, & sciens. ff. de solut. Cætera bene tolluntur per
informantes.

R. P. D. IVSTO.

Imolen. Nullitatis permutationis 29. Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Curatorem habenti, alius curator absque cognitione causæ dandus non est.*

2 *Amplia, quod si pupillus aliquod gessit cum alio curatore, dicitur gestum absque curatore.*

3 *Amplia, vt neque actor adiungi possit.*

4 *Amplia conclusionem procedere non solum in curatore ad lites, sed etiam in curatore ad negotia.*

5 *Alienatio rerum minoris non potest fieri sine causa, & sic non existente ære alieno.*

6 *Permutatio rerum minoris absque causa fieri non potest.*

7 *Alienatio rei minoris non potest dici vtilis, neque damnosa, si vtilitas vel damnum dependeat à casu.*

Amplia

7 *Amplia nec etiam possit dici vtilis alienatio facta de rebus emphyteoticis praemendum rebus liberis, quando potest esse, quod bona libera non essent valoris aequiualentis bonis emphyteoticis.*

8 *Decretum Iudicis fundatum super incertitudine est nullum.*

9 *Decretum Iudicis sufficit, quod sit nullum in vna parte, ad hoc vt in totum sit nullum.*

10 *Alienationes rerum minorum, vt plurimum pendent ab arbitrio Iudicis.*

Limita procedere in alienationibus causa aeris alieni, in quibus remittitur arbitrio Iudicis.

An expediat nec ne sciri in alienationibus causa vtilitatis.

DECISIO CIX.

PRoposui dubium die 22. Martij 1599. vna tantum parte informante. & Domini resoluerunt in fauorem partis quae informabat scilicet D. Hieronymi Verona, & domini dixerunt contractum permutationis de quo agitur nullum: & iterum proposita causa vtraque parte informante die Lunae 29. eiusdem mensis Domini permanserunt in decisione: ratio principalis fuit, quia cum Dominicus de Monta mi-
1 nor 25. annorum curatorem haberet generalem ad hunc actum permutationis, fuit à Iudice datus curator specialis, contra regulam *l. curatorem. C. qui dar. tut. vel curat. poss.* vbi explicitè tractatur, quod in locum tutoris vel curatoris non potest alius, nisi causa cognita subrogari, & ibi Bald. Salic. & alij Doctores, & in curatore ad negotia, licet secus dicat in curatore ad lites, est decis. Put. 119 *lib. 3.* & intrat dispositio text. in
2 *l. curatorem. C. de in integrum restit.* quia sine curatore permutauit, & ideo permutatio nulla est, & ibi dicunt Bart. Bald. & omnes alij Doct.

Non obstat quod dicitur curatorem generalem, & ideo fuit datus specialis non similis il-
3 li quem habebat, quoniam gloss. *in dict. l. curatorem, in verb. neque adiungi,* dicit nec etiam actorem dari vel adiungi posse, & Bart. allegat *in l. cum semel num. ff. de excusat.* qui loquitur in curatore ad lites, non solum non dicit generalem
4 habenti curatorem specialem dari posse, sed in curatore ad negocia, conclusionem hanc verissimam confirmat.

Non obstat, quod dicitur curatorem generalem renunciasse vel fuisse absentem, quia pro nunc satis est respondere, quod de renunciatione, vel absentia non constat.

Secundo moti fuerunt Domini, quia permutatio facta fuit sine causa, non solum enim con-
5 stat de aliquo aere alieno minoris *l. magis puto. §. fin. ff. de reb. eor. l. ob aes. C. de praed. minor.* Roland. etiam allegat *cons. 33. num. 11 lib. 1.* quod in contra-
6 ctu permutationis etiam dici potest, vt per Socin. Iun. *cons. 3. nu. 21. lib. 2.* sed neque etiam causa, quae allegatur est concludens: narratur enim in vtilitatem minoris cedere, quia bona possessa à minore erant emphytheotica, ipse verò non rectae valetudinis, vt possent facilè deuolui, bona verò permutata erant, de quibus, & viuens, & moriens disponere poterat, & nihilominus, domus quae data fuit in permutationem à minori libera erat, & allodialis, licèt alia bona essent emphytheotica, nec resultat ex hoc ali-qua vtilitas minoris, quia possunt ista bona
7 libera non esse valoris aequiualentis bonis emphytheoticis, praeter quam quod iste contractus, qui pendet à casu non debet censeri vtilis, neque damnosus ratione incertitudinis, Dec. *cons. 532. n. 11. per l. fideicom. misso. C. de transact. & l. si pater puellae. C. de inoff. testamen.*

8 Neque suffragatur in aliquo decretum Iudicis, quod constat esse inconsideratum, cùm se fundet super incertitudine, & sufficiat in vna
9 parte, vt in totum sit nullum, Put. *decis. 220. lib. 3.* & quod multum tribuatur decreto Iudicis, quia multum tribuitur ius, cuius arbitrio in alienationibus minoris, *l. magis puto. §. non passim. ff. de*
10 *rebus eorum.* procedit in alienationibus causa aeris alieni, vbi remittitur Iudicis arbitrio an expediat, vel ne, & sic potius.

ILLVSTRISSIMO SACRATO.

Romana domus de Cuppis, Veneris 10. Nouembris 1600.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare, non est prohibitus alienare vtile dominium ad longum tempus, sed contra, & num 13.*

2 *Administrationem habens à testatore, potest alienare sine solemnitatibus res minoris.*

3 *Socius potest alienare rem communem intellige, vt num. 22.*

4 *Alienatio facta ex iusta causa, puta pro soluendo aere alieno pupillorum sustinetur.*

5 *Contractus alienationis rerum minorum sustinetur ex capite vtilitatis in spe.*

6 *Vtilitas rei venditae deducitur ex precio plus quàm communi.*

7 *Bona minorum non possunt alienari sine subsistentia causa, puta ob aes alienum.*

8 *Amplia quia requiritur authoritas tutoris.*

9 *Amplia, quia requiritur modus, nempe quod vendatur res minus damnosa.*

10 *Amplia, quia requiritur praedictorum omnium discussio.*

11 *Amplia, quia requiritur Iudicis decretum, & numero 25.*

12 *Amplia, quia aliae iuris solemnitates requiruntur, quibus deficientibus contractus est nullus.*

14 *Alienatio vtilis dominij ad longum tempus requirit solemnitates necessarias in alienatione rerum minorum, & nu. 17.*

15 *Amplia in alienatione ad vitam, quae etiam appellatur perpetua, & est vera conditio, & numer. 16. & 18.*

17 *Qualitas alienationis, quod finiatur vita ementis non tollit substantiam venditionis.*

19 *Federic. de Sen. cons. 92. reprobatur.*

20 *Administrator rerum minoris tunc potest alienare, quando constat de expressa voluntate testatoris, quia tunc administrator non facit ex persona propria, sed tanquam merus executor voluntatis testatoris.*

21 *Testator censetur se conformasse cum dispositione iuris communis, & quod alienatio fiat per administrationem seruatis seruandis.*

23 *Aes alienum non est iusta causa alienationis rerum minoris, nisi creditor petat, & instet.*

24 *Causa iusta alienationis rerum minoris non est aes alienum, & quod instent creditores, sed necesse*

est, quod constet an minor habeat bona mobilia, vel nomina debitorum.

26 *Solemnitates requisita in alienatione rerum minoru multo magis sunt necessaria, cùm administrator, & vendens est creditor, & venhit ad effectum sibi, vel suę vxori satisfaciendi.*

27 *Vtilitas minoru ad hoc, vt validet alienationem bonorum factam sine solemnitatibus necesse est, vt de ea euidenter constet.*

28 *Vtilitas in alienatione rerum minorum non consistit in solo pretio, sed in aliis circumstantiis.*

29 *Solemnitates sunt necessaria in alienatione rerum minoru, & sola vtilitas non sufficit.*

DECISIO CX.

SEptimius de Cuppis ex testamento quondam Cardinalis de Trano administrator bonorum Francisci, & aliorum sibi ex quondam Io. Dominico fratre nepotum, vendidit Illustrissimo Cardinali de Cæsio illius vita duráte quondam domum sitam in platea Agonis intèr duo Palatia éotundé de Cuppis sibi cũdictis nepotibus ex testamẽto d. quondam Cardinalis communem occasione satisfaciendi sibi ipsi, & D. Abbati Octauio fratri, pro dote materna, in qua ipse Septimius, & Abbas excluso Dominico patre minorum, fuerant hæredes instituti, pro cuius dotis restitutione d. D. Cardinalis de Trano fideicommittens se ipsum, ac omnia sua bona obligauerat, quæ alienatio, cùm pro parte dictorum nepotum prætenderetur esse nulla, fuit per me vtraque parte informante propositum dubium, An dicta alienatio sit legitimè facta in casu de quo agitur.

1 Primo, pro parte Septimij dicebatur, quod hæc est alienatio commoditatis, seu vtilis dominij ad longum tempus, quę non est prohibita illi, qui aliàs alienare prohibetur, quia non censetur alienatio, glos. fin. *in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat.* 2. quam sequitur Couar. *lib. 7. cap. 12. fol.* 533. vt per Pinell. *in l. 1. par. 3. num. 66. C. de bon. matern.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 14. nu.* 89. & in specie allegat cons. Federic. de Sen. *consil.* 52. quod in alienatione ad vitam non requiruntur solemnitates.

2 Secundo dicebatur, quod hæc alienatio absque alia solemnitate potuit fieri à D. Septimio tanquam ab habente legitimam administrationem ab ipsomet testatore, ex doctrina Alexand. *cons. 215. n. 1. lib. 6.* Roland. *cons. 99. n. 39. lib.* 1. Paris. *cons. 85. n. 50. par. 3.* cum aliis congestis per Tiraq. *de leg. connu. glos. 8. nu.* 184.

3 Tertio dicebatur, quod Septimius vti socius ex testamento quondam Cardinalis de Trano habebat facultatem alienandi rem communem *l. idemque erit. §. final.* & ibi glos. *in verbo, nec vendere iuxta leg. seq. ff. pro socio.*

4 Quarto, quod hæc venditio debeat sustineri, cùm fuerit facta ex iusta causa, nempe pro soluendo ære alieno ipsorum pupillorum, *l. ob æs,* & ibi glos. *in verbo alienum tantum. C. de prad. minor.*

5 Quinto, quod in omnem euentum contractus debat sustineri ex capite vtilitatis, cùm hic contractus in spe fuerit vtilis, glos. *in l. cum in. §. eam narrationem. ff. de transatt.* cuius opinionem dicit esse veram Decius *in cap. qua Ecclesiarum, n.* *28. de constit.* Roma. *cons. 316. in 2. dubio, n.* 4. Ruin.
6 *cons. 181. sub nu. 3. vers. & adhuc confirmatur lib.* 3. veritas autem deducebatur ex eo, quod pactum istius domus fuerat plusquam commune, ratiocinando iuxta terminos *l. hæreditatem compun- ctioni ff. ad l. Falcid.*

7 Quibus non obstantibus, Domini negatiuam sententiam amplexi fuerunt, moti ex eo, quod bona minorum alienari non possunt sine causę subsistentia, vt puta ob æs alienum, *l. ob æs, C. de prad. minor. l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eorũ,* & illius vrgentiâ, *l. tutor vrgentibus creditoribus,*
8 *ff. de minor. & dict. §. non passim, vers. si modo vrgeat tutoris authoritate, l. obligari, ff. de act. tut. l. neque,*
9 *& l. cum qui, Cod. de auct. præstan.* modo nempe, quod vendatur res minus damnosa minoribus, *d. §. non passim, vers. sed si sit.*

10 Horum omnium discussione *l. minorum* secundum lecturam glos. *ibidem,* quam approbant Bart. Bald. *in princ. C. de prad. minor.* & postea Iu-
11 dicis decreto, *l. lex qua tutores. C. de administrat. tut. l. 1. & ibi glos. in verbo alienum, ff. de rebus eorum.*

12 Nec non, & aliis iuris solemnitatibus, quibus deficientibus contractus est nullus, Castr. *consil. 105. in princ. lib.* 2. Roland. *cons. 13. n. 1. lib. 1. & cons. 7. nu. 20. lib.* 3. Roman. *cons. 321. nu.* 1. Corn. *consil. 109. n. 2. lib.* 3. Dec. *cons. 556. à n. 3. vsque ad* 7. Aretin. *in §. nunc admonendi n. 4. Instit. quib. alien. licet, vel non.* Afflict. *decis.* 249.

13 Non obstat, quod hæc sit quædam alienatio ad longum tempus, quæ non cadit sub generali prohibitione alienationis, glos. fin. *in l. codicillis, §. instituto. ff. de legat. 2. cum aliis allegatis,* quia opinio d. glos. communiter reprobatur per Bart. & DD. *ibidem,* & est glos. *in clement. 1. in verb. locationis de rebus Ecclesia non alienan.* quam communiter approbari dicit Imol. *in d. § instituto n.* 6. Abb. *cons. 91. n.* 3. Boer. *decis. 234. n.* 5. Abb. *num. 13.* Butr. *nu.* 8. Bero. *num. 31. circa fin. in cap. nulli de rebus Ecclesia non alienan.* Dec. *cons. 142. nu.* 3. Clar. qui de communi *lib. 5. recept. sent. §. fin. quæst. 82. an quinto statuto, vers. sed nunquid.* Mohed. *decis. 12. num. 2. de locat.* Felin. *in cap. qua in Ecclesiarum, num. 87. vers.*
14 *vbi autem de constit.* & consequenter in illa requiruntur solemnitates, Card. *clement. 1. in princ. de rebus Eccles. non alienand.* latè Gemin. *cons. 48. per totum,* & præsertim *nu. 6. vers. non obstat.* Vasq. *de success. creat. §. 10. n. 78. vers. vnde tutor,* vbi de cõmuni attestatur *tit. de test. pot.* Alex. *cons. 117. ante nu. 2. vol. 1.* facit textus cum glos. fin. *in d. clemen. 1. de rebus Ecclesia non alienan.* bene Boer. *deci. 234. n. 3. & 4.* Couar. post multos relatos *c. 16. num. 1. lib. 2. vers. resoluit.* qui de communi, Arius Pinell. qui pariter de communi *in l. 1. par. 3. nu* 64. & melius *nu. 66. de bon. matern.* quæ si habent locum in lo-
15 catione ad longum tempus, multo magis procedere debent in venditione ad vitam, quæ & appellatur perpetua, & ibi glos. & Doct. *ff. pro socio,* Alexand. *consil. 119. in fin. lib.* 3. Felin. *cap. nec Dei in fin. de Simon.* & videtur magis communis ex enumeratis per Gabr. *conclus. 2. de locat. numero* 1.

16 Et est vera venditio, cùm talis per contrahentes fuerit denominata, Bart. *in l. dotem. §. qui maximos sub nu. 11. vers. dicit quod. ff. de pub.* Natt. *cons. 49. num.* 14. Tiraquell. *de retract. lignag. §. 30. glos. 1. num.* 7.

17 Nec

17 Nec illa qualitas, quod finiatur vita ementis,
tollit substantialia venditionis, *ad l. fin. C. de leg.*
18 *vbi glos. in verbo contractus.* Vnde sine dubio in
illa debent interuenire solemnitates sicut in
specie, Couar. qui de communi, *var. resolut. lib. 2.*
19 *cap. 16. num. 5.* Ex quibus patet, quod doctrina
Federic. de Sen. allegat. *consf. 51.* non est tuta, vt i-
pse fatetur *in fine dicti consil.* vbi dicit casum esse
dubitabilem, & se ita tenuisse concurrentibus
aliis circumstantiis, & præcipuè facit vim in
modicitate rei, vt videre est *in dicto cons.* quod
hic non applicatur, *& in cons. 143.* recedit ab illa
opinione. Tiraquell. *allegato loco* loquitur in re-
tractu, & sic in diuersis terminis, vltra quod
non figit pedes, sed *sub num. 8.* reliquit cogitan-
dum.

20 Non obstat, quod Septimius habebat admi-
nistrationem ex voluntate testatoris, quia hoc
procedit, quando tractatur de alienatione de-
pendẽte ex solo defuncti facto, & quando con-
stat de expressa ipsius defuncti voluntate, quia
tunc administrator non facit ex persona pro-
pria, sed tanquam merus executor voluntatis
testatoris, Roland. *d. cons. 99. nu. 39.* & in suis ter-
minis loquuntur Alex. Par. & alij ex aduerso al-
21 legat. aliàs censetur testator se conformasse
cum dispositione iuris, nempe quod alienet ser-
uatis seruandis, Rolan. *cons. 99. nu. 47. lib. 1.* Aldo-
brand *cons. 35. nu. 31.*

22 Nec facit, quod Septimius saltem vti socius
potuerit alienare hanc domum, nam vltra quod
Domini nõ admittebant, ita indistinctè dictam
conclusionem in casu, de quo agitur, responde-
bant, quod ad summam, talis facultas concessa
socio, nil aliud potest supplere, quàm defectum
causæ, non autem defectum formæ, cùm non
minus in his contractibus, quàm in aliis con-
currat suspicio læsionis minoris, propter quam
leges vltra subsistentiam causæ requirunt inter-
uentum tutoris, & decretum Iudicis, & alias so-
lemnitates, prout colligitur ex supra allegatis
Doctoribus.

Non obstat, quod ista bona fuerint alienata
ob æs alienum. Primo, quia de dicto ære alieno
non satis constat, cùm isti minores prætendant
aliunde fuisse satisfactum doti D. Lucretiæ, &
bene deducitur in facto per informantes pro
illis.

23 Secundo, quia illis non sufficit existentia æris
alieni nisi creditor petat, & instẽt, *l. tutor vrgen-
tibus creditoribus, ff. de minor. d. §. ob æs vers. dummo-
do vergat creditor,* & ibi Bart. nec sufficere vide-
batur, quod alias dominus Abbas frater Septi-
mij obtinuerit decretum per A.C. contra bona
hæreditaria, quia Auditor Cameræ post com-
paritionem minorum illos reposuit, quò fit, vt
cessante necessitate alienandi, debuisset cessare
ipsa alienatio, Tiraquel. *tract. cessante causa vers.
necessitatis causa cessante.*

24 Tertio, quia dato, quod adesset æs alienum,
& instarent creditores, nihilominus non po-
tuerunt bona minorum propria auctoritate a-
lienari, sed requirebatur, quod præcederet di-
ctæ causæ cognitio, nempe an minoris haberet
bona mobilia, vel nomina debitorum, ad textũ
in l. 1. §. quod si forte. ff. de rebus eorum, & per illum
text. Corn. *cons. 92. col. 2. num. 5. vol. 4.* vel si aderat
res minus damnosa, quæ vendi possit, *d. §. non pas-
sim, & §. in primis.* Corn. *cons. 109. n. 2. in fi. vol. 3.* Af-
25 flict. *decis. 249. nu. 1. vers. 4.* & super omnibus in-
teruenisse Iudicis decretum, Speculat. *tit. de empt.
§. nunc dicendum restat vers. hoc quoque.* Dec. *cons.
403. nu. 19. cum seq.* Paris. *cons. 98. nu. 5. & 15. cum seq.
& 99. n. 7. vol. 1.* latè Rolan. *cons. 33. nu. 5. & 6. vol. 1.*
26 quæ solemnitates eo magis videntur necessa-
riæ, quia D. Septimius erat ipsemet creditor, cui
facienda erat solutio. & quia eadem domus fuit
paulo post per Illustrissimum Cardinalem Cæ-
sium cessa Dominæ Flaminiæ vxori Domini
Septimij, ex doctrina Bald. *cons. 247. num. 1. lib. 4.*
Alex. in *l. 1. §. fuit quæsitum n. 2. ff. ad Trebell.* præser-
tim Ias. *in l. singularia n. 18. ff. si cert. pet.*

27 Postremo nec ex capite vtilitatis visa fuit pos-
se sustineri talis venditio, primo, quia illa nega-
tur in facto, & de illa debet euidenter constare,
Anchar. *clem. 1. in 4. not. de rebus Eccles. non alien.*
Secundo quia potius constat de contrario, quia
fuit alienata domus inter duo palatia, quæ sole-
bat modo pro parte, modo in totum locari cum
28 dictis palatiis, atque ita in illorum locatione
facere meliorem conditionem istorum mino-
rum, non enim in solo precio consistit vtilitas
alienationis, sed & in aliis circumstantiis, vt be-
ne per Corneum *cons. 109. num. 3. vers. & vlterius
volum. 3.*

29 Et cessat difficultas, quia in alienatione mi-
norum non sufficit vtilitas, nisi etiam concur-
rant solemnitates, Doctores *in l. cum hi §. eam
transactionem.* præsertim Castr. *num. 12. ff. de tran-
sac.* Bero. *cons. 32. num. 2. & cons. 88. num. 25. lib. 1.* & de
communi attestatur Ias. *in l. contra iurisf. in fi. ff. de
pactis,* Brun. *tract. de form. tit. de potentia, & effectu
in 1. membro amplia. 9.* Rol. *cons. 99. num. 38. par. 1.*
Put. *decis. 2. in princ. lib. 1.*

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Anconitana dotis, Veneris 28.
Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris promittentis dotem pro filia, & fideiuben-
tis pro viro obligatio cum iuramento susti-
netur.*
2 *Obligatio mulieris remanentis penitus indotata, est
inualida, nec iuramento confirmatur.*
3 *Limita cùm mulieri remanet maior pars suæ dotis.*
4 *Solemnitates statutaria non sunt necessaria in obli-
gatione mulieris pro dote.*
5 *Statutum Vrbis in contractu mulieris, & minoris
præsupponit iuramentum dolo, & metu ex-
tortum.*

DECISIO CXL

FVit per Dominos resolutum obligationem
Gabriellæ respectu primi census scutorum
1 500. esse validam: moti fuerunt præcipuè, quia
se obligauit pro dote filiæ cum iuramento, in
quo casu sustinetur obligatio mulieris, licèt in
effectu ipsa fideiubebat pro viro, ad quem spe-
ctat onus dotandi filiam, vt fuit latè deductum
in causa Interamnen. mercium 4. Iunij 1597. co-
ram R.P.D. Penia.

2 Non obstat, quod obligatio mulieris sit vali-
da, & iuramẽtum nihil operetur, quando rema-

net indotata, & fuit resolutum in causa Romana fideiussionis 15. Iunij 1561. coram Illustrissi-
3 mo Cardinali Arigono, quia remanet ei maior pars suæ dotis, & propterea eius obligatio est valida, vt inter recentiores latè deducit Thesaur. *decis. 223.*

4 Non obstat decisio in causa Romana Societatis coram R.P.D. Penia, quia in obligatione pro dote non sunt necessariæ solemnitates statuti, & nouissimè fuit resolutum in causa Romana dotis coram R..P.D. Ottembergo, & ideo illa decisio non applicatur, & tãto magis, quod in illo casu, mulier se cõstituit principalem pro necessaria impensa, quæ spectabat ad virum,
5 quæ falsitas causæ hic cessat, præterea illa decisio procedit iuxta terminos statuti Vrbis, quod præsumit iuramentum dolo extortum, & propterea iuramentum non potest operari aliquem effectum.

Non obstat, quod postea Gabriella se obligauit ad fauorem eiusdem Pauli in alio censu scut. 700. quia de eius validitate nunc agitur, & si ista posterior obligatio esset inualida, ex ea non posset inferri ad inualiditatem huius obligationis præcedentis; quæ habet omnia sua requisita.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Maceraten. dotis, Veneris 10. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de contractibus minorum non comprehendit obligationem necessariam pro dote.*

2 *Dos constituta & promissa à minore sorori, non dicitur excessiua, quando aliæ sorores habuerunt eandem quantitatem.*

3 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non potest retardare executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO CXII.

Domini resoluerunt esse locum executioni Apuchæ: moti fuerunt, quia isti minores, tenebantur dotare sorores, & istud statutum
1 non comprehendit obligationem necessariam pro dote, Caputaquen. *decis. 199. par. 3.* Put. *decis. 105. lib. 1.* & licèt pro parte minorum replicetur, quod hoc non procedit, quando dos est exces-
2 siua, tamen de hoc non constat, & datur fumus in contrarium, quod dos non est excessiua, quia aliæ sorores habuerunt eandem quantitatem, & procurator constitutus à tutrice articulauit, & probauit per testes, quod dos non erat excessiua.

3 Vnde cùm ista exceptio sit turbida, & requirat altiorẽ indaginem non potest interim retardarẽ executionẽ obligationis in forma Cameræ, vt fuit resolutum in causa Romana rescissionis transactionis, & in causa Romana executionis obligationis Cameralis 29. Martij, & 2. Aprilis de anno prædicto coram R.P.D. Orano.

R.P.D. OTTIMBERGO.

Romana dotis, Mercurij 29. Maij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Statutum generaliter loquens, an comprehendat causam dotis, valde controuersum est.*

2 *Statutum generaliter loquens, non comprehendit causam dotis, quando dos reperitur specialiter priuilegiata.*

3 *Statutum Vrbis lib. 1. ca. 151. non comprehendit causam dotis, nec mulieres pro ea se obligantes, & num. 6.*

4 *Dos reperitur specialiter priuilegiata, vt mulier possit pro ea se obligare, & nu. 5.*

7 *Dotis promissio pro muliere paupere est causa verè pia.*

8 *Solemnitates statutariæ non sunt necessariæ in contractu ad fauorem piæ causæ facto.*

DECISIO CXIII.

1 Valde controuersum est, An statutum generaliter loquens indistinctè comprehendat causam dotis, vt videre est *in cons.* Hier. Gab. 20. *nu. 40. & seq. lib. 2.* & contra *cons.* Menoch. 241. *nu. 6. lib. 3.* qui plures pro se cumulat.

2 Verùm plerique omnes in eo conueniunt, huiusmodi causam non comprehendi in statuto, quamuis generaliter loquente, quando in certo casu reperitur specialiter priuilegiata, eamque opinionem Rota semper amplexa est
3 in terminis statuti Vrbis *cap. 151. lib. 1.* quod non comprehendit mulieres, pro ea se obligantes, vt coram Put. *decis. 160. lib. 3.* Caputaquen. *decis. 3. nu. 199. par. 3.* & coram Illustrissimo Blanchetto in Romana euictionis 27. Martij 1588. & nouissimè in Romana Societatis Officij 4. Februarij huius anni coram R.P.D. Penia, & aliàs sæpe, idque secundum dictum Salicet. *in l. fin. num. 3. in 4. not. C. de iure dot.* & quidem in proposito casu reperitur dos specialiter priuilegiata, vt mulier possit se pro dote obligare, *l. si dotale, & l. fin. C. ad senat. consult. Velleianum l. promittendo, ff. de iur. dot.*

Non obstat, quod prætendebatur, dictas decisiones procedere in obligatione necessaria dotandi, nam contrarium patet ex ipsarum decisionum lectione, & ratione qua fundantur, quæ est, quod isto casu dos reperitur specialiter
4 priuilegiata, vt mulier possit se pro dote obligare, *d. l. fin in vers. in pro qualibet muliere, cum qua*
5 *licitum est matrimonium contrahere*, quæ verba non sunt restricta tantum ad eas, quæ necessario dotantur, sed omnes generaliter comprehenduntur.

Non obstat decisio R.P.D. Lancellotti in Anconitana dotis 27. Nouembris 1598. in qua fuit dictum id procedere in eo, qui tenetur dotare respectu, cuius necessaria reputatur obligatio, quia quicquid sit in minore, de quo ibi agebatur, quod tamẽ nec ibi principaliter fuit decisum, sed tantum obiter motum, cùm versemur in muliere maiore, & extra controuersiam est, dotem in hoc casu specialiter esse priuilegiatam, & per consequens, statutum non comprehendit, vt fuit dictum in Senogalien. dotis coram eodem R.P.D. Lancellotto 10. Maij 1599.

Considerarunt etiam Domini, quod ista dos fuerat promissa mulieri pauperi, quæ non poterat congruè dotari de bonis propriis, quæ est causa verè pia, Alexan. *in l. si constante nu. 18. ff. solut. matrim.* Bald. Nouell. *de dote, parte 5. num. 4.* Natt. *cons. 410. nu. 13. vol. 2.* in qua non requiruntur solẽnitates statutariæ, vt fuit dictum in Tolentina

lentina pecuniaria 16. Ianuarij 1590. coram Reuer endissimo Perusino.

Ex quibus conclusum fuit, cùm dubium hoc à me extra Rotam propositum esset, promissionem dotis factam à Cornelia de Siuis ad fauorem Michaelis, & Cleriæ de Bellinis esse validam.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Anconitana dotis 27. Nouembris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Forma à statuto præscripta seruanda.*
2 *Minor ob enormissimam læsionem aduersus fideiussorem ab eo facta, est restituendus.*
3 *Læsio probatur ex eo, quod minor existens fideiussit.*
4 *Si maximè nullam habet releuationem.*
5 *Læsio in donatione non cadit.*
6 *Minor, si maior effectus per quinquennium tacuit de læsione, an ratificare censeatur, & nu. 7.*
8 *Euictionis euentus non potest præuideri antequam contingat.*
9 *Fideiussio à minore, etiam cum iuramento facta nulla est.*
10 *Minor de damno vitando agens contra mulierem lucrum captantem, & priuilegio gaudentem, agit.*

DECISIO CXIV.

1 FVit resolutum obligationem D. Laurentij Todini esse nullam, cùm non fuerit satisfactum statuto, in parte in qua requirit insinuationem ipsius contractus, & obligationis, nec aliquid suffragatur iuramentum, quia ab eodem statuto præsumitur dolose extortum.

Non obstat, quod huiusmodi statuta procedant in obligationibus pro dote factis, iux. *decis.* Put. 160. *lib.* 3. & Caputaq. *decis.* 199. *par.* 3. quia hoc D. D. intelligebant procedere in eo, qui dotare tenebatur, quo ad quem reputatur obligatio necessaria, vt loquuntur decisiones, & facit *cons.* Soc. 80. *nu.* 23. *lib.* 4.

Placuit etiam DD. aliud motiuum pro parte D. Laurentij factum, quod obligatio venisset rescindenda, cùm minor propter enormissimam

2 læsionem sit restituendus aduersus fideiussionem ab ipso factam Soc. *cons.* 43. *n.* 6. Ceph. *consil.* 437. *nu.* 10. Afflict. *decis.* 321. *nu.* 7. *cum seq.* Odd. post alios *de restit. in integr. par.* 2. *q.* 54. *art.* 22. *n.* 4.

De læsione autem constat absque aliqua probatione eo ipso, quod minor fideiussit, Alexan. *in l. nam. & postea.* §. *minor nu.* 10. *in fin. ff. de iureiurando.* Socin. *d. cons.* 47. *num.* 7. *lib.* 4. cum aliis post

4 Odd. vbi *supra art.* 2. *nu.* 8. *& parte* 1. *qu.* 36. *art.* 2. *& 3. nu.* 2. maximè in hoc casu cùm nullam habeat releuationem.

5 Et licèt in donatione nulla cadit læsio, vt per Aym. *cons.* 160. *nu.* 2. *& cons.* 192. *nu.* 1. tamen ista non fuit donatio: cùm Elisabetha non fuerit dotata de bonis Laurentii, sed de propriis. Vnde fuit mera fideiussio, etiam quod in solidum se obligauerit. Aym *cons.* 77. *nu.* 3. *vers. hoc ita præsupposito, & consil.* 91. *num.* 2. Put. *decis.* 511. *numer.* 2. *lib.* 3.

6 Neque obstat, quod cùm Laurentius tacuerit per quinquennium post quam fuit maior effectus, censeatur ratificare, iuxta *l. si. ff. si maior fact.* quia vltra, quod hoc controuertebatur in facto fuit dictum, quod ille tex. procedit, quan-

7 do minor maior factus sciuisset, id, quod suam læsionem, & præiudicium continebat, quia tunc omnia cognoscens per longum silentium dicitur ratihabitiones confirmare, secus verò si

8 ignorabat, vt in præsupposito, in quo damnum pendebat ab euictione, cuius euentum non potuit ipse præuidere, antequam contingeret, Soc. Iuo. *cons.* 59. *nu.* 5. *vol.* 1. Gabr. *de minor. conclus.* 4. *nu.* 12. Rol. *cons.* 72. *num.* 18. *cum seq. lib.* 4. & hanc huius text. interpretationem aliàs sequuta Rota in causa Amerin. domus 4. Maii 1579. coram Cantuccio.

9 Iuramentum verò interpositum non facit aliquod impedimentum, stante supradicta læsione, dum tamen eius relaxationem obtineat; vt per Couar. Anchar. & alios relatos à Grat. *in Autheut. Sacramenta puberum nu.* 92. *cum seq.* Afflict. *decis.* 322. *nu.* 7.

Neque priuilegium dotis aliquid suffragatur, quia minor agit de damno vitando, mulier

10 autem de lucro captando, vnde potest minor vti priuilegio contra mulierem, Decia. *in cap. in præsentia num.* 180. *de probat.* Roman. *cons.* 166. Cephal. *cons.* 7. Lambertég. *super statuto Mediolanen.* §. *fin. num.* 122.

ILLVSTRISSIMO ARIGONO.

Romana fideiussionis, Lunæ 5. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio mulieris pro viro existente in carceribus est nulla, etiam si appositum sit iuramentum, & decretum visita, quando remanet penitus indotata, nu. 4. & seq.*
2 *Obligatio mulieris remanentis indotata, est contra publicam vtilitatem.*
3 *Iuramentum non validat obligationem mulieris enormissime læsa.*
5 *Decretum visita non tollit læsionem, & damnum.*

DECISIO CXV.

OCtauius Roniconus, qui propter æs alienum carceribus detinebatur, fuit excarceratus cum fideiussione Dorotheæ suæ vxoris de illo repræsentando sub pœna debiti, & quia postea Dorothea prætendebat dictam fideiussionem fuisse inualidam, creditores verò nitebantur ostendere illius validitatem propter iuramentum præstitum, & propter decretum visitæ, & præsertim, quia fuerat facta pro liberatione viri à carceribus, ideo dedi dubium super

1 validitate præfatæ fideiussionis, & cum præsupposito, quod Dorothea remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, & pro maiori parte fuit resolutum esse inualidá, nõ obstante, quod fuerit facta cum iuramento, iuxt. Abb. *cons.* 75. *n.* 13. *cum seq. vol.* 3. Ioan. Lopez *in repetitione rubr. de donat. inter virum & vxorem* §. 17. *numer.* 15. *& 16. vers. intellige tamen, & num.* 18. quem etiam referunt, & sequuntur Moderni *in tract. de iure iurando priuil.* 75. *nu.* 12. Bero. *cons.* 48. *num.* 13. *vol.* 1. & secundum hanc opinionem post longas dispu

tationes fuit quoque iudicatum per Senarũ Pedemontanum, prout refert Thesaut. *decis. 223. sub nu. 13. vers. senatus post multas disputationes.*

Et licet multi Doctores videantur tenere cõtrariam sententiam in casu, quando non extant alia bona viri super quibus sit consultum mulieri pro dote sua, nihilominus quàm plures ipsorum non loquuntur, quando mulier remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, nam bene fieri potest vxorem se pro viro obligasse, & fideiussisse, vel renunciasse hypothecæ, & non remanere tot bona viri, in quibus possit releuare indemnis circa illam quantitatem, pro
2 qua se obligauit, vel renunciauit, & tamen non remanere indotatam, in casu verò, quando remaneret indotata, tractatur de obligatione cõtra publicam vtilitatem, prout dicit Abb. *d. cõs. 75. sub nu. 6.* Io. Lopez *dict. rubr. de donat. inter virum, & vxorem. §. 17. nu. 18. vers. nam & republicæ*
3 *interest.* quæ difficilius sustineri potest, propter enormissimã enim læsionẽ iuramentum nõ obstat. per Paris. *dict. cons. 75. num. 18. & seq. vol. 3.* Soc. Iun. *cons. 47. num. 7. & seq.* qui loquitur in fideiussione *volum. 4.* Cassad. *decis. vnic. de emptione, & venditione.*

4 Ex quibus quoque resoluitur, id quod deducebatur de fideiussione facta occasione excarcerationis viri, quia vltra, quod fere omnes Doctores loquuntur, quando vir detinetur in carcere ex causa criminali, vel esset apud hostes; nihilominus etiam, quod idem esset dicendum, quando detineretur propter æs alienum ex causa ciuili, prout nonnulli videntur loqui, procederet in casu, in quo mulier non remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, secus verò, quando remaneret indotata, *iuribus allegatis.*

5 Non obstat decretum visitæ, quia decretum, siue authoritas superioris non tollit læsionem, & damnum, Aegid. *decis. 505.* Anchar. *consi. 69. paulo ante numerum quartum vers. sed de iure communi.*

R. P. D. PENIA.

Perusina dotis, Mercurij 1. Iulij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Subhastatio facta contra formam statuti, nulla est.*
2 *Idem obtinet si ex ea mulier indotata remanet.*
3 *Subhastatio, vt valide fiat, quæ ex statuto Perusino allegato requirantur.*
4 *Forma à statuto præscripta non obseruata, actus corruit.*
5 *Subhastatio habita fide de pretio nulla est.*
6 *Fallit, vt ibi.*
7 *Fideiussio facta ab vxore corruit, si ex ea dotem penitus amittat.*
8 *Restitutio in integrum, etiam post quadriennium fit, si ex fideiussione mulier indotata remaneat.*

DECISIO CXVI.

ANno 1559. Lucretia Bartoccia nupsit Mattheo Copulo cũ dote Florenorum 1000. ex quibus Mattheus 500. recepit à Iulio Cæsare, & alios 500. à Sinibaldo Barroccio Lucretiæ patre, & ideo anno 1563. Sinibaldum quietauit, & pro restitutione d. dotis omnia sua bona obligauit.

Anno 1579. Franciscus Balleonus asserens se creditorem Matthei, illum, tanquam suspectum de fuga carcerari fecit, Franciscus vero Almena author. DD. de Gogii. aduersariorum Lucretiæ fideiussit pro Mattheo illius marito, quod non discederet à Palatio sine licẽtia Balleoni, & huic fideiussioni accessit Lucretia, promittens sub die 26. Augusti 1579. conseruare indemnem Almenam.

Postea cũm ... Signorellius requisiuisset Balleonum, vt vellet Mattheo impartiri licentiam recedendi à Palatio, idem Balleonus die 1. Decembris 1579. rescripsit Signorello, quod si Matthæus accederet pro seruitio Sigoorellis non foret illum molestaturus.

Mattheo ergo quasi sine licentia è Palatio recedente Balleon. cum Almena fideiussore agere cœpit, de credito suo, vtcunque liquidato ad florenor. 1000. die 7. Iunij 1580. omnia Iura sua Almenæ fideiussori cessit, & Almena vigore cessionis egit contra Lucretiam, vt illum à molestiis liberaret, & tandem eodem anno 1580. sententias, & mandatum pro florenis 1000. obtinuit, quod fuit executum super bonis dotalibus Lucretiæ, quæ fuerunt subhastata, & deliberata Iacobo Tanopo pro florenis 1100. quos idem Fanus Almenæ soluere, aut eidem remittere Iura super dictis bonis promisit, vt idem Fanus die 16. Nouembris 1580. agnoscẽdo bonam fidem, eadem bona retrocessit Almenæ, quę Almena anno 1585. ad hastam publicam vendidit DD. de Gogii. Lucretiæ aduersariis pro scutis 910.

Tandem pro parte Lucretiæ obtenta in integrum restitutione, & causa introducta in Rota dubitaui An subhastatio, & executio sustineretur, ita, vt foret, vel non foret locus restitutioni in integrum, & Domini, Lucretia tantum informante, non sustineri subhastationem, & execu-
1 tionẽ, responderũt, ex duplici capite, tum quia
2 non fuit seruata forma statuti Perusini, tũ quia Lucretia remansit penitus indotata.

3 Nam respectu non seruatæ formę, res videbatur clara, quia *in secund. vol. statutorum Perusinorum rub. 29. de executione instrumentorum, seu cartarum, & Laud. §. si ver. placuerit sub pœna nullitatis,* cauetur, vt ante venditionem bonorum immobilium, quæ pro executione capiuntur, facta exequutione petatur debitor per 30. dies, & dein de ante subhastationem, eidem assignetur terminus peremptorius, quo finito bona subhastentur, diuersis diebus, ad minus quinque vicibus, & vendantur plus offerenti, & satisfacto creditore residuum depositetur infra dies 15.

Vnde in casu proposito; cùm post sententiam latam fuerit facta venditio intra quindecim dies non expectato termino 30. dierum, nec præfixo termino peremptorio, nec facto deposito, & consequenter subhastatio fuit nulla, & inualida, Baldus *in l. ordo num. 8. vers. nota*
4 *quod si statutum. C. de execut. rei iud.* cùm enim statutum der formam in subhastatione, & deliberatione facienda, vtique ea non seruata, actus corruit, *l. cum hi. §. & si prater. ff. de transact.* & tenuit Rota in vna Senogalliensi prædij die 15. Maij 1596. coram Illustrissimo Blancherto

tunc

tunc Rotæ Auditore.

5 Subhastatio enim dicebatur nulla, quia videbatur facta habita fide de pretio, cum tamen pretium manualiter solui debuisset, *l. diuino Pio, §. si emptor ff. de re iudicat.* & fuit resolutum in vna Fauentina bonorum die 25. Iunij 1593. & die 10. Maij 1594. coram Reuerendissimo D. meo Litta, quamuis hoc non procedat creditore consentiente venditioni, & subhastationi habita fide de pretio, vt Rota declarauit die 16. Decembris 1594. in vna Vrbeuetana domus coram D. meo Pamphilio.

Respectu alterius capitis quod Lucretia indotata remaneret, res etiam videbatur clara, nam cum Lucretia fideiusserit pro integra dote propter fideiussionem fuit enormiter læsa, ex quo remansit penitus indotata, & consequenter

7 fideiussio fuit nulla, Paul. *conf. 75. nu. 14. & seq. lib. 3.* Dec. *conf. 180. nu. 4. circa medium*, Alciat. *cap. cum contingat. n. 223. de iure iurando*, & fuit resolutum coram Illustrissimo Arigonio die 5. Iunij 1593. in causa Romana fideiussionis.

Quibus ita constitutis Rota censuit locum fuisse restitutioni in integrum, non obstante lapsu quadriennij. Odd. *in tract. de restit. in integr.*

8 *par. 1. q. 19. art. 7. n. 66. & q. 43. art. 1. nu. 25.*

R. P. D. IVSTO.

Imolen. permutationis, 24. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio rerum minoris requirit omnes solemnitates, quæ requiruntur in donatione, & alienatione, & nu. 2.*

3 *Amplia, quod requiritur etiam causa.*

4 *Iuramentum operatur, vt minor efficiatur maior.*

5 *Causa in contractu minoris debet constare per Iudicis cognitionem.*

6 *Sterilitas prædij non est causa sufficiens permutandi bona minoris.*

7 *Fallit, nisi prædium esset omnino infructuosum, & afferret damnum minori.*

8 *Permutatio prædij minoris tenet, quando percipit maiorem vtilitatem ex prædio permutato.*

9 *Testis ignorans valorem rei, non potest adæquare quodnam prædium esset vtilius.*

10 *Alienatio rerum minoris non est permissa, nisi per æs alienum tantum.*

DECISIO CXVII.

IN hac causa bis proposita. Primo 24. Aprilis informante tantum Hieronymo. Secundo 24. Maij informante vtraque parte visum fuit Dominis contractum permutationis, de quo agi-

1 tur, fuisse nullum, quia in permutatione rerum minoris omnia requiruntur, quæ in donatione, & in qualibet alienatione, *l. non solum*, vbi glos.

2 *in verb. possunt. C. de prædijs minor.* Vnde requiruntur solemnitates, *vt in titul. de reb. minor.* Afflict.

3 *decis. 249.* requiritur etiam causa, sine qua non valet alienatio, *l. ob æs. iunct. glos. C. de præd. minor. l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorum.*

4 Omissa igitur nullitate ex defectu solemnitatum propter iuramentum appositum in contractu, ex quo minor efficitur maior, *Authent. Sacramenta puberum, C. de resc. vendit.* & ibi DD. Put. *decis. 203. & 245. nu. 3. & 4. lib. 3.* dixerunt Do-

5 mini nullitatem esse claram ex defectu causæ, de qua constare debet per Iudicis cognitionem, *d. l. ob æs, d. l. magis puto, §. non passim.* Afflict. *decis. 199. lib. 4.* Ant. Gomez. *var. resol. lib. 3.*

Quapropter cum non adsit causa legitima, nullus est contractus, & nullum est translatum dominium.

6 Neque obstat allegata prædij sterilitas, quia hæc non est sufficiens, *l. si fundum sterilem ff. de rebus eorum. glos. in l. omnes in verb. tantum. C. de præd.*

7 *minor.* nisi prædium esset omnino infructuosum, & afferret damnum minori, vt per Iaf. post allegat. *in l. 2. n. 10. ff. de offic. eius*, de quo non constat in hoc casu, quinimmo Testes probant contrarium, quia 8. 9. 10. 11. & 19. dicunt non esse sterilem, sed fructuosum.

8 Nec est verum, quod ex prædio assignato minor perceperit maiorem vtilitatem, quo casu intrarent tradita per Alexan. *in d. l. fundum*, & ibi Corn. & alij Doctores, quia licet primus testis super decimo dicat se informatum de qualitate terreni de Cacalupo, & Galla, nihilominus non dicit se scire valorem, nec qualitatem terreni

9 Podiali. Vnde non potest recte illa adæquare, ita & 25. testis super 65. & alij, *vt in summario, nu. 16.* & consequenter non concludit totum depositio, vt dictum fuit coram R. P. D. meo Litta in vna Romana Casali Iuliani 19. Iunij 1595. & sæpe alias.

10 Nec probant vtilitatem testes *in summario, nu. 1.* contingenter, quod si probarentur, aliqui ex Dominis tenuerunt non sufficere, per text. *in l. ob æs. C. de præd. minor.* qui tex. loquitur tantum & *l. magis puto, §. fin. de reb. eorum.* Rum. *conf. 63. nu. 12. lib. 1.* Roland. *conf. 87. num. 1. lib. 1. & conf. 7. num. 2. & lib. 3.* quibus confert decisio facta coram me in alia Imolen. nullitatis permutationis 29. Maij 1599.

Ex quibus cum alijs per informantes ita decisum fuit.

R. P. D. IVSTO.

Mediolanensis Sediminis, Lunæ 3. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius bona Monasterij absque authoritate superiorum nequit alienare.*

2 *Vtilitas causæ vt probetur, assertioni alienantium non statur.*

3 *Vt etiam de solemnitate constare debet.*

DECISIO CXVIII.

DOmini resoluerunt pro informante, si licet instrumentum Emphyteotis non sustinetur, tum propter duplicem prohibitionem alienationis videlicet legis, quia commendata-

1 rius non potest sine authoritate superioris bona Monasterij alienare in præiudicium successorum, *cap. in venditionibus 17. quæst. 4.* Federic. de Sen. *conf. 143.* Cald. *conf. 1. de rebus Eccles. non alien.* & facit *l. 2. de substit.* per Bart. & DD. *in l. filiusfamil. §. diui. ff. de legat. 1.* vbi Iaf. *n. 29. & 30.*

2 Tum etiam, quia neque constat de causa vtilitatis, in qua nõ statur assertioni alienantium, Federic. *d. conf. 145.* Rot. *impress. decis. 716. par. 1.* neque de solemnitate, quæ copulatiuè requiruntur, *cap. 1. de rebus Eccles. non alienan.* Couar. qui alios citat, & attestatur de communi *var. resolut.*

lib.2.cap.17.nu.2. & fuit dictum coram me 9. Iulij proximi præteriti in vna Mediolanensi bonorum, & ex lectura instrumenti satis constat solemnitates non esse seruatas ex quibus visum fuit dubium propositum esse sine probabili difficultate, &c.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Romana Inualiditatis census venditi, 24. Maij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Census impositio dicitur alienatio.*

2 *Amplia, quia in ea facienda super bonis Ecclesiæ requiritur solemnitas, & iusta causa prout in alienatione.*

3 *Beneplacitum Apostolicum cùm non reseruatur in alienatione rei Ecclesiæ, magis dicitur non probari.*

4 *Amplia, quia non præsumitur ex lapsu temporis, cùm non sint lapsi ad minus 30. anni.*

5 *Clausula alienationis iusta non probatur ex eo, quod alienans rem Ecclesiæ asserat alien… ad effectum extinguendi aliud debitum, sed aliunde probari debet.*

6 *Clausula iusta alienationis rei Ecclesiæ dicitur necessitas, vel euidens vtilitas.*

7 *Causa extinguendi census non dicitur iusta in alienatione bonorum Ecclesiæ, cùm Ecclesia non possit cogi ad censum redimendum.*

Census redimi non potest inuito venditore, eodem num.

8 *Vtilitas Ecclesiæ in alienatione rei eiusdem Ecclesiæ debet esse clara, & indubitata.*

9 *Vtilitas præfata non infertur ex extinctione vnius census, vt alius similis extinguatur.*

DECISIO CXIX.

1 PRo informante, quia cùm impositio census dicatur alienatio, Bald. *in cap. ad audientiam il secundo, nu. 2. de rescriptis.* Tiraquell. *de retract. lignag §. 1. gl. 6. sub num 6.* cum aliis allegatis in causa Romana Vinearum de Maximis 1577. coram R. P. D. de Rubeis, in ea facienda super bo-
2 nis Ecclesiæ requiritur solemnitas, & iusta causa prout in alienatione, *cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis in clement. 6. tit. 110.* Doctor. *in cap. fine exceptione,* & ibi latissimè Laurentius de Rodulfis 12. *quæst. 2.* Dec. *cons. 142. num. 4.* Couar. *variar. resolut. 2. cap 17. sub num. 2.*

3 Hic autem vtrunque deficit, nam quantum ad solemnitatem non constat de aliquo beneplacito Sedis Apostolicæ, quod nec etiam in
4 ipso instrumento fuit reseruatum, Ioann. Paul. *decis. 54.* nec ex lapsu temporis potest præsumi, cùm requirantur ad minus 30. anni, Imol. *in cap. peruenit, num. 10. vers. nota ex prædictis de empt. & vend.* Felin. *in cap illud numer. 6. in fin. vers. 2. est aduertendum, de præsumpt.* Alexan. *cons. 1. num. 20. lib. 4.* & fuit resolutum in causa Senen. prædij de Mense Octobris 1584. coram me, & aliàs sæpissimè.

5 Quantum ad iustam causam illa non apparet, quia licèt dicatur huiusmodi census impositionem fuisse factam pro extinguendis aliis censibus, de illis tamen non constat.

Nec statur assertioni alienantium res Ecclesiæ super iusta causa alienationis, ad Bart. *in l. si forte. ff. de Castren. pecul.* Federic. de Sen. *cons. 143. circa fin.* Rebuff. *de rebus Eccles. non alienand. numer. 75.* cum aliis allegatis per Roland. *cons. 15. num. 19. lib. 1.*

6 Vltra quod dubitari potest, An sit sufficiens, quia cùm iusta causa alienationis dicatur, necessitas, vel euidens vtilitas, *d. cap. 1. de rebus Eccle. non alienan. nu. 6. clem. 1. eod. tit.* necessitas non ad-
7 est, quia Ecclesia in vita non poterat cogi ad extinguendum census, cùm illius redemptio venditori tantum sit permissa, emptori autem sit prohibita iuxta constitutiones Summorum Pontificum, tradit Cortad. *de contract. quæst. 84. in 5. conclus.*

8 Vtilitas Ecclesiæ euidens, est clara, & indubitata prout de iure requiritur, *cap fine exceptione.* ibi, *quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ 12. quæst. 2. dict. cap. 1. de rebus Eccles. non alienand. in 6.* Corn. *cons. 40. nu. 1. lib. 1.* minus adest, quia ex im-
9 positione vnius census, vt alius omnino similis extinguatur non dicitur Ecclesia effecta melioris conditionis.

R. P. D. CAVALERIO.

Perusina donationis, Veneris 21. Iunij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à minore cum iuramento, regulariter sustinetur.*

2 *Statutum à Papa confirmatum dicitur Papale.*

3 *Statutum Vrbis cap. 151 lib. 2. respicit solemnitatem contractus, & ligat omnes forenses in Vrbe contrahentes.*

4 *Donatio facta à minore in Vrbe sine solemnitatibus statutariis non sustinetur.*

5 *Curator ad contractum non potest dari minori, alium curatorem habenti illo non remoto.*

6 *Curator non potest dari minori ad donandum.*

7 *Donare est perdere.*

8 *Alienatio stabilium minoris, requirit deputationem alterius curatoris specialis ex statuto Vrbis.*

9 *Causa donationis minoris non est iusta, nec sufficiẽs, vt donatarius facilius, & commodius possit sustentare familiam.*

10 *Donatio censetur pura, & simplex, & non ob causam, quando non subest necessitas propter quam quis donare teneatur.*

11 *Minor cùm donat & renuntiat dispositioni l. si vnquam. C. de reuocanda donatione, si filios suscipit, filij non possunt habere, nisi solam patris legitimam.*

12 *Causa contractus non dicitur plenè cognita, cùm eodem momento Iudex causam intelligit, & decretum interponit.*

13 *Decretum interpositum breui tempore, & non habita causæ cognitione, non habet præsumptionem pro se.*

DECISIO CXX.

1 DOmini concluserunt donationem factam per Pandolphum minorem Persiano fratri fuisse nullam, licèt enim regulariter donatio facta à minore cum iuramento sustineatur. glo. per illum textum *in Authen. Sacramenta puberum in ver-*

in verbo contrahibus,& ibi Bart.Bal.Corn.Castr, & alii. *C.si aduersf.vend.*Hondcd.*cons.*42.*num.*16. *lib.*1.Eugen.*cons.*3.*nu.*7.Simoncell.*in tract. de decret.lib.*1.*tit.*2.*inspect.*1.*num.*14.qui attestantur de communi, cùm aliis innumeris etiam de communi attestantibus,quos refert Gabr. *de minor. conclus.*5.*nu.*5.&tenuit Rota in alia Perusina donationis 12. Decembris 1608. coram Reuerendissimo Bonon.

Nihilominus in præsenti casu, quia donatio facta erat in Vrbe iuramentum non suffragabatur,cùm deficerent aliæ solemnitates requisitæ per statutum Vrbis *lib.*1.*cap.*151.Vnde iuramentum ex ciusdem statuti dispositione nihil operabatur cùm censeretur vi, & metu extor-

2 tum. Potuit autem hoc statutum licèt laicorum tollere iuramentum; quia cùm sit confirmatum à Papa dicitur statutum Papale, Ceph. *cons.*463.*nu.*34. Paris.*cons.*40.*num.*12.*lib.*3.præsertim cùm statuta hæc fuerint de ordine Papæ compilata à suis deputatis,& postea ab eo confirmata,vt fuit etiam consideratum in vna Balneoregien. bonorum 30. Octobris 1589. coram Illustrissimo Pamphilio, & in Romana separationis Thori 17.Ianuarii 1606. coram Reuerendissimo Lugdunen.

3 Et cùm hoc statutum respiciat solemnitatem contractus,vt apparet ex Rubr.*de contract. sine certa solemnit. non valeat.* ligat etiam forenses in Vrbe contrahentes, Cæsar de Graff. *decisio.* 2. *numero*18.*de donat*,Caputaq.*decisio.*195. *part.*4. & dictū fuit in Romana donationis 15. Iunii 1587. & 12. Februarii 1596. coram bon.mem.Seraphino.

4 Defectus autem solemnitatum satis videbitur apparere ex eo,quia probabatur per testes fuisse in Vrbe tepore contractus proximiores Pandulphi minoris donantia, qui non solum non interuenerunt,sed neque fuerunt vocati,vt statutum disponit. Vnde cōtractus corruit, vt fuit in his terminis resolutum in Romana rescissionis contractus 17. Iunii 1609. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana pecuniaria 22. Iunii 1592. coram bon.mem.Penia.

5 Præterea Domini considerabant non constare de deputatione legitimi curatoris,nam licèt in cōtractu donationis fuisset deputatus quidē curator, tamen cùm Pandulphus haberet tutores pro tempore ex testamento paterno,non poterat ei ad hunc actum dari alius curator, alio curatore primo remoto,iuxta regulam *l. curatorem C.qui dar.tut. vel curat.* & fuit dictum in

6 Imol.nullitatis permutationis 29. Martii 1599. coram bon.mem.Iusto.

Accedebat præmissis, quod talis datio tutoris videtur fuisse nulla ex alio capite,quia curator non possit dari minori ad donandum,Bald. *in l.*1.*num.*1.*& l.*2.*C.si aduers.donat.* Alexand. *consil.* 125.*num.*2. *vers.*4.*& vlt im lib.*1.vbi subdit rationem, quia scilicet curator dandus est ex iusta causa,sed nulla subesse potest iusta causa dandi

7 curatorem ad donandum,quia donare est perdere,quod idem sentit Ruin.*consi.*200. *numer.*1. *lib.*1.& licèt hoc dicat in rationibus dubitandi, tamen postea in responsionibus probat, quod in casu illo minor dotando sororem non donabat,quia vti heres patris eam dotare tenebatur, [illegible] 4.idem tenuit *consi.*107.*numer.* 12. *& seq.* eodem libro cum alijs relatis per Simoncell. *de decret.in loco supra allegato nu.*4.

8 Aduertebant etiam aliqui ex Dominis,quod etiam si talis datio curatoris subsisteret, adhuc vltra eam requirebatur specialis deputatio alterius curatoris necessaria in alienatione stabiliū minoris,vt expresse cauetur in statuto Vrbis *li.* 1.*cap.*113.

9 Insuper neque causa allegata, & expressa in donatione visa fuit iusta,& sufficiens, cùm Pandulphus donare deberet, vt scilicet Persiaaus facilius, & commodius posset sustentare familiam,& filios natos,& nascituros. Immo potius

10 donatio visa fuit pura, & simplex, tunc enim dicitur donatio ob causam, quando subest necessitas propter quam quis donare teneatur, Dec.*in l.vt libera,num.*26.*C.de collat.* Aym. *consi.* 136. *nu.* 2. & quando continet tale modum donantis, quando liberalitatem excludat, Ang. *in l.sed hoc ita. ff. de re iud.* cum aliis latè congestis in vna Romana donationis de Cuppis 5. Iunii 1602.coram Illustrissimo Pamphilio.

In præsenti autem casu nulla suberat necessitas donandi,nec nullum commodum donantis cùm Pandulphus donauit omnia bona, & inta sua reseruatis sibi tantum scutis 400. causa testandi, & annuo reditu scutorum 400. quando peruenerit ad ætatem 20.annorum, & interim cùm de tempore donationis esset 16.annorum, fuit sibi promissus solus victus,& vestitus, cum necessariis,bona autem donata non controuertebantur,quod erat maioris valoris,vltra quod

11 fuit etiam in specie renunciatum dispositioni *l.si vnquam.C.de reuocan.donat.*ita, vt si Pandulphus vxorem duceret,& liberos susciperet, illi nihil possent habere nisi solum patris legitimā, Tiraquell.*in l.si vnquam,C.de reuoc.donat.in præfat. numer.* 87. *in fine*, vnde tanto magis cessare videbatur causa, cur huiusmodi donatio, ita latiua authorizati debuerit, ad tradita in Romana de Sancta Cruce 29.Ianuarii & 3.Decembris 1607. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.

Ex quibus cùm non appareat nullam interuenisse iustam,& sufficientem causam,non videtur quod Iudex potuerit donationi huic vi-

12 res addere, præsertim causa non plenè cognita,vt statutum vrbis disponit, nulla, vt dictum est,causa existebat.

Nec potest vllo modo dici causa plenè cognita, vt statutum requirit ex breuitate temporis, cùm eodem momento,& contextu Iudex causam intellexerit,& decretum interposuerit, Pa-

13 ris.*cons.* 98.*num.*19.*lib.*1.Neuizan.*cons.*85.*nu.*5. vbi dicit *nu.*4.hoc casu non intrare præsumptionē pro decreto Iudicis, Alciat. *de præsumptionibus reg.*3.*præsumptio.* 10.*nu.*6.Menoch.*de præsumpt.li.* 2.*præsumpt.*75.*nu.*35.

Ex his conclusum fuit donationē fuisse nullā.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana Apothecarum,Veneris 8 Februarij 1608.& Veneris 12.Iunij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Tutor nouus si non fuit curatus, non causat nullitatem,quando quis non fuit ... notitiam noua deputationis.*

2 *Actorum transportatio requisita per Concil. Triden. sess. 24. cap. 20. non habet locum in causis prophanis, quando Iudici Ecclesiastico sunt commissa, siue in prima, siue in secunda instantia.*

3 *Actorum transportatio requisita ex decreto sacrae Congregationis Concilij, etiam in causis prophanis intelligitur in prophanis spectantibus ad forum Ecclesiasticum.*

4 *Petitorij causa commissa censetur etiam commissa causa possessorij, etiam quod non exprimatur.*

5 *Verba libelli sunt interpretanda, etiam impropriando, eo modo quo sunt vtiliora obtinenti rescriptum.*

6 *Procurator semel constitutus non potest reuocari in praeiudicium partis aduersae nisi ei parti intimetur reuocatio.*

7 *Tutor qui agit cum pupillo tenetur explorare, quod sit verus illius tutor.*

8 *Gesta cum falso tutore, etiam si pupillum defenderet, sunt omnia nulla.*

DECISIO CXXI.

FVit in hac causa sub die Veneris 8. Februarij 1608. facta resolutio, verùm quia in extendenda decisione habui aliquod dubium, iterum proposui causam in Rota, & Domini steterunt in decisis. Tria opponebantur contra sententiam Rotalem. Primo defectus transportationis aliquorum actorum: secundo defectus Iurisdictionis, quia cùm esset commissa in Rota causa rescissionis, non videbatur posse cognosci, & pronunciari super spolio: tertio notoria Iniustitia deducta ex eo, quia in sententia Rotali declarabatur sententia nulla Capitolina tanquam lata citatis Guarinacijs tutoribus Bartholomei Pancalli absentibus ab vrbe, & non citato Roncallo nouo tutore deputato, qui citandus erat, & tamen cùm haec noua deputatio non fuisset intimata parti, excusari videbatur
1 pars, quia nō habebat notitiam huius nouae deputationis, ad not. per Vant. *tit. de nullit. ex defectu mand. num.* 159.

Verùm his non obstantibus Domini censuerunt sententiam Rotalem esse validam, & quo ad istum defectum transportationis actorum, Domini dicebant non obstare, quia de Iure cō-
2 muni actorum trāsportatio facienda est in causis appellationum, quae vel via ordinaria deuoluuntur, vel per commissionem committuntur; haec autem causa non fuerat commissa in Rota per viam appellationis à sententia Capitolina, sed simpliciter, & absolutè fuerat cōmissa causa rescissionis dationis in solutum, & sic tanquam in prima.

3 Nec dicebant obstare Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap* 20. vt scilicet debeant transportari acta coram Iudice à quo, ad Iudicem ad quem, quia Concilium non habet locū in causis prophanis, quae Iudici Ecclesiastico sunt cōmissae siue in prima, siue in secunda instantia, vt aliàs Congregatio Illustrissimorum Cardinaliū Concilii declarauit, & fuit dictum in vna Imol. Afflictus 30. Aprilis 1604. coram R.P.D. meo Decano, & in vna Romana lignorum 13. Iunii 1607. coram R. P. D. Sacrato.

Minus obstare putabant, quod ex decreto eiusdem Congregationis Concilii omnia acta sint transportanda, etiam in prophanis, quia decretum loquitur in prophanis spectantibus ad forum Ecclesiasticum, qualis non est haec causa.

Aliae declarationes Congregationis Concilii allegatae non visae sunt Dominis obstare, quia loquuntur in terminis longè diuersis, nempe in causis prophanis spectantibus ad forum Ecclesiasticum, siue ab initio coram Iudice Ecclesiastico terminatis.

Ad secundum de defectu Iurisdictionis respondebant Domini commissa causa rescissionis, quae petitorium concernit, censeri etiam commissam causam spolii, quae concernit possessorium ex regula, quod petitorium habet in
4 ventre possessorium, etiam, quod possessorium non exprimatur, & ideo commissa causa petitorii potest Auditor cognoscere etiam possessorium, Rot. *decis. 9. n. 2. & 3. de caus. possess. & propr. in nov.* Cassad. *dec. 9. n. 12. eo tit.*

Respondebant secundo, quod verba libelli,
5 cuius loco succedit rescriptum, sunt interpretanda etiam impropriando eo modo quo sunt vtilia obtinenti rescriptum, Cassad. *decis. 6. de rescript. nu. 4.* Abb. *in c. cum venissent. nu. 10. de rest. in integr.* Imol. *in c. cum olim. nu. 1. prope fi. de offic. deleg. l. si quis intentione. ff. de iud.* qua ratione dicebant in casu isto verba commissionis continere etiam possessorium.

Ad tertium obiectum de notoria Iniustitia
6 respondebatur; doctrinas allegatas non loqui in tutore, sed in procuratore, qui cùm semel est constitutus non potest reuocari in praeiudiciū partis aduersae, nisi ei parti intimetur reuocatio, vt latè per Vāt. *in tit. de nullit. ex defect. mād. n.* 159. hic autem sumus in tutore, & ideo haec mulier debet explorare quis esset verus tutor, Aym.
7 *cons. 225. nu. 4. vers. 2. respondeo.*

Verùm siue scienter, siue ignorauerit, vnū est,
8 quod omnia gesta cum falso tutore, etiam si pupillum defendisset sunt omnia nulla, *l. 1. §. idem Pomponius, & toto tit. ff. quod falso tutore auctore.* Cuiac. *lib. 12. Pauli ad edictum, vbi bene explicat d. 2. d. tit.*

Ex quibus cùm remaneat satis iustificata sententia D. Decani, meritò pro illius validitate decisum fuit.

R. P. D. ORTIMBERGO.

Romana rescissionis Indemnitatis, Veneris 22. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. licet loquatur in quatuor tantum casibus, habet tamen locum etiam in aliis.*

Amplia, quod habet locum etiam in fideiussione.

2 *Proximiores non potuisse comm. de interuenire contractui, non creditur contrauenientibus, sed debet per Iudicem cognosci.*

3 *Statuto Vrbis lib. 1. cap. 151. non dicitur satisfactum per deputationem Curatoris, quando aderant consanguinei.*

4 *Fideiussio facta à muliere cum iuramento valet.*

5 *Limita procedere iure communi inspecto.*

6 *Iuramentum nihil operatur, quando statutum detrahit fidem Instrumento.*

7 *Statutum de contractibus sine certa solemnitate non valituris, habet etiam locum in contractu cum Matre, quando ex facto scriptura apparet damnum Matris.*

8 Fallit

8 *Fallit quando Mulier donat filio secundum decisionem Sarnien.98.*

Fideiussio Mulieris non dicitur cum causa, si facta fuit pro gratificando eo, cuius contemplatione fit.

DECISIO CXXII.

Fideiussio D. Lucretiæ Saluiatæ pro filijs visa fuit nullius esse roboris vel momenti,
1 quia non interuenerunt consanguinei, secundum statutum vrbis *cap.* 151. *lib.*1. quod licèt in quatuor solum casibus loquatur, habet tamen etiam locum in alijs, Put. *decis.*7.55. & 160. *lib.* 3. Crescent. *decis* 3. *de constit.* & fuit dictum in Tiburtina Castri Sambucij Ven. 22 Februarij 1597. coram Sanctissimo, quæ est *decis.*529. *lib.*3. *diuers.* & coram Comilo in Romana pacti de rediniendo 9. Decembris 1598. & specialiter in fideiussionibus, vt in Romana fideiussionis 13. Maij 1596. coram R.P.D. Decano, & in Romana societatis Officij 4. Februarii 1602. coram R.P.D. Penia.

Non obstat assertio Lucretiæ, quod non liceret Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Saluiato fratri interuenire, partim propter dignitatem. partim propter occupationes, quia
2 ea res non pertinet ad assertionem mulieris, sed Iudicis est cognoscere de huiusmodi causa, & executione, Bar. *in l. si cum dote.* §. *eo autem tempore, numer.* 2. *ff. solut. matrimon.* Tiraquell. *de leg. connub. glo.* 8. *num.* 129. Corlett. *in sing. in verb. consensus.*

Non enim fuit satisfactum Statuto per adhibitionem Curatoris, quæ non habet locum,
3 quando adsunt consanguinei, Corn. *cons.*241. *n.*7. *lib.*2.

Non obstat, quod fideiussio facta à Muliere cum iuramento valet, Bart. *in l. si quis pro eo num.*
4 11. *ff. de fideiuss.* & fuit firmatum in causa Interamnen. mercium 4. Iunij 1597. coram R. P. D.
5 Penia, quia regula procedit in terminis iuris communis, in quo tamen licèt hodie ex generali consuetudine non sit necessaria subscriptio trium Testium, nihilominus requiritur eorum interuentus cum attestatione Notarii *l. antiquã.* & ibi Salicet. *num.*6. Paul. de Castr. *num.* 4. *C. ad Senat. consul. Vell.* Ioann. Gutter. *de iurament.* 1. *par.*
1 *cap.*20. *num.*6.

Verùm cessat difficultas cùm statutum non acquiescat cautelis à iure communi seruatis, sed
6 non seruatis solênitatibus detrahit fidem instrumento obligationis, qua sublata operatur iuramentum, *l. non dubium. C. de leg.* Seraph. *de priuil. iuramen. priuil.* 61. *num.*10. & 18. Honded. *cons.* 45. *nu.*34. *lib.*1.

Non obstat, quod Statutum non comprehendat contractum cum Matre, quia non pro-
7 cedit quando ex facie scripturæ apparet damnum Matris, vt in simili fuit resolutum coram R.P.D. Millino, in causa Sancti Seuerini bonorum, Veneris 8. Februarii 1602. Nec quãdo principaliter est initus in fauorem alterius, licèt ex eo resultet commodum filiorum, Euge. *cons.*88. *num.*52.

Minus obstat, quod Statutum non est obseruandum quando mulier donat filiis, Sarnen.
8 *decisio.*98. quia Domina Lucretia noluit donare, immo filii promiserunt eam releuare.

Denique consideratum fuit per aliquos ex Dominis, quod cùm Statutum nouum non so-
9 lum requirat causam, verùm etiam expressionem eius in scriptis, hic planè nulla scripta erat causa præter gratificationem filiorum, quæ est generalis omnium fideiussorum, & si illa sufficeret, nulla daretur vnquam fideiussio sine causa.

Atque ex his fuit resolutum decretum Auditoris Cameræ reuocandum esse.

R. P. D. MARCO MONTIO.

Boonien. Census, 17.
Martii 1608.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ligat subditos etiam extra suum forum, quando procedit vlterius tollendo fidem Scripturis, & Instrumentis aliter factis, extra territorium.*

2 *Statutum adimens fidem contractui efficit quod Iuramentum, & alia in eo existentia non probentur.*

3 *Statutum Vrbis de præscriptione sexdecim annorum taliter adimit fidem contractui, vt contractus dicto tempore elapso non probet in eo contenta.*

4 *Proœmium declarat mentem Statuentium.*

5 *Statutum Vrbis, lib.*1. *c.*113. *habet locum etiam in minore Forensi in Vrbe contrahente.*

*Amplia quod habet locum etiam inter duos minores pariter priuilegiatos, & nu.*8.

6 *Forenses ligantur Statutis loci, quo contrahunt in respicientibus solemnitatem contractus.*

7 *Communitas fungitur officio minoris.*

9 *Inter duos priuilegiatos contrahentes potior est causa eius, qui in contractu insimul inito læsus est, aut damnum sentit.*

10 *Patria potestas finitur per maximam capitis diminutionem.*

11 *Pater non potest auctorizare filio ad proprium commodum.*

12 *Statutum quod in contractibus requiratur certa solemnitas, non habet locum inter patrem, & filium.*

13 *Limita non procedere, quando damnum filij est euidens.*

14 *Idem est, quod duo simul alienent, vel quod vnus alteri alienanti consensum præstet.*

15 *Filius fideiubens pro patre excarcerando, non restituitur.*

Intellige procedere in maiore 18. *annis nu.*17.

16 *Filius de iure non tenetur simpliciter ad liberandum patrem, sed solummodo sub pœna exheredationis.*

18 *Statutum si duo requirit ad hoc, vt eius dispositio locum habeat, si vnus deficit non suppletur altero.*

19 *Solemnitas vbi requiritur, si fuerit omissa, contractus vitiatur.*

20 *Alienatio bonorum Ecclesiæ non solum requirit causam, sed etiam solemnitatem.*

21 *Statutorum concursus admittitur, vt vnum suppleatur altero.*

*Statutum Vrbis, lib.*1. *c.*113. *suppletur ex alieno Statuto eodem lib. cap.*151.

22 *Statutum Vrbis c.*151. *lib.*1. *habet locum in omnibus contractibus, in quibus minor lædi potest.*

23 *Statutum Vrbis, lib. 1. cap. 123. vltra solemnitatem, & causam requirit etiam euidentem vtilitatem minoris.*

24 *Iuramentum de non veniendo contra contenta in contractu, excludit iuramentum à remedio sibi competenti contra talem contractū ac si non fuisset iuratum.*

25 *Limita non procedere quando interuenit enormissima lasio.*

26 *Minor fideiubens quando nullum habet, vel habere potest releuatorem, dicitur enormissimè lasus.*

DECISIO CXXIII.

CVm Theodorus ciuis Bononien. ob dilapidatam Regiminis Bononiensis pecuniā detineretur in carceribus Vrbis, qui de anno 1600. inter ipsum, & dictum Regimen inita cōcordia, in qua Theodorus cum promissione solutionis residui debiti, si vnquam ad pinguiorem fortunam rediret, cessit prædicto Regimini quendam annuum censum librarum 320. qui erat pars dotis Isabellæ prædefunctæ ipsius Vxoris, illique cessioni Annibal filius Theodori,
1 & Isabellæ tunc impubes pubertati proximus præstitit consensum cum iuramento, & cum auctoritate Curatoris, ad id specialiter ibi deputati, & decreto Iudicis, renunciauitque priuilegio minoris ætatis, atque promisit contenta in illo contractu nunquam contrauenire.

Elapsis posteà aliquibus annis cùm idem Annibal vti filius, & hæres Isabellæ petiuisset fructus census ab Alexandro antiquo illius debitore, qui iam illum extinxerat mediante solutione librarum quatuor millium, facta Regimini cessionario, fuit inter Dominum Alexandrum, & Cameram Bononien. ex vna parte, & Annibalem ex altera introducta lis in partibus. Vnde cùm auocata, & mihi commissa fuisset, Dubitaui an prædicta cessio, & extinctio censuum obstet Annibali, & dubio vtraque parte informante proposito, Rota respondit negatiuè, & mota est potissimum ex omissione formæ, seu solemnitatis Statutariæ, quæ in ista alienatione rei ad minorem spectantis requirebatur, siue consideramus locum census alienati, & originem & domicilium Annibalis, siue locum celebrati contractus: Statutum enim Bononiæ, sub titulo de contractibus cum minoribus, & filijs Familiæ faciendis expressè prohibet suis subditis etiam extra Ciuitatem, & districtum Bononien. contrahere, nisi sub quadam forma, quæ hic seruata non fuit; Ideoque clarum est, iuxta terminos illius Statuti cessionem Annibalis non esse habendam in consideratione; & licèt dubitari soleat; An statutaria dispositio liget suos subditos extra suum forum; tamen illa dubitatio tollitur, ex quo
2 Statutum Bononiæ processit vlterius tollendo fidem scripturis, & instrumentis aliter confectis, etiam extra territorium, ad latè tradita per Tiraquell. *de leg. connub. glos.* 8. *numero* 219. & Rota in causa Bononien. Terrarum 20. Maij 1579. coram Cantuccio quæ est *decisio.* 104. *par.* 2. *diuers.* dixit dictum Statutum esse indubitabiliter obseruandum, quo stante, non est facienda vis in iuramento Annibalis, quia illud annullatur à dicto Statuto auctoritate Apostolica confirmato, si fides dempta est contractui, ita vt contractus non proberur, nec etiam probatur iuramentum contentum in contractu, Bartol. *in l. omnes populi, numero* 25. *de Iustitia & Iure.* Et fuit consideratum in dicta decisione coram Cantuccio, & in similibus terminis
3 in Statuto Vrbis *de prascript.* & Put. *decis.* 116. *libr.* 1.

Quod si dictum Bononiæ Statutum non vindicaret sibi locum in ista causa, quoniam disponere videtur, quando adest suspicio, quæ in isto casu omninò cessauit, videlicet quod minor se contulerit extra districtum, vt fraudem faceret Statuto, sicut colligitur ex proœmio,
4 quod declarat mentem statuentium, Bartol. *in l. fin. de hæred. instit.* Oldrad. *consilio* 103. *numero* 1. vbi Add. Roman. *consilio* 436. *numero* 10. Et ex quo aliàs minor Bononiensis vix contrahere potest alibi, quàm in districtu Bononiensi, quid quid sit de ista consideratione, quam Domini non firmatunt; non tamen propterea obstabit Annibali cessio, qua succedit ad eius fauorem Statutum Vrbis, *libr.* 1. *capitul.* 123. quod in alie-
5 nationibus faciendis rerum ad Minorem spectantium dat certam formam, quæ cùm in cessione census non fuerit seruata, præsertim in deputatione duorum Curatorum; ideò fit locus verbis, & dispositioni dicti Statuti, quod talis alienatio nulla, & inualida censeatur; & quidem non est dubitandum, quin dictum Statutum non comprehendat minorem forensem
6 contrahentem in Vrbe, cùm respiciat solemnitatem seu formam sub qua minor debet contrahere, non autem illius personam inhabilitet, iuxta doctrinam Bartol. *in l.* 1. *numero* 13. & 14. *C. de summa Trinitate & fide Catholica,* quam omnes sequuntur, vt dicit ibi Iason, & de communi testatur Purpur. *ibidem numero* 98. & quàmplutimos refert Lambert. *de cont. mulier. glos.* 2. *nu.* 26. *& sequen.* & est regula generalis, quod in respicientibus formam contractus, & solemnitatum Forenses ligantur Staturis loci, in quo contrahunt, Gabr. *de consuetud. conclus.* 2. *num.* 4. Surd. *consil.* 257. *num.* 1. & 3. Caputaquen. *decisio.* 206. & 215. *par.* 3. Cæsar de Grass. *decis.* 2. *nu.* 16. *de donat.*

7 Non obstat, quod iste minor contraxerit cum Communitate Bononiæ, quæ fungitur vice, & priuilegio pupilli, *leg. nihil ff. de munic. leg. res publica. Cod. ex quibus causis minor. leg. rempublicam, Cod. de iure Reipubl. libr.* 10. Bartol. *in leg. nulli, numero* 4. *ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Corn. *consilio* 189. *numero* 4. *libr.* 3. quia etiam si
8 dictus Minor ad alterius minoris fauorem obligasset se, & ius remisisset suum, haberet nihilominus locum Statuti dispositio, quan-
9 doquidem inter duos priuilegiatos contrahentes potior est causa eius, qui in contractu infimul miro læsus est, aut damnum sentit; argumentum *cap. auditis de restitutione in integrum, l. si. ff. ex quibus causis maior, l.* 3. *C. si aduers. fisc.* & ad hoc plures cumulat Lambert. *in dicto tractatu de contractu mulier. in fin. numero* 115. & *sequen.*

Non obstat, quod propter præsentiam patris non

non fuerit necessaria deputatio alterius Curatoris, quia omisso quod dicitur Theodorum passum fuisse maximam capitis diminutionem,
10 per quam finita fuerat patria potestas, §. *cum autem Institu. quibus modis ius pat. potest. soluit.* ad
11 hoc non potuit ad sui proprium commodum auctorizare filij personam, vt in his terminis esse veram opinionem responder Bald. *consil. 213. in princip.* tradit Ias. *consil. 69. in 2. dubio libro 1.* vbi ait hanc opinionem esse tenendam, & sequendam in iudicando, Paris. *consi. 97. numero 21. & sequentibus libro 3.* latè Tiraquell. *de leg. connub. gl. ss. 8. numero 115.* & Alean. Clemen. *de patria potestat. capit. 6. effectu 10. numero 5.*

Nec obstat, quod stante Statuto, vt minor sine certa solemnitate contrahere non possit fi-
12 lius, tamen sine dicta solemnitate possit contrahere cum patre, illique donare, vt ex magis communi opinione dicit Gabr. *cons. 2. de Statut. nu. 1. & 5.*

Nam quidquid sit de veritate illius opinionis sufficit, quo ad præsentem inspectionem, quod illa fundata est in præsuppositione, quod
13 pater capiat pro filio bonum consilium. Ideoque non procedit, quando damnum filij est euidens, vt hic idem Gabr. *dicta conclusio. 2. numero 7.* post Bartolum. Iason. & Decium, quos allegat, deinde Annibal nō donauit censum Theodoro suo Patri, sed potius alienauit dictum censum ad fauorem Regiminis, quia & consensus
14 non præsumitur adhibitus ad donandum, sed ad validandum contractum, Baldus *in l. mater tua. num. 10. C. de rei vendi.* & idem est, quod duo simul alienent, vel quod vni alienanti alter cōsentiat, Sard. post Bald & alios, quos allegat, *consi. 15. num. 20 lib. 1.* Dec. *consi. 121. num. 2.* Alciat. *consi. 238. num. 4.* Tiraquell. *de leg. connub. gloss. 7. num. 24.*

Non obstat, quod causa istius cessionis, seu consensus fuerit Annibali necessaria propter textum *in Authen. si captiui. C. de Episcop. & Cle-*
15 *ric.* sicut similiter filius fideiubens pro patre excarcerando non restituitur, Salicet. *in leg. 1. numer. 4. C. de filius famil. minor.* ibique Albet. Castren. & alii, & dixit Rota in causa Bononien. pecuniaria 9. Iunij 1603. corā R.P.D. meo Ludouisio.

Nam fuit responsum primum, quod text. *in*
16 *dicta Authent.* non compellit præcisè filium ad liberandum patrem, sed solummodo sub comminatione exhæredationis, & sic loquitur *decisi. 63. part. 2. diuersorum.* ex prædictis autem pater non esse verum, quod Annibal extimesceret de paterna exhæredatione, Secundo, quod ille textus loquitur in maiore annis decem & octo, sicuti colligitur ex illius lectura, & notauit ibi Bald. *in 3. notat.* Tertio non est recurrendum ad ius commune dum versamur in terminis Statuti, quod quidem vltra euiden-
17 tem vtilitatem minoris alias duas requirit solemnitates, videlicet, & causam expressam plenè cognitam ita, vt vno deficiente alter corruat, quia vnum altero non suppletur, *l. ad testamentum. §. primo l. cum. §. si prætor in principio & ibi gloss. ff. de transactio. l. item. §. præ-t.r. ff. de petitione hæredit. l. non enim. de adoptione.*

Vnde admisso, quod pietas erga patrem deseruiat pro legitima causa alienandæ rei ad minorem spectantis, deficeret tamen alterum Statutum requisitum, videlicet solemnitas, & iste
18 defectus vitiat contractum, *l. testamentum. C. de testament.* ibique Bald. *in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verborum obligatione.* & in
19 his terminis liberationis patris, quod solemnitas Statuti sit indistinctè seruanda, dixit Bald. *in præallegat. consilio 213.* sicuti etiam de iure communi præter causam alienandi requiritur solemnitas in alienatione bonorum Ecclesiæ, *capitulo 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

20 Hinc patet responsio ad decis. in causa Bononien. pecuniaria, quia ibi fuerāt seruatæ solemnitates Statuti, & nihilominus Rota postea censuit illum minorem fore audiendum super enormissima læsione.

Non obstat, quod dictum Statutum *capitulo 113.* non disponit in casu iurato; nam vltra quod dici potest iuramentum esse sublatum per aliud Statutum *capitu. 151. eodem libro.* & dari i-
21 storum Statutorum concursum, vt in hoc vnum ab altero suppleatur, quod Rota non abnuit in causa Romana fideicommissi de Sancta Cruce Lunæ 3. Decembris proximè præteriti coram Reuerendissimo P. D. meo Sacrato, & potest habere magnam rationem, cùm sæpius fuit re-
22 solutum illud Statutum habere locum in omnibus contractibus, in quibus minor lædi potest, vt copiosè deducitur in Romana releuationis indemnitatis 22. Maii 1602. coram R. P. D. meo Ortimbergo, & in Romana Argentorum 27. Iunii 1607. coram R.P.D. meo Ludouisio.

Fuit præterea responsum, quod Statutum vt
23 prædictum est, præter solemnitatem, & causam alienandi requirit etiam euidentem vtilitatem minoris, quæ ne dum hic non probatur, quin potius constat de læsione illius enormissima; illa autem conclusio, quod propter iuramentum de non veniendo cōtra talem contractum
24 si non fuisset iuratus, quam dicunt communem, Couat. *in capit. quamuis pactum. 3 part. §. 4. in princ.* & Pinell. *in repetit l. 2. C. de rescinden. ven-*
25 *dit. §. 3. cap. 1. num. 1. & sequen.* non procedit, quando interuenit enormissima læsio, Callad. *decisi. vnic. de emption. & venditionib.* Couat. alios allegans *dicto §. 4. numero 5. & lib. 2. Variar. resolut. capitu. 3. numer. 18.* optimè Corn. *consi. 288. num. 16. lib. 3.*

Hic autem fuit enormissimè læsus Annibal, quia nulla aderat spes releuandi ab ista cessio-
26 ne, quæ ratio fuit considerata in dicta Romana Argentorum coram R. P. D. meo Ludouisio, atque ista non spes, vltra quod ab euentu fuit confirmata, apparebat etiam in limine contractus, quia si in illo pinguior fortuna si quæ vnquam contigisset Theodoro, erat præoccupata, & obligata Regimini Bononiæ. Vnde nec obstat vtilitas considerata, ex quo pro libris 25. millium, solutæ fuerunt solummodò libræ 4. millium, quia nec id procedit absolutè, & respicit solam patris vtilitatem, non autem minoris.

Atque ex his Domini censuerunt cessionem non obstare Annibali, dixerunt tamen quod

agentes, pro Camera Bononiæ iterum audiantur, si voluerint quia materia est larga & exemplaris.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Romana donationis de Cupis,
Veneris 5. Iulij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Minor iurans se maiorem excluditur à beneficio restitutionis in integrum ratione minoris ætatis.*

2 *Minor iurans se maiorem, non impeditur dare de nullitate donationis ob non seruatas solemnitates in contractibus minorum ex Statuto Vrbis lib. 1. c. 151. non obstante iuramento.*

3 *Amplia etiam si adsit duplex iuramentum, & nu. 5. vbi declaratur.*

4 *Limita quando per iuramentum promissorium tollitur defectus nullitatis, & confirmatur contractus.*

5 *Statutum Vrbis lib. 1. c. 151. annullat vtrumque iuramentum, scilicet tam promissorium, quàm assertorium.*

6 *Minor eodem dolo, & facilitate inducitur ad præstandum vnum iuramentum sicut & aliud, eodem num.*

7 *Minor factus maior ex lapsu temporis, non videtur ratificare contractum celebratum contra formam Statuti, quod præsuponit dolum.*

8 *Donatio facta contemplatione matrimonij non dicitur ob causam, cùm minor donat, extra quo donare non teneatur, & num. 10.*

9 *Donatio facta à minore contemplatione matrimonij non continet commodum donantis quod liberalitatem excludat, & nu. 10.*

11 *Limita in patre, vel alio, qui tenetur ad dotem ratione necessitatis.*

12 *Limita secundo in donatione reciproca, vt donatio propter nuptias.*

13 *Donatio facta à minore, causa matrimonij non sustinetur si facta sit sine solemnitatibus statutarijs, etiam si dicatur illam esse factam causa honoris familiæ, & quod mulier aliàs non fuisset contractura, quia hæc, & alia similia non respiciunt commodum minoris.*

14 *Assertioni partium non statur in narratis ad faciendam donationem minoris validam, sed aliundè probari debent.*

DECISIO CXXIV.

FVit per Dominos resolutum minorem ætatem suffragari Septimio, quamuis enim ex
1 eo, quod iurauit se maiorem videatur exclusus,
à beneficio restitutionis in integrum ratione
minoris ætatis, iux. *leg. si alterius cum ibi not. C. si minor se maior dix.* non tamen ideo impeditur
2 quo minus possit dare de nullitate donationis,
ob non seruatas requisitas solemnitates in contractibus minorum, ex Statuto Vrbis *lib. 1. c. 151.* non obstante prædicto iuramento, Io. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de senten. §. vt autem in addit. quæ incipit ad hac, vt ex Alb. in d. l. si alterius.* Castr. *in cons. 53. num. 2. lib 4* Roman. *consi. 12. num. 9.* vbi addit Curt. Iun. *consi. 128. num. 9. & consi. 119. sub num. 1. & num. 6. & seq.* cum alijs per Modern. Perus. *de restitutione in integrum*, qui de communi attestantur *quæst. 24. artic. 4. num. 26. versic. in contrarium.*

Nec huic conclusioni obstat, quod hic adsit
duplex iuramentum, ex Paris. *consi. 97. num. 6. lib.*
3 *1.* Bero. *quæst. 43. num. 3. cum alijs allegatis*, quia il-
lud posset procedere, quando per iuramentum
4 promissorium tollitur defectus nullitatis, &
confirmatur contractus, quo casu minore ex-
cluso à remedio nullitatis, opus esset beneficio
restitutionis in integrum, à quo cecidit ex eo,
5 quod iurauit se maiorem, secus verò in hoc
casu, vbi contractus adhuc remaneret nullus,
ex quo iuramentum promissorium, tanquam
dolo extortum ex Statuto nihil operatur, &
sic non impeditur minor, quo minus possit
dare de nullitate, non obstante iuramento asser-
6 torio, *ex supra allegatis*, maximè, quod Statutum
Vrbis videtur annullare vtrunque iuramentum, cùm minor eodem dolo, & facilitate inducatur ad præstandum vnum iuramentum, sicut & aliud, & aliàs de facili fieret fraus Statuto, vt latè per Curt. Iun. *in d. consil. 128. sub numero 9. vers. sed quid fortius, & consil. 119. numero 6. & seq.*

Non obstat, quod Septimius factus maior, per
plures annos tacuerit, quia Statutum præsu-
7 mit dolum, cessat omnis ratificatio, quæ aliàs
ex lapsu temporis induci potuisset, iuxta *l. fi. C. si maior fact.* quæ non habet locum, vbi adest dolus, Rom. *consil. 54. in fin.* Curt. Iun. *consi. 50. numero 9.* Ruin. *consi. 170. sub num. 29. lib. 1.* & fuit resolutum sub die 25. Iunij 1554. coram bon. mem. Oradino, de qua etiam per Caputaq. *decis. 1. par. 3. in impress.*

Non obstat, quod huiusmodi donatio facta
contemplatione matrimonii, vti donatio ob
causam non videatur comprehensa sub Statu-
to, quia ista donatio non potest dici ob causam
cùm nullam habeat in se necessitatem, ex quo
8 Septimius donare non tenebatur, Dec. *in l. vt liberis num. 26. C. de collat.* Aym. *consil. 136. numer. 2.*
9 nec contineat aliquod commodum donantis,
quod liberalitatem excludat, Angel. *in l. sed*
10 *hoc ita. ff. de re iudic.* cum aliis per Tiraquell. *in leg. si vnquam in verbo donatione largitus num. 245. C. de reuocan. donat.* & in terminis donationis in causa matrimonii, quod dicatur simplex, quando non habet in se necessitatem, vel non continet commodum donantis tradit Oldrad. *consi. 5.* Socin. *consi. 53. sub nu. 20. versic. optimè etiam lib. 1.* Decian. *consi. 216 numer. 5. versicu. nec obstant alia.* Aym. *consi. 85. num. 2. & consi. 114. num. 17. & consi. 736. numero 2.* Tiraquell. *dicto verbo donatione largitus numero 240.* Bero. qui lo-
11 quitur in fratre donante, *decisio. 159. numero 1. & 11.* quicquid dicendum esset in donatione facta à patre, vel alio, qui teneretur ad dotem ratione necessitatis, & commodi, quod donans sentit, & distinguit Iasl. *in cons. 171. col. 4. vers. confirmatur, & 5. lib. 4.*

Neque obstant DD. in contrarium allegati, nempè Natt. *consi. 609. numer. 8.* qui loquitur in donatione reciproca continente grauamen vtriusque, quæ magis sapit naturam remunerationis, & permutationis, quàm donationis, vt ipsemet testatur, & ita etiam loquitur Gabr. *consil. 6. numer. 10. libr. 2.* qui agit de donatione propter nuptias, quæ est reciproca, & concernit etiam commodũ donantis propter lucrum

reci-

reciprocum. Non obstat Roland. *consi. 44. num. 9. lib. 4.* quia quamuis conetur defendere causam matrimonij in donatione esse finalem, fatetur tamen hanc opinionem esse valdè controuersam, & *sub n. 20.* non se firmat, sed cōfugit ad aliam responsionem magis iuridicam, quod in casu suo donatio respiciat etiam commodū donantis propter fructus dotis, quos pater lucrabatur, vt per Aret. *in cons. 17. nu. 9. vers. aut dies donationem.* Menoch. *cons. 261. nu. 2.* & ex his colligitur responsio ad omnes alios in contrarium allegatos.

Non obstant causæ honoris familiæ, & aliæ
13 ab informantibus ponderatæ, quia non sunt sufficientes ad effectum, vt donatio dicatur ob causam, cùm non sint proportionatæ, vt constituant causam æquiualentem donationi, prout esse debet, vt videntur potius oppositæ ad colorandam donationem, vt dicit Oldrad. *cons. 5. cum alijs supra allegatis.* prout nec etiam est illa, quod Constantia aliàs non fuisset matrimonū contractura, quia non respicit commodum Sep-
14 timij donantis, vltra quod esset aliter probandum, quàm per assertionē factam in instrumēto donationis, iuxta *l. si forte.* vbi Bar. *ff. de Castren. pecul.*

R. P. D. GIPTIO.

Romana pecudum, 24. Aprilis 1598.

SVMMARIVM.

Merces venales veniunt in generali bonorum obligatione, nisi sit restricta ad certum locum, & numero 2.

Grex non venit in generali bonorum obligatione, nec aliæ merces, quando sunt vendita ante motum iudicium.

4 *Merces, quæ non sunt perpetuo in loco remansuræ, nō veniunt in generali bonorum obligatione.*

5 *Hypotheca cadit in grege.*

6 *Hypotheca non cadit in mercibus, quæ minutatim in dies venduntur, cùm aliæ in earum loco subrogantur.*

7 *Subrogata res, censetur eadem cum illa, in cuius locum subrogatur.*

8 *Grex, quod detinetur vti quid vniuersale ad effectum vtendi, licet aliqua oues mutentur, semper dicitur idem grex, & propterea remanet obligata, & per creditores recuperari potest, & numero 9.*

10 *Alienatio gregis insolita est, quæ potius disceptatio dicitur, & mutat statum bonorum, præsertim quando debitor incipit male vti substantia sua, & numer. 11.*

12 *Grex licèt vendatur ad numerum, non ideò tollitur hypotheca, super eo ad fauorem creditorum contracta.*

13 *Hypotheca habet locum in grege, etiā quod non permaneat penes debitorem, vel eius heredem.*

DECISIO CXXV.

Maior pars Dominorū recedendo à priori decisione facta tenuit, sententiam Auditoris cameræ vti iniustam esse reuocandam.

Quoniam licèt in generali obligatione bonorum, secundum magis communem opinionem, veniant merces venales, tam præsentes, quàm futuræ, nisi dispositio fieret de rebus existenti-
1 bus in certo loco, Bart. per illum tex. *in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. leg. & in l. si constante, in 3. quæst. nu. 79. & ibi adden. in vers. merces.* & Alex. *num. 27. ff. solut. matrimo.* Iacobus de Areno, Cyn. Bald. & alij *in l. vbi adhuc. C. de iure dot.* Negus. *de pignor. in 2. membr. 2. par. princ. in 5. ampliat. numer. 14.* Pinell. *in rubr. de bon. mater. in 1. par. in princip. numer. 46.* Nam, vt inquit Bald. quem multi sequuntur, *in l. cum tabernam, in repetitis antiquis,*
2 *de pignor.* sicut debitor fuisset obligaturus, & venditurus prædictas merces, ita in generali obligatione venire debent, *leg. obligatione generali, de pignor.* & ibi Alexander *versic. & istud expresse.*

Nihilominus hæc conclusio declaratur non
3 procedere in grege, ac ceteris mercibus alienatis, antequam sit motum iudicium, vel orta actio hypothecaria: hoc enim casu huiusmodi res absque vlla obligatione in emptorem transire, firmant scribentes communiter, Bald. *in l. vbi adhuc, & l. cum tabernam.* Alexan. *in dicta l. si constante,* & ibi Crot. *in addit. num. 139. & seq.* Rip. *in l. 1. nu. 8. de pignor.* Negus. *vbi supra, num. 23.* Gomez *in §. item Seruiana. nu. 22. institu. de action.* Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 5. num. 2.* Put. *decis. 291. lib. 2.*

Et ratio est, quia dictæ merces perpetuo non
4 erant apud debitorem permansuræ, siquidem tota die emuntur, & venduntur, ideò secundùm naturam, & consuetudinem rei subiectæ, idest mercium, censetur inter partes actum, vt liberè vendi, ac permutari possint, vt post Roman. & alios animaduertit Bald. Nouell. *in d. l. si constante, num. 73.* per illum textum *in l. debitorem in fin. de pignor.*

Et cum ista opinione transeunt etiam Doctores supra *in dict. l. vbi adhuc,* & dicunt ibi, & Bal. *num. 19.* Quod si aliàs diceretur, sequeretur maximum absurdum, quod impediatur commercium commune.

Verùm, quia articulus est difficilis, & scribentes non satis conueniunt; idcircò placuit subiungere nonnullas rationes, quæ pro prima decisione in medium afferebantur.

Et primo facere dicebatur illa iuris regula,
5 quod in grege cadit hypotheca, *l. grege. ff. de pignor. l. distractu. l. pignoru. C. de pignor.* Propterea ab istis regulis iuris recedi non debet, nisi in cōtrarium ostendatur aliqua limitatio, & specialis prouisio, Dec. *cons. 142. num. 4. circa med.* Aym. *cons. 168. num. 8.*

Nec ad rem pertinet, quod in supradictis mercibus, postquam alienatæ sunt, nulla considerari possit hypotheca, *dict. l. cum tabernam.* & ibi Doct. cum aliis supra citatis.

Quoniam est aduertendum, quod ferè omnes supradicti Doctores loquuntur de illis mercibus, quæ minutatim venduntur, & permutantur, manente semper nomine tabernæ, siue apo-
6 thecæ, quæ tanquam vnum corpus vniuersale consideratur, in quo nouæ res in locum distractarum subrogantur; & hoc est, quod dicitur inter partes actum censeri, *d. l. cum tabernam,* & ibi Doct. Baldus, Iacobus de Areno, & alii *in d. l.*
7 *vbi adhuc. C. de iur. dot.* Quoniam esto, quod mercator non habeat animum subrogandi vnam rem loco alterius, dūmodo sit res, in quibus ca-

dete possit subrogatio, tunc res subrogata cen-
setur eadem cum illa, in cuius locum subroga-
tur, *l.si de. §. fin. de condit. & demonst.* & bene Crot.
in dicta l. si constante n. 139. post medium. Pincell. *vbi*
supra, nu. 46. ante fi.

In grege enim notabilis quantitas ouium,
quam debitores retinebant, vt quid vniuersale,
non ad effectum vendendi oues minutatim, sed
principaliter pro consequendis illarum fructi-
bus, cùm semper idem grex sit, licèt aliquæ o-
ues mutentur, & aliæ subrogentur, *dicta l. grege.*
in princip. de pignor. necessario sequitur, vt ad
quoscunque vadat, semper remanet obligata, &
8 hypothecata, Bal. Nouell, *vbi supra, num. 72.* Sub-
dens, quod si omnes merces vendantur eo ani-
mo, vt aliæ amplius non remanerent, & sic fini-
9 ta extaret mercantia, vt in casu proposito, quod
tunc mediante hypotheca recuperari possent
per creditores, & allegat Bald. *in dicta l. vbi ad-*
huc. Præsertim, quia huiusmodi alienatio insoli-
ta est potius quædam disceptatio, quæ inducit
mutationem status hominis, Alban. *consi. 718. nu.*
1. ante fin. de qua non est credibile partes cogi-
10 tasse, & intellexisse, & hoc etiã dispositum est,
quando tempore distractionis debitor incepe-
rit malè vti substantia sua, & reputari non sol-
11 uendo, Bal. *ibidem numero 19.* Put. *decisio. 297. in fi.*
lib. 2.

Et ex his apparet cessare absurdum suprà cõ-
sideratum de impedimento communis cõmer-
cij, quoniam obiectũ posset procedere in rebus
in quibus nõ cadit subrogatio, *per supra deducta.*

Non obstat, quod venditio gregis ouiũ facta
fuerit ad numerum, & non ad corpus: quia cùm
grex ouium, & aliorum armentorum possit
esse maioris & minoris quantitatis, *l. grege. ff. de*
leg. 1. Bar. *in l. oues. ff. de ambi.* non sequitur, quod
12 mediante numeratione, dici possit venditionẽ
factam fuisse, vt de grege, in qua non transeat
hypotheca, & consequenter non remaneat cre
ditoribus hypothecata; dicta enim numeratio
ouium facta censetur ad effectum constituendi
verum, & determinatum pretium earum.

Minusque obstat, quod emptor non retinue-
rit dictas oues ad vsum gregis, & prædij, quia
præter id, quid contrarium legitur in instrumẽ
to venditionis, *vt in Summario num. 2. & 3.* & di-
ctum fuit, non esse habendam rationem eius,
quod facere de ouibus potuisset emptor; sed tã-
tum, an grex fuerit alienatus, & tempore litis
moræ in esse extiterit.

13 Quod postremo loco dicebatur, hypothecã
solum haberi in mercibus, & in grege, donec e-
xistit penes debitorem, vel eius hæredes tantũ;
non satis probatur, & in contrarium faciunt de
ducta *in d. l. cum tabernam, in l. distractis. & l. pi-*
gnorn. C. de pign. propter dictam subrogationẽ,
de qua supra deductum est.

Et ex his apparet responsio ad cons. Mandel.
de Alba 718. qui in opinione contraria multum
non se firmat, & Doctores ab eo allegati non
satis probant eius intentionem.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.
Romana pecudum, Mercurii
24. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit, vbi adest hypotheca.*
2 *Merces veniunt in generali hypothecatione.*
3 *Hypotheca succedit in mercibus subrogatis in locum*
alienatis.
4 *Hypotheca cadit in grege, & est verior, reiecta con-*
traria opinione.
5 *Merces venditæ transeunt in emptorem absque vlla*
hypotheca.
6 *Limitatur, quando totum corpus mercium venderet-*
tur, secus si res particularis apotheca alienare-
tur.
7 *Merces in Apotheca dicuntur destinatæ ad continuã*
venditionem, & sic censentur obligatæ secundum
suam destinationem, vsque ad venditionem, & a-
liæ in eius locum subrogantur.
8 *Grex æquiparatur tabernæ, quo ad hoc, vt dicatur*
ius vniuersale, tamen non æquiparatur ad hoc, vt
per venditionem extinguatur hypotheca.
9 *Grex non retinetur venalis, & ideo non cadit sub hy*
potheca cum illa qualitate quatenus non sit alie-
natus, sed cadit sub hypotheca purè, & simpliciter,
& transit cum onere.
10 *Numeratio dicitur facta ad effectum sciendi quan-*
titatem, non autem ad effectum excludendi ven-
ditionem ad corpus.

DECISIO CXXVI.

Dvbium fuit restrictum in præsenti dispu-
tatione ad caput hypothecæ; An scilicet
1 istis venditoribus competeret hypotheca, ita vt
potuerint contra dictum Christophorum agere
Saluiano. Et Domini recedendo à decisione a-
liàs facta coram bon. mem. Giptio sub die 24. A-
prilis 1598. resoluerunt eis competere hypothe-
cam, prout aliàs fuerat decisum.

2 Ratio resolutionis fuit, quia creditores habe-
bant hypothecata omnia bona illorum de
Scholis, & sub ista hypotheca generali veniunt
merces venales, licèt aliquibus venditis, in eis
3 extinguatur hypotheca, & remaneat in merci-
bus subrogatis, *l. vbi adhuc, num. 19.* Bald. *numer.*
18. & 19. & num. 38. & Salicet. *num. 12. C. de iur. dot.*
Bart. *in l. si constante numer. 73. ff. solut. matrim.* Ias.
in l. qui Romæ. §. Callimachus, numero 5. ff. de verb. o-
blig. & in §. item Seruiana, nu. 49. Inst. de actio. Ripa
in l. 1. nu. 8. ff. de pign. Calcan. *cons. 15. n. 16.* Paris. *cons.*
69. n. 4. lib. 4. Pincell. *in rubr. de bon. matern. par. 2. n.*
46. in fi. Couar. *var. resolut. lib. 2. cap. 5. num. 2.* Put.
decis. 297. lib. 2. & in grege est textus *in l. grege. ff.*
de pign. & licèt Iacob. de Aren. *in l. generali. §.*
vxor. ff. de vsu legat, Bald. *in l. certi iuris in 6. quæst.*
C. de iur. Roman. *in l. si constante n. 83. vers. an quæ-*
ritur. ff. solut. matr. & Albetic. *qu. 718.* tenuerit con-
trariam opinionem, quod in mercibus venali-
bus non cadat hypotheca, tamen opinio affir-
matiua est non solum receptior, sed verior, &
4 Rota sæpius amplexa fuit, & in grege non ha-
buit difficultatem.

Non obstat limitatio, quæ huic regulæ affer-
tur, vt non procedat in mercibus alienatis, an-
tequam sit motum iudicium, vel orta actio hy-
pothecaria; cùm hoc casu merces alienatæ trã-
5 seant absque vlla obligatione in emptorem, Ia-
cob. de Aren. *in d. l. vbi adhuc. nu. 2.* & ibi Bal. *nu.*
24. C. de iur. dot. & in l. cum tabernam. ff. de pignor.
cum alijs allegatis: quia isti Doctores non moue-
runt ex dispositione *l. cum tabernam. ff. de pignor.*
& sic limitatio est intelligenda, iuxta terminos
illius textus, qui procedit quando alienatur

res particularis tabernæ, & aliæ, quæ succedunt loco alienatarum, subrogantur, ut tradunt ibi Bald. *num. 1.* & Ang. *in fin. princip.* & ideo non habet locum, quando alienatur tota apotheca, vel eius para, ita vt penes emptorem non desinat esse corpus vniuersale, quia tunc manente eodem corpore, durat eadem hypotheca, vt sentit Bald. *in dict. l. vbi adduc. num. 19.* Bald. Nouell. *in l. 1. si constante, nu. 72.* Rip. *in l. 1. num. 9. ff. de pignor.*

7 Et ratio diuersitatis inter istos duos casus, est clara, quia merces tabernæ sunt destinatæ ad continuam venditionem, & ne commercium impediatur, censentur obligatæ secundum suam destinationem: & sic cum ista qualitate, quatenus non reperiantur alienatæ, præsertim per nouas merces subrogatas, super quibus remanet hypotheca, & prouidetur indemnitati creditorum, quæ ratio cessat in taberna, quæ non retinetur venalis in totum, sed in aliqua re; ita vt desinat esse corpus vniuersale, & sic censetur hypothecata simpliciter, & transit in emptore cū sua hypotheca, *d. l. cum tabernā.*

8 Considerabant etiam Domini, quod in grege non militat eadem ratio, quæ viget in apotheca, & mercibus venalibus; licèt enim grex æquiparetur tabernæ, quo ad hoc, vt dicatur ius vniuersale, tamen æquiparatio non procedit ad istum effectum, vt per venditionem extinguatur hypotheca, quia grex nō exponitur, nec retinetur venalis, quoad singulas oues minutatim, sed retinetur tanquam corpus pro multiplici fructu, qui ex ea percipitur in lacte, lana, & fœtibus, quæ sunt venalia. & transeunt in emptorem liberè, & sine hypotheca; & consequenter cùm grex de sui natura non retineatur venalis, nec cadat sub hypotheca, cum illa

9 qualitate, quatenus non sit alienatus ad instar mercium venalium, sed cadat sub hypotheca purè, & simpliciter, & transeat in emptorem, cum sua hypotheca, siue totus, siue pars sit alienata, Batt. *in l. cum tabernam, in fin.* Ias. *in d. §. Callimachus. nu. 5. cum aliis allegatis*, & ideo cùm istæ oues non fuerint minutatim venditæ, ita vt desierit esse corpus vniuersale, sed in emptorem transierint, vti grex, & corpus vniuersale pro consequendis illarum fructibus, hypotheca non fuit extincta.

10 Non obstat, quod fuit facta venditio ad numerum, & non totius gregis, quia numeratio fuit facta ad effectum sciendi quantitatem, & constituendi pretium earum scutorum 150. pro quolibet centenario. & non ad effectum excludendi venditionem gregis, vti corpus; tanto magis cùm venditio sit facta cum aliis rebus ad vsum præcodij. & comprehendit omnes oues, quas Scholij habebant in communi pro indiuiso cum Patitio.

Non obstat, quod Christophorus emptor postea eas non retinuerit ad vsum gregis, & præcodij, vltra quod hoc non probatur, sufficit ad istum effectum, quod alienatio fuerit facta vti de grege, & transiuerit in emptorem cum hypotheca, cùm non sit in eius præiudicium hypothecæ, eas distrahere.

Non obstat, quod Scholij erant mercatores, qui retinebant oues ad vsum emendi, & vendendi, & non ad vsum præcodij; quia nec hoc probatur, & ad istum effectum esset probandum, quod eas non retinuerit ad vsum vendendi, vti præcodium, & vti gregem, sed solum ad vsum vendendi minutatim.

R. P. D. ORANO.

Romana Grani, die 28. Februarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas in rebus præsumitur.*
2 *Identitas est probanda ab eo, qui dicit equum sibi locatum esse mortuum.*
3 *Identitas grani qualiter sit probanda per testes.*
4 *Fides simplex Notarij, nullam inducit probationem confessionis partis.*
5 *Notario non creditur, nisi de eo de quo fuit rogatus.*
6 *Confessio non probatur per solum Notarium, sine testibus.*

DECISIO CXXVII.

Agebat Dominus Casalis S. Proculæ Saluiano Interdicto contra secundos possessores grani in eo, vt prætendebat, recollecti, & ad quoddam horreum Sancti Grisogoni ex granario dominorum de Maninis siti alli Cerchi translati; dum autem super illius existentia inter partes coram Auditore Cameræ orta fuisset quæstio: Dubitaui stantibus hinc inde deductis, An constaret de identitate grani.

1 Et quia in rebus pluralitas præsumitur, vt not. Bart. *in l. demonstratio, in princip. & vers. sexto quære. ff. de cond. & demonstr. & in l. diui, de custod. reor. & in l. inter stipulantem. §. 1. de verb. oblig.* Io. Andr. Ant. de Butr. & cæteri *in cap. auditis de præscriptionibus*, vbi hoc illustrant exemplo condu-

2 ctoris equi, qui si probet equum mortuum in itinere, repetitione illius facta per locatorem, non liberatur, nisi etiam probet, quod equus mortuus erat ille sibi locatus, Alexand. *cons. 119. nu. 40. lib. 1.* Corn. *cons. 144. nu. 11. lib. 4.* Aym. *cons. 112. nu. 3. & 198. num. 4.* & Domini concluserunt cōtra Dominū, non liquere de grani identitate.

3 Nam testes ad hunc effectum inducti, nihil concludunt. Licèt enim primus, & secundus probent granum recollectum in Casali S. Proculæ fuisse depositum in horreo Dominorum de Maninis à Cerchis, & tertius dicat illud fuisse collocatum ad partem sinistram horrei, versus portam cameræ: & quod inde fuerit transportatum ad horreum S. Grisogoni, non deponunt vbi. Vnde cùm in d. horreo Dominorum de Maninis in confesso sit, granum ex diuersis prædiis recollectum, fuisse per aceruos distinctum, non satis est ostendere huiusmodi transportationem grani de vnu ad aliud horreum factam, nisi etiam iustificetur fuisse illud, quod in Casali S. Proculæ fuerat collectum; Præsertim cùm idem 3. testis, in cuius dicto principaliter Dominus Casalis intentionem suam fundare nititur, deposuerit granum consignatum Raphaeli Andreæ, & aliis, fuisse ex illo S. Proculæ; Quartus verò testis nihil probat; nam admisso, quod ex granariu Dominorū de Maninis fuerit transportata certa quantitas ad horreum S. Grisogoni, ne dum explicat; an ex parte sinistra horrei, vel aliunde, hoc acci-

derit;sed potius in confesso agit de mensurationa grani,facta pluribus, diuersorum aceruorũ. Reliqui duo testes vltimo examinati, non merentur allegari,quia nesciunt,an granum traditum Andreæ,prouenerit ex Casali Sanctæ Proculæ,& ad quę loca fuerit transportatum;quin potius vltimus testis deponit,quod post factam Andreæ,& quibusdam alijs mensurationem,& cõsignationem grani, remansit in horreo aceruus grani ad manum sinistram portam versus, quod est multum verisimile,cùm etiam secundus testis dicat,quod erat aceruus,& plenos zizania. Nec dicatur de identitate grani constare ex confessione Andreæ iunctis coniecturis, quæ in huiusmodi materia propter eius diffici-
4 lem probationem,solent recipi,Bar. *in tract. de testamen.n.31.*quia ex simplici fide,& attestatione Notarij, nulla potest colligi probatio con-
5 fessionis:tum quia non creditur Notario, nisi de ijs,de quibus fuit rogatus.

6 Tum etiam, quia circa confessionem nullos habuerit testes,Put.*decisio.5. lib.3.*Crescen.*decisi. 4.de fid.instrum.* Coniecturæ autem nullæ adsunt,vt ibi constat, de deposito grani plurium Casalium,non ita faciliter admittitur præsumptio identitatis, vt bene hic per Informantes pro Andrea.

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Romana Census,Lunæ 10.Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Census non dicitur extinctus per Motum propriũ Papa,tollens omnes obligationes, & hypothecas contractas super fundo,in quo erat impositus census, si illos transfulit in alium fundum.*

2 *Papa non extendit consensum.*

Quod procedit, quando agitur de noua obligatione inducenda,secus quando agitur de veteri conseruanda.

DECISIO CXXVIII.

MAndatum esse exequendũ dixeruntDD. quia fuit relaxatum in vim obligationis Cameralis,de qua non controuertitur.

1 Non obstat, quod Census videatur extinctus per motum proprium Sanctissimi Domini Nostri,per quem omnes obligationes,& hypothecæ super Castro Numenti contractæ fuerunt sublatæ,ita vt Castrum, & eius tenuta sint in statu,in quo erant ante contractum huiusmodi obligationis,quia per huiusmodi verba non fuerunt extincti census,& hypothecæ,sed translatæ ad bona existentia in territorio Maturæ quæ in omnibus, & per omnia fuerunt quo ad huiusmodi onera in locum tenutæ bonorum Castri Numenti subrogata cum omnibus clausulis,vinculis, & cautelis in instrumentis obligationum appositis,& propterea perinde est ac si à principio fuissent census impositi super bonis subrogatis,& eorum occasione fideiussores obligati, quoad ipsas enim obligationes nihil innouatum est propter rei mutationem. Faciunt tradita in causa Asculana pensionis 1. Februarij 1593.coram R.P.D.Pamphilio,de translatione pensionis nihil fuit innouatum,sed tantum beneficij,ex quo pensio soluebatur, ita vt nullum præiudicium pensionario per talem translationem oriretur.

2 Non obstat,quod Papa non extendit consensum ex latè deductis in Oxomen.pensionis 20. Maij 1598.coram R.P.D.meo Litta,quia non agitur de noua obligatione inducenda vt in casu illius decisionis,sed de veteri conseruanda,& ibi non fuit translata obligatio fideiussionis, quia tempore translationis pensionis iam reperiebatur extincta, sed hoc casu obligatio remanet in suo statu,& efficacia.

R.P.D. CORDVBA.

Segobien.Pensionis,Mercurij 20.Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Translatio pensionis debitæ vni personæ,si in aliã fuit facta,non dicitur nouum grauamen in persona debentis soluere, sed delegatio solutionis alteri faciendæ.*

2 *Actus subsequens, satis declarat verba obligationis præcedentis.*

3 *Suppositio nominis vnius vice alterius ad quem spectat omne commodum negotij gesti,efficit,vt actus valeat, & ex eo acquiratur ius vera persona, & non ficta.*

4 *Extensio de persona ad personam,ex verisimili mente contrahentium non fit.*

5 *Repetitio illius*, quam quis denuo esset redditurus,*frustra fit.*

6 *Pensionis translatio est valida,licèt ille ad cuius fauorem fit,sit absens,dummodo Notarius pro eo stipuletur.*

DECISIO CXXIX.

FVerat reseruata pensio centum aureorum super fructibus Canonicatus Segobien. de consensu Didaci de Herrera de illo prouisi cum facultate transferendi, & posita in capite Melchioris de Vanos Hispani ad commodum,& vtilitatem Caroli Cropelli Itali D. constitutus procurator irreuocabilis ab eodem illam exegit nomine Melchioris quousq. vixit,&quia per obitum d.Didaci primi consẽtientis fuit prouisus de dicto Canonicatu Petrus della Concha de anno 1594.& se obligauit in forma Cameræ pro solutione pensionis,ac huic obligationi accesserunt fideiussores Ludouicus , & Petrus, prætendentes modo per mortem Melchioris vacasse pensionem, fuit producta translatio facta per Dominum Melchiorem de mense Februarij anni 1593.in capite Laurentij stabili, & sic per annum ante obligationem dicti Petri,& fideiussorum.Vnde dubitaui, an dicta obligatio suffragetur Laurentio stabili in casu,de quo agebatur,& fuit resolutum affirmatiuè, quia licèt obligatio fuerit facta per Petrum,& fideiussores ad fauorem nominati, extenditur tamen ad translatarios,cùm constet cum omnibus decretis,&clausulis omnibus in reseruatione contentis.

1 Et quia translatio pensionis debitæ vni personæ,si in aliam transferatur non dicitur nouũ grauamen in personam debentis soluere,sed delegatio solutionis faciendæ alteri, Paris. *cons.5. n.86.li.4.*sed quia difficultas reducebatur super mutatione personarum,quia obligatio fideiussorum fuerat facta pro certa persona,illam dice

bant

bant Domini ceſſare ex cedula banchatia Sebaſtiani Marcetti quæ expreſſe conſtat pro Melchiote,& ſuis tranſlatarijs.

2 Vnde cùm fuerit data in executionẽ præcedentis obligationis Petri, ex ea ſatis declarantur verba obligationis, ad Dec. *conſ.* 28. *num.* 7. Caſtr. *conſ.* 43. *nu.* 4. Crauett. *conſ.* 188. *in prin.* & fideiuſſores, qui illi acceſſerunt, tenentur ad omne id, ad quod ipſe principalis tenebatur, quæ

3 ratio habet aſſiſtentiam iuris communis; nam, quando ſupponitur nomen vnius vice alterius, ad quem ſpectat omne commodum negocij geſti, ita, vt ſimulatio ſit reſpectu perſonæ tantum, actus valet, & ex eo acciperetur ius veræ perſonæ, & non fictæ, ita notabiliter tradit Bal. *in l. cum precibus in fi. verſ. quando ſimulatio*, & ibi Salic. *nu.* 1. *C. de probat.* Franc. Marc. *deciſ.* 46. *par.* 1. *n.* 3. & fuit dictum coram R. P. D. meo Decano in vna Placentina bonorum Venetis 13. Aprilis 1594. & in alia Romana Societatis 29 Nouembris 1596. & in alia Romana redemptionis cenſus 27. Nouembris 1584. quæ eſt *deciſ. diuerſ.* 806. *nu.* 3. *par.* 1.

Neque obſtabat, quod ex coniecturata mente contrahentium non ſit extenſio de perſona

4 ad perſonam, Tiraquell. *de retract. conſang.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 39. quoniam dicebàt Domini in præſenti non fieri extenſionem, ſed declarationem voluntatis, quæ ſatis apparet ex ipſa obligatione facta per Petrum Suarez, cantante ad fauorem certæ perſonæ Eccleſiaſticæ, & in reſeruatione eiuſdem penſionis nominatę, quod non poterat intelligi de Melchiore, qui de illo tempore iam antea fecerat tranſlationem.

Quod verò obijciebatur Carolum fraudulẽter procuraſſe hanc tranſlationem nulla facta intimatione, nõ fuit admiſſum, fecit enim, quod iure licuit, & ſuſpicio fraudis quæ oriri poterat ex eo, quod ſe gerit nomine Melchioris poſt dictam tranſlationem, purgatur per ſcientiam tranſlationis: de qua deponunt teſtes, primus iuxta ſecundum interrogatorium, ſecundus iuxta dodicium, tertius ſuper quinto articulo, & quartus ſupra ſextum.

5 Vnde licèt iſti fideiuſſores poſſent prętẽdere ſolutiones fuiſſe malè factas Carolo tanquàm Procuratori Melchioris, qui iam tranſtulerat, tamen fruſtra repeterent has pecunias, quas tenebantur reſtituere, tranſlatio verò quia ab eis tanquam ſibi obligatis poterat illas exigere.

Minus obſtabat, quod Laurentius non fuerit præſens tranſlationi, quia ſufficit ſtipulatio fa-

6 cta per Notariũ pro illo, & apparet de illius acceptione per mandatum procuræ datum ad exigendum.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Corduben. penſionis, Lunæ 2. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Penſio impoſita ſuper pluribus beneficijs, pro rata fructuum illorum eſt diſtribuenda.*

2 *Penſio eſt onus reale; & ideo ſoluenda eſt ab eo, qui dimiſſam præbendam aſſecutus eſt.*

3 *Penſio reſeruata cum ſpeciali mentione ſuper tali beneficio videtur facta demonſtratio in cauſa.*

4 *Præſtimonium non habet titulum beneficij.*

5 *Titulus non mutatur per optionem præſtimonij, tanquam prædij temporalis, ſed ſolum mutatur temporalitas.*

DECISIO CXXX.

PRopoſui die 30. Aprilis anni proximi præteriti hoc dubium: An penſio ſuper fructibus, & diſtributionibus quotidianis Canonicatus, & præbendæ, quos Ferdinandus poſſidebat præſtimonij dellos Herreras illis annexi, aliàs ad fauorem Alphonſi de Gongona reſeruata, ſit integrè ſoluẽda à Didaco poſſeſſore dicti Canonicatus, vel à poſſeſſore dicti præſtimonij, aut diuidenda pro rata fructuũ Canonicatus, & præſtimonij, & fuit reſolutum, penſionem eſſe diuidendam pro rata fructuum.

Sed die 11. Martij proximè prętériti, cauſa rurſus propoſita, diuerſæ fuerunt ſententiæ Dominorum: rurſus autem ſæpius propoſita, non fuit capta reſolutio, ſed dicta die 2. Maij placuit Dominis eſſe recedendum à dicta deciſione; quia illa procedit, ſi in facto verum eſſet præſtimonium dellos Herreras, eſſe titulum beneficij, etiam Canonicatui annexi, tunc enim locum habent rationes, quibus illa deciſio fundata

1 eſt, quod penſio intelligatur impoſita ſuper fructibus vtriuſque beneficii probata, & diſſoluta vnione, penſio eſt diſtribuenda pro rata portione ipſorum fructuum. Sed cùm res aliter ſe habeat, quia ex Statuto illius Eccleſiæ à Sede Apoſtolica confirmato, conſtat hoc præſtimonium dellos Herreras, non eſſe titulum beneficii, ſed portionem prædii, pro præbenda temporali ipſius Canonicatus aſſignati, penſio non debet diuidi, ſed à poſſeſſore Canonicatus ſolui, quià per optionem, nec præbenda nec Canonicatus, vt ſunt tituli beneficiales, dimittitur, ſed idem Canonicatus, & præbendæ Canonicales retinentur, ſolum præbendæ temporales, id eſt prædium pro portione fructuum Canonico aſſignatum, quod eſt temporale, dimittitur, Rot. *deciſ.* 6. *de conſuet. in nou.* & ita diſtinguendo declarat Gigas. *de penſ. quæſt.* 63. *nu.* 2. & 3.

Vnde non obſtat Put. *deciſ.* 158. *lib.* 3. *cum alijs allegatis in deciſione*; quia habent locum in præbenda, quæ realiter eſt diſtincta; & ſeparata, quo caſu is, qui vnam præbendam dimittit; & aliam optat, nouum Canonicatum conſequi in

2 telligitur, nam prior Canonicatus remanet cũ præbenda dimiſſa, & ideò cùm penſio ſit onus reale, *c. niſi eſſent* & ibi Doctores *de præbend.* ille tenetur ſoluere penſionem, qui dimiſſam præbendam fuerit aſſecutus, vt declarat Gigas. *d. q.* 63. *num.* 2.

3 Nec etiam refragatur, quod in reſeruatione penſionis, facta ſit ſpecialis mentio huius pręſtimonii dellos Herreras; quia hæc mentio facta intelligitur gratia demonſtrationis, *l. Mela in prin. de alim. legat.* Bar. *in l. Centurio n.* 39. *de vulg. ſubſtit.* & hæc demonſtratio intelligitur facta reſpectu præbendæ temporalis; quia in his pręſtimonijs nullus eſt titulus beneficii (vt dictũ

4 eſt) & ideò perinde eſt, ac ſi penſio fuiſſet reſeruata ſuper fructibus Canonicatus ſimpliciter.

5 Nam per optionem ipſius præſtimonii tamquam prædii temporalis, non fuit mutatus titulus, ſed ſolum temporalitas, Rota *dicta deciſ.* 6,

de consuet. in non. Card. *cons.26. nu.4. & seq.* Cassad. *dec.17. de praben.* & ita fuit decisum coram R. P. D. meo Blanchetto in Oscen. Canonicatus die 7. Ianuarii proximè præteriti.

Quare conclusum fuit, integram pensionem in casu proposito à possessore Canonicatus soluendam esse.

R.P.D. PENIA.

Romana, seu Forolivien. de Theodolis, Veneris 15. Martii 1602.

SVMMARIVM.

1 *Census empti ex pecunijs hæreditarijs debentur hæredi fideicommissario, & nu.5.*

2 *Appellatio non datur in possessorio, quia sit locus Aegidiana.*

3 *Hypothecaria competit pro legatis, & fideicommissis.*

4 *Saluianum Interdictum competit, vbicunque competit hypotheca.*

DECISIO CXXXI.

PRonunciauerat in hac causa R. P. D. meus Seraphinus Rotæ Decanus, ab Illustriss. D. Cardinali Sanctæ Seuerinæ deputatus, ad fauorem D. Marchionis Theodoli, condemnando filias Alfonsi ad dimittendam possessionem censuum emptorum ex pecunijs relictis in hæreditate Episcopi Gadizen. & consequenter iux a dispositionem eiusdem testatoris, ad D. Marchionem hæredem vniuersalem institutum, vigore perpetui fideicommissi, pertinendum, & eundem Marchionem in possessionem censuum immittendum: & quia filiæ Alphonsi appellauerant, Ego, qui ab eodem D. Illustriss. Card. in casu appellationis fueram deputatus, iuxta rescriptum Signaturæ, vt constito, quod esset locus Aegidianæ datam sententiam executioni demandarem, sin minus causam appellationis cognoscerem.

Dubitaui, an esset locus Aegidianæ: dubio proposito in Rota, quod pro maiori cautela consulueram, vtraque parte informante, locum fuisse Aegidianæ, Domini responderunt.

Nam cùm testator mandasset, quod ex pecunijs suis exactis, & exigendis, quæ reperirentur tempore sui obitus, emerentur census, seu bona immobilia pro Hieronymo eius pronepote, cui legauit cum pactis, & conditionibus, quibus legata fuerunt Ioanni Theodolo, videlicet, quod non possent alienari, & quod si deuoluerentur, & Hieronymus superstite Alphonso patre sine filijs masculis obierat, memorati census debeantur Marchioni Theodolo hæ-
1 redi vniuersali, cùm ex pecunijs hæreditarijs empti fuissent, & sub fideicommisso comprehensi, *l. Imperator. §. final. ff. de leg.2.* Ias. *cons. 233. nu. 2. & 17. lib.2.* Abb. *cons. 97. num. 15. in princip. lib. 1.* Decian. *cons. 52. num. 40. circa med. lib. 1.* latè Surd. *decis. 15.*

Locum autem fuisse Aegidianæ deducebatur ex eo, quia sententia Domini mei Seraphini erat in nudo possessorio, & per Aegidianam non
2 est locus appellationi, Put. *decis. 276. n.3. vers. tamen, & decis. 480. numer. 12. versi. quia meus,* Chisanen. *decisio. 51. incipien. Aegidiana, licèt capiat.* Achill. *decisio. 8. numer. 1. & 2. de appellat. in impressis.*

Et remedium possessoriũ competere D. Marchioni, suadebat natura vtilis Saluiani Interdicti, & hypothecariæ; nam explorati iuris est, pro
3 legatis, & fideicommissis competere hypothecariam, *l. 1. C. comm. de leg. §. sed olim, vers. nostra autem constitutio, Inst. de leg.* Alexand. *in l. 1. num. 26. versi. item in quantum ff. de leg. 1.* Gabr. *cons. 46. numer. 19. lib. 1.* Aret. *in §. item Seruiana, numero 14. in fin. versicul. addas secundum,* Ang. *Instit. de action.*

Et receptum quoq; vtile Saluianum Interdictum competere, vbicumque hypotheca
4 competit, Gabr. *dicto cons. 46. num. 20.* nec ad rem pertinebat illa oppositio, quod census de quibus agebatur nunquam fuerint per testatorem possessi.

Quia respondebatur, satis fuisse pecunias, quibus empti fuerant de testatoris mandato, ad testatorem pertinuisse, & res emptæ ex illis
5 tanquam subrogatæ, ad fideicommissum pertinerent, *d. l. Imperator. §. cum autem. ff. de leg. 2.* vbi Bar. Bal. & cõmuniter scribentes, Paul. de Castr. *cons. 326. vers. super secundo, lib. 2.* Surd. *dicta decis. 15. num. 6. & seq.*

R.P.D. ROBVSTERIO.

Romana compromissi, 6. Februarij 1576.

SVMMARIVM.

1 *Mobilium appellatione veniunt pecunia in domo, seu alibi in sacculo existentes.*

2 *In legato mobilium domus, restricto ad certam locum, non comprehenduntur ea, quæ in illo loco ad tempus, vel casu posita sunt.*

3 *Pronomen meum, non restringit legatum ad ea, quæ possidentur, vel ad ea, quæ ad proprios vsus parata sunt.*

4 *Verbum, alijs, non restringitur ad similia, quando adiectum est signum vniuersale.*

5 *Argenta deposita in banco, veniunt in legato mobilium, & etiam quæ penes testatricem reperiuntur.*

6 *Pecuniæ, quæ deposita sunt penes bancum, vt tantundem redderentur, dicitur eo casu translatum illarum dominium penes bancum, & tunc non dicuntur mobiles, sed ius exigendi: secus si essent in sacculo deposita, nu.8.*

7 *Iura, & actiones dicuntur tertia species.*

9 *Pecuniæ appellatione, de communi vsu loquendi an veniunt in legato mobilium.*

10 *Doctori attestanti, de communi vsu loquendi non creditur, nisi probetur, cùm sit quid facti.*

DECISIO CXXXII.

EX his, quæ in facto præsupponuntur, fuerũt excitatæ plures difficultates.

Prima, an ex proprietate verborum sub legato, de omnibus bonis meis mobilibus, non restricto ad certum locum, comprehendantur pecuniæ existentes in domo testatoris, vel alibi in sacculo, per alium nomine testatricis cu-
1 stodiiæ; in hac resoluerunt Domini, quod comprehendatur, *argumen. text. in §. & quia parum, vbi* Ang. *ad notat. n. 63. in Auth. de nupt. & in Auth. hoc nisi. C. de solut.* cum pluribus hic per informantes adductis.

Neque

Neque obstant text. *in l.que situm,& in l.si mi-*
2 *hi Mania,de leg.3.* quoniam loquuntur in legato mobilium domus,aut aliàs restricto ad certum locum,in quo est diuersa ratio, cùm eo casu nō veniant illa mobilia, quæ sunt in illo loco, ad tempus,seu casu quodam,*l.si ita legatum,de leg.3.* cum aliis per Dec.*cons.472.n.3. dub.2.* & eodem modo respondebatur ad *consi.* Corn. 49. Iaf.*cons.* 26.& aliis in contrarium adductis.

Non obstat, quod in legato mobilium vniuersali non veniunt pecuniæ, vt per Corn. *in d. cons.49.col.fin.* quod verum est in legato mobilium domus, vel aliàs restricto ad certum locum.

Neque obstat,quod pronomen *meum*, id est, *li mei mobili*, restringat locum, quia secundum communem opinionem pronomen,*meum*, non restringit legatum mobilium ad ea, quæ possi-
3 dentur, nec ad ea, quæ ad proprios vsus parata sunt,Bart.*in l.quintus.§.argento.num.3.ff.de aur.& arg.leg.* Pinell.*in rubr.de bon.matern.par.1.nu.7.& nu.46.vers.nec satisfacit solutio.*

4 Non obstat,quod verbum,*alijs*, restringitur ad similia, quia fallit, quando est adiectum signum vniuersale,Gozzad.*cons.6.nu.43.* Crescen. *decis.32.*

Secunda fuit difficultas, an argenta existentia, tàm penes testatricem, quàm deposita pe-
5 nes mercatores, veniant sub legato, & placuit venire ex proprietate sermonis,ex Specul.*in tit. de fructibus,& interesse.§.1.nu.9.* Dec.*cons.472.nu.5.* Curt. Iun. *cons.181.nu.3.in fin.*

Non obstat *cons.* Oldrad.219.& Natt.117. quia ipsi dicunt contrariū,non obstāte quod Alciat. *in l.monentium in fi. de verb.signif.* dicit,quia ipse allegat *l.si chorus,de leg 3.* quæ nihil dicit: & ipse voluit dicere de nummis,seu pecuniis.

Tertia fuit difficultas circa pecunias existentes depositatas penes mercatorem, in qua fuit conclusum illas non venire in legato,quia cùm non fuerint depositatæ in sacculo, sed vt tan-
6 tundem redderetur, dicitur translatum dominium ipsius in depositarium,Bal.*in l.incendium. C.si cert.petat.* Iaf.Dec.& alii per Gabr. *lib.3.tit. de reb.cred.conclus.2.nu.6.allegat.* ergo non potest dici mobile,sed ius,& actio depositi: quæ iura, & actiones sunt tertia species à mobilibus, & immobilibus.

7 Non obstat, quod depositum, saltim irregulare,non sit factum gratia dantis. *l.Lucius.ff.depositi.* Paul.de Castr.*in l.diem spons. de spons.* Sal. *in d.l.incendium.* Bald.*cons.355.lib.3.* Gabr. *d.conclus.2.* quia præter id quod illa *l.Lucius.* hoc non probat,prout aduertit Bell.*in §.praeterea,num.5.in fin. Inst.de act.* nihilominus non ideo propriè est res mobilis,cùm re vera penes deponentem non sit, sed solùm illa actio ad tantundem, & placuit
8 *decis.* Paul.*2.lib.3.* & alia per informantes in hoc allegata.

Quarta difficultas, an ex communi vsu lo-
9 quendi dicendum sit non venire, nec pecunias penes testatricem existentes,nec argenta:in qua licèt aliqui Doct. attestentur de isto communi vsu loquendi,quod non veniant,prout in pecuniis testatur Pinell. *in l.2.par.2.num.50. C.de bon. matern.*& in argentis Oldrad. & Natt. supradicti:quia fuit responsum,quod Doctori attestanti de communi vsu loquendi non creditur, nisi
10 ille probetur, cùm sit quid facti, Iaf. & alij per informantes,Mohed.*decis.209.& 176.*& isto casu res est clara,cùm dicat supellectile, *& tutti li altri miei mobili*, & sic veniat augmentatiuè comprehendendo,& quę aliàs non venirent,vt per informantes.

Vltima fuit difficultas,an ex communi,& iuribus,& ex mente verisimili testatricis, sit recedendum à dictis conclusionibus, in qua Domini concluserunt,sed ordinarunt, vt particulariter discuteretur.

R. P. D. IVSTO.

Romana Casalis Capicottæ,Veneris
8. Februarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Dominium est causa acquisitionis fructuum.*
2 *Dominium probatur per instrumentum venditionis cum pretij numeratione,possessione subsecuta.*
3 *Rei vendicatio non competit contra tertium non probato dominio sui auctoris.*
Fallit,quando etiam dicti tertij se fundant super hypotheca constituta per eundem auctorem, dicta n.3.
4 *Hypotheca in re aliena constitui non potest.*
5 *Actio publiciana causatur ratione tituli, & traditionis.*
Amplia,quod in dicta actione sufficit, quod emptor sit in possessione,venditore sciente.
Fructus debentur Domino rei.
6 *Amplia,quod etiam debentur ei, cui competit actio publiciana.*
Actio publiciana cui competit,debentur etiam fructus rei.
7 *Possessio probatur per locationem, & solutionem affictus.*
8 *Si res mea ad te peruenit,nec est causa, quare apud te debeat remanere,causa certi condictione,vel sine certi causa condictione.*
9 *Fructus sunt obligati in ea causa,in qua res est obligata.*
10 *Fructus,qui non erant in dominio debitoris non poterant venire sub hypotheca ipsius.*
11 *Pecunia soluta cum cautione de restituendo semper dicitur extare.*
12 *Emptor alienius rei alteri obligata, ad hoc vt faciat fructus suos requiritur bona fides,quod ipse eos seminauerit,recollexerit,& consumpserit.*
13 *Conductor non facit fructus suos ante solutam pensionem.*
14 *Fructus,quando sunt consumpti, tunc illorum aestimatio tantum debetur.*

DECISIO CXXXIII.

POstquam fuit decisum in Rota contractum emptionis & venditionis medietatis casalis Capicottæ celebratum inter Dominum Antonium Maccaranum,& Ioannem Baptistam Luraghum non fuisse simulatum,incepit idem Dominus Antonius prætendere contra creditores eiusdem Luraghi de Cotti non solùm restitutionem dictæ medietatis casalis, sed cùm ipsa fructus, vel affictus perceptos, siue decursos à die dictæ decoctionis.

Idcirco proposui dubium in Rota cum quibusdam presuppositis an debeantur,& Domini dixerunt affirmatiuam sententiam esse verio-

rem, moti fuerunt quoniam si dicamus constare
1 re de dominio Domini Antonij, certum est
quod dominium est causa acquisitionis fru-
ctuum, *l. Herennium. ff. de vsuris. l. fructus. l. in fundo.
l. ex diuerso. ff. de rei vendicat.* & in emptore bo-
næ fidei, tradit Cagnol. *in l. 2. nu. 76. de pact. inter*
2 *empt. & vendit.* vnde quia per instrumentũ ven-
ditionis cum pretii numeratione, possessione
subsecuta probetur dominium, *l. proprietatis, &
l. cum res. C. de probat.* videbatur constare de do-
minio Domini Antonii pro quo prædicta con-
currunt.

Nec placebat Dominis, quod opponebatur
per informátes pro creditoribus, scilicet Domi-
nũ Antonium agere non posse cõtra creditores
3 rei vendicatione non probato dominio sui au-
ctoris, *l. & qui fundum. § hoc tamen. ff. de pign. glos.
in d. l. cum res.* Bart. *in l. magnum, nu. 5. C. de probat.*
Boer. *decis. 42. num. 25.* & fuit dictum in Rota co-
ram bon. mem. Vicecomite postea Archiepisco-
po Mediolani in Viterbien. campi Mauri 16. A-
prilis 1584.

Si quidem respondebatur Dominum Anto-
nium non restringere ad dictam actionem iura
sua, vt dicam infra, præter quam visum fuit hac
exceptione creditores vti non posse, qui ex altera
parte allegant hypothecam super eodem ca-
sali vigore obligationis Ioannis Baptistę aucto-
4 ris Domini Antonii, quæ in re aliena consistere
non potest, *l. 1. § 1. ff. de pignor.* Negus. *de pign. in 3.
memb. par. 2. nu. 58. cum aliis sequentibus*, vnde vide-
tur eodem tempore, & ad eundem effectum al-
legare contraria, siue dicamus non bene con-
5 stare de dominio, & tunc non deficit actio pu-
bliciana, quæ causatur ratione tituli, & tradi-
tionis, *l. 1. ff. de publ.* in qua sufficit, quod emptor
sit in possessione, venditore sciente, Natt. *consil.*
6 *292. nu. 3.* & tunc veniunt fructus in publiciana,
l. cum quis. § in publiciana. ff. de publician. Natt. *loco
allegato d. l. num. 3.* nam de possessione Domini
7 Antonii sciente Ioanne Baptista constare per
locationem inter ipsos, & solutionem affictuum
inter ipsos subsecutam, Bald. *in l. quadam mulier.
nu. 1. ff. de rei vendicat.* Rota *decis. 1. de fid. instrum.
in antiq.*

8 Nec deficiunt aliæ actiones in iure, & præser-
tim nõ deficit æquitas, *l. si me, & Titium ff. si cert.
pet.* vel officium Iudicis in hoc casu, in quo nõ
vigore dominii, vel possessionis creditorũ sunt
præteriti fructus, sed ex decreto Iudicis proui-
sionali, vt modò dicimus.

Non obstat, quod fructus fuerint percepti à
creditoribus in extinctione debiti, quod licuit
9 stante hypotheca, cùm fructus sint obligati in
ea causa, in qua res est obligata, *l. 3. C. in quibus
caus. pignor. vel hypothec. tacit. contrah. cum aliis al-
legat.*

Si quidem respondebatur in hac causa ve-
rum esse in facto fructus non esse perceptos à
creditoribus tanquam ad se spectantes vigore
hypothecæ, sed mediante decreto Iudicis, qui
post decoctionem Ioannis Baptistæ per mo-
dum prouisionis, & ne interim bona dilapida-
rentur, & perirent sine præiudicio iurium quo-
rumcunque, ac possessionis eorundem bono-
rum, si quæ ab aliqua persona legitimè capta
fuerit, auocauerit ad se possessionem omnium,
& singulorum bonorum, & administratorem
deputauit, qui inter fructus casalis percepit, vel
de facto, quo ad medietatem casalis percipien-
do, vel tacitè prosequendo locationis Ioannis
Baptistæ. Vnde pecuniæ ex fructibus redactæ
fuerũt in Monte depositatę, & cum decreto Iu-
dicis consignatæ creditoribus, cùm obligatio-
nibus, & cautionibus de restituẽdo prioribus,
& potioribus.

10 Qua propter cùm isti fructus non fuerint in
dominio debitoris, nec potuerunt consequen-
ter venire sub hypotheca ipsius, Alber. & Sali. &
alii *in d. l. 3. C. in quib. caus. pign. vel hypotheca tacitè
contrah.* nec alio remedio vsi fuerunt creditores
vt exempli gratia Saluiano Interdicto, vel alio
quo fructus legitimè percipere potuerint in so-
11 lutione debiti Ioannis Baptistæ, vt consignatę
fuerint pecuniæ cum promissione, siue cautio-
ne de restituendo, cuius effectus est, vt pecunia
haberetur pro non soluta, Castr. *cons. 286. in prin.
par. 1.* nulla bona ratione videtur concludi pos-
se fructuum, siue pecuniarum dominiũ in cre-
ditoribus, ita esse translatum, vt debeantur D.
Antonio.

12 Non obstat, quod ad hoc, vt bonæ fidei em-
ptor alicuius rei obligatę faciat fructus suos, re-
quiritur, quod ipse eos seminauerit, recollege-
rit, & consumpserit, secundum dictum Ang. *in
l. 1. § cum prædium ante num. 1. vers. & prætermitto,
& nu. 1. in fin.* vbi etiam Alber. *in princ.* quæ non
concurrunt in hoc casu.

Quoniam responsum fuit, quod Doct. allega-
ti prædicta considerát ad excludendum domi-
nium debitoris, quod si habuisset, obligarentur
fructus creditoribus, sicut ipsa res, vnde aut vo-
lumus fructus esse perceptos ab administrato-
ribus, ex decreto Iudicis, veluti conductoribus
13 repræsentantibus Luraghum, & tũc semper ve-
rum est, quod non fecerunt fructus suos ante
solutam pensionem affictuum, *l. si seruum. § loca-
ti, vbi glos. in verbo cogere. ff. de furtis.* Bald. *in l. 2. n.
2. cap. de rerum permutatione.* Ruin. *cons. 216. num. 5.
lib. 1.* & saltem debentur affictus, aut volumus
nullo alio titulo esse perceptos, quàm ex alle-
gata prouisione Iudicis, tunc quia Iudex man-
dauit sine alicuius præiudicio, etiam quo ad
possessionem percipi fructus, videntur nomine
ipsius Domini Antonii percepti, & consumpti,
& pecuniæ præsumuntur extare quæ debentur
loco extimationis, fructibus consumptis, Ias.
post alios *in l. diuortio. § ob donationis in fin. ff. solu.
matrim.*

Et ita decisum fuit pro Domino Antonio.

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Romana, seu Officiorum Collegij, Lunæ
22. Martij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur non extinguitur actio,
quando solutio facta reuocabiliter; nempe cum
cautione de restituendo prioribus, & potioribus.*
2 *Satisfactum dici non potest ei, à quo fuit ablatum
totum id quod ei fuit solutum.*

DECISIO CXXXIV.

DOmini dixerunt Bartholomeum Sangui-
num, & Antonium Gattũ posse agere cõ-
tra

tra fideiussores, & posteriores creditores colle-
1 gij pro recuperatione sui crediti. Non enim po-
test censeri extincta eorum actio, soluto eius,
quod sibi debeatur, quia reuocabiliter fuit eis
facta solutio, cùm præstiterint fideiussores de
restituendo, &c. qui restituerunt iuxta formam
suæ obligationis: nam potuerunt ab illis repe-
tere, & peruenire, Marf. *in rubr. de fideiuss. nu.* 186.
2 *primo respiciunt*, ex quibus patet non esse illis sa-
tisfactum, cùm, quod receperunt ab eis auoca-
ri posset *l. qui sic*, vbi Bart. *in fin. ff. s. lnt*. Tiraquel.
de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 78. & seq. Nec ob-
stat, quod Camilli Moretti obligatio fuit facta
intuitu Piccinetti, & Piccinettus se obligauit
propter onus soluendi, quod in ipsum reuerte-
batur ex causa cautionis prædictæ nomine Ro-
dulphi Seguini, quia cùm Seguinus, & Anto-
nius vsi fuerunt decreto, vt illis satisfieret præ-
stita cautione de restituendo, & in illius execu-
tione præstiterit cautionem, nõ possunt poste-
riores creditores allegare ex alia causa fuisse
præstitam cautionem, cùm nec etiam Seguino,
& Antonio hoc liceat. Et quamuis eorum per-
sonæ non fuerint contemplatæ, & nihilominus
negocium ad ipsos pertineret, & in eorum vti-
litatem redundaret, etiam si contemplatione
alterius gestum fuit, teneatur, *l. qui vtiliter, §. fa-
mil. ff. de nego. gest. l. si mandata meo. ff. de fideiuss.* li-
cèt contra eos vigore alicuius obligationis in
forma Cameræ, seu de releuando indemnes e-
xecutiuè agi non potuisset, licuit tamen eis a-
gnoscere bonam fidem, cum illis sit respectu
vigore rescripti felic. record. Gregorij 13. vigore
cuius possunt ex officiorum pretio recuperare
creditum suum à vero debitore, prout fuit reso-
lutum.

R. P. D. IVSTO.

Vrbeuetana Dotis, 5. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta faciunt probationem certam, & indubitatam.*
2 *Probatio, quando est posita sub conditione, debet directis, & concludentibus probationibus fieri.*
3 *Testis in facto proprio non dicitur idoneus.*
4 *Hæres particularis non prohibetur venire contra factum defuncti, quod maximè procedit, quod confecit hæres inuentarium.*
5 *Simulatus contractus, ad hoc, vt præsumatur requiritur causa.*
6 *Testis de credulitate non probat.*
7 *Negatiua ad hoc, vt per testes probetur, requiritur quod etiam non interrogatus assignet causam scientiæ.*
8 *Testis consanguineus non est idoneus.*
9 *Fides de auditu non facit fidem.*

DECISIO CXXXV.

RESoluerunt Domini mandatum A. C. non
esse exequendum, quia relaxatum fuit non
præcedentibus legitimis probationibus, constat
enim de integra solutione dotis ex duobus in-
strumentis, vno celebrato anno 1557. altero ve-
rò 1564. quę faciunt certam, & indubitatã pro-
1 bationem, Bald. *in l. generali sub num 3. vers. ratio
ast. C. de sacrasanct. eccl.* Grammat. *decis. 103. sub num. 1.*
cum allegat. Vetall. *decis. 421. par. 1.* Bald. *cons. 437.
nu. 5. lib. 5.* Soc. *cons. 245. nu. 7. lib. 2.*

Et cùm restitutio illius prætensæ quantitatis
non solutæ posita sit in concordia sub condi-
2 tione, videlicet *si in futurum legitimis probationi-
bus probari poterit, minus dicta scuta 1400. fuisse so-
luta*, certum est probationẽ integræ solutionis
euerti non posse, nisi directis, & cõcludentibus
probationibus, *l. Lucius ff. de condi. & demonstrat.*
Bald. *in l. hac sententia num 11. C. de senten. quæ sine
cert. quant. profer.* Rota coram Illustrissimo Blan-
chetto in vna Pampilonen. beneficij 17. Maij
1577. & facit tex. *in l. generaliter. C. de non num. pe-
cun.* quæ deficiunt in proposito.

Non obstat assertio Capitanei Gualterij facta
in instrumento procurę vbi dixit recepisse scu-
ta 650 in testamẽto vbi mandat restitui eadem
scuta 650. quia non euertit probationem dire-
ctam, quæ colligitur ex supradictis instrumen-
tis, & in hoc non est credendum Capitaneo
3 Gualterio, quia loquitur in proprium commo-
dum, & contra propriam confessionem gemi-
natam, *l. nullus idoneus. ff. de testam.*

Nec facit D. Lauiniam acceptasse vsumfru-
ctum ex testamento Capitanei Gualterij, quia
4 non fuit hæres vniuersalis, & in hærede parti-
culari non procedit text. *in l. cum à Matre. C. de
rei vendic.* & ibi Bald. & alij allegati per Gabr.
de reg. iur. conclus. 11. nu. 16. & 17. quod tanto magis
verum est si D. Lauinia confecit inuentarium,
& in eo apposuit creditum integræ dotis.

5 Nec etiam probatur simulatio confessionis
prædictæ integræ solutionis, nã cùm in primis
requiratur causa simulationis, Bart. *cons. 65. incip.
Petrus Nicole lib. 1.* Alex. *cons. 111. n. 1. lib. 3.* Dec. *cons.
463. num.* 8. Rota *decis. 1. de not. in nouis*, & fuit sæpe
dictum, hæc non probatur de tempore factæ
confessionis, & de ea non deponunt testes nisi
per quandam coniecturam. Præterea non pro-
6 batur minor solutio, quia Testis Lauiniæ, qui
datur *in summario n. 7.* de credulitate nõ probat,
quæ non est directa, & concludens probatio.

Et quintus testis super tertio licèt veritatem
dicat Dominum Capitaneum Gualterium re-
7 cepisse nisi scuta 650. tamen nõ assignat ratio-
nem scientiæ, quæ in probatione negatiua re-
quiritur, Bald. *in l. optimam. ff. de contrah. stipulat.*
Dec. *cons. 101. nu. 1. vers. ad confirmationem.*

Nec probatur existentia Apochæ cõtinentis
confessionem simulationis, quia primus testis
in summario nu. 11. patitur exceptionem propter
8 coniunctionem sanguinis, Bart. *in l. admonendi,
n. 37. ff. de iure iur.* Gabr. *de Testam. conclus. 17.*

Præterea discordat in summa, & quintus te-
stis *sub ead. num.* loquitur de auditu, fides Aeneæ
9 non facit fidem, & alii testes nihil probant.
Et ita conclusum.

R. P. D. IVSTO.

Romana donationis 30000. de Lutaghis, Venetis
3. Decembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Notarius potest declarare verba, quæ propter distinctionem, &c. non sunt omnino clara, quamuis præsumptione aliam recipere possint interpretationem, & n. 2.*
3 *Notarius præsumitur in continenti, vel paulo post*

extendisse instrumentum:

4 *Obligatio Cameralis an comprehendat bona haeredum, & num. 9.*

5 *Extenditur illud, quod est.*

6 *Obligatio eadem est in referente, quae in relato.*

7 *Obligationis Cameralis formula variatur respectu rei obligandae, iuxta voluntatem contrahentium, & num. 8.*

10 *Forma Camerae firmat obligationem non ampliat.*

11 *Extensio facta per Notarium praesumitur facta secundum partium intentionem de qua erat informatus.*

12 *Appositum in instrumento censetur appositum de voluntate contrahentium, & omissum remanet in dispositione iuris.*

13 *Clausula caeterata indiget extensione.*

14 *Relatum non potest esse sine referente.*

15 *Notarius non potest extendere, quod non est in breuiatura.*

16 *Obligatio causatur ex consensu.*

17 *Substantia contractus non potest suppleri, nec per Notarium, nec per Iudicem.*

DECISIO CXXXVI.

IN concursu creditorum Ioannis Baptistae Luraghi venit Paulus eius filius asserens se esse priorem, & potiorem creditorem scutorum 30000. & fundauit eius intentionem in donatione similis summae aliua per q. Paulum Luraghium seniorem sub die 5. Ianuarii 1580. ad fauorem Ioann. Baptistae, & eius filiorum facta praetendens, quod donator obligauerit ad fauorem donatariorum nonsolùm bona propria, sed etiam bona suorum haeredum, & successorum, quodq; bona Ioannis Baptistae, qui etiam fuit haeres praedicti Pauli Senioris de illo tempore fuerint hypotheecata pro summa scutorum 30000. donatorum.

Verùm, quia alij creditores negarunt in dicta donatione fuisse obligata bona hęredũ donantis, & allegarunt instrumentum donationis à q. Prospero Campana vno ex duobus notariis de illa terra in solidum rogatis publicatum, in quo non legitur talis obligatio bonorum haeredum, Paulus verò replicauit non esse attendendam extensioœm dicti Campanae, sed obligationem deberi extendi iuxta stylum Curiae, ideo die Veneris 4. Decembris 1599. proposui Dominis disputandum infrascriptum dubium.

Praesuppositis verbis instrumenti in actis producti per D. Paulum Luraghium, quae sunt pro quibus omnibus, & singulis semper, & perpetuo firmiter tenendis, & inuiolabiliter obseruandis praedictus dictus Paulus Luraghius donator se ipsum eiusque haeredes, & successores quoscunque, ac omnia, & singula mobilia, immobilia seque mouentia, & iura, & actiones, & debitorum nomina, & alia quaecunque bona praesentia, & futura obligauit, & hypotheeauit in forma Camerae Apostolicae cum solitis, & consuetis clausulis, citra tamen, & praeter constitutionem procuratorum, quandocunque extendendis per nos notarios in solidum rogatos, aut alterum nostrũ, vel quemuis alium notarium, qui requisitus fuerit, absque citatione, & Iudicis decreto.

Et praesupposita extensione obligationis Cameralis iuxta stylum A.C. quae ita se habet, pro quibus omnibus, & singulis vti praemittitur tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis se suosque hęredes sua, & illorum bona mobilia, & immobilia, ac se mouentia, debitorum nomina, iura, & actiones, & alia quęcunque bona pręsentia, & futura vbicunque locorum existentia me notario publico &c. in ampliori forma Camerę Apostolicę obligauit, & hypothecauit:

An extensio facta per Notarium sit attendenda in casu ad effectum de quo agitur.

Et, quod potius attendenda extentio obligationis Cameralis iuxta stylum Curię in qua adest obligatio bonorum hęredũ concludendum videbatur, quoniã donator in obligatione non se restrinxit ad bona sua, sed dixit omnia, & singula bona &c. obligauit, & hypotheeauit in forma Camerę Apostolicae, quę verba videntur posse intelligi tam de bonis suis, quàm de bonis hęredis, quę cùm legantur expresse in obligatione in forma Camerę ad quam se retulit donator, nulla ratio videtur esse, vt attẽdamus extentionem pręmissam Notarij dimissa solita extensione quam attẽdere voluit donator, ex quo se retulit ad illam, nec propterea alteratur dispositio, quia verba possunt reduci ad illam formulam, vt post Alexan. tradit Neuiz. *cons. 92. nu. 31. & 32.* quod si donator voluisset excipere, id
1 fecisset; sicut excepit constitutionem procuratorum: vnde non intrant conclusiones, quod Notarius potuerit declarare verba, quę propter dictionem, *&c.* nõ sunt omnino clara, vt fuit dictum corã bon. mem. Orilien. in causa Romana
2 Casalis Iuliani 4. Iulii 1584. quamuis pręsumptiuè aliam recipere possint interpretationẽ, Soc. *cons. 94. n. 30. in fine lib. 1.* Alex. *cons. 70. nu. 40. lib. 2.* Aretin. *cons. 84. n. 31.* Aym. *cons. 201. nu. 11.* quia pręsumitur Notarius tunc fecisse, vel in continenti
3 post, Bart. *in l. non solum. §. sed. ff. de nou. oper. nunc.* Cassad. *decis. 3. n. 2. & decis. 4. nu. 5. super regulis,* nam hoc casu donator nõ dixit, *bona sua, sed bona &c.* quę dictio *&c.* cùm requirat extensionem, & donator voluit extendi cũ clausulis solitis, merito debet extendi, vt comprehendat bona hęredum iuxta stylum, & communem consuetudinem, quod etiam si nulla alia facienda esset extensio: tamen deberemus hoc casu videre solitum A.C. ad interpretationem clausulae dubię quę cantant de bonis sine illa expressione de quibus bonis intellexit donator.

Verùm his non obstantibus pro maiori parte Dominorũ decisum fuit Extensionem Campanę, respectu obligationis bonorũ hęredis, esse attendendam, quę an sit apta de per se comprehendere bona hęredũ, vel ne, attento iure com-
4 muni, est alterius inspectionis, sed quod respectu clausularum obligationis *in forma* Camerę sit apta recipere extensionẽ solitam, & consuetam secundum stylum Curiae, moti fuerunt Domini tam ex intentione, & mente donatoris, quàm ex dispositione iuris communis.

Quo ad mentem, in primis attendenda sunt verba imbreuiaturae: quae ita iacent, pro quibus omnibus, & singulis praemissis semper & perpetuo firmiter tenendis, & inuiolabiliter obseruandis praedictus D. Paulus Luraghius donator

se ipsum

se ipsum eiusque hæredes, & successores quoscunque & omnia, & singula bona &c. Iura, &c. obligauit, & hypothecauit in forma Cameræ Apostolicę cũ solitis clausulis, & cautelis, quæ in imbreuiatura non potest recipere extensionem, nisi secũdum materiam præexistẽtẽ, quia
5 illud extenditur, quod est, glos. fin. *in cap. fin. ne Cleric. vel Monachorum nota in cap. significasti de foro compet. & l. eum qui in prouincia. ff. si cert. pet.* Barbat, *in termin cons. 9. nu. 18. lib. 4.* sed materia diceretur præexistere, si obligatio in forma Cameræ tota in imbreuiatura fuisset, scilicet pro quibus omnibus, & esse in forma Cameræ obligauit extendendo, &c. vel etiam si imbreuiatura fuisset in illis verbis *se ipsũ, ac suos hæredes, successores, ac omnia, &c.* ita imbreuiatura est apta continere in ventre suo, & suorum hæredum prædictorum bona, & posset expectare, & recipere eandem extẽsionem, sed in hac imbreuiatura vbi dicitur se ipsum, suos hæredes, & successores quoscunque & omnia, & singula bona, &c. nihil aliud continetur, quàm concernens qualitatem bonorum, videlicet omnia, & singula bona mobilia, & stabilia, seque mouentia, vel alias, vt in formulis, quæ exhibentur, in quibus non comprehenduntur bona hære-
6 dum, idcirco fuit materia extendenda, quia tanta est obligatio in termino referẽte qualis, & quanta in termino ad quem fit relatio *l. certum. ff. si cert. pet. l. vbi autẽ. §. illud. & ibi not.* Bart. & alii. *ff. de verb. obligat. l. asse toto. ff. de hered. instit.* Tiraq. *de leg. connub. glos. 7. n. 182. cum seq.*

7 Neque videtur dubium, quod respectu rei obligandæ per contrahentes principium formulæ obligationis in forma Cameræ est variabile, quia promittẽs, & si vult, potest excludere bona hæredis, cùm possit se restringere ad bona propria, quod est voluntatis à principio, *l. si-*
8 *cut. C. de act. & obligat.* & hoc conceditur contrariis argumẽtis, & benè deducitur per informantes pro creditoribus ex diuersis formulis secundum diuersas materias. Ergo dicendum est, idem esse, si dimisit obligationem bonorum
9 hæredis, sed alia diuertendo, & si bona hæredũ non sunt expresse obligata, vel non cõtinentur sub verbis cæteratis, nullo modo dicendum est
10 obligare, Bald. *in l. assiduis. num. 13. C. qui pot. in pignor. habean.* vbi Ang. *nu. 8.* Afflict. *decis. 200. nu. 1. & 2.* facit Paris. *cons. 48. nu. 25. cum seqq. vol. 1.* quia forma Cameræ non ampliat obligationem, vt Rota tenuit coram R. P. D. meo Pamphilio in vna Asculana pensionis 7. Decembris 1586. & Mass. de forma Cameræ, *par. 1. qu. 3. num. 2.* Franc. Sarmien. *Select. interpret. lib. 1. c. 11. n. 2.* Gabr. *cons. 173. nu. 2. lib. 1.*

Quę tanto magis vera videbatur si donator in illis verbis summam scutorum 30000. monetæ ad Iulios decem pro scuto extrahens ex bonis ipsius Pauli, intelligatur se voluisse restringere ad bona propria, iux. text. *in l. voluntatis, vbi glos. in verbo Iudicis. C. de fideicommiss.* Salic. *in l. si quis argentum. § 1. nu. 3. C. de donat. cum aliis allegat.* cùm enim hoc modo donatio non sit, nisi respectu bonorum donatoris, videtur esse contra voluntatem donatoris ẽcludere, quod pro bonis deficientibus teneatur hæres supplere, & ita extendendam esse obligationem.
11 Sed ex dispositione iuris, idem concluserunt Domini, quoniam extẽsio facta per Notarium, præsumitur facta secundum partium intentionem, de qua erat informatus, *cap. ad audientiam de præscript. cum not. in l. si quis decursis. C. ad leg. Corn. de fals.* Bald. *in l. errore. C. de test. tut.* Roma. *consil. 179. num. 6.* Dec. *consil. 440. numer. 2.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13.* cum aliis, qui allegantur.

Et ita videbatur non obstare, quæ in contrarium allegabantur.

Quibus etiam fuit particulariter responsum, verum esse, quod in formula communi solita obligationis in forma Cameræ adest obligatio bonorum hęredis: sed non minus verum est, donatorem potuisse apponere obligationem in forma Camerę, & non obligare hæredes, vt dictum est, quapropter non sequitur, quod exclusit ab obligatione bona hæredis, ergo voluit obligare, quoniam apponendo obligationem in forma Cameræ extensam in illis verbis, in quibus solet apponi obligatio bonorum hęredum, & omittendo obligationem bonorum hęredis, satis exclusit, si non apposuit: Si
12 quidem quod est appositum, de voluntate partis dicitur appositum: & quod est omissum, debet remanere in dispositione iuris communis, *l. commodissimè. ff. de lib. & posth.* & consequenter si omisit obligationem bonorum hæredis, nullo modo dicendum est voluisse obligare, Bald. & Ang. *in d. l. assiduis,* Afflict. *d. decis. 200.*

Non obstat, quod extensio Notarij non sit perfecta, quia retulit ad extensionẽ faciendam, quoniam non denegatur extensio clausularum circa partem referentem, sed ampliatio obligationis precedentis extensæ, & ibi nulla adest
13 relatio: & quemadmodum, quando in instrumento adest clausula *ceterata,* & alia non ceterata, illa ceterata indiget extensione secundum stylum, & consuetudinem, Ias. *in l. Gallus, § idem credendum, nu. 10.* post alios DD. *ff. de lib. & posth.* non cæterata non suppletur, ita in casu nostro, obligatio in forma Cameræ recipit extensio-
14 nem in parte referente: non autem ampliationem in parte extensa: quia relatum non potest esse sine referente, vt patet.
15 Non obstat, quod potest extendi ab alio Notario, qui in solidum rogatus fuit de dona-
16 tione, quoniam dictus Notarius illud extendere non potest, quod non est in imbreuiatura: cùm obligatio causetur ex consensu, *l. ex consensu. l. obligationum substantiam, ff. de act. & obligat.* & ideo tantum adest, quantum legitur in verbis, neque expresse, neque sub compendio, vt
17 fuit ostensum: quapropter deficit substantia, quę non potest suppleri, neque per Notarium, neque per Iudicem, etiam si sit data à partibus facultas extendendi, Ferret. *cum allegat. cons. 254. nu. 6. & 7.* Barbat. *d. cons. 9. nu. 18. lib. 4.*

Ex quibus in hoc casu videntur cessare omnia, quæ apponuntur in contrarium.

R. P. D. IVSTO.

Romana donationis 30000. de Lutaghis, Lunæ 14. Nouembris 1605.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, &c. habet in se solum ea, quæ deficiunt in*

sermone, & in ea parte, vbi apponitur.
2 *Clausula, &c. habet in se omnia, quæ solent sequi secundum consuetudinem.*
3 *Clausula, &c. virtus est complere orationem.*
4 *Clausula, &c. posita post relationem partis alicuius dispositionis comprehendit sequentia in illo relatu.*
5 *Omissa non possunt extendi per clausulam, &c.*
6 *Donans non est verisimile, quod voluerit obligare bona hæredum si non expressit.*
7 *Donatio non prodest hæredi, sed non nocet.*
8 *Notarij quoties habent mentem, & intentionem contrahentium possunt extendere instrumentum cæteratum.*
9 *Notarius in continenti, vel parum ante rogatus præsumitur habere veram mentem contrahentium.*
10 *Obligatio Cameralis comprehendit bona hæredum in sua formula.*
11 *Obligatio Cameralis diuiditur in duas partes, & in quas.*
12 *Obligatio in prima parte recipit variationem ex voluntate partium.*
13 *Obligatio Cameralis in secunda parte continet clausulas, & cautelas solitas.*
14 *Clausula, & cautela, quæ continentur in secunda parte obligationis Cameralis possunt extendi.*

DECISIO CXXXVII.

DOminis placuit decisio, quæ fuit in hac causa facta sub die Veneris 3. Decembris 1599. ex rationibus tunc allegatis pro decisione, non obstantibus, quæ denuo deducebantur ad eius decisionis impugnationem, & quæ in effectu ad duo capita reducebantur.

Primum ad clausulam cæteratam in obligatione in forma Cameræ, in qua extendi solet hypotheca, & obligatio bonorum hæredis.

Secundum, quia in notula dicitur, se obligauit in forma Cameræ, cum solitis clausulis, & cautelis, & ipsemet Campana Notarius, de cuius extensione agitur, addit, quandocunque extendendis per Notarios, aut alterum nostri, vel quemuis alium, quæ verba denotant nondum esse plenè extensam formulam obligationis in forma Cameræ.

Quo ad primum Dominis placuit, quod dictum fuit in alia decisione, videlicet, quod clausula *cæterata* non fuit posita in parte obligationis, vt habeat in ventre tanquam materiam præexistentem obligationem bonorum hæredis, & tamen est verum in iure, quod clau-
1 sula, *&c.* habet in se solum ea, quæ deficiunt in sermone, & in ea parte, vbi apponitur, Bart. *in l. Gallus, §. idem credendum, num. 3. ff. de lib. & posth.* &
2 habet omnia, quæ solent sequi secundum consuetudinem, Corn. *cons. 225. in fi. lib. 3.* quia virtus
3 istius clausulæ est complere orationem, Aym. *cons. 34. num. 7.* & propterea dicit Felin. *in cap. cum P. Tabellio nu. 10. in fin. de fide instrument.* quod vbi refertur aliqua dispositio pro parte, & post-
4 ea dicitur, *&c.* comprehenduntur sequentia in illo relato, in casu autem nostro in ea parte, vbi solet extendi obligatio bonorum hæredum, nullum adest verbum cæteratum, sed oratio perfecta, quæ non potest ampliari, & adest, *&c.* quod illud verbum bona, *&c.* vbi extenduntur mobilia, & immobilia, vt dictum fuit, quæ propter respectu clausulæ cæteratæ nihil adest quod extendi possit, quia obligatio hæredum potius videtur omissa quam debeat, vt dicit Bart. *in d. §. idem credendum, num. 3. in fine,* quod ea
5 quæ omittuntur non extendantur, & ista videbantur Dominis multum coadiuuari ex alia decisione facta coram me in hac causa die 28. Maij 1604. vbi fuit dictum, quod hæc donatio est expresse restricta ad bona donantis, vnde videtur verisimile, quod stante hac restrictione,
6 nec etiam donans voluerit pro donatione obligare bona hæredũ, & ostensum est, quod Campana Notarius in contractu donationis sub forma Cameræ nunquam extendit obligationem hæredum, & ratio potest esse, quia in aliis contractibus vltro citroque obligatorijs apponitur hæc hypotheca in bonis hæredis, quia cum actio, & commodum ex illo contractu in hæredem transeant, videtur æquum, quod pro obseruatione sint etiam hypothecata bona ipsius hæredis, non sic est in donatione, quæ non
7 prodest hæredi, sed nocet, cum dicta bona donata hæreditatem, & patrimonium defuncti diminuant.

Non obstant exempla, quæ ostenduntur, quia in maiori parte horum exemplorum clausula *cæterata* est in loco, vbi habet in ventre ea, quæ deficiunt, vt videri potest, & sic bene est facta extensio, sed non sequitur, quod extensio facta à Campana non sit bona, in aliis autem exemplis dico, quod Notarij, qui extenderunt, habuerunt materiam præexistentẽ, mentem, & in-
8 tentionem contrahentium, quæ sufficiebat ad extensionem, vt not. communiter DD. *in cap. cum P. Tabellio de fide instrument.* latè Ias. qui alios allegat *in d. §. idem credendum, nu. 18.* Soc. *cons. 94. n. 4. lib. 1.* quod in casu nostro accidit Campanæ Notario, quia clausula *cæterata* in loco opportuno fuit omissa, & nulla mentalis intentio apparet, ex quo potuerit extendere obligationem bonorum hæredum, ideo non potest eius extensio impugnari, sed debet attendi ex præsumpta notitia, quam habuit Notarius, rogatus in
9 continenti, vel parum ante, vt dixit Rota coram bon. mem. Robusterio in causa Romana Casalis Iuliani 16. Ianuarij 1579.

Quo ad secundum dicebatur, quod etsi in relatione potius attenditur relatum quàm re-
10 ferens, & refertur obligatio in forma Cameræ, cuius formula est certa, & in ea continetur obligatio bonorum hæredum, & sic ea videtur attendenda, quicquid deficiat in referente: vt per informantes pro D. Maccarano, quia qui hoc multum restringere videbatur, tollitur aduertendo, quod obligatio in forma Cameræ habet
11 primam, & secundam partem, vt in ea distinguit Gall. in prima exprimitur quid, & quãtum partes velint obligare pro obseruatione cõtractus, super quo apponitur, & subditur in forma Ca-
12 meræ solemniter obligauit, quæ prima pars recipit varietatem ex voluntate partium, quæ modo plus, modo minus: quandoque vnam volunt obligare personam, videlicet hæredis, quandoque non, vt in multis exemplis exhibitis, quæ omnia à principio consistunt ex voluntate
13 contrahentium, in secunda verò parte sunt clausulæ, & cautelæ obligationis in forma Ca-

meræ,

meræ, vt in Commentario Gallesij ad ipsam secundam partē, & sunt multæ, & hæ sunt clausulæ solitæ, & consuetæ de quibus intelligit Campana, & ad quas se refert pro extensione,
14 & istæ si liber possunt extendi, in quibus disputantur multæ quæstiones per Gallesi. non autem continetur aliquid de prima parte obligationis sub qua cadere potest obligatio bonorum hæredum. & hæc colligitur ex verbis super quibus fit fundamentum, scilicet cum solitis, & consuetis clausulis, & cautelis, subdit, citra tamen, & præter constitutionem procuratorum quandocunque extendendis, quæ verba *citra tamen*, sunt in secunda parte obligationis non in prima, sed ad secundam se refert, & in hoc plus debet attendi relatum, quàm referens, vt per informantes pro D. Maccarano, sed non propterea dicendum est quod in relato adsit obligatio bonorum hæredis, quæ veniat extédenda vltra obligationem extensam à Campana, præsertim, quia ita extensam donator insinuauit, & postea producta fuit.

Ex quibus per DD. iterum hoc modo fuit decisum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Nullitatis obligationis, Lunæ 27. Februarij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio Legis & Inuentarij si se obligauit legatum soluere non facta mentione beneficij legis & inuentarij tenetur de proprio, etiam si vires hæreditariæ non sufficiant.*
Contrarium firmatur num. 4. & 9.
Amplia hanc secundam opinionem, etiam si renunciauit omni legum auxilio, nu. 12.
Amplia secundo etiam si se obligauit cum clausula in solidum, *num. 14.*
2 *Obligatio, quæ competit pro legatis non comprehendit bona hæredis.*
3 *Fallit, quando hæres se obligauit legatum soluere.*
4 *Contrarium tenet.*
Promissio nunquam censetur emanata animo nouandi obligationem legalem.
5 *Amplia, quod promittens aliquid non videtur in plus se velle obligari, quā ad quæ erat obligatus.*
6 *Promissio simplex semper videtur continere reseruationem beneficij sibi competentis, vbi ponit exempla.*
7 *Quod maximè procedit, quando promissio subsequēs fuit facta in vim causæ præcedentis, quæ tale beneficium tribuebat.*
8 *Statutum vrbis in contractu mulieris requirit causam vtilem obligationis sine qua nec consanguinei consensum, nec Iudicis decretum interponere possunt.*
10 *Nouatio hodie non inducitur nisi expresse, vel tacitè propter incompatibilitatem.*
11 *Promissio, quando potest concurrere cum dispositione Iuris communis, nec illi contrariatur, tunc non facit deficere legis præmissionem.*
13 *Renunciationis defectus est impedimentum remouere pro faciliori executione, non autem augere obligationem.*
14 *Obligatio Cameralis non continet in se clausulam* in solidum.

DECISIO CXXXVIII.

BOn. Mem. D. Iustus Rotæ Auditor vigore decreti Congregationis Beati Principis Apostolorum Petri de vrbe tribuentis ei facultatem exequendi legatum bon. mem. Laurentij Celli maritādi puellas cum dote scutorum 500. ordinauit D. Isabellæ Celsæ hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, vt solueret eam summam Catherinæ filiæ q. Hortensiæ Alumnæ in Monasterio Sancti Bernardini, quando Monialis efficeretur, & professionem fecerit, quæ D. Isabella enunciato ordine prædicto per instrumentum se obligauit formalibus verbis.

Promisit, & se solemniter obligauit soluere, & exbursare supra dictæ Catherinæ filię q. Hortensiæ supradicta scutor. 500. quando ipsa Catherina monialis efficietur, & professionem fecerit additis generalibus enunciationibus, & cum obligatione Camerali.

Detecta autem tenuitate virium hæreditatis prætendit D. Isabella ad solutionem legati non teneri vltra vires hæreditarias. Quare dubitauit: An obligatio sit valida, & pro D. Isabella fuit resolutum non teneri vltra vires hæreditarias.

Fuit enim quæstio hæc antiqua inter Doctores: An hæres cum beneficio legis, & inuentarij, qui se obligauit proprio nomine, & cum obligatione suorum bonorum, & in solidum soluere legata, si discusso inuentario hæreditas reperiatur non soluendo, teneatur de proprio, quam examinarunt ex professo Ang. *cons. 31. col. 2. vers. secundum inuenio.* Corn. *cons. 31. nu. 11. lib. 3.* Aretin. *cons. 147. nu. 2. & 3.* Roland. *tract. de inuent. in 4. par. in cap. quod incipit, beneficium inuentarij an prosit hæredi.* Phanut. *eod. tract. part. 6. nu. 110.* Dec. *cons. 496. nu. 12.* Boer. *decis. 53. nu. 8.* Surd. *cons. 191. n. 25. & 26.* & prædicti omnes tenuerunt hæredem
1 posse adstringi ad soluendum de proprio, quia
beneficium inuentarij prouidet hæredi circa actiones passiuas descendentes à defuncto, non autem subuenit aduersus actiones, quibus tenetur ex suo facto, obligatio enim proueniens ex causa hęreditaria videtur nouata ex facto, & stipulatione D. Isabellæ, dum pro solutione legati obligauit se, & bona sua, & alia est obliga-
2 tio, quæ datur pro legatis secundum quam non
obligantur bona propria hęredis, Bart. *in l. 1. in fine. C. commun. de legat.* Negus. *part. 2. memb. 4. nu.*
3 *159.* alia est obligatio propria hęredis, per quam
conuenitur, vt noua persona, cui non prodest beneficium inuentarij, Surd. *dict. consil. 191. numero 26.*

Contrariam tamen sententiam amplexi sunt Domini in casu de quo agitur, quia regulare
4 est, quod promissio nunquam censetur emana-
ta animo nouandi legalem prouisionem, *l. 4. §. si ex conuentione, ff. de re iud. l. pen. C. de execut. rei iud.* Bald. *cons. 329. nu. 1. vers. ex aduerso vol. 1.*
5 Nec est verisimile, quod quis voluerit se obli-
gare in plus, quàm fuerit obligatus. & ea ratione moti Afflict. *decis. 399. n. 13.* Natta *cons. 416.* Roland. *in tract. de lucro dot. quæst. 37. per totum.* Surd. *cons. 34. num. 34. vol. 1. & in decis. 132. num. 21. & seq.* Illustrissimus Cardinalis Mantica, *de contract. lib. 3. tit. 7. num. 19.* inferunt ad similia de promissione solutionis legatorum, quę intelligitur saluo beneficio legis Falcidię, & de promissione

6 restitutionis dotis, quæ intelligitur saluo beneficio lucri dotis, de promissione faciendi restaurum, quod intelligitur secundum ius commune disponit, ita, vt quælibet simplex promissio videatur continere reseruationem beneficij
7 sibi competentis, quæ conclusio tanto magis in præsenti casu procedere visa fuit, vbi præcessit ordinatio iniungens D. Isabellæ hæredi cum beneficio inuentarij, vt solueret legatum, vnde promissio, & obligatio subsequens, quæ aliàs esset sine causa, cùm soror non teneatur debitũ fratris persoluere, videtur de necessitate referẽda ad preambulum titulũ hæredis, qui fuit causa obligationis, Felin. *in cap. si cautio num. 16. in 12. fallent. de fid. instrum.* Surd. post alios *cons. 19. n. 20.*
8 *&* 21. *vol.* 1. & hic sensus maximè videtur conuenire contractui mulieris propter statutum Vrbis, quod requirit causam vtilem obligationis, sine qua nec cõsanguirei consensum, nec Iudex decretum potest interponere ad sustinendum
9 huiusmodi contractum, & huic sentẽtiæ in terminis de quibus agitur contra Ange. & alios se subscripserunt Monticul. *in tract. de inuentario. qu. 11. n. 8.* Minadois *decis. 25. num. 6. & 7.* Franch. *decis. 313. nu. 3* & apertius *decis. 648. per totam.*

Non obstat exceptio nouationis obligationis, quæ fuit potissima ratio Angeli, quia hodie
10 non inducitur nisi expresse, vel tacitè propter incompatibilitatem, Bald. *in l. fin. in princip. C. de nouat.* Dec. *cons. 400. num. 2.* latissimè post alios Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 134. nu. 36. & in cons. 562. num. 1. lib. 6.* Illustrissimus Mantica *de contract. lib. 17. tit. 3.* incompatibilitas autem non videtur considerabilis, quia obligatio propriæ personæ, & bonorum suorum potest conuenire, quando facta discussiona inuentarij appareret superesse bona hæreditaria, vt tunc exequendum sit contra personam, & bona promittentis quod erit vtile creditori, ne illi obiiciatur de dispositione *l. fin. §. & si præfatam. Cod. de iure deliberandi*, vt considerat Franch. *dict. decis. 648. in fin.*

11 Et quatenus promissio potest concurrere cum dispositione iuris communis, nec illi contrariatur, tunc non facit deficere legis prouisionem, Bald. *cons. 329. nu. 1. vol.* .. & Bald. sequitur Gozzad. *cons. 74. n. 11.* Surd. *cons. 34. nu. 34. lib. 1.*

12 Non obstant generales renunciationes *omni legum auxilio, &c.* quæ ponderantur per Corn. *d. cons. 31. nu. 13. vol. 3.* vt ex eis censeatur renunciatum beneficio inuentarij, quia eadem ratione euitatur obiectum, vt censeatur renunciatum beneficio inuentarij, quando bona hæreditaria non superessent ad effectum executiuè agendi
13 contra eum, & bona sua: effectua enim renunciationis est impedimentum remouere pro faciliori executione, nõ autem augere obligationem, Put. *decis. 177. per totam lib. 1.*

14 Denium non obstat clausula *in solidum*, quæ considetatur pariter à Corn. & dicitur comprehensa in extensione obligationis Cameralis, quia vltra quod formula obligationis Cameralis non videtur continere similem clausulam, vt aliàs fuit dictum in Romana Pecudum 26. Iunij 1591. coram Reuerendissimo D. Penia Decano, cùm de natura illius sit arctius ligare, non autem augere obligationem, Gallef. *de obligatione Camerali par. 3. qu. 3. num. 2.* Gabr. *cons. 173. nu. 2. lib. 2.* videtur etiam compatibilis, quatenus supersint bona hæreditaria ad faciliorem executionem pro creditoribus, vt euitent incommoda, quæ ex beneficio inuentarij solent parati.

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. IVSTO.

Maceraten. bonorum, Lunæ 1. Februarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, quod aliquo casu eueniente instrumentum habeatur pro non facto, *non inducit nouam obligationem, vel promissionem.*
2 *Obligatio Cameralis non habet locum, nisi pro expressis in instrumento.*
3 *Executiue procedi non potest quoties actio non venit ab obligatione in forma Cameræ, sed ab extra à iurium reseruatione.*
4 *Clausula* de obseruando omnia, & singula, *est executiua, quæ non ampliat obligationem.*
5 *Obligatio Cameralis non auget, sed stringit obligationem.*

DECISIO CXXXIX.

IN obligatione erga Antonium facta per Capitaneum Franciscum, non legitur promissio restituendi, immo potius contrarium, quia dicitur, quod eueniente casu remaneat in eo iure, ac si instrumentum factum non fuisset, quod ius competebat casu, quo illi quorum fauore facta erat renunciatio decederent sine liberis, & ita
1 nihil de nouo promittitur, vel acquiritur, Oldrad. *cons. 214. nu. 2.* Ruin. *cons. 41. num. 8. lib. 1.* sed limitat tantum, & moderatur generalem remissionem, ab ipso Antonio factam.

2 Vnde sequitur necessario non posse procedi ad mandatum executiuum vigore obligationis in forma Cameræ, quæ non intrat, nisi pro expressis in instrumento, Rota coram bon. memo. Lauretano in Romana pecuniaria de Zambeccariis 20. Maij 1580. & quando actio non prouenit ab obligatione in forma Cameræ, sed ab extra, vt in casu nostro, ex iurium reseruatione, via executiua non proceditur, vt sæpe dixit Rota, & vltimo loco coram Domino meo Litta in Romana pecuniaria de Monoribus 16. Iunij 1600.
3

4 Non obstat clausula *de obseruando omnia, & singula*, quoniam est clausula executiua, quæ non ampliat obligationem, *Clementin. 1. in fin. de preben.* Card. *cons. 25. in fin.* & ita sæpe dictum est
5 de obligatione in forma Cameræ, quæ non auget, sed stringit, vt coram me in vna Romana 30000. 3. Decembris 1599.

Et ex his capta fuit resolutio contra informantem.

R. P. D. CAVALERIO.

Veliterna Vineæ, Veneris 20. Martij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Primum extremum in Saluiano, nempe creditum cum hypotheca probatur per instrumentum.*

2 *Secundum*

2 *Secundum extremum in Saluiano probatur ex sustentatione litis.*

3 *Retentio competit pro melioramentis, ad impediendam immissionem.*

4 *Fallit, quando melioramenta non sunt liquida, nam tunc præstita cautione de illis reficiendis facta liquidatione, immissio non retardatur.*

Melioramenta tribuunt possessori retentionem, & immissionem impediunt.

5 *Fallit, quando melioramenta non sunt liquida, nam tunc præstita cautione de illis reficiendis facta liquidatione, non retardatur immissio.*

Immissio, quando retardatur per retentionem melioramentorum, vide retentio, & melioramenta.

DECISIO CXL.

ROta censuit sententiam R. P. D. Ripæ latam in Iudicio vtili Saluiani Interdicti esse cõfirmandã, cùm ex testibus datis in summario DD. de Odescalchis, plenè probetur primum extremum super possessione Vineæ nam primus examinatus pro parte ipsorum super secundo, & tertius, & quartus examinati pro parte Alexandri Cotti iuxta 13. conformiter deponunt q. Siluestrum fratrem Iacobi principalem debitorem possedisse vineam de qua agitur, etiam de tempore obitus.

1 Constat de obligatione crediti, & hypotheca eorundem de Odeschalchis ex instrumentis societatis officij, & cessionis productis in actis ex quibus apparet ipsos fideiussisse in societate officij pro Siluestro, qui eos releuare promisit, item soluisse, & reportasse cessionem à q. Hieronymo Gallo, qui dederat pecunias, contra Siluestrum, & alios obligatos.

2 Constat etiam de secundo extremo ex litis sustentatione, Caputaq. *decis.369.par.2.* iunctis testibus examinatis ab Odescalchis, qui clarè deponunt vineã hodie possideri ab Alexandro.

3 Difficultas videbatur esse super melioramentis, quæ Alexander in vinea fecisse prætendit, pro quibus etiam prætendebat sibi competere retentionem, iuxta textum *in l. qui in area. ff. de condict. indeb.* not. Doctor. *in l. si non sortem. §. si certum eod. tit.* Capic. *decis.27. nu.7.*

4 Verùm quia Domini non habebant hæc melioramenta pro plenè liquidatis, censuerunt satis fuisse consultum Alexan. per cautionem iux. decis. Pat. *47. num. 5. lib. 2.* Dominus Ripa in sua sententia pro cuius confirmatione fuit facta resolutio.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Bononien. de Carnalibus, Veneris 11. Ianuarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex instrumento inuestituræ cum clausula* Constituti, & Precarij.

2 *Amplia constare ex locatione, & perceptione fructuum, præsertim concurrente solutione canonũ.*

3 *Amplia constare ex confessione partis in præcepto facto, ac in commissione causæ obtenta.*

4 *Hæredes possessoris, cum quibus lis continuatur, possunt petere manuteneri in possessione debita eorum patris, si vixisset.*

5 *Manutentio danda est hæredi, in quo vigore statuti continuatur possessio.*

6 *Interdictum retinendæ competit hæredi, in quo vigore statuti continuatur possessio.*

7 *Limitatur, quando medio tempore ab initio, ab alio fuerit occupata.*

8 *Possessio non interrumpitur per recognitionem in Dominum, quando possessio est plena, sed necessaria est expulsio dotalis, etiam à conspecta rei.*

9 *Secus est, quando possessio est vacans.*

10 *Facultas ingrediendi possessionem occasione caducitatis, non habet locum, quando caducitas non est clara.*

11 *Pactum de ingredienda possessione propria auctoritate, non habet locum, nisi facta liquidatione.*

12 *Solutio in præteritum facta, præsumitur ex tribus solutionibus vltimorum annorum.*

13 *Solutio probatur ex confessione, in inuestitura noua facta.*

14 *Pro spoliato haberi non dicitur, qui adit Iudicem pro manutentione, ac pro remouendo molestias.*

15 *Petitorium, & possessorium si simul intentatum fuerit, tamen de quo prius liquet, est pronunciandum.*

DECISIO CXLI.

FVit per Dominos resolutum, dandum esse Carnalibus mandatum de manutenendo in possessionem bonorum, de quibus agitur, quoniam de possessione Valerii, eorum patris in vim inuestituræ factæ Iuliano, de anno 1518. cum

1 clausula *constituti, & ex pacto precarij*, & postea renouatæ ipsi Valerio de anno 1593. constat ex locationibus istorũ bonorum per ipsum factis, cum perceptione affictus, præsertim concurrẽte

2 solutione canonum, Soc. *cons. 185. sub nu. 12. vers. secundo principali lib. 2.* & hoc etiam fatentur agentes pro Collegio tam in præcepto facto colonis Valerii, ne ei soluant affictus, quàm etiam in commissione causæ, & declaratione deuolutionis contra eum vti possessorem facta. & cùm

3 Valerius viuens fuerit in sua possessione turbatus à Collegio, & super hac turbatione litem introduxerit, & mandatum de manutenendo petierit, possunt hodie post eius obitum filij, & hæredes, cum quibus eadem lis, & instãtia continuatur *l. heres absens. ff. de iud.* notant Docto. *in*

4 *cap. quia licet, eod. tit.* & prosequi hoc iudicium, & obtinere manutentionem, quæ ratione suæ ciuilis possessionis debita fuisset Valerio, si vixisset, iuxt. not. per Menoc. *in 3. membr. retinendæ num. 262.* qui alios citat.

5 Præsertim stante statuto Bononien. continuãte possessionem defuncti in hærede, de quo meminit Tiraquell. *in tract. le mort saisit le vif. in præfatione in tertia declarat. num. 50.* cuius vigore competit Interdictum retinendæ contra turbantem possessionem defuncti, & absq; actuali apprehensione, vt tradit idem Menoch. *remed. 3.*

6 *num. 59.* & licèt ex aduerso dicatur, hanc continuationem habere locum, quando possessio naturalis fuit medio tempore ab initio occupata, hoc tamen non applicatur huic casui, vbi præ-

7 tensa possessio Collegij fuit mera turbatio, nec priuauit Valerium sua possessione, qui nec in vita, neque post obitum vnquam se habuerit pro spoliato. ad notata per Tiraq. *in d. tract. in 3. declarat. par. 2. nu. 15.*

Et ita non obstat, quod dicebatur de recogni-

tionē colonorum, quia possessio est plena, &
colonus alteri possedit, prout in hoc casu non
8 sufficit recognitio, sed est omnino necessaria
totalis expulsio illorum cum sua familia, etiam
à conspectu rei; cùm eorum facto non possint
intervertere possessionem domini, *l. fin. C. de acq.
poss. §. l. peregre. §. quibus l. quamuis §. si conductor*, &
ibi Batt. *ff. eod. tit.* Dec *cons. 400. num. 9.* Gozad.
cons. 86. nu. 10. Put. *decis. 6. de caus. poss. & propriet.*
9 quicquid dicendum sit, quando possessio est
vacans, & colonus alteri non possidet, vt latissi-
mè deductum fuit coram me in causa Maccra-
ten. hæreditatis sub die 4. Iunij 1590. & 18. Mar-
tij 1591.

Non obstat quod dicebatur ex parte Colle-
gij, ipsum tam iure communi quam ex pacto
inuestituræ potuisse propria auctoritate in-
gredi possessionem ob canonem non solutum,
quia in hac quæstione placuit Dominis distin-
ctio Spec *in tit. de emphyt. §. nunc aliá q. 88. nu 62.
vers. in duos* quem sequuntur Corn. *cons. 193. num. 3.
vers. ant emphyteut a lib. 3.* Hier. Gabr. *cons. 67. nu.
17. lib. 2.* cum aliis per Corb. *de caus. priu. ob non
10 solut. can. quæst. 12. num. 5.* quod ista facultas non
habet locum, quando caducitas adeo non est
clara.

Sed cōtrouertitur ab ipso emphytheuta, qui
probabiliter potest aduersus eam excipere, vel
dubiam reddere, quod dictum fuit etiā *in cau-
sa* Cesenaten. spolii sub die 22. Iunij 1592. coram
Illustriss. Mantica. Et facit etiam, quod regula-
11 riter pactum de ingredienda possessione pro-
pria auctoritate, nō potest exerceri absque præ-
cedente liquidatione, Bart. *in d. l. creditores nu. 4.
C. de pign. act.* Arct. *cons. 32. nu. 1.* Gozad. *cons. 95. n. 3.*
& habetur in decisione Cesenaten. & sæpius te-
nuit Rota in aliis causis.

In hoc autem casu excluditur ista caducitas,
ex solutionibus trium vltimorum annorum, ex
12 quibus ad euitādam deuolutionem præsumi-
tur solutio in præteritum *l. quicunque. C. de apoc.
publ. lib. 10.* quoniam etiam in solutione Cano-
nis pro re emphyteotica locum sibi vēdicate,
tradit Ioan. Andr. *in add. ad Spec. in tit. de emph.
§. 1. nu. 38. vers. pro tribus annis.* Ias. *in l. 2. nu. 135. C. de
iur. emph.* Rot. *decis. 2. de locat. in nou.* Gab. *conclus.
11. de præsumpt. num. 2. cum seq.* Et fuit resolutum in
causa Papien. pecuniaria 15. Martii 1595. coram
me: præsertim concurrente instrumento inno-
uationis factæ Valerio de anno 1595. in quo a-
13 gentes pro Collegio fatentur eis fuisse satisfa-
ctum de præteritis canonibus, & quietant Do-
minos de Catnalibus; quod solum sufficit, etiā,
quod aliunde de solutione non cōstaret, vt de-
notant solutiones canonum, referēs se ad alias
notas præcedentes, quæ non apparent, fuit di-
ctum in causa Rauennaten. domus 27. Martii
1576. coram bon. mem. Cantuccio.

Non obstat, quod Valerius adeundo iudicem
pro reuocatione tenutæ captæ per Collegium,
videatur se habuisse pro spoliato, quia ex ipsa
comparatione constat de contrario, quod imo
adiuit iudicem pro defensione, & manutentio-
14 ne suæ possessionis, & pro remouendis mole-
stiis, & turbationibus sibi de facto à Collegio
illatis; quo fit vt potius dicatur semper reti-
nuisse eiusdem possessionem, cuius vigore possit
interdicto retinendæ agere pro recuperatione

naturali, Bar. *in l. 1. §. fin. nu. 17. ff. vti possidetis.* Ias.
*in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. nu. 54. ff. de ac-
quir. poss.* Put. *decis. 198. num. 4. lib. 1. & decis. 419. in
vna Paduana lib. 2.*

Neque obstant facultates, & priuilegia Col-
legii, quia non excludunt manutentionem, et-
15 iam, quod velint simul, & semel causas cognos-
ci in possessorio, & in petitorio: semper enim,
super eo, de quo prius liquet, pronunciandum
est, Aegid. *decis. 506.* Socin. *cons. 262. sub nu. 3. lib. 2.*
Stafil. *de lit. iust. vers. & inprimis igitur nu. 59. §.
si pars vna dara, num. 3.* & clausula, *manu regia so-
la facti veritate inspecta*, non impedit, quominus
lite durante dicti de Catnalibus summa-
riissimo remedio in sua possessione manute-
neātur.

Et ita conclusum omissis aliis, quæ petitorium
respiciunt.

ILLVSTRISS. MILLINO.

Mediolanēn. bonorum, Lunæ 28.
Martij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Eugeniana habet locum solum ad fauorem Curialis
in causis, in quibus est reus.*
2 *Remedium l. diffamari, non competit ei, qui non pos-
sidet.*
3 *Possessionis continuatio in heredem vigore statuti,
non habet locum, quando defunctus naturaliter
tantum possidebat.*
4 *Possessio non continuatur in heredem vigore statu-
ri, quando possessio de sui natura non est transito-
ria ad heredes.*

DECISIO CXLII.

DOmini resoluerunt non esse locum con-
stitutioni Eugenianæ, quantum ad fratres
1 de Portis, quia Eugeniana habet locum ad fa-
uorem Curialis, solum in causis, in quibus est
reus, & in isto iudicio Dominus Ioannes Bapti-
sta est actor, cùm petat manuteneri, & sibi re-
stitui bona oblata.

Non obstat, quod intentauerit remedium *l.
diffamari*, & consequenter dicitur reus, qui in ad-
ìtum effectum debet docere de sua possessio-
2 ne, cùm hoc remedium non competat ei qui
non possidet, Bald. *in l. 3. num. 7. C. qui b. n. ced. poss.*
Boer. *decis. 54. nu. 10.* Gabr. *de cit. con. lus. 6. nu. 38.*
& fuit resolutum in causa Tolleranus. par. 27.
Iunii 1584. coram bon. mem. Episcopo Lauretā-
no, & de ista possessione non constat, imò pro-
bat possessionem.

Non obstat statutum Mediolanen. de conti-
nuanda possessione defuncti in hæredem, quia
3 non habet locum in bonis, quæ a defuncto na-
turaliter tantum tunc possidebantur, Iino. *cons.
13. col. m. 2.* Ias. *in cons. 147. num. 3. lib. 1.* & in termi-
nis bonorum feudalium, & emphytheotico-
rum tradunt Corn. *cons. 173. in vltimo du. lib. 2.*
Ias. *cons. 152. circa princ. & colum. vlt. lib. 4.* Rub.
Alexand. *cons. 121.* & fuit decisum in Imolen. bo-
norum 20. Aprilis 1592. coram Pamphilio.

Et tanto magis stante pacto apposito in in-
strumento locationis, quod bona locata non
transeunt in hæredes, vnde succedit alia limi-
tatio, scilicet huiusmodi Statuto non esse lo-
4 cum, quando possessio est apud defunctum, ex
causa

causa de sui natura, non transitoria ad hæredes, Alex.cons.159.nu.4.lib.2.cum aliis alleg.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Romana Retractus domus, Lunæ 15. Maij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Singularis successor potest inquilinum expellere.*
2 *Inquilinus vigore specialis hypothecæ potest domum retinere donec sibi soluantur damna, & interesse.*
3 *Venditor non tenetur de euictione, quando domus fuit ablata vi iure congrui.*
4 *Vicinus in venditione rei vicinæ vigore Bullæ iuris congrui, præfertur etiam quod venditio sit sponte facta.*
5 *Dominus dicitur habere plenum ius in re propria.*
6 *Dominium est ius perfectum disponendi de re corporali, nisi quis à lege sit prohibitus.*
7 *Ampliæ quod dominium absolute dictum plenam esse proprietatem cum alienandi potentia.*
8 *Bulla iuris congrui vult, quod possint etiam retrahi bona subiecta fideicommisso.*
9 *Inquilini nulla est habenda ratio, quando emptor vult ædificare in vim Bullæ iuris congrui.*
10 *Pactum de non alienando durante locatione, intelligitur de alienatione voluntaria, non necessaria.*
11 *Prohibitio alienationis potentior est, quæ fit in vltima voluntate, quàm quæ fit inter viuos.*
12 *Statutum prohibens alienationem non intelligitur de alienatione necessaria.*
13 *Potentius est Statutum, quàm pactum.*
14 *Bulla iuris congrui est edita propter ornatum Vrbis, & respicit publicam vtilitatem.*
15 *Ius publicum pactis priuatorum lædi non potest.*
16 *Bulla iuris congrui est fauorabilis, & in dubio ita est interpretanda, vt magis ornatui Vrbis faueat.*

DECISIO CXLIIII.

QVæsitum fuit, an Dominus Rutilius potuerit expellere inquilinum, & Domini censuerant vigore Bullæ Gregorianæ potuisse,
1 nam cùm domum emisset tanquam singularis successor, potuit inquilinum expellere, *l.qui fundum.l.si merces.§.1.ff.locat.l.emptorem*, & ibi glos. Bart.& alij *C.eod.*Corn.*cons.144.nu.9.lib.4.*
2 Nec ad rem pertinet, quod inquilinus vigore specialis hypothecæ potuerit domum retinere donec sibi soluantur damna & interesse, Bart.*in l.1.§.quod autem,n.5.ff.de superficiebus.*Soc. Sen.*cons.17.n.13.li.3.*Crau.*cons.485.num.3.* quia hoc
3 locum habet de iure communi, sed cùm D.Rutilius domum retraxerit vigore Bullæ, quæ vicino volenti ædificare tribuit ius prælationis, non tenebatur ad damna,& interesse, quia nec venditor in hoc casu tenetur de euictione, Tiraq.*de retract.lignag.§.1.glos.9.n.34.*
4 Non obstat quod R.P.D.Iustinus, qui non emit domum à vicino inuito vigore Bullæ, sed à Margarita quę sua sponte vendidit, non potuerit inquilinum expellere, quia D.Rutilius, qui vigore Bullæ à D.Iustino domum retraxit vtiq; potuit hoc facere, quia vicinus præfertur etiam in venditione sponte facta, *vt in §.8.& 14.dictæ Bullæ.*

Præterea Bulla *in §.6.*vult Dominum inuitum posse expelli, ergo multo magis inquilinū, quia
5 Dominus plenã in re propria habet potestatem, *§.vlt.in fi.Instit.de vsufru.* nam dominium est ius
6 perfectè disponendi de re corporali, nisi quis à lege sit prohibitus, Bart. *in l.si quis vi, §.differentia,n.4.ff.de acqu.poss.*sequitur Alex.*ibi,n.6.*Aret. *n.7.*& licèt Bart. non dixerit, hoc bene probatur
7 per *l.fæminæ,§.illud.C.de secund.nupt.* vbi Bald. *in fin.oræ*, dominium absolutè dictum, plenam esse proprietatem cum alienandi potentia, & dicit, sed hoc fuisse interrogatum à Papa.

Quia etiam Bulla vult, Dominum à vicino volente ædificare posse cõpelli ad vendendum,
8 etiam si res ipsa esset subiecta fideicommisso, & expresse prohibita alienari, vt *in §.14.& 15.* ergo multo magis, si res ipsa fuerit locata, etiam
9 cum speciali hypotheca, quia si vicinus vult ædificare, nulla est habenda ratio inquilini, vt dicitur in Bulla *in §.9.*

Nec ad rem pertinet, quod in contractu locationis pactum sit factum de non alienando:
10 quia hoc sanè intelligitur de alienatione voluntaria, non necessaria, *l.diuus.in princ.ff.de peti.hered.l.alienatione.ff.famil.erciſc.l.peto.§.prædium.ff.de leg.2.l.pater filium in princip. de leg.3.* & copiosè Tiraq.*de retract.ligu.§.1.glo.14.n.11.* nam res prohibita alienari et in testamēto vigore Bullę, retrahi potest, ergo multo magis si non sit prohibita alienari per contractum, quia potentior
11 est prohibitio facta in vltima voluntate, quàm inter viuos, *l.filius,amil.§.diui,&l.secundo,de legat.2.l.cum pater.§.libertis in verbo ne id alienarent de leg.2.coniuncta l.nemo.ff.de pact.l.si ita quis, §.ea lege,*& ibi Doct.tradunt *ff.de verb. obligat.& in l.ea lege.C.de condict.ob caus.& in d.§.diui.*

Et hoc quidem alia ratione confirmatur, nam si statutum prohibet alienationem non
12 intelligitur de alienatione necessaria, Roman. *cons.107.*Dec.*cons.300.nu.9.*Gozzad.*cons.103.n.21.*
13 Crau.*cons.215.num.4.& 4.*nec debet intelligi pactum, quia potentius est statutum, quàm pactum priuatorum, *l.nec impossibile,* & ibi Glos. & DD. *ff.de pactis.*Bart.*in l.vlt. §.eleganter,ff.solut.matr.* Cald.*cons.3.sub titul.de pact.*Opizz.*in l.fil.famil.§.diui,nu.35.vers.& ista communis, & n.43.ad fin.cum seq.de legat.1.*& Crot.*ibid.num.76.* Tiraq. *de iure primogenit.quæst.6.nu.1.*

Accedit etiam, quod cùm Bulla sit edita pro-
14 pter ornatum Vrbis, quæ publicam respicit vtilitatem, *l.vlt.ff.ne quid in loco publ.l.2.C.de ædi-*
15 *ficio priuat.* ius publicum lædi non potest pactis priuatorum. *l.ius publicum.ff.de pact.cap.si dili-*
16 *genti de foro compet.* constat etiam Bullam esse fauorabilẽ, & in dubio eam interpretationem esse accipiendam, quæ ad Vrbis ornatum magis fauere videtur, vt *in §.20.*

Sed quamuis D.Rutilius potuerit inquilinum expellere, tamẽ placuit Dominis particulariter esse discutiendum, An ipse sit excusandus.

R. P. D. IVSTO.

Rauennatẽn. Saluiani Interdicti, Mercurij 11. Februarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum præsupponit reum possidere.*

2 *Possessio non acquiritur ex sola sententia sine apprehensione.*
3 *Possessio capta, appellatione pendente, est nulla.*
4 *Aegidiana non habet locum in secunda instantia, quando prima senten: ia est absolutoria pro reo, & secunda pro actore.*
5 *Aegidiana non habet locum, quando prima sententia est nulla, vel iniusta.*
6 *Mixturam continere dicitur sententia, quando expresse fuit reuocata prima.*
7 *Aegidiana non habet locum, quando expresse in sententia fuit facta mentio de nullitate.*
8 *Appellabilis causa aeu efficitur per implicitam reuocationem sententiae, etiamsi de iuribus sententiae fuerit cognitum.*

DECISIO CXLIV.

Domini fuerunt concordes, quod daretur mandatum de manutenendo Dominis de Coccapanis, de quorum anterioti possessione non poterat dubitari: attento quod D. Iacobus Lunardus contra eos intentauit remedium Saluiani Interdicti, quod præsupponit reos possessores. Aliqui moti sunt, quia sententia secunda lata super Saluiano Interdicto, non probatur executa, & ex sola sententia non acquiritur possessio, sine apprehensione, Cassad. *decis. 7. de caus. pos. & propr.* Alij verò dicebant, quod licèt fuisset apprehensa possessio, nihilominus malè esset apprehensa, pendente appellatione, cùm causa semel fuerit facta appellabilis, per appellationem interpositam à prima sententia absolutoria, *cap. non licet actori. de reg. iur. in 6. l. non debet. ff. eod. tit.* & fuit vltimo loco dictum coram R. P. D. meo Coccino in Anconitana assecurationis 2. Iulij 1602.

a
2
3

Neque credebant obstare, quod Aegidiana duret in secunda instantia, quando prima sententia absolutoria lata est pro reo, & secunda
4 pro actore, Put. de Aegid. *decis. 4. 5. & vlt. & decis. 480. lib. 2.* Chilanen. *decis. 91. alias 49.* Caputaq. *decis. 22. lib. 2. in manuscri. tu.*

Quia dicebant decisiones allegatas procedere, si constaret de iniustitia, vel nullitate primę,
5 quę tunc non attenderetur tanquam sententia: & ita dictum fuit, aliàs nô intrare Aegidianam coram R. P. D. meo Lancellotto in causa Imol. Saluiani Interdicti 30. Octobris 1600.

Neque displicuit alia ratio, videlicet propter
6 mixturam, quia in secunda sententia expresse fuit reuocata prima. Et ita decisum fuit coram bon. me. D. de Rubeis in Viterbien. spolij bonorum 24. Maij 1561. vbi hoc pacto declaratur procedere allegatam decisionem Put. 4. *de Aegidiana*, & coram R. P. D. meo Decano, in Rauennaten. bonorum 20. Iunij 1587. vbi dicitur proce-
7 dere Aegidianam, dummodo in sententia non sit facta explicita mentio nullitatis: quia impli-
8 cita reuocatio, etiam quod fuisset cognitum de iuribus sententię, non faceret causam appellabilem, & idcircò fuit dictum coram S. D. N. in causa Tiburtina Castri Sambuci de anno 1577. quod *cons.* Bal. 141. *lib. 2.* procedit quando in sententia exprimitur causa, quæ habeat complicationem, & mixturam.

Ex quibus cùm Domini de Coccapanis retinuerint suam primam possessionem, nec habuerint se pro spoliatis, per corporalem possessio-nem apprehensam, pendente appellatione: ita decisum fuit.

R. P. D. GIPTIO.

Romana augmenti Dotis. Lunæ 20. Nouembris 1589.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis acceptæ facta per maritum constante matrimonio præcedente instrumento promissionis, probat veram numerationem.*
2 *Quod maximè procedit quando confessio est adminiculata ex solutione maioris partis dotis, quo casu confessio in totum præsumitur vera.*
3 *Amplia maximè procedere; quando sunt lapsa tempora opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, & maritus sustinuit onera matrimonij.*
4 *Amplia quod in hoc casu talis confessio præiudicat tertio possidenti.*

DECISIO CXLV.

Dvbitaui, An Benedictus & litis consortes possint audiri in prætensa non solutione integræ dotis, & sic an constaret de illius integra satisfactione.

Domini omissa disputatione primæ partis dubij tanquam non necessaria concluserunt constare de satisfactione integrę dotis: nã confessio dotis acceptæ, facta per maritum cõstante matrimonio præcedente instrumento pro-
1 missionis, probat veram necessitatem, Afflict. *decis. 402. n. 3.* Aym. *cons. 40.* Paleot. *decis. 191.* Cort. *decis. 111. & seq.* maximè, quia est adminiculata:
2 nam constat de solutione maioris partis dotis, quo casu huiusmodi confessio in totũ præsumitur vera, Glos. & DD. *in l. 2. C. de non nu. pec.* Aym.
3 *de antiq. temp. p. 1. n. 253.* & sunt lapsa tẽpora ad probandam exceptionem non numeratæ pecunię, & maritus sustinuit onera matrimonij, quo-
4 sit, vt talis confessio non solum præiudicet hæredibus mariti, sed etiam tertio possidenti, Bal. *in l. vaca, C. de priuil. dotis.* Areti. *de commu. cons. 86.* Caputaq *decis. 196 par. 1.* & fuit dictum de anno præterito in vna Bonon. de Formicariis 30. Ianuarij coram R. P. D. Pamphilio.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Romana Anterioritatis, Lunæ 23. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior anteat à posteriore creditore.*
2 *Obligatio repetita in secunda societate intelligitur repetita cum priuilegio anterioritatis, & maximè quando est facta reseruatio prioris obligationis.*
3 *Protestatio, quod non intendit liberare obligatos à prima obligatione fieri potest, & nu. 4.*
5 *Protestatio contraria facto dicitur, quando totum factum destruit, secus vbi tẽdit ad limitationẽ.*
6 *Acceptatio nouæ obligationis est necessaria ad hoc, vt liberetur à prima.*
7 *Protestatio, quod non intẽdit recedere à priori obligatione, sufficit; quod non fiat in actu extraiudiciali.*
8 *Preseruatio non tribuit ius de nouo, sed solum conseruat antiquum.*

9 *Cessionarius succedit in locum cedentis, etiam in e-
xecutione obligationis Cameralis.*

DECISIO CXLVI.

DOmini dixerunt mandatum Auditoris
Cameræ ad fauorem Damiani, esse exequen-
dum, quia constat de illius iustitia, stante obli-
gatione Camerali Dominici ad restituendum
ad omne mandatum Domini pecunias habi-
tas, prioribus, & potioribus creditoribus DD. de
Rubeis, qualis est Damianus cessionarius Amo-
dæi, qui ratione societatis initæ de anno 1584.
1 est illorum creditor prior Dominico *l. potior, &
l. creditor. ff. de his qui pot. in pign. hab. l. si fundum
eod. tit.*

Neque obstat, quod præfata societas fuit re-
nouata per aliam factam de anno 1586. in extin-
ctionem primæ obligationis, quia obligationes
& hypothecæ repetitæ in secunda societate, in-
2 telliguntur cum priuilegio anterioritatis, *l. 3.* &
ibi Bar. *ff. qui pot. in pign. hab.* Negus. *de pign. mem.
3. par. 8. n. 7.* maximè quia in hoc casu Amodæus
in actu quietationis, hoc ubi expresse reseruauit
& protestatur fuit nolle liberare obligatos in
3 prima, donec de secunda sibi fuisset satisfactũ,
quod facere potuit. *l. si debitor, §. in venditione, ff.
quibus modis pign. vel hypot. soluit. glo. in l. eleganter
in vers. pro soluto,* & ibi Bar. *n. 4.* Bal. *in vers. in ea-
dem gl.* & Castr. *nu. 8 ff. de pign. act.* idem Bar. *in l.
si quis aliam. nu. 2. 15. §. ff. de solut.* Salic. *in l. libera
in tertia oppositione, & ibi glos. in vers. prohiberi. C.
de senten.* Alex. *cons. 190. n. 22. lib. 2.* Gozzad. *cons. 38.
nu. 2.* Veronen. *Caut. 124.* & fuit resolutum coram
bo. mem. Bubalo in causa Senogalien. præ dij 19.
Nouembris 1583. & sæpius in pluribus alijs cau-
sis.

Nec obstat, quod ista protestatio videatur
contraria facto, quia nulla contrarietas oritur
ex præseruatione prioris hypothecæ, in accep-
tatione secundæ societatis, quam Amodæus ac-
cepit insolutum sub ipsa conditione, vt non di-
4 catur recessum ab antiqua hypotheca, nisi qua
tenus sequatur satisfactio ex secunda societate,
Alex. *cons. 130. sub nu. 13. vers. nec obstat si diceretur,
lib. 4.* & tenuit Rota in dicta Senogalien. vbi,
quod tunc protestatio dicitur contraria, quãdo
totum factum destruit: secus verò, vbi tendit ad
limitationem actus, prout hic, quod saluæ ma-
5 neant priores hypothecæ, donec secunda socie-
tas sit soluta.

Non obstat, quod ista protestatio sit facta,
postquam per creationem secundæ, iam fuerat
6 extincta prima, quia necessaria erat acceptio
Amodæi; Bal. & Alexand. *cons. 105. num. 5.* & fuit
dictum in vna Romana societatis 31. Februarij
1581. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto,
& si secunda non poterit causari extinctionem
primæ, nisi post acceptationem, quæ in quietã-
tiam prioris hypothecæ, donec sibi fuisset satis-
factum de secunda: & quamuis in ratificatione
societatis, ista protestatio non fuit repetita; non
obstat quia non erat necessaria, & sufficit, quod
7 in actu extraiudiciali semel facta fuerit, Bar. *in
l. de pupillo, §. si quis ipse prætori nu. 6. ff. de nou. oper.
nunc.* Put. *decis. 218. nu. 1. lib. 2.* Mohed. *decis. 2. de iud.
sum vulg.*

Non obstat, quod secunda societas fuit facta
super diuerso officio, & ista protestatio fuit fa-
cta absẽtibus obligatis in prima, quia iidẽ DD.
de Rubeis, qui erant principales, & ad quos pe-
cunia peruenerat, erãt etiam obligati in secun-
da, & sufficit, quod illa protestatio fuerit facta
in quietatione ipsorum, & in actu acceptatæ
secundæ societatis, etiam quod obligati in pri-
ma non essent præsentes, cùm hoc pendeat à so-
la voluntate reseruantis, qui noluit acceptare se-
cundam, nisi cum præseruatione iuris sibi com-
petentis in prima donec fuerit sibi satisfactum
de secunda, & alias cogi non poterat, præser-
tim, quia in aliquo non lædebantur obligati
8 in prima, cùm præseruatio non tribuat ius de
nouo, sed solùm conseruet antiquum *l. si quis i-
ta legauerit,* cum ibi notatis, *ff. de leg. 1.* Dec. *cons.
516 nu. 19.* Aym. *cons. 29. nu. 8.*

Et ex his conclusum pro executione mandati
9 ad fauorem Damiani cessionarij, qui succedit
in locum cedentis, *l. emptore cum ibi not. C. de her.
vel act. vend.* etiam quo ad executionem obliga-
tionis Cameralis, Paril. *cons. 107. nu. 89. & seq. lib. 3.*
Gales. *de oblig. Camer. par. 2. quæst. 2. in princ. & in
tit. de person. excus. num. 1.* & tenuit Rota coram
bo. me. Giptio 4. Iunij 1591. in vna Romana Fer-
racci.

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Romana pecuniaria, Venetis
23. Martii 1607.

SVMMARIVM.

1 *Socij in solidum tenentur, quando ex partitis diuer-
sorum mercatorum constat merces pro societate
aliquando vni, aliquando alteri consignatas, ex
quo censetur inter ipsos datum reciprocum man-
datum.*

2 *Quod maximè procedit quando sunt socij in negocia-
tione mercium venalium.*

*Mercatores quando promiscuè mercaturam emerẽt
quilibet tenetur in solidum.*

3 *Libri mercatorũ licèt non probent pro tertio contra
tertium, tamen quando habent conformitatem
cum alijs libris, & concurrant alia adminicula,
plene probant.*

4 *Amplia maximè procedere quando non agitur de
vi partitorum, sed tantum ad probandum so-
litum, quia tunc probant etiam sine adminicu-
lis.*

5 *Creditor habens plures debitores insolidum obliga-
tos, si admittat vnum eorum ad soluendum tan-
tum suam partem, non potest contra alios in soli-
dum agere, sed vnusquisque tantum pro virili
cõueniri potest. l. si creditores. C. de pactis. Intelli-
ge tamen, quod requiritur, quod solutio punctua-
liter correspondeat ratæ, & portioni soluẽtis, quia
si in aliquo excedat, vel minor sit, non intrat dis-
positio dict. l.*

6 *Intellige secundo, quod requiritur, vt debeat expres-
se dici quod petitur, aut soluitur pro rata, & por-
tione sua.*

DECISIO CXLVII.

PRoposui dubium in alia decisione referta-
tum, An Michael Confallonerius teneatur
in solidum Petro Antonio Ruffo, quod fuit af-
firmatiuè resolutũ: potissima ratio resolutionis
fuit, quia ex partitis diuersorum mercatorũ, in
quibus legitur merces pro societate aliquando

1 Confalonerio aliquando. Costræ consignatas
apparet, consueuisse promiscuè modo vnum,
modo illud gerere, ex quo inter ipsos censetur
datum reciprocum mandatum etiam possunt
insolidum conuenire, Bald. *in rubr. C. de exerc.*
act. num. 26. & in l. cum te in fine vers. caue tamen.
ff. si cert. pet. Paul. de Castr. *in l. 1. §. si plures n. 2. ff. de*
exercit. act. Ronch. gal. plenè *in l. eadem nu. 187.*
& 191. in fine, vbi dicit communem. *ff. de duobus*
reis, cum alijs quos refert & sequitur Surd. *decis.*
2 *213. num. 1.* cùm præsertim essent socij in nego-
ciatione mercium venalium. Bar. *in l. nemo ex so-*
cijs. ff. pro soc. Bald. *in Rub. C. eadem.* Alex. *consi. 188.*
numer. 3. lib. 2. Surd. *dicta decis. num. 2.* tanto magis
etiam, quia partitæ omnes in quibus Ruffus
fundat creditum suum sunt occasione merciũ
ipsi Confalonerio traditarum, & ipse manu
propria creditorem fecit Ruffum in libris so-
cietatis, & sic non solum concurrit promiscuũ
solitum gerendi, sed etiam agitur contra Con-
falonerium de facto proprio, iuxta tradita per
Bart. *in d. l. eand. num. 9. ff. de duobus reis.* & quia
concurrunt etiam multa, de quibus per infor-
mantes.

3 Non obstat, quod libri mercatorum non pro
bant pro tertio, nec contra tertium, quia pro-
pter conformitatem, quam habent cum libe-
ris societatis, & libri Rufi, & alia adminicula de
quibus per informantes planè probant, Aym. *de*
antiq. temporum par. 1. §. tertio limita. n. 100. fuit di-
ctum in vna Romana census 21. Februarij 1578.
coram Rubeo, & in vna Farsen. grani 9. Martij
1580. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino,
& in alijs pluribus.

Vlterius cùm non agitur de vi partitarum, sed
tantum ad probandum solitum, & quod ita a-
4 ctum sit, probant etiam sine adminiculis ad
tradita per Castr. *consi. 281. num. 10. lib. 1.* Aym. *consi.*
65. num. 6. ad illud, quod Ruffus sibi præiudica-
uerit, & fecerit diuisionem solidi producendo
apocham diuisionis factam inter Costam, &
Confalonerium, fuit responsum in decisione; ad
ditur etiam quod ad hoc, vt creditor solidi præ
iudicio, & remittat obligationem solidi, iux. *l.*
5 *si creditores. C. de pact.* requiritur, quod solutio
punctualiter correspondeat ratæ, & portioni
soluentis, quia si in aliquo excedat, vel minor sit
non intrat dispositio *dict. l. glos. in l. inter eos. §. 1.*
in verbo soluis ibi Angel. *in fin. ff. de fideiuss.* Dec.
in dict. leg. si creditores, numer. 2. Ias. *post numer. 3. li-*
mita quatuor modis. Bellam *consi. 44. numer. 3. circa*
med. Ronchegal. *in l. 3. versi. vsque num. 42. ff. de*
duobus reis, huic autem non concurrit petitio
ciuilis portionis adæquatæ, & punctualis, quia
creditum est scutorum 1294. in apocha autem
fit mentio de scutis 606. quæ distant à medieta-
te crediti.

6 Rursus, vt inducatur diuisio debet expressè di-
ci, quod petitur, aut soluitur pro rata, & portio-
ne sua. Ang. *in d. l. inter eos. §. 1. vers. tu adde. quod*
si soluens, & ibi etiam Imol. *sub num. 3. vers. Ang.*
tamen hoc dicit. Dec. *in d. l. si creditores, num. 1.* Ias.
sub nu. 3. vers. secundo li. ita Ronchegal. *vbi supra*
num. 23. & 24. Bello, qui communem dicit, *d. consi.*
44. n. 3. quam etiam communem dicit Lanf. *anc.*
decis. 289.

Quod diuisio fuerit approbata ex eo, quod in
cõmissione de ea fuerit facta mentio est veritas
7 vltra quod hoc est factum procuratoris, quod
non debet obstare Ruffo, vt in decisione, &c.

R. P. D. GIPTIO.

Neapolitana Census, Lunæ 9. Martij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Dominus pecuniarum solutarum alicui creditori suc-*
cedit in locum illius, cui soluuntur.
Intellige, quando actum fuit, vt ad eius fauorem in-
ra crederentur, aliàs secus, num. 3.
2 *Solutione eius, quod debetur, extinguitur omnis obli-*
gatio fideiussoris.
4 *Emptio facta de pecunijs meis non efficitur mea, nisi*
hoc in ipso actu emptionis sit actum.

DECISIO CXLVIII.

Reuerendissimus Episcopus Neapolitanus
tanquam Procurator Domini Camilli eius
fratris, vnum censum redimibilem super quadã
domo dict. Camilli eius fratris imposuit, & vẽ-
didit D. Lucretiæ Bruccaplanulæ, ad cuius fa-
uorem etiam vti principalis principaliter, & in
solidum accessit dictus Dominus Episcopus, tã-
dem dict. Camillus de anno 1578. censum rede-
mit, & de eodem anno alium maioris summæ
super eadem domo Abbati Paulutio vendidit
qui pro consecutione sui crediti, tùm domus
censualis ab anterioribus creditoribus Camilli
euicta fuisset, egit coram Aud. Cam. aduersus
prædictum Dominum Episcopum obligatũ de
euictione domus in impositione Census Lucre
tiæ venditi, prætendens etiam ad ipsius cõmo-
dum de euictione domus teneri, forsan ex eo,
quod de pecunijs ab ipso receptis Camillus ex-
1 tinxerit illum priorem Censum, propterea suc-
cessisse in ius Lucretiæ primi census emptricis,
ad notat. *in l. Aristo vbi glos. in verb. pignus in fin.*
Bar. *num. 7. ff. quæ res pign. obligar. poss.* Negus. *de pi-*
gnor. in 3. memb. 5. par. princip. num. 45. vers. & si au-
tem ille.

Sed istis, & alijs ab informantibus citatis mi-
nimè obstantibus DD. resoluerunt Abbati Pau-
lutio nullam actionem contra Episcopum cõ-
petere. Ideo sententiam Aud. Cam. confirman-
2 dam esse; quia per redemptionem census à Ca-
millo factam fuit extincta omnis obligatio a-
liàs orta ex contractu dicti Census, & consequẽ-
ter Dominus Episcopus fideiussor liberatus, *l. 2.*
cum ibi not. C. de solut. & l. 2. & ibi Bar. *de fideiuss.*

Non obstat, quod census fuerit extinctus ex
pecuniis à Paulutio habitis, quoniam etiam si
hoc esset verum, non propterea dici potest eũ
successisse in ius, & locum Lucretiæ quæ Cen-
sum Camilli retrocessit, quoniam hoc non fuit
actum, pro vt agi oportebat cum Camillo, vel
3 cum ipsa Creditrice, quæ in actu retrocessio-
nis debuisset omnia sua iura prædicto Paulutio
cessisse, & in istis terminis loquuntur Bart. &
alii *in dict. leg. Aristo.* ad quod facit regula *leg.*
si ea, & ibi DD. *C. de rei vend. l. quamuis la secun-*
da. Cod. de pignor. & quod res de pecuniis meis
empta, non efficitur mea, nec in ea acquiro ius
alterius nisi hoc in continenti in ipso actu em-
ptionis sit actum, est textus *in l. si ex. C. qui pot.*
in pignor. habeant. & suadetur, quia si Paulutius
posset se tueri hac ratione, quod extinctio cen-
sus fuerit facta de pecuniis suis, atque sui suf-
fragante

fragantur contra alios creditores Camilli, qui domum per subhastationem distraxerunt, vt dictum est.

R. P. D. IVSTO.

Romana Legitimæ, Lunæ 29. Nouembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Officia, & loca Montium computantur in legitima.*

2 *Officiorum & locorum Montium, dominium dicitur residere penes filios, quando pater illa emit nomine filiorum sed ad ad suam dispositionem, & moriente patre amittetur tantummodo facultas dispositionis, non autem acquiritur nouum dominium.*

3 *Declaratur, quod tale dominium in vita patris dicitur resolubile.*

Declara secundo quod etiam verum est quod de Iure dominium locorum Montium, & officiorum remanet penes patrem mediante decreto num. 5.

4 *Inuestitura facta patri cum facultate possit disponere si filius instituatur, non dicitur acquirere Iure hæreditario, sed ex concessione principis capit.*

5 *Filius non dicitur capere Iure hæreditario illa bona de quibus pater fuerat instituerat, vt posset disponere si illum hæredem instituit sed ex concessione principis capit.*

6 *Paleott decis. 36. declaratur.*

7 *Fructus sequitur rei dominium.*

8 *Officiorum, & locorum Montium dominium defuncto patre, & cessante dispositione pleno Iure spectat ad filios.*

9 *Nominandi facultatem, quando quis simpliciter habet, instituendo hæredem dicitur nominare, secus si habet facultatem nominandi, & nominatione non facta, censeatur nominatus aliquis: nam tunc per institutionem hæredis non dicitur facta talis nominatio in prædicto casu n. 11.*

DECISIO CXLIX.

DOmini steterunt in decisis ex eisdem rationibus, videlicet constare de communione non autem de diuisione, & ideo detrahendam esse legitimam ex omnibus bonis, &
1 officiis, & locis Montium, quæ sunt in persona d. M. Antonii.

Non obstat, quod ex ipsamet assignatione patris videatur constare de diuisione, quod domi-
2 nium officiorum, & locorum Montium habuerunt fratres in vita patris. & per eius obitum amotum esse obstaculum decreti, & dispositionis, non autem acquisitum nouum ius ex tradi-
3 tis per Anchar. *cons.* 32. *num.* 2. & licet fortasse dominium in vita patris fuerit resolubile, vt ha-
4 betur in *decis.* Paleott. 36. quæ bene comprobare videntur, ex deductis per Aretin. *cons.* 53. vbi stante inuestitura pro se, & filiis cum facultate concessa patri, vt possit disponere si filius instituatur hæres à patre, non dicitur acquirere Iure
5 hæreditario post mortem patris, sed ex concessione Papæ, & ex inuestitura, ita in casu nostro filii loca Montium, & officiorum non capiunt iure hæreditario ex generali institutione patris sed ex titulo habito à Papa.

Quoniam respondetur nihilominus verum esse de iure dominium locorum Montium, & officiorum remansisse penes patrem mediante decreto, vt in decisione Romana Montiũ corã Sanctissimo, & coram R. P. D. Pamphilio in Romana scriptoriæ, quæ decisiones sæpè fuerunt approbatæ.

Nec facit decisio Paleotti, quoniam ibi proprietas locorum Montium spectabat ad filium,
6 & ex ea præsupponitur, qui licèt esset spurius acquisiuerat tamen dominium ipsorum ex prilegio illius Montium, pater autem deposuerat quasdam pecunias ex fructibus locorum Montium perceptas, & sibi illarum pecuniarum re-
7 seruauerat dispositionem. Qua propter dicitur ibi, quod dominium illarum pecuniarum erat filii, quia fructus sequuntur dominium, *l. fructus. ff. de rei vendi.* sed resolubile erat ex dispositione patris, quo defuncto absq. dispositione pecuniarum remanet filiis irreuocabiliter, nõ sic est in casu nostro, in quo dominium verè remansit apud patrem ex decisionibus allegatis, quibus non contradicit decis. Paleott. idem procedit in cons. Anchar. vbi dominium pecuniarum erat
8 translatum; dominium autem locorum defuncto patre, & cessãte dispositione pleno iure spectat ad filios Officiales. Gemin. *cons.* 74. cum allegatis per Mod. in *in l. amic. limit. 2. ratione mix-*
9 *tura §. 8. n. 74. C. si de momen. poss. fue. appell.* & ideo imputatur in legitimam, iux. *l. omnimodo. §. imputan. C. de in offi. testam.* Rip. *in l. in quartam n.* 163. *ff. ad l. falcid.* Moden. *vbi supra*, & fuit resolutum coram R. P. D. meo Decano in Romana legitimæ 6. Octobris 1571.

Non facit *cons.* Aretin. 53. quoniam aut facultas nominandi, vel disponendi simplex est, & pura aut in facultate habetur, quod alter censeatur nominatus cum dispositione in eius fauorem: casu quo habens facultatem disponendi aliter censeatur, & in primo casu procedunt quæ dicta sunt, & fuit resolutum in Rota corã bon. mem. Brano in illa Roman. domus de Montesordano de anno 1579. in secundo casu procedit *cons.* Aret 53. & bene per Corn. *cons.* 165. *num.* 2. *lib.* 2. & est in terminis decino ita distinguens coram bon. mem. Bubalo in Romana Vineę de Palude 12. Iunii 1589. Quapropter non mirum si in casu Aretin. ibi ius non erat filio quæsitum ex institutione patris, quoniam, vt respondetur in allegata decisione Romana Montium quo ad similia de feudo, & emphytheusi, & bonis fideicommisso subiectis procedunt in his, quæ non sunt remansura in hæreditate Testatoris, & in quibus si pater mortuus fuisset ab intestato aliud ius habuisset.

Cætera tolluntur ex decisionibus iã factis, & per informantes, qua propter ita decisum fuit.

R. P. D. MARCO MONTIO.

Romana Scripturiæ, Venetis 5. Iunij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Disposuisse de rebus suis dicitur ille, qui hæredem generalem sibi instituit.*

2 *Officium emptum in persona alicuius de pecuniis ementis cum libera, & pura facultate de illo disponendi transit in vniuersalem hæredem institutũ, etiam si de illo emens aliter non disponit, & n. 4. & seq. vbi assignat rationem.*

3 *Secus est, quando facultas disponendi non fuit libera, sed sub condicione, quod non facta dispositione officium remanet illi sub cuius nomine de alienis pecunijs emptum est, tunc enim per generalem hæredis institutionem non censetur de eo dispositum in præiudicium nominari à principio, & sequitur vbi rationem reddit, & num. 7.*

4 *Interpretatio quantumuis larga fieri potest, quando non agitur de præiudicio alicuius, secus quando agitur de præiudicio alicuius.*

5 *Præiudicium, quando oritur ex spe probabili est habendum in consideratione.*

6 *Negligentia, seu prætermissio non præsumitur.*

8 *Hæredis institutio non comprehendit illa bona, quæ ad alium spectant, casu quo de illis specialiter non disponit.*

9 *Dominium officij efficitur resolubile, si habens potestatem à Papa disponendi, & non disposuit.*

10 *Disposuisse de aliqua re ille dicitur, qui per verba generalia de rebus suis disponit, vbi declaratur qua ratione hoc procedat.*

11 *Voluntas quæ non transiuit in dispositionem, non est attendenda.*

12 *Declara quod tunc dicitur non transiuisse in dispositionem, quando requirebatur specialis prouisio, quæ non fuit.*

Declara principalem conclusionem maximè procedere, quando testator potuit aliquid dicere ad liberandum se à molestiis, quæ ab aliquo inferebantur, vt aliquid sibi relinqueret, & nu. 14.

Declara, quod testator non censetur determinare aliquid voluisse, quando id in testamento expressum non reperitur, & num. 15.

13 *Testis vnicus non probat.*

16 *Voluntas posterior est potior.*

17 *Voluntatis mutatio in dubio non præsumitur, sed perseuerantia.*

18 *Voluntas testatoris recipit declarationem ex dictis ante testamentum.*

Intelligas procedere, quando verba sunt dubia, secus si sunt clara, vel habeant à iure certam interpretationem, eodem num. 18.

DECISIO CL.

Hieronymus Gallus emit de suis proprijs pecunijs officium Scripturię super periculo vitæ D. Mathęi Honesti, cũ decreto, quod Mathęus dictum officium vendere, resignare, alienare, ac fructus, & emolumenta quæcunque exigere, aut se in eo, siue eis quouis modo intromittere ipso Hieronymo consentiente nullatenus posset, sed dictus Hieronymus illud quandocumque sibi placuerit, vendere, alienare, resignare, ac de eo disponere, ac fructus, & emolumenta quæcunque exigere, & in suos vsus, ac vtilitatem conuertere posset, aliter de dicto officio non disponentem, ita tamen si ipsum Hieronymum præmori contigerit, officium prædictum Mathęo liberum remaneret, decessit Hieronymus condito testamento, & scriptis hæredibus in omnibus, & singulis suis bonis, iuribus & actionibus, nulla tamen facta particulari dispositione de prædicto officio.

Hinc orta lite inter Hieronymi hæredes, & Mathęum: Aud. Cam. pronunciauit officium debuisse, & debere remanere liberum Mathęo, & ab hac sententia cùm hæredes appellassent, causa in Rota commissa post plures propositiones, & re multum discussa. Domini censuerunt sententiam esse confirmandam. Intétio quippe Mathęi fundata in verbis decreti, quod cùm Hieronymus de officio aliter non disponens præmortuus sit, prædictum officium Mathęo liberum remanere debeat.

1 Nec facit, quod per institutionem hæredum
vniuersalium videatur Hieronymus disposuisse, *l. si quis prioris. §. tertium, & §. illud. C. de secund. nup.* Notant DD. *in l. si ita quis. §. ea ff. de verb. obl. & l. si pero. §. patre de legat. 2.* & fuit dictum in vna Romana officij Scripturiæ 23. Maij 1573. coram fęl. rec. record. Clement. VIII. tunc Rotę Auditore.

Etenim respondebant Domini strictè ad casum de quo agitur, decretum duobus modis apponi in resignationibus, vel venditionibus officiorum, quando vni datur titulus officij empti ex aliena pecunia, primus modus est,
2 quando apponitur decretum simpliciter, quod libera dispositio spectat ad soluentem pretiũ, tunc enim etiam in generali dispositione censetur effectuata illa libera facultas disponendi de officio, quod per consequens transit ad vniuersalem successorem, & hic est casus prædictę decisionis coram Clement. VIII. & aliarum al-
3 legatarum per informantes pro hæredibus. Alio modo, & hic est casus noster, interponitur decretum, quando soluendum precium cum dispositione libera, non tamé simpliciter, & absolutè, sed sub conditione, & modo, quod non facta dispositione, officiũ remaneat illi, sub cuius nomine de alienis pecunijs emptum est, tūc per institutionem, & generalem dispositionem non censetur dispositum de officio, vt distin-
4 guendo dixit Rota in causa Romana Vineæ de Palude 12. Iunij 1589. & in Romana Legitimæ 29. Nouembris 1599. coram R. P. D. meo Iusto, eaque distinctione nititur, quia in primo casu cùm non agatur de præiudicio alicuius, interpretatio quantumuis larga fieri potest ad fauorem disponentis.

In secundo verò casu capienda est strictè dispositio, quia agitur de præiudicio eius, cui offi-
5 cium est remansurum, & si aliter de illo dispositum non sit, quod præiudicium cùm oriatur ex spe probabili, est habendum in consideratione, Surd. *cons. 267. num. 22.* Sarnen. *de iure quæsito non tollen. qu. 4. nu. 14.*

6 Si enim primo casu facultas non veniret in generali institutione, sequeretur, quod aliam facultatem habens non fecisset, quę prętermissio, seu negligentia non præsumitur, *ad l. cum de indebito. ff. de probat.* id autem non contingit in secundo casu; quia etiamsi officium non veniat in generali institutione, non deficit tamen dicta illa specialis dispositio.

Et quidem aliàs decretum supradictum nihil operatur, vt bene quasi in terminis aduertit Sil-
7 uan. *cons. 14. n. 4.* Ratio est, quia si officium comprehenderetur in generali institutione, sive- in ret etiam ad descendentes ab intestato, quia viuente Mathęo officium erat permansurum in bonis, & in hæreditate Hieronymi. Alexan. *cons. 232. num. 3. lib. 6.* Dec. *cons. 142. & seq.* Illustrissimus Mantica, *de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 7. num. 4.* Franc. *decis. 45.* latè Surd. *consil. 512. num. 27. 30.* Ideoque dicendum est officium remansurum

Mathęo

Matheo in casu duntaxat quo Hieronymus de-
clarasset nolle de illo disponere, id autem non
solum minus restringuntur verba decreti, sed
etiam illi directè contrariatur, quia ex illis ver-
bis Hieronymus aliter de dicto officio non dis-
ponens præmori contingat, officium liberum
remaneat Matheo, appareat concessum offi-
cium sub conditione si Hieronymus non dis-
posuerit. Ideoque Matheum semper aliquod ius
habuisse, non quidem liberum, sed impeditum,
ita vt posset adimi, & censeretur ad effectum
sub contraria conditione si Hieronymus dis-
posuisset, & sic non requirebatur dispositio, seu
factum, & declaratio Hieronymi, vt Matthæus
haberet officium, sed è contrario necessarium
erat eiusdem Hieronymi decretum, & factum,
& necessaria eius dispositio, vt Matthæus offi-
cium non haberet.

Supposito autem quo ad effectum, vt Mat-
thæo non remaneret liberum officium, fuerit
necessaria specialis dispositio Hieronymi, & se-
queretur non obstare Matthæo institutionem
8 hæredis à Hieronymo factam, quia in hæredis
institutionem regulariter non venit res, quæ
ad alium non spectat, casu, quo de illa speciali-
ter non disponatur, Corn. *cons.* 165. *nu.* 2. *lib.* 2. A-
retin. *cons.* 34. *nu.* 10. Aym. *cons.* 19. *nu.* 13. Couar. *in
rubr. de testam. par.* 3. *nu.* 19.

Non obstant decisiones, in quibus datur præ-
dicta distinctio, & Domini in decisionibus al-
legatis loquantur in bonis emphytheoticis, in
quibus dominium est resolubile, & per mor-
tem desiturum, quia fuit responsum sufficere
ad effectum, de quo agitur, quod testator ha-
bebat dominiũ illius rei etiam resolubile cum
facultate tamen disponendi, vt per Gabr. *cons.*
143. *nu.* 7. *&* 8. *lib.* 1. satis est enim, quod non dica-
tur disponere de re aliena, & tempore disposi-
tionis esset sua, vt de grauato habente faculta-
tem alienandi fideicommissum.

Deinde licèt ibi emphytheuta haberet do-
minium rei emphytheoticæ resolubile, habet
tamen facultatem nominandi liberam, & non
resolubilem.

9 Tertio hoc etiam dominium officij fuit re-
solubile non facta dispositione, quia ita voluit
Papa, qui concessit, & Hieronymus, qui emit.

Vnde etiam cessat, quod dicitur in emphy-
theusi pactum præuenire prouidentiam con-
cedentis, quæ voluit aliter concedere, si qui-
dem, vt in emphytheoticis concurrit voluntas
acceptantis, non minùs quàm concedentis, &
in hoc casu Matthæos etiam quodam modo
capit ex pacto, & prouidentia, aliter ex conces-
sione Papæ, & ex voluntate Hieronymi in casu
non factæ prouisionis, quæ omnia dicta sunt
ex abundanti; quandoquidem discrimen illud
bonorum emphytheoticorum, & allodialium
non fuit consideratum in decisionibus, sed so-
lummodo: An facultas nominandi esset sim-
plex, vel cum adiectione, quod nominatione
non facta bona ad aliquem pertinerent.

10 Non obstat doctrina Salic. *in l. in filia. C. fa-
mil. erc[i]sc. num.* 2. vl. i, quod per verba generalia
probatur expressè dispositio, *nam omnibus alium*
fuit responsum id procedere ex speciali ratio-
ne acquisitis seruandæ inter filios, vt dicit ibi
Bald. qui etiam subdit aliam rationem, quod
receditur à voluntate præsumpta, & à iure spe-
ciali, ex qua ratione sequitur, prædictam non
habere locum in casu isto in quo donatio non
est præsumpta, sed expressa in casu nouę dispo-
sitionis, & non venit ex iure speciali, & quod
plus est, si bene aduertatur Bald. ibi tenet con-
tra Salicet. quia argumenta in contrarium pro-
posita non soluuntur, ideóque videtur à secun-
da opinione recedere.

Non obstant testes examinati ad proban-
dam voluntatem testatoris, quia ista voluntas
11 quæ non transiuit in dispositionem non est
attendenda, *l. quidam cùm filium. ff. de hæred. insti-
tuen.* Castren. *cons.* 160. *num.* 2. *lib.* 2. quod autem
non transiuerit in dispositionem paret, quia ex
prædictis requirebatur specialis prouisio, quæ
12 non adest, imò sicut infra dicetur, Testator di-
cebat Matthæum esse sibi debitorem in pretio
officij, sequitur, quod sentiebat officium spe-
ctare ad Matthæum, & per consequens, quod
de illo disponere non cogitauit in vniuersali
institutione.

13 Præterea illi Testes nihil probant, Notarius
enim qui dixit Hieronymum dixisse suę volun-
tatis esse, quod Matthęus sibi restitueret pre-
tium officij, est vnicus: illa autem mulier, quę
disponit, quod testator dixit Matthęum esse si-
bi debitorem scutorum mille, & amplius nihil
facit. Etenim verum est Matthęum fuisse debi-
torem, & Hieronymum potuisse de illo credito
disponere, sed non addit dicta Testis, quod te-
stator declarauit se velle de illo credito dispo-
nere, vt in effectu non disposuit.

Vltra, quod est aduertendum Hieronymum
testatorem prędicta dixisse ad liberandum se à
14 molestiis, quę sibi inferebantur, vt Matthæo
aliquid relinqueret, ad tradita per Odd. *cons.* 64.
num. 19. & non censetur determinare voluisse,
15 quod Matthæus illud pretium solueret, cùm id
in testamento expressum non reperiatur, ad tra-
dita per Bart. *in l. cùm proponebatur, nu.* 2. *de legat.*
2. tanto magis attenta voluntate præcedente,
16 de qua deponunt Testes examinati secundo
pro Matthæo: cùm enim voluntas posterior sit
potior, *l. si quis cum, in princ. ff. de vulg. & pupill. &
l. per fideicommissum. ff. de condict. & demonstr. l. da-
17 re. C. fide instrument.* tamen in dubio præsumitur
perseuerantia, & non mutatio voluntatis, *cap.
maiores in fin. de Baptism. cap. licet de procur. lib.* 6.

Nec facit, quod voluntas testatoris recipiat
interpretationem ex dictis ante testamentum,
quia id procederet, si verba essent dubia, hic
autem verba non sunt dubia, cùm habeant à
iure certam interpretationem, vt non compre-
hendant bona, quæ ad alium spectabant in e-
uentum non factæ dispositionis, nec subsistit,
quod verba institutionis essent apta compre-
hendere istum casum; negatur enim talis apti-
tudo, cùm non sufficiant verba quæcunque
generalia, sed requiritur specialis, & indiuidua
dispositio.

Et ita fuit conclusum.

ILLVSTRISS. ALDOBRANDINO.

Romana Officij scriptoriæ, Lunæ
23. Maij 1583.

S V M M A R I V M.

1 *Officium emptum super vita alterius cum propria*

pecunia cum renotatione omnium emolumentorũ, spectat ad dominium pecuniarum ementem.

2 *Amplia, quod fructus ad ementem spectant cùm sequantur dominium.*

3 *Amplia, quod sic emens, potest de eo disponere.*

4 *Donatio non præsumitur, nisi verba de necesse inferunt.*

5 *Officium emptum cum reseruatione supradicta, comprehenditur in vniuersali institutione hæredis.*

DECISIO CLI.

DOmini distinxerunt hanc materiam in tres partes. Primu fuit an sententia A.C. esset rectè lata, quam dixerunt omitti, quia non videtur subesse aliqua nullitas ex tribus. Secunda fuit, An inspecto decreto de quo in resignatione officij Scriptoriæ facta à Frácisco de Leó. de anno 1563. 29. Martij ad fauorem Antonii Bergerii, officiũ re vera pertineret ad Antoniũ saltè post obitũ Guglielmi Sarde. Tertia quod circumspectis circumstantiis, & coniecturis pro parte Antonii.

Quo igitur ad secundam difficultatem, censuerunt Domini officium pertinuisse Guglielmo Sarde, ad ipsumGuglielmum, & post eius obitum ad eius hæredes, clara namque est Anto-
1 nii confessio, quod officium fuit emptum ex pecuniis Sarde, & propterea reseruantur sibi omnia emolumenta, & dispositio ipsius officii, quę dispositio prohibetur ipsi Antonio. Itaque Sarde de officio disponere posset, & non Antonius,
2 & de fructibus qui regulariter dominium sequuntur, *l. fructus ex diuerso de rei vend. l. Herennius de vsur.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 2. n. 35. in fi.* clatum est, quod effectualiter dominiũ huius officii pertinebat ad Sarde, & ex his quæ dicta fuerunt in illa Romana Montium.

Nec facit, quod prohibitio sit limitata ad vitam Guglielmi, quia prohibitus est Antonius
3 disponere de officio absque consensu dicti Guglielmi; causa autem huius prohibitionis est, quæ assignatur in ipsomet decreto, quia officiũ fuit emptum ex pecuniis ipsius Guglielmi, quæ causa transitoria est ad hæredes, & propterea ad eum quoque transit ipsa dispositio, cùm e-
4 nim non sit præsumenda donatio, nisi verba illa necessario inferant, *l. eleganter. §. qui reprobas de pign. actio.* verba non sunt talia, quæ cogunt nos dicere, quod Sarde voluerit post obitum suum donare officium Antonio. Vnde cùm Sar-
5 de de officio virtualiter disposuerit instituendũ hæredem Claudium Cynnotam ad ipsum spectant, Salic. *in l. filia num. 2. C. famil. er. is.* cum aliis quæ deducta fuerunt in illa Romana Montiũ, & in Romana hospitii coram R.P.D. meo Brauo cessat difficultas, quia instituerit hæredem Claudium in tali institutione comprehenditur quoque hoc officium ex supradictis, & hæc dicta fuerunt pro nunc, supponen. sine veri præiudicio, quod secundum Testamentum Sarde sit verum, & reale, super quo pendet controuersia coram me.

Et propterea non obstat, quod in institutione vniuersali non veniant ea quæ Testator disposuit ad alium post obitum pertinere, Aretin. *cons. 24. num. 10. cum allegat.* quia negatur assumptum, quod Sarde disposuerit, & quod officium pertineret ad Antonium post obitum ipsius Sarde. secundam difficultatem dixerunt Domini particulariter videndam.

R.P.D. BVBALO.

Romana Vineæ de Pallude, 12. Iunij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio specialis facienda est, quando quis habet facultatem nominandi aliquem, & nominatione non facta censetur nominatus expressus in inuestitura, & non sufficit hæredis institutio, sed specialis nominatio requiritur.*

2 *Secus est, quando quis habebat simplicem, & puram facultatem nominandi absque additione, quod nominatione non facta aliquis nominatus censetur, quia tunc pro nominatione sufficit institutio hæredis.*

DECISIO CLII.

1 DOmini respondendo strictè ad dubium, circumscripto effectu, concluserunt dominum, de qua agitur, non venire in generali Institutione hæredis, sed requirere specialem nominationem. Cùm enim Theodoricus de Pallude in concessione sibi facta in emphytheosim ab administratoribus Ecclesiæ Beatę Mariæ de Anima, haberet facultatem nominandi vnum de natione Germanica, & quod si decederet nominatione non facta, intelligeretur nominatus Thomas eius Nepos, & aliter D. Theodoricus facultatem nominandi non haberet, vtique facienda erat nominatio specificè, nec sufficiat institutio generalis ad exclusionem illius, qui aliter non secuta nominatione censetetur nominatus, vt bene per Corn. *cons. 165. num. 21 lib. 2.* Aret. *cons. 53. vers. sed quamuis,* & faciunt notat. *in l. vt iur. iurand. nu. 6. §. si libero nu. 6. vers. praeterea posito. ff. de oper. liber.* & fuit resolutum coram R.P.D. Seraphino de anno 1571. in vna Bononien. de Bologninis.

Neque huic conclusioni refragatur decisio aliàs facta coram R.P.D. Brauo in illa Romana
2 Domus in Monte Iordano de anno 1579. quia illa resolutio procedit quando sumus in speciali facultate nominandi, non autem quando nõ facta nominatione alius censetur nominatus, & ita in dicta decisione respondetur ad *consil.* Corn. 165. & sic illa decisio potius comprobat hanc resolutionem.

An autem ex hoc dicta domus veniat imputanda in falcidiã, erit particulariter videndum.

R.P.D. IVSTO.

Romana Legitimæ 15. Maii 1600.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitum ad tempus, post tempus dicitur permissum, & non extenditur.*

2 *Legitimam petere poterit filius non obstante prohibitione testatoris.*

3 *Voluntas testatoris restringitur ad dispositionem legis.*

4 *Disponere non censetur, quod non potest.*

5 *Generalis acceptatio testamenti non sufficit, quo ad praiudicium legitima, sed est specialiter et renunciandum, & acceptandum.*

6 *Clausula in rescripto Papę, intelligenda est iuxta volun-*

voluntatem testatoris.

7 *In legitimã imputantur ea, quæ ex testamento percipiuntur nempe prælegata, & officia, & n. 8.*

9 *Acceptans testamentum, dicitur acceptare cum sequenti dispositione.*

DECISIO CLIII.

Disputatum fuit dubium in Rota me proponente, An R.P.D. Hieronymus Serlupus hæres bon. mem. D. Marci Antonij fratris ex testamento possit detrahere legitimam ex persona D. Marci Antonij, & sic an in ea sint imputanda prælegata, relicta D. Marco Antonio in testamento patris, & Domini vtramque partem affirmatiuè resoluerunt, videlicet D. Hieronymum posse detrahere legitimam Marci Antonij fratris, & in ea esse imputanda prælegata; quoad primam partem deducebatur veritas resolutionis, quia tam ex dispositione legis, quàm ex voluntate testatoris poterat Marcus Antonius detrahere legitimam, & consequenter nullo modo prohibeatur, etiam si grauatus fuerit restituere hæreditatem, non censetur grauatus in legitima, *l. quoniam in prioribus*, & ibi Doct. *de inoffi. testamen.* & testator expresse prohibuit alienationem infra triginta annos, quibus elapsis dicitur admisisse, cùm prohibitio non extendatur vltra tempus, *l. pater. §. fun-*
1 *dum. ff. de lega. 3. l. in hoc. §. si conuenitur. ff. communi diuidundo glos. in l. pater. §. fratri. ff. de legat. secundo.* Ro in *consil.* 12. *num.* 4. *lib.* 2. & tenuit Rota corã Illustrissimo Mantica in vna Sabinen. spolij Molendini 16. Maij 1594. ex quibus sequitur licitum esse R.P.D. Hieronymo hæredi detrahere legitimam, quia licebat bon. mem. Antonio testatori, Sal. in *l. scimus in princip. C. de inofficioso testamen.* Aym. *cons.* 312. *n.* 5. Natt. *cons.* 238. *nu.* 4. Rol. *cons.* 78. *nu.* 6. *lib.* 1.

Non obstat, quod testator videatur voluisse prohibere detractionem legitimæ, quia sæpe dixit in testamento, si tamen fideicommisso ex dispositione non obstante licuerit dictam legi-
2 timam petere, & de ea disponere, quæ verba *si tamen*, declarant, quod testator contrarium censuit, *l. legatum l. legata inutiliter. ff. de adim. legat.* tum voluntas testatoris est expresse restricta, & limitata ad d. dispositionem, vt etiam in dubio
3 præsumeretur, *l. si duo fratres. ff. de acquirenda hæreditate.* Alex. *consi.* 76. *sub num.* 4. *lib.* 4. *& in l.* 1.
4 *num.* 46. *vers. confirmatur. ff. de vulgar.* nec censetur voluisse, quod non potuisset disponere, *l. si quis ita. ff. de cond. & inst. l. Lucius §. pen. ad manucip.* Illustrissimus Card. Mant. *de coniect. lib.* 3. *titul.* 2. *num.* 14.

Non obstant verba illa, *& vt magis bona supradicta dicto fideicommisso subiecta etiam comprehensa legitima conseruentur*, quia ista verba non ampliant præcedentem dispositionem, ad Decian. *cons.* 636. *n.* 7. & 8. præsentia cùm supra testator solum prohibuerit alienationẽ legitimæ vsque ad 30. annos, nec dicendum sit se statim voluisse corrigere, Alex. *cons.* 53. *num.* 13. *lib.* 3. Dec. *cons.* 190. *num.* 6.

Nec obstabat, quod in diuisione celebrata inter fratres de licentia, & indultu Papæ videa-
5 tur filij intentionem patris & eius voluntatem approbare, quod omnia bona, etiam quo ad legitimam remaneant sub fideicommisso, & consequenter non possint amplius illam petere, & prætendere, Dec. *cons.* 613. Soc. Iun. *cons.* 122. *nu.* 6. *lib.* 2. *cum alijs allegatis*, siquidem acceptatio testamenti nõ præiudicat respectu legitimæ, Rubr. Alexand. *cons.* 71. *num.* 8. Paulus de Monte Pico *cons.* 78. *num.* 7. sed in omnem euentum requirebatur specialis approbatio, *l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficioso testam.* Ruin. 56. *cons. n.* 8. *lib.* 2. Cart. Iun. *cons.* 72. *in fine*, & clausula apposi-
6 ta *in licentia Papæ* non alterat tenorem testamenti, sed est apposita ad effectum, vt appareat concessionem præter diuisionem esse limitatam ad voluntatem testatoris, & eius dispositionẽ, quã etiam fratres diuidentes intellexerunt præseruare, & est iuri consona, vt supra dictum est.

Quo ad secundam partem videbatur contrarium esse respondendum, quo ad impensas studij, & doctoratos, Bar. in *l.* 2. *§. nec castrense num.* 8. *ff. de coll. bon.* cum allegatis per Cast. *§. legitima quæst.* 26. *num.* 4. nec non etiam quoad officium Abbreuiaturæ, licèt enim officium, quod vendi potest, vel transmitti ad hæredes imputetur in legitimam secundum communem opinionem, de qua per Ripam in *l. in quartam*, & ibi Picus *num.* 203. *ff. ad l. falcid.* & Cast. *dicta quæst.* 26. *num.* 1. tamen locus esse videretur, cùm officium sit datum causa conditionis implendæ, scilicet postquam gradum doctoratus susceperit, quo casu non computantur data in legitimam, Alex. *in d. l. in quartam num.* 19. Rip. *num.* 136. *cum alijs allegatis.*

7 Quibus non obstantibus Domini affirmatiuè resoluerunt inhærendo regulæ, quod ea, quæ iudicio testatoris percipiuntur veniunt computanda, *d. l. in quartam*, & ibi Bat. & alij *in l. omnimodo. C. de inofficioso testamento.* & fuit dictum in Rota coram R.P.D. meo Decano in causa Bononien. fideicõmissi de Scappis 10. huius mensis.

Nec est verum, quod officium abbreuiaturæ relictum fuerit adimplendæ conditionis causa, quia est dilata illius executio, quinimo habemus specificam testatoris dispositionem, no-
8 dum, quoad prælegata, sed etiam, quo ad fructus ex ceteris bonis perceptis, vt imputentur in legitimam, ergo seruanda est, *§. disponat. Authen. de nupt.* voluit enim testator, quod omni casu, quo licuerit de portione legitimæ disponere non obstante fideicõmisso, tunc in legitimam imputentur omnia prælegata, & iste videtur casus noster, quia, vt firmatum est, fideicommissum non obstat detractioni legitimæ & bo. me. Marcus Antonius de legitima disponit. Vnde ex testamento patris sui omnia sunt imputanda, tum quia dispositio testatoris sufficit, vt fuit resolutum in causa Romana legitimæ 16. Octobris 1581. coram R.P.D. meo Decano, tũ etiã quia Marcus Antonius acceptando volun-
9 tatem patris circa dispositionem legitimæ illã acceptauit cũ sequenti dispositione, vt omnia prælegata imputentur, *l. si pars. §. fin. l. nihil interest. l. fin. ff. de inoffic. testamen. l. filio præterito. ff. de inoff. testam.* faciunt tradita per Ruin. post alios *in d. l. in quartam n.* 124. si enim potuisset sibi præiudicare in legitima, Bero. *dict. cons.* 24. *n.* 6. *l.* 2. cũ alijs allegatis per Moder. Patau. *de fideicomm. art.* 36. *nu.* 83. tanto magis id dicendum est in præle-

gatis, quæ veniunt ex testatoris dispositione.

REVERENDISS. SACRATO.

Bononien. Successionis, Veneris 23. Maii 1609.

SVMMARIVM.

1 *Frater succedit æqualiter cum sorore alteri fratri.*
2 *Pater transiens ad secundas nuptias priuatur successione filiorum quo ad proprietatem.*
3 *Limita non procedere, quando filij consenserunt, vt pater secundo nupserit.*
4 *Declara dictam limitationem, vt iste consensus colligatur ex taciturnitate, sed contra, nu. 5. 8. & 9. vbi assignat rationem.*
Tacens in præiudicialibus videtur consentire.
6 *Amplia multo magis procedere in filijs in quibus concurrit timor reuerentialis.*
7 *Taciturnitas ad hoc, vt renunciationem inducat, constare debet, quod ille, qui tacet, sciret tale ius competere.*
8 *Tacens, quando per conquestionem, nihil poterat obtinere non sibi præiudicat.*
10 *Statutum Bononien. prohibens vltra semel appellare est seruandum etiam in Curia.*
Appellatio cum sit de appendicijs illius instantiæ cuius est sententia subiacet statutis fori, in quo lata est sententia.

DECISIO CLIV.

SEntentiæ de partibus condemnantes hæredes q. Nicolai Scardinarij ad restitutionem tertiæ partis scutorum 800. receptorum per d. q. Nicolaum in dotem ab Isabella eius Vxore visæ fuerunt iustæ, & executioni demandandæ iustæ, quia mortua Isabella ius successionis spectauit ad Carolum eius filium masculum exclusis fœminis in vim Statuti Bononien. & rursus mortuo Carolo, idem ius transiuit ad tres sorores vtriusque coniunctas superstites, & inde mortua Diamante altera ex dictis sororibus ad Seraphinum eius filium pro sua portione.

1 Non obstat excessus adductus ex eo, quod Nicolaus pater Caroli eidem successerit vnà cũ sororibus, iuxta notata *in Authen. defuncto. C. ad Tertull.* & proinde Diamantes non tertiam, sed quartam partẽ transmiserit ad filium: Quia placuit responsio, quod Nicolaus per transitum ad
2 secundas nuptias quo ad bona à matris titulo profecta fuit priuatus libera successione filij, quo ad proprietatem, & propterea debuit illam filiis primi matrimonii relinquere, *l. fœminæ. §. illud etiam. C. de secund. nupr.* quæ lex licet loquatur in fœmina, habet locum etiam in masculo transeunte ad secundas nuptias, Decqui de communi *consil. 97. numer. 3.* cum alijs cumulatis per Gabr. *titul. de secund. nupt. conclus. 1. num. 2.*

3 Non obstat, quod illa pœna non habet locũ, quando pater nupsit de consensu filiorum primi matrimonii, glo. *in Authen. non de leg. secund. nupt. vers. copulantur*, cum aliis per Gabr. *d. tit. n. 33. in 7. limit.*
4 Et quod iste consensus colligatur ex taciturnitate filiorum non conquerentium de huiusmodi transitu ad secundas nuptias ex latè cumulatis per eundem Gabr. *d. tit. num. 34.* & per Menoch. qui de magis recepta opinione testatur *cons. 257. num. 24.* quia contraria opinio, quod non sufficiat sola taciturnitas, videbatur
5 magis vera; Tum quia in præiudicialibus tacens non videtur consentire, ad tradita *in l. quæ*
6 *dotis. ff. solut. matrim.* multo minus in filiis, in quibus concurrit timor reuerentialis, *l. 2. cum ibi not. ff. de iustit. & iur.* Federic. de Sen. *consi. 191.*
7 *num. 1.* Tum denique, quia vt ex taciturnitate inducatur renunciatio debet constare; quod filij scirent tale ius sibi competere, vt bene per Ias. *consi. 53. num. 10. vers. præterea si Domina lib. 1.* Boer. post alios *decis. 185. numer. 23.* Menoch. *consil. 257. num. 28.*

8 Facere etiam videbatur, quod filij per huiusmodi conquestionem nihil consequi posse videbantur, non impedire nuptias patrum, quia hoc illis non conceditur priuare parentem habentem vsufructu, quia contrarium reperitur iure cautum, vt latè per Boer. *d. decis. 185. num. 20. in fin.* non etiam aliquid consequi circa proprietatem, quia hoc illis ita demum debetur si superuixerint patri, *d. l. fœminæ §. illud. vers. quod si*
9 *nullam.* & proinde cum filij per conquestionẽ nihil possint obtinere, nihil videtur tacẽdo sibi præiudicasse, iuxta distinct. Bart. & sequacium *in l. quæ dotis num. 22. vers. aut erat talis actus ff. solut. matrimon.* Din. *in cap. is qui tacet. num. 5. de reg. iur. in 6.*

Et hanc opinionẽ vltra Rip. & Soc. per Gabr. alleg. tenuerunt Boer. *dec. 185. n. 22. vers. aliæ præsentia*, vbi allegat Paul de Castr. & Io. de Anan. Sarmien. Rotæ Audit. *selectarum interpret. l. 4.* nec dissentit Menoch. *d. cons. 257. nu. 28.*

Stante iustitia sententiarum visum fuit esse locum executioni non obstante, quod non sint
10 tres conformes per Statutum Bononien. *sub rubr. de instrumen. restam. & Laud. execut. demand. circa finem. §. saluo semper*, vbi prohibet vltra semel appellare, quod quidem statutum visum fuit seruandum etiam in Curia, vt fuit in specie decisum in causa Bononien. de Sactonantijs 17. Maij 1599. coram Illustrissimo Cardinali Millino, & fuit ponderatum, quod appellatiõ est de appendicijs illius instantiæ, cuius est sententia, à qua interponitur, & ideo subiacet statutis fori, in quo lata est sententia, vt fuit in specie decisum in alia Bononien. coram Robustero relat. *inter diuers. impress. 330. num. 2. par. 1.* & proinde non applicari videbatur decisio in causa Sabinen. dotis 13. Martij 1606. coram me, quia non loquitur in statuto tollente appellationem, sed dante certum modum in exequendo.

R. P. D. BVRATTO.

Romana hæreditatis, & Paragij dotis, Lunæ 1. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Pater transiens ad secunda vota tenetur reseruare filijs omne id, quod ex successione aliorum filiorum quæsiuit quo ad proprietatem, & nu. 2.*
3 *Amplia procedere siue transeat ante successionem, siue post, & nu. 4.*
5 *Amplia etiam procedere in dote lucrata vigore statuti Vrbis.*
6 *Amplia, quod talis pœna dicatur imposita ipso iure.*
7 *Amplia, quod dicta pœna transeat in hæredem, vbi*

deli[illegible]

declarata non fuit contra viuentem, & nu.15.

8 *Falsa principalis conclusio, quando filius consensit, quod pater secundo nuberet.*

9 *Pupillus, vel infans cùm non habeat consensum non potest dici aliquid approbasse.*

10 *Approbatio alicuius actus etiam in maiori ætate, induci non potest sine aliquo actu positiuo.*

11 *Filia non potest alibi decentius, & honestius habitare quàm in domo patris ratione educationis.*

12 *Approbatio ex taciturnitate, & cohabitatione non potest induci sine scientia, & certitudine iuris sibi quæsiti.*

13 *Ignorantia in muliere præsumitur maximè in ijs, quæ in iure consistunt.*

14 *Solemnitates statutariæ sunt necessariæ in tacita renunciatione sicut in expressa.*

DECISIO CLV.

1 ANtonius Calorus transiens ad secunda vota tenebatur restituere Faustinæ eius ex q. Olim cara prima Coniuge filiæ partem proprietatis duorum eius ex dicta coniuge filiorum pro æquali portione cum dicta Faustina sibi quæsitam, iuxta expressam dispositionem text. *in l. fœmina. §. illud.* vbi Saliceт. Ang. & Sichar. *in Summario. C. de secund. nupt. gloss. in §. hinc nos, in vers. vsum,* vbi etiam Angel. *auth. de nupt.* idem Ang. *in auth. ex testamento. C. de secund. nupt.* cum alijs latè per Gabr. qui de communi *conclus. 3. num. 1. & 2. eodem titul. de secund. nupt.* & fuit tentum in vna Beneuentana hæreditatis 20. Iunij 1594. coram bon. mem. Litta, & in Romana successionis de Armenteriis coram R.P.D. meo Canalerio.

2 Quæ procedit etiam in patre secundo nubente, gl. fi. *in d. §. illud, in vers. Possessione delata,* quam ibidem sequitur Sal. *n. 4.* dicēs ita obtinuisse de facto, & in vtroque esse eādem rationem, Sich. *ibid. num. 2.* de communi Io. de Garon. *in repet. d. auth. ex testam. nu. 44.* Boer. *decis. 187. num. 1.* & de communi testatur Io. à Ripa *in repet. d. l. fœmina, nu. 1.* Dec. *cons. 87. nu. 4.* cum aliis latè per Gabr. *loco citato conclus. 3. in prima ampliat.* & Castill. *in tract. de vsufruct. c. 2. nu. 24.* & tenuit etiam Rota in Romana Restitutionis lucri dotis 2. Decembris 1596. coram bon. mem. Orano, & in dicta Romana successionis de Armenteriis coram R. P. D. meo Canalerio.

3 Pœnæ etenim secundo nubentium fauore filiorum inductæ sunt communes vtrisque parentibus, *§. quia verò,* & ibi Ang. *de non eligen. 2. nub.* Rol. *nu. 9. lib. 1.* Gabr. *vbi supra in 7. conclus.*

4 Illa autem quæ inducitur ex *d. §. illud,* locum habet siue transeat ad secundas nuptias ante successionem, vel post. vt per Rip. *in nu. 2.* Ruin. *cons. 20. nu. 4. lib. 3.* vbi dicit communem, nec fieri differentiam inter vnum casum, & alium, Rol. *d. cons. 65. num. 10. lib. 1.* Thob. Non. *cons. 74. num. 2.* Afflict. *decis. 75. num. 4* cum aliis per Gab. *vbi supra conclus. 3. in 4. ampliat.* & Castill. *de vsufruct. c. 2. nu. 15.*

5 Et procedit etiam in dote lucrata vigore Statuti Vrbis secundum veriorem, & receptiorem sententiam, quam tenet Bald. *in l. generaliter. §. illud, & in Authen. ex testamento. C. de secund. nupt.* Rip. qui de communi *in d. l. fœmine, q. 61.* Boer. *decis. 185. nu. 8. & 9.* dicens ita fuisse pluries iudicatum, Io. de Garon. *in d. l. generaliter d. §. illud à nu. 49. vsque ad 58.* & de communi testatur Rol. *de lucr. dot. q. 86. nu. 7.* Fanuc. *in eod. tract. glo. 8. nu. 13* Bursat. *cons. 12. nu. 6. lib. 2.* Surd. *cons. 154. nu. 20. lib. 1. & cons. 196. nu. 35. lib. 2.* Gabr. *vbi supra conclus. 1. ampliat. 9.* vbi dicit communem, & tenuit etiā Rota in dicta Romana restitutionis dotis coram Orano.

6 Et cùm sit imposita ipso iure, vt dicit Gabr. *d. conclus. 1. in 4. ampliat.* Io. de Garon. *in d. l. generaliter, n. 93. & seq.* Corn. *cons. 309. col. penul. vers. cum itaque nubens lib. 3.*

7 Transit in hæredem, vbi declarata non fuit contra viuentem secūdum magis communem quam tenet Rip. *in d. l. fœmina. n. 30* Soc. Iun. *cons. 71. nu. 3. & 11. lib. 2.* Rim. Iun. *cons. 295. nu. 73. & cons. 569. nu. 171. & seq.* Gabr. *vbi supra concl. 4. ampliat. 26.* Peregr. *cons. 78. nu. 9. in fin. & seq.*

8 Non obstat prætensus Faustinę cōsensus qui facit cessare pœnam *d. §. illud,* vt per gl. *in Auth. de non eligen. secun. nuben. in vers. copulantur.* cum allegatis per Gratian. *discept. at. forens. c. 140. nu. 3.*

Quicquid enim sit, an ille sufficiat tacitus, vel requiratur expressus ad istum effectum, certum est, quod ex sola, & simplici taciturnitate Faustinæ de tempore secundi matrimonij per Antonium eius patrem contracti, cùm esset infans
9 resultare non potuit aliquis consensus, quē habere non poterat, & consequenter neque etiam exinde sequi potuit approbatio, cū esset pupilla, ad tex. *in l. 1. C. de fals. monet. §. Pupillus, Instit. de inut. stipul.* & tradunt in his terminis, Io. de Garon. *in Rub. C. de secund. nupt. n. 123.* & alij per Surd. *decis. 100. num. 2.* & Rota in d. Beneuentana coram Litta.

10 Immo nec etiam in maiori ætate sine aliquo actu positiuo, vt in istis terminis tradunt idem Io. de Garon. *in d. rubr. nu. 118.* Rip. in *d. l. fœmina. nu. 30. in fi.* Riminal. Iun. *consi. 295. nu. 73. 78. & 79. & cons. 569. num. 177. & seq.* Menoch. *cons. 257. num. 25. & 26. & consi. 806. num. 11.* Surd. *d. decis. 100. nu. 7. & 8.* & pluribus probat Castill. *loco citato num. 100. & seq.*

11 Actus autem positiuus dici non potest cohabitatio Faustinæ cū Patre, & Nouerca, quia dū erat minor alibi honestius, & decentius nō poterat habitare ratione educationis, Boer. *decis. 195. nu. 5.* Pinell. *in l. 1. par. 1. nu. 53. C. de bon. matern.* Surd. *de aliment. tit. 4. q. 14. nu. 10.*

Postquam verò fuit effecta maior, licet habitauerit in eadem domo cum eius viro, degebat tamen, vt supponitur, seorsim à patre, & in parte domus per eos conducta, quod perinde est ac si in diuersa domo mansisset, & quando etiā fuisset in eadē domo, videretur perseuerasse in cohabitatione, quæ cœpta fuit in infantili ætate.

12 Sed in omnem casum consensus, siue approbatio Faustinæ ex illius taciturnitate, & cohabitatione induci non potuit sine scientia, & certioratione iuris sibi quæsiti ex dispositione *d. §. illud,* vt in terminis tradunt Dec. *cons. 206. nu. 7.* Aymon *cons. 142. num. 20.* Ias. *consi. 53. sub num. 4. vers. ad hoc,* Boer. *d. decis. 185. num 23. vers. alias præsentia,* Menoch. *d. consi. 257. num. 28. & d. consi. 806. num. 23.*

13 De qua scientia Faustinæ nullibi constat, & ideo ratione sexus præsumitur ignorātia etiam quod in iure cōsistat *l. regula. §. 1 ff. de iur. & fact. ignorat.* Capic. *decis. 159. nu. 22.* Cephal. *consi. 34. nu.*

39.*lib*.1.cum alijs per Menoch.*præsumpt*.23.*n*. 17. *& num*.19.*lib*.6.

14 Vltra quod sicuti in illius etiam expresso consensu, & sui iuris remissione necessaria erat solemnitas statutaria in contractibus mulierũ requisita; Ita multo magis requirebatur in tacita, vt in specie per Ias. *d. cons*. 53. *numer*. 4.*&* 5. *lib*.1.& Menoch.*d.consi*.137.*sub num*. 34. *vers.prohibet*.

15 Demum non obstat pœnam dict.*l. fæmina* nõ habere locum in bonis mediatè peruenientis ex hæreditate materna ad filium Antonii, qui vltimo loco decessit. Quicquid enim sit de huiusmodi opinione cuius contrariam tenuerunt Io. de Garon.*in d.auth.ex testamento in* 7. *notab.numer*.25.vbi ait, quod ita fuit iudicatum,& quod ista est veritas, Bertra.*in cons*.157.*per tot*. Gabr.*d. conclus*.3. *num*.9. De prætensa mediata successione non constat, cùm ambo ex filiis Antonii decesserint infantes, vt bene colligitur ex *instromento* dotali,& fidantiatum, vt in Summario Faustinæ, *numer*.1.2.*&* 3. Matris hæreditatem adire non potuerunt, & sic illa immediatè dicitur ad Antonium peruenisse vti hæreditas Horinthiæ non filiorum.

Et ideo resolutum fuit Antonium per trãsitũ ad secunda vota amisisse successionem in dictis bonis, iuxta supradictam dispositionem; tex. *in d.l.fæmina*.§ *illud,de secund.nupt*.

Reseruato tamen, vt de prætensa expressa renunciatione Faustinæ,& aliis videatur.

REVERENDISS. SACRATO.

Sancti Seuerini bonorum, 10. Decembris 1600.

SVMMARIVM.

1 *Iudex immittens aliquem in possessionem alicuius regulariter illum priuat possessione.*

2 *Fallit, quando immissio fuit concessa sine præiudicio iurium possidentis.*

Fallit etiam Iudex si possessorem grauauit, & numer.9.

3 *Possessio dũ in esse deducitur est quid facti, acquisita tamen, dicitur quid iuris, & iuris appellatione venit.*

4 *Vsufructuarius dicitur naturaliter possidere.*

5 *Possessio naturalis vnius est compatibilis cum possessione ciuili alterius.*

6 *Amplia, quod propterea duobus respectibus possunt duo in solidum possidere.*

7 *Possessio data cum clausula* sine præiudicio iuris possessoris, *si est cum illa incompatibilis potius vitiatur immissio, quàm retentio.*

8 *Immissio concessa sine præiudicio iuris possessoris dicitur conditionalis.*

10 *Manutentio competit illi, qui facto Iudicis nulliter procedentis, fuit possessione priuatus, si non habuit se pro spoliato.*

11 *Remedium l.fi.C.de edict.diu. Adr. toll. non competit contra titulo possidentem.*

12 *Legatarius non dicitur contradictor aduersus remedium l.fi.C.de edict.diu.Adr.toll.*

Fallit, quando legitimè reperiebatur in possessione, nu.13.*& seq.*

13 *Legatarius debet capere legatũ de manu hæredis.*

14 *Possessio vitiosa non est possessio.*

15 *Mulier quæ viuente Marito erat in possessione bonorum, viro illius mortuo potest sine vitio rationé sui vsusfructus retinere eorundem bonorum possessionem.*

16 *Retentio est fauorabilior, quàm immissio, quando à vitioso principio non processit.*

17 *Immissio non conceditur contra creditorem, qui sine vitio reperitur in possessione bonorum defuncti.*

18 *Legatarius potest capere possessionem rei legatæ propria auctoritate, si accedat consensus testatoris etiam tacitus.*

19 *Amplia etiam si accedat consensus hæredis.*

20 *Declara, quod tunc concurrit consensus testatoris, quando ipse voluit, quod legatarius administraret suam hæreditatem.*

21 *Declara, quod tunc accedit consensus hæredis, quando hæres passus fuit hæreditatem per multos annos administrare.*

DECISIO CLVI.

PRo manutentione Fuluiæ fuit conclusum; nam eius possessio ante sententias non controuertitur, sed tantum an illa amiserit per sententias latas ad fauorem equitis, & immissioné dictarum sententiarum vigore illi concessam,

1 & licèt regula sit, quod Iudex immittendo vnũ priuet alium eius possessione, iuxta notata *in l. clam possidere*.§.*qui adnundinas*. vbi in specie Ang. *n*.2.Ias.*nu*.20.*ff.de acquir.possess*. attamen visũ fuit casum esse extra terminos dictæ regulæ, ex duobus.

2 Primo, quia fuit data immissio sine præiudicio iurium Fuluiæ quo ad vsumfructum, per quem videtur præseruata etiam eius possessio; nã etsi possessio dũ in esse dicitur, sit quid facti,

3 acquisita tamen, dicitur quid iuris, & iuris appellatione venit, Bar. Angel. Imol. Castr. Alexan. & Ias. *in l.1.ff.de acquir.possess*.& est communis opinio, & per Soc.Iun. *ibi num*.18. Rip. *nu*.26. Couar. *in regul. possessor in initio secundæ partis relect. num*.3. neque vt ex aduerso prætenditur est præ-

4 seruatio contraria facto, quia possessio vsufructuarii, cùm sit naturalis, *l. naturaliter in princip.ff.de acquir.poss.*.*ff*. Castren.*cons*.396. *in fin.par*.2.

5 & est compatibilis cum possessione ciuili alterius, *l.fin.ff.vti possid.glos.in l.si duo iuxt. fin.ff. eod. tit*.& est regulare, quod duo etiam in solidum

6 possidere possunt diuersis respectibus, Bartol. *in d.l.si duo.numero* 4.*versi.si constaret. ff. vti possid*. Oldrad.*consil*.257.*numero* 41. Alexand.*consilio* 99.*numero* 9.*versi.nam licèt,colum*.5. Soc. Iun. *in l.1.numer*.341.*ff. de acquir. possess*. Cæsar de Grass. *decisio*.5.*nu*.7. *de caus. possess.& propter*. & fuit dictum coram me in causa Romana bonorum de Sancta Cruce 4.Iunii proximi.& quatenus istæ

7 possessiones essent incompatibiles, stante clausula *Sine præiudicio*, potius vitiaretur immissio,

8 quàm retentio, quia immissio videtur data sob conditione, ita Put.*decis*.32.*lib*.2.*per l.qui absente* §.1.*ff. de acquir.hæred*.

9 Secundo fuit dictum intrare prædictam conclusionem, quia etiam si Iudex voluisset priuare Fuluiam sua possessione, non potuisset, quia in effectu grauasset, & Iudex grauando nõ priuat quenquam sua possessione, quia tunc est loco

10 priuati, & grauatus manutenetur contra factũ Iudicis, nisi habuerit se pro spoliato, vt fuit dictũ in cau-

in causa Penen. & Aduien. bonorũ 4. Iulij 1584. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, relata *in ter diuers. impress. decis. 82. num. 7. vers. quia pro responsione par. 1.* in causa Romana domus 5. Nouembris 1599. coram R. P. D. meo Lancellotto, & alibi sæpe.

11 Quod autem grauasset deducitur ex eo, quod possideat cum titulo sui legati vsusfructus, & contra titulo possidenté non competit remedium *l. fin.* cuius vigore fuit immissus eques, per textum *in l. fin. vers. non autem legitimo modo*, & ibi Bar. *num.* 21. Dec. *num.* 41. Socin. Iun. *cons.* 77. *nu.* 161. *lib.* 1. Menoch. *de adipisc. cnd. poss. §. remed.* 4. *numero* 588. *& seq.* & fuit dictum in causa Romana Vineæ 21. Aprilis 1589. coram R. P. D. Comitulo.

12 Nec obstare videbatur, quod regulariter Legatarius minimè sit legitimus contradictor aduersus remedium *l. fin.* Dec. *cons.* 424. *numer.* 17. *& seq.* cum concordant. a llegatis, quia hoc ideo

13 est, quia regulariter Legatarius non potest capere possessionem propria auctoritate, sed capere debet de manu hæredis, Alex. *cons.* 58. *nu.* 8. *lib.* 3. Soc. *cons.* *nu.* 17. *lib.* 1. Dec. *cons.* 607. *n.* 1. nimi

14 rum igitur si tanquam vitiosus possessor minimè potest impedire immissionem, quia vitiosa possessio non est possessio, ad not. *in l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re iud.*

Vnde licet adsit titulus, deficit alterum requisitũ ad impediendam immissionem, hoc est possessio. In proposito autem casu ista mulier viuẽte marito erat in possessione istorum bonorum.

15 Vnde illo mortuo potuit sine vitio ratione sui vsusfructus retinere eorumdem bonorum possessionem, vt in terminis Vxoris legatariæ vsusfructus post Alciat. *cons.* 607. firmat Surd. *cons.* 253. *n.* 21. & ante illum Bero. *cons.* 60. *n.* 5. *vol.* 2.

16 Cessat enim temeritas cuius causa improbatur apprehensio legatarij, & intrat priuilegium retentionis, quę quandoque à vitioso principio non procedit, & est fauorabilior, quàm immissio, vt latè per Surd. *d. nu.* 22. *cum sequ.* & in terminis creditoris defuncti, quod si reperiatur in de

17 tentione sine vitio contra illam non detur immissio, quæ sit præiudicialis suæ detentioni, & sic, quod vterque prout in hoc casu debet possidere diuersis tamen respectibus, fuit decisum coram me in Romana bonorum de Sãcta Cruce supra allegat. & etiam si Fuluia posset dici per existentiam Nepotis simplex alimentaria, iuxta consuetudinem Bulgari, vt prætendunt Informantes pro equite, adhuc dicebatur habere locum conclusiones supra firmatas, quia istud genus alimentorum, quod subrogatur loco vsusfructus capitur per alimentariam propria auctoritate, Dec. post alios *cons.* 418. *numer.* 3.

Prædictis addebatur, quod legatarius potest capere possessionem auctoritate propria, si ac-

18 cedat consensus etiam tacitus Testatoris, Ias. *in l. quoties num.* 8. *C. de hæred. instit.* Rip. *in l.* 1. *num.* 10. *& sequen. ff. quorum legat.* Dec. *cons.* 418. *num.* 4. Bero. *consilio* 60. *num.* 9. *lib.* 2. Honded. *cons.* 28. *nu-*

19 *mer.* 10. *lib.* 2. Surd. *consi.* 265. *num.* 11. *circa med.* sicut etiam si accedat consensus expressus, vel tacitus ipsius hæredis, Castr. *consi.* 152. *numer.* 3 *volumin.* 2. Rip. *d. l.* 1. *num.* 7. *ff. quorum legat.* & tradit Alexan. *in l. restituta num.* 6. *ff. ad Trebell.* Paris. *cons.* 53. *num.* 111. *& seq. lib.* 3. Honded. *cons.* 28. *num.* 32. *lib.* 2. in casu autem proposito dicebatur vtrunque con-

20 currere, Testatoris dum voluit, quod ipsa vsque ad certam ætatem hæredis administraret, Dec. *cons.* 418 *num.* 5. Ruin. *cons.* 119. *num.* 6. *lib.* 3. Hæredis dum passus fuit, illá per multos annos administrare, ex traditis per Gabr. *tit. de præscript. conclu.* 1. *num.* 2. *cum pluribus seqq.* Paris. *d. cons.* 53. *num.* 111. *lib.* 3.

REVERENDISS. SACRATO.

Romana Bonorum de Sancta Cruce
5. Iunij 1610.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum competit ei, qui probat se hæredem ab intestato, & quod bona erant defuncti tempore mortis.*

2 *Amplia maximè procedere vbi adest statutum continuans possessionem.*

3 *Amplia, vt tale interdictum non impediatur per retentionem, quando illa fit diuerso respectu, & petitur ad diuersum finem.*

4 *Creditor non dicitur sibi possidere, sed debitori.*

5 *Retentio ratione legitimæ seu æris alieni, & aliorum onerum hæredi competit contra fideicommissarium.*

6 *Amplia procedere non solum in hærede vltimi grauati, sed etiam in quolibet alio possessore non vitioso.*

7 *Facultas ingrediendæ possessionis propria auctoritate operatur retentionem, etiam si alias possessio malè apprehensa esset.*

8 *Interdictum quorum bonorum non competit contra eum, qui ostendit titulum diuersum à titulo pro hærede, vel pro possessore, quibus tantum competit.*

9 *Exceptio, quæ probatur publico Instrumento, nec aliud expectat post se, dicitur in continenti probata, & est admissibilis in quolibet Iudicio priuilegiato.*

10 *Exceptio incontinenti probata non redditur turbida ex replicationibus actoris, donec illa probauerit.*

11 *Possessio non potest apprehendi propria auctoritate absque mora, & interpellatione debitoris.*

12 *Limita non procedere, quando solutioni debiti fuit constituta dies certa.*

13 *Tenuta etiam nulliter data potest confirmari.*

14 *Possessionis causam quis non potest mutare nisi declaret expressè, & nominet, & amittat primam.*

15 *Fallit, quando quis ingressus fuit possessionem cum clausula* omni meliori modo, &c. *quæ operatur, vt possessio sit capta vigore cuiuscunque tituli magis proficui.*

Possessio capta cũ clausula omni meliori modo, &c. *operatur, vt possessio sit capta vigore vtriusque tituli magis proficui.*

16 *Possessio antiqua non amittitur per nouam apprehensionem, quando noua fuit capta sine præiudicio quorumcumque iurium competentium, & non alias.*

17 *Possessor potest sibi mutare causam possessionis, præuia declaratione.*

DECISIO CLVII.

CEnsuerunt Domini dandam esse immissionem D. Lauræ, sine tamen pręiudicio retẽtionis D. Bartholomei.

1 Immiſſionem,quia non controuertitur bona
dc quibusagitur fuiſſe in bonis q.Siluii,cuius i-
pſa D.Laura eſt hęres ab inteſtato,vnde cōpetit
ſibi vtile interdictum quorum bonorū, Azon *in
ſum.ſub rubr. de interdict.* latè Menoch.*de adipiſc.*
2 *remed.1.nu.* 33.& eo maximè ſtante ſtatuto vrbis
cōtinuātis poſſeſſionē defuncti in hęredē,Me-
noch.*vbi ſupra nu.*40.Nec retentio D.Bartholo-
3 mei poteſt impedire huiuſmodi immiſſionē,cū
illa ſit diuerſo reſpectu, & ad diuerſum finē, vt
fuit in ſpecie dictū in cauſa Ianuen. fideicom-
miſſi 4.Maii 1590. corā Illuſtriſſimo Platto: im-
mo tantū abeſt, vt dicta retentio noceat in hoc
4 caſu,quod immo ſuffragatur,cū creditor nō di-
catur ſibi poſſidere ſed debitori,& illius hære-
di,vt latè in his terminis proſequitur Surd.*conſ.*
481.*num.* 14.

5 Retētio verò fuit data Bartholomeo ſtante e-
ius credito,& ſucceſſiuè cū Siluio illius filio. &
hærede.ex *deciſ.*Guid.Pap. 496. *nu.2. verſ.propter*
6 *detractiones debitorum.*Cacher.*deciſ.*34.*alias* 33.*nu.*
27.quæ iura liceèt loquātur in hærede vltimi gra
uati conuento à fideicōmiſſario,voluerunt Do-
mini ex identitate rationis habere locū.in quo-
libet alio poſſeſſorio non vitioſo,quale eſſe Bar-
tholomeū fuit iam reſolutū in hac cauſa ſub die
23. Martii 1608.& præſcripta eo magis ſtāte hy-
potheca,& facultate ingrediēdi propria aucto-
7 ritate de quibus in Inſtrumēto confeſſionis de-
biti factæ per q. Iacobū ad fauorem Bartholo-
mei,quæ operantur retentionem,etiam ſi aliàs
malè apprehenſa fuiſſet tenuta,Bald.*in c.quoniā
frequenter.§.ſin autem n* 8.*vt lit non conteſt.*Dec.
*conſ.*449.*nu.*22.cum aliis cumulatis per Surd.*de-
ciſ.*46.*nu.*7.*& pluribus ſeqq.*& pręcipuè *ſub nu.*16.
vbi atteſtatur ex cōmuni opinione, cōcluſionē
procedere etiā ſi non adſit facultas ingrediendi
poſſeſſionem propria auctoritate.

Non obſtant multa,quæ adducuntur contra
creditum D.Bartholomei,quia ad euitandā im-
8 miſſionē vigore huius crediti ſufficit ſola oſten-
ſio tituli diuerſi à titulo pro hęrede,vel pro poſ-
ſeſſore cōtra quos tantū competit Interdictum
quorum bonorū, Menoc. poſt alios *dicto remed.*
1.*quæſt.*14. *num.*60.*&* 61.vltra,quod exceptio di-
cti Bartholomei cùm habeat pro ſe publicū In-
ſtrumentū,nec aliud expectet poſt ſe,dicitur in
9 continenti probata, & admiſſibilis in quolibet
priuilegiato iudicio,ex cumulatis per Meno.*de
arbit.lib.*2.*caſu* 12.*per totum*,& in terminis huius
Interdicti,*d.remedij* 1.*num.*105.*&* 106 & dubita-
tes quæ proponuntur per dictū Lucam extra
10 dictum Inſtrumentū , dicuntur venire ex repli-
cationa actoris,& præterea non obſtant donec
plenè ſint probatæ,ad *deciſ.*Afflict.63.& Put.243.
*lib.*3.

Nō obſtat,quod Bartholomeus vigore Inſtru-
menti ſui crediti minimè potuerit ingredi poſ-
11 ſeſſionē propria auctoritate abſque interpella-
tione, & mora debitoris,vt in Bononien. ſpolii
coram Illuſtriſſimo Pamphilio quæ alleg. nam
propter quod ipſe non fuit ingreſſus propria
auctoritate, & quod illa deciſio non loquitur,
12 quando ſolutioni debiti fuit cōſtituta dies cer-
ta, poſt eius lapſum videtur incurſa mora,ad *l.
magnam.C. de contrah.& comit.ſtipul.*ceſſat tum
ex eo,quod Bartholomeus etiam ſine fomento
clauſularum huius Inſtrumenti vigore anterio-
ris poſſeſſionis pro indiuiſo cum Iacobo po-
tuit ſine vitio continuare, iuxta reſolutionem
13 coram me ſupra allegatam. Tum etiam, quia ſi
minus validè fuiſſet data tenuta, adhuc poſſet
nihilominus confirmari,Surd.*d.deciſ.*46.*num.*7.
cum alijs ſupra deductis.

14 Ex prædictis ceſſat aliud obiectum , quod
Bartholomeus ingreſſus poſſeſſionem tan-
quam fideiuſſor, quæ poſſeſſio cùm ſit incom-
patibilis cum poſſeſſione pro creditore , non
potuerit ex poſt abſque expreſſa declaratione
mutare cauſam poſſeſſionis, Creſcen. *deciſ.* 5.
numero 4. *de reſtit. ſpol.* nam præter quod obie-
ctum ceſſat ex facto,quia Bartholomeus ingreſ-
15 ſus fuit poſſeſſionem cum clauſula, *& omni me-
liori modo* , quæ operatur , vt poſſeſſio ſit cap-
ta vigore cuiuſcunque tituli magis proficui ad
cumulata per Dec.*conſi.*14.*num.*4. & Alex. *conſi.*
80.*num.*6.*&* 7.*lib.*5.reſpondetur adhuc remane-
re anteriorem poſſeſſionem de qua ſupra di-
16 ctum eſt, quam non videtur Bartholomeus di-
miſiſſe per iſtam nouam apprehenſionem,cùm
hoc fecerit ſine præiudicio quorumcumque
iurium ſibi quomodolibet , & qualitercunque
competentium, & non aliàs.ad tradita per Soc.
Sen.*conſi.*287.*num.*2.*lib.*2. Dec. *conſi.* 5.6. *num.* 19.
Crauett.*conſi* 33.*num.* 17.

Item quatenus fuiſſet malè apprehenſa poſ-
ſet denuo confirmare ex ſupra allegatis , vel
etiam ſtante titulo ex nunc præuia declaratio-
17 ne,quam fecit Bartholomeus iux, *deciſ* Creſ-
cen.4.ipſe poſſet ſibi mutare cauſam poſſeſſio-
nis.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Hiſpalen.penſionis,Veneris 13.
Nouembris 1573.

SVMMARIVM.

1 *Aſſerenti incumbit onus probandi.*
2 *Penſionis ius,non poteſt transferri , niſi iuxta formā litterarum.*
3 *Intentio magis fundatur concurrentibus adminiculis & veriſimilitudinibus.*
4 *Reſeruatarius habet actionem mandati ad exigendam penſionem,non autem ad aliquod ius penſionis.*
5 *Penſionum materia definiri ſolet à Rota eiſdem regulis, quibus regulatur vſusfructus.*
6 *Vſufructuarij commoditas durat non ſolum dum viuit ceſſionarius, vel nominatus , ſed quouſque viuit perſona penes quem reſidet vſusfructus.*
7 *Penſio ceſſat ſi deceſſerit perſona ſuper cuius vita fuerit impoſita penſio,etiam viuente penſionario, niſi fuerit tranſlata.*
8 *Limitatur,quando de vtraque perſona eſt facta mentio in ipſo inſtrumento.*

DECISIO CLVIII.

FVit reſolutum ex deductis dici non poſſe,
quod cōmoditas Cardinalis fuerit limitata
ad eius vitam tātum, ſed illā durare pro quibus
ipſe Cardinalis vellet etiam poſt obitum ipſius
Cardinalis.Primo,quia Cardinalis , & nomina-
ti ab ipſo habent intentionem fundatam in
litteris reſeruationis , quæ habent facultatem
transferendi. Ideo qui dicit cūmoditatem Car-
dinalis

1 dimlis fuisse limitatam probet, Rota etiam di-
xit, quoniam agebatur penes quem esset sua
pensionis, quam etiam in pacto, & recogni-
tione Domini Ludouici quod viuente potuit
commoditatem percipere dictæ pensionis, nisi
quatenus probaretur limitata per Principem,
2 licèt ius pensionis non posset transferre, nisi
seruata forma literarum, *l. vsufructu*, & ibi Paul.
& alij, *ff. s. lut. matrem.* præsertim cùm illius fa-
ctum habeat primordium, & originem in vita
Cardinalis, qui sibi scripsit cedulam nomina-
tionis, concurrit etiam qualitas personæ Cardi-
nalis, qui erat nepos Papæ, & solitus erat habe-
re pensiones cum similibus facultatibus, & alia
de quibus per informantes.

3 Quo casu, quando concurrunt adminicula,
& verisimilitudines, magis fundatur intentio
Cardinalis, & nominatorum, Salic. *in l. mater*, C.
de contrahen. empt. & cum aliis per Tiraq. *in l. si
vnquam, vers. donatione largitus, nu.* 88. C. *de reuoc.
donat.* & Rota tenuit pluries per Molied. & Ar-
chid. *in sua collectione in tit. de confessio.*

Secundo mouebantur dd. mei, quia Rota
tantum resoluit, quod ius pensionis, & ipsa pen-
sio residet penes Dominum Ludouicum, &
quod Cardinalis habuit tantum commodita-
tem, & vtilitatem ad quam poterat agere Car-
4 dinalis actione mandati, non autem ad ius ali-
quod ipsius pensionis, *l. quidam cum filium de hæ-
red. instit.* & ibi Bald. *circa princip.* & notat etiam
Angel. *ibid.* & Imol. *sub nu.* 2. prout Rota tenuit,
& fuit deductum 13. Martii proximè. Ideo per-
sona Domini Ludouici, & eius translatarij est
inspicienda, & non alia, vt hic per informantes.

5 Tertio, quia Rota hanc materiam pensionis
solet passim metiri, & diffinire iisdem regulis
quibus regulatur vsusfructus, & optimo iure, vt
hic per informantes, sed cõmoditas vsusfructua
6 durat non solum dum viuunt eius cessionarij,
vel nominati, sed quousque viuit persona penes
quem residet vsusfructus, *l. necessario. §. fi. & ibid.*
Odofr. Bald. Alber. & alij allegati, *de pericul. &
commod. rei vendit.* igitur idem in commoditate
pensionis.

7 Quarto, si Dominus Ludouicus non trans-
lata pensione, vel eius translatarius decessisset
viuente adhuc Cardinale, sine dubio pensio, &
omnis commoditas cessasset, quia vt dixi totum
residet penes Dominum Ludouicum, *ex d. l. qui-
dam cum filium*, ergo non persona Cardinalis, &
nominatorum, *l. si legatum, ff. quib. mod. vsusfruct.
amit. l. si quis vsumfructum, de vsufructu legato.* Pla-
cebant etiam Dominis alia fundamenta pro
parte D. Gasparis adducta, non obstante textu
*in dict. vers. legatum. & in vers. qui vsumfructum,
& in l. cum dotem ad leg. Falcid. & in l. vsumfructum
si vsus.*

Quoniam procedunt, quando de vtraque
persona est facta mentio in ipso instrumento in
quo expresse rogatur, vt restituat vsumfructum
8 tali, quoniam illi tali tunc quæritur ius, & fini-
tur ex persona illius, secus, quando est facta mẽ-
tio in instrumento de illa persona prout hic.
Quoniam tunc solum ius residet in nominata
persona in instrumento, & non illa cui separa-
tim ab instrumento actum fuit, vt daretur, aut
reciperet, & ita distinguit text. *ad l. quidam cum
filium*, & ita fuit firmatum, & responsum die 13.
Febr. prout tunc, & nunc responsum fuit *ad l.
mancipia cum trib. seqq. C. si quis alt. vel sibi*, & ad
Bald. *in l. precibus.* hic per informantes, & tunc *in
d. disputatione* latè fuit dissensum, ex quibus di-
cebant etiam DD. esse inhærendum decisioni
factæ 13 Februarij, quo die materia fuit latè dis-
cussa, & partes hinc inde latè informarũt, quam
decisioni factæ coram R. P. D. Binario del 1571.
quo die res ita non fuit discussa & distincta, &
in omnem euentum dicebãt, quod in d. resolu-
tione 1571. fuit resolutum, an constaret de insuf-
ficienti nominatione Cardinalis &, Cardinalis
potuisset nominare alium in sua commoditate,
& ex supradictis apparet Cardinalem se potius
nominare quàm alium. Item in eadem resolu-
tione dicitur, quod plures DD. præsupponebãt
pensionem esse penes Cardinalem, & sine isto
præsupposito non potuisset fieri ista resolutio,
ex d. l. quidam cum filium, & ex aliis allegatis co-
ram me 13. Februarij in ista causa.

Non etiam defuerunt ex Dominis qui tene-
bant, quòd licèt Cardinalis non nominasset a-
lium in commoditate, quod pensio non expi-
rasset, cùm tota resideret penes dictum Ludoui-
cum, & quia commoditas fuisset consolidata
cum proprietate, licèt fortè ex æquitate potuis-
set per Papam extingui fauore Ecclesiæ, & quod
sufficeret Don Gaspari, quod non esset extincta
ipso iure, neque per Principem, sed hoc non est
necessarium, cùm appareat de nominatione &
si opus fuerit poterit in aliud tempus differri,
nec obstant not. per Bald. *in dict. l. si legatum*, nec
dictum Odofred. *in l. eadem*, quia procedunt in
terminis illius legis in quo eadem instrumento
erat facta mentio de vtraque persona, vt supra
dictum fuit, quod non est hic, & eodem modo
respondetur ad not. per Bart. *in l. si quis vsumfru-
ctum*, & ad Lancellot. *decis. ibid.* quia procedunt
in terminis illius legis, sed nos sumus in termi-
nis *d. l. quidam cum filium*, vt fuit resolutum 13 Fe-
bruarij, in aliis placebant responsiones infor-
mantium pro Don Gaspare.

Et ita tenuerunt omnes Domini.

R. P. D. ORANO.

Romana Saluiani Interdicti, Mercurij
20. Nouembris 1591.

SVMMARIVM.

1 *Fructus quantitatis pecuniarum per testatorem le-
gatarum ad effectum inuestiendi, & per eun-
dem testatorem taxati, debentur per hæredes,
si fuerint in mora soluendi, & inuestiendi,
quandiu non inuestiuerint.*

2 *Pecunia quando debetur, vt species, iudicatur vt de
specie, non vt de quantitate.*

3 *Fructus debentur de legato pecuniarum, de quibus
erant emendi census, vel loca montium ratio-
ne moræ, ac si legata essent loca montium vel
census.*

4 *Legitima debetur cum fructibus à die mortis testa-
toris.*

5 *Hæres interpellatus ad soluendum pecunias legatas,
ex quibus vult emere fundum si est paratum
vendere, si non soluit, tenetur ad interesse.*

6 *Interpellatio non est necessaria, vbi dies est certa
constituta, quæ constituit debitorem in mora.*

7 *Tutor tenetur ad præstationem vsurarum, cũ negle-*

xerit pecunias pupillares reinuestire, non quidem ratione pecuniarum, sed fructuum, quos ex fundo percepisset.

8 *Legatarius non potest ante præfinitum tempus à testatore petere legatum.*

9 *Mulier soluto matrimonio licitè percipit fructus suæ dotis, quam restituere hæredes differunt.*

10 *Legatarius non potest sortem principalem legati petere, quando de fructibus est sibi satisfaciendum.*

11 *Legatum dicitur alternatiuum, quando solutio posita est in dispositione debitoris.*

12 *Vsura, quando dicatur, vbi quãtitas mandatur solui per diuumerationem temporis, etiam sub pœna.*

13 *Pœna adiecta obligationi facti, non intelligitur in fraudem vsurarum.*

14 *Vsura non dicitur, quando taxatio est facta correspectiuè ad fructus.*

DECISIO CLIX.

ILlustris Dominus Vincentius Vrsinus Leonidę filio suo naturali, legitimato reliquit legatum, sub sequenti formula verborum.

Lascio à Leonida scudi 20. mila, della qual somma, e quantità se ne debbano comprare tanti Monti, Officij, e Censi, parte vacabili, e parte non vacabili, à beneficio d'esso Leonida, & ogni volta che detta somma non se inuestischi subito (come hò detto) ò se ritardasse di effettuare, & essequire questa mia volontà; voglio, che li miei heredi siano obligati di pagare à detto Leonida li frutti della quantità non spesa, à ragione di scudi sei, e mezzo, per cento l'anno, e che detti frutti di detti Officij, e luoghi, se ne debbia prima cauare il vitto, e vestito necessario d'esso Leonida, e questo si faccia, & esseguischi, insino che detto Leonida sia peruenuto all' età d'anni 18. da quello in poi possi dispensare lui à suo beneplacito.

Cùm autem in ea parte hæredes exequi voluntatem testatoris neglexissent, à Leonida coram Auditore Cameræ conuenti in iudicio Saluiani Interdicti successerunt decreta, eundem Leonidam immittendum esse in eorum bona detinenda, donec de legato sibi facto integrè satisfactum fuerit.

Demum commissa mihi causa appellationis, fuit restricta dubitatio dubii generaliter, super iustitia dictæ sententiæ concepti; An legatum fructuum taxatorum à testatore, ad rationem sex cum dimidio pro centenario, pro quolibet anno, quousque respondeatur creditori, aut legatario de sorte principali subsisteret.

Et Domini dixerunt, sententiam ex hoc capite sustineri: neque in istum etiam casum simplicis legati quantitatis, cùm hoc, quod soluantur tot pro cẽtenario quolibet anno, quousque respõdeatur creditori, aut legatario de sorte principali, in quibus terminis loquitur Bart. communiter approbatus, *in l.3.§.fin.ff.de ann. legat. l.2.ff.de his, quæ nomin. l.Iulianus.§. ibidem Papinianus.ff. de act.empt. l. cum stipulati sumus in fine, de verb.obligat.* Roman. & Alexand. *in l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.obligat.* Anchar. *cons.93.nu.3.* Alexand. *cons.27.nu.5.& seq.lib.4.* Soc. *cons.56.nu.2.vol.3.* Roland. à Vall. *cons.55 num.22.cum seq.lib.2.* & alii, de quibus hic per informantes, sed casus est legati quantitatis, quę statim debuit per

hæredes, in Officiis, locis Montium & Censibus
ad commodum legatarij inuestiri, quamdiu
non fuerit facta inuestitura, in pœnam negli-
1 gentiæ, aut moræ, grauaminis iisdem impositã,
de soluendo fructus ad rationem sex cum dimi-
dio pro centenario; nam huiusmodi præstatio
est licita, tum quia non fuit legata pecunia, vt
pecunia simpliciter, sed vt species, videlicet, vt
2 conuerteretur in Officiis, locis Montium &
Censibus.

Quando enim pecunia debetur, vt species,
de illa iudicatur, vt de specie, & non vt de
quantitate, *l.talis scriptura, in fi. de leg. 1. l. si seruus.*
§.quicunque eod.titul. Thom.Bocc. *consi.33.num.6.*
ita quod veniunt in eo fructus moræ, non secus
ac si absolutè, & simpliciter fuissent legati
3 Census, aut loca Montium, *l.1. & fin. C. de vsur.*
& fruct.legat. l.in fideicommisso. ff.de vsur. Thom.
Bocc. *ibidem*: tum quia legatum inseruit filio
pro legitima, cùm sit legitimatus, quæ legiti-
4 ma debetur cum fructibus à die obitus patris,
gloss.1. communiter recepta *in l. in fideicommissariam in fin. ff. ad Trebell. & per text. in l. Papinianus. §.si conditioni.ff.de inoffic.testamen.* Alexand.
consi.127.numer.2. lib. 6. Socin. *consi.57. numer.39.*
libr. 2. vel etiam pro alimentis, & in hoc non
controuertitur, quod quando filius non habet, vnde se sustineat, dummodo hæredem in-
terpellet, & declaret fundum se habere, quem
possit ex legata pecunia emere, vel quod para-
5 tus est ad lucrum ponere pecunias, quia ratione lucri cessantis ad soluendum interesse, pos-
sit hæredes compellere, *l.vnica, & ibi gloss.final.*
vbi Bering. *numer.119. C. de sent. quæ pro eo, quod*
interest. Anchar. *consil.150.* Paris. *consil.64. lib.4.*
Couar. *variar.resolut.lib.3. capit.4.* Sot. *de iust.*
& iur. lib. 6. quæst.1. artic.3. Menoch. *de arbitr.*
cas.119. quæ interpellatio isto casu non fuit ne-
cessaria, quia cùm statim deberet fieri inue-
6 stitura, per lapsum diei hæredes fuerunt in
mora constituti, iuxt. *l.magnum. C.de contrahen.*
& commit.stipul. l. in minorum. C.in quibus casib.
in integr.restitut.non est necess. Soc. *consi.57.nu.43.*
lib.4. Gozzad. *consi.69. numer.10.* sed nihilominus magis oportuna fuit declaratio, cùm ante
certam ætatem Leonidæ prohibita fuit legati
administratio.

Cùm ergo testator mandauerit sibi prouideri de fructibus, non potest considerari vsura,
quia hoc non principaliter, sed in consequentiam, & propter aliud, ad scilicet puniendam
hæredum moram, & dilationem; cùm Romæ
Officia, Census, & loca Montium, passim venalia reperiantur, prout videmus: Tutorem negligentem emere prædia damnari pupillo ad vsu-
7 rarum præstationem, non quidem pecuniæ, sed
fructuum, quos ex prædiis percepisset, Bartol.
in l.tutor qui repert.§.post dispositi.num.2.ff. de administr.tut. Couarr. *dict.lib.3.variar. resolut.capit.*
1.numer. 9. Et præmissa procedere sine difficultate, quoniam inuestitura pecuniarum fuit in
8 potestate hæredum, ita quod ante præfinitum
tempus à testatore, vt dixi, legatarius non potest cogere ipsos ad legatum soluendum, Socin. *in l.2.ff. de his quæ pœnæ nom.* Modern. Paris.
de vsur.quæst.73.num.490. Couar. *dict.lib.3.variar.*
resolut.capit.1.in fin. pro quo facit doctrina Bartol. *in l.in insulam.§.vsuras.ff.solut.matri.* vbi voluit

luit soluto matrimonio, viduam ab hæredibus
9 mariti vsuras pro dote quæ restitui differtur, licitè percipere posse, quia infra annum ab hæredibus inuitis, dotem suam repetere non potest.

Præmissis addebat vnus ex Dominis, quod hic nulla potest cadere imaginatio vsuræ, cùm nullum sit mutuum, nullaq; interuenit pactio,
10 vel negociatio: nam hæres, dum de fructibus satisfacere legatario mandatur, non est obligatus ad summam principalem, nec vllo modo legatarius illam potest exigere, sed est potius legatum in effectu alternatiuum, ex quo sum-
11 ma principalis posita est in dispositione debitoris, Bald. *in l. vnica, nu. 18. vers. tertio quæro. C. de de his, quæ pœna nom.* in quo cessat vsura. cùm de illius natura sit multiplicatio obligationis, non alternatio.

12 Non obstat, quod vbi quantitas mandatur solui per dinumerationem temporis, etiam si mandetur sub nomine pœnæ, censetur vsura, Bald. *in l. cum allegas in fin. C. de vsur.* Aret. *cons.* 152. *col.* 3. Purpu. *in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet.* Cagn. *in l. curabit. col.* 2. *C. de act. empt.* Petrus Rebuff. *in l. vnica, in glos. in vers. dupli num.* 6. & 16. *C. de sent. quæ pro eo, quod interest:* quia nõ procedit, quando legato, pœna non fuit adiecta obligationi quæ consistebat in facto; vt colligitur ex illis verbis: *& ogni volta, che la detta somma non se inuestisce subito*, quod consistit in facto, tunc enim
13 communis est opinio, etiam Canonistarum, quod pœna adiecta obligationi facti, non intelligitur in causa vsurarum, Ioan. Monach. *in rubr. de vsur. nu.* 10. *lib.* 6. & ibi Prob. 12 *addit. nu.* 34. Alex. *cons.* 10. *nu.* 1. & 148. *nu.* 8. *lib.* 7. Bero. *consil.* 118. *num.* 17. *lib.* 1. Paril. *cons.* 34. *num.* 3. *lib.* 1. Decian. *cons.* 79. *nu.* 3. & 4. *lib.* 3.

Quod autem obligatio inuestiendi pecuniam fuerit imposita hæredibus, statim post mortem testatoris, apparet, quia onus fuit personaliter iis iniunctum, Bald. *in authen. si quando, C. de const. pec.* non obstat, quod saltim ratione moræ, non potuit ab initio fieri certa interesse taxatio, Bald. *in l. rogasti. §. si tibi, col.* 2. *in fin. vers. quid ergo. ff. si cert. pet.* Cagnol. *in d. l. curabit. sub num.* 54. Dec. *cons.* 119. *sub num.* 3. & *cons.* 183. *num.* 9.
14 quia contrarium est verius, quando taxatio est vltra modum legitimum, vtpote quæ concurrit proposito naturaliter ad fructus officiorum, locorum, montium, & cẽsuum: nam si fructus verisimiliter ascendant ad interesse à testatore præordinatum, taxatio non censetur illicita, Dec. *in cap. cum venerabilis, nu.* 14. *de except.* Gabr. *de empt. & vend. conclu.* 4. *nu.* 21. & fuit resolutum coram D. Cæsare de Grass. in vna Tiburtina Castri Sancti Angeli 9. Martij 1574. non est autem dubium, quin de fructu vberiori respondeant Officia, & loca Montium, & Census, quàm fuerat à testatore interesse propter moram taxatum.

REVERENDISS. SACRATO.

Romana supplementi Legitimæ, Mercurij 4. Decembris 1615.

SVMMARIVM.

1 *Supplementum congruæ dotis ad hoc, vt debeatur, inspiciendum est tempus datæ dotis.*
2 *Dos congrua debetur de tempore nuptiarum dotatæ.*
3 *Læsio, &c. ad dignoscendam læsionem inspiciendum est tempus contractus.*
4 *Statutum Vrbis excludens mulieres dotatas habet locum ad fauorem agnatorum tantum.*
5 *Statuti dispositio vbi nõ intrat, res remanet in terminis iuris communis.*
6 *Supplementum legitimæ post mortem patris nõ prohibetur mulier dotata petere, nisi illi formiter renunciauerit.*
7 *Renunciatio hereditatis paternæ, sufficit etiam si dos non ascendat ad legitimam, dummodo sit congrua.*
8 *Renunciatio facta ad fauorem agnatorum per mulierem deficientibus agnatis illi non obstat.*
9 *Confessio debet interpretari, vt quanto minus præiudicet confitenti.*
10 *Querela inofficiosi præscribitur spatio quinque annorum.*
11 *Declara, quod ad hoc, vt dicta præscriptio currat requiritur scientia, & num. 12.*
12 *Ignorantia in muliere præsumitur.*
Amplia maximè procedere, quando habitat seorsim.
13 *Præscriptio cessat data ignorantia, vel saltem competit restitutio.*

DECISIO CLX.

DOmini non recesserunt à decisione in hac causa coram me facta sub die 28. Iunij proximi, quod scilicet debeatur D. Septimiæ integra legitima perinde, ac si donatio non fuisset facta.

1 Et non obstare visum fuit, quod denuo inculcabatur, quod attendendum sit tempus datæ dotis, non autem mortis, ex Alexan. *consil.* 33. *nu.* 4. *lib.* 4. *cum allegat.* quia vt aliàs fuit datum responsum, prædicta iura procedunt in muliere petente supplementum congruę dotis, non autem legitimæ, & ratio differentiæ est euidens,
2 quia congrua dos debetur de tempore nuptiarum dotatæ, Bald. *in Authen. res quæ C. commun. de legat.* Curt. Sen. *cons.* 27. *num.* 36. *vers. tum quia facult.* Menoch. *de arbitr. cas.* 149. *nu.* 17. Surd. *cons.* 148. *num.* 5. legitima verò de tempore mortis patris, *l. cùm quæritur. C. de inoffic. testamen. l.* 1. *§. si impuberi. ff. de collat. bono.* Bald. *in l. si quà pœna in* 1. *lect. num.* 4. *vers. quæro cum legitimam. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Natt. *consil.* 156. Menoch. *dict. cas.* 149. *num.* 18. Vnde nihil mirum si in vno attenditur vnum tempus, in alio verò aliud ob diuersam rationem. *ad l. illud. ff. ad l. Aquil. cum*
3 *concord.* Quo verò ad decis. Vlixbonen. legitimæ 27. Nouembris 1595. coram bon. mem. Penia, ibi aderat renunciatio legitimæ facta de tempore donationis, quæ renunciatio impugnabatur ex capite læsionis, & proinde nil mirum si ad inspiciendam lęsionem opus fuit attendere tempus contractus, hic verò non adest renunciatio, quæ obstat, vt infra dicetur.

Exempla verò de statuto mandante assignare legitimam filio, qui deliquit ad effectum illam consignandi Fisco, & de renunciante bonis paternis ob certum, quod scilicet in istis casibus attendatur tempus condemnationis, vel renunciationis, non autem mortis patris non applicantur, quia ibi definitur negotium legitimæ, per assignationem autem dotis non definitur, quia iure communi mulier dotata non

prohibetur tempore mortis patris donantis
4 petere supplementum legitimæ. Statutum verò
Vrbis, quod excludit mulieres dotatas habet
tantum locum fauore agnatorum qualis non
est Societas Sanctissimæ Annunciatæ, vt plenè
fuit dictum in alia decisione.

Atque hinc etiam cessat, quod dicitur dotem
succedere loco legitimæ stante statuto Vrbis
5 *ca.141.lib.1.* Nam quidquid sit de prædicta con-
clusione, An scilicet dos succedat loco legitimę
non applicatur, quia vbi non adsunt agnati, qui
excludunt fœminas nō intrat statutum illarum
exclusiuum, vt supra dictum est, & cōsequenter
res remanet in dispositione iuris communis. *ad
l. cum iudiciiſtane. ff. de lib. & posth.* secundùm quod
6 mulier dotata non prohibetur petere supple-
mentum legitimæ post mortem patris, nisi illi
formiter renunciauerit. Bald. *in l. si quando. §. &
generaliter in princ.* Salic. *nu.7. C. de inoffic. testam.*
idem Bald. *in cap. cum M. Ferraren. nu.28. vers. &
arg. de Constitut.* Dec. *cons.678. nu.2.* Boer. *decis.102.
nu.88. & 15.* Decian. *cons.572. num.97. lib.2.* Palu. *in
cap. per vestras. §.22. num.2. & num.4. de donat. inter
vir. & vxor.*

7 Ad illud, quod Septimia tempore nuptus
renunciauerit hæreditati paternæ, vt constat ex
eius respōsione ad positiones, quæ renunciatio
sufficit, etiam si dos non ascēdat ad legitimam,
dummodo sit congrua, ex Bald. *cons.148. n.8. vers.
modo reducend. lib.1.* Castr. *cons 419. in princip. lib.2.*
fuit responsum, quod tempore renunciationis
viuebat Romulus frater Septimiæ, qui illam
dotatam excludebat vigore statuti, qui frater
cùm ante mortem patris decesserit, nec adsit a-
8 lius agnatus, renunciatio minimè obstat Septi-
miæ, Bald. *in l. pactum, quod dotale. quæst.4. nu.3. C.
de collat.* Alex. *cons.29. nu.5. vers. & ideo Doct. lib.3.*
cum aliis in addit. concordatis. *idem cons.149. n.
4. vers. præsertim. lib.7.* Dec. *cons.570. in fi.* Ancha.
cons.3.9. nu.33. & 34. Crauet. *cons.42. nu.1.* cum aliis
per Couar. *in cap. quamuis par.3. §.3. nu.4.*

9 Præterea cùm confessio debeat interpreta-
ri, vt quanto minus præiudicet confitenti, *l. si
quis intentione. ff. de iud.* Bar. *in l. inter stipulantem.
§.1. nu.6. ff. de verb. obligat.* Roman. *cons.455. num.4.
& 6.* Molied. *decis.3. de restit. spoliat.* in prædicta
confessione comprobatur, quod ita mulier re-
nunciauerit cum debitis solemnitatibus, vel a-
liàs cum iuramento, & totæ hæreditati, vt re-
quiritur ad Bald. & alios supra citatos.

10 Ad illud, quod ista legitima non possit peti,
nisi dando de inofficiosa donatione, quod ius
dandi de inofficiosa præscribitur spatio quin-
que annorum, *l. fin. & ibi glos. in verbo, & tempo-
ribus. C. de inoffic. donat.*

11 Vnde obstet præscriptio, ne dum quinquen-
nalis, sed quindecim annorum, qui iam elapsi,
vt in specie Surd. *cons.148. nu.13. & 14. lib.1.* fuit re-
sponsum, quicquid sit de illa opinione non no-
cere in hoc casu, quia non apparet, quod Septi-
mia habuerit scientiam prædictæ donationis,
12 & ignorantia præsumitur, *cap. præsumitur de reg.
iuris in 6. l. verius. ff. de probat.* Bald. *cons.295. lib.3.
num.2.* Dec. *cons.495. num.11.* maximè in filia ha-
bitante seorsum à Patre, ad not. *in l. consensu,
§. sciat. C. de repud.* Bald. *consil.362. num.1. lib.1.* &
13 data ignorantia cessat præscriptio, vel saltem
competit restitutio, Bald. *cons.13. in princip. lib.1.*
Ruin. qui de communi *consilio 26. numero 19. &
32. lib.3.* Surd. *cons.267. ad fin.* Molied. *decis.1. de re-
stitut. in integrum.* Rota in causa Romana Vi-
neæ 26. Iunij 1609. coram Reuerendissimo D.
Bononien.

REVERENDISS. SACRATO.

Romana supplementi Legitimæ, Veneris
28. Iunij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiorum non potest per patrem imminui,
nec per donationem inter viuos, nec per viam
vltimæ voluntatis.*
2 *Querela inofficiosæ donationis non habet locum,
quando pater donauit patrimonium.*
3 *Contrarium, quod non sit verum, quod leges se re-
strinxerint ad causam, quando totum patrimo-
nium fuit donatum ad effectum, vt competat
dicta querela.*
4 *Querela inofficiosæ donationis competit, etiam,
quod donatio facta sit loco pio.*
5 *Legitima filiorum dicitur causa potior, quàm pij
loci.*
6 *Statutum vrbis lib. 1. cap. 141. emanauit solum ad
fauorem agnationis.*
7 *Amplia, quod propterea non habet locū, nec etiam ad
fauorem loci pij, cùm in eo non verificetur qua-
litas agnationis à statuto requisita.*
8 *Hæredum appellatione in statuto fœminarum ex-
clusiuo, continentur solùm hæredes sanguinis
descendentes.*
9 *Hæredum appellatione, veniunt etiam extranei.*
10 *Falle, quando nomini hæredum adiectum est ver-
bum de agnatione, quia tunc restringitur ad
illos de agnatione tantum.*
11 *Transuersales possunt dici extranei, cùm non sint
sui.*
12 *Pia causa dicitur loco filij.*
*Declara hoc procedere per fictionem, & non habere
locum in concursu verò filiorum, num. 13.*
*Conditio filiorum censetur impleta per ingressum
religionis.*
13 *Fictio non habet locum in concursu ad exclusionem
veri.*
14 *Supplementum legitimæ, & supplementum dotis
valde inter se differunt relatiuè.*

DECISIO CLXI.

Resolutum fuit sententiam, quæ mandat
suppleri legitimam, D. Septimię esse con-
1 firmandam, quia non potuit pater D. Septimiæ
minuere eius legitimam, nec per donationem
inter viuos, *l. ero tit. C. de inoffic. donat.* neque per
viam vltimæ voluntatis, *l. omnimodo, l. scimus C. de
offic. testam.*

2 Et quantum ad donationem inter viuos non
obstare, quod pater minimè donauerit omnia
bona, vnde non sit locus querelæ de inofficiosa
donatione, quæ tunc demum videtur compete-
re, si pater donauit totum patrimonium, vt col-
ligitur ex *l. si pater. ibi, omne patrimonium l. si totas
facultates. C. de inoffic. donat.* secus si partem, vt
post Anchar. Felin. *in cap. in præsentia nu.43. vers.*

item

prasentia de probar. quia fuit responsum, leges
ad effectum inofficiosi nõ se restrinxisse ad cau-
3 sam, quãdo totum patrimonium fuit donatum,
quod colligitur manifestè *ex l.1. & l. cum dona-*
tionis C. eod. tit. vbi pater non donauerat totas
facultates, sed aliud retinuerat, in quo instituerat
filios dantes de inofficioso testamento, &
nihilominus concludunt illæ leges, quod competit
querela inofficiosæ donationis vsque ad
supplementum legitimæ: Felin. verò de quo supra
cum Anchar. per eum allegat. non includit
legitimam filiorum, vt ex lectura illius appatet.
4 Sicut etiam visum fuit non refragari, quod
donatio sit facta loco pio, quia si competit querela
inofficiosæ donationis, quando donatio
est facta alteri fratri, vt habetur *in l. cum dona-*
tionis, & in l. si mater tua. C. de inoff. donat. eadem,
& maiori ratione competit cõtra locum pium,
in materia legitimæ potior est causa filiorum
quàm loci pij, *cap. fin. 17. quæst. 4. glo. in l. si quis ad*
declinan. verb. similis modo. C. de Episc. & Cler. Felio.
in d. cap. in præsentia, nu. 43. de probat. Bero. *cons. 26.*
num. 8. lib. 2. & in specie, quod non possit grauari
filius in legitima etiam fauore piæ causæ, gloss.
5 *in authen. similiter verb. causas. C. ad l. Falcid.* Barr.
cons. 32. nu. 3. Alex. *cons. 45. nu. 17. lib. 1.* Ruin. *cons. 57.*
nu. 5. lib. 2. Gabr. *tit. ad Trebell. conclus. 11. in fin.* Surd.
de alimen. tit. 8. priuil. 95. nu 9. Crass. qui de com-
muni, *§. legitimam qu. 38. nu. 20.* Hond. *cons. 73. nu.*
40. lib. 1.
6 Quo ad testamentum fuit dictum non obstare
statutum Vrbis *cap. 141. lib. 1.* exclusiuum
fœminarum dotatarum, quia fuit responsum illud
statutum emanasse solum ad fauorem a-
gnationis, vt patet ex illis verbis, ibi *nec possint*
aliquid petere ab hæredibus patris, vel Aui de agna-
tione etiam transuersali, & proinde cùm locus
pius minimè sit de agnatione patris Septimiæ
7 etiam transuersali, statutum sibi nõ suffragatur,
tanquã non habentem qualitatem requisitam
à statuto. Alexan. *cons. 129. n. 1. lib. 7.* Dec. *cons. 589.*
nu. 7. Bec. *cons. 55. nu. 9.* latè Tiraquel. *de retract. li-*
gnag. §. 8. glos. 7. num. 1. & 2. quod in fortioribus
terminis tenuit Rota in causa Romana de Lan-
te coram Clemente Papa VIII. *relat. inter diuers.*
impress. decis. 232. & 265. parte 1. nempe statuti v-
bis antiqui *cap. 82. lib. 1.* vbi non aderant illa ver-
8 ba *de agnatione*, dixit enim ibi Rota, quod appel-
latione *hæredum* non veniebãt nisi hæredes san-
guinis, id est descendentes *per l. ex facto. ff. ad Tre-*
bell. sub alijs ibi allegat. quibus addi possunt relati
per Gabr. *cons. 10. n. 5. & 18. lib. 2.* si igitur, quando
statutum facit simpliciter mentionem de hære-
dibus, quod nomen ex sui natura est aptum
9 comprehendere etiam extraneos, *l. si annalibus,*
C. de leg. l. hæredis appellatione, vbi Rebuff. *in prin-*
cip. vers. hæredes quoque extraneo. ff. de verb. signifi-
car. cum alijs per Gabr. *eod. tit. conclus. 2. num. 1. &*
pluribus seqq. propter exorbitantiam materiæ,
nõ veniunt hæredes extranei, vt patet ex modo
dictis, tanto minus veniunt, quando verbo *hæ-*
redis addita sunt alia verba *de agnatione*, quæ
10 qualificant, & restringunt nomen hæredita-
rium ad illos de agnatione tamen, vt de se patet,
& licèt statutum nouum in hoc sit amplius
antiquo, quod vocat agnatos transuersales, qui
11 possunt dici extranei cum non sint sui, *ad l. fin.*
§. similis quoque modo. C. de iure delib. l. vnica. §. extra-
neum. C. de rei uxor. act. §. cæteri Instit. de hæred.
qualit. & differen. attamen, quando sumus extra
agnatos, vt in proposito casu, statutum nouum
est clarius antiquo, quia post nomen hæredis
immediatè subdit de agnatione, quæ verba
manifestè excludunt illos, qui non sunt de a-
gnatione, vt supra dictum est.
12 Nec facit, quod pia causa sit loco filij, iuxta
not. *in §. sed hoc in præsenti. Auth. de Sanct. episc. &*
in cap. in præsentia de probat. quia vel non est ve-
rum, quod pia causa sit loco filij, sed tamen
conditio filiorum censetur impleta per ingres-
sum Religionis siue auctoritate legis, ne quis
remoueatur à vita contemplatiua, siue præsum-
ptione *eiusdem l.* quod si testator cogitasset de
casu ingressus religionis idé disposuisset, quod
in casu filiorum, vt animaduertit Illustrissimus
Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 7.* & fuit
ponderatum in causa Narnien. fideicommissi
die 6. Iunij 1611. coram me, vel quatenus etiam
posset constitui regula, *quod pia causa sit loco fi-*
13 *liorum* erit per fictionem, & proinde non habe-
bit locum in concursu, & ad exclusionem veri,
l. filio quem Pater. ff. de lib. & posthum. Bart. *in l. 3. §.*
hæc verba. ff. de neg. gest. Gemin. *cons. 128. num. 1. cum*
duobus seqq. Tiraquel. *de priuil. piæ causæ priuileg.*
17. vers. verum hoc nõ est, & fuit coram me dictum
in causa Hispalen. præeminentiarum die 8. Fe-
bruarij proximi, & hoc manifestè resoluitur ex
doctrinis supra alleg. quod fauore piæ causæ
non potest minui legitima filiorum.
Visum etiam fuit, non applicari ea, quæ dice-
bantur de congrua dote tempore, quo Septi-
14 mia nupta fuit, quia aliud est petere supple-
mentum legitimæ, aliud supplementum dotis,
vt patet, & post plura not. Decian. *cons. 54. nu. 10.*
lib. 1. & obiectum posset procedere si intraret
statutum exclusiuum Septimiæ, & ipsa procu-
raret illud euitare sub prætextu, quod ipsa non
fuit congruenter dotata, tunc enim esset viden-
dum, An. Septimia fuisset congruenter dotata,
& intraret inspectio, An, esset attendendum
tempus mortis, vel tempus dotationis de quo
in Vlixbonen. bonorum legitimæ 22. Nouem-
bris 1596. coram bon. memor. Penia, quæ ex ad-
uerso fuit allegata.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Romana Census, Lunæ 4. De-
cembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si quid exequendum, verificatur in a-*
ctu priorus instantiæ.
2 *Instrumentum crediti producendum est ad hoc, vt*
constare dicatur de credito nec sufficit adesse, ad
effectum, vt possit condemnari, & nu. 6.
3 *Mandatum procura est producendum, alias non dici-*
tur constare de mandato.
4 *Non dicitur esse instrumentum de actu, nisi produ-*
catur parte citata, licèt instrumentum esset in
actu alterius Notarij.
5 *Productio scriptura est necessaria, nec sufficit coram*
Notario, & testibus exhibere,
7 *Existentiam crediti necesse est iustificare, nec sufficit*
esse creditorem.

8 *Productio noviter facta, non operatur, vt sententia ante illius prosecutionem, sustineri possit.*

9 *Clausula. si quid exequendum, exequatur, intelligitur, prout de iure.*

DECISIO CLXII.

FVit resolutum mandatum ad fauorem Illustrissimi Domini Cardinalis Comen. contra Illustrissimum Dominum Iulianum Cęsarinum relaxatum per acta Fabri Notarij Aud. Cam. non esse exequendum, & Domini aliis omissis, quæ non placuerunt, moti sunt, qui non iustificatur ex actis prioris instantiæ, quæ sola sunt
1 attendenda, ad effectum, vt sit locus clausulæ, *si quid exequendum.*

In actis enim huius causæ, & in actis Fabri non fuit productum instrumentum emptionis census, nec aliàs constabat de aliqua obligatione Illustrissimi Domini Iuliani Cæsarini, ex qua
2 potuerit condemnari, vt requiritur ex notatis per Galef. *de obligat. Cameral. in tit. de processu, in princ.* præsertim, quia pro parte Domini Iuliani coram Aud. Cam. fuerat protestatum, quod non constabat de instrumento census, nec de eius obligatione, & ideo nihil fieri, nisi constito de illis.

Quo fit, vt omnino esset necessaria illius productio, nec sufficeret reuera adesse instrumen-
3 tum census, nisi in actis producatur, sicut in simili; non sufficit aliquem esse procuratorem, nisi de mandato doceat in actis, vbi pars opponit, Bald. *in l. 1. in 2. lectura, n. 3. ff. de procurat. & in consil. 122. sub nu. 1. lib. 3.* Alex. *cons. 146. circa fin. lib. 5.* Crauet. *cons. 108.* Guidobo. *decis. 129.* & sępius fuit resolutum.

Non obstat, quod instrumentum census sit rogatum apud acta Boccarini, alterius Notarij eiusdem Tribunalis, quia isti Notarij Auditoris Cameræ habent rogitus instrumentorum, & acta separata, & vnus non se intromittit in negotiis, & causis alterius, vt notissimum est.

Et ideo non sufficit, quod instrumentum fuerit penes alterum Notarium Auditoris Cameræ,
4 nisi producatur in officio Fabri, qui erat Notarius actuarius huius causæ, parte etiam ad dicendum contra legitimè citata, cùm aliàs non dicatur esse de actis, Bart. *in extrauag. ad reprimen. in verb. de plano,* Rom. *cons. 119. num. 3.* Gallad. *decis. 7. in fin. de appell.* Sarmien. *de anna. quæst. 4. circa med.* Conar. *lib. 5. variar. resolut. cap. 1. num. 5.*
5 vbi quod non sufficit exhibitio instrumenti coram Notario, & testibus, nisi formiter coram Iudice producatur, Felin. *in cap. quoniam contra, num. 39. de prob.*

Non obstat, quod in officio Fabri actuarij
6 huius causæ fuerit rogata cessio huius census, ad fauorem Illustrissimi Domini Cardinalis Comen. quia ea sola non sustinet processum, cùm Cardinalis, vt possit agere in vim obligationis Cameralis, non solùm tenetur ostendere se esse cessionarium, Alexand. *cons. 155. circa finem, lib. 2.* Paris. *cons. 107. num. 88. lib. 3.* Gallef. *in 2. quæst. ad prim. sui part. form. num. 3.* sed etiam iustificare existentiam crediti, *l. si nomen*, vbi no-
7 tatur, C. *de hered. vel act. vend.* sicut obligatus fuisset ipsemet cedens, in cuius locum succedit.

Non obstat, quod hodie in Rota sit productum instrumentum census: quia (vt supra di-
8 ctum est) non sufficit ad effectum executionis mandati relaxati, ante illius productionē, quod non est exequendum, cùm ex eisdem actis non iustificetur, *l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid.* Abb. *in cap. inter cæteras, nu. 8.* & Felin. *col. fin. de rescript.* Franc. *in cap. debita, quæst. 55. de appell.*
9 Et clausula *Commissionis*, quod in primis, & ante omnia, si quid exequendum exequatur, intelligitur prout de iure, Ias. *in l. causas, nu. 7. C. de transact.* Crescen. *decis. 42.*

R. P. D. LITTA.

Romana fideiussionis, 3. Iunij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, debitor acquirit liberationem.*

2 *Cessio facta correo à principali creditore contra alium correum, & fideiussorem pariter obligatum, propter solutionem ab eo factam nullum est effectum contra confideiussorem, quando principalis obligatio non est facta contemplatione ipsius correi, sed principalis debitoris.*

3 *Amplia procedere etiam si confideiussores essent vti principales, & in solidum obligati, quia si vnus non se obligauit contemplatione alterius, & mutui periculi causa, non potest dici contemplatione alterius facta fideiussio.*

4 *Amplia, vt nec talis cessio valeat vti nominis debitoris emptio, tanquam ab extraneo facta.*

5 *In omni materia spectari debet id, quod principaliter fit, non quod venit in consequentiam.*

6 *In dubio, quid potius præsumitur factum ex necessitate quàm ex voluntate.*

DECISIO CLXIII.

DOmini tenuerunt cessionem factam Accursio per Communitatem Fasciui, non suffragari in aliquo contra Antonium Franciscum Gentilonum, ea moti ratione, quia cùm Accursius soluit scuta 640. Communitati à qua reportauit cessionem, de qua agitur, satisfecit suæ obligationi.

1 Vnde satis est, quod ex tali solutione nactus sit liberationem, iuxta not. *in §. 1. Instit. quemad. tollit. obligat.* nec potuit simul, ac semel acquirere ex tali solutione non voluntaria, sed coactè facta aliquod ius cōtra Antonium Franciscum,
2 cùm dicta obligatio sua non fuisset facta contemplatione Antonii Francisci, nec ad vtilitatem illius in totum, vel pro parte, Bart. *in l. stipulatus esset, §. si ex duobus, vers. 2. ff. de fideius.* quem sequitur Ang. *ibid. nu. 1.* Castr. *num. 2. vers. si autem diuersis temporibus, & in l. si plures. ff. eodem tit.* & communem dicit Imol. *in d. §. si ex duobus nu. 30. vers. quarto.*

3 Nec obstare dixerunt Domini, quod Bart. & alii, qui eum sequuntur, loquuntur in pluribus fideiussoribus, non autem in pluribus debitoribus obligatis principaliter, & in solidum in hoc, si quidem, quia vis doctrinæ Bar. in eo stat, quod vnus non se obligauit alterius contemplatione, nec mutui periculi causa. Ideo tunc meritò ad fauorem Antonii Francisci intrare debet dicta Bart. doctrina ad text. *in l. illud. ff. ad l. Aquil. cum vulgar.* & bene deseruiunt huic sententiæ tradita per Castr. *in l. Modestinus, nu. 5. vers. enim quis. ff. de solut.*

4 Nec Accursio suffragari potest dicta cessio vt

facta

facta extraneo, & sic tanquam debitoris emptio, quia non soluit Accursius dicta scuta 640. vti extraneus, sed vti debitor dictæ Communitatis. Vnde meritò ad effectum de quo agitur dicere non potest Accursius se soluisse pro Antonio Francisco, cùm principaliter soluerit pro sequenda liberatione sui ipsius, licet in consequentiam ex tali solutione resultet
5 liberatio Antonij Francisci, & in omni materia expectari debet quod principaliter fit, & non quod venit in consequentiam eius, *l. si quis nec causam*, vbi omnes Doctores not, *ff. si cert. pet.* Crescent. *decis. 14. nu. 2. de renunciat.*

Nec refert si dicatur, quod Accursius etiam vti extraneus potuisset soluere, & ex cessione acquirere omne ius, quod Communitati contra Antonium Franciscum, vel alios competebat, quia hoc non negatur, sed dicitur minimè fa-
6 ctum fuisse, quod clarissimè ex eo conuenitur, quia coactè soluit, & detentus pro sua obligatione, vltra quod in dubio, quod potius ex necessitate factum præsumitur, quàm ex mera voluntate, Bald. *in l. nouissime. ff. quod falso tut.* Aym. *cons. 106. nu. 8. & cons. 135. num. 12.*

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Romana Casalis, Lunæ 1. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore Saluiani, an concedenda sit vigore hypothecæ cessæ, & quando.*
2 *Conductor non potest expelli à conductione per emptorem, quando habet bona locatoris hypothecata.*
3 *Amplia procedere, vbi adest iuramentum.*
4 *Instrumentum habet præsumptionem validitatis pro se.*
5 *Conductor non potest à singulari successore expelli, quando in instrumento locationis habet generalem hypothecam à locatore, & n. 7.*
6 *Instrumentum habet vim specifici consensus.*
7 *Solutio facta ab emptore nomine venditoris non dicitur fieri de pecunijs ipsius emptoris, sed venditoris.*
9 *Cessio facta à creditoribus, vigore solutionis factæ ab emptore bonorum debitoris, est nulla, cùm non soluatur de pecunia debitoris.*
10 *Immissus vigore Saluiani, quia non acquirit plenum ius, tenetur stare colono.*
11 *Successor singularis tenetur stare colono, quando non succedit in plenum ius auctoris sui.*
12 *Successor vigore sententiæ, tenetur stare colono, & non habet locum l. emptorem. C. locat.*
13 *Ius tertij semper reseruatum intelligitur, in translatione facta à Iudice.*
14 *Dolus excusatur à qualibet iusta causa.*

DECISIO CLXIV.

Locauerat Dominus Maximilianus Caffarellus de anno 1599. duo casalia ad quinquennium Domino Mario Fano, quorum alterum anno sequenti, vendidit Domino Fabritio de Maximis, habita prius licentia à Sanctissimo cum derogatione fideicommissi: & cum hoc, quod creditoribus Domini Maximiliani pretium solueretur, à quibus iura in dictum Fabritium emptorem transferri deberent, facta solutione creditoribus descriptis, & ab eis habita iurium cessione: instetit Dominus Fabritius pro habenda vacua, & libera possessione casalis, vt fuerat sibi in instrumento venditionis promissum, quod Dominus Marius conductor impedinit præuio monitorio Aud. Cam. à quo cùm fuisset auocata causa, & in Rota coram me introducta, dubitauit an Dominus Fabritius esset immittendus in possessionem ad effectum ex-
1 pellendi Dominum Marium, expulsionem prætendebat Dominus Fabritius ex triplici capite.

Primo ex regula, quod emptor non tenetur stare locationi, *l. emptorem. C. loc.*

Secundo, quia vigore iurium, & hypothecarum sibi à creditoribus cessarum, non videbatur posse denegari immissio, ex remedio vtilis Saluiani Interdicti.

Tertio, quia cùm Dominus Marius non soluerit pensiones in terminis statutis, & promissis cum iuramento, videtur cecidisse ab omni commodo dictæ locationis, iuxta *l. si quis maior. C. de transact.* quod videtur posse opponere Fabritius, cui fuerunt à Domino Maximiliano cessa omnia iura super dicto casali, quomodolibet competentia, vltra quod etiam ipse Dominus Maximilianus, qui est in causa, dat de huiusmodi caducitate.

His tamen non obstantibus fuit resolutum Dominum Marium non posse expelli, & ad primum de regula *l. emptorem*, fuit dictum illam limitari, quando conductor habet hypothecam
2 pro obseruatione contractus, *l. si creditor. §. vlt. ff. de distr. pign.* Bart. *in d. l. emptorem. nu. 2.* Salic. *sub nu. 6. vers. aut conductor sus vtile dominij*, Paul. de Castr. *in l. si filiusfamil. §. si vir in quinquennium sub nu. 4. vers. & ideo cum bodie*, vbi etiam Roma. *sub nu. 13. vers. fallit 2. ff. solut. matrim.* Ang. *cons. 2. n. 12.* Alex. *cons. 118. nu. 10. lib. 5.* Abb. *in cap. querelam, sub nu. 8. vers. & per hoc datur bona cautela, extra. ne Prælat. vic. suas.* Ias. *in l. quoties, num. 29. C. de rei vend.* Matsil. *sing. 321.* Guid. Pap. *quæst. 480. sub nu. 5. vers. secundo fallit.*

3 Præsertim stante iuramento, quod præcise obligat ad obseruantiam, vt post Anto. de Butr. *in cap. fin. ne Prælat. vic. suas*, tradit Soc. *cons. 90. nu. 2. lib. 4.* Grat. *cons. 95 in fin. lib. 1.* & fuit dictum in vna Romana retractus 8. Iunij 1588. coram Illustrissimo Mantica, & in Romana domus 5. Nouembris 1597. coram R. P. D. Pamphilio.

Non obstat, quod primum instrumentum locationis non cõtinet specialem hypothecam casalis, & secundum quod illam continet, ex multis controuertitur: quia ea, quę obiiciuntur contra secundum instrumentum, requirunt al-
4 tiorem indaginem, & primum pro se præsumptionem validitatis, & veritatis habent, Bald. *in cap. 1. §. si instrumentum, de not. feud.* Ias. *in l. si post diuisionem, nu. 2. C. de sur. & fact. ignor.*

5 Præterea quæstio illa, an requiratur specialis, vel sufficiat generalis hypotheca, est multum controuersa, & quod suffragatur generalis, communiter dicunt Ioan. de Amic. *cons. 113. nu. 5.* Negus. *de pignor, in 2. par. princip. in 1. memb. sub nu. 6.* Grat. *dict. cons. 95. num. 12.* Ferd. Osusch. *in repet. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 441. ff. de leg. 1.* & sine scrupulo procedere videtur in casu isto ex duobus.

Primo, propter iuramentum appositum he-

6 bens vim specifici consensus, Io. de Amic. *dict.*
cons.113.n.12. Crot. *in d.§. diui suo nu.97. vers. & ista*
conclusio tanto magis, &c. Gozzad. *cons.100.nu.24.*
in fin. Soc. Iun. *cons.129.nu.11.lib.2.*

Secundo, quia non agitur ad effectum, vt
venditio facta à Domino Maximiliano sit iusta:
quo casu videtur requiri speciali, sed ad effe-
ctũ, vt Dominus Marius pro suo interesse possit
7 expelli: & quod sufficit generalis hypotheca, vt
per Gozzad. *d.cons.100.sub nu.14.* Roder. *in l.post*
dotiuatam, in 1.limit.nu.18.ff.de rei vendit.

Quoad tertium de iuribus cessis, prætensi
Saluiani: primo respondetur, quod cùm solutio
facta fuerit à Domino Fabritio de pretio casalis,
non videtur facta de propriis pecuniis ipsius
8 Domini Maximiliani debitoris, vt fuit dictum
in vna Romana Saluiani Interdict. 11. Iunij pro-
9 ximi præteriti coram R.P.D. meo Decano: &
propterea per talem solutionem actiones cre-
ditorum extinctæ fuerunt, & nulla potuit in-
teruenire cessio, Bart. *in l. Modestinus numero 4.*
vbi etiam Paul. de Castr. *sub numer. quart. versic.*
licet principaliter. ff. de solut. & fuit dictum in illa
Romana Salu. Interdict. 19. Aprilis præteriti, co-
ram R.P.D. meo Iusto, & in illa Bononien. fide-
iussionis.

Secundo, vbi etiam esset immittendus D. Fa-
britius in possessionem ex Saluiano, non pro-
pterea veniret expellendus Dominus Marius:
quia cùm ex remedio dicti Saluiani Interdicti
non acquireretur plenum ius casalis, & tene-
10 retur stare locationi, *l. in venditione. ff. de bonis*
auct. iud. possid. Bart. *in l. si filiusfamilias § si vir in*
quinquennium. sub num.1. vers. aut ei non est consti-
tutum, Salic. *in d.l. emptorem. su nu.6. vers. aut con-*
ductor nullum ius, Abb. *in d. cap. querelam sub nu.8.*
vers. aut est successor singularis. Ias. qui dicit com-
munem *in l. diuortio, num.34. ff. solut. matr.* Guid.
Pap. *decis.480. sub nu.5. vers. tertio fallit.* Et ad id
ex aduerso replicatur pro parte Domini Fabri-
tij, quod *in l. in venditione* disponitur, in eo, qui
mittitur in possessionem ex primo decreto, re-
spondet Aret. *cons.159. sub nu.16. vers. si tamen rem*
locatam, quod licet verum sit, textum illum lo-
qui in dicto casu, tamen Doctor. ex eo formant
11 regulam, quod successor singularis tenetur
stare colono, quando non succedit in plenum
ius auctoris sui.

Accedit, quod Dominus Fabritius hoc pacto
succederet in dicto casali per sententiam Iudi-
cis, quo casu non habet locum, *l. emptorem*, Bal.
12 *in cap. quoniam frequenter. §. fin. in fi. vt lit. non con-*
test. Ias. *in l. diuortio sub num.34. ff. solut. matr.* Abb.
13 *cons.104. num.6.* quia in translatione, quæ fit per
Iudicem, semper intelligitur reseruatum ius ter-
tij, Bald. *in d.l. emptorem, nu.5.* Alexan. *in d.§. si vir*
in quinquennium. sub numer.7. vers. & ad hoc ten-
dunt.

Quoad secundum placuerunt Dominis re-
sponsiones datæ per informantes pro parte Do-
mini Marij, præsertim quia *l. si quis maior.* raris-
simè in practica locum habet. cùm quælibet et-
14 iam iusta causa excuset à dolo, qui in ea requi-
ritur, vt per Ias. *in d. l. si quis maior. nu.3.* Curt. Iun.
sub num.17. & fuit dictum in illa Cornetana bo-
norum coram Sanctissimo 26. Iunij 1579. vbi et-
iam fuit dictum in dubio iudicandum non esse
iuxta dispositionem dictæ legis.

R. P. D. IVSTO.

Bononien. fideiussionis Veneris 19.
Aprilis 1602.

SVMMARIVM.

1 *Correi plures debendi tenentur pro æquali portione*
Correum liberare.

2 *Fallit, quando vnus percipit maius emolumentum*
quàm alius, quia tunc ille tenetur ratione ma-
ioris emolumenti.

3 *Fideiussor non dicitur reportare commodum princi-*
paliter ex solutione facta per principalem, ex
qua etiam ipse liberatur; sed secundariò.

4 *Fideiussor obligatus vti principalis, & principali-*
ter, & in solidum dicitur principalis respectu
creditoris.

Licèt respectu principalis debitoris, qui recognouit
bonam fidem dicatur fideiussor.

5 *Debitor principalis dicitur ille qui recognouit bo-*
nam fidem.

6 *Cessio facta à creditore ad fauorem illius qui dede-*
rat pecunias ad censum nihil operatur quando
fuit actum in impositione Census, vt iura red-
derentur.

7 *Solutione eius, quæ debetur facta per principalem*
debitorem extinguitur omnis obligatio.

DECISIO CLXV.

COmes Philippus Pepulus, & Philippus Fe-
licinus imposuerunt annuum censum 840.
scutorum super propriis bonis, illumque ven-
diderunt Philonico Rauenna pro pretio scu-
torum 25 millium similium ad commoditatem
tamen bon. memor. Cardinalis Pepuli, qui reco-
gnouit bonam fidem, & quoniam inter ipsos
creditores dubitabatur ad quam ratam alter
teneretur alterum liberare, ego proposui du-
bium, & Domini resoluerunt quemlibet teneri
1 pro æquali portione, iux. regulas iuris, *l. reos. §.*
cum in tabulis. ff. de duobus reis Bart. *in l. Modestinus*
n.9. & 10. ff. de solut. Afflict. *decis.319. nu.24.*

2 Nec obstat intellectus huius doctrinæ vide-
licet si secus esset, maius emolumentum vnus
reportaret quàm alius, vt teneatur ratione ma-
ioris emolumenti, Ronchegal. *in d.§. cum in ta-*
bulis nu.45. & l. eandem in princ. sub nu.119. cod. tit.
l. vir vxoris. §. fin. iuncta gloss. fin. ff. ad Velleian. l. sed
& Iulianus in princ. vers. item ait, & ibi Castr. *nu.1.*
ff. ad Macedon. Cùm igitur ex precio huius cen-
sus fuerit extinctus alius census eiusdem Car-
dinalis in quo reperiebatur obligatus Comes
Philippus pro scutis 12. millium, consequens est,
vt pro ista summa non teneatur Felicinus.

3 Nam fuit responsum admissa obligatione
Comitis, ipsum tanquam fideiussorem non te-
tigisse commodum principaliter, sed secunda-
riò propter liberationem Cardinalis principalis
cui intererat Comitem eius fideiussorem libe-
rare, *l. liberationem. §. nunc de effectu. ff. de lib. legat.*
l. si duo. ff. de arbitr. Capel. Tholos. *decis.264.*

4 Non facit, quod fuerit obligatus tanquam
principalis respectu creditorum, Alexan. *cons.32.*
sub nu.10. vers. quinimo lib.4. Mohed. *decis.2. de fi-*
deiuss. si quidem hoc non procedit considerata
obligatione inter Cardinalem, & Comitem, quę
est consideranda in extensione illius Census,

5 vbi Cardinalis principalis est, qui recognouit
bonam fidem,& non Comes, *dict. l.si Iulianus, in
princip.* vbi Doct.Rota coram bon.mem:Robu-
sterio in vna Romana repetitionis debiti 19.
Nouembris 1579.

Non obstat cessio Domini Ioannis Baptistę
de Monte contra Comitem in fauorem Philo-
nici, quæ facta fuit pro adimplemento promis-
sionis io venditione Census,quod pretium om-
nino conuerteretur in solutionẽ societatum, &
fructuum,vt sese pro toto eorum posse curarẽt,
vt creditores satisfaciendi cederent ad fauorem
emptoris pro maiori cautela, ad effectũ exclu-
dendi quoties essent creditores posteriores.

6 Fuit enim responsum quo ad promissionem
explicitè factam fuisse pro extentione societa-
tum officiorum non censuum. Vnde cùm non
fuerit actum,vt fieret solutio censuariis, & iura
aliqua censuum acquirerentur, non potest dici
Philonicum acquirere potuisse ex promissione
iura anteriora Domini Ioannis Baptistæ,& fuit
dictum in vna Neapolitana Census 9. Martij,&
8. Aprilis coram bon.mem.Giptio.

Quo verò ad cessionem dixerunt Domini,
quod per venditionẽ Census, & recognitionem
bonæ fidei Cardinalis, qui ex propriis pecuniis
extinguebatur census, non poterat esse locus
7 cessioni contra fideiussores, quia extingueba-
tur omnis obligatio,Castr. *in d.l. Modestinus, sub
nu.4.vers.& nihilum autem, & sub nu.2. vers.nam
principali.ff.de solut.*

Præsertim,quia Domini non videbant,quid-
nam posset operari ista cessio facta in executio-
nem præcedentis promissionis ad effectum vt
Philonicus ex dictis iuribus posset se tueri,pręs-
sertim, quia Comes erat obligatus ad fauorem
Dominorum de Cesiis, super quorum fundo e-
rat impositus pro Cardinali, & ita actio non
competebat Domino Ioanni Baptistæ emptori
census, nec potuit ius aliquod consequi Philo-
nicus Rauenna, sed omnia fuerunt extincta re-
dempto,& dissoluto censu.

Et quoniam ad alia bene respondebant in-
formantes pro Domino Comite fuit ita per DD.
decisum.

R. P. D. PENIA.

Romana Pecuniaria, Veneris 4.Iulij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Pars, petenti parti iura in instrumento venditionis
comprehensa, edere tenetur.*
2 *In legato crediti, instrumentum crediti, legatario
consignari debet.*
3 *In cessione nominis debitoris instrumentum petenti,
parti edendum est.*

DECISIO CLXVI.

INformante sola Lucretia Pallcaria, proposi-
to dubio, An Franciscus Raymundus tenere-
tur consignare Lucretiæ iura, & scripturas e-
1 nuntiatas in instrumento venditionis, Rota af-
firmatiuè respondit. Cùm enim Franciscus pro
parte pretii domus sibi venditæ, cesserit Lu-
cretiæ creditum scutorum 698. quæ deberi sibi
asseruit Albert. Palcarium, tenetur consignare
Lucretiæ iura,& scripturas in dicto instrumen-
to denunciatas, *l. cum seruus.ff.de cond.& demonstr.*
Verall.*decis.104.incip.cessio octaua.par.1.* sicut in
2 legato nomine debitoris debet instrumentum
crediti legatario consignari,Bald. *in l.instru men-
torum,n 4.vers.quæro,quid si testator,* vbi Paul. de
Castr.*nu.3.vers.sed pone.C.de fideicom.*

Sed neque excusabatur Franciscus à consi-
gnatione ex eo, quod dicebat se indicasse præ-
dicta iura,& instrumenta reperiri penes quen-
dam notarium deputatum, à quo Lucretia ha-
bere poterat, quoniam quicquid sit in aliis ca-
sibus,in cessione nominis debitoris instrumen-
3 tum ipsius respectu, & cum effectu est parti
consignandum,vt considerãt Doct. *in d.l.instru-
mentum,* vt facti specie, in qua Lucretia ne dum
indicauerat domum venditã,sed realiter etiam
tradiderat. Vnde cũ cessio esset facta correspe-
ctione ad pretium domus, de reali cessione,quę
fit, per realem consignationem erat intelli-
gendum.

R. P. D. IVSTO.

Anximana Societatis, 3.Martii 1595.

SVMMARIVM.

1 *Dictio*, ita tamen, *facit conditionem.*
2 *Conditione non purificata non adest consensus, &
nulla oritur obligatio.*
3 *Clausula* non aliàs aliter, nec alio modo, *deno-
tat omnino abesse voluntatem.*

DECISIO CLXVII.

FRanciscus de Siluestris iuxta formam man-
dati,quod fecerat. volebat obligari sub cõ-
ditione, vt statim fieret erga ipsum per ambos
procuratores recognitio bonæ fidei. nam illa
1 verba, *ita tamen*, faciunt conditionem, Lud. de
Pin. *in l.1.in vers.ita tamen.C.de locat.fund. Fiscal.
vel rei priua.lib.11.* Rebuff. *in Cõcord.§.1 de mãdato*
2 *Apost.vers.ita tamẽ.* quia cõditione nõ purificata
nõ adest consensus,& ideo nulla oritur obliga-
tio, *l.fi.nu.C.de verb.oblig.l. cedere diem.ff.de verb.*
3 *signific.* præsertim quia adest clausula, *non alias
aliter,nec alio modo,* quæ denotat omnino adesse
voluntatem,secundum Bald. Alciat.& alios *cap.
1.quæ fuer.prim.caus.benef.amitten. in vsib.fend.* A-
lexan.*cons.30.nu.5. vers. & licet,lib.1.* adeo vt cla-
rum sit non constare de sufficienti mandato
pro validitate societatis eo modo, quo contra-
cta est.

R. P. D. MANZANEDO.

Romana predij fundaci, Veneris
1. Iunij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio implementi impedit executionem.*
2 *Exceptio implementi habet locum, etiamsi in mini-
mo verificetur.*
3 *Exceptio implementi obstat non solum cedenti, sed
etiam cessionario.*
4 *Exceptio implementi operatur, quatenus à parte op-
ponatur.*
5 *Exceptio implementi potest per iudicem suppleri.*
6 *Exceptio implementi opponi potest, etiam post sen-
tentiam.*
7 *Implementum offerri potest pendente iudicio.*
8 *Exceptio implementi non impedit ortum obligatio-
nis, sed tantum illius exercitium, & executio-
nem.*

9 *Cessante impedimento adimplementi, actio exequi potest.*
10 *Clausula si quid exequendum, est iustificanda ex deductis in prima instantia.*
11 *Iura noua deducta possunt ad exclusionem emptoris.*

DECISIO CLXVIII.

CVm Angelus Fiorenzola in fundaco Christophori del Pace, & sociorum, haberet participationem per accomanditam scutorum 10. millium, & temporis discursu reperiretur debitor fundaci in scutis 5. millibus, & Domini de Portigianis in scutis 3500. Et cùm præfati creditores vellent à Domino Angelo iam decocto satisfieri, fuerunt electi deputati creditorum Dominus Philippus Guicciardinus, Vincentius Lauaianus, & Camillus Gaucennus, & confirmati à fel. rec. Clemente VIII. per illius motum proprium, qui dictam participationem Angeli 29. Decembris 1604. vendiderunt Domino Christophoro del Pace, & Ioan. Baptistæ Cisalpino socio ratione fundacali nouiter erectæ, seu erigendæ, cum interesse per accomanditam Domini de Portigianis, quibus ibidem, & eadem venditio fuit facta pro precio in totum scutorum 9... monetæ, in quorum computum compensarunt & excompensarunt Christophoro, & sociis præfata scuta 9. millia; Portigiani autem dicta scuta 3500. & residuum vsque ad implementum dictorum scutorum 3900. emptores promiserunt soluere infra duos annos.

Posteà verò 23. Ianuarij 1604. præfati Christophorus del Pace & Ioan. Baptista Cisalpinus instrumento publico, obligatione Camerali vallato, vendiderunt Domino Raynaldo pro se, & suis hæredibus, & successoribus præfatum fundacum cum omnibus, & singulis pannis, tam laneis, quàm sericis in illo existentibus, & cum omnibus, & singulis creditis, affictibus, rationibus, & actionibus, & pertinentiis dicti fundaci pro precio extimando, & declarando per peritos, à partibus infra triduum nominandos, quibus partes dederunt plenam auctoritatem de *inuentariare, vedere, cognoscere, & estimare quello è compreso in questa compra, & à fare quello sopra ciò cognosceranno necessario per la effettuatione di questa compra*, & in discordiam possint ipsimet periti tertium nominare cum eadem facultate tali pacto, quod de precio sic extimando debeant deduci, & defalcari decem pro centenario per la tarra, ad commodum Domini Raynaldi. Qua detractione sic facta, residuum precij promisit Dominus Raynaldus soluere in hunc modum, nempe 1. Martij eiusdem anni soluere scuta 11645. baioch. 91. in circa Domino Philippo Guicciardino, tanquam creditori dicti fundaci, per instrumentum publicum ibi notatum, scuta verò 4300. in circa, Fortunato Bauello, similiter fundaci creditori, residuum verò promisit soluere creditoribus dicti fundaci tempore à peritis declarando; vt præfata omnia in instrumento venditionis continentur, in quorum executionem &c.

Hoc facto, à partibus fuerunt electi duo periti, qui inuentarium fecerunt omnium, intra fundacum consistentium, & quia quoad illorum extimationem fuerunt discordes, fuit electus tertius, & extimata fuerunt ab ipsis omnia in dicto fundaco reperta in mercantiis ad scuta 17420. & deuenerunt ad liquidationem nominum quaderni debitorum dicti fundaci, quæ dixerunt ascendere ad summam scutorum 13840. Ex quibus fuerunt reperta exigibilia scuta 9076. baioc. 33. inexigibilia verò scuta 4743. baioc. 32. Periti considerarunt circa exactionem exigibilium aliquid esse elaborandum per Dominum Raynaldum, & aliquando exigibilia fieri inexigibilia.

Quapropter declararunt de exigibilibus esse detrahendum ad rationem quinque pro centenario, ad commodum Raynaldi, & sic partitam exigibilium (nempe partitam scutorum 9076. baioc. 33.) reduxerunt ad summam scutorum 8522. baioc. 52.

Præfatam verò partitam inexigibilium (nempe scutorum 4793. baioc. 32.) reduxerunt ad scuta mille tantummodo, quæ duæ summę nominum debitorum reductæ prout à peritis, cōstituunt summam scutorum 9522. baioc. 52. & ista partita iuncta cum precio contentorum in fundaco, quod ascenderat ad summam scutorum 17420. constituunt summam scutorum 29682. baioc. 52. De qua integra summa detractis iuxta instrumentum venditionis decem pro Centenario ad commodum Domini Raynaldi, ascendit ista detractio ad scuta 26942. baioch. 52. & restat liquida summa scutorum 24248. baioc. 27.

Quibus sic peractis, & preciis rerum à peritis sic taxatis, & Domino Portigiano consignatis, ipse soluit Domino Philippo Guicciardino nomine Domini Fortunati Bauelli scuta 4440. baioc. 1. & iterum soluit eidem Domino Philippo Guicciardino suo proprio nomine scutorum 13434. quæ dictæ duæ partitæ sic solutæ, ascéduut ad summam scutorum 17874. baioc. 80. qua partita excomputata ab illa scutorum 24248. baioc. 27. remanet residuum penes Dominum Raynaldum in summam scutorum 6343. baioc. 47.

Posteà verò Domino Raynaldo recusante residuum soluere Domino Philippo, ipse obtinuit relaxari mandatum exequutiuum virtute dicti instrumenti venditionis, & obligationis Cameralis in eo contentæ, contra Dominum Raynaldum pro scutis 5000, à quo idem Raynaldus appellauit, & in Signatura Iustitiæ causam mihi commiti obtinuit, cum clausula, *si quid exequendum, &c.* Et dato dubio: An mandatum per Auditorem Cameræ relaxatum, esset exequendum, illoque proposito in Rota 24. Aprilis 1606. fuit dilata. Iterum verò proposito 31. Maii eiusdem anni, fuit dictum, quod videretur de bono iure, & restringeretur.

Vnde cùm Dominus Raynaldus posteà prætenderet mandatum Auditoris Cameræ non esse exequendum, quia fuisset nulliter relaxatum, ex eo, quod in dicta venditione, vltra omnia supradicta, comprehenderentur etiam nomina debitorum libri magni, quæ ante omnia debuerunt illi consignari: Vnde ex dicta consignatione sibi non facta resultabat exceptio nō implementi contra vēditores, qua stāte, & ante dictum

dictum implementum, non poterat Auditor Cameræ, ad relaxationem dicti mandati deuenire. Sed quia pro parte Domini Philippi negabatur prędicta nomina debitorum libri magni fuisse comprehensa in dicta veditione, sed tantummodo quædam à peritis specificata, quæ ascendebant ad summam scutorum 300. Ideò dedi dubium, An nomina debitorum contenta in libro magno, & quaderno Capsę essent comprehensa in dicta venditione, quo dubio proposito 18. Decembris 1608. pro parte Domini Philippi fuit illi concessum. Vnde posteà dubitaui, An stante præfati dubij concessione, constaret de tali implemento, quod impediret executionem mandati Auditoris Cameræ. Istudq; dubium proposui die 31. Ianuarij 1609. Domino Raynaldo tantum informante, & fuit ad illius fauorem decisum: vnde Domino Philippo, qui non informauerat, instante, & de ordine Dominorum, iterum proposui idem dubium, vtraque parte informante, 16. Februarij eiusdem anni, & quia Domini varia senserunt, fuit dictum, *non liquet*.

Et iterum eodem dubio reproposito 4. Maii eiusdem anni fuit dictum, *dilata*. Tandem verò illud proposui prima Iulii huiusmet anni, & Domini dixerunt, cōsignatis libris, nempe magno, & Capsæ, & nominibus illorum non exactis à die venditionis compensatis, mandatum Auditoris Cameræ esse exequendum. Ad quam resolutionem capiendam Domini considerarunt, nomina debitorum libri magni, & Capsæ esse comprehensa in præfata istius fundaci venditione, vt ex instrumento illius constat, & ex confessione Domini Philippi, qui 12. Ianuarij huius præsentis anni cessit dubio quærenti: An præfata nomina debitorum libri magni, & Capsæ essent comprehensa in venditione, ex qua comprehensione oriebatur obligatio consignandi præfata nomina debitorum Domino Raynaldo: & ex prædicta consignatione non sequuta competebat Raynaldo exceptio non
6 implementi, quæ impedit executionem, Corn. *cons.79. numero 17. libro 1.* Crauet. *consil.151. numero 11.* Put. *decisio.357. lib.3.* Verall. *decis.117. par.3* Gallesi. *de obligat. Camer. 4. par. quæstio.1. numero 7.* & præfata exceptio impediebatur ex eo, quod Raynaldo consignata fuissent quaderna debi-
7 torum, quin & merces fundaci, cùm talis non implementi exceptio intret, etsi in minori parte verificetur, Dec. *in l. cum proponas, la seconda, num. 5. vers. quarto ampliatur. C. de pactis,* Roland. *cons.53. numero 23. libro 1.* Surd. *consil.101. num.1. & seq. lib.1. & cons.400. nu.28. lib.3.* Put. *decis.340. numero secundo, libro primo, & decis.357. circa fin. libro tertio,* & Verall. *decision.316. numero secundo, part.3.*

Et quamuis ista obligatio consignandi præfata nomina debitorum libri magni, spectaret ad venditores, non tamen ad Dominum Philippum, non eo minus contra ipsum intrat huius non implementi exceptio, tanquam contra venditores creditorum, & eorum iure agentium, ad text. *in l. cum res, C. de donat.* Bald. *in l. etiam num.1. ff. de execut. rei iud.* Socin. Sen. *cons.136. num.1. lib.2.* Salic. *in l. quoties, ante num.2. vers. oppone ad extra. C. de donat. quæ sub mod.* tradit latè Surd. *cons.4. num.6. & seq. lib.1.* facit text. *in l. agud Celsum. §. de auctoris. ff. de d. l. mal. & met. except.* & quæ tradit Tiraquell. *de retract. lign. §.1. glos.9. num.130. & seq.*

3 Exceptio namque quæ cedenti obstat, repellit quoque cessionarium, Bero. *cons.32. nu.46. lib.2.* Surd. *d. consil.4. num.6. & seq.* Ex quibus videbatur mandatum Auditoris Cameræ non esse exequendum. Sed quamuis præfata omnia de iure sint in se vera, & exceptio non implementi impediat executionem, hoc tamen procedit si à parte opponatur, aliàs renet iudicium, præ-
4 cipuè in contractibus nominatis, vt tradit Roman. *in l. filius licèt, numero 8. & ibi* Alexan. *numero 3. vers. sed ista, C. de appell.* Felyn. *in cap. tam en num. 4. vers. prima est, de summa,* plura refert Tiraquel. *de retract. lign. §.1. glos.17. num.4.* & tenuit Rot. *diuers. decis.* 8. 0. *numero 6. par.1.* & fuit dictum coram Illustrissimo Blanchetto in vna Romana Vinceæ ferri 24. Februarij 1592. & non videtur istam exceptionem oppositam fuisse à Domino Raynaldo coram Auditore Cameræ ante rela-
5 xationem mandati, & à Iudice suppletam fuisse, prout suppleri poterat, iuxta Ducto. *supra relatos.* Et quamuis 13. Iunii 1604 Dominus Raynaldus contra Dominum Christophorum della Pace, & Ioann. Baptistam Cisalpinum coram Auditore Cameræ dixerint ad se spectare alia nomina debitorum contenta in libro magno, ista tamen petitio huius adimplementi, fuit facta contra venditores: vnde non intrant in iudicio executiuo Domini Philippi, qui ignorauit petitionem præfatam, contra venditores factam. & idcircò intrat regula vulgaris, *quod res inter alios acta, &c.*

Et quamuis 17. Augusti eiusdem anni 1604. coram eodem Auditore Cameræ Dominus Raynaldus contra Dominum Philippum dixerit ipsum Dominum Philippum teneri prius facere consentire in præfatam venditionem fratres ipsius Raynaldi, & antequam faciat illos consentire, agere non posse, & obstare sibi exceptionem non implementi, clarè videtur huiusmodi exceptionem non implementi, ibi oppositam, non respicere consignationem nominum debitorum libri magni, sed tantummodo consensum fratrum, non præstitum venditioni præfatæ. Nec minus Philippus tenebatur facere consentire Dominos Fratres de Raynaldis in prædictam venditionem, nam quamuis in ipsa venditione præfati venditores promittant facere consentire omnem personam babentem, seu prætendentem interesse, opus esset nihilominus, quod prius Dominus Raynaldus docuisset ipsos fratres habere interesse in isto fundaco, sic vendito, quod non docuit, & non adest nisi supradicta accomādita scutorum 3500. contentorum in dicta vēditione portionis Angeli Fiorenzolæ, celebrata à deputatis creditorum 19. Decembris 1604. facta ab ipso Raynaldo pro se, suisque fratribus, cum promissione de rato pro illis: & non constat, nec ipse vnquam docuit de ratificatione, & approbatione fratrum, qua cessante cessat illorum interesse, & obligatio faciendi dictos fratres consentire in istam venditionem. Vnde ex supradictis duabus petitionibus, seu protestationibus, nullatenus induci valet exceptio non consignationis dictorum nominum debitorum libri

magni, & sic non implementi, oppositam fuisse coram Auditore Cameræ ante relaxationem mandati, & per consequens ex supradictis videtur mandati executionem non impediri: & hinc est, quod informantes pro Domino Raynaldo confugiunt ad dicendum, quod ista exceptio opponi potest etiam post sententiam,
6 & in illius executione, ex Aym. *cons.151.num.10.* Menoch. *consilio primo numero 367. & consilio 65. numero quarto, libro primo.* quas velint inferre, per dictam exceptionem posse à Domino Raynaldo opponi, nunc in isto iudicio, in quo agitur de executione dicti mandati Auditoris Cameræ, quæ allegatio facilè potest admitti, sed non ex eo excluditur, quod si nunc in exe-
7 cutione dicti mandati, possit præfata exceptio opponi, non possit etiam offerri implementum præfatæ consignationis, prout à Domino Philippo in isto iudicio fuit oblatum. quin & cum effectu consignatio libri magni, & capsæ. & nomina debitorum, contentorum in dictis libris, penes me fuit facta sciente Domino Raynaldo, qui apud me vsus fuit dictis libris, prout sibi expedire visum fuit, quæ consignatio sufficit fieri pendente iudicio, vt not. Dec. *in d.l. si tæ licèt, numero quinto. C. de collat.* & Alexand. *consilio 78. in fin. lib.1.* & tenuit Rota *decision. 476. numero 11. par. 1. diuers.* reddens rationem, nempe, quia exceptio non implementi non impedit ortum actionis, & obligationis, sed tantum exerci-
8 tium actionis, & illius executionem, vt tradit Crauet. *consilio 151. numero decimo, circa medium not.* Iaf. *in l. item quia numero 21. vers. limita conclusionem. ff. de pact.* & Bald. *in l. si executione, num. 25. C. de non numerata pecunia, & in l. arbitrorum, numero 3. C. de arbitr.* vnde impedito tantummodo per exceptionem non implementi, executio actionis impedita dicitur, qua exceptione ces-
9 sante per superueniens implementum cessabit etiam impedimentum dictæ actionis, & executionis.

Quibus non obstat, nunc non posse in isto iudicio Dominum Philippum adimplere taliter, quod ipsius adimplemento stante, possit deueniri ad executionem mandati Auditoris Cameræ, cùm stante clausula, *si quid exequen-*
10 *dum. &c.* debeat ex deductis coram Auditore Cameræ tantummodo obtinere. Quia respondetur, quod cùm D. Raynaldus in isto met iudicio non opposuerit de præfato non adimplemento, neque noua exceptione vsus fuerit, non prohibetur Dominus Philippus itidem, & nouis iuribus vti præcipuè concernentibus exclusionem exceptionis, de nouo à Domino Raynaldo in isto iudicio oppositis: aliàs esset
11 in potestate rei, quidquid vellet, denuo deducere sub spe, quod actor non posset noua iura ad exclusionem ex aduerso productorum, producere, quod esset absurdum admittere.

Ex quibus Domini censuere cum prædicta consignatione in isto iudicio facta, Dominum Philippum adimpleuisse, sed quia de nominibus debitorum libri magni, & capsæ sic consignati, apparebant aliqua iam exacta à venditoribus, etiam post venditionem huius fundaci celebratam, tanquam comprehensa in dicta venditione, spectabant ad Dominum Raynaldum: ideo Domini dixerunt, quod nomina sic exacta à venditoribus à die venditionis, deberent compensari, prędictaq; compensatione facta, mãdatum Auditoris Cameræ esse exequendum: istamque compensationem in hunc modum faciendam, nempe, quia si nulla nomina dictorum debitorum post venditionem fuissent exacta, illaque exempli gratia ascenderent ad summam scutorum 10. millium, totam hanc summam recuperaturus esset à debitoribus Dominus Raynaldus, qui eandem summam scutorum 10. millium soluturus esset venditoribus fundaci: qui si ex istis 10. millium scutorum reperirentur (verbi gratia) quinque millia, scuta exacta post venditionem non tenebitur Dominus Raynaldus soluere venditoribus, nisi residuum 5. millium scutorum, quia alia quinque millia compensabuntur, cum simili summa exactâ post venditionem.

Vnum tamen est, quod iuxta formam instrumenti venditionis de præfatis 10. millibus scutis, sicut de cæteris bonis, & nominibus debitorum fundaci, iam extimatis, competit Domino Raynaldo decem pro quolibet centenario, quæ detractio semper erit facienda ad sui commodum, & fauorem.

Prædictis non obstantibus Dominus Raynaldus contendit constare de libro magno *pag.* 125. Dominum Philippum 24. Ianuarij 1604. & sic post dictam venditionem soluisse Christophoro della Pace scut. 3100. de quibus erat debitor in dicto libro magno fundaci, & quod ista solutio tunc temporis non debebat fieri Christophoro della Pace, sed Domino Raynaldo emptori, ad tradita per Paris. *cons. 88. num. 14. & 15. lib. 1. per text. in l. 2. §. illud tenendum. & l. venditor, l. vltima. ff. de hered. vel action. vendit.* & vtrobique Salic. vnde tanquam non rectè facta, debeat excõputari à Domino Philippo in summa scutorum quinque millium, pro quibus mandatum Auditoris Cameræ fuit relaxatum: Et quod non obstat, quod hæc eadem summa scutorum 3100. fuerit soluta eidem Raynaldo, quia ipse (vt asserit) istam summam habuit, non tanquam emptor, & ratione dictæ venditionis, sed tãquam alter creditor eiusdem Christophori della Pace *in eodem libro pag.* 140. in scutis 2752. *lib.* 6. vnde Dominus Philippus soluendo dictam quantitatem Domino Raynaldo tanquam creditori Domini Christophori, visus est illam soluere eidem Christophoro, & per consequens intrare prætensionem aliàs Domini Raynaldi, quod dicta solutio non fuit rectè facta. Quia respõdetur concedendo dictam solutionem, tunc temporis post celebratam venditionem, debuisse fieri Domino Raynaldo, tanquam emptori fundaci, & nominum debitorum illius: quod autem non tanquam emptori, sed tanquam alias creditori Christophori della Pace, fuerit soluta dicta summa, hoc non ita clarè constat, quod non egeat maiori discussione, & vtrumque sit: cùm quamuis ipsi Raynaldo fuisset facta dicta solutio, ipsemet teneretur eandem quantitatem soluere venditoribus iuxta superius notata, ideo ista summa scutorum 3100. contenta in libro magno, tanquam exacta post venditionem, venit compensanda iuxta formam superius traditam, detra-

detrahendo de dicta summa scuta 10. pro centenario ad commodum Domini Raynaldi.

Et quamuis ipse asserat omnia nomina debitorum libri magni esse iam exacta, sicque ipsum non habere, vnde recuperare posit illa decem pro centenario, sibique competentia in prædictis nominibus debitorum exactis, & quod debet sibi prouideri in istis scutis 5. millibus, pro quibus mandatum Auditoris Cameræ fuit relaxatum, nihilominus, quia ex inspectione eiusdem libri magni resultat, plurima nomina debitorum, & in maxima quantitate non esse exacta, & vltra illa, etiam de nominibus quaderni debitorum, & mercantiis repertis in fundaco extimatis, de quibus supra in principio fuit facta particularis mentio, computatis omnibus computandis restabat Dominus Raynaldus debitor in scutis 6373. baioch. 47. de quibus, etsi detrahantur 5. millia in mandato Auditoris Cameræ comprehensa remanent penes Dominum Raynaldum scuta 1373. baioch. 47. de quibus simul cum prædictis nominibus debitorum libri magni, ne dum exactis, restat plusquam sufficiens quantitas, ad sibi prouidendo, de illis decem pro centenario, quæ iuxta instrumentum venditionis debet habere.

Minus obstat alia prætensio Domini Raynaldi, quod ipse, ipsiusque hæredes haberent portionem scutorum 3500. in dicto fundaco, iuxta venditionem portionis Angeli Fiorenzolæ, factam à deputatis creditorum, de qua in principio dictum relinquimus, & quod illa debeat deduci ad ipsius, & fratrum commodum, de dicto fundaci pretio liquidato. quia respõdetur, quod Dominus Philippus, & Fortunatus Banellus sũt creditores dicti fundaci de tempore, quo in eo participationem habebat scutorum 10. milliũ Angelus Fiorenzola, cuius portio per supradictam venditionem à deputatis creditorum 19. Decembris 1604. factam, transiuit cum onere debitorum antea contractorum in Dominos Christophorum del Pace, & Ioan. Baptistam Cisalpinum, & in Dominum Raynaldum, & fratres, ratione accomanditæ, tanquam emptores: quod quantum ad fratres Domini Raynaldi, intelligitur casu, quo dicti fratres ratam habuerint istam deputatorum venditionem; vnde Dominus Raynaldus, & fratres ratione prædictæ suæ participationis, & accomanditæ pro scutis 3500. non possunt impedire Dominos Philippum, & Fortunatum in recuperatione horum creditorum, nec dictam portionem scutorum 3500. possunt deducere, & rehabere, nisi soluto prius ære alieno à sociis, & participantibus per accomanditam contractus, vel ab illis, à quibus ipsi habent, & quibus successerunt.

Quibus sic stantibus iuxta resolutionem Dominorum mandatum Auditoris Cameræ, venit exequendum pro dictis scutis.

Sed quia in banco Domini Philippi adsunt depositata, (prout etiam ipse fatetur) scuta 2420. per Alexandrum Serigatum, spectantia tamen ad D. Raynaldum, et sunt compensanda à D. Philippo in parte dictorum scutorum 5. milliũ, vt tanto minus habeatur in executione dicti mandati.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Ciuitatis Castelli Census, Mercurij 19. Martii 1539.

SVMMARIVM.

1 *Tenuta etiam nulliter data si non est spoliatiua, non reuocatur vbi de nouo esset concedenda.*

2 *Manutentio datur ei, qui probat possessionem de tempore motæ litis.*

Amplia maximè procedere, quando probat etiam antiquiorem possessionem, nu. 2 & nu. 3.

3 *Possessionis continuatio probatur ea sola assertione possidentis probatis extremis.*

4 *Possessio capta auctoritate iudicis absque citatione partis, est nullius roboris.*

5 *Possessio non acquiritur nisi expulsis colonis etiam partiariis.*

6 *Manutentio conceditur etiam ratione solius possessionis ciuiliter retenta.*

7 *Constitutum conditionale est verificandum, & in verificatione citandus est possessor rei constitutæ.*

8 *Constitutum conditionale non verificata conditione nihil operatur.*

9 *Possessor non priuatur sua possessione per recollectionem fructuum factam ab aduersario, si illa fuit turbatiua, & ipse non habuit se pro spoliato.*

DECISIO CLXIX.

1 DOmini circumscripserunt nullitates, quia
leues, quia tenuta etiam naturaliter data,
si non est spoliatiua, non reuocatur, vbi de no-
uo concedenda esset, vt pluries renuit Rota, &
resoluerunt mandatum de manutenendo con-
cessum Melionetiis, non esse reuocandum, sed
quatenus opus esset de nouo concedendum, &
inhibitionem Sellariis concessam esse tollen-
dam, quia Melionetii melius probant eorum
2 possessionem, de tempore litis motæ. §. *retinen-
dæ de interdict.* probant etiam antiquiorem, quę
duo præcipuè considerantur in hac materia, vt
3 per Dec. & alios *in cap. licet causam de probat.* &
cõtinuatio probatur ex sola ipsorum allegatio-
ne, & tanto magis probatis extremis, vt per Co-
uar. *var. resolut. lib. 2.*
Nec obstat allegata possessio istorum de Sel-
larijs, quia, vt Domini tenebant, ipsi nullã pro-
bant possessionem, nam mandatum, seu associa-
4 tio iudicis non est in consideratione, quia si-
ne citatione partis, quo casu non facit, vt dica-
tur auctoritate iudicis facta, vt resolutum fuit
in Spoletana domus coram R. P. D. Seraphino:
item necessaria erat colonorum expulsio à toto
5 fundo, licèt esset colonus partiarius, vt per Goz-
zad. Sarnen. Afflict. & alios hic per informantes
cumulatos.
6 Non obstat, quod isti de Melionetijs non pos-
siderent naturaliter, sed ciuiliter tantum, quia
nihilominus illis esset dandum mandatum, vt
latè per Menoch. *in tractat. de retinenda poss. re-
med. 3. nu. 22. cum seq.* quidquid dixit Couar. *pract.
q. 9. c. 17. nu. 2.*
7 Nec constitutum Sellatiorum quicquam ope-
ratur, quia erat conditionale, vt in trãsactione,
& in tali verificatione erant legitimè citandi
isti Melionetii, Bald. *in l. in testamento in fin. C. de
fideic.* & legitimè non verificata conditione, nõ
8 operatur aliquem effectũ constitutum, vt post

alios cumulat Tiraq. *de constit. poss. par. 2. limit. 25.*
pariter fructuum recollectio, vt actus turbatus,
9 & clandestinus non priuauit possessorem sua
possessione, nisi habuisset se pro spoliato, vt latè
post alios dicti moderni Menoch. *de retinen. poss.
remedio. 3. n. 481. cum sequen.* & bene Bal. *in l. post sé-
tentiam n. 7. C. de senten. & interlocut. om. iud.* alia
bene euacuantur per informantes, cum quibus
Domini consenserunt.

R. P. D. VBALDO.

Romana domus, Venetis 4. Decembris 1615.

SVMMARIVM.

1 *Apocha priuata non recognita per testes, qui in ea subscripserunt, non caret suspicione antidata.*

2 *Copula* etiam *requirit vtriusque copulati concursum.*

3 *Diligentia minima in opponendo aliquid, quod non erat de substantia, non caret suspicione.*

4 *Nominationis intimatio facta procuratori de cuius facultate ad recipiendum dictam nominationem non valet.*

5 *Concessio ad vitam dicitur alienatio.*

6 *Amplia, quod non potest fieri sine debitis solemnitatibus.*

7 *Beneplacito apostolico deficiente, quando est necessarium, deficit etiam concessio.*

8 *Beneplacitum Apostolicum ex cursu 30. annorum, & obseruantia præsumitur obtentũ. præsertim quãdo esset reseruatum in instrumento.*

9 *Conductor non potest trãsferre possessionem rei conductæ in alium absque consensu locatoris.*

10 *Mandatum de associando competit vigore clausulæ* constituti.

11 Constituti *clausula operatur etiam post mortem constituentis ita, vt constitutarius non priuetur sua possessione.*

12 *Limita non procedere, quando post mortem constituentis ipsa res fuit ab eius hærede apprehensa, & postmodum constituearius neglexit apprehendere possessionem naturalem, tunc enim amisit possessionem quam prius habebat.*

13 Constituti *clausula tanquam accessoria ad contractum principalem non operatur, quando contractus est nullus, tunc enim est necessaria actualis traditio.*

DECISIO CLXX.

ROta censuit non esse dandum mandatum
de associando in possessionem domus, &
Apothecarum, de quibus agitur, siue illud petatur
vigore nominationis factę per Alfonsum de
persona Cecilię, siue donationis per eundem factæ
ad fauorem Monasterij, quia quo ad nominationem,
illa videbatur nulla ex pluribus. Primo,
quia facultas nominandi concessa Alfonso
fuit restricta ad vitam Virginiæ eius coniugis,
vt patet ex instrumento celebrato de anno 1581.
quod autẽ fuerit facta dicta nominatio non constabat
viuente Virginia, non videbatur probari
ex apocha subscripta ab Alfonso, & tribus testibus
sub die 14. Septembris 1599. & sic per duos
dies ante obitum Virginiæ, quia non est recognita
à testibus in ea nominatis, & subscriptio
1 Alfonsi est suspecta de antidata, iux. *l. scripturas.
C. qui pot. in pign. hab.*

2 Quia in omnem euentum illa nominatio nõ
fuit intimata nisi post mortem Virginiæ, vt est
in confesso apud partes, & tamen videtur fuisse
facienda intimatio ipsa viuente ex forma concessionis,
ibi, vita ipsius D. Virginiæ durante tãcum
debeant nominare vnum ex eorum filijs
masculum, aut fœminam, & sic nominatum intimare;
copula *etiam* requirit vtriusq. copulati
concursus, *l. si hæredi plures. ff. de cond. instit. cum
vulg.* accedente præsertim verisimili intentione
partium, ne fieret aliqua fraus in antidata, de
qua dicta scriptura Alfonsi est suspecta, vt dixi,
maximè stante qualitate personæ vnius ex
testibus qui est procurator Monasterij, & nimia
ipsius diligentia apponendi in sua subscriptione
diem 14. Septembris, quæ non erat necessaria,
cùm iam esset apposita ab ipso Alfonso.

3 Quia dicta intimatio iux. formam cõtractus,
debebat fieri ab administratoribus Ecclesiæ, &
hospitalis Sancti Iacobi, & tamen fuit facta tãtum
cuidam procuratori ad lites, de cuius mãdato
non constat ad recipiendum istam nominationem.

4 Quia concessio nominandi fuit nulla ex defectu
beneplaciti Apostolici, quod nunquam
accessit, & tamen erat necessarium, cùm con-
5 cessio ad vitã sit alienatio, Card. *in Clem. 1. de rebus
Eccles. non alienan.* Corbul. *de caus. priuat. ob alien.
ampliat. 35. num. 14.* Menoch. *de arbitr. casu 5.*
6 *num. 3. & sequen.* quæ non potest fieri sine debitis
solemnitatibus, *Extrauagan. ambitiosæ de reb.
Eccles. non alienan.* tanto magis, quia concessio fa-
7 cta fuit sub cõditione beneplaciti Apostolici,
quod cũ deficit, deficit etiã ipsa concessio, Rol.
cons. 51. n. 15. lib. 4. & illa clausula, *quatenus opus sit*,
nihil facit, cùm ex præscriptis appareat fuisse
necessarium.

8 Non obstat, quod aliàs ex cursu 30. annorum
cum obseruantia subsequuta præsumatur obtentum,
præsertim, quando est reseruatum in
instrumento, iux. *cons.* Anchar. 136. *num. 2.* Alexan.
cons. 17. sub num. 8. lib. 4. & sæpe tenuit Rota, & signanter
in vna Mediolanen. rescissionis permutationis
10. Ianuarij 1597. coram bon. mem. Cardinali
Pamphilio, quia in hoc casu deest obseruantia
præsentis temporis, cùm concessio fuerit
facta de Anno 1581. nominatio autem, & donatio
de anno 1599. & obitus Alfonsi successit
de anno 1604. qui in articulo mortis donationem
renocauit, & secuto eius obitu statim hospitale
accepit possessionem domus de qua agitur,
& sic potius constat de obseruantia contraria.

Quo verò ad donationem factam die 27. Octobris
1599. omisso, An illa sit nulla ex defectu
insinuationis dicebatur nec suffragari Monasterio.
quia domus fuerat locata Alfonso, & Virginiæ
ad eorum vitam, & vnius ex filijs nominãdi
in vita Virginiæ, vt supra: vnde non potuit
Alfonsus mediãte donatione domum siue eius
possessionem transferre in Monasteriũ in præ-
9 iudiciũ Hospitalis, & absque illius cõsensu, Rota
diuers. decis. 184. & decis. 717. n. 8. par. 1.

Neque dicatur donationem habere vim nominationis
ex allegatis per Informãtes pro Monasterio,
quia respõsio patet ex supra deductis,
quod nominatio debebat fieri viuẽte Virginia,

& ad

& administratoribus hospitalis intimari, sed donatio fuit facta post mortem Virginiæ nec fuit intimata.

10 Non obstat clausula *constituti* apposita, tã in instrumento locationis factæ Alfonso, quàm in instrumento donationis vigore cuius prætéditur mandatum de associando, iuxta tradita per Bart. *in l.3. in quarta quæstione principali. C. de pignor.* Alexand. *consi.131. sub num.4. lib.4.* Afflict. *decis.326.* quia fuit responsum primo, quod quatenus clausula *constituti* operetur etiam mortuo constituente, ita, vt constitutarius non priuetur sua possessione, vt post alios declarat Tiraquell. *in tract. de constitut. poss. 2. part. amplia.*

11 13. *numero 3.* hoc tamen limitatur non procedere, quando post mortem constituentis ipsa res fuit ab eius hærede apprehensa, & postmodum constitutarius neglexit apprehendere, possessionem naturalem, tunc enim amittit possessionem, quam prius habebat, vt per tex. *in l. si de eo. §.1.* & ibi Bart. *ff. de acquir. poss. & gl. sin ca. cum venisset in verbo amiunt possessionem in fine*, & ibi

12 Doct. *de restit. spol. limitat.* & intelligit Tiraquel. *in d. tract. 3. par. limitat. 21. numer. 9.* vbi post Bart. *loco citato num. 4.* subdit ad hune effectum sufficere, quod cõstitutarius sciat ab hærede occupatam possessionem per modicum tempus, eo enim ipso amittit eiusdem possessionem, quam habebat, ex quo videtur suspicati posse repelli, & in similibus terminis fuit resolutum in vna Lucana Maiseulatus 27. Aprilis 1587. coram Orano, quod in proposito accedit eûm statim mortuo Alfonso Ecclesia Sancti Iacobi eius hæres ingressa fuerit possessionem istius domus etiam quoad exactionem pensionis, vt fatentur informantes pro Monasterio.

13 Secundo fuit responsum, quod clausula *constituti* vti accessoria ad principalem contractum non operatur, quando contractus est nullus, tunc enim est necessaria actualis traditio, Bald. & Doct. *in l. ex testamento in fine. C. de fideicommiss.* Aym. *consi. 299. num. 3.* Doct. *in l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquir. poss.* Rota *decisio. 224. numero 1. part. 2. diuers.* latè Tiraquell. *vbi supra limit. 7. numer. 1. & ferè per tot.* & fuit dictum in vna Mediolanen. donationis 12. Februarij 1599. coram Orano, vbi quod omnes exceptiones, quæ competunt etiam contra principalem contractum, competunt etiã cõtra constitutum, in proposito autem constat ex supradictis exceptionibus, releuantibus, quæ dantur contra concessionem factam Alfonso, & contra ipsius donationem.

Ex quibus fuit conclusum non esse dandum mandatum de associando.

R.P.D. MANZANEDO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 11. Ianuarij 1616.

SVMMARIVM.

1 *Primum extremum probatur in Saluiano ex impositione census.*
2 *Secundum ex sustentatione litis.*
3 *Saluianum intrat probatis duobus extremis.*
4 *Mulier obligans se simul cum viro licèt se principaliter obliget, tamen censetur pro illo intercedere, & obligatio non sustinetur, nisi probetur, quod pecunia in propriam mulieris vtilitatem versa fuerint.*
5 *Limita conclusionem procedere in obligatione, quam facit vxor pro marito, non autem in necessaria facta ad subleuandum maritum magno ære alieno grauatum, & per eam liberando à carceribus, ac pro alijs indigentijs domus.*
6 *Vxor tenetur subuenire inopia mariti, pro qua causa potest se obligare.*
7 *Declara hanc limitationem licèt maritus de tempore obligationis non esset in carceribus, quia satis est, quod immineat periculum carcerationis ob paratam executionem Cameralis obligationis, qua creditoribus tenebatur.*
8 *Mulieris obligatio pro viro, quando non remanet indotata tenet, & sustinetur.*
9 *Mulieris obligatio iuramento vallata, de iure Canonico sustinetur.*
Ampliа præsertim accedente decreto Iudicis, & consensu propinquorum.
10 *Mulier potest renunciare beneficio Authen. si qua mulier. C. ad Velleianum.*
11 *Creditor conueniens vnum ex pluribus in solidum obligatis coram vno Iudice non prohibetur conuenire alium coram alio.*

DECISIO CLXXI.

1 Domini censuerunt esse locum Saluiano. Nam de primo extremo, nempe de credito cum hypotheca Dominorum de Fabijs, & Petronijs constat ex impositione census facta per Dominam Olympiam super rebus proprijs cum decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus Statutis Vrbis, *lib. 1. cap. 151.*

2 Et de secundo ex sustentatione litis, Caputaq. *decis. 171. par. 2.*

3 Quibus stantibus intrat Saluianum, Neguss. *de pignor. 1. memb. 5. par. nu. 6.* Roland. *consi. 14. nu. 13. lib. 1.* cum alijs relatis à Contard. *in l. vnic. limit. 14. num. 10. C. si de mom. poss. lib. 1.* Put. *decis. 207. nu. 2. lib. 1.*

Neque obstare videbatur, quod Olympia censum imposuerit vnà cum eius viro, quo casu licèt se principaliter obligauerit, tamen censetur pro illo intercedere, & obligatio nõ sustinetur,

4 nisi manifestè probetur, quod pecuniæ in propriam ipsius Mulieris vtilitatem expensæ sint, iux. tex. *in Auth. si qua mulier. C. de Velleian.* Sutd. *decis. 164. n. 11.* Honded. plures referens *cons. 45. n. 16. & seq. lib. 1.*

5 Fuit enim responsum *dictam Auth.* non habere locum in casu nostro, quia procedit in obligatione omnino voluntaria, quam facit vxor pro marito, non autem in obligatione facta ad subleuandum maritum magno ære alieno grauatum, & pro eum liberando à carceribus, ac pro alijs indigentiis domus, Riminald. Sen. *consi. 77. num. 16. volum. 1.* post Bald. *consi. 20. in fin. volum. 2.* Sutd. *consi. 367. num. 14.* Franch. *decis. 237. numer. 3.* Thesaur. *decis. 223. num. 15.* Tiraquell. *de leg. connub. gloss. 8. num. 285.* Lambertens. *de contract. mulier. gloss. 10. nu. 25.* & fuit dictũ in vna Romana Nullitatis obligationis 28. Februarij 1611. coram Reuerendissimo Attrebaten.

6 Hanc enim obligationem videtur facere ex quadam necessitate, & lege permittente, cùm de iure vxor teneatur subuenire inopiæ mariti, *l. 1. & Aut. præterea. C. vnde vir & vxor. & l. si cũ do-*

rem.§.fin autem in suauissimo.ff solut.matrim. Bald. *cons.478.circa fin.vol.im.5.*Natt.*cons.547. num. 19.* Decian.*cons.84.num.29 vol.4.*Surd.*decis.86.nu.6. & seq.*

7 Et licèt Maritus de tempore obligationis nõ esset in carceribus detentus, tamen sat est ad effectum, quod immineret periculum carcerationis ob paratam executionem Cameralis obligationis, qua suis creditoribus adstrictus reperiebatur, Riminald.*dicto cons.77.n.16.& seq* Surd. *d.cons.367.nu.18.*

8 Quæ facilius procedunt, quia Domina Olympia censum imposuit super bonis non dotalibus, quo fit, vt eius obligatio sustineatur, cùm non remaneat vllo modo indotata, Thesaur.*d. decis.223.nu.14.*Seraphin.*decis.1187.nu.2.*& fuit dictum in Anconitana dotis 28.Iunij 1602.coram Illustrissimo Millino,& in Romana Saluiani Interdicti 15.Decembris 1614. corá Domino meo Pamphilio.

9 Vlterius dicebatur obligationem D.Olympiæ esse iuramento vallatam, & sic saltim de iure Canonico sustineri, non obstante dispositione *dicta Auth si qua mulier,*iuxta Castr.*cons.8. per totum lib.2.*Boer.*decis.23.n.9.vers.nisi iurauerint,* Alex.*cons.146.per totum lib.7.*Seraph.*de Priuil.iurament.Priuil.* 118. & hanc esse communem, & in praxi receptam testantur Affli.*decis.311.n.4.*Thesaur.*d.decis.223.nu.10.*Guttierez *de iurament.confirmat.par.1. cap.55.nu.6.*Surd.*d cons.368.num.13.*& illam tenuit Rota in vna Interamnen.Mercium 4.Iunij 1597.coram bon. mem. Penia,& in allegatis Anconitana dotis coram Illustrissimo Millino,& Romana Saluiani Interdicti coram Domino meo Pamphilio. Accedente præsertim decreto Iudicis,& consensu propinquorum, ex quibus metus,& dolus excluditur, Surd. *vbi supra.*

10 Et tandem omnis difficultas videbatur cessare ex eo, quod Domina Olympia certiorata de beneficio *dicta Authentica,* illi expresse, & cũ particulari iuramento renunciauit, quo casu valida est renunciatio, & impugnari non potest, vt tradunt Bertrand.*cons.218. per totum lib. 4.* Surd.*d.cons.367.num.12.*Thesaur.*vbi supra numer. 18.*Tiraquell.*in l.si vnquam in præfat.nu.136. C. de reuoc.donat.*Gomez.*var.resolut.tom.2.cap.13.n. 17. in fin.*Seraphin.*de priuileg.iuram.priuil.63. num.3. & seq.*

Minus obstat defectus iurisdictionis Rotæ per Olympiam oppositus, ex eo, quod debitor census sit etiam Marcus Antonius maritus, cuius creditorum causæ omnes fuerunt commissæ R. P. D. Raymundo per particulare breue Sanctissimi.

Quia hodie non agitur contra Marcum Antonium, sed contra ipsam, quæ in dicto breui non est nominata, & contra quam causa reperitur in Rota cõmissa per particulare rescriptum Sanctissimi. Et licèt Domini de Fabijs, & Petronijs coram dicto Raymundo curauerint se describi inter alios creditores dicti Marci Antonij fideiussoris census; non tamen propterea sibi præiudicarunt, quin coram alio Iudice competenti agere possint contra Dominam Olympiam principalem, cùm nemo præsumatur renunciare iuri suo, nisi id expresse faciat.

R.P.D. BVRATTO.

Farfen. Bonorum, Veneris 19. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheusis vigore Bullæ Bonifacij alienari potest.*

2 *Clausula* ad habendum *operatur, vt dicatur data licentia alienandi quicquid ei videbitur, & successoribus.*

3 *Ampla, quod æquiparatur clausula*, & quibus dederit.

4 *Et quando est sine restrictiua, non reducitur ad terminos stipulationis.*

5 *Et dicta clausula, quando est indispositiua, tunc non est dubitandum, quin non sit data licentia alienandi, & quando dicatur indispositiua, vide ibi.*

6 *Bona emphytheotica ex consuetudine Ecclesiæ ad instar allodialiũ redacta, quilibet inuestitura cõprehensum alienare potest, quæ consuetudo à Rota est canonizata.*

7 *Bona emphytheotica alienabilia veniunt sub generali heredis institutione, & num.8.*

9 *Bona emphytheotica concessa cum potestate alienandi transeunt ad extraneos hæredes.*

10 *Inuestitura est facienda hæredibus, quando emphytheusis, & hæreditaria, cùm ius hæreditarium solis hæredibus competat.*

11 *Domicilium acquisitum dicitur, quando quis in ea ciuitate se contulit, & in ea decessit.*

12 *Incolæ efficitur, quando quis ex necessitate ibi residere debet.*

13 *Domicilium contrahitur, & incolatus ex declaratione voluntatis iuncta dominij translatione, etiã absque aliquo lapsu temporis.*

14 *Statutum disponens, quod relocatio sit facienda proximiori lineæ finita, intelligitur quatenus de bonis non esset dispositum.*

15 *Consuetudo est optima legum, & statutorum interpres.*

DECISIO CLXXII.

PEtebat Tibaldus maritus,& hæres testamẽtarius Tarsiæ confirmationem inuestituræ bonorum, de quibus agitur, sibi factæ per Illustrissimum Dominum Cardinalem Montaltum vti Abbatem Farfen. contra verò Ioan. Baptista Bussa dictæ Tarsiæ Auunculus, prætendebat inuestituram sibi deberi tanquam proximiori dictæ Tarsiæ sine prole defunctæ vigore statutorum Abbatiæ: Quo propter dubio per R. P. D. Vicegerentem eiusdẽ Illustrissimi Domini Cardinalis Auditorem transmisso, An inuestitura facta Tibaldo esset confirmãda, vel potius Bussæ facienda, & illo per me in Rota proposito DD. pro Tibaldo resoluerunt.

Fundamentum fuit, quod hæc emphytheusis Ecclesiastica contra eius naturam effecta est alienabilis, tam ex statuto dictæ Abbatiæ concedente facultatem alienandi, prout dicitur de
1 emphytheoticis Ecclesiasticis, quæ secundum Bullam Bonifacianam alienari possunt, Anch. *cons.125.nu.4.& cons.393.colum. 2. vers. item quoad priuationem, & cons.427.numer. 4. in tertio dubio,* Ruin.*consilio 149. in princip.& numer. 13.volum.1.* Hip.Rimin.*cons.558.numer.19.* quàm ex clausula,

ad ha-

2 *ad habendum*, continente expressam alienandi licentiam ibi vendendi, alienandi, & quicquid locatariis, & successoribus placuerit faciendi. Et ideo de eius virtute dubitari nõ potest quin antè fiat alienatio. Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8. q. num. 21. ff. de verbor. obligat.* & ibi Ang. *num. 12.* Alexand. *num. 58.* Ias. *num. 72.* Crott. *in repetit. num. 133.* Socin. Iun. *num. 127. vers. & absque dubio*, vbi post Bart. conclus. est magis communis, de qua etiam clausula in specie in emphytheusi, Alber. *in l. si tal. num. 8. C. de iure emphyt.* quem refert Corbul. *de caus. priuat. ob alienat. irrequis. dom. limit. 3. in princip.* vbi de communi, quod ex dictis verbis licentia alienandi sit concessa, Becc. *consi. 88. numer. 11 & num. 23. & num. 24.*
3 *& num. 39. & num. 49.* & æquipollet clausulæ, *& quibus dederit*, adeo vt emphytheusis Ecclesiastica fiat transitoria ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, Curt. Iun. *consi. 4. num. 1.* vbi quod communis est omnium opinio in verbis, *& quibus dederit*, Clar. in §. *emphytheusis, quæst. 28. in fin.* Rot. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio in Imolen. Bonorum 8. Martii 1596. quæ refert aliam in eadem causa de anno 1592. & alia coram bon. mem. Cardinali Lancellorto anno 1581. & tenuit etiam in Bononien. emphytheusis coram bon. mem. Penia 16. Iunij 1597. & in Nonantulana Bonorum 14. Iunij 1610. coram Reuerendissimo Damasceno, & coram Reuerendissimo Lugdunen. in Romana Vineæ 19. Ianuarij 1611. & in Romana Emphytheusis coram R. P. D. meo Caualerio 12. Nouembris 1612. & coram eodem in Bononien. Prædij 10. Martij 1614. & in feudo quando inuestitura est cum facultate alienandi, Fab. de Ann. *cons. 53. nu. 9. 10. 11. & 24. & seqq.* Præsertim, quia dicta clausula est concepta per verbum vniuersale, *quicquid*, Rolan. *consi 55. n. 43. vol. 3.* cum cumulatis per Peregr. *de fideicomm. art. 52. nu. 41. vers. contrarium.*

4 Et cùm sit sine restrictiua non reducitur ad terminos stipulationis, vt declarat Rota in d. Imolen. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, vbi ita intelligit *decis. Pedemon. 164. num. 5.* & in d. Bononien. Prædii coram R. P. D. meo Caualerio.

5 Quam opinionem quicquid sit, quando dicta clausula *ad habendum* est in parte executiua, sequitur Rota, quando est indispositiua, & est communis conclusio, de qua testatur Becc. *cõs. 88. nu. 49.* & Osasch. *d. decis. Pedemon. 164. in princ. & cons. 16. num. 21.* vbi etiam dictam decis. declarat, quam opinionem veram etiam dicit Vinceo. de Fran. *decis. 8. n. 7.* & sequitur Rota in dict. Nonantulana 14. Iunij 1610. & 31. Ianuarii 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, & in d. Romana Emphytheusis. & d. Bononien. Prædii coram Domino meo Caualerio, & antea etiam ita distinctum fuit in supradicta Romana domus 9. Martii 1609. coram Domino meo Manzanedo, & tunc dubitandum non esse quin censeatur concessa licentia alienandi dicit Becc. *d. cons. 88. nu. 49.* & faciunt tradita per Corbul. *de caus. priuat. ob alienat. limit. 3. num. 7. & 8.*

In proposito autem dubitari non potest quin dicta clausula sit ne dum per verba dispositiua, sed etiam in parte dispositiua, cùm immediatè sit post descriptionem bonorũ concessorũ ante clausula hac, &c. & ante promissiones solutionis Canonis, vt declarat Laderç. *cons. 1. n. 14.* quẽ sequitur Rota in d. Nonantulana 31. Ianuar. 1611. & in Bonon. de Bouiis 19. Nouembris 1612. corã Domino meo Damasceno, & in d. Romana Emphytheusis 12. Nouembris 1612. coram Domino meo Caualerio.

6 Et cessare videtur difficultas, ex consuetudine Abbatiæ, secũdum qua bona ista locatitia, sunt ad instar allodialiũ redacta, adeo vt quilibet in inuestitura cõprehẽsus de illis disponere possit, Rip. *in l. in quartam, n. 182. ff. ad l. falcid.* Guid. Pap. *quæst 59. sub nu. 1.* Gram. *decis. 103. nu. 125. & seq.* cũ aliis per Pereg. *de fideicommiss. art. 6. nu. 30. & art. 32. nu. 53. & art. 36. nu. 18. vers. si autem feuda.* Quę quide cõsuetudo fuit in simili locatione canonizata à Rota in alia Farfen. bonorũ 14. Decembris 1605. & 17. Aprilis 1606. coram bon. me. Penia in qua resolutũ fuit, existentem in vltima locatione potuisse per institutionem hæredis in præiudicium aliorũ in inuestitura comprehensorũ disponere, ex qua consuetudine declarata fuerunt inuestitura, & statutũ concedentia facultatem disponendi locatione duráte cùm vtrumque ab illis interpretationẽ recipiat. vt de inuestitura Bar. *in auth. qui rem in fine*, & Bald. *in authen. si quas ruinas, nu. 1. C. de Sacrosanct. Eccles.* Butt. in *cap. præsentia, nu. 13.* & ibi Felin. *nu. 27. in fi. de probat.* Ruin. *cons. 9. n. 95. cum pluribus sequentibus. libr. 1. & cons. 368. num. 37. & seqq. lib. 4.* Clar. in *§. Emphytheusis, quæst. 28. in fin. vers. vbi iam.* Cardinal. Mantic. qui alios cumulat *de tacitu. l. 22. t. 19. numer. 13.* & in consuetudine Eccles. Alexand. *in l. etiam, n. 4. ff. solut. matrim. n.* vbi allegat Ang. *in §. emphytheusim*, de quo in glos. Butr. *consil. 23. num. 4.*

7 Ex hoc autem fundamento duo sequuntur: Primum, quod non deficiat potestas disponendi, cùm bona sint verè hæreditaria, neque voluntas, quæ regulatur à potestate, & quod adeo illa fuerint comprehensa sub vniuersali hæredis institutione, Aym. *cons. 256. num. 5. vers. sed hic.* Natt. *cons. 139. num. 24. vsque ad 31. tom. 1.* Soc. Iun. qui de communi *cons. 79. num. 11. lib. 4. & num. 16. & 17.* Menoch. *cons. 129. numer. 15. lib. 2.* & facit *decis. 154. par. 1. diuers.* & in Romana domus 24. Maij 1579. coram Brauo, & in Romana deuolutionis domus 5. Aprilis 1593. coram bon. mem. Penia.

8 Prout etiam in illa comprehenduntur, quando emphytheusis est alienabilis, secundum Alexan. *cons. 189. num. 11. lib. 3.* Rolan. *cons. 42. num. 7. & 8. lib. 1.* Riminal. Iun. *cons. 9. numer. 103. cum seqq.* Fab. de Anna *cons. 86. per tot.* Surd. *consil. 213. numer. 5.*

9 Potestas enim alienandi concessa emphyteotæ operatur, quod emphytheusis transeat etiam ad hæredes extraneos, Dec. *cons. 171. num. 2.* Cur. Iun. qui de communi *cons. 4. num. 3. & cons. 131. num. 2.*

10 Secundam, quod Tibaldo non autem Bussæ erat facienda inuestitura, quia istud ius est hæreditarium, & competit solis hæredibus, *glos. in leg. 1. §. permittitur in verb. impetrabile*, & ibi Bartolus *ff. de aqu. quotid. & æstiu.* Imol. *consilio 38. column. 2. versicul. sed de æquitate.* Ancharan. *consilio 134. in fin.* Alexand.

in l. si mihi & Titio, num. 19. ad fin. ff. de verb. oblig. & cons. 10. num. 11. lib. 3. & c. us. 181 nu. 2. vers. tantum intelligitur, lib. 7. Afflict. *decis. 392. numer.* 20. Patis. *cons. 28. n. 5. lib. 1.* Rol. *cons. 3. n. 152. vers. 5. lib. 1.* Gabr. *de iur. emphyt. conclus. 1. limitat. 6.* Surd. *consil. 183. num. 31.*

Nec obstat prætensa incapacitas Tibaldi ex eo, quod non esset subditus Abbatiæ, quia videbatur cessare cùm ex pacto in capitulis matrimonialibus adiecto videatur declarasse animũ
11 contrahẽdi domicilium in Patria vxoris, prout postea illhic se contulit, habitauit, ac etiam litè pendente decessit, ex doctrina Bart. *in l. Murileguli, num. 1. C. de Murilegul. lib. 11.* vbi Io. de Plat. *colum. 2. vers. facit etiam.* Corsett. *singul. 98.* cum alijs per Gratian. *disceptat. forens. cap. 209. num. 42. tom. 2.*

12 Ratio autem est, quia ex necessitate residendi in loco quis efficitur incola, Inno. *in c. ex au. maiore post med. vers. sed loca, de priuileg.* vbi Anchar. *num. 8.* & Anan. *in c. dilectus il 2. sub nu. 5. vers. facit etiam de rescript.* & fuit dictum in Romana hæreditatis, seu Census 8. Iunij 1558. coram bon. mem. Cardinali Platto.

13 Et confirmatur, quia contrahitur incolatus ex declaratione voluntatis iuncta domicilij translatione, etiam absque aliquo lapsu temporis, Abb. *in c. fi. in fi. de Paroch.* Corn. *cons. 209. ante num. 3. vers. nam in supplicatione, lib. 1.* Simon de Præt. *cons. 119. num. 9.* Menoch. *de Arbitr. cas. 86. n. 2.* cum alijs, per Gratian. *disceptat. forens. cap. 181. num. 10. par. 1.* & fuit resolutum in Granaten. Capellaniæ 1. Decembris 1606. coram Reuerendissimo Lugdunen.

14 Minus obstat statutum Farfensæ super relocatione facienda proximiori in casu deuolutionis ob finitam generationem, quia cùm ex eisdem statutis à consuetudine, vt supra interpretatis competat facultas de bonis disponendis, erit in hoc capite intelligendum in casibus in quibus non fuerit de bonis dispositum ne alijs contrarietur, Bart. *in l. omnes populi, numer. 35. vers. quod puto verum, de iust. & iur. & in l. 1. §. & paruis, sub numero 5. ff. quod vi aut clam.* Patis. *cons. 97. numer. 14. lib. 3.* & faciunt tradita per Olasch. *decis. 164. num. 5.*

15 Et vt recipiat interpretationem à consuetudine, quæ est optima legum, & statutorum interpres, *l. cum de interpre. actione ff. de legib.* Rota in vna Romana de Mattheis 4. Iulij 1572. coram Oradino, & in specie de consuetudine in emphytheoticis, Simon de Præt. *cons. 106. num. 68.* & ex confirmatione inuestituræ Tibaldi sequitur exclusio Bussæ, & sic resolutio secundæ partis dubij, &c.

R.P.D. COCCINO.

Bononien. pecuniaria, Lunæ 11. Decembris 1600.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca non inducitur, nisi in casibus à iure expressis.*
2 *Hypotheca tacita competit pro bonis dotalibus post matrimonium contractum peruentis.*
3 *Bona extradotalia efficiuntur parafernalia, quando maritus de consensu tacito, seu expresso, illa administrauerit.*
4 *Hypotheca tacita datur mulieri pro bonis parafernalibus.*
5 *Voluntas adfuisse non præsumitur, nisi data scientia.*

DECISIO CLXXIII.

1 DOmini censuerunt, Lucæ non competere hypothecam, quia hypotheca non inducitur, nisi in casibus a iure expressis, glos. final. *in fi. in l. 2. de priuileg. cred.* Bald *in l. 2. ff. ex quibus caus. pign. vel hypoth. contrahitur.* Rip. *in l. dabimus num. 9. ff. de priuileg. cred.* In iure autem non ha-
2 betur, quod pro bonis dotalibus, competat vxori tacita hypotheca, prout sunt ista, de quibus agitur; ex quo obuenerit post contractum matrimonium per Lucã, Iacob. de Sancto Giorgio, *in l. dotis fructus, num. 1. vers. puta ff. de iur. dot.* Bertr. *cons. 19. num. 11. par. 3* Guid. Pap. *decis. 458. numer. 5.* Afflict. *decis. 44. num. 1.* Papien. *in forma libelli quomodo vxor agit ad dotem in vers. tanquam, nu. 3.* Vinc. Manil. *in consuet. Paris. in ti. de iur. dot. §. marito, n. 12.* Dec. *resp. ult.* vbi multos congerit, *lib. 4. nu. 5.*

3 Nec facit, quod bona extradotalia efficiantur parafernalia, quando expresse, vel tacitè mulier consentit, quod vir illa administret, Ias. *in l. maritus, num. 12. C. de procur.* Guid. Pap. *decis. 468. nu. 8.* Afflict. *dict. decis. 44. num. 3.* Cassan. *in consuet. Burgund. rub. 4. § 24. num. 6.* & præcipuè Cuman. *nu. 105. visa subscriptione* DD. Imol. Castr. Fabr. & a-
4 liorum, pro quibus bonis parafernalibus mulier habet tacitam hypothecam, *l. vlt. C. de pact. conuent.* tam supradicti, quàm Bald. *in princip.* dicit vnicam, & alibi non reperiri, *l. vbi adhuc, in fin. C. de procur. & in §. fuerat, numer. 41. de act.* Dec. *consil. 121. num. 6.* Negusan. *de pign. in 4. membr. 4. par. numero 65.* Couar. *libr. 1. variar. resolut. capitul. 3. num. 1.*

5 Quia in præsenti casu, nec expressus, nec tacitus consensus probatur, cùm non doceatur concludenter de scientia, sine qua non potest inferri ad voluntatem, *l. ignorans. C. de eden. l. in maleficiis longe ff. de act. & oblig. l. generalem. C. de tab. lib. 10.* Bal. *cons. 59. nu. 3. & 4. lib. 1.* Bero. *cons. 133. nu. 29. lib. 1.*

R.P.D. MANZANEDO.

Romana Successionis quartæ, Veneris 22. Maij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pauper potest petere quartam in bonis mariti locupletis.*
2 *Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor non habet locũ, quando mulier habuit etiam aliquam partem dotis.*
Contrarium quod dicta Auth. habet locum non solũ quando vxor sine vlla dote fuit nuptui tradita, sed etiam quando cum parua dote non sufficiente pro alimentis vxori competentibus nupsit, nu. 5. & seq. vbi latissimè probatur.
3 *Verba indefinita æquipollent vniuersali.*
4 *Extensio legis exorbitantis à regulis iuris, non permittitur.*
6 *Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor non fundatur præcipuè in deficientia ad alimenta, & sic ratio finalis illius est inopia vxoris, cui lex vult prouidere de alimentis necessarijs.*

7 Lex

7 *Lex, quando habet rationem ampliorem dicto extenditur ad terminos eationis.*

8 *Amplia quod hoc casu eatio regulat dictum, non dictum rationem.*

9 *Declara quia tunc extensio dicitur, quasi contentũ intra limites eationis.*

10 *Matrimonium non dicitur sine dote, quando est sine congrua dote, cùm parum, & nihil æquiparentur.*

11 *Dos simpliciter nominata per statutum intelligitur de dote congrua.*

13 *Iuspatronatus acquiritur per dotationem Ecclesiæ, vel altaris.*

14 *Limita non procedere, quando quis dotauit parua dote.*

15 *Auth. præterea. habet locum tam in vxore omnino indotata, quàm habente dotem non sufficientem congruè ad victum, & vestitum, dummodo tamẽ illa dos computetur & c. num. 11.*

16 *Dos ad hoc vt dicatur congrua, opus est, quod sit habilis, vt ex illa possit alimentari, & quod ex dote possint percipi tot fructus, quot sufficiant ad victũ mulieris.*

17 *Vbicunque lex tribuit aliquid ratione paupertatis, & indigentiæ, intelligitur illud tribuere ratione alimentorum.*

18 *Plus, & minus non differunt specie.*

19 *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor ad hoc, vt habeat locum sufficit, quod de tempore mortis mariti adsit inopia, & dos non sit apta ad alimentandã vxorem, & nu. 20.*

21 *In successionibus inspicitur tempus mortis.*

22 *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor habet locum vbicunque adest inopia vxoris.*

23 *Paupertas, & inopia differunt, quasi pauper parum, & inops nihil habeat.*

24 *Declara tamen, quod aliquando confunduntur.*

25 *Authen. præterea. C. vnde vir & vxor habet locum etiam, quod maritus vxori legatum reliquerit, dummodo sit minor dicta quarta, & in ea computet.*

26 *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor habet locum etiam contra voluntatem mariti testantis, & aliter disponentis.*

27 *Amplia, quod maritus illam auferre non valet.*

28 *Amplia, vt nec etiam possit illam imminuere.*

29 *Idem iuris est de tote quo ad totum, quod de parte quo ad partem.*

30 *Fraudibus via est præcludenda.*

31 *Taxatio certa vbi est facta à lege, non restringitur per causam taxationi adiectam.*

32 *Quarta quæ debetur vxori inopi, cùm sit taxata ad certam quantitatem per legem non restringitur per adiectionem causæ inopiæ.*

Amplia, quod sicuti dicta quarta si non sufficeret pro alimentis vxoris, nam ex eo veniret augenda, ita nec debet minui si necessitatem, & valorem excedant.

33 *Cessante causa finali debet cessare effectus.*

34 *Limita procedere quotiescunque non produxerit effectum consummatum, quia tunc effectus durat licèt causa cesset.*

35 *Fallit principalis conclusio, quia causa requirit adesse certo tempore, nam sufficit, quod tunc adsit licèt postea cesset.*

36 *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor habet locum vbicunque inopia vxoris verificatur de tempore mortis mariti, & licèt postea cesset inopia, non tamen cessat eius dispositio.*

37 *Quarta, quæ debetur vxori inopi, debetur iure successionis.*

38 *Legatum non prius debetur, quàm hæreditas sit adita.*

39 *Quarta, quæ debetur vxori inopi non tollitur per legatum factum à marito, sed competit actio ad supplementum.*

40 *Fallit, quando legatum fuisset factum ab extraneo, quod sufficeret ad alimenta vxoris, quia tunc cùm tempore mortis non adsit inopia, & non intret præsumptio fraudandi legem, ea non debetur.*

41 *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor non habet locum, quando mulier habet patrem diuitem, cùm ab illo alimenta consequi possit.*

42 *Vnusquisque potest iuri, & fauori suo renunciare.*

43 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. quando filius est in potestate patris vltra decretum Iudicis, & præsentiam patris, requirit etiam interuentum duorũ coniunctorum ex linea materna.*

44 *Declara, quod frater in renunciatione sororis per fratrem permissa, non dicitur idoneus cùm agatur de eius interesse.*

DECISIO CLXXIV.

DE tempore matrimonii contrahendi inter quondam Hieronymum Ametum, & Dominam Lauiniam fuit illi per Dominum Gasparem de Amolætia Lauiniæ patrem promissa dos scutorum 1000. soluendorum post mortem Dominæ Olympiæ ipsius matris, qua Hieronymus fuit cõtentus, & matrimonio subsequuto, euenit post aliquot annos mors Hieronymi sine filiis, Lauinia tamen vidua superstite, cui illi in suo Testamento menstrua scuta decem, dum viueret titulo legati reliquit, vltra quæ ea ipsa habet ex quadam officii societate scuta annua 22. & quia maritus, prout ex inuentario de suis bonis confecto apparet locuples, obiit. Domina Lauinia in mariti bonis quartam sibi
1 competere prætendit, iuxt. dispositinnem *Auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* Vnde dubitaui an ista quarta sibi deberetur, cuius resolutionem ex quatuor inspectionibus pendere fuit visum Dominis.

Prima cùm *prædicta authen.* istam quartam concedat vxori superstiti, quando matrimonium absque dote fuit contractum, & Domina Lauinia pro dote habuerit promissionem scutorum 1000. post obitum matris, An ista dos excludat successionem quartæ in *dicta authen.* concessæ.

Secunda verò inspectio versabatur in eo, an cùm Hieronymus legauerit vxori prædicta scuta 10. menstrua, censeatur Domina Leuinia à prædicta quarta exclusa, præcipuè si ex illis posset ali, tum etiam cùm habeat alia scuta 22. annua, quæ simul iuncta cum prædicto legato ascendunt ad scuta 142. quolibet anno.

Tertia verò inspectio respicit quæstionem an viuente patre Dominæ Lauiniæ cui incũbit onus alendi filiam viduam, & carentem sufficientibus alimentis excludatur ex hoc Domina Lauinia à remedio *prædictæ authent.* cùm illa sit tantum subsidiaria, & non intret nisi in casu quo vxor sit inops, & non habeat aliunde modum se alendi.

Quarta verò inspectio concernit cessionem

Qq

per Dominam Lauiniam factam remedio *dicta*
authen.& an ex tali cessione, & renunciatione
iurata impediatur modo petere dictam quar-
tam in vim dispositionis *dicta authen.* Quas om-
nes istas inspectiones vtraque pars contemne-
bat ad sui fauorem resoluendas. Et tres priores
ex *eiusdem authen. preterea.* dispositione, quam
pro se inducere conabatur, vnde ex *eiusdem au-*
then. vero intellectu resultauit prædictarum in-
spectionum decisio.

2 Et quoad primam videbatur contra Domi-
nam Lauiniam resolutionem esse capiendam,
cùm verba text. *in dicta authen. preterea.* ibi, *&*
sine dote ex vi sermonis non valeat verificari do-
te aliqua quantumuis parua dote, argument.
text. *in l. non est sine liberis, de verb. significat.* & tra-
dit *in l. 1. C. de condict. infer.* quæ verba *sine dote,*
& mulieribus indotatis, sæpius in nostro proposi-
to reperiit text. *in authen. de exhiben. reis. §. quo-*
niam vero, & text. in authen. vt liceat mat. & auia.
§. quia vero il secundo. Ibi, si quis vxorem sine do-
talibus acceperit. & ibi, si quis vxorem indota-
tam per affectum acceperit, &c. Et videntur
3 verba negatiua indefinita. & sic æquipollentia
vniuersali, iuxt. casum, & ibi Bart. *in l. si is qui du-*
centa. §. verum ff. de reb. dub. & vt notat Roland.
cons. 14. num. 3. lib. 3. ista *authen. preterea* est exor-
bitans, & contra regulas iuris antiqui, sed sic
4 est, quod non est nostrum extendere legem ex-
orbitantem à regulis iuris, ad text. *in l. si vero. §.*
de viro. ff. solut. matrim. ex quibus, & aliis addu-
ctis per Soc. *cons. 121. num. 38. & seq. libr.* 4. ita ipse
tenet, & hanc esse communem affirmat *nu.* 42.
præcipuè apud Doctores antiquos vsque ad
tempora Baldi, & ipsum Soc. sequuntur Ce-
phal. *consil. 701. numer.* 14. & *seq. libr.* 5. & Hond.
consil. 93. *numer.* 19. qui volunt quamlibet do-
tem etiam si paruam excludere successionem
quartæ in bonis coniugis locupletis præmo-
rientis.

5 Nihilominus Domini contrariam partem te-
nuerunt, quod immo *dicta authen. preterea* pro-
cedat non solum quando vxor sine vlla dote
fuit nuptui tradita, verùm etiam quando cum
parua dote non sufficienti pro alimentis vxori
competentibus, illa potissimum ratione, quia
prædicta authentica, & cetera iura superius re-
6 lata circa istam quartam disponentia non fun-
dantur precipuè in deficientia dotis, sed in suffi-
cientia ad alimenta, & sic considerant pro ra-
tione finali inopiam vxoris cui prouidere vo-
lunt de alimentis necessariis, ne cum dedecore
mendicare cogatur, vt satis colligitur ex *dicta*
authen. de exhiben. reis. §. final. ibi, vt inopia con-
iugis per diuitias saluetur alterius, vt ibi inops
aut vir, aut vxor inueniatur, vt tradit Bald. *in di-*
cta authen. preterea, numer. 7. vers. nam nec illa au-
thentica. Paul. de Castr. *ibidem numer.* 5. & Corn.
num. 2. & 3. & Roman. *num.* 8. & Dec. *numer.* 4. &
Salic. *num.* 2. & Vincen. de Franch. *decis. 410. num.*
2. Roland. *cons. 85. numer. 4. & 5. libr.* 3. & Decian.
cons. 70. num. 10. in fin. lib. 2. dicit illam sequi om-
nes, quin & ipsam sequuntur Rimin. Iun. *cons.*
658. *num.* 1. & plures alij Doctores ex infra di-
cendis, sed sic est eadem æquitas, & ratio præ-
dicta finalis militans in vxore sine dote, & sic
inopem ne propter inopiam mendicare cogatur,
militat etiam in parua dote non sufficienti ad
alimenta, ergo eadem dispositio militabit.

7 Et facit, quia cùm inopia vxoris sit ratio fina-
lis *huius authen.* & sic amplior dicto disposito *in*
dicta authen. tunc extenditur ad terminos ratio-
nis *l. iuxt. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat.* 2.
Bart. *in l. regula. § si quis. ff. de iur. & fact. ignor.* Illu-
strissimus Mantica *de coniectur. lib. 6. tit. 14. num.*
21. alios referēs testantes de communi Iul. Clar.
sentent. lib. 3. § testamentum, quæst. 76. vers. idemque
maximè, num. 2. Surd. etiam de communi, *consil.*
67. num. 21. cum seq. alios adducens Peregr. *consil.*
44. num. 23. lib. 2. & vt dicit *cons. 49. numer 3. lib.* 3.
8 ratio regulat dictum, non verò dictum ratio-
nem, *ad d. l. cum pater, §. dulcissimis.* vnde licèt ista
authentica loquatur de vxore sine dote relicta,
tamen, cùm prædicta illius ratio militet, tam in
vxore sine dote, quàm cum parua dote, debet
9 extendi ad vtrumque, quasi contentum intra
limites rationis, & hoc argumento vtitur Barb.
cons. 74. num. 6. lib. 4.

10 Vlterius satis dicitur matrimonium sine do-
te, quando est sine congrua dote, cùm nihil, &
parum æquiparentur, *l. quamuis, ff. de condict. &*
demonst. præcipuè ad consequendum aliquod
beneficium, *l. 3. circa princip. ff. quod cum eo, qued*
cert. loc. & facit quia vxor indotata habens a-
liunde sufficientem substantiam non cōsequi-
11 tur hanc quartam: ergo non habens sufficien-
tem substantiam, quamuis aliàs habeat dotem
non congruam ad sui alimenta, habebit hanc
quartam computando in illa prædictam do-
tem non congruam, vt infra latius dicemus; &
hoc argumento vtitur Dec. *cons. 24. vers. 8. & vl-*
tim. Saliect. *in dicta authent. preterea, numer.* 2. &
Matthesilan. *de success. ab intest. 4. art. princ. nu.* 23.
12 Tum etiam, quia lex vel statutum loquens
simpliciter de dote, intelligitur de dote con-
grua, vt notat Addit. ad Buttigar. *in eadem au-*
then. preterea, vers. 3. facit pro ista parte, vt tradit
Ias. *ibidem numer.* 4. adducens Bart. *in authen. res*
qua, num. 1. C. commun. de leg. & Bald. *in l. final. num.*
6. C. de dot. promiss. Preterea quia per dotationem
Ecclesiæ, vel altaris acquiritur ius patronatus,
cap. nemo, cap. filiis de consecrat. distinct. 1. in glos. in
cap. prementis, & ibi Archidiac. *in 16. quæstion.* 7.
tradunt Canonistæ *in rub. de iur. patronat.* &
Henrich. Bohic. *eodem tractat. §. quoniam ius pa-*
tronatus, num. 1. & Roch. de Curt. *eodem tractat.*
in verb. secunda causa in princip. & numer. 13. per to-
tum, attamen non acquiritur ex modica dote,
glos. in cap. quicumque el secundo. 16. quæst. 7. quam
dicit singularem Abb. *cons. 106. libr.* 3. quo argu-
mēto vtitur ad nostrum propositum Buttigar.
vbi supra n. 4. Ias. n. 5.

Ex quibus Bald. *in dicta authen. preterea* tenet
iuxta illius distinctionem istam quartam deberi
tam vxori omnino indotatæ, quàm habenti
paruam dotem non sufficientem congruè ad
victum, & vestitum, dummodo tamen illa dos
parua computetur in quarta, & Bal. eum sequū-
tur Paul. de Castr. *ibidem n.* 6. Roman. & Saliect.
Corn. & Buttigar. *vbi supra*, & Ias. *num.* 3. & Ale-
xand. *ibidem vers. ex his*, & Dec. *numer. 3. in fin. cum*
seq. & numer. 5. dicit hanc esse communem, ea-
dem tenent Cyn. & idem Bald. *in l. licet. de iur.*
dot. Paul. & Roman. *in leg. diuertio in principio*
ff. solut. matrim. idem Roman. *in l. 2. in princip.*
ff. eodem titul. Matthesilan. *vbi supra numer.* 22. &
Nicol.

Nicol. de Vbald. *de success. ab intestat.* 4. *par. num.* 8. *vers. & idem*, & Tiraquell. *de iud. in reb. exig. feren. num.* 19. Hippol. Marsil. *cons.* 103. *nu.* 25. *vers. item.* & testatur de communi Soc. *in cons.* 30. *nu.* 3. *lib.* 4. quicquid ipse in contrarium teneat *ibi*, & *in dict. cons.* 121. *num.* 42. Alexand. *cons.* 12. *lib.* 7. Corn. *cons.* 4. *num.* 7. *& cons.* 125. *in princip. lib.* 4. *& cons.* 249. *lib.* 3. dicit, quod non auderet contra prædictam communem consulere, quam etiam dicit communem Alciat. *cons.* 8. *lib.* 5. *num.* 2. *cum seq.* & eamdem dicunt communem vltra supra relatos Crauett. *cons.* 199. *num.* 7. & Roland. *cons.* 15. *num.* 4. *&* 5. *& num.* 25. *lib.* 3. & Cefl. Vgo. *cons.* 4. *num.* 11. & Surd. *cons.* 112. *num.* 84. *lib.* 1. Riminald. Sen. *cons.* 114. *num.* 6. Riminald. Iun. *cons.* 657. *num.* 37 *&* 40. Durant. *de art. testament. tit. de leg. cent.* 20. *in princip.* Crassi. *de success. §. successio ab intestato. quæst.* 39 *numero* 4. & Barb. *cons.* 74. *numero* 1. 8. 9. *&* 10. *lib.* 4. vbi ante *numero* 5. notat opus esse
16 dotem esse habilem, vt mulier ex illa possit alimentari, & quid ex dote possint percipi tot reditus, quot sufficiant ad victum mulieris, aliàs enim non dicitur congrua, eamdem dicunt commun. m. Gregor. Lup. *in l.* 7. *titul.* 11. *glos.* 3. *par.* 6. & Decian. *d. cons.* 70. *num.* 10. *& seq. lib.* 2. dicens *num* 12. quod vbicumque lex tribuit ali-
17 quid ratione paupertatis, vel indigentiæ, intelligitur illud tribuere ratione alimentorum, ex Bar. *in l Stichum. §.* 1. *de verb. oblig.* & Dec. *in dicta authen. præterea. num.* 5. *per text. in l. cum in*, §. *si in annos. ff. de transact.* Hippol. Riminald. *d. cons.* 657. *n.* 19. vbi *n.* 41. dicit, quod dos parua erit quoties non sufficit ad victum, & vestitum, & alia alimenta necessaria.

Nam siue consideretur dos minima notabili paruitate, siue dos parua mediocriter, si tamen non sufficit ad alimēta, vtique non differt a mi-
18 nima, nisi per plus, & minus quæ speciē non differunt, *l. fin. ff. de trit. vin. & ol. leg.* & cùm sit computanda e .. in ista quarta, & vltra relatos tenet Gabr. *cons.* 142. *nu. fin. lib.* 1. & Riminald. *dict. cons.* 657. *n.* 42. si dos fuerit minima maior pars erit in quarta, si verò dos fuerit parua minus erit in quarta applicanda vxori.

Ex quibus Domini circa istam primam inspectionem Baldi opinionem tot rationibus, & tantorum doctorum authoritatibus fulcitam sunt amplexi, & ex eo maximè, cùm in nostro casu dos promissa post mortem matris illa viuente non possit peti, nec quid vtilitatis Dominæ Lauiniæ ad sui alimenta præstare cum exactione post illius mortem competente, durante illius vita non valeat quis alimentare, &
19 sufficit quod de tempore mortis mariti adsit inopia, & dos non sit apta, vt ex illius paruitate, aut quia nondum illius solutionis dies cessit ad hoc, vt dispositio *authen.* intret, vt notat Decian. *in d. authen. præterea*, ibi cum ex præmoriens locuples, superstes verò laboret inopia, ex
20 quibus verbis dicitur inopiam esse considerandam de tempore mortis mariti, & Barbos. *consi.* 74. *numer* 6. *vers. vltimo adduco*, *iunctonum.* 9. *&* 10. *lib.* 4. & Roland. *consilt.* 15. *numer.* 20. *cum seq. lib.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 9 *quæst.* 35. *numero* 4.
21 *cum seqq.* & in successionibus tempus mortis inspicitur, §. *si extraneus instit. de hered. instit.* in quarta autem succedit vxor, prout *authen.* dicit, & sic cùm de tempore mortis, Hieronymi Domina Lauinia reperiretur cum dote non sibi soluta, sed tantum promissa, & in diem qui nondum cessit, non solum videtur incongruè dotata, verùm & simpliciter indotata ad effectum *prædicta authen.* vt possit dici, & ex tali dotenuilla habere alimenta, & sic nec dicta dos Dominæ Lauiniæ venit computanda saltem pro onne in dicta quarta.

Quibus non obstant in contrarium adducta quibus ex supradictis facilè colligitur responsio, verbis namque *sine dote*, & *mulieri in dotatæ* de quibus in dictis authenticis respondetur, quod intelliguntur de congrua dote ad alimenta, & hoc non ex vi extensiua *prædictæ auth. præterea*, sed ex vi comprehensiua nostri casus,
22 Nam cùm ratio finalis *istius auth.* sit inopia vxoris, & ne cum dedecore mendicare cogatur, & ista ratio militat, vt diximus in habente paruam dotem non sufficientem ad alimenta, sequitur, quod iste casus sit comprehensus *in dicta auth.* iuxta prædictam Baldi communem opinionem, vnde dispositio *ist. us auth.* non potest dici, quod extendatur.
23 Minus obstat, quod *prædicta auth. præterea* loquatur de coniuge superstite inope, & sit differentia inter pauperem, & inopem, quasi pauper parum, inops verò nihil habeat, vt tenet Arch. *in c. quo iure,* 4. *distinct.* Paul. de Castr. *in l. id quod pauperibus in fi. C. de Episc. & Cler.* Luc. de Penn. *in l. omnes, n.* 1. *C. de ann. lib.* 10.

Quia respondetur cum Dec. *in dicta auth. præterea. nu...* 16. & eodem Riminald. *vbi supra num.* 16. quod quandocumque istæ dictiones confun-
24 duntur, vt probatur *in l. si procurat orem. versi. quod tamen*, vbi, si paupertas non permittit excusata est eorum inopia, & in terminis nostris est tex. *in d. auth. de exhiben. reis §. quoniam vero, vers. si vero. ibi. si inops vir. aut mulier ... cetur*, & statim subdit ille, vel illa superstes pauper, vnde quo ad quartam de qua agitur, inops, & pauper in idem incidunt.
25 Ad secundam autem inspectionem Domini responderunt prædictum legatum, licèt aliàs sufficeret ad alimenta vxoris, non impedire illi successionem in prædicta quarta, computato tamen in illa prædicto legato, vt probat text. *in dicta authen. præterea, in fin.* dicens, quod legata imputentur in quarta, & est text. *in dicta auth. de exhi. en. reis, §. quoniam vero. vers. si tamen legatum*, vbi postquam Imperator vocauit vxorem inopem ad successionem in quartam, subdit, &c. si tamen legatum ei reliquerit vir minus autem quarta parte completi hoc, &c. Tum etiam, quia cùm huiusmodi quarta debeatur etiam ex testamento, vt notat Bald. *in dicta authen. præterea. num.* 1. Paul. de Castr. *ibidem num. fi. nal.* & Salicet. *num.* 5 & Roman. *num.* 10. & Corn. *d. cons.* 4. *num.* 1. attestās de communi *lib.* 4. quicquid in contrarium tenuerit Ang. cui prædicti Doct. satis respondent inducendo contra illū tex. *in d. l. a authen. de exhiben. reis in fi. ibi, nisi tamen ipse vir. aut legatum ei, aut aliquam partē in... institutione reliquerit, &c.* In institutio enim requirit testamentum, & non potest fieri in codicillis, *l.* 2. *C. de codicil.*
26 Quia, cùm sit debitum necessarium à lege inductum, sic etiam contrà voluntatem testatoris debeatur, vt notat Bal. *in dicta. auth. præterea, n.* 1.

Qq 2

& ibi Pepus *num.*17.& Dec.*num.* 9. *& in d. consi.*
24.*vers.cum hac quarta.*Soc.*consi.*108.*num.* 1. *lib.*1.
& Corn.*consi* 178.*num.*3.*lib.*2. *& d.cons.*4.*num.*2 *&*
6.& Ruin.*consi.*72.*numer.*7.*lib.*3. Roland.*consi.*62.
*num.*58.*&* 63.*lib.*1.Becc.*consi.*76.*num.*8.Surd.*consi.*
81.*num.*15.*& in tract.de aliment.titul.*9.*quæstio.*35.
27 *num.*10.Rimin.Iun.*consi.*657.*num.*24. intrat illa-
tio, quod maritus hanc quartam vxori auferre
non valet, vt notant Doctorea supra proximè
relati,& vltra illos Alexand.in *dicta authen.præ-
terea,numer.*6.& Ias.*num.*17.*in fin.vers.& quid es-
set,*& Pepus,*num.*35. *& seq.* vbi de communi idē
Roman.*in d.l.in diuortio in princip.*& ponderant
glos.optimam *in authen.de hæred. & falcid.in §.si
vero expresse in verb.hæredem.*hoc expresse dicen-
tem.
28 Vnde sicut maritus non potest vxorem ista
quarta priuare, ita nec illam minuere legatum
illi minus quarta relinquente, cùm idem sit de
29 toto quo ad totum,quod de parte quo ad par
tem,*l.quæ de toto.ff.de rei vend.*Roman. *d.consi.*4.
*num.*5. *& seq.* aliàs vt notat Cuman.in *dict.auth.
præterea* esset aperire viam fraudandi, disposi-
tionem *dict.auth.* cùm potius sit præcludenda,
ad tex.*in l.in fundo.ff.de rei vend.*& diceretur esse
30 in voluntate testatoris quantū superstiti inopi
auferre saltem in partem,contra communem de
qua supra.
31 Vlterius pro ista parte facit,quia *authen.*taxa-
uit successionem coniugis superstitis inopis ad
istam certam quantitatem, nempe quartam in
quo casu adiectio causæ,nempe inopiæ non re-
stringit actionem,nec illam alterat *l.creditor.§.
si inter.ff.mandat.*notat Surd.*d.quæst.*35.*num* 11.licèt
eueniat casus per quem subueniatur superstiti
cum minori quantitate per viam legati. Tum
etiam,quia ex eo,quod text.*in d.authen.præterea*
in certa de quantitate necessaria pro alimentis
coniugis superstitis inopis istam viam eligen-
do statuit in prædictam quartam succedere
debere, cùm tunc licèt quarta non sufficeret
32 pro alimentis superstitis inopis, non ex eo ve-
niret augenda,ita nec debet minui si necessita-
tem,& valorem alimentorum excedat, vt not.
Corn.*in d.consilio* 4.*numero* 1. & Pic. *in dicta au-
then.præterea.numero* 60.& Surd. *d.quæstio.*35.*nu-
mero* 15.ex quibus istam partem tenet Doctores
supra relati, & vltra illos Paul.de Montepic. *in
d.authen.præterea,numero* 61.illam dicit commu-
nem,& Gabr.illam dicit communem *consi.* 142.
*nu.*32.*lib.*1.& Surd.*dicta qu* 35. *nu.* 19. *& per totum.*
33 Quibus non obstat quod cessante causa finali
huius authenticæ, nempe inopia vxoris de tē-
pore mortis mariti propter legatum sufficiens
ad alimenta sibi à marito relictū,debeat cessare
& illius dipositio, ad tex. *in d.l.adigere.§. quam-
uis ff.de iur.patr.l.à Titio.ff.de verb.oblig.*
34 Quia respondetur oppositum procedere quo-
ties causa non produxerit effectum cōsumma-
tum,quia tunc effectus durat licèt causa cessat,
vt notat Bar.*in l.*2.*§.fin.ff.de donar.* Tiraquell.*in
tract.cessan.caus.limit.*11.*n.*1.*&* 2. tradit Dec. *in d.
cons.*24.*vers.tertio suadetur, & in vers. non obstant
allegata.*
35 Tum etiam, quia quando causa requiritur a-
desse certo tempore sufficit, quod tunc adsit,
quamuis postea cessat,vt not.Bal. *in l. generali-
ter,n.*7.*vers.sed ego dico.C.de Episc.& Cler. per tex.
in l.quæcumque.§.fin ff. de publican.* & in hoc pro-
posito tradit Tiraquell.*v.s supra limit.*4.*n.* 1. *&*
2.plures adducens.
36 Vnde cùm in nostro casu, causa nempe ino-
piæ requiratur de tempore mortis mariti ex su-
pradictis,& illa adfuerit de illo tempore in Do-
mina Lauinia,licèt postea cesset,non cessat dis-
positio huius *authen.* potissimum cùm vxor ve-
37 niat ad istam quartam iure successionis.§.*fin.in
d.authen.de exhiben reu.*illamque accipiat a se i-
psa,vt hæres,Corn.*d.consi* 4. *num.*6.Pepus *in dicta
auth.præterea,num.* 11. & ita statim sibi quæritur
ius post mortem mariti, quod secus est in lega-
38 to in quo expectanda est hæredis aditio ante-
quam debeatur,vel peti possit,*l.nemo ff. de resta-
men. tutel. l. eam quam. C.de fideicommiss.*Corn.*d.
cons.*4.*num.*6.Pepus *vbi supra num* 12.Surd. *quæst.*
35. *num.* 23. & sic cùm de tempore requisito ad-
fuerit inopia quamuis postea per dict. legatum
cessasset,non cessaret tamen huius *auth.*disposi
tio;Præcipuè,quia vt notat Surd. *d. quæst.* 35. *nu.*
39 34. vxor per legatum sibi factum à marito non
excluditur à quarta,sed agit ad supplementum,
quia legatum dicitur pars quartæ, & succedit
loco illius quod secus esset si legatum sufficiens
40 ad alimenta,fuisset factum ab extraneo ex du-
plici ratione.Tum.quia cum legato de tempore
mortis mariti non reperiretur inops vxor, tum
etiam quia in extraneo legante cessaret præ-
sumptio desfraudandi dispositioni prædictæ *au-
then.* & tandem non obstant Riminald.Sen.*cons.*
114.*lib.*1.& Cephal.*cons.* 244. *per totum* defende-
re latissimè contrariam opinionem, tum quia
videntur loqui contra tex.*in d. authen. præterea,
& in d. authen.de exhiben.reu.§.quoniam vero,*tum
etiam,quia vt dicit Surd.*d. quæst.*35. *num.*19.parū
est curandum de Riminald. & Cephal. in isto
puncto,cùm tot grauissimique Doct.contrariū
teneant.
41 Tertia inspectio resoluitur ex doctrina Cu-
man. *in l. in suu. ff. de liber. & posthum. & in cons.
131.duo fratres* , tenentis mulierem habentem
patrem diuitem non posse petere quartam in
bonis mariti cùm possit alimenta consequi à
patre,*l.si quis à liberis.ff.de liber.agnos.*& sic in il-
la cessat ratio inopiæ,& Cuman. sequitur Ale-
xand.*in d.authen.præterea,numer.*11. & ibi Corn.
*numer.*24.& Socin.alios referens *d.cons.*121 *numero*
49.*& consi.* 30.*num.*4.*lib.*1.& illam dicit commu-
nem Decian. *ibidem numero* 19. *&* 20. *circa fin.*
quamuis ipse contrarium teneat, eandem se-
quuntur Rolan.*d.cons.*14.*num.*53 *lib* 3.& illam di-
cit communem Cephal. *d.cons.*244. *numer.*20. &
Surd.*d.quæst.*35.*num.*8 prout etiam de communi
testatur.Riminald.Iun.*cons.* 658. *num.* 2. & illam
sequitur Riminald.Sen.*cons.*114.*nu.* 14. *lib.* 2. sed
sic est, quod quamuis Domina Lauinia habeat
patrem,ille non est diues, nec habilis ad illi ali-
menta præstanda, cùm nec illius diuitiæ pro-
bentur,immo de contrario constat ex consensu
per ipsum præstito subhastationi suorum bono
rum ad fauorem suorum creditorum,vt ex depo
sitione plurium testium, & vt prædicti Docto-
res notant ad hoc, vt existentia patris excludat
filiam à successione quartæ in bonis mariti re-
quiritur, quod pater sit diues aliàs non, minus

vxor diceretur pauper, vt per Soc. *d. conf. 121. n. 10.* & Pepus *vbi supra a num. 104.* & alios quos refert, & sequitur Surd. *d. quæst. 35. nu. 42.*

Quarta inspectio respicit renunciationem huius authenticæ factam per Dominam Lauiniam cum decreto Iudicis, & interuentu patris, & matris, nec non vnius fratris eiusdem Dominæ Lauiniæ adhibito que iuramento, quæ videtur valida, cum quis iuri, & fauori suo renun-
42 ciare possit *l. si quis in conscribendo*, & ibi Doc. *nu. 16.* & alij, *C. de pact. c. quod ob gratiam de regul. iur. in 6.* maxime cum iuramento, *c. quamuis de pact. in 6. c. mulieres de iur. iur.* & vtrobique Doctor. quia fuit responsum; quod quicquid sit de prædicta quæst. an de iure communi prædicta renunciatio teneat iuxta statutum Vrbis *cap. 151.*
43 *lib. 1.* Domini censuerunt istam renunciationem non esse validam, quia cum esset in patria potestate, vltra decretum Iudicis, & præsentia patris, requirebatur interuentus duorum coniunctorum ex linea materna quorum non interesset, aut illis deficientibus legitimi curatoris iuxta dictum statutum, sed hæc sit quod vnus tantum fratet Dominæ Lauiniæ interuenit, & ille interesse habens, quia cum pater promisis-
44 set Dominam Lauiniam prædictam renunciationem facturam, filij interat renunciationem Dominæ Lauiniæ fratrem à promissione liberare; & cum statutum in prædicta renunciatione non fuerit seruatum, iuramentum præstitum censetur metu, & dolo extortum, & nihil operatur iuxta verba, & dispositionem eiusdem statuti.

ILLVSTRISSI. ALDOBRANDINO.

Romana hæreditatis de Comitibus, Lunæ 30. Iunij 1581.

SVMMARIVM.

Fideicommissarius vniuersalis habet actionem hypothecariam contra hæredem, vt hæreditatem ei restituat etiam antequam hæres institutus, saltem verbaliter hæreditatem ab ipso aditam restituat.

2 *Amplia, vt ei actio competat etiam ante aditam hæreditatem.*

3 *Fideicommissarius habet tres actiones, personalem ex testamento, hypothecariam, & rei vendicationem.*

4 *Amplia habere locum etiam in fideicommissario vniuersali.*

Amplia, quod dictæ tres actiones dantur ratione coniecturata mentis defunctorum, vt eorum voluntates facilius executioni demandentur, & nu. 7.

5 *Amplia, vt dictæ actiones competant, tam contra hæredem, quàm contra alios, tam ante verbalem, quàm post verbalem restitutionem, & nu. 8.*

Declara, quod dictæ tres actiones à Iustiniano fuerunt introductæ, & nu. 10.

6 *Hypothecaria datur in omnibus casibus, in quibus competit actio personalis.*

9 *Verba, & ratio legis vbi conueniunt, conuenit etiã dispositio.*

11 *Hæreditas est successio in vniuersum ius defuncti, quod habet tempore mortis.*

12 *Actiones quando per aditionẽ sunt radicatæ in persona hæredis, non transferuntur de hærede in fideicommissarium, nisi mediante restitutione, vel in alijs casibus in quibus lex hæreditatem habet pro restituta.*

DECISIO CLXXV.

Domini tenuerunt, fideicommissario vniuersali, etiam antequam institutus hæres, saltem verbaliter restituerit hæreditatem, ab ipso aditam, competere actionem hypothecariam contra prædictum hæredem, vt hæreditatem per fideicommissum relictam restituere compellatur, hanc enim opinionem tenuerunt Corn. *conf. 131. num. 9. lib. 4.* Ias. *in l. 1. nu. 6. C. comm. delegat. & in addit. ad Perc. de fideicomm. hæred. in princ.* Couar. *in cap. Raynutius. §. 10. sub num. 4. de testament.* Alciat. *l. 1. solum pen. circa fin. vers. sed an fideicommissario vniuersali, ff. de legat. 1.* & ibi Iacob. de Nigr. *nu. 131.* & Bologniet. *nu. 313.* Bellon. *Instit. de fideicom. hæred. num. 10. in princ.* & ibidem Mynsing. pariter *nu. 7.* Ant. Gom. *de substit. fideicom. num. 7.* vbi plus voluit, dari huiusmodi
2 actionem etiam ante aditam hæreditatem, eo quia competit officio Iudicis ad cogẽdum hæredem, vt adeat.

Cùm itaque in specie tot Doct. habemus asserentes, & in cõtrarium nullus adducatur, hoc particulariter negans, ab eorũ opinione visum fuit DD. nullo modo esse recedendum, præsertim ad effectum, vt sententia Rutalis possit dici notoriè iniusta.

Idque tanto magis, cùm satis ingentibus rationibus nitatur.

Non est enim dubium, quin *lex. 1. C. comm. de legat.* tribuens legatarijs, & fideicommissarijs
3 tres illas actiones, personalẽ ex testamento, hypothecariam, & rei vendicationem, habeat quoque locum in fideicommisso vniuersali, sicut in
4 legato vniuersali, propter executionem fideicommissorum, & legatorum, *l. 1. de leg. 1. & in d. l. 1. C. comm. delegat.* & dicunt etiam omnes supradicti DD. & voluit Corn. *conf. 307. sub num. 15. lib. 3.* & bene apparet, quia facta verbali restitu-
5 tione, est indubitatum competere hypothecariam, sed controuersia est circa rei vendicationem, vt per Couar. *vbi supra*, & Neguf. *de pignor. in fine 3. memb. 8. par. nũm. 4. in fine*, si igitur competit fideicommissario post verbalem restitutionem, ergo necesse est, quod proueniat ex dispositione *d. l. 1.* cùm nullibi reperiatur statutum, quod ante per fideicom. vniuersale competeret hypotheca, nec etiam legatario, & fideicommissario particulari, licèt aliqui, qui ad hoc contrarium voluerint, propter *l. creditoribus est animaduersum*, vt per Alciat. *in d. l. 1. sub nu. 29. ff. de legat. 1.* dubium quoque non est huiusmodi fideicommissario competere actionem personalem contra hæredem, quia eam adiuit, vt hæreditatem restituere compellatur, Bart. & Doct. *in l. si legatum. ff. ad Treb.* quo stante sub-
6 intrat regula, quod in omnibus casibus, in quibus detur personalis actio detur quoque hypothecaria, *d. l. 1. in fine. C. comm. deleg.* & hanc esse regulam tradunt bene Alciat. *in dict. l. 1. numer. 29.* & Socin. Iun. *num. 448. de legat. 1.* quo fit, vt cùm hæc sit regula, qui fallentiam adducit, de ea clarè docere debeat, idque tanto magis quia cùm Iustitia profiteatur se has actiones legatarijs, & fideicommissarijs tribuisse ex coniecturata mente defunctorum, vt eorum

7 voluntates facilius executioni mandari possint,
nulla potest assignari ratio diuersitatis, quare
coniectura voluntatis testatoris non ita vigeat
8 contra hæredem, sicut contra alios, & ita ante
verbalem, sicut post verbalem restitutionem,
præsertim quia, ita faciendo iustitia prouidisset
de hypothecaria, tempore quo fideicommissarius
minor ea indigebat, & denegasset eo tempore,
quo sibi plus erat necessaria. cùm enim sine
difficultate post restitutam verbaliter hæreditatem
huiusmodi fideicommissario competat
personalis, & rei vendicatio, illi hoc non obstante
concessisset tertiam actionem, quando autē
omnem habuisset actionem personalem; si ex
testamento hoc remedium denegaret; Vnde
cùm huic casui conueniant, & verba, & ratio *l.
1. C. comm. delegat.* iux. etiam regulas vulgares de-
9 bet conuenire illius dispositio, cùm præsertim
hoc tendat ad faciliorem executionem vltimarum
voluntatum.

Non obstat *l. pacta, & l. restitut a ad Trebell.*
10 quia vltra quod tunc temporis forte verum erat
non competisse huiusmodi actionem. cùm à
Iustiniano introducta fuerit, vt dixi, hæc, & omnia
alia adducta pro contraria parte loquuntur
de hæreditarijs actionibus, & consequenter de
illis, quæ competebant defuncto; hæreditas e-
11 nim est successio in vniuersum ius quod defunctus
habuit, *l. hæreditas. ff. de verb. signif.* illę nam-
12 que cùm per aditionem sint radicatæ in persona
hæredis non transferuntur de hærede in fideicommissarium,
nisi mediante restitutione,
vel in alijs casibus, in quibus lex hæreditatem
habet pro restituta, *l. fin. C. ad Trebell.* & ad plus
de illis, quæ hæredi quæsita fuerunt mediante
aditione, licèt non competierint defuncto, vt
videtur declarare Ripa in *l. 1. nu. 1*:. & ibi Rayn.
l. 1. num. 12 ff. ad Trebell, sed non loquuntur præscripta
iura de illis actionibus, quæ non competebant
testatori, & à lege contra ipsum hæredem
inductæ fuerunt, impossibile enim est,
quod per restitutionem transeant ista, quia illas
nec testator, nec hæres habuit, necesse est igitur,
vt competant absque restitutione ex sola
legis prouisione, & quamuis remedium *l. fin. de
edict. Diu. Adr. toll.* competat fideicommissario
post factam restitutionem, etiam, quod nunquam
competierit testatori, hoc nihil est, quia
cùm illud remedium ex aditione fuerit acquisitum
hæredi, *d. l. fin.* potest transire de hærede in
fideicommissarium, mediante restitutione, vt
per Rayn. *in d. l. 1. n. 12. in fine ad Trebell.* quod non
est in actione de qua agitur, vt dixi, quæ nunquam,
nec testatori, nec hæredi competijt, ex
quibus tolluntur omnia, quæ in contrarium adducta
fuerunt.

An autem sententia de cuius validitate agitur
possit dici lata in Saluiano correspectiuè huius
hypothecæ, quæ datur, vt hæres restituat hæreditatē
Domini dixerunt particulariter videndū.

R. P. D. CORDVBA.

Romana legatorum, Veneris 3.
Nouembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum compet it legatarijs.*
2 *Hypotheca competit pro legato.*
3 *Saluianum datur, vbicunque competit hypotheca.*
4 *Extrema Saluiani sunt legata relicta, & possessio
aduersarij.*
5 *Creditor anterior, sicut præfertur in hypotheca, ita
etiam in Saluiano præferendus est.*
6 *Creditor anterior potest retinere bona, nec potest ei
auferri possessio.*

DECISIO CLXXVI.

AGebant Dominæ Iulia, & Virginia contra
D. Lauiniam hęredem q. D. Alexandri,
& D. Antonij de Tassis eius viri pro legatis sibi
in testamento, & codicillis Alexandri relictis,
& cùm controuerteretur, an essent immittendę
in possessionem bonorum dicti Alexandri, &
pro parte D. Antonij opponeretur de credito
anteriori respectu debitorum, quæ soluerat pro
Alexandro, fuit resolutum competere Saluianum
legatarijs: reseruarunt tamen Domini videndum,
an Antonius probaret creditum anterius.
Moti fuerunt Domini, quia pro legato probatis
extremis necessarijs datur Saluianum vti-
1 le, Gabr. *cons. 46. nu. 19. lib. 1.* Franc. Viu. *decis. 395.
num. 1.* qui de magis communi attestatur, Hieron.
Magon. *in decis. Lucen. 99. in add. littera A.* &
fuit resolutum coram S. D. N. in causa Balneoregien.
legati, & coram bon. mem. Card. Paleotto
24. Februarij 1561. in causa Foroliuien. bonorum,
& alibi passim, quicquid in contrarium voluerint
Menoch. *de adipis. poss. rem. 3. num. 51.* Sarmient.
de redit. Eccles. 3. par. cap. 2. num. 21. cum enim
pro legato competat hypothecaria, *l. 1. C.
2 com. deleg.* debet etiam competere Saluianum
Interdictum vtile, quod regulariter conceditur,
3 & vbicunque datur hypothecaria, Aret.
in §. item Seruiana. Instit. de act. Negus. *de pignor.
3. memb. 8. par. num. 19.* fuit dictum in causa Romana
fructuum 4. Martii 1577. coram bo. me. de
Rubeis.
4 In præsenti autem concurrebant requisita
ad illud: constabat enim de legatis factis per
Alexand. Iuliæ. & Virginiæ, & quod Antonius,
& Lauinia possidebant bona, quæ Alexander
mortis tempore possidebat, quæ sunt extrema
Saluiani, Bald. *in l. 1. num. 3. ff. de Saluiano interdicto,
& in l. 1. vbi glos. C. eod. tit.* Aret. *in dicto §. item
Seruiana num. 9.* Affl. *decis. 383. n. 6.* Viu. *d. decis. 395.
num. 6.*

Neque obstat, quod cùm dictus Antonius
prætenderet esse creditor anterior, sicuti ratione
anterioritatis præfertur in hypotheca, ita e-
5 tiam veniat præferendus in Saluiano, *l. 2. ff. qui
pot. in pign. hab.* Rip. *in l. priuilegia n. 5. ff de priuil.
6 cred.* Potest enim creditor anterior, ratione hypothecæ,
rem retinere, neque ab eo debet auferri
possessio, nisi per ius ostēdi, ex latè per Neg.
de pign. in 3. memb. par. 5. n. 1. & fuit dictum coram
bo. me. Brauo 13. Iunii 1582. in causa Romana domus.
Nam fuit responsum reseruandum esse Antonio.
& Lauiniæ hęredibus ius ostendendi hęreditatem
Alexandri absorptam à creditoribus,
vel saltem aliquod eorum creditum, cuius vigore
agentes excluduntur, ita vt debeant venire
per ius offerendi: quę exceptio cùm tendat ad
iustificationem crediti agentium, quòd debet
plenè iustificari, vt in dicta Romana fructuum
dictum fuit. in Saluiano admittitur.

Quod dicebatur in Saluiano nō admitti exce-
ptionem

ptionem excussionis, non attinebat ad præsentem disputationem, quia hæc exceptio non fuit opposita.

R. P. D. CANTVCCIO.

Montis Falisci hæreditatis, 27. Nouembris 1585.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario competit hypothecaria post aditam hæreditatem, etiam nulla facta restitutione verbali.*

DECISIO CLXXVII.

DOmini dixerunt, sententiam Auditoris Cameræ non esse reuocandam ex defectu reformationis, quia potest sustineri tanquam lata in Saluiano Interdicto: cùm fideicõmissario
1 vtili Saluiano post aditam hæreditatem competat (nullo etiam facta restitutione verbali) actio hypothecaria aduersus hæreditatem, vt hæreditatem per fideicommissum relictam restituat, prout fuit decisum in illa Romana de Comitibus 30. Ianuarij præsentis anni coram R. P. D. Aldobrandino.

An autem in casu isto sit inductum fideicommissum, & an aliquid veniat detrahendum, hoc erit particulariter videndum.

R. P. D. PENIA.

Romana fideicommissi Vineæ de Alexiis, Venetiis 28. Octobris 1589.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis prohibitio facta sub pœna, si fiat alienatio valet, licet pœna debeatur.*

2 *Amplia maximè procedere, quando pœna non afficit rem ipsam alienari prohibitam, sed extra eam constituitur.*

3 *Testator potest prohibere alienationem bonorum hæ- redis.*

4 *Declara quod ex tali alienatione non impedir[illegible] minij translatio, licet prohibitus alienare ad pœnam, vel æstimationem teneatur.*

5 *Declara maximè procedere in rebus, quæ fuerunt hæredis ante conditum testamentum.*

6 *Pœna non censetur repetita, nisi disertè exprimatur.*

7 *Pœna non debet imponi nisi exprimatur quæ sit imponenda.*

8 *Pœna duplici, quis non præsumitur fuisse grauatus.*

9 *Testator semper præsumitur minus voluisse hæredem suum grauare quàm sit possibile.*

10 *Legatarius cui hæres iussus est dare fundum intra certum diem sub pœna decem, lapso die potest petere fundum, & remittere pœnam, nisi pœnam iam acceptauerit.*

11 *Limita procedere si hæres malit illum præstare, quàm pœnam.*

12 *Relatio debet referre rem cum suis qualitatibus.*

13 *Qualitates apposita in vno capite testamenti censentur in aliis repetita.*

14 *Clausula apposita in medio, & in fine ad omnia refertur.*

15 *Relatio debet fieri ad illud, quod principaliter cauetur, non autem ad ea, in quibus facta est specialis mentio.*

16 *Amplia, quod non est nouum, aut insolitum, quod relatio fiat ad illud, quod principaliter in oratione continetur, non autem ad qualitates, vel ad id, quod ponitur incidenter, & consecutiue.*

17 *Amplia maximè procedere, quãdo relatio ad omnia præsentia congruè fieri non potest, quia diuersa sit materia, & conditio.*

18 *Repetitio nunquam intelligitur facta in sequentibus, quoties in præcedentibus est aliqua specialisatio, quæ desicit in sequentibus.*

19 *Prouisio specialis vbi in aliquo casu fuit adiecta, cessant aliæ prouisiones, quæ capi possent.*

20 *Inopia debitoris reddit actionem inutilem.*

21 *Actio personalis non potest competere contra singularem rei successorem, cùm non rem, sed personam tantum sequatur.*

22 *Amplia, vt nec etiam in subsidium talis actio competat contra possidentem non obligatum, nisi in casibus à iure expressis.*

23 *Alienatio rei testatoris prohibita per ipsum testatorem, quando fuit facta ab ignorante, dominij translatio non fit.*

24 *Alienare prohibitus sub pœna si alienat, potest ille ad cuius præiudicium facta est alienatio agere ad pœnam, vel æstimationem contra ipsum.*

DECISIO CLXXVIII.

ALoysius Ser meliorius anno 1570. condito testamento suos hæredes vniuersales instituit Horatium, Petrum, & Alexandrum nepotes suos, quos Serra de Alexiis ex Laura Aloysii filia procreauerat, eosdem dictus Aloysius si sine filiis decesserint inuicem substituit, & omnibus descendentibus sine filiis substituit Portiam, Prudentiam, & Vincentiam neptes, & suorum prædictorum hæredum sorores.

Insuper, vt perpetuo in familia Serræ sui generi bona conseruentur, idem Aloysius iussit ne præfati hæredes bona ipsis per eum relicta aliquo modo vendere, obligare, aut alienare, quouis alienationis titulo, etiam latissimo sumpto vocabulo, quouis quæsito colore valerent.

Quod si contingeret per aliquem ex dictis hæredibus, aliquid ex bonis eis relictis alienari, seu obligari, tunc voluit testator alienationem esse nullam, nullumque ex ea dominium vel ius transferri, sed totam portionem alienantis, ad alium, vel alios non pertinere.

Et si omnes hæredes Instituti de communi consensu alienarent, vel obligarent, tunc omnia bona alienata, vel obligata, secuta alienatione, vel effectuali obligatione ipso facto pro rata ad præscriptas Portiam, Prudentiam, & Vincentiam earum filias, & filios peruenirent.

Idem Aloysius declarando adiecit præscripta etiam seruari debere per dictos hæredes & successores, etiam quoad bona, quæ Serræ eorum patris fuerunt sub pœna priuationis hæreditatis ipsius testatoris deferenda in euentum contrauentionis modo prædicto.

Denique idem testator sub pœna priuationis successionis in hæreditate sua prohibuit, ne quis ex suis dictis hæredibus, tam de dicta sua hæreditate, quàm de bonis ipsius Serræ occasione Falcidiæ, vel Trebellianicæ, vel alterius causæ aliquid detraherent.

Testatore vita functo, Horatius natu maior, vnus ex supradictis hæredibus multo ære alieno grauatus cum omnia bona, cùm in specie Vineã, de qua agitur, quæ fuerat Serræ patris dicti

Aloysij testatoris obligauit,quam vt creditori-
bus satisfaceret Iudicis auctoritate vendita à
Ioanne Cauarto empta est.

Sorores prædictæ putantes vigore conditio-
num in Testamento Aloysij Aui appositarum
in casu alienationis Vineam ad se pertinere, Iu-
dicium coram A.C. intentatunt à quo etiã sen-
tentiam fauorabilem, & mandatum de immit-
tendo in possessionem Vineæ obtinuerũt, Inde
expulso Ioane Cauarto emptore, sicut factũ fuit
obtinuerunt causa per appellationem introdu-
cta in Rota præmissis quibusdam præsupposi-
tis, & prenarrato themate recollectis dubitaui,
An Pottia, & Sorores potuerint agere ad vineã,
vel potius debuerint agere ad pœnam.

Et Domini pro maiori parte eas non potuisse
agere ad Vineam responderunt, nam quando
1 sit prohibitio alienationis sub pœna, si fiat alie-
natio valet licèt pœna debeatur, Bald. *in l.1.nu.
48. quæst.11.nu.56.quæst.16. vers. sed si testator. C. de
his quæ pœn. nom.* Aret. *in d.l. qui Roma.§. coharedes
circa fin. ff. de verb. obligat.* Rip. *in l. filium familias. §.
Diui ij secundo, num.22. vers. sed illud nihil est. ff. de
legat. 1.*

Quod maximè procedit, quãdo pœna in pro-
hibitione alienationis apposita non afficit rem
ipsam alienari prohibitam, sed extra eam in re
aliena cõstituit; sicut in casu proposito, vbi ad-
2 est prohibitio alienationis bonorum Serræ sub
pœna priuationis hæreditatis Aloysij, Raph.
Cuman. quem seq. Ias. *in dicto §. Diui. in 2. lect. nu.
67. vers. 7. limita.* Hyppo. Rimin. *cons. 71. nu. 17.
& multis seqq. lib. 4. per tex. in §. fin. Instit. de legat.
& in d.l.1. C. de his, quæ pœn. nom.*

3 Præterea licèt testator possit prohibere alie-
nationem bonorum ipsius hæredis, ad quod fa-
cit tex. *in l. vnum ex familia. §. si rem de legat. 2.* &
videtur casus *in l. si quis ita legatu. §. qui constitu-
tum. ff. de manu. test.* si tamen contra talem pro-
hibitionem bona hæredum alienentur non im-
peditur dominij translatio, licèt prohibitus a-
lienare ad pœnam, vel ad æstimationem tenea-
4 tur, Bart. *in d. §. Diui n.8.* quem sequitur ibi Ri-
pa *n.54. vers. 2. conclus.* vbi dicit hanc sententiam
esse communem, Ias. *in 1. lect. num. 44. & 45. vers.
Glos. in verbo nam si heres, & in 2. lect.* nu. 48. Bald.
cons. 89. numer. 7. & 8. libr. 1. Clar. *in §. testamentum
quæst. 71. vers. item quæro.*

5 Quod nullam videtur habere difficultatem
in rebus, quæ fuerunt heredum ante conditum
testamentũ, in quo prohibiti sunt res suas alie-
nare, Decian. *cons. 50. nu. 35. vers. versum quia atte-
statur lib. 1.*

Prædictis accedit sequens Inspectio, quæ sa-
tis Dominis hanc partem tenentibus placuit,
nam in declaratione, quã facit Aloysius in suo
testamento, quod ea quæ disposuerat circa hæ-
reditatem suam deberent etiam per suos hære-
des seruari, quo ad bona Serræ, non poterit cẽ-
seri repetita pœna deuolutionis in euentum a-
6 lienationis bonorum Serræ quam adiecerat a-
lienationi suorum bonorum tom, quia pœna
non censetur repetita nisi distinctè exprima-
tur, Bart. *in l. multa. C. de condict. & demonstr. & in l.
in testamento l.1.* vbi etiam Paul. de *Castr. vod. rit.*
Bald. *in l.1. in 2. not num. 4. & 5. & num. 46. quæst.
C. de his quæ pœn. nom.* qui licet loquantur, quan-
do receditur à persona, vel à forma, ex eorum
tamen dictis colligitur, idem fore sentiendum
quomodocunque mutetur dispositio.

7 Et generaliter hoc verum est, quod pœna nõ
debetur imponi nisi exprimatur, quæ sit impo-
nenda, glo. communiter recepta *in c. fin. in verbo
ex vi iuris patronatus in fin. de iure patronatu.* vbi
not. *Panormit. nu. 7. & 8.* cæteri communiter Ca-
nonistæ istud propterea addentes, quod nõ de-
beat extendi per identitatem rationis.

Tum etiam quoniam Aloysius in hac decla-
ratione in euentum alienationis bonorum Ser-
ræ adiecit peculiarem pœnam amissionis bo-
norum propinquorum, nec est verisimile, quod
voluerit duplicem pœnam infligere: vnã amis-
sionis bonorum propinquorum, alteram amis-
sionis bonorum Serræ, quoniam inde sequere-
tur testatorem magis grauasse suos hæredes
8 quàm eos honorasse, cum solum honorasset eis
relinquendo propria bona: in euentum autem
alienationis, ne dum priuaret relictis, sed illis
quoque, quæ à Serra parte acceperant, quod in
dubio non presumitur, *§. post autem. Instit. de sin-
gul. reb. per fideicommiss. relict. l. plane. §. vltim. & l.
videndum. ff. de leg. 2. l. 1. §. sciendum & l. 4. §. Iulia-
nus. & l. si legatarius. ff. de leg. 1. 3. l. ex facto. §. 1. vers.
nam hactenus erunt obligati. ff. ad Tertull.* not. Are-
tin. *in d. §. post autem.*

Immo in dubio semper presumptio fieri solet,
quod testator censeatur minus voluisse hæredẽ
9 suum grauare, quàm sit possibile, *l. vnum ex fa-
milia. §. si rem. ff. de legat. 2. l. apud Iulianum. §. Seio
de leg. 1.* Paris. *cons. 79. n. 25. vers. consequenter libr. 2.*
Hipp. Rim. *cons. 393. n. 30. & cons. 415. n. 47. lib. 4.*

Nec ad rem pertinet, quod obiicitur ex Bal. *in
l.1. n. 31. & 32. quæst. 2. C. de his quæ pœn. nom.* vbi re-
10 spondet legatarium, cui hæres iussus sit dare
fundum intra certum diem sub pœna decem,
lapso die posse petere fundum, & remittere
pœnam, nisi pœnam iam acceptauerat, nã ista
facti species nihil habet commune cum ista, de
qua tractatur, cùm in hac nihil sit legatum di-
ctis Sororibus sub pœna, sed solum vocatæ sint
ad bona Aloysij, quando hæredes alienassent
11 bona Serræ. Rursus Bald. intelligit legatarium
posse petere fundum si hæres malit illum præ-
stare quàm pœnam, quæ iudicant illa Bald. ver-
ba legatarius potest remittere pœnam, quæ si-
gnificant non tam de commodo legatarij tra-
ctare, quàm etiam hæredis, quare inde non po-
test inferri, quod inuicto hærede dictus fundus
post diem peti posset, quando nec intra diem
potuisset, si hæres maluisset prestare pœnam, si-
cut docuit ideo Bald. apertius mentem suam
declarando in *d.l.1. nu. 48. & 56. C. de his quæ pœn.
nom.*

Item nõ obstat, quod opponebatur de pœna
priuationis apposita per Aloysiũ hæredibus a-
lienantibus bona Serræ, quod si non censeatur
adiecta priuatiuè ad solum fideicõmissum fa-
ctum in casu alienationis, sed cumulatiuè, quasi
testator voluerit vtrũq; deberi, sicut videtur in-
dicare illa verba declaratoria Aloysij prædicta
etiam seruari debeant, &c. quæ referri debent
ad prohibitionẽ alienationis vtrorumq; bonorũ
12 cum suis qualitatibus, cũ sic intelligatur facta
relatio, *l. asse toto. ff. de hered. instit.* Bart. *in leg. si
quis seruum. §. fin. ff. de legat. 2.* Dec. *consi. 182.
numer. 11. versic. nam illa dictio,* vt supra facit re-
relatio-

lationem Paris. *cons. 48. nu. 15. vers. & relatio intel-*
13 *ligitur.* Aym. *cons. 98. n. 11.* & quod qualitates appositæ in vno capite testamenti censeantur in aliis repetitę, *l. cum seruus. ff. de condit. instit. l. Seiæ.* §. *Caio,* & ibi Bart. *ff. de fundo instru.* & quod clausula apposita in medio, & in fine ad omnia referatur, *l. talis scriptura in fi.* & ibi Bart. *ff. de legat.*
14 *1. l. 3. §. filius.* & ibi Doct. *ff. de lib. & posth.*

Quoniam fuit responsum in secunda declaratione Aloysij primo, & principaliter contineri prohibitionem alienationis, quæ tam respicit bona Aloysij testatoris, quàm bona Serræ, sed prohibitio respiciens bona Serræ habet specialem prouisionem, quia testator expressè adiecit, ne illa per hæredes alienentur sub pœna priuationis hæreditatis ipsius testatoris.

15 Vnde relatio debet fieri ad illud, quod principaliter cauetur; non autem ad ea in quibus facta est specialis determinatio, *l. sed si per prætorem. §. hæc clausula vers. deinde adiecit. ff. ex quib. caus. maior. l. cohæredi. §. qui patrem vers. propter specialem. ff. de vulgar. & pupill. l. cum vulgari. ff. de dot. prælegat. l. doli clausula, ff. de verb. oblgat.* Bart. *in l. talis scriptura. §. fin. num. 3. ff. de legat. 1.* Rum. *cons. 152. nu. 3. vers. 1. quia, quando,* Abb. *cons. 54. nu. 1. vers. item quia tex. ibi facit expressam mentionem, part. 2.* Ias. *in l. 1. nu. 8. limit. 3. C. de liber. præter.* præsertim cum testator non dixerit copulatiuè etiam sub pœna priuationis, sed simpliciter fuerit locutus.

16 Nec est nouum, aut insolitum, quod interdum relatio fiat ad illud, quod principaliter in oratione continetur, non autem ad qualitates, vel ad id, quod ponitur incidenter, & consecutiuè, Bar. & Bald. per illum text. *in l. sicut. §. si à filio. ff. de legat. 1.* Alex. *cons. 1. nu. 8. & 9. vers. & licet in præsenti cap. lib. 4.* Dec. *cons. 593. num 3. & 4.* vbi pluribus comprobat, Curt. Iun. *cons. 128. nu. 12. & 13. part. 1.* Ias. *in l. si duo patroni. § si quis iurauerit n. 12. ff. de iur. iur.* Marian. Soc. *cons. 85. num. 1. 18. & 19. lib. 3.*

17 Quod tunc potissimum locum habet, quando relatio ad omnia præcedentia congruè fieri non potest, quia diuersa est natura, & cōdictio, nam tunc ad illa non intelligitur facta relatio, *Clem. 1. §. adhuc de præben.* Bald. *cons. 352. lib. 4.* Alex. *cons. 65. lib. 2.* Aretin. *cons. 16.* Aym. *cons. 612.* incongruè autem fieret relatio si prohibitio testatoris æqualiter respiceret bona hæredũ, quorum dominij translationem per prohibitionem alienationis impedire non potuit, vt dictum est,

18 Præterea quoties à præcedentibus est aliqua specialis ratio, quæ deficit in sequentibus, nũquam intelligitur facta repetitio in sequentibus, licèt dictiones repetitiuè adiectæ forent, *l. legatum sub conditione, & l. vltim. ff. de condict. & demonstr.* Alex. *cons. 158. nu. 11. vers. 6. quoties in præceden. lib. 6.* refert & sequitur Decian. *cons. 17. nu. 37. & 38. lib. 1.*

In casu autem proposito, quæ hactenus dicta sunt satis iudicant diuersam esse rationem, & naturam bonorum etiam hęredum, ideoque aut nullam, aut reuocandam fore prædictam vineæ alienationem.

Quia respondetor pro hęrede potius fauore videri alienari prohibita, vt perpetuo in familia Serræ conseruarentur, sicut testator in testamento expressit,

19 Rursus enim in euentum contrauentionis in specie de remedio prospexerit respectu bonorum hæredum, non potest videri inductum fideicommissum, sed solum pœna adiecta habebit locum, quod in fortioribus terminis voluit Bald. *in d. l. 1. nu. 48. C. de his quæ pœn. nom.*

Postremò licèt testator hæredum quoque bona fideicommisso subiecta esse voluerit: adhuc tamen alienatio valet, cùm, vt dictum est non potuerit impedire dominij translationem.

20 Postremò non obstat prædictis, quod cùm hęres, qui alienauit non sit soluendo, ideo possint sorores substitutæ in solidum agere contra Ioannem Cauartum Vineæ emptorem, quasi tunc impediatur dominij translatio, *l. si quis ita legatus la quarta, §. quod constitutum, ff. de manum. testam.*

Quia fuit dictum, quod licèt inopia debitoris reddat actionem inutilem *l. nam lu. ff. de dolo,* non tamen operatur, quod actio personalis pos-
21 sit competere contra singularem rei successorem, cùm actio personalis non rem, sed personam tantum sequatur, *l. vlt. §. 1. de contrah. empt. l. 1. §. si hæres præcepto fundo, ff. ad Trebell.* cum similibus tradit post Tiraq. *in l. vnquam in vers. reuertatur nu. 327. C. de reuocan. donat.*

22 Nec actio personalis etiam in subsidium cōpetit contra possidentem non obligatum, nisi in casibus à iure expressis propter fauorem specialem: personalis actio personam obligati non egreditur, *l. actionum. ff. de act. & obligat.* optimè Rip. *in d. l. 1. §. si hæres, nu. 13. in 4. fallen. & nu. 17. in 8. fallen. ff. ad Trebell.* Marian. Socin. *cons. 137. num. 5. lib. 1.* Roland. *cons. 71. nu. 16. lib. 2.* Grat. *cons. 21. nu. 35. vers. 2. dicas lib. 2.* non fauent sororibus de Alexiis,
23 quia loquuntur in diuersis terminis, quando scilicet res propriæ ipsius testatoris sunt prohibitæ alienari, & alienatio fuit facta ab ignorante, *iuxta l. final. ff. de legat. 2.* quo casu impeditur dominij translatio, at secus est in casu nostro.

Agent ergo mulieres aduersariæ non contra Cauartum, quem non habent obligatum, nec cōtra Vineam alienatam, cuius dominij translatio impediri non potuit, sed contra prohibi-
24 tum alienare, qui tenetur ad pœnam à testatore appositam, vel ad æstimationem rei alienatæ, Rip *in d. §. diui, nu. 54. vers. 2. conclus.* vbi Ias. *in 1. lectur. nu. 45. vers. tamen valet prohibitio, & 2. lectur. nu. 88. vers. tamen talis prohibitio valet.*

R. P. D. PENIA.

Romana fideicommissi Vineæ de Alexiis, Mercurij 4. Iulij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Testator potest prohibere alienationem bonorum hæredum ipsius.*
2 *Declara si contra talem prohibitionem alienauerit hæres non impeditur dominij translatio licèt alienare prohibitus ad pœnam, & æstimationem teneatur, & nu. 2.*
3 *Regula est standum, donec de exceptione doceatur.*
4 *Actio personalis non sequitur singularem possessorem fundi.*
5 *Fallit dicta conclusio in subsidium secundum Ang. Limita, nisi hæres, qui alienauit non esset soluendo*

pro restituendo pretio fideicommissario tempore euenientis conditionis, quia tunc fideicommissarius præfertur emptori, & nu.6.

7 *Doctor inte ligendus est secundum iura qua allegat.*

8 *Sententia lata contra regulam iuris dicitur continere errorem iuris expressum, & est nulla, nisi in ea aliquid exprimatur, quod appareat lata in casu fallentia.*

Amplia procedere etiamsi in aliquibus casibus posset à regula recedi, nisi causa exprimeretur, num.9.

10 *Hæres adeundo hæreditatem tenetur seruare dispositionem testatoris.*

11 *Condictio triticaria competit etiam ad possessionem.*

12 *Condictio indebiti competit etiam ad possessionem, quam quis indebite possidet.*

13 *Hypothecaria non datur super bonis hæredis, sed testatoris.*

14 *Testator prohibens alienationem bonorum hæredis sub pœna priuationis hæreditatis testatoris, si hæres contrauenerit committitur actio ad pœnam, & non ad reuocandam rem alienatam.*

Amplia procedere etiamsi hæres non sit soluendo pœnam, non poterit agi contra possidentem non hæredis, sed tantum contra eum qui possidet rem testatoris, num.15.

DECISIO CLXXIX.

Die 18. Maij proximè præteriti Domini ordinarunt, vt ageretur de veritate limitationis Ripæ *in l. fil. famil. §. diui, il secundo, ff. de leg.1.* & propterea videretur, an Portio, & sorores de Alcasis in subsidium possent agere ad vineam ex quo Horatius frater natu maior alienata prohibitus, eam alienauit qui non erat soluendo.

Ad primam fuit consideratum id quod in alia decisione in ista causa sub die 28. Octobris
1 1589 Domini firmarunt. Nempe, quod licèt testator possit prohibere alienationem bonorum ipsius hæredum, ad text. *in l. vnum ex familia. § si re. ff. de lega.2. & in l. si quis ita legatus, ff. de manum.*
2 *testamen.* si tamen contra talem prohibitionem bona hæredum alienentur, non impeditur dominij translatio, quamuis eo casu prohibitus alienare ad pœnam, vel æstimationem teneatur, vt voluerunt Bar. Rip. & cæteri *in d. decis. allegat.* Atque hinc sequitur stricta conclusio firma, quod quia de stricta iuris ratione valet talis alienatio, cum ea prohibitio dominij translationem non impediat, donec ergo expresso aliquo iure demonstratum fuerit rem ipsam cuius dominium translatum fuit in emptorem in subsidium, quia is qui alienauit non est soluendo, vindicare posse, alienatio sustinebitur, cùm non sit à regulis communibus recedendum, nisi in casibus à iure expressis. & regulæ sit standum
3 donec de exceptione doceatur, *l. ea parte. C. de probat. l. suus qu. que vers. puto generaliter. ff. de hæred. inst. cap. ad decimas, de rest. sp. l. in 6.* Curt. Sen. *cons.10. num.2. & 3.* Ias. *in l. à diuo Pio, num.7. ff. de re iud.* Natt. *cons.199. nu.10.* & nisi contrarium probetur secundum regulam pronunciandum est, Dec. *cons.142. num.4.*

Hactenus verò non est ostensum, quod hærede alienante existente non soluendo possit in subsidium agi contra tertium possessorem, non obligatum, aut ad rem vendicandam ab emptore in quem fuit legitimè dominium translatum. Nec doctor. in contrarium allegati quos Domini diligenter perpenderunt probant eam sententiam.

Primum enim alleg. Ang. *in l.1. § si hæres. ff. ad Trebell.* qui tamen hoc non dicit. Alexan. *ibid. n. 1. vers.* & licet hic non asserat simpliciter quod quandoque in subsidium possit agi contra ter-
4 tium possessorem, sed dicit interdum posse, ait enim hic, & licèt regula sit, quod actio personalis non sequitur singularem possessorem fundi,
5 tamen secundum Ang. interdum fallit in subsidium, *vt infra §. proximo notat.* & plenè glos. *in fi. eadem leg. §. fin. in glos. magna,* hæc ille, cùm dixit interdum posse agi in subsidium in causis à se adductis, apertè sentit regulá esse in contrariũ, nec casus de quo agitur reperitur expressus: nam quando sint vera per Alexand. alleg. declarat Rip. *in d. l.1. §. si hæres, num.14. in 4. fallen. ff. ad Trebell.*

Eodem modo loquitur Ias. *in d. §. si hæres, nu. 8.* vbi similiter ait, quod regula fallit interdum in subsidium.

Boer. *decis.204. nu.47.* præfatam generalem regulam constituit, sed nõ ponit exceptionem, quod in subsidium possit agi contra tertium possessorem, Alex. *in l. Marcellus. §. rei quam, nu.4. vers. limitatur etiam ff. ad Trebell.* præcisè loquitur in terminis, *l. si. § fin. ff. de leg.2. & n.4. in princ.* allegauit ex mente Paul. de Castr. *consil.10. aliàs 94. par.2. incip. clarum est,* & limitat, nisi hæres
6 qui alienauit non esset soluendo pro restituendo precio fideicõmissario tempore euenientis conditionis, quia tunc fideicommissarius præfertur emptori, vnde apparet illum loqui in re ipsius testatoris alienari prohibita, quo casu regulariter dominium nõ transfertur, ex quo non licet inferre ad casum diuersum, quando res hæredis prohibetur alienari, in cuius alienatione dominium transfertur.

Couar. *lib.2. var. resolut. cap.3. num.10.* loquitur de illo qui emit ab emptore, vt contra illum possit etiam agi remed. *l.2. C. de rescinde. id. vend.* vnde non facit ad nostrum propositum, quinimo *ibi in 2. conclus.* sentit, actionem ex præfata lege descēdentem non competere, nec esse admittendam cõtra tertium possessorem, qui rem iusto pretio aliove simili titulo, nempe oneroso acquisiuit, in quo potius facit pro Ioan. Cauarto quàm contra illum.

Menoch. *cons.63. num.2. & 23. lib.1.* reiecta opinione Ripæ *in d. l.1. §. si hærés, num.13. ff. ad Trebell.* simpliciter sequitur Ang. & Ias. *in d. §. si hæres,* & cùm nullam legem, & rationem alleget, intelli-
7 gendum est prout loquuntur Doct. quos citat.

Atque ex his potissimum aliqui ex DD. tenebant præfatam limitationem Ripæ non esse veram, & licèt aliqui sentirēt illam esse veram, omnes tamē conformiter pronũciarunt illá esse verã, nec tamē applicari casui de quo agitur, cùm appareat testatorem noluisse grauare hæredem, neq; in hoc, quod posset transferre dominium, neq; in æstimationem, cùm adiuetit pœnam peculiarē amissionis bonorum ipsius testatoris, vt in aliis decis. fuit copiosè deductũ.

Quod insuper addebatur sententiam Auditoris Cameræ non posse dici notoriè iniustá, cùm

sit

sit fundata in opin. Ripę, & aliorum Doctorum supracitatorum, facilè tollitur ex prædictis, quia vel opin. Rip. si simpliciter, & indistinctè accipiatur non subsistit, vel vt subsistat, intelligenda est iuxta doctrinam aliorum qui intendunt in casibus incertis, & expressis contrà tertium possessorem posse agi dicunt, id quod est verum, sed non ostenditur casum de quo agitur esse de illis.

8 His accedit, quod sententia lata contra regulam iuris dicitur continere errorem iuris expressum, & esse nullam nisi in ea aliquid exprimatur, vnde appareat lata in casu alicuius fallentiæ, Dec. *cons. 8. nu. 1.* Felin. *in cap. 2. nu. 7. & 8. & seq. de sent. & re iud.*

9 Quod procedit tametsi in aliquibus casibus posset à regula recedi, nisi causa exprimeretur cur foret recessum, Ruin. *consil. 41. nu. 16. lib. 1.* Alex. *in l. re iudicata, §. si in iudicio, nu. 5. versi. ad dicta casus ff. solut. matrim.* Crot. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 34. ff. de verb. oblig.* in casu verò nostro, neque expressum, ac neq; discussum plenè fuit coram Aud. Cam. alienantem vel non esse soluendo, vel non posse aliter satisfieri istis sororibus fideicommissariis, vnde non potest eius sententia à notoria iniustitia vendicari.

10 Decisio Rotæ in illa Volaterrana prædij 3. Decembris 1588. non applicatur, quia licèt hæres ad eundo hæreditatem teneatur seruare voluntatem testatoris, non tamen inde necessario infertur, vt singularis successor, quod titulo oneroso rem possidet in subsidium possit conueniri, & iam in eum dominium non sit translatum, remed. *l. final. C. de edict. diui Adr. toll.* pro rebus hæredum non potuit intentari, quia testator eas mortis tempore non possedit, vt verba eius legis indicant.

11 Neque aliud remedium possessorium competit ex his, quæ per informantes pro istis mulieribus connumerantur, nam licèt condictio triticaria competat etiam ad possessorem, *l. 1. vbi gloss. ff. de cond. tritic.* & similiter condictio indebiti ad possessionem quam quis indebitè in alium transtulit, *l. indebiti, §. 1. ff. de cond. indeb.* nunquam tamen reperitur expressum istam actionem competere contra singularem successorem non obligatum.

13 De hypothecaria manifestè est ratio, cùm illa non pro rebus hæredis, sed testatoris detur, *l. 1. C. commun. de leg. §. non autem inst. de leg.* cessat propterea in rebus hæredis Saluianum Interdictum, quod hypothecca præsupponitur.

14 In summa cùm res propriè hæredis sub pœna priuationis hæreditatis testatoris sint prohibita alienari, alienatione subsequuta ad pœnam cõmissam, est actio parata non ad reuocandam rem sic alienatam, secundum Bal. communiter receptum *in l. 1. nu. 48. C. de his quæ pœn. nom.* cum aliis allegatis, *in 1. decis. super ista causa 20. Octobris 1589.*

15 Quod si hæres qui non sit soluendo pœnam soluere non potest, non poterit agi contra possidentem rem hæredum, sed tãtum contra eum qui possidet rem testatoris quibus hæres in pœnam intelligitur priuatus.

Ex quibus denique fuit conclusum non Ioanni Cauatto vineæ restitutionem denegari, &c.

R. P. D. IVSTO.

Interamnen. dotis, Lunæ 4. Februarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non tenetur soluere pretium rei emptæ, quando ei fuit promissum per venditorem rem esse liberam, & non subiectam fideicommisso, si super empta inferantur molestiæ.*

2 *Amplia procedere, etiam si molestiæ cessarent, quia adhuc remanet fideicommissum.*

3 *Venditor qui promisit rem non esse subiectam fideicommisso, non liberatur faciendo consentire illos, qui de præsenti ius habent, cùm possint nasci alij, qui nollent consentire.*

4 *Promissio solutionis pretij facta per emptorem semper præsumitur correspectiua ad promissionem venditoris, quod bona sint libera. Vnde semper est cum sua causa, quatenus bona libera tradantur.*

5 *Amplia, vt talis emptor non teneatur sustinere litem contra fideicommissarios, sed ille, qui petit pretium, debet reddere emptorem securum, faciendo separare per sententiam bona libera à fideicommisso.*

6 *Existentia bonorum liberorum cui, & quando incumbat onus probandi, vide remissiuè.*

7 *Molestias cessare non sufficit, quando remanet fideicommissum.*

DECISIO CLXXX.

1 NOn dubium est, quod promissio solutionis pretij fuit correspectiua ad venditionem, in qua venditor promisit bona vendita esse libera ab omni obligatione, & non subiecta fideicommisso, vt bene deducunt informantes pro Domino Ioanne Baptista.

2 Vnde cùm non adimpleatur ex parte venditoris, quia constat de fideicõmisso, vt dictum est in hac causa coram R.P.D. meo Decano, & vlterius constet de molestiis illatis, emptor non tenetur ad solutionem precij, Capuraq. *decis. 213. lib. in manuscript. & decis. 127. part. 3.* Put. *decisio. 357. libro tertio,* Angel. *consilio 94. numero 8. cum alijs allegatis.*

3 Quinimmo venditor non solum non adimpleuit, sed nec etiam adimplere potest, quia non sufficit consensus illorum, qui vocantur ad fideicommissum, quoniam possunt alij nasci, qui iterum non consentiunt, & eorum iura, qui vocantur ad fideicommissum, remanent illæsa, & bona non sunt libera, vt tenuit Rota coram bonæ mem. Peregr. in vna Romana domus de Aheornis 2. Martij 1597. & coram Illustrissimo Millino in Spoletana terrarum 21. Martij 1599. & 15. Decembris eiusdem anni.

Non obstat, quod fuerit facta promissio de soluendo Puellis in causa dotis Notario stipulante pro Puellis, quæ non tenentur implere, immo nec ex dispositione iuris *in Auth. res quæ, C. commun. de legat.*

4 Nam Domini dicebant, quod prædicta promissio quicunque effectus ex ea oriretur habet correspondentiam, & correspectiuitatem cum promissione venditoris, quod bona sint libera, & nõ subiecta fideicommisso. Vnde semper est cũ sua causa quatenus bona libera traderentur,

vt fuit resolutum in causa Camerinen. pecunia-
ria coram eodem Domino Millino 13. Aprilis
1599.

Non obstat, quod venditio sustineatur vti
facta in causa dotis, quia ad istum effectum, vt
emptor non teneatur ad solutionem precij, suf-
ficit quod cōstet de fideicommisso, etiam quod
non constet adesse bona libera, quia emptor e-
mit sub assertione venditoris, quod bona essent
libera, aliàs non empturus *l. si is qui hæres. §. 1. ff.
de except. rei iudic.* & dictum fuit in Romana
Census coram Illustrissimo Seraphino 17. Mar-
5 tij, & 6. Aprilis 1577. & non tenetur sustinere
litem contra fideicommissarios super libertate
bonorum: sed ille, qui petit pretium, & dicit,
quod non obstante fideicommisso alienatio su-
stinetur, debet reddere emptorem securum fa-
ciendo separari per sententiam à fideicommis-
so dotes debitas, vt emptori nullum periculum
immineat.

6 Ex quibus cessat omois dispositio, cui in-
cumbat onus probandi adesse, vel non adesse
alia bona, ad Curt. Sen. *cons. 127. nu. 17.* Dec. *consil.
219. nu. 7.* Curt. Iun. *in d. Auth. res quæ*, cum aliis al-
legatis per Modern. Patauinos *de fideicomm. art.
42. nu. 73.* quæ etiam procedunt in fideicommis-
sario non docente extitisse bona libera, & non
in emptore maximè, qui emit sub conditione,
quod bona sint libera ab omni fideicommisso,
& ibidem per dd. Modern. *nu. 94. in fin.*

7 Neque prodest, quod hodie molestiæ sint
sublatæ, quia remanet fideicommissum in vim
prædictarum molestiarum.

Ex quibus decisum fuit sententiam Rotalem
esse iustam, & confirmandam.

R. P. D. IVSTO.

Romana Legati, 23. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vsusfructus factum vni, proprietate hæredi
relicta, & postea simpliciter res illa alteri le-
getur, vsusfructus extinguitur pro dimidia, &
datur concursus inter proprietarium, & vsum-
fructuarium.*
2 *Legatum vsusfructus factum vni, nō censetur adem-
ptum per legatum proprietatis factum alteri.*
3 *Legati ademptio probatur etiam leuibus conie-
cturis.*
4 *Priuatio præsupponit habitum.*
5 *Possessio transfertur per traditionem clauium.*
6 *Legati ademptio est probanda per quinque testes.*
7 *Declaratio voluntatis testatoris probatur etiam per
coniecturas, & testes singulares.*

DECISIO CLXXXI.

IOannes de Sancto Petro Testator legauit v-
sumfructum Vineę Aloysio Ferterio, & Quin-
tiliæ eius vxori, & expressis verbis proprietatem
reliquit hæredi. Postea eandem vineam simpli-
citer legauit Cæsari de Sancto Petro, dubitaui
extra Rotam, an per secundum legatum vineæ
cēseatur primum vsusfructus ademptus, & Do-
mini affirmatiuè responderunt: idcirco senten-
tiam Aud. Cam. esse reuocandam, quoniam pro
1 parte de ademptione dubitari non potest, cùm
enim appellatione vineæ contineatur plena
proprietas, & veniat vsusfructus, nisi doceatur
detracto vsufructu, sequitur, vt detur concursus
in vsufructu inter proprietarium, & vsumfru-
ctuarium, *l. si alij, l. si pluribus. ff. de lega. 1.* Alexan.
cons. 169. nu. 1. & 2. lib. 5. quia respectu vsusfructus
eadem res est vtrique legata.

Neque in hoc intrat difficultas vtrum prius
legetur vsusfructus, vel proprietas, quasi si prius
legetur vsusfructus censeatur separatus à pro-
prietate, & ideo si postea legetur proprietas di-
catur legata alia res, secus si primum proprietas
2 legetur: nam in casu nostro legata vinea, cuius
appellatione venit plena proprietas dixi, & sic
respectu vsusfructus relinquitur eadem res in
specie non in genere, nec in generali sermone,
vt in *l. si hominem. ff. de adim. legat.* Afflict. *decis.
361. numero 18. & 19.* Cephal. *consilio 549. numero 5.
volum. 4.*

3 Et quo ad alism partem ex coniecturis con-
stat esse omnino ademptam, quæ ad hunc effe-
ctum leues etiam sufficiunt, Cephal. *consi. 63. n. 5.*
& legatum nuda voluntate adimi potest, *l. si in-
re, ff. de legat. 3. §. final. de adim. legat.*

Prima igitur est coniectura, quia voluit ob-
seruare quamcunque declarationem suæ vo-
luntatis, & in quodam Chirographo scriptum
repetitur, tollatur legatum vineæ, quæ verba
sunt intelligenda esse scripta post conditum
4 testamentum, & factum legatum, cùm priuatio
præsupponat habitum, *l. si decem, ff. de verbor.
obligat.*

Secunda, eandem vineam legauit in Codicil-
lis, quod legatū si intelligatùr de sola proprie-
tate, licèt se compatiatur in legato facto Aloy-
sio, tamen importat plenam proprietatem, vt
dictum est, legatum esse eiusdem rei. præsertim,
quia testes deponunt iussum fuisse per testato-
rem tradi Cæsari claues, & scripturas quæ im-
5 portat possessionem, *l. clauibus. ff. de cōtrah. empt.*
& vlterius de animo ipsius ante confectionem
Codicillorum, idque postea in Codicillis fecit.

Tertia pars, quæ non est verisimile, quod
coniunctim voluerit legare vsumfructum A-
loysio & Quintiliæ, & Cæsari.

Et multum facit, quia in Codicillis dicuntur
confirmata legata præter infrascripta, vbi adest
legatum vsusfructus, quod non potest intelligi
respectu hæredis, à quo semper adimitur, quod
alteri legetur.

6 Huc facit, quod requirantur quinque testes
ad probandam ademprionem, vt per Couar. qui
testatur esse communem opinionem *in Rubr. de
7 testamen. 2. par. numer. 21.* nam istud est verum in
ademptione, sed nos sumus in declaratione vo-
luntatis, quæ probatur etiam per coniecturas,
in qua etiam testes singulares sufficiunt, Castr.
cons. 395. lib. 2. Aymon *cons. 73. nu. 33.*

Ex quibus saltim simul iunctis Domini hanc
opinionem secuti sunt.

R. P. D. CAVALERIO.

Bononien. de Bonsignoribus, Mercurij
15. Decembris 1610.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus in restitutione fideicommissi potest
deducere, & retinere tot bona hæreditaria,
quot sufficiunt pro suo credito pecuniarum, quas
erogauit in extinctionē æris alieni hæreditarij.*

2 *Retentio,*

2 *Retentio, quando conceditur alicui, æstimatio est facienda secundum tempus restitutionis.*
3 *Hæres ex eo tempore, quo soluit debita hæreditaria censetur accepisse in solutum tot bona hæreditaria, quot importat pecunia per ipsum soluta.*
4 *Hæres præsumitur sibi satisfecisse ex pecuniis, & mobilibus hæreditariis.*
5 *Fideicommissario dicenti in hæreditate fuisse alia bona mobilia, incumbit onus probandi.*
6 *Hæres creditor hæreditaris, potest eligere bona quæ velit pro eius satisfactione in præiudicium fideicommissarij.*

DECISIO CLXXXII.

IN hac causa iam fuit resolutum sub die 12.
Februarij proximè præteriti francationem
terrarum de quibus agitur fuisse factam non de
pecunijs hæreditarijs, sed proprijs Thomæ, &
Gregorij pupillorum auctorũ Lauræ quæ hodie
est in causa. Vnde dubitaui, an Lauræ compe-
tat retentio super bonis Gallisani, & Mortellæ
pro pecunijs sibi debitis, & Domini responde-
runt ei competere retentioné, quemadmodum
1 competebat eius auctoribus, nam in restitutio-
ne fideicommissi hæres grauatus potest dedu-
cere, & retinere tot bona hæreditaria, quot suf-
ficiunt pro suo credito pecuniarum, quas ero-
gauit in extinctionem æris alieni hæreditarij,
Menoch. *cons.* 183. *nu.* 50. *& seq.* Surd. *decis.* 92. *nu.* 6.
in fine, vbi dicit esse veriorem, & communiorem,
Iacob. de Aren. Bart. Alber. Imol. Alex. & alij *in*
l. mulier. §. *cum proponeretur ff. ad Trebell.* in tali
2 autem restitutione æstimatio facienda est se-
cundum tempus factæ solutionis fideicommis-
si, Illustrissimus Cardinalis Mantica *de coniect.*
vlt. volunt. lib. 7. *tit.* 8. *nu.* 15. *cum duob. seqq. ver. & si*
hæres soluit. Menoch. *d. cons.* 183. *nu.* 35. *& seqq.* Surd.
cons. 291. *nu.* 12. *circa fin. & d. decis.* 92. *nu.* 4. fuit di-
ctum in vna Romana de Incoronatis 28. Iunij
1577. coram fel. record. Clem. VIII. tunc Rotæ
Auditore.
3 Quam retentionem Domini tanto magis
competere putabant, quia eo ipso, quod DD.
Thomas, & Georgius mediante ipsorum Matre
affrancauerunt huiusmodi bona, censentur ex
tunc sibi accepisse in solutum in bonis hæredi-
tarijs tantum, in quantum importabant pecu-
niæ solutæ in affrancatione, Menoch. *d. num.* 35.
Surd. *d. decis.* 92. *cum alijs DD. alleg.*

Nec visum fuit obstare, quod replicabat Lau-
rentius non competere retentionem Lauræ su-
per bonis de quibus agitur, quia in omnem e-
uentum præsumendum est hæredem sibi satis-
4 fecisse prius de pecunijs, seu mobilibus, iux. dis-
positionem *l. à diuo Pio.* §. *in venditione. ff. de re*
iud. vt etiam sensit Rota in dicta Romana de In-
coronatis.
5 Quia respondebatur non constare, quod in
hæreditate prædicta non fuerint alia bona, su-
per quibus hæredes sibi satisfacere potuerint, &
nihilominus fideicommissario dicenti in hære-
ditate fuisse alia bona mobilia & pecunias, in-
cumbit onus probãdi, *l. ei qui. ff. de proba.* in pun-
cto Alex. *cons.* 82. *nu.* 13. *lib.* 2. Ayn. *cons.* 316. *n.* 5. *in* 9.
dub. tenetur tamen fideicommissarius.

Et licet pro parte Laurentii multa deduce-
rentur ad probandum in hac hæreditate adfuis-
se pecunias, super quibus poterant hæredes, qui
hæc bona francauerunt sibi satisfacere, nihilo-
minus videbatur valde dubia, & obscura.

Et primò Instrumentum diuisionis societatis
artis sericæ factum de anno 1524. 12. Iulij, ex cu-
ius lectura Laurentius prætendit constare, quod
in hæreditate aderant scuta 11. millium assigna-
ta Georgio, & Thomæ, non videbatur obstare,
quia eius verba sunt valde obscura quo ad sum-
mam librarum 5000. quæ de debitis, & non de
creditis societatis loquuntur: præterea nõ con-
stat dicta credita fuisse exacta, vel exigibilia.

Minus videbatur posse fieri vis in transactio-
ne facta de anno 1522. in qua asserebatur in hæ-
reditate adfuisse credita exigenda Lugduni vs-
que ad summam librarum 8. millium, quia in a-
lia transactione secundo loco facta de anno
1524. fuit dictum eandem hæreditatem fuisse gra-
uatam debitis eiusdem quantitatis librarum 8.
millium, vnde non potuit redemptio fieri ex
tali credito.

Opponebatur etiam de alienationibus quo-
rundam bonorum, quæ non visæ fuerunt rele-
uantes, cùm essent factæ pro dotibus Lucretiæ
filiæ Bartholomei, & alterius filiæ Nicolai, &
pro dote materna.

Ex quibus ea quæ adducebantur pro parte
Laurentij videbantur remanere valde turbida,
& propterea Domini non putabant posse ex eis
induci præsumptionem aliquam quod dictis
pupillis fuerit satisfactum, vel satisfieri potue-
rit de pecunia, quam in dicta francatione expo-
6 suerunt, iux. text. *in d. l. à diuo Pio.* §. *in venditione.*
& ideo cùm non adessent alia bona, ex quibus
sine diminutione fideicommissi potuerint sibi
satisfacere, potuerunt pro sua satisfactione eli-
gere bona de quibus agitur, Bald. *in l. vltim.* §. *in*
computatione nu. 4. *de iur. delib.* Roland. *de inuent.*
4. *par.* §. *decima vtilitas, num.* 7.

Et consequenter resolutum fuit D. Lauræ vti
ei, quæ in locum prædictorum Thomæ, & Geor-
gij successit super huiusmodi bonis competere
retentionem.

R. P. D. CAVALERIO.

Bononien. de Bonsignoribus, Veneris
3. Aprilis 1609.

SVMMARIVM.

1 *Bona quæcunque ex pacto defuncti redempta veniunt sub fideicommisso, & sunt restituenda.*
2 *Amplia quod post factam recuperationem dicuntur esse penes hæredem ex causa prima.*
3 *Amplia procedere etiam si redemptio sit facta post modicum tempus elapsum à die constituta, dummodo ex tali pacto facta sit.*
4 *Amplia procedere, etiam si redemptio facta sit cum pecunia hæredis, dummodo redempta sit vigore pacti, licèt hæredi competat actio ad pretium, & num. 9.*
5 *Mora censetur remissa per creditorem, qui solutionem recipit post lapsum tempus.*
6 *Actus subsequens declarat quo iure aliquid fuerit factum.*
7 *Hæres præsumitur redemisse rem cum pecunia hæreditaria, quando in hæreditate aderant pecuniæ.*
8 *Pecunia cum qua fuit ab hærede aliquid redemptum ex pacto inito cum defuncto, præsumitur hære-*

Pucc hæreditariæ, quando in hæreditate aderant pecuniæ.
9 *Pecuniæ exigendæ ex nominibus debitorum hæreditatis dicuntur hæreditariæ.*

DECISIO CLXXXIII.

Nicolaus de Bonsignoribus testator fecit fi-
deicommissum, & postea vendidit quæ-
dam bona sita in locis Butij, & Gallisani cui-
dam Ioanni Antonio, qui eadem die eadem bo-
na locauit vẽditori ad nouennium, cum pacto,
vt eo durante posset conductor eam affrancare
pro eodem pretio, ita tamen, vt fieri deberet de-
nunciatio per tres menses ante affrancationem,
mortuus est Nicolaus in dicto tempore nouen-
nij, & eo elapso per mensem Domina Thadea
vti mater, & Tutrix Thomæ, & Georgij filio-
rum Nicolai redemit dicta bona vigore prædi-
cti pacti de affrancando: hodie cùm Dominus
Laurentius de Bonsignoribus prætendat esse
purificatum fideicommissum, & factum locum
restitutioni ad sui fauorem, dubitaui an bona
Butij, & Gallisani comprehendantur sub fidei-
commisso, & Rota affirmatiuè respondit, non
enim dubitabatur de fideicommisso, nec con-
tradicebatur identitati bonorum, difficultas
erat in eo, quod hæc bona non videbantur pos-
se dici comprehẽsa sub fideicommisso Nicolai,
cùm ipse non haberet eorum dominium, nec
possessionem, tempore quo defunctus est, cùm
in vita sua ea alienasset.

Verùm hoc visum fuit non obstare, quia cùm
testator in locatione apposuisset pactum fran-
candi intra nouennium, & eo pendente deces-
sisset, sicque pactum remansisset in eius hæredi-
tate, & vigore eiusdem pacti secuta fuit affran-
catio, sequebatur conclusio, quod bona quæ-
1 cunq; ex pacto defuncti redempta veniunt sub
fideicommisso, & sunt restituenda, Decian. *cons.*
18. *nu.* 17. *&* 18. *lib.* 2. Grat. *cons.* 160. *num.* 52. *lib.* 2. Ca-
gnol. *in l.* 2. *num.* 254. *C. de pact. inter empt. & vend.*
Illustrissimus Cardinalis Mantica, *de coniectur.*
vlt. volunt. lib. 7. *tit.* 8. *nu.* 23. Tiraquell. *de retract.*
conuent. ad fin. tit. num. 87. *& de retract. lignag.* §.
19. *glos.* 1. *num.* 4. *& seq.* Dec. *cons.* 238. *nu.* 41. post fa-
2 ctam enim recuperationem dicuntur esse penes
hæredem ex causa prima, Bart. *in l. in diem. ff.*
de aqua pluu. arcen.

Nec visum fuit Dominis obstare, quod tem-
pore factæ affrancationis iam esset elapsum no-
uennium conuentum, quia multifariam re-
spondebatur.

3 Et primo, quod lapsus erat vnius mensis, &
sic non attendendus in tam modico tempore.

Secundo, quia retrouenditio fuit facta vigo-
re pacti, quod in instrumento francationis re-
nunciat, nec hæredes aliunde quàm de pacto
hoc ius francandi habebant.

4 Tertio, emptor recipiendo pretium cense-
tur acquieuisse retrouenditioni, & remisisse
moram, hęredesque ad purgationem admisisse,
ad tex. *in l. de lege* §. *vlt. ff. de leg. cõmiss.* per quem
textum ita dixit Aym. *cons.* 106. *nu.* 1. *& nu.* 3. Dec.
cons. 155. *num.* 5. *lib.* 5.

5 Accedit præmissis, quod ex forma instrumen-
ti antequam deueniretur ad actum francatio-
nis præcedere debebat denunciatio per tres
menses ante, & sic sufficit fuisse denũciationem
ante lapsum nouennij, & præsumendum est
6 fuisse factam cùm actus subsequens id declaret
l. quod quadam mulier. ff. de rei vendicat. Aym. *cons.*
284. *nu.* 6. nam aliàs emptor non tenebatur re-
trouendere, ex quibus satis apparebat fontem,
& originem huius francationis prouenire ex
pacto prædicto.

Considerabant etiam Domini francationem
fuisse factam ex pecuniis hæreditariis, nempe
hæreditatis debitoris.

7 Vnde non intrat pręsumptio, quod redem-
ptio præsumatur facta de propriis pecuniis hę-
redis, ita vt hæres remaneat creditor pretij,
quia quando in hæreditate reperitur pecunia,
cessat talis præsumptio, Roman. *cons.* 276. *num.* 7.
8 pecuniæ autem exigendæ ex nominibus debi-
torum hæreditatis dicuntur hæreditatię, Rui.
cons. 97. *nu.* 10. *lib.* 5.

Sed in omnem euentum, etiam quod hęc bo-
na essent redempta de pecuniis propriis hære-
dum, cùm sint redempta vigore pacti compre-
9 hensi in fideicommisso, vt dictum est, non pro-
pterea sequeretur, quod essent libera, & non
comprehenderentur sub tali fideicommisso, et-
iam ipsa: sed hæredibus competeret actio ad
pretium, Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. nu.* 88.
Dec. Cagn. Illustriss. Mantica, & alij præalleg.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana fideicommissi de Marinitis, Lunæ
29. Nouembris 1610.

SVMMARIVM.

1 *Filij positi in conditione ex Statuto Vrbis lib.* 1. *cap.* 142. *censentur vocati.*
2 *Filiatio probatur ex annotatione facta in libro patris.*
3 *Amplia, quod probatur etiam ex fide libri Baptismi iuncto aliquo adminiculo.*
4 *Identitas personę probatur ex solo nomine, nisi probetur alium extitisse eo tempore eiusdem nominis.*
5 *Subrogatum capit naturam eius in cuius locum est facta subrogatio.*
6 *Identitas probatur per duo confinia.*
7 *Amplia maximè procedere concurrente denominatione loci, & similibus coniecturis.*
8 *Clausula constituti transfert ciuilẽ, & naturalem possessionem.*

DECISIO CLXXXIV.

De anno 1561. q. Iacobus Marinita Senior in
suo vltimo testamento legauit q. Vincen-
tio Marinitæ patri Iacobi Iunioris scuta 2000.
& alias pecunias, in quibus ipsum hæredẽ par-
ticularem instituit, hæredem verò vniuersalem
reliquit Ludouicum, & casu, quo Vincentius
decederet sine filiis legitimis, & naturalibus,
tunc, & eo casu voluit succedere eundem Lu-
douicum, & eius filios, & Ludouico moriente
sine filiis legitimis, & naturalibus, voluit succe-
dere Vincentium, mortuo testatore Saluator cu-
tor testamentarius Vincentii emit censum à
communitate Matelicę pretio scutorum 700.
cum expressa declaratione, quod illum emebat
de pecuniis hæreditatis Iacobi, & propterea il-
lum supposuit fideicõmisso predicto, & insuper
expresse conuenit in eodem instrumento, vt in

euetum extinctionis census pecuniæ reinuestiri
deberent pro dicti testamenti adimplemento.

De Anno 1569. 13 Octobris Vincentius emit
ab Octauio Ronciono Vineam extra portam
Sancti Pauli pretio scutorum 735. & cum Com-
monitas redemisset censum prædictum, & pe-
cunias restituisset, idem Vincentius medio iu-
ramento declarauit eas exposuisse in vinea præ-
dicta prout in instrumento celebrato sub dicta
die 13. eiusdem mensis, & eadem die soluit Octa-
uio venditori scuta 350. ad computum pretij ex
pecuniis habitis de pretio dicti census subiecti
fideicommisso Iacobi cuius loco eandem vi-
neam subrogauit, & supposuit tanquam em-
ptam ex pretio census.

Mortuo Vincentio Iacobus iunior eius filius
vti positus in conditione, & hic ad fideicommis-
sum vocatus ex dispositione Statuti Vrbis *lib.* 1.
1 *cap.* 442 egit coram Aud. Cam. remedio *l. vlt. C.*
de edict. diu. Adr. toll. contra Angelam vti deten-
tricem, & tertiam, quæ dictam vineam posside-
bat tanquam fideicommisso suppositam, & ob-
tinuit sententiam fauorabilem, per quam fuit
declaratum, ipsum esse immittendum in pos-
sessionem vineæ, fuit appellatum, & causa in
Rota commissa, cum solita clausula *constito*,
quod sit locus Aegidianæ.

Dubitaui, An ei esset locus, & Domini volue-
runt videre de bono iure, proposito igitur du-
bio, An constet de bono iure Iacobi: Domini re-
sponderunt affirmatiuè, constare enim dicebat
de fideicommisso in testamento Iacobi Senio-
ris ad eius fauorem purificato tanquam in con-
ditione positi; & vocati; quod autem Iacobus
2 sit filius Vincentij videbatur satis probatum ex
libro Vincentij, in quo annotatum reperitur
ipsum fuisse natum die 18. Augusti 1575. & fuis-
se Baptizatum in Ecclesia Sancti Laurentij in
Damaso, qui liber ad hunc effectum filiationis
facit fidem. Bald. *in l. neque naturales, num. 6. vers.*
vel aliquando ipsem. et pater, C. de probat. Salic. *in l.*
etiam in prin. ff. eod. Paris. *cons.* 10. *nu.* 58. *vol.* 2. fuit
dictum in Valentina Illegitimitatis 12. præsen-
tis mensis coram me.

3 Accedebat præterea adminiculum ex fide
Parochi Sancti Laurentii de Baptismo de dicto
mense, & anno, vbi nominatur filius Vincentii,
& talis fides libri Baptismi addito aliquo admi-
niculo satis probat filiationem, vt fuit dictum
in vna Aretina Cappellaniæ 10. Maii 1591. co-
ram Reuerendissimo Perusino in Regien. Prio-
ratus 29. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Car-
dinali Millino.

Nec visa fuit obstare diuersitas patriæ Vin-
centii considerata per informantes pro Angela,
dum in testamento fuit vocatus Vincentius
Anconitanus, & in libro Baptismi enunciatur
filius Vincentii Marmitæ Romani, quia place-
bat responsio, quod licet Vincentius esset An-
conitanus, potuit ex longo incolatu cepisse ap-
4 pellari Romanus, & identitas personæ probatur
ex solo nomine, nisi probetur alium extitisse eo
tempore eiusdem nominis. Bald. *cons.* 70. *per to-*
tum lib. 4. Ias. *in l.* 2. *nu.* 9. *C. de bon. possid. secundum*
tabul. Dec. *in l. hac consultissima num.* 18. *C. qui te-*
stam. facere poss. Aym. *cons.* 269. *num.* 3. *vers. &* *istud*
est, quod voluit Cephal. *cons.* 90. *nu* 18. quibus ad-
iungebatur indicia, & coniecturæ vrgentissimæ
desumptæ ex instrumento emptionis census à
Communitate Mathelicæ ex eius extinctione,
& subrogatione vineæ loco census, & ex aliis
actibus proportionatis, & consequentibus ad
dictum fideicommissum.

Quod autem vinea sit supposita fideicom-
misso Domini satis putauerunt probatum esse
ex instrumento emptionis, cum declaratione,
quod pretium soluebatur ex pecuniis redactis
ex retrouenditione census, alias empti à Com-
5 munitate per tutorem, & fideicommisso suppo-
siti, in cuius locum vinea subrogabatur, & eidem
fideicommisso subiiciebatur, *l. Imperator, §. vlt.*
cum l. seq. ff. de legat. 2. Ias. *cons.* 231. *nu.* 2. *lib.* 2. Ceph.
cons. 185. *nu.* 37. *vers. verum est.* Tiraquell. *de retract.*
lignag. §. 32. *glos.* 1. *nu.* 27. *in fin.* Menoch. *cons.* 70. *nu.*
4. *&* 8.

Possessio verò Octauii venditoris de tempore
venditionis satis videbatur probata ex testibus,
quorum depositiones bene concludebant iden-
titatem vineæ concordando de confinibus vi-
delicet bona Francisci Cintii, bona Portiæ Cin-
thiæ, & flumen Tiberis vltra demonstrationem
generalem extra portam Sancti Pauli, nam iden-
6 titas probatur per duo confinia, *l. firma, ff. de cen-*
sib. vbi glos. *in verbo vicinos.* Alex. *cons.* 38. *nu.* 2. *vol.*
7 5. maximè concurrente denominatione loci, &
similibus coniecturis, Decian. *respons.* 17. *num.* 17.
& seq. vol. 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.*
15 *nu.* 15. *vers. & primo.*

Tandem dum opponebatur non constare
Vincentium nunquam possedisse vineam, pla-
cebat responsio, satis esse, quod constaret de
possessione Octauii venditoris, quia per clau-
8 sulam *constituti* appositam in instrumento ven-
ditionis, fuit translata in Vincentium omnis
possessio tam naturalis, quàm ciuilis, *l. quod meo,*
vbi Bart. *num.* 3. *ff. de acquirend. possess.* Aym. *cons.*
107. *sub num.* 1. & tanto magis, quia dictus Octa-
uius venditor in eodem instrumento venditio-
nis consensit vineam per Vincentium empto-
rem subrogari in locum census, & fideicommis-
so supponi.

R. P. D. IVSTO.

Auximana Legati, Lunæ 19.
Februarij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis non debentur, quando prohibitum est à testatore, & interim aliquid mulieri legauit.*
2 *Fructus petantur post tempus præfixum à testatore, & interim aliquid erat legatum in pecunia.*

DECISIO CLXXXV.

Gilius Gallus testator reliquit Iuliæ vxori,
quod dum de domo testatoris non extra-
xerit dotes suas debeatur sibi cum effectu ex o-
mnibus introitibus suis tertia pars fructuum,
& si de tertia parte fructuum non fuisset con-
tenta, ordinauit, quod sibi soluerentur scuta duo
millia, quæ soluerentur spatio quatuor anno-
rum, & interim deberet habere tertiam partem
fructuum, vel ratam non solutorum. Iulia recu-
sauit legatum tertiæ partis fructuum, & voluit
sibi solui in pecunia numerata, percepit fructus

vltra quatuor annos, & pro illis in quibus non percepit fructus ante solutionem legati, postea sibi soluti petit sibi de fructibus satisfieri.

Sed dubitatum fuit, An debeantur, & fuit cõclusum quatuor annos non deberi, quia nõ sumus in casu, in quo testator prohibuit vxori te-
1 petere dotes suas, & interim aliquid legatũ, da qua quæstione aliàs latè disputatũ fuit in Rota in causa Romana Legati coram Illustrissimo Blanchetto, & est decis. Put. 1. *de vsur.* in casu, in quo fructus petuntur post tempus præstitutũ à
2 testatore, infra quod soluẽdum erat legatum in pecunia, & non debentur, nisi probatis concludenter requisitis, vt fuit sæpe dictum in Rota, & vltimo coram R.P.D. meo Millino in Tiburtina compromissi 26. Martij 1600.

R.P.D. VBALDO.

Romana Supplementi Legitimæ, Veneris 19. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur tanquam portio successionis paterna, ad quam filios admittit natura, & parentum commune votum.*

2 *Fructus legitima debentur à die mortis patris, non autem à die mota litis.*

3 *Ampliа procedere etiam si bona fide essent ab hærede consumpti.*

4 *Causa filiorum potior est quà u locus pius.*

5 *Filio pauperi potius subueniendum est, quàm Ecclesiam locupletari.*

DECISIO CLXXXVI.

QVamuis fuisset resolutum in Rota coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno die 28. Iunij 1613. sententiam ad fauorem Dominæ Septimiæ latam esse confirmandam, in qua mandabatur suppleri eius legitimam, vnà cum fructibus à die mortis patris, tamen quia in decisione nihil fuerat expresse dictum de fructibus, ideo commissa mihi causa dubitaui à quo tempore fructus deberentur, An à die mortis, An verò tantum à die contestatæ litis, & Rota censuit, Septimia tantum informante, deberi à die mortis testatoris, cùm enim legitima debetur tãquã portio successionis paternæ ad quã filios admittit naturæ, & parẽ-
1 tum commune votum, vt dicit text. *in l. scripto in fine. ff. vnde lib.* & ad idem facit tex. *in l. nihil interest. ff. de bon. lib. & in l. nam & si parentibus in prin. ff. de inoff. testamento l. cum ratio in princ. ff. de bon. damnat. & in l. de emancipatu circa med. C. de leg. hared.* & sentiunt Doct. communiter *in l. in quartam.* ibi Dic. *num. 172. ff. ad l. falcid.* cum aliis per Crass. *in §. legitima quæst.* 2. debeatur filiis à die mortis patris, vt est tex. *l. 1. §. si impubere. ff. de collat. bonorum,* & ibi Bart. Crass. *vbi supra quæst. 12. numer. 1.* Bece. *consi. 34. num. 17. & seqq.* Pereg. *de fideicomm. art. 36. num. 14.* consequens est, vt etiam fructus legitimæ à die mortis debeantur, *l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffic. testamen. Authen. nouissima,* & ibi not. DD. *C. eodem tit. §. prohibemus Authen. de trien. & semis.* glos. communiter recepta, *vt in l. fideicommissariam. ff. ad Trebell.* Alexand. *cons. 127. num. 2. lib. 6.* vbi expresse dicit
2 non venire à die motę litis, vel contestatæ, sed à die mortis, & de communi attestatur idem Alexan. *cons. 69. num. 3. lib. 1.* Corn. *cons. 165. num. 12. lib. 3.* & alij plures relati per Tiraquell. *in l. si vnquam in verb. reuertatur num. 270.* & ibi Ripa *n. 203. C. de reuocan. donat.* Galiaul. *in l. Centurio nu. 532. ff. de vulg.* Benitenden. *decis. 37. nu. 9.* Surd. *decis. 25. num. 26. & cons. 128. num. 4. libr. 1.* Gabr. *cons. 45. nu. 5. & 6. lib. 2.* Menoch. *cons. 77. num. 13.* Decian. *cons. 79. numer. 16. & seqq.* vbi latè *lib. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 36. num. 69.* quorum Doctorum nonnulli loquuntur etiam de fructibus supplementi legitimæ. & Corn. *d. cons. 265. nu. 12. libr. 3.* Galiaul. *in d. l. centurio num. 532.* Ripa *in d. l. si vnquam num. 203.* & Menoch. *d. cons. 77. num. 13.* & tenuit Rota in Romana fructuum legitimæ 3. Decembris 1599. coram Seraphino, quæ est *decis. 1331. numer.*
3 *24. part. 2.* prout etiam receptissimum est huiusmodi fructus deberi etiam si ab hærede fuerint bona fide consumpti, Bald. *in l. non est ambiguum. C. famil. ercis. un.* Alexand. *d. cons. 69. sub nu. 3. lib. 1. & cons. 7. numer. 8 lib. 2.* Ruin. *cons. 26. numer. 22. libr. 3.* Cephal. *consil. 109. numer. 29.* qui loquitur de fructibus supplementi, & testatur de communi Peregr. *d. art. 36. num. 69.* Tiraquell. *in d. l. si vnquam in verb. reuertatur n. 270.*

Ex quibus nec obstare visum fuit, quod Societas Sanctissimæ Annunciatæ istos fructus bona fide consumpserit in maritandis puellis, quod est opus pium, quia cùm agatur de legitima, quæ filiis iure naturæ debetur ex supradictis,
4 potior est causa filiorum, quàm loci pij, *Authen. si qua mulier. C. de sacr. sanct. Eccles.* & D. Augustinus, filiis potius, quàm Ecclesiæ deberi putauit paternam successionem *in cap. fin. 17. quæst. 4.* & fuit latè dictum in hac causa 28. Iunij 1613. coram Reuerendissimo Damasceno, & addebant Domini, quod legitur in Epistolis diui Gregorij registratorum *lib. 7. in dictione 2. & epistola 33.* vbi domum ab Ammonia quadam Ecclesiæ donatam iussit Sanctus Gregorius restitui Calxeno filio, & hæredi Ammoniæ, quia cùm fi-
5 lius magna paupertatis necessitate vrgeretur, conuenientius credidit Sanctissimus ille Pontifex, orphano, & pauperi subuenire, quàm Ecclesiam locupletari, vltra quod motiuum cessabat ex facto, cùm societas ex dispositione testatoris teneretur reinuestire omnes fructus bonorum donatorum, & ex fructibus fructuum voluit maritari puellas, ideo concludebant Domini, quod aut societas inuestiuit, & fructus dicũtur extare, & propterea debentur, aut non inuestiuit, & sic fuerunt mala fide consumpti, & non bona, & ita fuit decisum.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Census, Mercurij 18. Octobris 1602.

SVMMARIVM.

1 *Census non perimitur per peremptionem rei in parte, si remanet alia pars, quæ sit capax totius census, & nu. 7.*

2 *Census impositio non operatur venditionem rei, neque translationem dominij illius in emptorem, sed per eam venditur solum ius exigendi certam facultatem fructuum ex illa re.*

3 *Declara, quod per impositionem census constituitur ius quoddam distinctum, & separatum à dominio*

à dominio ipsius rei.

Declara, quod hoc ius exigendi constituitur simpliciter super ipsa re, non super aliqua certa parte ipsius rei.

4 *Census impositio, est quædam species seruitutis super re.*

5 *Seruitus semper remanet, super qualibet parte capaci, quando res in parte perijt.*

6 *Emphytheuta, quando non soluit quid modicum pro recognitione directi dominij, sed pensio correspondet fructibus, si res non est in totum perempta, & remanet tanta pars, quæ sit sufficiens, pensio debet integrè solui.*

7 *Pensio, quam soluit emphytheuta pro recognitione directi dominij, si correspondet fructibus, si res non est in totum perempta, & remanet tanta pars, quæ sit sufficiens, debet integrè solui.*

8 *Census perit in totum, vel in parte, quando res super qua erat impositus in totum vel in parte efficitur infructuosa.*

9 *Intellige de peremptione per quam res redderetur insufficiens ad soluendum fructus census, & sic, quando alia pars remanens non est capax.*

10 *Constitutio Pij V. super forma creandi census recipit interpretationem passiuam, à iure communi.*

11 *Casus omissus remanet sub dispositione iuris communis.*

12 *Alternatiuè vna pars aliam declarat.*

DECISIO CLXXXVII.

FVit impositus census super quadam domo
in Insula Sancti Bartholomæi proxima Tiberi, quæ propter eius inundationem fuit diruta in parte, alia autem pars, quæ remansit erat capax totum onus census sustinere: fuit dubitatum in Rota de mandato S.D.N. me proponente si Census remanebat in totum super parte capaci, vel perierat pro rata partis peremptæ.

Cuius dubij resolutio duplicem habet inspectionem, altera est iuxta terminos iuris communis: circumscripta constitutione Sanctissimæ mem. Pij V. super formam creandi census, habeat locum peremptio pro rata parte, quæ perijt, si fructus partis remanentis sunt sufficientes pro solutione census. Altera verò est præsupposito in hoc casu, quod census non pereat secundum terminos iuris communis, an d. Const. sit noui iuris inductiua, vel recipiat interpretationem passiuam à iure communi.

1 Et quantum ad primam difficultatem fuit
per Dominos resolutum, quod circumscripta d. constitutione, census non perimitur per peremptionem rei in parte, si remaneat alia pars capax.

Mouebantur quia per impositionem Census super re, non venditur neque transfertur illius dominium in emptorem census, sed venditur
2 solum ius exigendi certam facultatem fructuum
ex illa re, & constituitur ius quoddam distinctum, & separatum à dominio ipsius rei, vt bene deducit Aym. *in cons. 217. num. 4.* & ideo cùm non vendatur res, sed ius exigendi, non est admittenda solum peremptio rei in parte, sed necessarium est ad istum effectum vt periculum pertineat ad emptorem, quod domus sit perempta, quod pars remanens non sit sufficiens ad reddendam quantitatem fructuum debitam pro illo iure venditor.

Mouebantur etiam quia hoc ius exigendi certam quantitatem fructuum constituitur simpliciter super ipsa re, & non super aliqua certa
3 parte ipsius rei, & propterea donec superest
tanta pars rei super qua est constitutum hoc ius, quæ sit sufficiens ad solutionem census non potest dici res perempta ad effectum per-
4 emptionis census, quia impositio census est
quædã species seruitutis super re, & ideo iuxta
5 naturam seruitutis remanet super qualibet par-
te capaci, Bart. *in l. stipulationes diuiduntur in 3. opposit. ff. de verb. oblig.* & sufficit, quod idem census possit de nouo imponi super illa parte remanente, vt bene deducunt informantes. Tertio, &
6 vltimo placebat Dominis simile emphytheosis
in qua quando non soluitur quid modicum pro recognitione directi dominij, sed pensio correspondet fructibus, si res non est in totum perempta, & remaneat tanta pars, quæ sit sufficiens pro tanta pensione debet integrè solui, Bart. *in l. 1. nu. 4. C. de iure emphyt.* & ista opinio est communiter recepta, vt per Bero. *in cons. 130. nu. 11. lib. 1.* & ideo cùm censibus correspondeat
7 fructus, ex eadem ratione idem videtur dicen-
dum in hoc casu, vt sentit Gregor. Lopez, *in l. 28. glos. 12. part. 5. tit. 18.*

Quantum ad secundam difficultatem Domini concluserunt eum attenta d. constitutione censum non perire, quando pars non perempta, est sufficiens pro solutione fructuum.

Mouebantur, quia in ea non continetur expresse, quod per peremptionem partis sequatur peremptio census pro rata, quando remanet alia pars capax, sed solum in ea constituitur, est regula generalis, quod in totum, vel in parte
8 perempta, aut infructuosa in totum vel in parte
effecta, census pereat pro rata, quæ verba non
9 sunt ita clara, quod non possint intelligi de per-
emptione, per quam res redderetur insufficiens ad soluendum fructus census, & sic, quando alia pars remanens non est capax, & ideo omnes regulæ concurrunt pro hac parte, quod debet recipere interpretationem passiuam ex iure com-
10 muni ex subiecta materia, & ex materia contra-
ctus, vt solum fuerit intellectum inducere peremptionem census pro rata, quando alia pars remanens non esset capax, & saltim, quod iste casus vti omissus remaneat sub dispositione iuris communis.

Mouebantur secundo ex illis verbis immediatè subsequentibus in eadem clausula, & sub eadem structura verborum, aut in totum vel pro parte infructuosa reddita: cùm enim in hoc casu constitutio disponat, quod census pereat pro rata, quando res est reddita infructuosa ex alio capite quã peremptionis, nulla ratio suadet, quod de re in aliqua parte non perempta, si vna pars est reddita infructuosa, & fructus reliquæ partis sunt insufficientes pro solutione census, mens constitutionis fuerit, quod census debeat perire pro rata, &
11 ideo cùm isti census sint æquiparati, & vna pars
alternatiuè declarat aliam, ab ista parte debet recipere declarationem alia pars, in qua constitutio loquitur de peremptione, quod intellexerit de peremptione in parte, per quam sequebatur talis diminutio fructuum, quod non sint sufficientes pro solutione census.

Aloysij testatoris obligauit,quam vt creditori-
bus satisfaceret Iudicis auctoritate vendita à
Ioanne Cauarto empta est.

Sorores prædictæ putantes vigore conditio-
num in Testamento Aloysij Aui appositarum
In casu alienationis Vineam ad se pertinere,Iu-
dicium coram A.C.intentarunt à quo etiã sen-
tentiam fauorabilem, & mandatum de immit-
tendo in possessionem Vineæ obtinuerũt,Inde
expulso Ioane Cauarto emptore,sicut factũ fuit
obtinuerunt causa per appellationem introdu-
cta in Rota præmissis quibusdam præsupposi-
tis,& prænarrato themate recollectis dubitaui,
An Portia,& Sorores potuerint agere ad vineã,
vel potius debuerint agere ad pœnam.

Et Domini pro maiori parte eas non potuisse
agere ad Vineam responderunt, nam quando
1 fit prohibitio alienationis sub pœna,si fiat alie-
natio valet licèt pœna debeatur. Bald. *in l.1.nu.
48.quæst.11.nu.56.quæst.16.vers.sed si testator. C.de
his qua pœn.nom.* Arct. *in d.l. que Roma.§.coharedes
circa fin.ff.de verb.obligat.* Rip. *in l.filius familias.§.
Dini il secundo,num.22.vers sed istud nihil est.ff.de
legat.1.*

Quod maximè procedit, quãdo pœna in pro-
hibitione alienationis apposita non afficit rem
ipsam alienari prohibitam, sed extra eam in re
aliena cõstituit;sicut in casu proposito, vbi ad-
2 est prohibitio alienationis bonorum Serræ sub
pœna priuationis hæreditatis Aloysij, Raph.
Cuman.quem seq.Ias. *in dicto §.Dini.in 2. lect.nu.
67.vers 7.limit a.* Hyppol. Rimin *cons.71.nu.17.
& multis seqq.lib.4.per tex.in §.fin.Instit. de legat.
& in d.l.1.C.de his,qua pœn.nom.*

3 Præterea licèt testator possit prohibere alie-
nationem bonorum ipsius hæredis,ad quod fa-
cit tex. *in l.vnum ex fa milia.§.si rem de legat.2.* &
videtur casus *in l.si quis ita legatus.§.qui consi[illegible]
tum.ff.de manu.test.2.* si tamen contra talem pro-
hibitionem bona hæredum alienentur non im-
peditur dominij translatio, licèt prohibitus a-
lienare ad pœnam,vel ad æstimationem tenea-
4 tur,Bart. *in d.§. Dini n.8.* quem sequitur ibi Ri-
pa *n.54.vers.2.conclus.* vbi dicit hanc sententiam
esse communem,Ias. *in 1.lect.num.44.& 45.vers.
Glos.in verbo nam si heres,& in 2.lect.nu.48.* Bald.
cons.89.numer.7.& 8.libr.2. Clar. *in §. testamentum
quæst. 71.vers.item quero.*

5 Quod nullam videtur habere difficultatem
in rebus,quæ fuerunt hæredum ante conditum
testamentũ, in quo prohibiti sunt res suas alie-
nare,Decian. *cons.50.nu.35.vers.versum quia atte-
statur lib.1.*

Prædictis accedit sequens inspectio, quæ fa-
tis Dominis hanc partem tenentibus placuit,
nam in declaratione, quã facit Aloysius in suo
testamento,quod ea quæ disposuerat circa hæ-
reditatem suam deberent etiam per suos hære-
des seruari,quo ad bona Serræ,non poterit cẽ-
seri repetita pœna deuolutionis in euentum a-
6 lienationis bonorum Serræ quam adiecerat a-
lienationi suorum bonorum tum, quia pœna
non censetur repetita nisi distinctè exprima-
tur,Bart. *in l.multa.C.de condict.& demostr.& in l.
in testamento l.1.* vbi etiam Paul.de Castr. *vod.rit.*
Bald. *in l.1.in 2.not num. 4.& 5. & num. 46. quæst.
C.de his qua pœn.nom.* qui licet loquantur,quan-
do receditur à persona, vel à forma, ex eorum
tamen dictis colligitur, idem fore sentiendum
quomodocunque mutetur dispositio.

7 Et generaliter hoc verum est,quod pœna nõ
debetur imponi nisi exprimatur,quæ sit impo-
nenda,glo.communiter recepta *in c.fin. in verbo
ex vi iuris patronatus in fin. de iure patronatus.* vbi
not. *Panormit.nu.7.&8.* cæteri communiter Ca-
nonistæ istud propterea addentes,quod nõ de-
beat extendi per identitatem rationis.

Tum etiam quoniam Aloysius in hac decla-
ratione in euentum alienationis bonorum Ser-
ræ adiecit peculiarem pœnam amissionis bo-
norum propinquorum,nec est verisimile, quod
voluerit duplicem pœnam infligere: Vnã amis-
sionis bonorum propinquorum, alteram amis-
sionis bonorum Serræ, quoniam indè sequere-
tur testatorem magis grauasse suos hæredes
8 quàm eos honorasse, cum solum honorasset eis
relinquendo propria bona : in euentum autem
alienationis,ne dum priuaret relictis, sed illis
quoque,quæ à Serra patre acceperant, quod in
dubio non præsumitur,*§.post autem.Instit.de sin-
gul.reb.per fideicommiss.relict.l.plane.§. ultim. & l.
videndum.ff de leg.2.l.1.§.sciendum & l.a. §. Iulia-
nus.& l.si legatarius.ff.de leg.t.3.l.ex facto.§.1.vers.
nam hactenus erunt obligati.ff. ad Tertull.* not. Are-
tin. *in d.§.post autem.*

Immo in dubio semper præsumptio fieri solet,
quod testator censeatur minus voluisse hæredẽ
9 suum grauare,quàm sit possibile, *l. vnum ex fa-
milia.§.si rem ff.de legat.2.l.apud Iulianum. §.Sed
de leg.1.* Paris. *cons.79.n.25.vers.consequenter libr.2.*
Hipp.Rim. *cons.393.n.30.& cons. 415.n.47.lib.4.*

Nec ad rem pertinet, quod obiicitur ex Bal. *in
l.1.n.31.& 32. quæst.2. C.de his quæ pœn. nom.* vbi re-
10 spondet legatarium, cui hæres iussus sit dare
fundum intra certum diem sub pœna decem,
lapso die posse petere fundum, & remittere
pœnam,nisi pœnam iam acceptauerat, nã ista
facti species nihil habet commune cum hac,de
qua tractatur, cùm in hac nihil sit legatum di-
ctis Sororibus sub pœna, sed solum vocatæ sint
ad bona Aloysij, quando hæredes alienassent
11 bona Serræ. Rursus Bald. intelligit legatarium
posse petere fundum si hæres malit illum præ-
stare quàm pœnam,quæ iudicant illa Bald. ver-
ba legatarius potest remittere pœnam, quæ si-
gnificant non tam de commodo legatarij tra-
ctare,quàm etiam hæredis,quare inde non po-
test inferri,quod inuicto hærede dictus fundus
post diem peti posset, quãdo nec intra diem
potuisset,si hæres maluisset præstare pœnam,si-
cut docuit ideo Bald. apertius mentem suam
declarando in *d.l.1.nu.48.& 56. C.de his quæ pœn.
nom.*

Item nõ obstat,quod opponebatur de pœna
priuationis apposita per Aloysiũ hæredibus a-
lienantibus bona Serræ, quod si non censeatur
adiecta priuatiuè ad solum fideicommissum fa-
ctum in casu alienationis,sed cumulatiuè,quasi
testator voluerit vtrũq; deberi,sicut videtur in-
dicare illa verba declaratoria Aloysij prædicta
etiam seruari debeant, &c. quæ referri debent
ad prohibitionẽ alienationis vtrorumq; bonorũ
12 cum suis qualitatibus, cũ sic intelligatur facta
relatio, *l.asse toto.ff.de hæred. instit.* Bart. *in leg. si
quis seruum. §. fin. ff. de legat. 2.* Dec. *cons. 182.
numer.11.versic.nam illa dictio,* vt supra facit re-
relatio-

lationem Parif.*conf.48.nu.15.verf.& relatio intel-*
23 *ligitur.* Aym.*conf.98.n.11.* & quod qualitates ap-
politæ in vno capite teſtamenti censeantur in
aliis repetitę, *l.cum ſeruum.ff.de condit.inſtit.l.Seia.*
§.*Caio*,& ibi Bart.*ff.de fundo inſtru.*& quod clau-
ſula appoſita in medio, & in fine ad omnia re-
feratur, *l.talis ſcriptura in fi.*& ibi Bart.*ff.de legat.*
24 *1.l.4.§.filium.*& ibi Doct.*ff.de lib.& poſth.*

Quoniam fuit reſponſum in ſecunda decla-
ratione Aloyſij primo, & principaliter conti-
neri prohibitionem alienationis, quæ tam re-
ſpicit bona Aloyſij teſtatoris, quàm bona Ser-
ræ, ſed prohibitio reſpiciens bona Serræ habet
ſpecialem prouiſionem, quia teſtator expreſſè
adiecit, ne illa per hæredes alienentur ſub pœ-
na priuationis hæreditatis ipſius teſtatoris.

15 Vnde relatio debet fieri ad illud, quod prin-
cipaliter cauetur; non autem ad ea in quibus
facta eſt ſpecialis determinatio, *l. ſed ſi per præ-
torem.§.hæc clauſula verſ.deinde adiecit. ff.ex quib.
cauſ.maior. l.coheredi. §. qui patrem verſ. propter
ſpeciolem.ff.de vulgar.& pupill.l.cum vulgari.ff.de
dot.prælegat.l.doli clauſula.ff.de verb.obligat.* Bart.
in l.talis ſcriptura.§.fin.num.3. ff.de legat.1. Rom.
conſ.152.nu.3.verſ.1.quia,quando, Abb.*conſ.54.nu.1.
verſ.item quia tex. ibi facit expreſſam mentionem,
part.2.*Iaſ.*in l.1.nu.8.limit.3.C.de liber.præter.* præ-
ſertim cum teſtator non dixerit copulatiuè et-
iam ſub pœna priuationis, ſed ſimpliciter fuerit
locutus.

16 Nec eſt nouum, aut inſolitum, quod inter-
dum relatio fiat ad illud, quod principaliter in
oratione continetur, non autem ad qualitates,
vel ad id, quod ponitur incidenter, & conſecu-
tiuè, Bar.& Bald.per illum text. *in l. ſi cui. §.ſi à
filio.ff. de legat.1.* Alex.*conſ.1.nu.8.& 9.verſ.& licet
in præſenti cap.lib.4.* Dec.*conſ.593. num 3.& 4.* vbi
pluribus comprobat, Curt.Iun.*conſ.128. nu.12. &
13.part.1.*Iaſ.*in l.ſi duo patroni. § ſi quis iurauerit n.
12.ff.de iur.iur.* Marian.Soc.*conſ.85.num.1.18.& 19.
lib.3.*

17 Quod tunc potiſſimum locum habet, quan-
do relatio ad omnia præcedentia congruè fieri
non poteſt, quia diuerſa eſt natura,& cōditio,
nam tunc ad illa non intelligitur facta relatio,
*Clem.1.§.adhuc de præben.*Bald.*conſ.352.lib.4.* Alex.
conſ.65.lib.2. Aretin.*conſ.16.* Aym.*conſ.612.* incon-
gruè autem fieret relatio ſi prohibitio teſtato-
ris æqualiter reſpiceret bona hæredū, quorum
dominij tranſlationem per prohibitionem a-
lienationis impedire non potuit, vt dictum eſt,

18 Præterea quoties à præcedentibus eſt ali-
qua ſpecialis ratio, quæ deficit in ſequentibus,
nūquam intelligitur facta repetitio in ſequen-
tibus, licèt dictiones repetitiuè adiectæ forent,
*l.legatum ſub conditione,& l.vltim.ff.de condict.&
demonſtr.* Alex.*conſ.158.nu.11.verſ.6. quoties in præ-
ceden.lib.6.* relicto & ſequitur Decian. *conſ.17. nu.
37.& 38.lib.1.*

In caſu autem propoſito, quæ hactenus di-
cta ſunt ſatis iudicant diuerſam eſſe rationem,
& naturam bonorum etiam hęredum, ideoque
aut nullam, aut reuocandam fore prædictam
vineæ alienationem.

Quia reſponderetur prò hęrede potius fauore
videri alienari prohibita, vt perpetuo in familia
Serræ conſeruarentur, ſicut teſtator in teſta-
mento expreſſit,

19 Rurſus enim in euentum contrauentionis in
ſpecie de remedio proſpexerit reſpectu bono-
rum hæredum, non poteſt videri inductum fi-
deicommiſſum, ſed ſolum pœna adiecta habē-
bit locum, quod in fortioribus terminis voluit
Bald.*in d.l.1.nu.48.C.de his quæ pœn.nom.*

Poſtremò licèt teſtator hæredum quoque
bona fideicommiſſo ſubiecta eſſe voluerit: ad-
huc tamen alienatio valet, cùm, vt dictum eſt
non potuerit impedire dominij tranſlatio-
nem.

20 Poſtremò non obſtat prædictis, quod cùm
hęres, qui alienauit non ſit ſoluendo, ideo poſ-
ſint ſorores ſubſtitutæ in ſolidum agere contra
Joannem Cauartum Vineæ emptorem, quaſi
tunc impediatur dominij tranſlatio, *l.ſi quis ita
legatus la quarta,§.quod conſtitutum, ff.de manum.
teſtam.*

Quia fuit dictum, quod licèt inopia debito-
tis reddat actionem inutilem *l.nam lu.ff.de dolo,*
non tamen operatur, quod actio perſonalis poſ-
21 ſit competere contra ſingularem rei ſucceſſo-
rem, cùm actio perſonalis non rem, ſed perſo-
nam tantum ſequatur, *l.vlt.§.1.de contrah.em.pt.
l.1.§.ſi hæres præcepto fundo,ff.ad Trebell.* cum ſimi-
libus tradit poſt Tiraq. *in l. vnquam in verſ.re-
uerterantur nu.327.C.de reuocan.donat.*

22 Nec actio perſonalis etiam in ſubſidium cō-
petit contra poſſidentem non obligatum, niſi
in caſibus à iure expreſſis propter fauorem ſpe-
cialem: perſonalis actio perſonam obligati non
egreditur, *l.actionum.ff.de act.& obligat.* optimè
Rip.*in d.l.1.§.ſi hæres,nu.13.in 4.fallen. & nu.17. in
8.fallen.ff.ad Trebell.* Marian.Socin.*conſ.137. num.5.
lib.1.*Roland.*conſ.71.nu.16.lib.2.*Grat.*conſ.21.nu.35.
verſ.2.dicas lit.2* non fauent ſororibus de Alexiis,
23 quia loquuntur in diuerſis terminis, quando
ſcilicet res propriæ ipſius teſtatoris ſunt prohi-
bitæ alienari,& alienatio fuit facta ab ignoran-
te, *iuxta l final.ff.de legat.2.* quo caſu impeditur
dominij tranſlatio, at ſecus eſt in caſu noſtro.

Agent ergo mulieres aduerſariæ non contra
Cauartum, quem non habent obligatum, nec
cōtra Vineam alienatam, cuius dominij tranſ-
latio impediri non potuit, ſed contra prohibi-
24 tum alienare, qui tenetur ad pœnam à teſta-
tore appoſitam, vel ad æſtimationem rei alie-
natæ, Rip *in d.§.dixi,nu.54.verſ.a.concluſ.* vbi Iaſ.
*in 1.lectur.nu.45.verſ tamen valet prohibitio, & 2.
lectur.nu.88.verſ.tamen talis prohibitio valet.*

R. P. D. PENIA.

Romana fideicommiſſi Viuræ de Alexiis,
Mercurij 4.Iulij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator poteſt prohibere alienationem bonorum hæredum ipſius.*
2 *Declara ſi contra talem prohibitionem alienauerit hæres non impeditur dominij tranſlatio licèt alienare prohibitus ad pœnam, & æſtimationem teneatur, & nu.2.*
3 *Regula eſt ſtandum, donec de exceptione doceatur.*
4 *Actio perſonalis non ſequitur ſingularem poſſeſſorem fundi.*
5 *Fallit dicta concluſio in ſubſidium ſecundum Aug. Limita, niſi hæres, qui alienauit non eſſet ſoluendo*

sit fundata in opin. Ripę, & aliorum Doctorum supracitatorum, facilè tollitur ex prędictis, quia vel opin. Rip. si simpliciter, & indistinctè accipiatur non subsistit, vel vt subsistat, intelligenda est ioxta doctrinam aliorum qui interdum in casibus incertis, & expressis contrà tertium possessorem posse agi dicunt, id quod est verum, sed non ostenditur casum de quo agitur esse de illis.

8 His accedit, quod sententia lata contra regulam iuris dicitur continere errorem iuris expressum, & esse nullam nisi in ea aliquid exprimatur, vnde appareat lata in casu alicuius fallentiæ, Dec. *cons. 8. nu. 2.* Felin. *in cap. 2. nu. 7. & 8. & seq. de sent. & re iud.*

9 Quod procedit tametsi In aliquibus casibus posset à regula recedi, nisi causa exprimeretur cur foret recessum. Ruin. *consil. 41. nu. 16. lib. 1.* Alex. *in l. re iudicata, §. si in iudicio, nu. 5. vers. si ad dictos casus. ff. solut. matrim.* Crut. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 34. ff. de verb. oblig.* in casu verò nostro, neque expressum, ac neq; discussum plenè fuit coram Aud. Cam. alienantem vel non esse soluendo, vel non posse aliter satisfieri istis sororibus fideicommissariis, vnde non potest eius sententia à notoria iniustitia vendicari.

10 Decisio Rotæ in illa Volaterrana prædij 3. Decembris 1588. non applicatur, quia licèt hæres adeundo hæreditatem teneatur seruare voluntatem testatoris, non tamen inde necessario infertur, vt singularis successor, quod titulo oneroso rem possidet in subsidium possit conueniri, & iam in eum dominium non sit translatum, remed. *l. final. C. de edict. diu. Adr. toll.* pro rebus hæredum non potuit intentari, quia testator eas mortis tempore non possedit, vt verba eius legis indicant.

11 Neque aliud remedium possessorium competit ex his, quæ per informantes pro istis mulieribus connumerantur, nam licèt condictio triticaria competat etiam ad possessorem, *l. 2. vbi gloss. ff. de cond. tritic.* & similiter condictio inde-

12 biti ad possessionem quam quis indebitè in alium transtulit, *l. indebiti, §. 1. ff. de cond. indeb.* nunquam tamen reperitur expressum istas actiones competere contra singularem successorem non obligatum.

13 De hypothecaria manifestè est ratio, cùm illa non pro rebus hæredis, sed testatoris detur, *l. 1. C. commu. de leg. §. non autem Inst. de leg.* cessat propterea in rebus hæredis Saluianum Interdictum, quod hypotheca præsupponitur.

14 In summa cùm res propriè hęredis sub pœna priuationis hæreditatis testatoris sint prohibita alienari, alienatione subsequuta ad pœnam cōmissam, est actio parata non ad reuocandam rem sic alienatam, secundum Bal. communiter receptum *in l. 1. nu. 48. C. de bo. quæ pœn. nom.* cum aliis allegatis, *in 1. decis. super ista causa 20. Octobris 1589.*

15 Quod si hæres qui non sit soluendo pœnam soluere non potest, non poterit agi contra possidentem rem hæredum, sed tātum contra eum qui possidet rem testatoris quibus hæres in pœnam intelligitur priuatus.

Ex quibus denique fuit conclusum non Ioanni Cauarto vineæ restitutionem denegari, &c.

R. P. D. IVSTO.

Interamnen. dotis, Lunæ 4. Februarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non tenetur soluere pretium rei emptæ, quando ei fuit promissum per venditorem rem esse liberam, & non subiectam fideicommisso, si super empta inferantur molestia.*

2 *Amplia procedere, etiam si molestia cessarent, quia adhuc remanet fideicommissum.*

3 *Venditor qui promisit rem non esse subiectam fideicommisso, non liberatur faciendo consentire illos, qui de præsenti ius habent, cùm possint nasci alij, qui nollent consentire.*

4 *Promissio solutionis pretij facta per emptorem semper præsumitur correspectiua ad promissionem venditoris, quod bona sint libera. Vnde semper est cum sua causa, quatenus bona libera tradantur.*

5 *Amplia, vt talis emptor non teneatur sustinere litem contra fideicommissarios, sed ille, qui petit pretium, debet reddere emptorem securum, faciendo separare per sententiam bona libera à fideicommisso.*

6 *Existentia bonorum liberorum cui, & quando incumbat onus probandi, vide remissiuè.*

7 *Molestias cessare non sufficit, quando remanet fideicommissum.*

DECISIO CLXXX.

1 NOn dubium est, quod promissio solutionis pretij fuit correspectiua ad venditorem, in qua venditor promisit bona vendita esse libera ab omni obligatione, & non subiecta fideicommisso, vt bene deducunt informantes pro Domino Ioanne Baptista.

2 Vnde cùm non adimpleatur ex parte venditoris, quia constat de fideicōmisso, vt dictum est in hac causa coram R. P. D. meo Decano, & vlterius constet de molestiis illatis, emptor non tenetur ad solutionem precij, Caputaq. *decis. 213. lib. in manuscript. & decis. 127. part. 3.* Put. *decisio. 357. libro tertio,* Angel. *consilio 94. numero 8. cum aliys allegatis.*

3 Quinimmo venditor non solum non adimpleuit, sed nec etiam adimplere potest, quia non sufficit consensus illorum, qui vocantur ad fideicommissum, quoniam possunt alij nasci, qui iterum non consentiunt, & eorum iura, qui vocantur ad fideicommissum, remanent illæsa, & bona non sunt libera, vt tenuit Rota coram bonæ mem. Peregr. in vna Romana domus de Alicornis 2. Martij 1597. & coram Illustrissimo Millino in Spoletana terrarum 21. Martij 1599. & 15. Decembris eiusdem anni.

Non obstat, quod fuerit facta promissio de soluendo Puellis in causa dotis Notario stipulante pro Puellis, quæ non tenentur implere, immo nec ex dispositione iuris *in Auth. res quæ, C. commun. de legat.*

4 Nam Domini dicebant, quod prædicta promissio quicunque effectua ex ea oritur habet correspondentiam, & correspectiuitatem cum promissione venditoris, quod bona sint libera, & nō subiecta fideicommisso. Vnde semper est cū sua causa quatenus bona libera traderentur,

2 *Retentio, quando conceditur alicui, æstimatio est facienda secundum tempus restitutionis.*
3 *Hæres ex eo tempore, quo soluit debita hæreditaria censetur accepisse in solutum tot bona hæreditaria, quot important pecunia per ipsum soluta.*
4 *Hæres præsumitur sibi satisfecisse ex pecuniis, & mobilibus hæreditariis.*
5 *Fideicommissario dicenti in hæreditate fuisse alia bona mobilia, incumbit onus probandi.*
6 *Hæres creditor hæreditarius, potest eligere bona quæ velit pro eius satisfactione in præiudicium fideicommissarij.*

DECISIO CLXXXII.

IN hac causa iam fuit resolutum sub die 12. Februarij proximè præteriti francationem terrarum de quibus agitur fuisse factam non de pecuniis hæreditariis, sed propriis Thomæ, & Gregorij pupillorum auctorũ Lauræ quæ hodie est in causa. Vnde dubitaui, an Lauræ competat retentio super bonis Gallisani, & Mortellæ pro pecuniis sibi debitis, & Domini responderunt ei competere retentionẽ, quemadmodum
1 competebat eius auctoribus, nam in restitutione fideicommissi hæres grauatus potest deducere, & retinere tot bona hæreditaria, quot sufficiunt pro suo credito pecuniarum, quas erogauit in extinctionem æris alieni hæreditarij, Menoch. *cons. 183. nu. 50. & seq.* Surd. *decis. 92. nu. 6. in fine,* vbi dicit esse veriorem, & communiorem, Iacob. de Aren. Bart. Albet. Imol. Alex. & alij *in l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* in tali
2 autem restitutione æstimatio facienda est secundum tempus factæ solutionis fideicommissi, Illustrissimus Cardinalis Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. nu. 15. cum duob. seqq. ver. & si hæres soluit.* Menoch. *d. cons. 183. nu. 35. & seqq.* Surd. *cons. 291. nu. 12. circa fin. & d. decis. 92. nu. 4.* fuit dictum in vna Romana de Incoronatis 28. Iunij 1577. coram fel. record. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditore.
3 Quam retentionem Domini tanto magis competere putabant, quia eo ipso, quod DD. Thomas, & Georgius mediante ipsorum Matre affrancauerunt huiusmodi bona, censentur ex tunc sibi accepisse in solutum in bonis hæreditariis tantundem quantum importabant pecuniæ solutæ in affrancatione, Menoch. *d. num. 35.* Surd. *d. decis. 92. iunct. alijs DD. alleg.*

Nec visum fuit obstare, quod replicabat Laurentius non competere retentionem Lauræ super bonis de quibus agitur, quia in omnem euentum præsumendum est hæredem sibi satis-
4 fecisse prius de pecunijs, seu mobilibus, iux. dispositionem *l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.* vt etiam sensit Rota in dicta Romana de Incoronatis.
5 Quia respondebatur non constare, quod in hæreditate prædicta non fuerint alia bona, super quibus heredes sibi satisfacere potuerint, & nihilominus fideicommissario dicenti in hæreditate fuisse alia bona mobilia & pecunias, incumbit onus probãdi, *l. ei qui. ff. de proba.* in puncto Alex. *cons. 82. nu. 13. lib. 1.* Avin. *cons. 316. n. 5. in 9. dub. tenetur tamen fideicommissarius.*

Et licèt pro parte Laurentij multa deducerentur ad probandum in hac hæreditate adfuisse pecunias, super quibus poterant hæredes, qui hæc bona francauerunt sibi satisfacere, nihilominus videbatur valde dubia, & obscura.

Et primò Instrumentum diuisionis societatis artis sericæ factum de anno 1524. 12. Iulij, ex cuius lectura Laurentius prætendit constare, quod in hæreditate aderant scuta 11. millium assignata Georgio, & Thomæ, non videbatur obstare, quia eius verba sunt valde obscura quo ad summam librarum 5000. quæ de debitis, & non de creditis societatis loquuntur: præterea nõ constat dicta credita fuisse exacta, vel exigibilia.

Minus videbatur posse fieri vis in transactione facta de anno 1522. in qua asserebatur in hæreditate adfuisse credita exigenda Lugduni vsque ad summam librarum 8. millium, quia in alia transactione secundo loco facta de anno 1524. fuit dictum eandẽ hæreditatem fuisse grauatam debitis eiusdem quantitatis librarum 8. millium, vnde non potuit redemptio fieri ex tali credito.

Opponebatur etiam de alienationibus quorundam bonorum, quæ non visæ fuerunt releuantes, cùm essent factæ pro dotibus Lucretiæ filiæ Bartholomei, & alterius filiæ Nicolai, & pro dote materna.

Ex quibus ea quæ adducebantur pro parte Laurentij videbantur remanere valde turbida, & propterea Domini non putabant posse ex eis induci præsumptionem aliquam quod dictis pupillis fuerit satisfactum, vel satisfieri potuerit de pecunia, quam in dicta francatione expo-
6 suerunt, iux. text. *in d. l. à diuo Pio. §. in venditione.* & ideo cùm non adessent alia bona, ex quibus sine diminutione fideicommissi potuerint sibi satisfacere, potuerunt pro sua satisfactione eligere bona de quibus agitur, Bald. in *l. vltim. § in computatione nu. 4. de iur. delib.* Roland. *de inuent. 4. par. §. decima vtilitas num. 7.*

Et consequenter resolutum fuit D. Lauræ vti ei, quæ in locum prædictorum Thomæ, & Georgij successit super huiusmodi bonis competere retentionem.

R. P. D. CAVALERIO.

Bononien. de Bonsignoribus, Veneris 3. Aprilis 1609.

SVMMARIVM.

1 *Bona quæcunque ex pacto defuncti redempta veniunt sub fideicommisso, & sunt restituenda.*
2 *Amplia quod post factam recuperationem dicantur esse penes hæredem ex causa prima.*
3 *Amplia procedere etiam si redemptio sit facta post modicum tempus elapsum à die constituta, dummodo ex tali pacto facta sit.*
4 *Amplia procedere, etiam si redemptio facta sit cum pecunia hæredis, dummodo redempta sit vigore pacti, licèt hæredi competat actio ad pretium, & num. 9.*
5 *Mora censetur remissa per creditorem, qui solutionem recipit post lapsum tempus.*
6 *Actus subsequens declarat quo iure aliquid fuerit factum.*
7 *Hæres præsumitur redemisse rem cum pecunia hæreditaria, quando in hæreditate aderant pecuniæ.*
8 *Pecunia cum qua fuit ab hærede aliquid redemptum ex pacto inito cum defuncto, præsumitur hære-*

ditatis, quando in hæreditate aderant pecuniæ.
9 *Pecuniæ exigendæ ex nominibus debitorum hæreditatis dicuntur hæreditariæ.*

DECISIO CLXXXIII.

Nicolaus de Bonsignoribus testator fecit fideicommissum, & postea vendidit quædam bona sita in locis Butij, & Gallisani cuidam Ioanni Antonio, qui eadem die eadem bona locauit vēditori ad nouennium, cum pacto, vt eo durante posset conductor eam affrancare pro eodem pretio, ita tamen, vt fieri deberet denunciatio per tres menses ante affrancationem, mortuus est Nicolaus in dicto tempore nouennij, & eo elapso per mensem Domina Thadea vti mater, & Tutrix Thomæ, & Georgij filiorum Nicolai redemit dicta bona vigore prædicti pacti de affrancando: hodie cùm Dominus Laurentius de Bonsignoribus prætendat esse purificatum fideicommissum, & factum locum restitutioni ad sui fauorem, dubitaui an bona Butij, & Gallisani comprehendantur sub fideicommisso, & Rota affirmatiuè respondit, non enim dubitabatur de fideicommisso, nec contradicebatur identitati bonorum, difficultas erat in eo, quod hæc bona non videbantur posse dici comprehēsa sub fideicommisso Nicolai, cùm ipse non haberet eorum dominium, nec possessionem, tempore quo defunctus est, cùm in vita sua ea alienasset.

Verùm hoc visum fuit non obstare, quia cùm testator in locatione apposuisset pactum francandi intra nouennium, & eo pendente decessisset, sicque pactum remansisset in eius hæreditate, & vigore eiusdem pacti secuta fuit affrancatio, sequebatur conclusio, quod bona quæ-
1 cunq; ex pacto defuncti redempta veniunt sub fideicommisso, & sunt restituenda, Decian. *cons.* 18. *nu.* 17. *&* 18. *lib.* 2. Grat. *cons.* 160. *num.* 52. *lib.* 2. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 254. C. *de pact. inter empt. & vend.* Illustrissimus Cardinalis Mantica, *de coniectur. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 23. Tiraquell. *de retract. conuent. ad fin. tit. num.* 87. *& de retract. lignag.* §. 19. *glos.* 2. *num.* 4. *& seq.* Dec. *cons.* 238. *nu.* 41. post fa-
2 ctam enim recuperationem dicuntur esse penes hæredem ex causa prima, Bart. *in l. in diem. ff. de aqua pluu. arcen.*

Nec visum fuit Dominis obstare, quod tempore factæ affrancationis iam esset elapsum nouennium conuentum, quia multifariam respondebatur.

3 Et primo, quod lapsus erat vnius mensis, & sic non attendendus in tam modico tempore.

Secundo, quia retrouenditio fuit facta vigore pacti, quod in instrumento francationis renunciat, nec hæredes aliunde quàm de pacto hoc ius francandi habebant.

4 Tertio, emptor recipiendo pretium censetur acquieuisse retrouenditioni, & remisisse moram, hæredesque ad purgationem admisisse, ad tex. in *l. de lege.* §. *vlt. ff. de leg. commiss.* per quem textum ita dixit Aym. *cons.* 106. *nu.* 2. *& nu.* 3. Dec. *cons.* 155. *num.* 5. *lib.* 5.

5 Accedit præmissis, quod ex forma instrumenti antequam deueniretur ad actum francationis præcedere debebat denunciatio per tres menses ante, & sic sufficit fuisse denūciationem ante lapsum nouennij, & præsumendum est
6 fuisse factam cùm actus subsequens id declarat *l. qu. d quadam mulier. ff. de rei vendicat.* Aym. *cons.* 284. *nu.* 6. nam aliàs emptor non tenebatur retrouendere, ex quibus satis apparebat fontem, & originem huius francationis prouenire ex pacto prædicto.

Considerabant etiam Domini francationem fuisse factam ex pecuniis hæreditariis, nempe hæreditariis debitoris.

7 Vnde non intrat præsumptio, quod redemptio præsumatur facta de propriis pecuniis hæredis, ita vt hæres remaneat creditor pretij, quia quando in hæreditate reperitur pecunia, cessat talis præsumptio, Roman. *cons.* 276. *num.* 7.
8 pecuniæ autem exigendæ ex nominibus debitorum hæreditatis dicuntur hæreditariæ, Roman. *cons.* 97. *nu.* 10. *lib.* 5.

Sed in omnem euentum, etiam quod hæc bona essent redempta de pecuniis propriis hæredum, cùm sint redempta vigore pacti compre-
9 hensi in fideicommisso, vt dictum est, non propterea sequeretur, quod essent libera, & non comprehenderentur sub tali fideicommisso, etiam ipsa: sed hæredibus competeret actio ad pretium, Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. nu.* 88. Dec. Cagn. Illustriss. Mantica, & alij præalleg.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana fideicommissi de Matthitia, Lunæ 29. Nouembris 1610.

SVMMARIVM.

1 *Filij positi in conditione ex Statuto Vrbis lib. 2. cap. 142. censentur vocati.*
2 *Filiatio probatur ex annotatione facta in libro patris.*
3 *Amplia, quod probatur etiam ex fide libri Baptismi iuncto aliquo adminiculo.*
4 *Identitas personæ probatur ex solo nomine, nisi probetur alium extitisse eo tempore eiusdem nominis.*
5 *Subrogatum capit naturam eius in cuius locum est facta subrogatio.*
6 *Identitas probatur per duo confinia.*
7 *Amplia maximè procedere concurrente denominatione loci, & similibus coniecturis.*
8 *Clausula constituti transfert ciuilē, & naturalem possessionem.*

DECISIO CLXXXIV.

De anno 1561. q. Iacobus Matthita Senior in suo vltimo testamento legauitq. Vincentio Matthitæ patri Iacobi Iunioris scuta 2000. & alias pecunias, in quibus ipsum hæredē particularem instituit, hæredem verò vniuersalem reliquit Ludouicum, & casu, quo Vincentius decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, tunc, & eo casu voluit succedere eundem Ludouicum, & eius filios, & Ludouico moriente sine filiis legitimis, & naturalibus, voluit succedere Vincentium, mortuo testatore Saluator tutor testamentarius Vincentii emit censum à communitate Matelicę pretio scutorum 700. cum expressa declaratione, quod illum emebat de pecuniis hæreditariis Iacobi, & propterea illum supposuit fideicōmisso prędicto, & insuper expresse conuenit in eodem instrumento, vt in

euentum

euẽtum extinctionis census pecuniæ reinuestiri
deberent pro dicti testamenti adimplemento.

De Anno 1569. 15 Octobris Vincentius emit
ab Octauio Ronciono Vineam extra portam
Sancti Pauli pretio scutorum 735. & cùm Com-
munitas redemisset censum prædictum, & pe-
cunias restituisset, idem Vincentius medio iu-
ramento declarauit eas exposuisse in vinea præ-
dicta prout in instrumento celebrato sub dicta
die 13. eiusdem mensis, & eadem die soluit Octa-
uio venditori scuta 350. ad computum pretij ex
pecunijs habitis de pretio dicti census subiecti
fideicommisso Iacobi cuius loco eandem vi-
neam subrogauit, & supposuit tanquam em-
ptam ex pretio census.

Mortuo Vincentio Iacobus iunior eius filius
vti positus in cõditione, & sic ad fideicommis-
sum vocatus ex dispositione Statuti Vrbis *lib.1.*
1 *cap.142* egit coram Aud. Cam. remedio *l.vlt.C.*
de edict.diu. Adr.toll. contra Angelam vti deten-
tricem, & tertiam, quæ dictam vineam posside-
bat tanquam fideicommisso suppositam, & ob-
tinuit sententiam fauorabilem, per quam fuit
declaratum, ipsum esse immittendum in pos-
sessionem vineæ, fuit appellatum, & causa in
Rota commissa, cum solita clausula *constito*,
quod sit locus Aegidianæ.

Dubitaui, An ei esset locus, & Domini volue-
runt videre de bono iure, proposito igitur du-
bio, An constet de bono iure Iacobi: Domini re-
spondebant affirmatiuè, constare enim dicebãt
de fideicommisso in testamento Iacobi Senio-
ris ad eius fauorem purificato tãquam in con-
dictione positi, & vocati, quod autem Iacobus
2 sit filius Vincentij videbatur satis probatum ex
libro Vincentij, in quo annotatum reperitur
ipsum fuisse natum die 18. Augusti 1575. & fuis-
se Baptizatum in Ecclesia Sancti Laurentij in
Damaso, qui liber ad hunc effectum filiationis
facit fidem. Bald *in l.neque naturales num.6.vers.*
vel aliquando ipsem.et pater, C.de probat. Salic. *in l.*
etiam in prim.ff.eod. Paris. *cons.10.nu.58.vol.2.* fuit
dictum in Valentina Illegitimitatis 12. præsen-
tis mensis coram me.

3 Accedebat præterea adminiculum ex fide
Parochi Sancti Laurentii de Baptismo de dicto
mense, & anno, vbi nominatur filius Vincentii,
& talis fides libri Baptismi addito aliquo admi-
niculo satis probat filiationem, vt fuit dictum
in vna Aretina Cappellaniæ 10. Maii 1591. co-
ram Reuerendissimo Perusino, in Regien. Prio-
ratus 29. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Car-
dinali Millino.

Nec visa fuit obstare diuersitas patriæ Vin-
centii considerata per informantes pro Angela,
dum in testamento fuit vocatus Vincentius
Anconitanus, & in libro Baptismi enunciatur
filius Vincentii Marmitæ Romani, quia place-
bat responsio, quod licet Vincentius esset An-
conitanus, potuit ex longo incolatu cepisse ap-
4 pellari Romanus, & idẽtitas personæ probatur
ex solo nomine, nisi probetur alium extitisse eo
tempore eiusdem nominis. Bald. *cons.70. per to-*
tum lib.4. Ias. *in l.2.nu.9. C.de bon.possid.secundum*
tabulas. Dec. *in l.hac consultissima num.18.C.qui te-*
stam.facere poss. Aym. *cons.269.num.4.vers.& istud*
est, quod voluit Cephal. *cons.90.nu.18.* quibus ad-
iungebatur indicia, & coniecturæ vrgẽtissimæ
desumptæ ex instrumento emptionis census à
Communitate Mathelicæ ex eius extinctione,
& subrogatione vineæ loco census, & ex alijs
actibus proportionatis, & consequentibus ad
dictum fideicommissum.

Quod autem vinea sit supposita fideicom-
misso Domini satis putauerunt probatum esse
ex instrumento emptionis, cum declaratione,
quod pretium soluebatur ex pecunijs redactis
ex retrouenditione census, alias empti à Com-
5 munitate per tutorem, & fideicommisso suppo-
siti, in cuius locũ vinea subrogabatur, & eidem
fideicommisso subiiciebatur, *l. Imperator, §.vlt.*
cum l.seq.ff.de legat.2. Ias. *cons.231.nu.2.lib.2.* Ceph.
cons.185.nu.37.vers.verum est. Tiraquell. *de retract.*
lignag.§.32.glos.1.nu.27.in fin. Menoch. *cons.70.nu.*
4.& 8.

Possessio verò Octauii venditoris de tempore
vẽditionis satis videbatur probata ex testibus,
quorum depositiones bene concludebant iden-
titatem vineæ concordando de confinibus vi-
delicet bona Francisci Cintii, bona Portiæ Cin-
thiæ, & flumen Tiberis vltra demonstrationem
generalem extra portam Sancti Pauli, nam iden-
6 titas probatur per duo confinia, *l.firma, ff.de cen-*
sib. vbi glos. *in verbo vicinos.* Alex. *cons.38.nu.2.vol.*
7 *5.* maximè concurrente denominatione loci, &
similibus coniecturis, Decian. *respons.17.num.17.*
& seq.vol.3. Menoch. *de præsumpt.lib.6. præsumpt.*
15 nu.15.vers.& primo.

Tandem dum opponebatur non constare
Vincentium nunquam possedisse vineam, pla-
cebat responsio, satis esse, quod constaret de
possessione Octauii venditoris, quia per clau-
8 sulam *constituti* appositam in instrumento ven-
ditionis, fuit translata in Vincentium omnis
possessio tam naturalis, quàm ciuilis, *l.quod meo,*
vbi Bart. *num.3.ff.de acquirend.possess.* Aym. *cons.*
107.sub num.1. & tanto magis, quia dictus Octa-
uius venditor in eodem instrumento venditio-
nis consensit vineam per Vincentium empto-
rem subrogari in locum census, & fideicommis-
so supponi.

R. P. D. IVSTO.

Auximana Legati, Lunæ 19.
Februarij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis non debentur, quando prohibitum est à testatore, & interim aliquid mulieri legauit.*

2 *Fructus petuntur post tempus præfixum à testatore, & interim aliquid erat legatum in pecunia.*

DECISIO CLXXXV.

Gilius Gallus testator reliquit Iuliæ vxori,
quod dum de domo testatoris non extra-
xerit dotes suas debeatur sibi cum effectu ex o-
mnibus introitibus suis tertia pars fructuum,
& si de tertia parte fructuum non fuisset con-
tenta, ordinauit, quod sibi soluerẽtur scuta duo
millia, quæ soluerentur spatio quatuor anno-
rum, & interim deberet habere tertiam partem
fructuum, vel ratam non solutorum. Iulia recu-
sauit legatum tertiæ partis fructuum, & voluit
sibi solui in pecunia numerata, percepit fructus

vltra quatuor annos, & pro illis in quibus non percepit fructus ante solutionem legati, postea sibi soluti petit sibi de fructibus satisfieri.

Sed dubitatum fuit, An debeantur, & fuit cõclusum quatuor annos non deberi, quia nõ sumus in casu, in quo testator prohibuit vxori re-
1 petere dotes suas, & interim aliquid legatũ, de qua quæstione aliàs latè disputatũ fuit in Rota in causa romana Legati coram Illustrissimo Blanchetto, & est decis. Put. 1. *de vsur.* in casu, in quo fructus petuntur post tempus præstitutũ à
2 testatore, infra quod soluẽdum erat legatum in pecunia, & non debentur, nisi probatis concludenter requisitis, vt fuit sæpe dictum in rota, & vltimo coram R.P.D. meo Millino in Tiburtina compromissi 26. Martij 1600.

R.P.D. VBALDO.

Romana Supplementi Legitimæ, Veneris 19. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur tanquam portio successionis paternæ, ad quam filios admittit natura, & parentum commune votum.*

2 *Fructus legitimæ debentur à die mortis patris, non autem à die mota litis.*

3 *Amplia procedere etiam si bona fide essent ab hærede consumpti.*

4 *Causa filiorum potior est quã ulla locus pius.*

5 *Filio pauperi potius subueniendum est, quàm Ecclesiam locupletari.*

DECISIO CLXXXVI.

QVamuis fuisset resolutum in Rota coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno die 28. Iunij 1613. sententiam ad fauorem Dominæ Septimiæ latam esse confirmandam, in qua mandabatur suppleri eius legitimam, vnà cum fructibus à die mortis patris, tamen quia in decisione nihil fuerat expresse dictum de fructibus, ideo commissa mihi causa dubitaui à quo tempore fructus deberentur, An à die mortis, An verò tantum à die contestatæ litis, & Rota censuit, Septimia tantum informante, deberi à die mortis testatoris, cùm enim legitima debetur tãquã portio successionis paternæ ad quã filios admittit naturæ, & pare-
1 tum commune votum, vt dicit text. *in l. scripto in fine. ff. vnde lib.* & ad idem facit tex. *in l. nihil interest. ff. de con. lib. & in l. nam & si parentibus in prin. ff. de inoffi. testamento l. tum ratio in princ. ff. de bon. damnat. & in l. do emancipatu circa med. C. de leg. hered.* & sentiunt Doct. communiter *in l. in quartam.* ibi *Dec. num. 172. ff. ad l. falcid.* cum aliis per Crass. *in §. legitima quæst.* 2. debeatur filiis à die mortis patris, vt est tex. *l. 1. §. si impubere. ff. de collat. bonorum*, & ibi Bart. Crass. *vbi supra quæst. 12. numer. 1.* Becc. *consi. 34. num. 17. & seqq.* Pereg. *de fideicomm. art. 36. num. 14.* consequens est, vt etiam fructus legitimæ à die mortis debeantur, *l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffi. testamen. Authen. nouissima*, & ibi not. DD. *C. eodem tit. §. prohibemus Authen. de trien. & semiss.* gloss. communiter recepta, *vt in l. fideicommissariam. ff. ad Trebell.* Alexand. *consi. 117. num. 2. lib. 6.* vbi expresse dicit
2 non venire à die motę litis, vel contestatæ, sed à die mortis, & de communi attestatur idem Alexan. *consi. 69. num. 3. lib. 1.* Corn. *consi. 165. num. 12. lib. 3.* & alij plures relati per Tiraquell. *in l. si vnquam in verb. reuertatur. num. 270.* & ibi Ripa *n. 203. C. de reuocan. donat.* Galiaul. *in l. Centurio nu. 532. ff. de vulg.* Beniteuden. *decis. 37. nu. 9.* Sued. *decis. 25. num. 26. & consi. 128. num. 4. libr. 1.* Gabr. *consi. 45. nu. 5. & 6. lib. 2.* Menoch. *consi. 77. num. 13.* Decian. *consi. 79. numer. 16. & seqq.* vbi latè *lib. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 36. num. 69.* quorum Doctorum nonnulli loquuntur etiam de fructibus supplementi legitimæ. & Corn. *d. consi. 165. nu. 12. li. 3.* Galiaul. *in d. l. centurio num. 532.* Ripa *in d. l. si vnquam num. 103.* & Menoch. *d. consi. 77 num. 13.* & tenuit Rota in Romana fructuum legitimæ 3. Decembris 1599. coram Seraphino, quæ est *decis. 1331. numer.*
3 *14. part. 2.* prout etiam receptissimum est huiusmodi fructus deberi etiam si ab hærede fuerint bona fide consumpti, Bald *in l. num est ambiguum. C. famil. ercis. un.* Alexand. *d. consi. 69. sub nu. 3. lib. 1. & consi. 7. numer. 8 lib. 2.* Ruin. *consi. 16. numer. 22. libr. 3.* Cephal. *consil. 109. numer. 29.* qui loquitur de fructibus supplementi, & testatur de communi Peregr. *d. art. 36. num. 69.* Tiraquell. *in d. l. si vnquam in verb. reuertatur n. 270.*

Ex quibus nec obstare visum fuit, quod Societas Sanctissimæ Annuntiatæ istos fructus bona fide consumpserit in maritandis puellis, quod est opus pium, quia cùm agatur de legitima, quæ filiis iure naturæ debetur ex supradictis,
4 potior est causa filiorum, quàm loci pij, *Authen. si qua mulier. C. de sacr. sanct. Eccles.* & D. Augustinus, filiis potius, quàm Ecclesiæ deberi putauit paternam successionem *in cap. fin. 17. quæst. 4.* & fuit latè dictum in hac causa 28. Iunij 1613. coram Reuerendissimo Damasceno, & addebant Domini, quod legitur in Epistolis diui Gregorij registratorum *lib. 7. in dictione 2. & epistola 33.* vbi domum ab Ammonia quadam Ecclesiæ donatam iussit Sanctus Gregorius restitui Calixeno filio, & hæredi Ammoniæ, quia cùm fi-
5 lius magna paupertatis necessitate vrgeretur, conuenientius credidit Sanctissimus ille Pontifex, orphano, & pauperi subuenire, quàm Ecclesiam locupletari, vltra quod motiuum cessabat ex facto, cùm societas ex dispositione testatoris teneretur reinuestire omnes fructus bonorum donatorum, & ex fructibus fructuum voluit maritari puellas, ideo concludebant Domini, quod aut societas inuestiuit, & fructus dicũtur extare, & propterea debentur, aut non inuestiuit, & sic fuerunt mala fide consumpti, & non bona, & ita fuit decisum.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Census, Mercurij 18. Octobris 1602.

SVMMARIVM.

1 *Census non perimitur per peremptionem rei in parte, si remanet alia pars, quæ sit capax totius census, & nu. 7.*

2 *Census impositio non operatur venditionem rei, neque translationem dominij illius in emptorem, sed per eam venditur solum ius exigendi certam facultatem fructuum ex illa re.*

3 *Declara, quod per impositionem census constituitur ius quoddam distinctum, & separatum à domino*

à dominio ipsius rei.

Declara, quod hoc ius exigendi constituitur simpliciter super ipsa re, non super aliqua certa parte ipsius rei.

4 *Census impositio, est quadam species seruitutis super re.*

5 *Seruitus semper remanet super qualibet parte capaci, quando res in parte perijt.*

6 *Emphytheuta, quando non soluit quid modicum pro recognitione directi dominij, sed pensio correspondet fructibus, si res non est in totum perempta, & remanet tanta pars, quæ sit sufficiens, pensio debet integrè solui.*

7 *Pensio, quam soluit emphytheuta pro recognitione directi dominij, si correspondet fructibus, si res non est in totum perempta, & remanet tanta pars, quæ sit sufficiens debet integrè solui.*

8 *Census perit in totum, vel in parte, quando res super qua erat impositus in totum vel in parte efficitur infructuosa.*

9 *Intellige de peremptione per quam res redderetur insufficiens ad soluendum fructus census, & sic, quando alia pars remanens non est capax.*

10 *Constitutio Pij V. super forma creandi census recipit interpretationem passiuam, à iure communi.*

11 *Casus omissus remanet sub dispositione iuris communis.*

12 *Alternatiuè vna pars aliam declarat.*

DECISIO CLXXXVII.

FVit impositus census super quadam domo in Insula Sancti Bartholomæi proxime Tiberi, quæ propter eius inundationem fuit diruta in parte, alia autem pars, quæ remansit erat capax totum onus census sustinere: fuit dubitatum in Rota de mandato S.D.N. me proponente si Census remanebat in totum super parte capaci, vel perierat pro rata partis peremptæ.

Cuius dubij resolutio duplicem habet inspectionem, altera est iuxta terminos iuris communis: circumscripta constitutione Sanctissimæ mem: Pij V. super formam creandi census, habeat locum peremptio pro rata parte, quæ perijt, si fructus partis remanentis sunt sufficientes pro solutione census. Altera verò est præsupposito in hoc casu, quod census non pereat secundum terminos iuris cõmunis, an d. Const. sit noui iuris inductiua, vel recipiat interpretationem passiuam à iure communi.

1 Et quantum ad primam difficultatem fuit
per Dominos resolutum, quod circumscripta
d. constitutione, census non perimitur per peremptionem
rei in parte, si remaneat alia pars
capax.

Mouebantur quia per impositionem Census
super re, non venditur neque transfertur illius
dominium in emptorem census, sed venditur
2 solum ius exigẽdi certam quantitatem fructuum
ex illa re, & constituitur ius quoddam distinctum,
& separatum à dominio ipsius rei, vt bene
deducit Aym. *in cons. 217. num. 4.* & ideo cùm
non vendatur res, sed ius exigendi, non est admittenda
solum peremptio rei in parte, sed necessarium
est ad istum effectum vt periculum
pertineat ad emptorem, quod domus sit perempta,
quod pars remanens non sit sufficiens ad
reddendam quantitatem fructuum debitam
pro illo iure vendito.

Mouebantur etiam quia hoc ius exigẽdi certam
quantitatem fructuum constituatur simpliciter
super ipsa re, & non super aliqua certa
3 parte ipsius rei, & propterea donec superest
tanta pars rei super qua est constitutum hoc
ius, quæ sit sufficiens ad solutionem census
non potest dici res perempta ad effectum per-
4 emptionis census, quia impositio census est
quædã species seruitutis super re, & ideo iuxta
5 naturam seruitutis remanet super qualibet parte
capaci, Bart. *in l. stipulationes diuiduntur in 3. opposit. ff. de verb. oblig.* & sufficit, quod idem censusposs
it de nouo imponi super illa parte remanente,
vt bene deducunt informantes. Tertio, &
6 vltimo placebat Dominis simile emphyteosis
in qua quando non soluitur quid modicum
pro recognitione directi dominij, sed pensio
correspondet fructibus, si res non est in totum
perempta, & remaneat tanta pars, quæ sit sufficiens
pro tanta pensione debet integrè solui,
Bart. *in l. 1. nu. 4. C. de iure emphyt.* & ista opinio
est communiter recepta, vt per Bero. *in cons. 130. nu. 11. lib. 1.* & ideo cùm censibus correspondeat
7 fructus, ex eadem ratione idem videtur dicendum
in hoc casu, vt sentit Gregor. Lopez, *in l. 18. glos. 12. part. 5. tit. 18.*

Quantum ad secundam difficultatem Domini concluserunt cum attenta d. constitutione censum non perire, quando pars non perempta, est sufficiens pro solutione fructuum.

Mouebantur, quia in ea non continetur expresse,
quod per peremptionem partis sequatur
peremptio census pro rata, quando remanet alia
pars capax, sed solum in ea constituitur, est
regula generalis, quod in totum, vel in parte
8 perempta, aut infructuosa in totum vel in parte
effecta, census pereat pro rata, quæ verba non
9 sunt ita clara, quod non possint intelligi de peremptione,
per quam res redderetur insufficiens
ad soluendum fructus census, & sic, quando alia
pars remanens non est capax, & ideo omnes regulæ
concurrunt pro hac parte, quod debet recipere
interpretationem passiuam ex iure com-
10 muni ex subiecta materia, & ex materia contractus,
vt solùm fuerit intellectum inducere peremptionem
census pro rata, quando alia pars
remanens non esset capax, & saltim, quod iste
casus vti omissus remaneat sub dispositione iuris
communis.

Mouebantur secundo ex illis verbis immediatè
subsequentibus in eadem clausula,
& sub eadem structura verborum, aut in
totum vel pro parte infructuosa reddita: cùm
enim in hoc casu constitutio disponat, quod
census pereat pro rata, quando res est reddita
infructuosa ex alio capite quã peremptionis,
nulla ratio suadet, quod de re in aliqua parte
non perempta, si vna pars est reddita infructuosa,
& fructus reliquæ partis sunt insufficiẽtes
pro solutione census, mens constitutionis
fuerit, quod census debeat perire pro rata, &
11 ideo cùm isti census sint equiparati, & vna pars
alternatiuè declarat aliam, ab ista parte debet
recipere declarationem alia pars, in qua constitutio
loquitur de peremptione, quod intellexerit
de peremptione in parte, per quam sequebatur
talis diminutio fructuum, quod non sint
sufficientes pro solutione census.

12 Tertio,& vltimo mouebantur,quia mens illius conditoris, non fuit velle addere nouas conditiones contra dispositionem iuris communis, sed solum habuit præ oculis pacta, & conditiones illi contrarias, & abusus qui in re ipsa erant, vt apparet in proœmio, & ideo concluserunt non esse recedendum ab hac opinione, quam etiam sequuti sumus 14.Ianuarii, & præsertim in alia causa Romana Census coram R.P.D meo Sacraro,& tanto magis, quia suscitarentur multæ lites.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 6. Martij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca non præscribitur à singulari successore causam à debitore habente,nisi concurrat titulus,& bona fides,& num.4.*

2 *Hæres præscribit ante acceptationem legatarij.*

3 *Legatum præscribitur spatio triginta annorum, & num.5.*

6 *Acceptans legatum, videtur se obligare ad onus ei iniunctum.*

DECISIO CLXXXVIII.

1 DOmini steterunt in decisis, scilicet intra-
te Saluianum ex rationibus aliàs considerata, quibus non obstat exceptio præscriptionis, *ad l.1.& 2.C.si aduersus cred. præscript. opponatur*: nam vt singularis successor habens causam
2 à debitore,iuuari possit decennali præscriptione *ex dictis ll.* concurrere debet bona fides,& iustus titulus, vt per Azon. *in Summario d. tit.C.si aduers.credit. nu.1.* & faciunt tradita per Negus. *de pigno.in 2.a.caul.6.par.in princ.nu.1.*quorum vtrumq; deficit in hoc casu: tum quia ex eodem testamento,ex quo Illustrissimus Cardinalis deducit ius suum, constat de titulo Domini Fœlicis: tum etiam quia scientia Cardinalis controuerti non potest.

3 Neque obstat doctrina Aeneæ *in reg.sine possessione,n.7.in fi ff.de reg.iur.* quod hæres præscribat ante acceptationem legatarij, nec dicatur in mala fide, quia ad istum effectum nõ sufficit præscriptio decem annorum,sed debet esse tri-
4 ginta,vt idem Aeneas admittit, & tradit Balb. *de præscript.5.par.in princ.qu.3.in fin.* Put.*decis.128.*
5 *lib.2.* & notissimum est, legata non posse præscribi,nisi cõcurrat tempus triginta annorum.

Placuerunt etiam aliquibus ex Dominis deducta tam ex eo, quod Illustrissimus Cardinalis conuenitur ex facto proprio: nam acceptando portionem hæreditatis sibi à bon.mem. Marco Antonio in testamento relictam,videtur se obligasse ad onus sibi in eodem testamento iniun-
6 ctum,tum ex eo, quod Illustrissimus Cardinalis non fuit præsens per integrum decenium.cùm à die reditus ex Hispania, vsque ad diem motæ litis non adsit cursus decem annorum.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Cæsaraugustana pensionis, Lunæ 13. Aprilis 1592.

SVMMARIVM.

1 *Pensio non debetur à successore beneficij, non aliter constito de diligentijs contra primum beneficiatum.*

2 *Et eo magis,quando pensionarius est hæres beneficiati,quia successor potest contra eum recurrere.*

3 *Pensio non debetur ante terminum Sancti Ioannis Baptistæ,licèt ante terminum fuerit reseruata.*

4 *Pensio debetur à prædecessore, qui percepit omnes fructus.*

5 *Fructus percipere dicitur, quando creditur successisse beneficiato.*

DECISIO CLXXXIX.

FVit resolutum non posse sustineri sententiam Audit.Cam.quatenus condemnat Pastianam ad solutionem pensionis pro termino Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ anni 1588.
1 quia aut prætenditur illum deberi à Pastiana, tanquam à successore Ioannis Laurentij,&cùm non constet, nec possit constare de aliquibus diligentiis contra Ioannem Laurentium, qui obiit ante diem solutionis, frustra molestatur successor, non factis diligentiis contra prædecessorem. Rota nunquã voluit condemnare ad soluendum pensiones decursas tempore prædecessoris, Cassad.*decis.3.n.2.& decis.4.nu.3.de locat.* Crescen.*decis.58.in fin.lib.1.* Achill. *decis.3.de pens.* Put *decis.vlt.in fi.de offic.ordin.& decis.189.nu.3.in epitom.de solut.pens.§.21.*& tanto magis, quia Ioannes Marcus Pensionarius, qui petit dictum terminum, est etiam hæres Ioannis Laurentii,
2 contra quem,tanquam heredem,potuisset successor recurrere,si soluisset,ad not.per Put.*d.decis.189.num.4.*

Aut prætenditur terminum deberi à Pastiana, tanquam spectante ad ipsum, & minus debetur:quia ex eo,quod in reseruatione pẽsionis
3 sub die 1.Decembris cauetur, quod solutio incipiat in sequẽti Festo Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ,clarè colligitur terminum,de quo agitur,deberi pro tempore præterito, & sic pro vltima parte anni 1587.&pro duobus mensibus cum dimidio anni 1588. computando annum à die 1.Aprilis vsque ad vltimam Martii, vt mandat constitutio Synodalis:& ideo siue attendamus perceptionem fructuum,vt ex magis communi, & veriori sententia tenuit Rota in causa Phaten.pẽsionis,coram Sanctissimo:siue attendamus ratam temporis,vt statuit prædicta cõstitutio synodalis, vtroque casu onus soluendi istum terminum spectat ad Ioannem Lauren-
4 tium prædecessorem Pastianæ, qui percepit omnes fructus anni 1587.vsque ad vltimam diem Martii 1588. & aliorum duorum mensium cum dimidio anni 1588. vsque ad diem 15. Iunij, qua obiit,ad not.*in cap.fin.§.porro,*vbi Gemin. *sub nu.4.*Franc.*nu.3.de offic.ordin.in 6.* Gig. *de pens.quæst.39.num.6.*

Neque obstare, quod respectu termini Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, non videatur habendam esse rationem fructuum perceptorum à die 1.Decembris vsque ad vltimam Martij:cùm non constet Ioannem Laurentium percepisse istos fructus in primo anno,quando fuit reseruata pensio:quia præter id,quod satis verisimile est, Ioannem Laurẽtium percepisse quadrimestria arrendamenti inchoati eadem die 1. Decẽb.1585.qua fuit facta resignatio, fuit etiam

responsum,

responsum, quod sufficit ratione constitutionis
synodalis, illos fuisse sibi debitos; & cùm Ioan-
nes Marcus, qui erat eorum debitor, sit etiam
5 hæres Ioannis Laurentij creditoris, satis dicitur
constare de illorum perceptione, cùm aditione
hæreditatis actiones dicantur confusæ, *vulgata
l. Seius. §. aditio. ff. de sol.* Not. Doct. *in l. si debit. C.
de pact.*

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Hispalen. pensionis, 23. Martij 1582.

S V M M A R I V M.

1 *Successor an teneatur ad solutionem pensionis prete-
rita, est articulus controuersus, & Rota non re-
soluit.*

2 *Successor tenetur ad solutionem pensionis, factis dili-
gentijs contra primum p ssessorem.*

DECISIO CXC.

NOn potuit capi resolutio super: An diligē-
tiæ Melchioris contra prędecessores Illu-
strissimi Domini Matthęi Vasques releuent, vel
ne, contra Illustrissimum Dominum Matthæum
propter varietatem opinionum, quidam enim
ex Dominis tenebant non releuare: mouebā-
1 tur primo, quia articulus iste, an successor tenea
tur ad pensiones decursas tempore prędecesso-
rum, fuit maximè controuersus, & non resolu-
tus, Cassad. *decis. 3. & 4. de loc. num. 2.* & licèt po-
stea Rota resoluerit, etiam in secundo successo-
re, quod teneatur, in alia Hispalen. pensionis
2 coram me factis diligentijs; tamen durùm vi-
detur extendere ad tertium, ex *decis.* Put. & Mo-
hed. *allegat.* Accedit quod Illustrissimus Domi-
nus Matthæus obtinuit sibi prouideri tempo-
re, quo erat extincta pensio. Vnde cessante hy-
potheca, debet etiam cessare actio contra ipsū.
Mouebantur etiā, quod diligentiæ non fuerint
factæ contra prædecessores videlicet, contra
Dominum Manriguez, & quod fuerunt admo-
dum interpellatæ, & vt plurimum per audien-
tiam Contradictarum.

Ex aduerso dicebant, quod licèt sit extincta
hypotheca pro pensionibus in futurum, nō est
tamen extincta pro præteritis; & cùm Canoni-
catus transiuerit cum hoc onere Illustrissimum
Dominum Matthæum ad illud teneri: fuit tamē
dictum, quod cùm pensio sit reseruata soluēda
certis, & limitatis temporibus, videatur, an hy-
potheca huiusmodi stet distributiuè, vel cumu-
latiuè, vel an diligentiæ sint factæ contra præ-
decessores Illustrissimi Domini Matthæi.

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Hispalen. pensionis, 16. Decembris 1577.

S V M M A R I V M.

1 *Præsumptio est probatio resultans ex circumstantijs
facti.*

2 *Consensus præstitus resignationi retrotrahitur ad
diem data.*

3 *Pensionarius reintrudendus est ad totam summam
debitam, factis diligentijs contra prædecessorem.*

DECISIO CXCI.

DVbitatum fuit in in causa Hispalen. pēsio-
nis, an ex iuribus per Didacum productis,
sit recedēdum à resolutionē vltimo loco in hac
causa facta, & fuit resolutum non recedendum.
Primum enim mandatum Mudarræ fuit gene-
rale, &, vt Domini dixerunt, ad capiendam pen-
sionem in casu licito.

1 Non obstat secundum; nam cùm præsumptio
sit probatio resultans ex circumstantiis factis,
vt per Alex. *cons. 89. n. 7. & 8. lib. 1.* vtique non est
præsumendum vltra id, quod fecit Mudarra,
videlicet quod voluit adipisci Canonicatum ad
quem non habebat ius, non dimisso priori Ca-
nonicatu; postquam, antequam constituit pro-
curatorem ad capiendam possessionem illius, iā
resignauerat Canonicatum, de quo agitur, sed
præsumptio est, quod voluit consequi Canoni-
catum præfatum resignato isto.

2 Non obstat, quod post constitutum procura-
torem consenserit resignationi, quia post ad-
missam resignationem à Papa, consensus, & cæ-
tera, retrotrahuntur ad diem datæ, Cassad. *decis.
1. & 2. de renūc.* & fuit resolutum in causa Parmē.
pensionis coram Domino Corta.

3 Quod verò ad secundam partem Domini di-
xerunt, Didacum reintrudendum pro tota sum-
ma attentis diligentijs factis contra prædeces-
sorem, vt fuit resolutum in vna Brixien. pensio-
nis coram bon. mem. D. Grato.

ILLVSTRISSIMO BLANCHETTO.

Hispalen. pensionis, 5. Martij 1582.

S V M M A R I V M.

1 *An constet de diligentijs factis contra antecessores, i-
ta, & taliter, quod nouus successor teneatur ad pē-
siones præteritas.*

2 *Pensio extinguitur per contractum matrimonium.*

DECISIO CXCII.

DVbitaui in causa Hispalen. pensionis, an in
casu de quo agitur, constet de talibus dili
gentijs factis per Dominum Melchiorem con-
tra antecessores, quæ sufficiant, & releuent vt
dictus Matthæus, modernus successor teneatur
1 ad terminos præteritos, Domini dixerunt ex to
ta serie facti constare de diligentijs D. Melchio-
ris recuperan. pensionem, de qua agitur.

Nec obstare deducta per Illustrissimum Do-
minum Matthæum, quia respiciunt nullitatem
pensionis, de qua nunc non controuertitur: an
autem dictę diligentiæ releuent, erit particula-
riter videndum.

Videntur enim obstare Domino Melchiori;
primo *decis.* Put. & Mohed. *alleg.* cùm Dominus
Matthæus sit septimus successor Ferdinandi Re
migni, qui consensit pensioni; secundo quia di-
ctus Melchior prætendit exigere ab eo pensio-
nes, post contractum matrimonium extinctam,
2 quia videtur durum vt successor in beneficio
libero, teneatur ad onus, quod diu iam expira-
uit, ideo super hoc erit informandum.

ILLVSTRISSI. ALDOBRANDINO, POSTEA CLEMENTE VIII.

Placentina pensionis, 15. Iunij 1580.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula, habita, vel non habita possessione, non
operatur, quando constat de diligentijs.*

2 *Testis examinatus ad instantiam fisci probat.*

DECISIO CXCIII.

1 DOmini dixerunt, taliter constare de diligentiis, vt D.Ioãnes, nisi aliud doceat pro parte Gusmani, non obstante clausula, *habita, vel non habita*, non sit cogẽdus soluere amplius pensionem, per *deci.* Ant. Aug. 705. *lib.* 3. Cũ enim simus in materia difficilis probationis, Bar. *in l. si quis ex argentarijs. §. au haredi num.* 4. *ff. de edend. & in l. illa, de verb. oblig.* Felin. *in cap. veniens, el secundo, nu.* 21. *de testib.* Primus igitur testis bene, & clarè deponit de certa scientia, quia fuit vnus ex testibus examinatis ad instantiam fisci contra D.Ioannem.

2 Nec facit, quod diligentiæ huiusmodi factę fuerint solum in iudicio executiuo, tum etiam, quia (vt dixi) tertius testis ad 8. 9. & 10. interrogatorium, oppositio, quæ fiebat Ioanni, erat super extrangeria, quæ secundũ constitutiones illorum Regnorum excludebat, cùm nec dum nõ potuit habere possessionem huius Abbatię, sed nec ex sententia absolutoria lata ad eius fauorem super solutione pensionis super fructibus illius reseruatæ: & hæc omnia fiebant tanto magis Dominis verisimiliora, quanto Franciscus tamdiu scilicet, cùm tamen paratum haberet debitorem, quem conueniret in Curia, cùm Ioannes ab ea nunquam discesserit.

Nec obstat resignatio ad fauorem Tauscide, quia præsupponitur, quod eam fecerit dictus Ioannes coactus per Iudicem, & quod resignauerit ad fauorem nominati ab Archiepiscopo tantum retinebat.

CAPVT AQVEN.

Decis. 86. in manuscript.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca inducta dicitur, si fuerit data licentia ingrediendi possessionem propria auctoritate.*

DECISIO CXCIV.

DOmini tenent doctrinam Bald. *in l. creditores colu.* 1. *vers. quaro mutuari*, quod scilicet venditor, qui non hypothecauit bona creditori, sed dedit illi facultatem, quod illa propria au-
1 ctoritate ingrederetur, si infra terminum non soluerit, dicatur hypothecasse: ita tentum fuit in vna Bonnnien. de Pepolis coram Domino Oradino 23. Ianuarij 1602.

R.P.D. ORANO.

Pisana Domus, Lunæ 29. Iunij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta vigore pacti de capiendo possessionem propria auctoritate, non aliter obtenta sententia declaratoria est valida.*

2 *Habens facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, si Iudicem ex vrbanitate adeat cum protestatione, quod sua iura praseruentur non sibi praiudicat.*

3 *Possessio capta vigore clausula*, quod possessio possit capi propria auctoritate, *non dicitur attentata si non fuit expectatum tẽpus ad appellandũ.*

4 *Appellatio denegatur, quando fuit actum ad caducitatem incidenter.*

DECISIO CXCV.

FVit tentum, quod stante pacto transactioni apposito, quod deficiente Francisco in solutione Canonis liceret Monasterio Certusien. Pisarum, propria auctoritate possessionem domus accipere, Possessio in vim pacti capta non
1 aliter obtenta sententia declaratoria fuit valida, Cassad. *decis.* 1. *nu.* 1. *de loc.* Clar. *in §. emphyteosis q.* 11. 25. cum relatis per Aretin. *in sua prax. §.* 7. *limit.* 48. *nu.* 3.

2 Nec refert, quod iudicem adiuerit, qui cùm possit propria auctoritate hoc facere, potuit etiam ex Vrbanitate à Iudice petere licentiam ingrediendi, & satis est, quod in huiusmodi petitione præsentauerit ius Monasterij, Alexand. *cons.* 131. *num.* 3. *lib.* 4. Afflict. *deci.* 326. Dec. *cons.* 460. *numer.* 5. Ias. *in l.* 2. *numer.* 113. *C. de iur. emphyt.* Modern. *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *ampliat.* 1. *num.* 2. & 4.

Minus etiam obstare, quod possessio capta fuerit pendente termino ad appellandum, cùm ad possessionem non fuerit actum ex contractu
3 sed vigore clausulæ *constituti*, & clausulæ, *quod possit capi possessio propria auctoritate*, non erat locus appellationi, Contard. *in l. vnica limit.* 13. *C. si de moment. poss.* & in consequentiam pendentia termini, vel appellatio interposita non poterat impedire illius executionem, Bar. *cons.* 10. *n.* 2. Roland. *cons.* 77. *n.* 20. *lib.* 2. tanto autem magis, quod licèt fuerit actum ad caducitatem illa ta-
4 men fuit incidenter non autẽ principaliter deducta, quo casu denegatur appellatio, iuxt. tradita per Dec. *cons.* 28. Contard. *in d. l. vnica q.* 15. *C. de momen. poss.*

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana domus, Veneris 5. Nouembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Possessio non amittitur per immissionem alterius quando Iudex rectè non processit.*

2 *Manutentio competit ei qui non habuit se pro spoliato.*

3 *Appellatio ratione mixtura admittitur etiam in possessorio.*

4 *Mixtura ad hoc, vt inducatur satis est, quod in sententia exprimatur causa, qua habeat complicationem.*

5 *Possessio non potest capi propria authoritate etiam, quod quis habeat talem facultatem, quando prætenditur deuolutio ob lineam finitam.*

DECISIO CXCVI.

LIcèt fratres Sancti Andreæ fuerint immissi in possessionẽ domus de mandato Iudicis,
1 tamen Paulus non amisit suam possessionem, cum Iudex ritè, & rectè non processit, Ang. *in l. clam possidere. §. qui ad nundinas n.* 2. *in fine. ff. de acquirenda poss.* & fuit dictum in vna causa Bononię. & Aisien. beneficiorum 4. Iulij 1584. corã R.P.D. meo Decano, & in alijs pluribus, & ideo cùm executio fuerit turbata, & Paulus non ha-
2 buerit se pro spoliato, Domini censuerunt eum esse in sua possessione manutenendũ, iux. *decis.* Put. 419. *lib.* 2. *cum similibus.*

3 Quod autẽ iuridicè non processerit apparet ex eo, quod fuit pronunciatum domum esse de

uolu-

volutam & fratres esse reintegrandos, à qua sententia daretur appellatio ratione mixturę, vt per Ias. *cons.* 187. *vol.* 2. & fuit tentum in causa Beneuentana deuolutionis 6. Nouembris 1587. corã R.P.D. meo Orano, non potuit Iudex appellatione pẽdente ad illius executionem procedere.

Non obstat, quod cons. Ias. procedat, quando fuit actum principaliter super caducitate, quia hic fuit principaliter canonizata deuolutio, vt patet ex illius verbis sententiæ, *& propterea rein tegrand. &c.* & tamen ad hunc effectum satis est,
4 quod exprimatur causa quæ habeat complicationem cum petitorio, & fuit resolutum in Tiburtina Castri Sambucei 1. Iulij 1577. coram Sanctissimo, & in causa Recanaten. bonorum 26. Iunij 1587. coram R.P.D. Pamphilio.

5 Non obstat, quod potuerit capi possessio propria auctoritate, quia quando prætenditur deuolutio ob lineam finitam, contrariam opinionem secuta fuit Rota, vt per Peregrin. *decisio.* 33. *lib.* 1. & sic cessat difficultas, quia fuit aditus Iudex, quo casu non potest reuerti ad viam facti, Ias. in l. 2. C. *de iur. emphyth. nu.* 115. Capic. *decis.* 119. *num.* 9.

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Mediolanen. bonorum, seu emphytheusis,
Veneris 18. Aprilis 1603.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex actu executionis mandati, & apprehensione illius possessionis.*
2 *In secundo extremo leniores probationes sufficiunt.*
3 *Spolium cessat, quando quis ex mandato Iudicis ingreditur possessionem.*
4 *Limitatur, quando Iudex nulliter processit.*
5 *Possessio dicitur nulliter capta, quando sine citatione ex decreto Iudicis capta est, & sine causa cognitione.*
6 *Clausula, si quis, resoluitur in simplicem citationem.*
7 *Ab executione non est incipiendum.*
8 *Possessio spoliatiua non iustificatur ex noua citatione.*
9 *Possessionem propria auctoritate capere non potest Ecclesia, & præsertim quando deuolutio non pendet ob non solutum canonem.*
10 *Amplia etiam stante pacto ingrediendi propria auctoritate possessionem.*
11 *Possessionem propria auctoritate capere non potest quis, etiamsi adesset tale pactum quando prius adiuit Iudicem.*
12 *Emphytheusis finita per viam Iudicij, est capienda possessio.*
13 *Mandatum de manutenẽdo non est dandum, quando constat de spolio quod est purgandum.*
14 *Emphytheusis si est finita debet hoc prius parte citata liquidari.*
15 *Possessor non est à sua possessione priuandus sine causæ cognitione etiam quod non habeat titulum.*
16 *Iustificatio in spolio non datur, nisi quando agitur contra superiorem, etiam quod res sine titulo haberi non posset.*
17 *Possessio non amittitur Iudice nulliter procedendo.*
18 *Testis non reddens rationem sui dicti non probat, etiamsi de ea non est interrogatus.*
19 *Priuatio, & negatio non cadit sub sensu.*
20 *Confessio confitenti tantum præiudicat non autem tertio.*
21 *Testes non probant super petitorio, quando est suspensum.*

DECISIO CXCVII.

Die 29. Nouembris præteriti fuit resolutum Barbaram esse restituendã ad possessionẽ bonorum, de quibus est controuersia, causa iterum proposita Domini fuerunt eiusdem sententiæ, quod omnia bona, præter damnum, de quo voluerunt particulariter videre.

1 Quo ad illa enim constat de vtroque extremo spolij, nam anterior possessio Barbaræ probatur ex actu executionis mandati, & apprehẽsione possessionis eius vigore nomine Abbatis, testatur de recognitione prius facta ad fauorem Barbaræ, ac ex alijs cumulatis per informantes pro ipsa, & hoc primum extremum non contro
2 uertitur, & minus secundum, in quo leuiores probationes sufficiunt, Rot. *decis.* 8. *de restitut. spol. in nou.* & passim tenet Rota, & fuit dictum in Regien. bonorum 17. Decembris 1576. coram Illustrissimo Blãcherto, & adest recognitio prędicta ad fauorem Abbatis.

3 Non obstat, quod Abbas ingressus sit possessionem auctoritate, & mandato Iudicis, quo casu cessat spolium, *l. iuste possidet. ff. de acquirend. possess. gl. in c. præsentium in gl. filij 7. q. 1. Bal. in l. fi. in 1. notabil. C. vnd. vi.*

4 Quia hoc non vendicat sibi locum, quando Iudex nulliter procedit, glos. *in cap. in Summa 3. quæst. 1.* Hostien. *in tit. de restit. spol. §. quand. faciem in princip.* Bald. *consi.* 337. *lib.* 2. Abbas *in cap. conquerente, num.* 12. *de restit. spol.* Felin. *in cap. dilectus, sub num. 1. vers. fallit 2. de rescript.* Aym. *cons.* 18. *num.* 8. Caputaquen. *decisi.* 186. *par.* 3. Cæl. de Grass. *decis.* 1. *num.* 4. *de Constit.* & fuit sæpius resolutum.

5 De nullitate non videtur dubitare, quia possessio capta fuit in vim pręcepti Iudicis nulla præuia citatione, cùm tamen huiusmodi præcepta non fiant sine causæ cognitione, Ias. *in l. ne quicquam. §. vbi decretum, num.* 5. *de offic. procons.* & bene in terminis nostris per Siluan. *cons.* 27. *n.* 9. & 10. & mandatum de immittendo in possessionem, non præuia causæ cognitione, non valet, Bar. *in l. Iudex per illam text. C. commun. Epistol.* Iudex enim, vt inquit idem Bald. debet audire, & examinare, non fulminare, licèt autem admittant hæc præcepta cum clausula iustificati
6 ua *si quis, &c.* quia resoluitur in simplicem citationem, vt per Ias. *vbi supra sub numero* 6. tamen clausula huius præcepti non est in solita forma continere alternatiuam, vt faciant, aut compareant illi, quibus pręsentatur præceptum, Bald. in terminis nostris *cons.* 177. *in princip. lib.* 3. sed in ea dicitur, quod compareant post factam apprehensionem, adeo quod non intendit audire, nisi post factam executionem, & sic voluit incipere ab excutione, quod est in omni iure pro
7 hibitum, *l. si cum Mela. ff. de re iudic. l. 1. C. de exec. rei. iudic.* etiam in casu, in quo quis potest propria auctoritate capere possessionem, & adit Iudicem, Bald. *in l. 1. in princip. C. comm. vel Epist.*

8 Nec potuit ista immissio vt spoliatiua iustificari, & confirmari parte citata, etiam quod

esset de nouo concedenda, Chis. *dec.* 122. fuit di-
ctum in vna Romana Casalis, seu Pedichæ San-
cti Matthæi 12. Iunii 1573. coram Robusterio, &
in vna Romana de Pinellis 20. Februarii 1598.
coram Orano, & sæpe in aliis.
9 Non obstat, quod Abbas citra vitium spolii
potuerit propria auctoritate capere possessio-
nem in casu deuolutionis, quia quicquid sit in
deuolutione ex capite non soluti canonis, in
quibus terminis loquitur Cassad. *decis. 1. de locat. & conduct.* id non procedit, quando ex alio ca-
pite, vt propter lineam finitam, prætenditur
deuolutio, Paul. *cons. 68. sub nu. 2. vers. non tantum*
posse lib. 2. Afflict. *decis.* 97. Gabr. *cons. 86. in fin. lib.*
1. latè Menoch. *cons.* 103. *num.* 13. *& per totum*, & i-
stam opinionem tenet Rota apud Peregr. *decis.*
30. *lib. 1. & 38. lib. 2.* & fuit dictum in vna Roma-
na domus 5. Nouembris 1599. coram R. P. D.
Lancellotto, etiam stante pacto ingrediendi
10 possessionem propria auctoritate, vt fuit latè
deductum in vna Cesanaten. spolii 22. Iunii
1592. coram Blanchetto, seu Mantuana. poterat
enim Barbara habere melioramenta, poterit si-
bi competere retentio, vel aliud, item ex quo
posset prætendere successionem, vt fuit consi-
deratum in vna Asten. feudi desolutio. 14. De-
cembris coram Bubalo.
11 Vltra quod vbi etiam Abbas habuisset fa-
cultatem capiendi propria auctoritate illa ces-
sabat, ex quo adiuit Iudicem, Bald. *in l. 1. ad fin.*
C. de rei iud. cum multis cumulatis per Gabr. *de*
citat. conclus. 1. nu. 206. *& seq.* & fuit dictum in il-
la Romana domus coram R. P. D. Lancellotto:
præsertim cùm non solùm per aditum ad Iudi-
cem tacitè elegerit viam iudicii, sed expressè in
petitione monitorii dixit, quod ea vult via iu-
ris apprehendere, Alexand. *in allegat. cons.* 131. *lib.*
4. non oppugnat, quando ex Vrbanitate Iudex
aditur, licèt secus si petatur tantum familia, &
mandatum de allociando, vt in casu suo.
12 Non obstat, quod finita emphytheusi possit
D. directus ratione Ciuilis possessionis per
viam monitorii recuperare naturalem, vt in illa
Ciuitatis Castelli coram R. P. D. Decano, quia
in ea non dicitur, quod id licet propria aucto-
ritate, immo præsupponitur, quod via iudicii
agatur, dum dicitur competere interdictum
retinendæ, & habens naturalem, vt expellatur
ab habente Ciuilem, debet citari, & audiri, vt
post Alexand. quem ipse allegat, dicit Gram.
cons. ciuil. 86. *nu.* 16. præsertim quia non sumus in
casu, in quo emphytheuta negat proprietatem
D. directo, quo casu licet forsan expellere pro-
pria auctoritate, quia alioquin ciuilem amitte-
ret, sed illum proprietarium, & dominum dire-
ctum recognoscit, & propterea non potest pro-
pria auctoritate eiici, iuxta distinctionem
Corn. *cons.* 193. *nu.* 2. *lib.* 3.
13 Nec etiam est hodie concedendum manda-
tum de manutenendo, vt prætenditur, tum quia
constat de spolio, quod purgandum est, tum
quia prius apparere debet, & legitimè docere,
quod sit finita emphytheusis, vt fuit dictum in
vna Romana domus 3. Aprilis 1579. coram
Blanchetto, & coram Reuerendissimo Alexan-
drino in vna Romana domus de Caualeriis 15.
Ianuarii 1588. quod procedit etiam stante pacto
ingrediendi propria auctoritate, in casu lineæ
finitæ, & deuolutionis, quia prius debet parte
citata liquidari quod euenit casus, vt fuit di-
14 ctum in vna Montis falisci 17. Maij 1589. coram
R. P. D. Decano, & repetitum in superius alleg.
Cesanaten. spolij, quod nô fuit factû, in isto casu
adest inuestitura perpetua transitiua ad omnes
extraneos, & ad fœminas, & illa quę in monito-
rio allegatur non reperitur in dictis, & est poste-
rior, ita vt discutiendum foret. Quę sit attendê-
da cùm regulariter posteriori non præiudicet,
sed anterior præualet, Paul. *cons.* 142. *in fine, lib.* 2.
Dec. *cons.* 263. *n.* 3. *&* 390 *nu.* 2. *in fi. cum seq.*
15 Quod dicitur de iustificatione tituli non pla-
cuit DD. quia nunquam possessor siue habeat
colorem possidendi, siue non, non est à sua pos-
sessione amouenda, sine causæ cognitione, Ol-
drad. *cons.* 222. *num.* 3. *ante finem, vers. nunquam*, &
iustificatio regulariter non habet locum in spo
16 lio, etiam quando non potest res sine titulo ha-
bere, nisi quando agatur contra superiorem, vt
bene declarat Ant. de Butr. *in c. constitutus, nu.* 8.
vers. tu dic. de fil. presbyt. Put. *dec.* 457. *lib.* 2. Acchil.
decis. 9. *de restit. spol.*
Non obstant latè deducta ad ostendendum,
quod mulieres non fuerint citatæ, nec possessio
capta in vim dicti præcepti, cùm noluerint tûc
illam dimittere, & propter earum resistentiam
fuit recursum ad Iudicem pro earum euictio-
ne, quia restituta fuit respectu domus, de qua
hodie non agitur, quo ad alia bona, adest reco-
gnitio ad fauorem Abbatis, & ipse Abbas, seu e-
ius Procurator in iudicio 2. Aprilis 1582. dixit de
mandato bona ipsa fuisse iuridicè apprehensa,
nec constat de mandato posteriori, minus de
noua apprehensione.
Nec est vis facienda, quod Barbara, & aliæ
Dominæ, die 2. in iudicio dixerunt, quod fue-
runt, & sunt in possessione, de quibus agitur,
quia Iudice nuiter procedendo non amisisset
17 suam possessionem, Angel. *in l. clam possidere.* §.
qui ad nundinas, n. 2. *in fi. ff. de acquir. poss.* & fuit di-
ctum in vna Lucana Cappellaniæ corâ R. P. D.
Iusto, & in terminis Corn. *cons.* 19. *nu.* 4. *lib.* 3. po-
tuerût tûc nolle se habere pro spoliatis, iux. *dec.*
Put. 419. *lib.* 2 & dicitur in illa Romana domus
coram R. P. D. Lancellotto, quam vis postea se
pro spoliatis habuerint, & egerint prout agunt
spolio.
18 Quo ad illegitimitatem, & incapacitatem
Barbaræ fuit responsum causam non probari,
nam testes à Brigida examinati vltra, quod non
nocent Barbarę ab ea causam non habenti, nô
etiam probant, quia simpliciter negant Caro-
lum reliquisse filios legitimos, & naturales, &
nullam rationem sui dicti assignant, quia tamê
non interrogati assignare debebant, cùm depo-
natur super negatiua, Alexand. *cons.* 35. *numer.* 4.
versi, vnde lib. 1. Dec. *consil.* 101. *colum.* 2. *in fine versi,*
ad informationem, Aym. *consil.* 2. *numero* 3. *in fine.*
19 cùm priuatio, & negatio non cadat sub sensu,
Bald. *in l. actor numero* 7. *&* 11. *C. de probat.* Angel.
in l. 1. *versi. D. Paulus. ff. de his qui sunt sui, vel alien.*
iuris, articuli, & positiones datæ à filijs Brigidæ
non probant contra Barbaram, quia clarum
est, confessionem confitenti tantum, non au-
tem tertio nocere, *l. duobus.* §. 1. vbi Ias. *ff. de iur.*
20 *iuran.* Alex. *cons.* 174. *num.* 2. Afflict. *decis.* 275. *nu.* 11.
& licèt Barbara veniret ad causam, & propterea
censea-

censeatur admissa in statu, & terminis causæ, tamen fecit illam confessionem confitenti tantum non tertio nocere, *l. dubius. §. 1. vbi supra.*

21 Nulla est habenda ratio testium, de quibus in summario Illustrissimi Cardinalis *n. 16.* quia vltra, quod sunt examinati ad perpetuam rei memoriam, fuit etiam protestatum prius de suspensione petitorij, & quod non cumularetur petitorium cum possessorio, & propterea cùm non solum Barbara non passa fuerit, sed omnino repugnauerit, quod discuteretur super incapacitate defectus, qui obijcitur, non habet impedire restitutionem possessionis, Ioan. Paul. *decis. 111.* cùm alijs per Pontan. *de spol. lib. 3. num. 18.*

Qua restitutione facta, Barbara forsan docebit de dispensatione, vel de aliquo, quod reddat eam capacem successionis, alia bene tollun tur per Informantes pro Barbara, & propterea Domini resoluerunt eam esse restituendam ad possessionem bonorum circumscripta pro nunc domo.

R.P.D. IVSTO.

Gerunden. fructuum 24. Maij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Probatio qualibet sufficit ad obtinendam absolutionem à censuris.*
2 *Nullitas resultat, quando exceduntur fines mandati.*
3 *Dictio, etiam, includit casum magis dubitabilem.*
4 *Consuetudo admittitur, tam de iure communi, quã vigore Bullæ.*

DECISIO CXCVIII.

Dubium est, an intret arbitrium in casu, & ad effectum de quo agitur: Effectus verò dubij est, vt interim Iacobus absoluatur, vel ne
1 à censuris, donec cognoscatur super negotio principali; & decisum fuit per Dominos affirmatiuè. Fundamentum fuit, quia ad hunc effectum sufficit qualis qualis probatio. Vnde satis constare videtur de iniustitia sententiæ Auditoris Cameræ vigore Breuis, latæ quoad summam, cuius dubitatio pendet, quia cùm in Breui committatur Auditori Cameræ, vt cogat quoslibet detentores de fructibus, redditibus, & prouentibus, etiam à die obitus decursis, Hieronymo integrè respondere, fructus autẽ, de quibus agitur, cùm sint decursi ante obitum, spectantes ad hæredes defuncti, sequitur, quod ex-
2 cesserint fines mandati, vtique resultat nullitas, & iniustitia sententiæ, Doct. Innoc. *in c. cum dilecta, de rescrip.*

3 Non obstat illa clausula, *etiam à die obitus decursis,* vbi illa dictio *etiam,* debet extendi ad fructus ante obitum decursos, quia Domini intellexerunt secundum suam significationem includere casum magis dubitabilem, *l. etiam. ff. solut. matr.* Rebuff. *cons. 73. nu. 31.* Gozad. *in l. mulierum appellat. vers. explicat præterea, de verb. signif.* Et cùm dubitari possit, an fructus deberentur à die datæ Breuis, vel à die scientiæ possessionis, *cap. licet magister, de suppl. negl. Prælat.* illa dictio, *etiam,* demonstrat non solum intelligendum de fructibus à die scientiæ, verùm etiam à die obitus.

Nec facit prætensio, quod etiam isti fructus pertineant ad successorem, quia quidquid sit ad effectum solutionis, satis est, quod comprehenderentur in Breui; cuius vigore procedi poterat ad censuras, & pro nunc satis docetur de contrario, ostendendo statutum approbans, consuetudinem, quod fructus exacti spectent ad hæredes: quia consuetudo admittitur, tam de iure
4 communi, quàm ex dispositione Bullæ Iulij III. Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 5.* Et tanto magis videtur ista esse vera, quia Nauar. *cons. 4. de success. ab intest.* testatur Bullam Iulij III. non esse receptam in partibus Hispaniarum, de quorum veritate videbitur in disputatione negocij principalis.

Et ita conclusum fuit pro absolutione cum reincidentia ad beneplacitum.

R.P.D. ORANO.

Lucana pensionis, Lunæ 7. Februarij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Translatarius potest ad recuperationem pensionis agere per viam obligationis cameralis sicuti poterant transferentes.*
2 *Papa liberam in beneficialibus habet facultatem.*
3 *Papa absque alicuius consensu, potest pensionem imponere, transferre, & prorogare.*
4 *De potestate, vbi non dubitatur sufficit de voluntate constare.*
5 *Verba generalia cùm loquantur de quibuscunque beneficijs, comprehendunt etiam qualificata.*
6 *Vtile per inutile non vitiatur in specialibus, vel in sũmmis.*
7 *Facultas data transferendi pensionem, medietatis fructuum beneficiorum non excedentem, dicitur data potestas transferendi pensionem medietatem prædictam non excedens.*
8 *Dictio, etiam, implicat casum magis dubitabilem, & explicat casum magis dubium.*
9 *Fauore alicuius, quod inductum est, non debet in odium retorqueri.*
10 *Copia impressa sufficit ad effectum, vt ex ea quis dicatur certus de sua facultate.*

DECISIO CXCIX.

In vna Lucana pensionis cùm fel. rec. Sixtus Papa Quintus erexisset Officium militiæ Lauretanæ, & eorum vnum obtinenti quascunque pensiones ad summam 200. ducatorum, in alios transferendi facultatem concessisset, Reuerendissimus Dominus Vincentius Porticus officiũ prædictæ militiæ assecutus, in vim dictarum facultatum, pensionem 200. ducatorũ ex alia pensione 500. scutorum auri, super fructibus Decanatus Sancti Michaelis Lucan. aliàs sibi reseruata, ad fauorem Domini Ioannis Andreæ coram notario, & testibus transtulit.

Demum conuento coram Auditore Cameræ dicto Decano ad solutionem præstandam pensionis translatæ, tandem sententia ad fauorem Ioannis Andreæ lata fuit. Cuius validitate per viam appellationis coram me in dubium reuocata, dubitaui. An sententia Auditoris Cameræ esset exequẽda, vel potius reuocanda? Domini gustatis illius meritis censuerunt pensionis translationem fuisse validam, & in consequentiam sententiam Auditoris Cameræ confir

mandam, quia clara est dispositio priuilegiorum, facultatem militibus tribuentium, pensionem ad certam quantitatem transferendi, mandatumque pensionis translatariis sub excom-
1 municationis. & aliis pœnis, & decretis in literis priorum pensionum contentis, persolui, ac contra titulares morosos executiue, & per viam obligationis Cameralis, ad solutionem, non secus ac transferentes, poterat procedi, iuxta tradita per Gallesi *de oblig. Cam. par. 2. quæst. 2.* Hoc autem stante, non refragantur in contrariũ adducta; nam quantum ad pactum, quod dicitur inter q. Titularem, & pensionarium, super non transferenda pensione fuisse initum, quodque operatur, ita quemadmodum, si circumscripta essent priuilegia, non posset pensio transferri, ita nec potuerit vigore priuilegiorum, cùm priuilegia nõ censeantur tollere obstantia pactorum, ex quo nunquã derogant iuri quæsito nisi specialiter facta illius mentione: fuit respõsum minus verificari in facto, quia pensio fuit reseruata simpliciter, & proindè si postea aliunde pensionario superuenit ius transferendi, non est vlterius circa potestatem dubitandum, cùm
2 Papa in beneficialibus, & eorum fructibus omnimodam, & liberam facultatem habeat, *Clem. 1. in fin.* vbi Card. *in 10. notab. vt lit. pend. cap. 2. de prœb. in 6. cap. proposuit, extra de con. eff. praben.*
3 adeo, quod ex mera sua liberalitate absque alicuius consensu, potest imponere, transferre, & prorogare pensiones, Caccialup. *de pens. quæst. 5.* quare postquam de potestate non dubitatur,
4 sufficit, de voluntate constare, Alexand. *cons. 92. num. 35. lib. 6.* Dec. *cons. 70. numer. 6. & 10. libr. 4.* Felin. *in cap. qua in Ecclesiarum num. 60. & seq. de constit.*

Neque ad rem pertinet, quod priuilegia loquantur de pensionibus reseruatis super beneficiis iuris patronatus, prout est Decanatus sancti Michaelis; quia verba eorum sunt amplissima, vnde cùm loquantur de quibuscunque beneficiis, vtique comprehendunt etiam qualificata, Crescen. *decis. 32.* Maximè, quia in reseruatione pensionis non requiritur consensus Pa-
5 troni, Gig. *de pens. q. 23.* licèt verum sit, quòd eo casu Papa debeat habere notitiam iuris patronatus, vt fuit consideratum in vna Lucana pensionis coram bonæ memoriæ Domino de Rubeis 4. Nouembris 1579. Pariter non obstat, quod dicitur, priuilegia loqui de pensionibus non excedentibus medietatem fructuum: quia de contrario ex eorum lectura apparet, siquidem ista qualitas apposita fuit respectu translationis, ex qua facultas datur militibus transferendi pensionem, non tamen summam 200. ducatorum, nec medietatem fructuum excedentium; & quando daretur de illius excessu, ideo redderetur nulla, nisi in quantum dictam
6 quantitatem excederet: quia in summis, vel speciebus vtile per inutile non vitiatur, *l. 1. §. sed si nubi.* & ibi I. s. *num. 7.* & Alciat. *num. 30. de verbor. oblig. at.* Bart. *in l. Græce. §. illud. num. 3. de fideiuss.* Cassad. *decis. 4. num. 4. de pens.* Crescen. *decis. 22.* Boer. *decis. 162. num. 4.* itaque Papa dando facultatem transferendi pensionem medietatem fructuum beneficiorum non excedendam
7 intelligitur concedere pro ea parte, qua pensio dictam medietatẽ non excedit, ad *l. Stichum qui meus erit, cum ibi not. de leg. 1.* & fuit dictum coram R.P.D. meo Mantica in vna Vicentina pensionis.

Minus obstat, quod prætenditur, translationem fuisse nullam tanquam factam coram Notario, & testibus, quoniam si respicimus primã bullã, nulla cadit difficultas, cùm apertè loquatur de translatione facienda coram Notario, & testibus; si verò secundam, idem cõcludendum est, quando enim dicit, etiam in manibus nostris, vel Romani Pontificis pro tempore existẽtis, seu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, etiam coram Notario laico, & duobus testibus, etiam laicis, & in Romana Curia, & aliàs vbique locorum, illa dictio, *etiam in*
8 *manibus nostris*, stat ampliatiuè, quia dictio, *etiam*, habet hanc naturam, vt implicet casum magis dubitabilem, & explicet casum magis dubium, vt notatur in *Rubr. & in l. etiam ff. solut. mat. & l. etiam. ff. de verb. sign.* Bald. *cons. 209. nu. 3. 9. libr. 3.* Alexand. *cons. 116. numer. 24. libr. 1.* Gemin. *consil. 125. numer. 1.* Dec. *cons. 466. numer. 17. & 543. numer. 17. in fin.* Cùm igitur paulo antè dixisset, in manibus nostris, vel Romani Pontificis, seu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, subiecit, etiam coram Notario, quia iste casus fuit magis dubitabilis, & propterea per illam dictionem, *etiam*, explicatur, Bald. *in l. anterioribus, numer. 2. Cod. de iur. deliber.* Dec. *in l. cognitionem, n. 2. ff. de offic. eius.* Aliter enim si reciperetur illius intellectus, diceretur restringere, & corrigere id quod fuit dictum in prima
9 Bulla, contra *l. quod fauore, cum. seq. C. de leg. iur.*

Nec facit, quod in translatione non fuerint exhibita priuilegia originalia, quia sufficit co-
10 pia impressa ad hoc, vt quis dicatur certus de sua facultate, Put. *decis. 246. lib. 3.* præterea quando translatio fuit facta coram Notario, non est necessaria exhibitio: neque enim interuentus Notarij desideratur ad alium effectum, quàm probationis, non autem ad effectum, vt tanquam executor antiquam pensionem casset, & nouam reseruet, Put. *decis. 344. lib. 2.*

R.P.D. MARCO MONTIO.

Romana Affictus. Lunæ 20.
Nouembris 1606.

SVMMARIVM.

1 *Conductor potest rem conductam alteri sublocare.*
2 *Locator patientiam præstare debet, vt subconductor re conducta vti possit.*
3 *Subconductor solùto affictu, facit fructus suos.*
4 *Locator potest actione personali conuenire conductores.*
5 *Subconductor non tenetur, nisi pro rata parte subconducta.*
6 *Locator non potest reseruare aliquam hypothecam super fructibus, nisi pro rata rei subconductæ.*
7 *Hypotheca est accessoria personalis actionis.*
8 *Bona illata, & inuecta sunt tacite hypothecata pro pensione.*
9 *Quod intelligendum est pro rata portione subconducta.*
10 *Statutum Agricultura mandans, quod subconductor teneatur pro subconductore ad fauorem Do-*

mini,

mini intelligitur pro rata subconducta.
11 *Reseruatio hypotheca intelligitur respectu anterio-*
rum creditorum.
12 *Dictio, nisi operatur consensum in eo casu.*
13 *Diuisio obligationis dicitur facta, quando quis ha-*
bet obligationem in totum ad sui fauorem, & pre-
tijt partem tantum.
14 *Statutum deuians à iure communi strictè est in-*
telligendum.
15 *Statutum, quod socius teneatur pro socio intelligen-*
dum est, quando alius nomine suo, & sociorum ab-
sentium contraxerat.

DECISIO CC.

FVit conclusum Dominos Iulium, & Fabiũ
soluendo tertiam partem affictus, posse li-
berè percipere, ac consequi tertiam partem
fructuum, ratio fuit, quia bonorum locatorum
1 tertia pars fuit per conductorem sublocata
Dominis Iulio, & Fabio, quod fieri potuerit,
tam ex iuris dispositione *l. nemo. C. de locat.* quàm
vigore pacti per conductores initi cum Domi-
no Franciotto, qui propterea patientiam præ-
2 stare debet, vt subconductores re subconducta
vti possint, *l. si tibi, & sequent. ff. loca.* Bar. in *l. Mo-
destinus, numero 1. ff. de solut.* possintque soluto af-
fictu, quod debetur propter fructuũ perceptio-
nem, Bartol. in *l. fin. ff. de iure fisc. in fine*, Salicet. *in
l. licet, sub numero 2. C. locat.* fructus percipere, &
3 facere suos, Bartol. *in l. si seruus. §. locaus in fine,
ff. de furt.* cumque in subconductione dd. Iulius,
& Fabius se adstrinxerint de soluendo ipsi Do-
mino Franciotto, sicut Dominus Franciottus
4 illos actione personali conuenire potest, *leg.
fideiussor in princip.* & ibi Bartol. *de fideiuss.* ita
etiam cùm se obligauerint tantum pro tertia
parte non aliter, nec alio modo, illa personalis
5 actio non potest aduersus eos dirigi, nisi pro
dicta tertia parte, quandoquidem aliàs tene-
rentur, vltra quam se obligarunt contra *leg.
legem. C. locat.* & pro aliorum portione contra
leg. diuisa. C. eodem, & per consequens, nec etiam
6 potest Dominus Franciottus contra eos vti a-
liqua reseruatione hypothecæ super fructibus,
nisi pro dicta tertia parte, cum hypotheca sit
7 accessoria actionis personalis, *leg. 1. in fin. C. com-
munia de leg. et l. fideiussor obligari*, & ibi Doct. *ff. de
fideiussoribus.* Socin. Iun. *consi. 20. nu. 7. li. 2.* Surd.
decis. 271. nu. 4. & fuit dictum in causa Romana
de Magdalenis 10. Maij 1574. coram bon. mem.
Rubeo.

8 Sic licèt receptum sit, vt bona illata à sub-
conductore sint obligata Domino pro pensione
illa debita à principali conductore *l. fin. lege. §.
Colonus. ff. de locat.* id tamen intelligitur pro rata
9 tantum, & portione, qua subconductor sub-
conduxit *l. solutum. §. solutam. ff. de pignor. act.* &
ibi Bar. num. 8. & Salic. *num.* 8. Negus. *de pign. 4.
memb. 2. par. num* 116. Rebuff. *cons.* 187. & facit decis.
in Romana affictus Casalis Lunçij Martij præ-
teriti coram R. P. D. Deceno, in qua fuit con-
clusum statutũ 73. artis Agriculturæ, quod vult
10 subconductores teneri ad fauorem Domini, in-
telligi deberi pro rata temporis, & fructuum,
quos percepit subconductor.

Nõ obstat pactum reseruationis hypothecæ,
nam vltra, quod videtur potius appositum re-
spectu anteriorum creditorum conductoris, vt
in hac causa iam fuit dictum Veneris 23. Iunij
11 proximi præteriti, adhuc intelligendum est in
persona Vincentij conductoris, vt quo ad eum
omnes fructus pro qualibet parte affictus non
soluta, essent obligati, secus verò quo ad subcõ-
ductores alicuius partis, stante consensu ipsius
Domini Franciotti, qui satis colligitur vigore
electionis, in ea apposita in illa clausula, quod
Vincentius non possit sublocare, nisi facit obli-
12 gare subconductores, Ias. in *l. actione num. 1. C. de
transact.* ibi quæ addit, ex quo consensu sublo-
candi, sequitur etiam consensus, quod obliga-
tio aliàs indiuidua in primo conductore, esset
indiuidua in subconductoribus.

Nec facit, quod dicitur illud capitulum de
sublocando fuisse appositum ad maiorem cau-
telam locationis, ideoque nec deberi contra eũ
operari prout contingeret si diuideretur pactum
reseruationis dominij, & hypothecæ; nam re-
sponsio patet ex verbis eiusdem capituli, vbi su-
blocatio sub conditione restricta est ad solu-
tionem ipsorum affictus, & expresse additur,
quod firma nihilominus remaneat obligatio
Vincentij conductoris, & eius fideiussorum,
voluit quippe locator habere plures obligatos,
nempe subconductores pro parte affictus sub-
conductorum, & Vincentium conductorem
pro toto affictu.

Atque ita sensisse contrahentes apparet ex
quo ipse D. locator, siue procurator eius nomi-
ne egit contra illos subconductores pro tertia
parte affictus iuxta eorum obligationem, ex
quo etiam resultat, quod quatenus dicta reser-
uatio in omnibus fructibus esset expressa, etiam
in casu sublocationis, tamẽ ex quo egit pro ter-
tia parte, videtur omisso remedio generali reser-
uationis confugisse ad remedium particulare
sublocationis, & illos conuenisse, non tanquam
habentes causam à Vincentio conducto, sed à
se ipso, in vim facultatis promissæ de sublocan-
do partem, & consequenter voluisse facere di-
13 uisionem, iuxta notat. per glos. *in l. si diuisa. C. de
locat.* ita vt non possit amplius pro ea parte,
pro qua habuit affictum inhærere fructus, Af-
flict. *decis.* 142. Cort. *in memor. in versicul. cre-
ditor habere plures debitores*, Beniuten. *decisio.* 81.
num. 6.

Denique non obstat statutum Agricult. *cap.*
39. quod socij teneantur in solidum; nam vltra,
quod ex hoc subconductores tenerentur tan-
tum condictione ex statuto, & non actione ex
stipulatu, sicque non intraret cautelæ, nec e-
tiam haberent locum quo ad terminos solutos
ex supra dictis: respondetur etiam, quod statu-
tum, vti deuians à iure communi strictè debet
14 intelligi, quando Dominus contrahit ab initio
cum socijs, voluitque illos vti tales obligare,
nec refert, quod statutum subdat licèt non om-
15 nes interuenerint in emptione, & locatione,
quia intelligendum, quando alius nomine suo,
& sociorum absentium contraxerat, hic au-
tem Dominus Franciottus nequaquam cogi-
tauit de socijs, sed conuentio fuit facta de sub-
conductoribus. Ideoque nihil refert, quo
modo inter se conductor, & subconductores
voceniur; subconductores autem tantum tene-
ri pro ea parte, pro qua sunt obligati, vt est
text. *in dict. l. solutum, §. solutam. ff. de pignor. act.*

vbi tradit Bar. & habetur copiose in præfata decisione in causa Romana affictus, coram R. P. D. mco Decano.

R.P.D. PENIA.

Romana Affictus, seu locationis die Mercurij 26. Aprilis 1589.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis, vigore pacti de retrouendendo, tenetur stare colono.*

2 *Et ita in practica seruandum est, cùm careat contradictore.*

3 *Mulier soluto matrimonio, tenetur stare locationi facta per Maritum.*

4 *Contractus ab initio sunt voluntarij, tamen perfecti sunt necessarij.*

5 *Locatio facta ab administratore habente legitimum mandatum dicitur valida, & Dominus tenetur stare dictæ locationi.*

6 *Emens cum pacto de retrouendendo, habet plenam administrationem locandi. & venditor quamdiu redemit, tenetur dicta locationi stare.*

7 *Et eo magis, quando bona fide facta est locatio.*

8 *Maritus constante matrimonio, ne dum plenam administrationem rei dotalis habet, sed etiam illius rei dominus censetur.*

9 *Mulier nolens stare locationi per maritum factæ, tenetur ad damna, & interesse conductoris.*

10 *Baldi declaratio in l. 1. C. de iur. fisc.*

11 *Conclusio, quòd singularis successor non teneatur stare colono, patitur multas restrictiones.*

12 *Emptor cum pacto de retrouendendo, tenetur stare colono.*

13 *Dominus saltim tacitè rei suæ locationi consentire videtur.*

DECISIO CCI.

TEnutam Turris Mancinæ D. Henricus Vrsinus pro scutis 6. millium auri Domino Alexandro Vrsino Genero in dotem dedit, cum pacto, quod idē Henricus & sui successores possent quandocunq; dictam tenutam pro eodem met pretio redimere. Alexander finitis quibusdam præcedentibus locationibus, die 13. Martij anni 1571. eandē tenutam pro scutis 600. annuis monetæ, ad rationem decem iuliorum pro singulo scuto, Petro Paulo Piatteto ad nouem annos ad omnes fructus allocauit.

Henricus vigore dicti pacti anno 1579. tenutam redimens, post redemptionem eidem Piatteto pro scutis 900. annuis monetæ de nouo locauit.

Piatetus, qui ab Alexandro tenutam pro scutis 600. conduxerat, prætendens Alexandrum teneri ad augmentum scutorum 300. per eum Henrico solutorum pro tempore, quo locatio ab Alexandro sibi facta durare debebat, nisi Henricus redemisset, contra illum egit; sed Petrus Paulus Pietetus actionē repellendo, dicebat nullum se debere augmentum, sed Henricum potius teneri stare locationi à se Piatteto factæ quāuis tenutam redemisset.

Et cùm Dominus Oriolen. predecessor meus, aliàs extra Rotam dubitasset: an Henricus teneretur stare locationi factæ Petro Paulo Piatteto per dictum Alexandrum, & propter dissidentes Dominorum sententias, nihil esset definitum, me idem dubium proponente, Domini tenuerunt Henricum locationem prædictam obseruare debere, per doct. Bald. *in l. 1. circa fi-*
1 *nem num. 3. vers. item pone, vendidi tibi fundum. C. de iur. fisc. lib. 10.* volentis, eum qui recuperat rem ex pacto de retrouendendo, teneri stare colono, quem Doct. communiter sequuntur, Alexand. *in l. filiofamilias. §. si vir in quinquennium. dicto numer. 11. vers. item fallit, quando vendidi fundum. ff. solut. matrim.* & ibidem Cumanus. licèt Bald. mentionem non faciat *num. 7. vers. si autem transferretur*, Socin. Sen. *consil. 125. incipien. visa narratione num. 3. vers. confirmatur per ea. lib. 1.* Roland. *consil. 49. incipien. deuenerant, num. 2. & seq. versicul. tamen quod ea non obstante lib. 2.* Goz. ad. *in l. 2. num. 145. C. de pact. inter emptorem, & vendit.* quam sententiam licèt expressè non amplectatur, non tamen reprehendit Tiraquel. *de retract. conuent. § 3. gloss. 1. num. 14. vers. sed & illud quærendum ducimus.*

Neque ab hac opinione Baldi in practica recedendum fore, cùm contradictore careat dixit Alexand. *l. filiofamilias. § si vir in quinquennium n.*
2 *11. ff. sol. matr.* & Rol. *d. cons. 49. n. 3. lib. 2.*

Et Cagn. *in l. 2. qu. 75. n. 220. vers. sed contrarium. C. de pact. inter empt. & vend.* licèt enim à Baldi sententia recedere niteretur, nihilominus ibidem *nu. 221. vers. tunc conclusionem*, in practica contra opinionem Baldi obtinere durum esse fatetur.

Quam satis probat *l. si filiofamilias. §. si vir in*
3 *quinquennium. ff. solut. matr.* cùm mulier locationi fundi dotalis per maritum factæ, matrimonio soluto stare debeat; propterea, quod translatio, quæ fit in eam, est necessaria, non voluntaria, vt notat Alexa. *in d. § si vir in quinquennium, numer. 1. vers. nam fit translatio. glos. in l. diuortio, quæ alias incipit fructus. ff. solut. matr.* Cin. Salic. & alij in *l. emptorem. C. loc.* Quæ ratio similiter reperitur in hoc casu, cùm Dominus Henricus tenutam redemerit virtute conuentionis appositæ; vnde translatio, quæ in eum fit, necessaria est.

Nec propterea dicitur voluntaria, quia ab initio conuentio inter dictum Henricum, & Alexandrum voluntariè fuerit facta *l. 1. in prin. ff.*
4 *de pact.* Nam dicebatur, quod licèt ab initio contractus sint voluntarij, postquam tamen perfecti sunt, necessarij efficiuntur, *l. sicut. C. de act. & oblig. l. in commodato. § sicut. ff. commodati.*

Accedebat etiam ratio, quia quando quis habet plenam administrationem rei alienæ, rem locare potest, ita, vt rei dominus locationi stare te-
5 neatur, *l. si tutela. ff. de administr. tut.* Cyn. *in d. l. emptorem. nu. 6. quæst. 2. vers. eadem habuerit plenam rei administrationem*, quem alij communiter sequuntur. Cu. & Soc. Sen. *consil. 32. incipien. Ex his quæ superius, numer. 7. vers. quinto probatur, lib. 1.* Roland. *d. cons. 49. num. 7. vers. hinc etiam videmus. lib. 2.*

6 Vnde cùm emptor, qui fecit pactum de retrouendendo, quandiu venditor non redimit, plenam rei administrationem habet, & locare potest, & eius locationi venditor stabit, quādiu redimat, Alex. *in d. § si vir in quinquennium nu. 1. paulo post principium*; propterea soluto matrimonio mulierē locationi per maritū factę stare debere tradit, quia maritus matrimonio cōstante,

ne dum

7 nec dum plenam administrationem rei dotalis habet, sed illius etiam verus dominus esse censetur, *l. dote ancillam C. de rei vend.*

Vnde cùm Dominus Alexander plenam dictæ tenutæ administrationem haberet, locare illam sibi licuit, & ideo Henricus locationi stabit.

8 Quod eo magis procedit, quoniam Alexáder bona fide, non malitiose pro pretio 600. scutorum annuorum Petro Paulo Piaretto locationé fecit, quo casu sine difficultate procedit prædicta doctrina Cyn. *in d. l. emptorem quæst. 3. num. 6. vers. & tunc si antecessor.* Paul. de Castr. *in d. §. si vir in quinquennium, nu. 2. vers. sed certè, mar. rut. & n. 3. vers. & ratio, quare, & ibidem* Alexand. *numer. 1. circa fin. vers. istam tamen tex.* Soc. Sen. *cons. 31. incipien. ex his, que superius, num. 7. lib. 1.* Bolan. *d. cons. 49. numer. 9. vers. prò cuius confirmatione lib. 2.* Cagnol. *in d. l. 2. Cod. de pact. inter empt. & vend. quæst. 75. num. 211. vers. retenta tamen opinione*; & hæc ratio multum mouit Dominos, ne à recepta Baldi sententia recedendum putarent.

Nec de bona fide Alexandri dubitabatur, cùm aliquot proximè præcedentes locationes, ad minorem etiam summam, quam 600. scutorum factæ reperirentur, nempe vna D. Aloysio Roberto anno 1557. ad nouennium pro annua pensione scutorum 300. auri in auro; altera verò de anno 1579. item ad nouem annos, pro annua pensione scutorum 450. monetæ, & eo minus in hoc casu dubitabilis visa fuit Dominis Baldi sententia, quoniam non agebatur præcipuè, an dictus Henricus præcisè teneretur stare colono, sed nunquid deberet reficere damna, quæ colonus ob id, quod ei non staretur, passus fuit, stante præsertim eius protestatione.

Præcipua enim ratio, quæ mouit Cagn. vt à Baldi sententia recederet, illa est, quia nõ videbatur satis probari, immo potius impugnari ex tex. qui pro ea citari solet, *in d. l. si filiofamilias. §. si vir in quinquennium. ff. sol. matr.* quatenus ibi iuxta quorundam interpretationem mulier nõ tenetur præcisè stare locationi, sed solùm cauere, quod maritus ex coloni expulsione, detrimentum non patiatur. licet enim concederetur veram esse hanc interpretationem, ille tex. saltẽ probat (quod nemo vertit in dubium) eandem mulierem teneri reficere marito, quidquid occasione molestiæ colono illatæ passus fuerit;
9 vnde sicut mulier tenetur marito ad prędictum damnum, ita etiam, qui ex pacto redimit, teneri debet retrouendenti ad damna, quæ cõductor patietur; quia locatione frui non potest, cùm maritus non sit solidior dominus rerum dotalium, quàm sit emptor rei emptæ, aut sibi assignatæ cum pacto de retrouendẽdo: quinimmo talis est emptor, probabiliorem spem habere videtur, quod aliquando futurus sit verus rei dominus, quàm maritus, qui certus est, saltem tempore mortis vxoris, se fundum dotalẽ restituturum. Vnde cessat illa obiectio eiusdem Cagnoli, *in d. l. 2. numer. 220. de pact. inter empt. & vend.* dicentis, maritum non debuisse cogitare dissoluendum matrimonium, perinde ac emptorem retrouenditioni locum esse futurum; ex prædictis enim constat facilius maritum debere credere, locum futurum restitutioni dotis, quàm emptorem restitutioni rei emptæ.
10 Non dicatur Baldi sententiã intelligendam fore de locatione ad vnum annũ facta; secus si vltra annum, vbi singulis annis percipiuntur fructus; nam tunc successor non tenetur stare colono, Cagnol. *in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. quæst. 75. num. 221. vers. 2. limit.* Hieron. Gabr. *cons. 68. lib. 1.*

Quoniam Baldi sententiam, sine restrictione ad locationem vnius anni, Domini dixerunt procedere, præsertim cùm textus *in §. si vir in quinquennium*, qui ad eam limitationem probãdam affertur, pro ea non faciat, ibi enim vnius anni fit mentio, non quia maritus præcise stare teneretur locationi magis pro anno quàm pro quinquennio: sed quia contigit matrimonium extitisse per annum post locationem, & ideo cùm maritus fructus percepisset, non erat, quod illi caueretur pro tempore pro quo nullum damnum sustinere poterat.

Regula illa generalis, quod singularis successor non teneatur stare colono, desumpta ex *l. emptorem. C. locat.* de qua Alexand. *cons. 118. lib. 5.* & ceteri, quos refert Anton. Gomez. *tom. 2. var. resol. cap. 2. num. 9. vers. item quæro, an contractus*, non
11 impugnat superiorem decisionem, cùm multas patiatur limitationes, quas prosequitur Alexand. *in §. si vir in quinquennium.* Inter quas vna est hæc, quam Domini in hoc casu firmarũt: locationi enim factæ per emptorem, qui rem ha-
12 buit cum pacto de retrouendendo, stare tenetur venditor, quamuis redimat, cùm emptor de voluntate Domini locasse videatur, & dominus redimere potuisset, si locari, & frui impedire voluisset, *in l. si vir vxori. C. de præscript. verbis*, quæ fuit ratio Bald. *in d. l. 2. num. 35. C. de iur. fisc. lib. 10.*
13 Et dominus rei saltem tacitè locationi rei suæ consentire videtur, argumen. *l. cum antiquitas. C. de vsufruct.* Alexand. *in d. §. si vir in quinquennium, num. 11.* præsertim cùm si noluisset ab vsufructuario eam locari à principio, id exprimere, & in pactum deducere potuisset.

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Regieo. bonorum, Lunæ 21. Maij 1578.

SVMMARIVM.

1 *Extremum secundum probatur per litis sustentationem cum adminiculo.*

2 *Agens rei vendicatione, tenetur probare dominium.*

3 *Agens actione locati, tenetur probare possessionem.*

4 *Agenti remedio l. si quis conductionis. C. locat. potest in eo iudicio oppone exceptio proprij dominij.*

DECISIO CCII.

Domini indistinctè tenuerunt pro parte Reuerendissimi Episcopi esse sufficienter
1 probatum secundum extremum: passim enim Rota tenet, quod sustentatio litis vnà cum adminiculo aliquo ad illius probationem sufficiat; adminiculum autem sufficere collegerunt ex instrumento, de quo in tertio præsupposito.

Quo verò ad effectum nihil firmari potuit, videndum est enim, quo remedio agat Reuerẽdissimus Episcopus, & si super intentato proba-
2 uerit incumbentiam: si verò agit rei vẽdicatione,
3 necesse est probare dominiũ; si verò locati, de-

bet probare possessionem Ecclesiæ, Curt. Sen.
4 *cons. 70. per totum*, si remedio *l. si quis conductionis*. C. locat. & possunt Illustrissimi Domini de Gonzaga referre quæstionem proprij dominij, Soc. *cons. 187. lib. 2.* Dixerunt eidem etiam competere remedium *l. conductorem. C. eadem*, de quo latè per Menoch. *in 2. remed. recuperan.* ideo non potuit capi resolutio secundæ partis dubij, nisi appareat remedium intentatum per Reuerendissimum Episcopum, & an in illo intentionem fir mauerit.

ILLVSTRISS. MILLINO.

Maceraten. domus, Lunæ 17. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Saluiano interdicto ad hoc, vt sit locus non sufficit quod constet de credito in genere, sed debet iustificari aliqua quantitas certa, vt possit per oblationem emitari hoc iudicium, ve sciatur pro qua summa, & pro quo tempore possit retineri possessio, & num. 3.*

2 *Libellum in iudicio Saluiani debet continere certam quantitatem.*

4 *Creditum ante factam deductionem non potest dici liquidum.*

5 *Administrator licet in aliquo appareat creditor, tamen nec reddiceam rationem id non potest affirmatiue dici.*

6 *Tutore renitente reddere rationem administrationis, defertur iuramentum pupillo.*

DECISIO CCIII.

FVit resolutum non esse locum Saluiano, principale fundamentum resolutionis fuit quia non constat de certo credito in tempore,
1 & ad istum effectum, vt sit locus Saluiano non sufficit, quod constet de credito in genere, sed debet iustificari aliqua quantitas certa, vt possit per oblationem euitari hoc iudicium, & sciatur pro qua summa, & pro quo tempore possit retineri possessio, aliàs opus esset, quod debitor volens recipere suam possessionem iustificaret, quod creditor fuit satisfactus probando quantitatem sui crediti. & propterea Specul. Odo-
2 fred. & alij, qui docent practicam, & ponunt formulam libelli in hoc Interdicto, exprimunt quantitatem certam, & post eos tradit etiam Aretin. in *§. item Serniana in fin.* & ibi Ioan. de
3 Platea *Instit. de act.* & quod sit necessaria probatio in specie crediti certi. tradit Roland. à Valle *cons. 14. numero 15. lib. 1.* & hoc eo magis dicendum est secundum Doctores, quia testes aliqui dicunt de venditione facta à Tutore ad effectum dandi dotem Sanctæ, & hoc etiam est
4 multum verisimile; & ideo ante factam istam deductionem, eius creditum non potest dici liquidum. Aliqui etiam dicebant, quod creditum hæredum Camillæ pendet à ratione administrationis tutelæ, quod licèt Camilla in
5 aliqua parte appareat creditrix, tamen potest esse, quod post redditam rationem administrationis remaneat debitrix, vel nihilominus debeat habere, Ancha. *consil. 235. versi. præterea*, & ideo Camilla debebat prius iustificare suum creditum petendo rationem suæ admi-
6 nistrationis à tutore, & eo renitente, faciendo sibi deferri iuramentum in litem, & antea secundum istos Doctores non erat locus executioni, & eis placebat opinio Bald. *in cons. 214. lib. 4. & 61. lib. 2.* Neguls. *de pignor. 2. memb. 5. par. num. 37.* Aym. *cons. 275. num. 13. vers. tertio principaliter.* Ponenti etiam faciebat difficultatem forma sententiæ, cùm concedatur retentio, donec tutor plenariè reddiderit rationes, & reliqua restituerit, & sic sententia non videtur futile lata ratione certi crediti probati, quia extincto illo credito cessabat Saluianum, & non expectando, redditio rationum, sed potius videtur fuisse habitus respectus ad creditum incertum, quod pendebat à redditione rationis, & ideo fuit concessa retentio, donec est reddita ratio.

R. P. D. COCCINO.

Beneuentana Census, Lunæ 18. Martij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum appellatione veniunt pecuniæ.*

2 *Hypotheca in pecunijs extinguitur per immixtionem.*

3 *Soluens eo animo, vt statim recipiat, non dicitur soluere, nec dominium transfertur.*

4 *Sententia redditur nulla, quando non est conformis libello.*

5 *Pecunia numerata non requiritur in venditione census.*

6 *L. qui fi. f. luit. ff. de solut. non habet locum, quando ex momentanea traditione requiritur aliquod cōmodum parti.*

DECISIO CCIV.

PRopositi dubium strictè ad iustitiam sententiæ de partibus omissis nullitatibus, quia pars asserebat velle adire Sanctiss. D. N. pro earum sanatione; & Domini censuerunt sententiam esse iniustam. Nam condemnat Benedictum Ferrantinum ad restituendum ducatos mille Francisco de Andrea tanquam anteriori creditori Vincentij Capoblanci; cùm enim Benedictus habuerit dictas pecunias à Capoblanco etiam, quod Franciscus fuisset anterior creditor, & per consequens posset allegare tunc habuisse dictas pecunias hypothecatas, cùm sub tali vinculo habeset omnia bona præsentia, & futura dicti Vincentij, & nomine bonorum
1 veniant etiam pecuniæ, *l. cum tabernam. §. fin. vbi Bar. ff. de pignor.* vtique non per hoc poterat auocare dictas pecunias à Benedicto, cùm per solutionem, & immixtionem fuissent factæ ipsius Benedicti recipientis, Decian. *in l. singularia. numer. 6.* & ibi Curt. Iun. *numer. 19. & seqq. ff. si*
2 *cert. pet.* & post dictam immixtionem cessauit omnis hypotheca ad fauorem Francisci super dictis pecuniis, Afflict. *decis. 190.* Paris. *cons. 69. num. 2. lib. 4.* latè Sutd. post alios *cons. 4. num. 11. & 12.*

Neque facit, quod Octauius, & alii de Tortellis debitores dicti Capoblanci imposuerunt censum, & alium cum tertio impositum vendiderunt dicto Benedicto creditori Capoblanci, qui soluit pecunias cùm hoc, quod soluerentur dicto Capoblanco eius debitori, prout fuerunt solutæ, & deinde Capoblanchus eademmet die soluit pecunias eidem Benedicto creditori, vnde ille

de iste contractus videtur simulatus, qui enim
3 sic soluit, vt statim recepturus sit, non dicitur soluere, & dominium non transfert, *l. qui sic solueret. ff. de solut.* Nam fuit responsum, quod si motiuum procederet, adhuc sententia remaneret iniusta, quia nunquam pecuniæ fuissent in dominio Capoblanci, & ideo Franciscus de Andrea non potuisset agere ad dictas pecunias, ac si fuissent ipsius Capoblanci.

Neque releuat, quod interest dicti Francisci de Andrea venditionem fuisse simulatã, posset enim agere cõtra Octauium, & alios de Torrelis debitores Capoblanci, siquidem creditor potest agere contra debitorem debitoris, quando concurrunt illa, de quibus latissimè per Surd. *d. cons. 4. num.*

Nam quatenus hoc esset admittendum, non tolleret, quin sententia iniusta, quia de eo non fuit actum, sed solum de auocandis scutis mille à Benedicto, sententia enim debet esse conformis libello, & Iudex vltrá petita non debet pro
4 nunciare, *l. vt fundus. ff. commu. diuid. cap. licet Heli de Simon. cap. qualiter, & quando, il. 2. §. ad corrigendos, de accusat.* Ancharan. *cons. 194. num. 3.* & si aliter facit, sententia est nulla, Angel. Aretin. *consi. 7. numer. 8. & seqq. vers. 2. & ex alio, & versi. 3. dato.* Alexand. *consi. 72. num. 5. versi. 2. principali lib. 5.* Federic. de Sen. *cons. 159. per totum,* Collegiũ Pisanum *inter cons. Bare. 82. col. 1. vers. aut dicemus, lib. 2.*

Sed cessat omnis difficultas, quia nulla hic potest considerari simulatio; Nam quo ad summam scutorum 600. Octauius Torellus, & alij vendiderant censum quem habebant cum tertio, quo casu non requiritur pecunia numerata,
5 si enim requireretur, nec posset cedi, permutari, aut donari, vt dixit Rota in causa Rauennaten. Census 12. Ianuarij 1607. coram R. P. D. meo Manzanedo; verè autem probatur interuenisse pecuniam numeratam, prout interuenit in alia summa scutorum 400. pro qua fuit impositus census, ex attestatione Notarij, quod receperunt (scilicet Torelli) coram ipso in moneta argentea, &c. Bartol. *in leg. si ex cautione, numero 14. & seqq. C. de non numerat. pecun. & in l. singularia, numero 22. ff. si cert. petat.* vbi Ias. *numero* 48. & Decian. *num* 33.

Neque in hoc casu officit, quod fuit conuentum, quod pecuniæ soluerentur Capoblanco, qui postmodum, & in continenti soluit eidem Benedicto, & propterea Benedictus videtur ab initio non soluisse prædicto Octauio Torello, & alijs per tex. *in d. l. qui sic soluit. ff. de solu.*

6 Quia dispositio dictæ legis non habet locum inter alia quotiescunque ex momentanea traditione acquiritur aliquod commodum parti, Bald. *in leg. si tibi, numero 1.* vbi Alexandr. *numero* 5. Ias. *numero* 10. Dec. *in fin. ff. si cert. petat.* & in propriis terminis fuit resolutum in causa Romana Census 10. Ianuarii 1605. coram Illustrissimo Domino meo Cardinale Lancellotto.

Ex quibus fuit resolutum pro iniustitia sententiæ de partibus, &c.

ILLVSTRISSI. ALDOBRANDINO, POSTEA CLEMENTE VIII.

Romana pecuniaria, die 9. Iunij 1573.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non dicitur reuocatum per decoctionem.*

2 *Merces non veniunt sub generali hypotheca, & propterea possunt liberè distrahi.*

3 *Creditor anterior dicitur, qui habet pecunias destinatas à principio pro suo credito.*

4 *Ius suum alteri tollere, non præsumitur, ita principẽ voluisse.*

DECISIO CCV.

FVit tentum strictè, illud mandatum nõ potuisse reuocari per illos de Vecchijs, & cõsequenter per eorum decoctionem non fuisse
1 etiam reuocatum, *per allegata;* & propterea ex hac diligentia Aegidium, qui sibi prouidit per hunc modum, esse potiorem Victorio Fano in pecuniis per ipsum exactis.

Neque obstat hypotheca Dominii Victorii, cùm huiusmodi merces venales non veniant in
2 generali hypotheca, quominus liberè distrahi possint, Bald. *in l. vbi adhuc. C. de iur. dot.* & Paris. *cons. 69 lib 4. allegat.* & cùm precium ferri, ab initio fuerit per tale mandatum ita destinatum solutioni faciendæ Aegidio, &, quemadmodum dictum est, reuocari non potuerit; cumque po-
3 stea fuerit subsecuta effectualis exactio, per talem diligentiam, dicitur potior creditor Aegidii, per *decis.* Affli. 140. *cum alijs,* qui pro hac parte aliàs allegabantur, quibus Domini dicebãt, nõ obstare Motum proprium de quo, in dubio, quia intelligitur secundum dispositionem iuris communis; licèt enim Victorius Fanus sit prior creditor Aegidii, tamẽ est potior propter hanc diligentiam: nullo enim modo censendũ
4 est Pontificem voluisse tollere ius, quod habebant Caualcantes posteriores creditores, quæsitum ex ista reuocabilitate mandati.

De mandato autem de Vecchiis satis constat ex cedula Aegidii, & Camoiani, vt bene deducitur per Informantes pro Domino Aegidio, & præsertim per Dominum Tiburtium.

R.P.D. BVBALO.

Senogallien. prædii, Veneris 17. Iunii 1583.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior sicut præfertur in hypotheca, præfertur etiam in Saluiano.*

2 *Creditor anterior habet facultatem auocandi à secundo creditore possessionem.*

3 *Cessio nihil suffragatur, quando nihil est solutum.*

4 *Confessio de recepto non suffragatur cessionario, sed debet constare de vera numeratione pecuniarum.*

DECISIO CCVI.

FVit resolutum D. Antonium Triumphum nõ posse impedire, quominus Dominus Nicolaus Tudinus immittatur in possessionẽ prædii, de quo agitur, sibi hypothecati vigore Saluiani Interdicti: cùm enim Tudinus sit creditor

anterior Triumpho; præferendus est in hypo-
theca, & consequenter in Saluiano Interdicto,
1 *l.2.qui pot.in pign.hab.*Rip.*in l.priuilegia. num.4. de priuileg.cred.*& ideo ratione sui crediti poste-
rioris, non potest impedire anteriorem credito
2 rem, qui habet facultatem auocandi à secundo
creditore, *l.creditor qui pot. in pign.hab.*Negus.*de pign.in 2.memb.par.5.num.2.*

Nec potest Triumphus se iuuare ex cessione
sibi facta à Cinthio Passero anteriori creditore,
quia cùm nihil soluerit, cessio sibi non suffra-
3 gatur *l.per diuersas,l. ab Anastasio. C. mand.* & i-
deo non sufficit cōfessio de recepto, quia debet
4 constare de vera. & actuali solutione, Bar.*in di-
cta l.per diuersas n.12.C.mand.* cum alijs per Gabr.
*de action.concl.5.n.23.*Put.*decis.22.lib.3.*

Cùm igitur Triumphus tantum se obligaue-
rit de soluendo dicto Cinthio, satis est ei proui-
sum, si Dominus Cinthius fuerit satisfactus de
suo credito: ex quo Domini dixerunt Tudinum
esse immittendum in possessionem prædij, de
quo agitur, vigore Saluiani Interdicti, præstita
tamen per ipsum cautione bancaria, de soluen-
do Domino Cinthio id, quod sibi debetur ad
omne mandatum Rotæ.

R.P.D. BVBALO.

Senogallien. prædij, Lunæ 14.
Nouembris 1583.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum datur vigore hypotheca, & num.9.*
2 *Saluianum datur contra tertium possessorem.*
3 *Hypotheca extinguitur per dationem in solutum, & acceptationem subsequutam.*
4 *Protestatio, quod non intendit recedere à priori instrumento, & hypotheca & quod praiudicium aliquod non inferatur, praseruat ius, & hypothecam.*
5 *Census contra formam Bulla creatus, est nullus.*
6 *Protestatio contraria facto, nihil operatur.*
7 *Limitatur, quando in totum destruit factum, sed illud limitat.*
8 *Saluianum cessat, si creditor offerat altero creditori satisfactionem; quod procedit, etiam si esset secundus creditor.*

DECISIO CCVII.

CONclusum fuit per Dominos, competere
Domino Nicolao Todino Anconitano re
medium vtilis Saluiani Interdicti, super prędio,
1 de quo agitur, vigore hypothecæ contentæ in
instrumento celebrato die 25. Iulij 1572. in quo
Dominus Aurelius Passarinus hypothecauit
omnia bona sua, & in specie prædium, de quo
agitur.

Quo stante, non est dubium competere Sal-
2 uianum Interdictum, etiam cōtra tertium pos-
sessorem, Rip.*in rubr.ff de pign.num.19.*cum alijs
per informantes pro Todino alleg. & ita pluries
Rota tenuit.

Non obstat fundamentum, in quo pro parte
Cinthij Passeri principaliter insistitur; nempe,
quod ex datione in solutum census Petri Carbo
ni facta à Domino Aurelio Passero de anno 1575.
& dicti cēsus acceptatione, & quietatione facta
3 per Todinum, sit extincta omnis hypotheca, &
obligatio, ex allegatis per Negus. *de pign. in 2. memb.6.par.in 8.& seq.*

Quia cùm datio in solutum dicti census, fue-
rit acceptata per Todinum, cum protestatione
4 de non recedendo à primis instrumentis, nec
antiquis illorum hypothecis, sed obligationi o-
bligationem addendo, nec in aliquo diminuē-
do, nec quod præiudicium aliquod inferatur,
vt apparet ex verbis instrumenti dationis in so-
lutum dicti census, & geminatis: videlicet, sal-
uis, & firmis remanentibus reseruationibus, &
protestationibus, vt supra factis. Et instrumen-
tum dicti census Petri Carboni, fuerit declara-
tum nullum per sententiam Iudicis Senogal-
lien. tanquam celebratum contra formam con-
5 stitutionis Pij Quinti, vtique ex dicta reserua-
tione remansit saluum ius hypothecæ dicto To
dino, Bar.*in l.si quis aliam, nu.2.in fin. de solut.* Se-
lic. *in leg. libera, in l. opposit.C.de senten.*Gozad.
*cons.*8.

Nec dici potest dictam protestationem non
esse attendendam, & vitiari tanquam factā con-
tra substantiam contractus quietationis, ad tra-
dita per Felin.*in cap.cum M.num.72.de constit. &*
quia si aliquid operaretur, destrueretur totum
factum, præsertim, quando est factum certum,
& determinatum contra protestationem, vt vi-
detur esse in hac acceptatione, & quietatione
facta per Todinum, per quam ex dispositione
iuris communis hypotheca extinguitur, quo
6 casu protestatio nihil operatur, vt per Felin. *in
dicto capitul.cum M.sub numer.79.vers. fallit sexto,
& vltimo,*Corn.*consil.261.numer. 6.lib.4.cum alijs
alleg.*

Quia respondetur id procedere in protesta-
tione, quæ in totum remouet consensum ab a-
ctu, veluti si protestetur, quod si me obligem
nolo obligari, & si contestor litem animo non
contestandi; secus verò in protestatione, de qua
agitur, per quam non destruitur totum factum,
7 sed limitatur, vt per cessionem census censeatur
extincta prior hypotheca, quatenus ex dicta
cessione, & datione in solutum dicti census se-
quatur satisfactio; aliàs ius hypothecæ saluum
remaneat, & hoc casu protestatio preseruatiua,
multum operatur, vt tradit pro cautela Vero-
nen.*cautel.123.*

Minus obstat, quod Domino Cinthio priori
creditori competat ius offerendi Todino, ad ef-
8 fectum illum excludendi ab hoc remedio, quia
adhuc non cōstat de aliqua oblatione Domini
Cinthij, sed de obligatione facta per Todinum,
constat in actis per cedulam bancariam scutorū
2100. liberam, & ad omne mandatum Rotæ, qui
Todinus, licèt sit posterior creditor, habet ta-
men ius offerendi priori creditori, *l.2.C.de pign.
l.1.C.qui pot.in pign.hab.*Neque ex hac oblatione
oritur Saluianum Interdictum intentatum pro
parte Todini, sed ex hypotheca, de qua in in-
9 strumento sui crediti.

Ad alia deducta pro parte Domini Cinthij
bene respondent informantes pro Todino, si
tamen aliquid deduxerit Dominus Cinthius, ex
quo appareat instrumentum Todini esse vsu-
rarium, poterit super hoc particulariter au-
diri.

R.P.D.

R. P. D. IVSTO.

Esina fideicommissi de Georginis,
14. Martij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum non dicitur renunciatum per diuisionem factam inter fratres.*
2 *Donatio inter virum, & vxorem, regulariter est prohibita.*
3 *Tamen iuramento firmatur.*
4 *Donatio inter virum, & vxorem per mortem confirmatur, secuta traditione.*
5 *Constitutiones Marchiæ extensæ ad prouincias, vrbes, & oppida, in territorio Ecclesiæ, loquuntur de contractibus minorum.*
6 *Constitutiones Marchiæ, hoc est additiones per Card. Carpensem à Paulo III. confirmatæ, habent locum solum in prouincia Marchiæ, vt in d. confirmatione.*
7 *Statuta locorum in quibus contrahitur seruanda sunt.*

DECISIO CCVIII.

PRæsupposita donatione inter viuos, quam fecit Io. Georginus ad fauorem Lauræ suæ vxoris, qui idem Ioannes ab intestato decessit, & decisione in hac causa facta 16. Iunij 1603. vbi
1 fuerat resolutum per diuisionem factam inter fratres non fuisse renunciatum fideicommisso, & constitutioni Marchiæ *lib. 5. cap. 25.*

Vtraque parte informante super dubio dato, An donatio esset valida, Rota validam fuisse censuit, nam licèt donatio inter virum, & vxorem regulariter sit prohibita, *ff. de donat. inter*
2 *vir. & vxor.* Gabr. *tit. de donat. concl. 3. n. 27.* tamen in hac causa adest iuramentum, cuius vigore fuit
3 statim donatio confirmata, Gab. *cons. 63. num. 5. vers. non autem.* Clar. *in § donatio, quæstio. 5. num. 1. lib. 4.*

4 Item cùm non fuerit in vita reuocata, & subsecuta fuerit traditio, per mortem fuit confirmata, *l. cum hic status 32. §. si. Oratio. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. Papinianus*, vbi glos. Bart. & alij, *ff. de donat.* Surd. *cons. 171. num 16.* Paris. *cons. 128. nu. 13 & 14. lib. 1.* Socin. *cons. 66. nu. 3. vers. sed donatio lib. 1.*

Nec refragatur constitutio Marchiæ *lib. 5. ca. 21.* cuius solemnitates non fuerant in hac causa seruatæ, quia fuit responsum primo cõstitutionem Marchiæ extensam à Paulo III. ad prouin-
5 cias vrbis, & oppida ditionis Ecclesiæ, loqui solum de contractibus minorum, ea vera particula eiusdem constitutionis, qua vtebantur Informãtes pro Dominis Georginis fideicommissariis, quæ agit de contractibus mulierum esse
6 additionem d. Cardinalis Carpẽsis, *quam quidem constitutionem nos Rodolphus, &c.* quæ cum similiter non extendebatur ad omnes prouincias, & terras Status Ecclesiastici, vt patebat eiusdem Pauli III. confirmatione volentis Additiones Carpensis in Prouincia Marchiæ obseruari, ibi, *in eadẽ Prouincia obseruari debere*, vnde cùm hæc donatio non esset facta in Prouincia Marchiæ, sed in Prouincia Vmbriæ in oppido de Saxoferrato, non erant adhibendæ solemnitates requisitæ à Constitutionibus Marchiæ, cùm respectu solemnitatum in contractibus attẽdan-
7 tur statuta locorum in quibus celebrantur, Cæs. de Grass. *decis. 1. nũ. 16. de donat.* Gabr. *de stat. conclus. 8. num. 29.* & fuit dictum in causa Perusina exequutionis 17. Nouembris 1597.

R. P. D. IVSTO.

Ciuitatis Castelli, Census, Lunæ
29. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Census empti ante constitutionem Pij V. non est necesse, quod habeant requisitum per dictam constitutionem.*
2 *Datio in solutum obtinet vim pretij.*
3 *Nomina debitorum absque dubio possunt dari in solutum.*
4 *Emptor census potest proprium vendentis debitum in pretium census conuertere.*
5 *Census ante constitutionem Pij V. poterat generaliter imponi, & vendi super omnibus bonis.*
6 *Ratificatio alicuius actus supplet præsentiam.*
Ratificare dicitur censum emptionem illius, qui fructus vigore illius percipit.
7 *Ratificatio non supplet defectus, qui non pendent à potestate partium.*
Fallit, quando agitur solum ad effectum ostendendi consensum ex ratificatione.
8 *Apocha non recognita nihil operatur.*
9 *Census computatur inter immobilia.*
10 *Census est ius quoddam separatum, & distinctum ab ipsa re.*
11 *Statutum loquens de vendente possessionem, vel rem immobilem non habet locum in venditione Census.*
12 *Obligatio de iure communi potest probari, etiam per scripturam priuatam.*
13 *Statutum corrigens ius commune, strictè est interpretandum.*

DECISIO CCIX.

DOminis visum fuit censum esse validum, quia non obstant ea quæ opponuntur.

Et primo non obstat, quod non adfuerit pecunia numerata in venditione census, & quod non fuerit constitutus super re certa, quoniam istæ difficultates fuerunt sublatæ per Rotam in causa Eugubina census coram R. P. D. meo Litta 10. Februarij 1597. vbi dictum fuit ista non procedere de iure cõmuni, & iste census de quo agitur fuit emptus ante constitutionem Pii V.
1 qui dedit certam formam censibus, & est *cons.* Nauarr. *7. n. 5. de empt. & vend. lib. 3.* & datio in so-
2 lutũ in hoc casu vim pretii obtinet, *l. si prædium. C. de euict.* Paris. in terminis pretii census *cons. 75.*
3 *sub nu. 32. lib. 4.* & nomina debitorum absq; dubio dari possunt in solutũ. *l. cum æquo. ff. de solut.* sicuti etiam potuisset proprium vendentis de-
4 bitũ in pretium census conuerti, ad *l. singularia. ff. si cert. pet.* & Nauar. *cons. 1. de empt. & vend. lib. 3.*

Neque habet dubium, quod ante tempus dictæ constitutionis poterat imponi, & vendi
5 census generaliter super omnibus bonis. Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 7. vers. constat igitur.* Tib. Dec. post Io. de Gigã. Rodulf. Corrad. quos allegat, *cons. 2. nu. 141. lib. 1.*

Non obstat, quod Cherubina non fuerit præ-

sens, quia satis est, quod ratificauerit percipié-
6 do fructus, *leg. Paulus ff. rem rat. hab.* Alexand. *cons.117. lib.5.* Dec. *cons.232.n.5.*

Et licèt ratificatio non suppleat defectus, qui non pendent à potestate partium, nõ facit, quia
7 solum agitur ad effectum ostendendi consensũ ex ratificatione.

Non facit apocha, quæ deducitur pro ostendenda nullitate census, quia non est recognita,
8 & nescitur cuius manu scripta fuerit.

Non obstat statutum Ciuitatis Castelli, quo cauetur, quod instrumenta conficiuntur de rebus immobilibus venditis.

9 Nam licèt census computetur inter immobilia, Feder. *cons.12.n.4.* cum aliis per informan-
10 tes allegatis, tamen census est ius quoddam separatum, & distinctum ab ipsa re, Conar. *d. cap. 7. num. 8.* Gabr. *cons.148. in principio lib.2.* & nõ est
11 ipsa res, & ideo non habet locum statutum,
12 quod loquitur in vendente possessionem, vel sem immobilem Quinimo cùm de iure communi possit probari obligatio per scripturam priuatam, *l. pupillo. §. fin. ff. de posſ. vel contr.* statutũ quod corrigit ius commune stricte est interpre
13 tandum, *l. quod vero. ff. de leg. l. qua à iure de reg. iur. in 6. cum similibus* ex quibus ita decisum fuit pro validitate Census.

R.P.D. ORANO.

Auximana locationis, die Mercurij 24. Ianuarij 1590.

SVMMARIVM.

1 *Successor in beneficio censetur stare locationi à prædecessore facta, quando fuerat nomine Ecclesiæ, & pro eius vtilitate facta.*
2 *Successor in beneficio, non tenetur stare locationi à prædecessore facta, quando erat nomine ipsius locata.*
3 *Episcopus, licèt possit locare ad modicum tempus, tamen non potest successori præiudicare.*
4 *Successor non obligatur ex contractu prædecessoris.*
5 *Successor aliquod ius non recipit à prædecessore.*
6 *Successor non tenetur stare locationi à prædecessore facta, etiam quoad primum annum, licèt affictum anticipatè soluisset.*
7 *Limita, nisi fructus essent de proximo recolligendi.*

DECISIO CCX.

Cornelius Episcopus Auximanus locauerat ad triennium pro se, & suis successoribus in Episcopatu, quasdam terras cuidam Feltresco Constantini.

Primo autem locationis anno, ipso vita functo, modernus D. Episcopus declarauit, haud suæ intentionis fore, stare prædecessoris locationi: cuius occasione impetrato ab Auditore Cam. monitorio, & iudicialiter processo, obtinuir declarari, successorem non esse obligatum stare sui prædecessoris contractui; & in consequentiam, seu ad obseruantiam locationis prædictæ non arctari.

Causa postmodum appellationis coram me introducta dubitaui:

An locus esset confirmationi prædictæ sententiæ: Domini, altera parte pluries interpellata, informare recusante, concluserunt sententiam fore confirmandam,

Nam licèt Doct. circa locationem ad modicum tempus factam per prædecessorem, variè fuerint locuti, tamen communis, & vera est conclusio distinguens.

Aut à Prælato Ecclesiæ administrationem habente, nomine Ecclesiæ, vel pro eius vtilitate facta fuerit locatio, vel potius nomine proprio, vt scilicet fructus ad sui commodum conuerterentur.

1 Primo enim casu ad locationis prædecessoris obseruantiam obligatur.

2 Secundo verò minus, vt post glos. benè distinguunt Butr. Abb. & alij *in cap. fin. ne Prælat. vic.* Alexand. *cons.160. num.1. & sequen. libr.6.* Conar. *variar. resolution. lib.2. cap.15. num.6. cum alijs allegatis,* & ratio est, quia Prælatus vsufructuario comparatur.

3 Et ideo licèt possit locare ad modicum tempus Episcopus, tamen cùm ius non habeat in fructibus, nisi vita sua durante, non potest per huiusmodi locationem successori præiudicare, *leg. si quis domum ff. loc.* Rota *decis.1. de loc. in nou.* Bald. *cons.255. lib.1.* Soc. *cons.34. n.4. lib.3.*

In casu autem proposito locatio facta fuit per Prælatum, nomine proprio, vt scilicet fructus suos faceret, non autem nomine Ecclesiæ; vnde non est curandum, quod successores obligauerint, quia non propterea nomine Ecclesiæ contraxisse dicitur. Aliud enim est contrahere nomine Ecclesiæ, aliud nomine successoris, vt colligitur *ex decis.* Mohed. *171. in fine,* & hoc eo magis dicendum est, cùm prædecessor non pote-
4 rit obligare successorem, ex quo actio personalis in eum non transibat, Put. *decis.118. libr.1.* nec
5 successor ius aliquod à prædecessore receperat, Rot. *d. decis.1. de loc. in nou.*

Hæc autem distinctio in tantum vera est, vt respectu anni, quo prædecessor decessit, etiam quod primus esset, & conductor anticipatè affictum soluisset, successor locationi stare non
6 teneatur, quia imputet sibi, cùm posset mortem Prælati præuidere, Card. *cons.7. de loc.* Imol. *cons. 161. n. 9. in fin.* Ferrer. *cons.151. lib.1.*

7 Nisi terræ fuissent satæ, & fructus pendentes de proximo colligendi, vt post Pedem. *decis.82. nu.10.* consuluit Menoch. *cons.181. volum.2.* quod equidem huic casui non conuenit, ex quo Cornelius iam recollectis primi anni fructibus decessit, & successor coloni ante sationem vlteriorem locationem renunciarit.

R.P.D. IVSTO.

Romana fructuum dotis Casalis Capicettæ, Veneris 21. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non sequuntur rei dominium quandocunque percipiantur ab alio domino, quàm à debitore pendente iudicio in hypothecariam.*
Declara, quod hoc casu iudex debet arbitrari, vt ex quo lis inchoata fuit ex eo tempore etiam de fructibus condemnet.
2 *Fructus restituuntur à die motæ litis ab eo qui fuit conuentus hypothecaria.*
3 *Litis contestatio inducitur per petitionem actoris, & negationem rei.*
4 *Creditores non possunt propria authoritate diuidere bona debitoris decocti.*

5 Hypothecaria

5 *Hypothecaria actio competit ratione rei.*
6 *Hypothecaria non impedit dominij translationem, quæ transit cum sua causa in quemlibet successorem.*
7 *Hypothecaria facit creditorem potiorem, cui res est primo obligata.*
8 *Retentio competit ratione hypotheca.*
9 *Retentionis exceptio plus operatur, quàm cõtestatio litis in hypothecaria.*
10 *Creditor tenetur computare fructus pignoris in eius credito.*

DECISIO CCXI.

DOmini tenuerunt, quod vera sit doctrina
Iacobi de Aten. *in l. quamuis. C. in quib. caus.*
pign. vel hypoth. tacit. contrah. quam secuti sunt
Cyn. Albet. Salic. & alij, videlicet non procede-
1 re communem regulam, quod fructus sequũtur
rei dominium secundũ decisionem in hac cau-
sa factam die Veneris 8. Februarij præteriti,
quandocunque percipiuntur ab alio domino,
2 quam à debitore pendente iudicio in hypothe-
caria, tunc enim debet arbitrari iudex, vt ex
quo lis inchoata fuit, ex eo tempore etiam de
fructibus condemnet, *l. si fundus, §. in vendicatio-*
ne, vers. interdum etiam. ff. de pignor.

Sed difficultas fuit in applicatione, quoniam
aliqui ex Dominis crediderũt satis constare de
lite, & actione intentata cui deseruire possit of-
ficium iudicis per petitionem creditorum post
commissionem causæ generalis, & citationem
contra Dominum Antonium Maccaranum ad
videndum relaxari quodcunque mandatum
necessarium, & opportunum, cui citationi Do-
minus Antonius respõdit, & allegauit non esse
3 locum immissioni, sed sibi concedendam esse
manutentionem, ex quibus lis est contestata,
Achill. *decis. 1. de except. cum alijs allegatis*, nec po-
terat intelligi alia intentata actio, quàm hypo-
thecaria cùm per creditores citationibus factis
per Dominum Antonium, responsum fuerit se
esse priores, & potiores, & Domino Antonio
4 esse præferendos. Alii tamen credebant, quod
petitio creditorum, qui propria auctoritate bo-
na debitoris decocti diuidere non possunt, *l. pro*
debita. C. de bon. aut. iud. poss. vbi Bart. Castr. & alii
notant, ad effectum acquirendi bona tanquam
spectantia ad debitorem, & ab ipso possessa,
quæ secundum motum proprium Sanctissimi
Domini nostri erant inter ipsos diuidenda, &
distribuenda.

Quod tanto magis credebant, quia credito-
res nunquam habuerunt Dominum Antonium
pro Domino, & possessore medietatis casalis,
5 immo semper contrarium in actis asseruerunt,
quo casu sumus extra terminos hypothecariæ,
l. pignoris, vbi Bart. & alii *de pignor. l. si cum credi-*
tor, & ibi Bart. *ff. de euict.* Fab. Aretin. & alii, *in §.*
item Seruiana Instit. de act. & maximè quia iudex
ad se auocauit possessionẽ, & fructus distribuit
inter creditores, & Antonius actor erat contra
creditores non sustinebat litem in hypotheca-
ria, quod existuc approbauit, quia fuit lata sen-
tentia graduatoria, & distributum Casale tan-
quam proprium Luraghi, cum tamen non ob-
stante hypotheca remanent sub dominio Anto-
nii, Cephal. post alios *cons. 131. nu. 14.* effectus enim
6 hypothecæ non est impedire translationem do-
minii, quod transit cùm sua causa in quemlibet
successorem, *cap. ex literis de pignor. l. si debitor. C.*
7 *de distract. pignor.* sed facit illum potiorem, cui
res primo est obligata, *l. qui balneum, l. qui potior.*
ff. qui pot. in pignor. hab. Gabr. *de emptione, & ven-*
dit. conclus. 2. nu. 36. cum allegatis.

Omnes tamen Domini qui viderunt causam
concordarunt, quod cùm fructus percepti fue-
rint à creditoribus ratione hypothecæ, idem, &
8 plus operatur allegatio retentionis, quæ datur
in hypotheca, Mynsing. post Aretin. Ias. & alios
allegatos *sing. obseru. centur. 6. obseruat. 70. num. 5.*
9 quam operaretur litis contestatio in hypothe-
caria, est decis. Gram. 88. in quo proposito est tex-
tus *in l. si dominium. C. de pignor. & in l. 2. C. de pi-*
gnor. act. & quia creditores percipiendo fructus
10 non ideo dominium acquisiuerunt, tenentur
imputare in creditum, Glos. & Doctores, *in l. in*
venditione. §. 1. ff. de pignor. Alex. *cons. 141. lib. 5.* &
ita conclusum.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Romana Census, Lunæ 29. Nouembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Interesse non debetur, nisi concurrant requisita à Paul. de Castr. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco.*
2 *Fructus non debentur, quando est susceptum mandatum pro sorte principali.*
3 *Emptor census, non potest cogere venditorem ad redimendum, & hoc est prohibitum.*
4 *Census statim resoluitur, quãdo fuit obtentum mandatum pro sorte principali, ob non adimpletamentum conditionum, etiam quod non concurrat actus retrouenditionis.*
5 *Iudicis factum reputatur factum partis.*
6 *Census parte inuita, non potest extingui in parte.*
7 *Recipiens mandatum pro tota summa resoluitur contractus in totum.*

DECISIO CCXII.

FVit resolutum non deberi fructus Dominæ
Magdalenæ: quia aut illos prætendit ratio-
ne interesse, ob retardatam solutionem, & non
1 concurrunt requisita à Castr. *in l. 3. ff. de eo, quod*
cert. loc. quem sequitur Rota, vt per Mohed. *de-*
cis. 103. & decis. 209. cum vulg. aut ratione census,
& minus debentur, quia à die, quo ob non im-
pletas conditiones Magdalenæ, suscepit man-
2 datum pro restitutione sortis principalis, ipsa
sors cessit in debitum, ita vt vltra eam non pos-
sint peti aliqui fructus, citra vitium vsuræ, *cap.*
plerique cum s. q. 14. qu. 3. Laur. de Rudolf. *in tract.*
de vsur. quæst. 1. nu. 1. Couar. *lib. 3. var. resolut. cap. 1.*
sub num. 1.

Nec enim ad inuicem se compatiuntur, quod
census duraret, & sit in arbitrio emptoris repe-
3 tere sortem principalem, quando velit: quia li-
cet venditori census sit permissa illius redem-
ptio, iuxta constitutiones Martini, Calisti, &
Pii: emptori tamen est omnino prohibita, cum
aliàs esset certus de lucro, Sot. *de iust. & iur. lib. 6.*
quæstio. 5. art. 3. in 1. conclus. latè Conrad. *de contract.*
quæst. 84. in 5. conclus. Couar. *lib. 3. variar. resolut.*
cap. 7. n. 4. etiam quod factum non sit deductum

in supplicatione, dummodo emptor aliunde sit securus, Summ. Ant. *in 2. par. in cap. 8. §. 14. circa fi.*

Et ideo cùm post relaxatum mandatum fuerit in facultate Magdalenę repetere pecuniam,
4 quando vellet, census fuit statim resolutus, etiam quod non concurrant actus retrouenditionis, quia res deuenit ad casum, à quo incipere non potuit, maximè stante mandato Iudicis,
5 cuius factum reputatur factum partis, *l. si ob causam. C. de euict.*

Et cessat difficultas, ex quo Magdalena accepit etiam pecunias ad computum sortis principalis, quod ostendit ipsam voluisse vti hac facultate, extinxisse censum non solum pro rata pecuniarum habitarũ, sed etiam pro tota sum-
6 ma, cùm aliàs parte inuita non potuisset census extingui pro parte, *ad l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur.* Ias. post alios *in l. quidem sub num. 4. ff. si cert. pet.* Vltra quod cõcurrit relaxatio mãdati pro tota summa, quod facit, vt verisimili mente Iudicis, & Magdalenę contractus habitus fuerit pro in-
7 diuiso, & in totum resolutus contractus, *ad l. pradium. ff. de arbitr.* Bart. *in l. egregie. § illud sub n. 4. ff. si fideiuss.* Alciat. *in l. 1. §. sed si mihi, in repet. sub nu. 6. ff. de verb. oblig.* Paris. *cons. 12. n. 74. lib. 2.* Aym. *cons. 170. num. 6.*

Nec aliquid facit, quod Marius promiserit soluere fructus pro duobus tertiis, quia eius promissio, stantibus supradictis, fuit inualida, maximè cùm sit facta post translatum onus census in Dominum Valerium, cum quo seruatis seruandis, erat creandus nouus census pro dictis habendis fructibus.

ILLVSTRISSIMO BLANCHETT.

Romana Societatis Officij, Veneris 15. Maij 1578.

SVMMARIVM.

1 *Societate disdicta, fructus non debentur ex pacto.*
2 *Interesse non debetur, nisi probatus extremus ad illud obtinendum.*

DECISIO CCXIII.

FVit resolutum non deberi fructus pecuniarum hæredibus Leonis post disdictam so-
1 cietatem, ex pacto enim non deberentur, quia illicitum, vt fuit resolutum in causis Romana duorum millium, & Romana Societatis coram R.P.D. meo Corta, & R.P.D. Lancellotto. Minus etiam loco damnorum, & interesse, quia non præcessit protestatio hæredum Leonis, & testes
2 non probant requisita ad interesse lucri cessantis, *iuxta decis.* 208. Mohed.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Societatis Officij, Veneris 23. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Fructus post venditionem officij non debentur, siue sciuerit, siue ignorauerit dominus societatis venditionem officij.*
2 *Societas per venditionem officij dissoluitur.*
3 *Societate dissoluta, cessat periculum vitæ, & amissionis sortis principalis, & remanet purum mutuum, & citra vsuram non possunt percipi fructus, & nu. 5.*
4 *Ampliatur procedere, non obstante pacto, vel consuetudine in contrarium.*
6 *Fructus societatis debentur propter periculum vitæ.*
7 *Interesse debentur, probato verè, & concludenter, & non præsumptiuè.*
8 *Societas finita dicitur, licèt vnus ex socijs dissolutionem ignorauerit.*
9 *Fructus non debentur, etiam si sponte fuerint soluti à sciente indebitos esse.*
10 *Indebitum repeti potest, quando alia fuerit potest præsumptio quàm donationis.*
11 *Certioratio in hoc casu non est necessaria.*

DECISIO CCXIV.

DOmini circumscripserunt in præsenti disputatione caput scientiæ, vel ignorantiæ Illustrissimi Domini Ioannis Baptistæ vendi-
1 tionis officij, & concluserunt, quod siue sciuerit, siue ignorauerit, fructus ei non debeantur post venditionem officij.
2 Fundamentum resolutionis fuit, quia per vẽditionem officij societas dissoluitur, *l. verum, §. vlt. ff. pro soc. §. soluitur, in eodem tit.* & dissoluta
3 societate cessat periculum vitæ, & amissionis sortis principalis, & remanet purum, & merum mutuum, ex quo citra vsuram non possunt percipi fructus, non obstante pacto, vel consuetu-
4 dine in contrarium, vt fuit resolutum in causa Romana societatis coram Cardinale Lancellotto 28. Aprilis 1570. & in alia Romana societatis 10. Maij 1578. coram Illustrissimo Blanchetto, & in causa Romana duorum millium 3. Iunij 1575. coram Cotta. & sæpè in aliis causis. Et distinctio quæ fit per modernos, & sic per informantes, inter scientem, & ignorantem, non habet aliquod fundamentum, quia ignorantia venditionis officij non operatur, quod societas duret, A-
5 lex. *cons. 60. nu. 1. & 2. lib. 7.* & dissoluta societate militat eadem ratio, quod cessat periculum a-
6 missionis capitalis, propter quod periculum solum sustinentur societates officij, & licitè percipiuntur fructus, & remanet purum mutuum,
7 & consequenter non possunt percipi fructus: sed solum in hoc casu competit actio, vel interesse probatum verè. & cõcludenter, & non præsumptiuè, iuxta doctrinam Paul. de Castr. *in l. 3. §. vlt. ff. de eo, quod cert. loc.* quam Rota seruat, vt per Put. *decis. 232. lib. 1.* Mohed. *decis.* 208. Vetall. *decis. 2. lib. 3. in manuscript.*

Non obstat textus *in l. sed & socius, §. si absenti, & in l. actione, §. item si alicuius, ff. pro socio,* quia in specie illorum textuum, societas est finita, licèt
8 vnus ex sociis ignoraret dissolutionem, Bart. & Bald. *in d. §. si absenti,* idem Bart. & Fulgos. *in d. §. item si alicuius,* Alexan. *d. cons. 60. nu. 1. & 2.* & quæstio solum est de damnis, & lucris, & aliis gestis medio tempore inter dissolutionem societatis, & scientiam alterius socij: & ista quæstio cessat in hac specie, quia post vẽditionem officij, non potest amplius alicui ex sociis obuenire damnum, neque lucrum, cùm cesset periculum amissionis principalis ex parte dantis; & ex officio vendito, super quo solum est contracta societas, alius socius non potest amplius percipere illos fructus.

Non obstat, quod cùm isti fructus fuerint soluti

luti sponte a sciente illos esse indebitos, & non possunt amplius repeti, *l.1.ff.de condit.indeb.cum alijs allega.* quia hoc non habet locum in vsuris, quæ possunt repeti, etiam quod fuerint scien-
9 ter, & sponte solutæ, Bart. *in l.si non sortem, §.quis falso.ff.de cond.indeb.* Ias. *in d.l.1.sub n.12.vers.quinta limit.* Dec. *in l.cuius per errorem, num.4.ff.de regul.iur.*

Et tanto magis, quia ista solutio non fuit facta ab Episcopo, animo donandi, sed ad effectum differendi restitutionem summæ scutorum notabilis scutorum duorum millium sortis principalis, quam tunc non habebat in promptu, vt probatur ex eius litteris: & quando potest sumi alia
10 præsumptio, quàm donationis, soluens scienter indebitum potest repetere, Bald. *in d.l.1.in fi.* & ibi Ias. *in 4.limitat.* Dec. *in d.l.cuius per errorem num.2.*

11 Non obstat, quod esset in potestate recipientis pecunias ad societatem vendendo officium, post contractam societatem, sine certioratione socii, eum priuare fructibus societatis: quia certioratio non est necessaria, Alexan. *d.cons.60.nu.2.* & ex ista venditione non resultat aliquod præiudicium cōsiderabile, cùm non currat amplius periculum amissionis sortis principalis; & is, qui dat pecuniam, facilè possit certiorari, an societas duret, vel ne, & ea dissoluta repetere sortem principalem, & ideo imputare sibi debet, si est negligens in perquirendo, an societas duret.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Romana Societatis Officij, Veneris 28. Aprilis 1570.

S V M M A R I V M.

1 *Societate finita, cessat periculum vitæ, & amissionis capitalis, & remanet purum mutuum.*

DECISIO CCXV.

Circumscripta consuetudine, & ceteris aliis fuit conclusum pactum esse illicitum de
1 iure: quia finita societate, cessat periculum vitæ, & amissionis capitalis, & remanet purum mutuum: & illa taxatio facta ab initio est quædam confessio fictitii interesse, quæ videtur facta in fraudem vsurarum, nisi aliud aliunde probetur per doctrinam Bald. *in l.rogasti.§.si tibi, col.2 vers.quid ergo, si certum petatur*, cum aliis de quibus latè per Couar *lib.3.varia.resolut. cap.4.num.5.* Aym. *cons.189.nu.8.* Sot. *de iustit.&. iure lib.6.art.2.circa finem.*

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Societatis Officij, Lunæ 20. Maij 1562.

S V M M A R I V M.

1 *Societas officij, vltra valorem illius non sustinetur.*
2 *Et remanet purum, & merum mutuum, in quo non cadit perceptio fructuum.*
3 *Consuetudo nihil operatur in materia vsurarum.*
4 *Fructus non debentur ex censu nulliter imposito.*

DECISIO CCXVI.

Fuit per Dominos resolutum Lelium teneri ad restitutionem fructuum, quia cùm istæ
1 societates officij, vltra valorem non sustineantur (vt fuit resolutum) remanet purū mutuum,
2 in quo non cadit perceptio fructuum, (vt fuit sæpius resolutum) & consuetudo ad illum effectum excusandi à restitutione fructuum, non suffragatur, quia consuetudo nihil operatur in
3 vsuris, *cap.quia in omnibus, & ibi glos.in vers.multi de vsur. cap.inter dilectos, de excess.prælator.* Et in his terminis fuit resolutum in causa Romana societatis 2. Iulii 1570. coram bon.mem. Lancel-
4 lotto, & in censu nulliter imposito, fuit etiam resolutum coram Gipsio in causa Vrbeuetana census de anno 1594.

ILLVSTRISSIMO MANTICA.

Sarnen. Affictus, Veneris 17. Maij 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus, quando in specie debentur, tanquam percepti ex prædiis locatis, eis consumptis æstimatio præstanda est.*
2 *Fructus triennio transacto consumpti intelliguntur, nec præsumuntur amplius extare.*
3 Alternatiua, &c. *in alternatiuis electio est debitoris.*
4 *Sententiæ verba debent intelligi secundum intellectum iuris, sicut animus iudicantis esse debet.*
5 *Mora contracta post litis contestationem facit quem teneri ad omne interesse.*
6 *Fructus, quando debentur in pondere, numero, & mensura, cùm tunc recipiant functionem in genere suo, alii fructus eiusdem generis, & qualitatis solui possunt.*
7 *Limita procedere, quando fructus debentur in genere, secus, quando debentur in specie, tanquam percepti ex certis prædiis, quia illis consumptis æstimatio est præstanda.*
8 *Fructuum æstimatio, quando præstanda est alicui, æstimatio fieri debet secundum tempus, quo fructus consumpti fuerunt.*

DECISIO CCXVII.

Placuit Dominis Vgnigerios teneri ad soluendam communem æstimationem, nam cùm fructus de quibus agitur in specie debeantur tanquā percepti ex prædiis locatis, eis con-
1 sumptis, æstimatio præstanda est, Bart. *in l.ex diuerso.§.1.num.9.vers.licet in ff.de rei vend.* & *in l.diuortio.§.ob donationes num.4.* & ibi Ias. *in fin.ff.solut.matrim.* idemque Bart. scribit *in l.eum qui in princ.nu.1.C.de pign. quibus, vt in sign.* Abbas *in cap.grauis n.22.de restit.spol.* Socin. Sen. *cons.2.nu.26. & seq.lib.4.* & Dec. *cons.464.n.8.vers.dictū Iuliani.*
2 Et cùm triennium transactum fuerit, vtique fructus consumpti intelliguntur, qui non præsumuntur amplius extare, glos. quam Bart. ibi cōmendat *in l.1.ff.aduers.vsucap.* & sequitur Bart. *in loco proximè citato*, Alex. *cons.37.num.3.lib.4.* & communem hanc opinionem profitetur Corn. *cons.104.nu.26. & seq.lib.2.* quam etiam seq. Curt. Sen. *cons.71.num.9.*

Non obstat, quod Vgnigerii per sententiam alternatiuam fuerint condemnati ad restitutio-
3 nem fructuum, vel illorum pretium, & in al-

tetnatiua electio fit debitoris, *l. plerunque in fin.*
4 *ff. de iur. dot.* quia verba sententiæ debent intelligi secundum intellectum iuris, sicut animus iudicantis esse debet, Dec. *cons. 188. num. 7.* Quare debent intelligi condemnati ad restitutionem fructuum si extent, & si non extent, ad eorum pretium, quemadmodum iuris ratio ex communi DD. sententia persuadet.

Accedit etiam, quod ex verbis sententiæ tollitur omnis dubitatio, quia Vgnigerij expresse sunt condemnati ad restitutionem omnium fructuum, vel illorum pretium, vnà cum omnibus damnis; & interesse per R.D. Archiepiscopum passis.

5 Neque dubium est, quin ipsi post moram contractã, saltem per litis contestationem ad omne interesse teneantur, *l. item rem suam. §. si post moram, & l. stipulationes non diuiduntur vers. Celsus. de verb. oblig. & l. vinum, & ibi not. omnes maxime Ias. nu. 7. & 13. ff. si cert. pet. Alex. in l. pretia rerum in fi. ff. ad l. Falcid. & cons. 56. nu. 7. li. 1.*

6 Neque etiam obstat, quod cùm fructus consistant in pondere, numero, & mensura, & recipiant functionem in genere suo: alii fructus eiusdem generis, & quantitatis solui possunt, *l. 2. §. 1. & §. cum quid. ff. si cert. pet.* quia huic respondet in specie Bart. *in d. l. ex diuerso. §. 1. num. 9. ff. de re iud.* & Abb. *in d. cap. grauis de rest. spol.* & alii supra citati, quod locum obtinet quando fructus debentur in genere, vt loquitur *d. l. 2. §. 1. & d. §. cum*
7 *quid.* in proposito autem fructus debentur in specie, tanquam percepti ex prædictis prædiis, & ideo illis consumptis æstimatio præstanda est, præsertim cùm mora interuenerit, & Vgnigerij fuerint condemnati etiam ad damna, & interesse, vt dictum est.

8 Atque ex his conclusum fuit eos proculdubio teneri saltem ad communem æstimationem fructuum illius temporis, quo fructus consumpti sunt, & explicat Bald. *in l. 2. nu. 15. de fruct. & lit. expen.*

CAPVT AQVEN.

Decis. 176. 21. Aprilis 1553. in manuscript.

SVMMARIVM.

1 *Iusta causa litigandi non excusat ab expensis, nisi quando debent compensari respectu instantiarum, non autem respectu eorum.*

DECISIO CCXVIII.

1 Rota semper condemnat in expensis, etiam quod victus habeat bonam causam litigandi, nisi quando expensæ debent compensari respectu instantiarum, non respectu eorum, in Eluen. denegationis distributionum coram Capisucco 21. Aprilis 1553.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Vineæ de Panellinis, Veneris 29. Octobris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior non potest molestari ab aliis creditoribus, nec etiam vigore Saluiani Interdicti quando offert pecunias.*
2 *Cautio est præstanda in actione tributoria.*
3 *Cautio non est præstanda in aliis casibus, in quibus satisfaciendum est creditoribus primo venientibus.*
4 *Possessor qui vult impedire immissionem, debet simpliciter offerre pecunias, & non petere cautionem.*
5 *Vendens coactè non tenetur præstare cautionem.*
6 *Creditores anteriores non adesse, præsumitur ex eo, quod per multum temporis spatium, nihil fuit petitum.*
7 *Cautio est præstanda, quando adest aliqua suspicio circa residuum pretij rei venditæ.*
8 *Cautionem de restituendo, accipere debet hæres cum beneficio legis, & inuentarij.*
9 *Cautio de restituendo prioribus non datur, nisi quando constat de aliis anterioribus.*

DECISIO CCXIX.

Domini resoluerunt, Petrum Lucam non teneri ad præstandam cautionem de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus ad fauorẽ Collegij, quia ei competebat immissio vigore Saluiani, & si fuisset missus non tenebatur præstare cautionem, quia Collegium non poterat molestari ab anterioribus creditoribus, eum eis remaneret antiqua hypotheca super Vinea: nec ratione hypothecæ in Saluiano, poterat auocare fructus bona fide consumptos, nisi à die motæ litis, & ideo si Collegium vult impedire immissionem offerendo pecunias,
1 non debet efficere eius conditionem deteriorem, vt teneatur ad præstandam cautionem, ad quam non erat obligatus, secuta immissione: tantò magis cùm hoc in casu offerendo non reperitur prouisum de alio remedio, quàm vt creditori cedat actiones, *l. mulier. ff. qui pot. in pignor. hab.*

2 Secundo moti fuerunt Domini, quia excepta actione tributoria, in qua debet præstari ista cautio, quia æqualis est conditio, quandocunque agentium, *l. procuratoris. §. si plures, l. non enim, & l. illud. ff. de tribut.* & exceptis quibusdam casibus particularibus, qui in dictis legibus referuntur per Doct. regulariter in aliis casibus debet satisfieri creditoribus, primo venientibus, nulla
3 præstita cautione, Alber. *in d. l. procuratoris. §. ult.* & ibi Ang. nu. 1. Fulgos. *in vers. vasta differentia,* & Paul. de Castro *in §. si plures num. 7.* Io. de Platea *in §. introduxit, vers. & attende,* & Aret. *sub num. 4. Instit. quod cum eo qui in al. pot.* & ideo cùm non versemur in aliquo casu limitationum, succedit supradicta conclusio Doctorum, quod non est locus cautioni.

Tertio placuit Dominis aliud fundamentum, quod Petrus Lucas petiit solum immissionem: ideo si Collegium vult eum cogere ad re-
4 cipiendam pecuniam, & impedire immissionem, debet simpliciter offerre, nec potest petere cautionem. Et placuit in hoc simile, quod affertur
5 per informantes de venditore coactè ad vendendum, qui non tenetur præstare cautionem, cùm non vendat liberè, & secundum eius voluntatem, *glos. in l. emptori duplam ff. de euict.*

Quarto considerabant etiam Domini, quod cessat timor probabilis, quod Collegium possit pati molestiam, quia in actis non constat, quod adsint creditores anteriores, & creditum Petri Lucæ

Lucæ est de anno 1557. ideo multum verisimile
6 est, quod verè non adsint, quia non fuissent negligentes in petendo per spatium tanti temporis, Aymon in *conf.269 nu.7.& 8.*

Non obstat doctrina Bald. *in auth. hoc nisi, ad finem. C. de solut.* vbi dicit, quod, quando adest
7 suspicio, debet præstari cautela, quia loquitur iuxta secundam partem illius textus de cautela præstanda à debitore ad fauorem creditoris, quod de pretio ex venditione rei suæ redigendo satisfaciet creditori, vltra, quod in casu isto lapsus tanti temporis excludit suspicionem, quod adsint alii creditores anteriores.

Non obstat, quod Alciat. *in respons.41. tom.1. lib.2.* defendit, quod hæres cum beneficio legis,
8 & inuentarij non debet accipere cautionem, & sic intelligitur, quod cessante beneficio inuentarij debeat eam petere, quia in dictis doctrinis non sumitur argumentum à contrario sensu, Cald. *conf.3. de preben.*

Et quicquid indistinctè videatur sentire Ang. *in d.l. si procuratorem, §. vlt.* quod hæres non te-
9 netur præstare istam cautionem, nisi, quando scit adesse alios creditores, Paul. de Castr. & Corn. *in l. vlt. §. & si præfatam, num.4. de iur. delib.* & in casu isto neque constat, neque verisimile est, quod adsint alii creditores anteriores, vt dictum fuit.

ILLVSTRISSIMO BLANCHETT.

Neapolitana pecuniaria, Mercurij 4. Nouembris 1579.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur liberare rem venditam à priori obligatione.*
2 *Emptor potest agere, vt res libera tradatur.*
3 *Actio non competit actori, quando ius eius efficitur deterius per sententiam.*
4 *Ius deterius non dicitur factum, quando adest obligatio de restituendo ad omne mandatum Iudicis.*
5 *Ius deterius efficitur per sententiam, quando agitur in petitorio: secus si agatur in possessorio.*

DECISIO CCXX.

EGo proposui dubium in causa Neapolitana pecuniaria: videlicet, an vt Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Dux Parmæ, possit agere ad effectum, vt Summaria consentiret venditioni sibi factæ per Sbarram, esset necessaria denunciatio litis Dominis de Bonuisiis. Et fuit per Dominos resolutum Excellentissimum Dominum Ducem potuisse, & posse agere contra Dominos de Bonuisiis, vt faciant consentire Summariam venditioni per Sbarram factæ eidem Excellentissimo Domino Duci absque alia litis denunciatione, sibi in consilio Regio Neapolitano motæ, cùm enim
1 Viridarium reperiatur alteri prius obligatum, ipsi tenentur illud liberare à priori obligatione, *l. creditor. §. prædium. ff. de act. empt.* & Excellentissimus Dominus Dux potest agere ex primæua actione, Alex. *conf.75. nu.11. lib.6.* Dec. *consil. 102. in fi.* & Aym. *conf.83. num.4.*

2 Non enim agit de euictione contra venditorem, sed vt res libera tradatur iuxta promissionem, quod sibi licet, Cuman. *in l. Iulianus, §. qui fundum, nu.6.* & ibi Ias. *nu. etiam 6. ff. de verb. oblig.* Pedemon. *decis.24. nu.4.*

Non obstat, quod res non sit integra, & quod actio non possit intentari per Excellentissimum Dominum Ducem, cùm ius venditionis sit effe-
3 ctum deterius ex sententia lata, & eius executione, & non interposuit appellationem, prout in præsuppositis, iuxta tradita per Cou. *var. resolut. lib.3. cap.18. nu.8.* & Rimin. Sen. *conf.274. nu. 51. lib.2.* quia hoc casu non potest dici effectum deterius ius DD. de Bonuisiis: per sententiam enim latam in Consilio Neapolitano, non est elisa exceptio anterioris hypothecæ ipsorum, ex iure Corneliæ Columnæ sibi cesso, cùm illa nõ
4 fuerit deducta, & deduci possit adhuc stante decreto Concilii, & obligatione Summariæ de restituendo ad omne mandatum præfati Concilii, quod non est restrictum ad fauorem Pompei Tutrauilla, sed ad omnem alium ordinem.

5 Secundo prædicta regula habet locum, quando ius in petitorio est effectum deterius, non autem in possessorio, prout in isto casu: potest enim agi quasi re non tradita Soc. *conf.199. nu.8. lib.2.* post Bald. & Salic. *in l.1. C. de peric. & commod. rei vend.* sententia enim lata ad fauorem Summariæ, non præiudicat Dominis de Bonuisiis, ita vt nullitatem obligationis Sbarræ, & potiora iura hypothecæ, ipsi non possint deducere contra dictam Summariam.

Nec refragatur cessio Summariæ in fauorem Excellentissimi Domini Ducis: quia istam cessionem obtinuit mediante restitutione possessionis viridarii, non autem gratis: cùm igitur Excellentissimus Dominus Dux non agat de euictione, sed priori actione, vt res sibi libera tradatur, & Domini de Bonuisiis adhuc per viam actionis possint deducere, quod prius excipiendo allegare poterant, non fuit necessaria alia litis intimatio, ideo.

R. P. D. COCCINO.

Nazzaren. pensionis, 15. Ianuarij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis distributio in duos terminos nempe à die Natiuitatis, & Sancti Ioannis fit gratia commoditatis solutionis, sed annus non currit, nisi à mense reseruationis illius anni, vsque ad alium mensem similem anni sequentis.*
2 *Pensio debet solui pro rata fructuum, & pro rata temporis quo vixit pensionarius.*
3 *Successor in beneficio, etiam quod fructus non perceperit, tenetur ad integram pensionem.*
4 *Limita procedere factis prius diligentiis contra illum, qui fructus percepit.*
5 *Declara dictam limitationem cessare, vbicunque successor soluerit.*
6 *Hæres Clerici, & beneficiati cui à Camera fuit concessa certa summa mediante facultate testandi concessa à Principe, non potest à creditoribus beneficiati molestari pro pensionibus.*
7 *Amplia maximè procedere, quando id peruenisset ex liberalitate Principis.*
8 *Limita procedere, quod si id quod remansit Cameræ, & quod cepit successor in beneficio dicto anno non sufficeret pro satisfactione pensionarij possit agere etiam contra hæredem cum gratia Principis sit intelligenda sine præiudicio tertij.*
9 *Gratia Principis est intelligenda sine præiudicio tertij.*

Tt

DECISIO CCXXI.

DVbitaui quis teneretur ad solutionem
pensionis scilicet termini Natiuitatis
Domini 1604. & cùm pensio antiquitus fuerit
reseruata die 13.Iunij soluenda in die Natiuita-
tis,& Sancti Ioannis Baptistæ,clarum est, quod
1 annus terminatur in alio mẽse Iunii sequentis,
licèt gratia commodioris solutionis pensio sit
distributa in duobus terminis,Put.*decis.*189 *n.*2.
*in fin.lib.*2.& fuit dictum in causa Romana Pen-
sionis 27.Iunij 1598.coram R.P.D.meo Decano
& in causa Neritonen.Pensionis 20.Nouembr.
preteriti coram Reuerendissimo Sacrato.Vnde
cùm Archiepiscopus obierit de mense Octobr.
& postmodum fuerit Illustrissimus Cardinalis
Barbarinus prouisus, clarum est, quod solutio
dicti termini spectat adCameram,&ad Illustris-
simum Cardinalẽ pro rata fructuum, quos per-
cepit à die suæ prouisionis vsq; ad 13.Iunij,quo
annuscompletur, vt in simili fuit cõsideratum
2 in dicta causa Neritonen.pensionis:pẽsio enim
debet solui pro rata fructuum, & non pro rata
temporis secundum opinionem, quam Rota
seruat,Gabr.*cons.*191.*nu.*13. *& seq.lib.*2. & fuit di-
ctum in causa Fanen.Pensionis19.Iunii 1573.co-
ram Sanctissimo Domino nostro Clemente
VIII. &in Cæsaraugustana Pensionis 13. Apri-
lis 1592.coram Illustrissimo Pamphilio.

Sed difficultas hodie consistit in eo, quod
iam Illustrissimus Cardinalis soluit dictum ter-
minum,sed vult retinere in manibus sequentes
terminos, quod non posse fieri censuerunt Do-
mini,quia licèt Rota non voluerit vnquam ad-
mittere illam cõclusionem,quod successor, qui
3 non habuit fructus, teneatur ad integram pen-
sionem,vt per Cassad.*decis.4.nu.3.de loc.*Crescen.
*decis.3.de solut.*Put.*decis.*189.*n.*2.*lib.*4.nisi prius fa-
4 ctis diligentiis contra illum, qui fructus perce-
pit,vt in Hispalen.Pensionis16.Decembris 1577.
& 22.Ianuarii1578. & coram Illustrissimo Do-
mino meo Blanchetto, & in causa Barbastren.
Pensionis 19. Aprilis 1602. coram R.P.D. meo
5 Lancellotto, tamen stilus Rotæ procedit de
quadam æquitate,quæ cessat,ex quo Illustrissi-
mus Cardinalis Barbarinus soluit.

Nec est verum, quod pensionarius debebat
agere etiam contra hęredẽ Archiepiscopi insti-
tutum in re certa, vigore facultatum Archiepi-
scopo concessarum à SummisPontificibus,quia
cùm hæres perceperit certam summam à Ca-
6 mera mediante facultate testandi concessa à
Principe,non potest super ista summa molesta-
ri,Vital.*in Clementin.2.num.46.de decim.*Crescen.
7 *decis.3.nu.4.de solut.*maximè cùm hoc esset ex li-
beralitate Principis,*l.omnes,& l.bene à Zenone.*C.
8 *de qua.dr.præscript.* licèt verũ sit, quod li Id quod
remansit Cameræ, & quod percepit Illustrissi-
mus Cardinalis in dicto anno nõ sufficeret pro
9 satisfactione pẽsionarii,possit agere etiam con-
tra hæredem, quia gratia Principis est intelli-
genda sine præiudicio tertii, glos. *in Clem.olim.*
& ibi Abbas *num.7. de verb. signif.*Ias.*in l.benefi-
cium,nu.20.de Constit.Princip.*& in terminis *l.be-
ne à Zenone.* Peregr.*de iur.fisc.lib.6.tit.4.num.*18.*&
seq.*& fuit dictum in causa Neritonen.Pensionis
1.Iulii 1605.& 16.Ianuarii 1608.& coram R.P.D.
meo Decano.

R. P. D. CAVALERIO.

Carpentoraten. Pensionis, Veneris
10.Decembris 1610.

SVMMARIVM.

1 *Pensio debetur hæredibus pensionarij, pro rata fru-
ctuum perceptorum à die quo fuit reseruata vs-
que ad obitum.*

2 *Pensio debetur hæredibus pensionarij,non habita ra-
tione temporis decursi, sed fructuum percepto-
rum.*

3 *Pensionis solutio non ex eo, quod fuit destinata in
duobus terminis, quod fit solum gratia commo-
dioris solutionis, non quod debet attendi ratio
temporis in iudicando an illa debeatur hæredi-
bus pensionarij,vel ne.*

*Declara, quod illa dicitur integra recollectio fru-
ctuum,quæ fit quolibet anno completo,incipien-
do à die reseruationis pensionis,& perficiendo eo-
dem die anni sequentis,eodem num.*4.

DECISIO CCXXII.

FVerat aliàs sub die 23.Septembris anni 1596.
auctoritate Apostolica reseruata pensio
scutorum mille super fructibus mensæ Episco-
palis Carpentoraten.ad fauorem bon.mem.Ba-
ronij soluenda in duobus terminis, vno videli-
cet in Festo Natalis Domini nostri Iesu Christi
proximè venturo, altero verò in festo Natalis
Sancti Ioannis Baptistæ, & ita fuit cõtinuatum
per plures annos de anno1607. die 29. Iunij, &
sic per tres dies post maturatum terminum
Sancti Ioannis, obiit Cardinalis, quo defuncto
cùm hæredas conuenissent Reuerendissimum
Dominum Capponum Episcopum pro solutio-
ne dicti termini,& Episcopus negaret se teneri,
fuit requisitum votum Rotæ, & proposito du-
bio, An hæredibus Cardinalis debeatur termi-
nus pensionis Sancti Ioannis Baptistæ anni
1 1607. Rota respondit hæredibus pensionem
deberi pro rata fructuum perceptorum à die
23.Septembris 1606. vsque ad diem obitus Car-
dinalis.

2 In hac enim materia solutionis pensionum
Rota solet se regulare iuxta terminos *l.defuncta.
ff.de vsufructu*, & ideo proceditur non habita
consideratione ratæ temporis decursi, sed fru-
ctuum perceptorum, ita fuit dictum in illa Fa-
nen. Pensionis 19.Iunii 1573. coram fel.record.
Clement. *VIII.* tunc Rotæ Auditore,quia pas-
sim ad hoc solet allegari,Gigas. *de pens. quæst.*53.
per totum. Caccialup.*in eod.tract.quæst.*25.&hanc
candem opinionem Rota seruauit in vna Ber-
gomen. fructuum 12. Decembris 1576. coram
bon.memo.Otiolen.& in Cæsaraugustana Pen-
sionis 13. Aprilis 1592. coram bon. memor. Illu-
strissimo Pamphilio, & aliàs sæpius,& licèt re-
3 gulariter solutio sit destinata in duobus termi-
nis, id tamen fuit gratia commodioris solutio-
nis, non quod propterea debeat attendi ratio
temporis, Put.*decis.*189.*num.*2.*lib.*2. fuit resolu-
tum in causa Romana pensionis 27.Iunii 1598.
coram R.P.D.meo Decano, & in causa Nazza-
ren. pensionis 15. Ianuarii 1607. coram R.P.D.
meo

4 meo Coccino, & ideo pro vna integra recollectione fructuum debetur integra pensio: integra autem recollectio dicitur illa, quæ fit quolibet anno completo incipiendo à die reseruationis pensionis, & perficiendo eodem die anni sequentis, ita Gabr. *consil.* 192. *lib.* 2. in terminis huius materię, vbi testatur de stilo Rotę: stantibus igitur præmissis, & applicando ad casum de quo agitur hæc pensio, vt dictum est, fuit reseruata die 23. Septembris 1596. ita vt primus terminus solueretur in festo Natalis eiusdem anni, alter verò in festo Sancti Ioannis anni sequentis 1597.

Integra autem recollectio intelligitur iam facta die 23. Septembris eiusdem anni 1597. quia fuit reseruata pensio, & cùm fuerit successiuè per eosdem terminos continuata solutio, hodie mortuo Cardinale cùm non probetur Episcopum intra huius temporis spatium percepisse, nisi modicam quantitatem fructuum, quia testes deponunt frumentum non secari, nisi de mēse Iulij, & quod die 23. Septembris vindemiæ sunt finitæ, & decimæ iam solutæ, & fuerunt tātummodo exactæ quædam paruæ responsiones in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi.

Propterea Rota censuit pensionem deberi dictis hæredib. à dicta die 23. Septembris 1606. vsque ad diem 29. Iunii 1607. qua obiit Cardinalis pro rata tantum fructuum perceptorum.

R. P. D. PIROVANO.

Romana nullitatis obligationis, Venetis 13. Nouembris 1615.

SVMMARIVM.

1 *Verba* quapropter, *restringantur ad verba praecedentia.*

2 *Interpretatio quælibet sumi potest, quando compatibilis est cum obligationibus.*

3 *Opinio Angeli in consil. 31. de herede sponte se obligante est à Rota approbata.*

4 *Heres cum beneficio legis, & inuentarij, si promisit soluere certam summam legatam, non autem legatum in genere, tunc non recipit diminutionem sua promissio, sed ad totam summam tenetur.*

5 *Limitatur si enunciato Iudicis decreto, & ordine indicto heredi cum beneficio legis, & inuentarij, quia ista verba referenda sunt, sed ius prout tenetur ex forma decreti, & tanquam heres cum beneficio legis, & inuentarij.*

6 *Promissio facta ex necessitate legis prascripta, ab eadem lege recipit interpretationem.*

7 *Heres cum beneficio legis, & inuentarij, si promisit soluere legatum debet in obligatione exprimere tanquam heres cum beneficio legis, & inuentarij.*

8 *Limitatur quando de causa sue obligationis apparet in eodem instrumento per verba relatiua ad decretum in quo sit mentio de beneficio legis, & inuentarij, & satis est, quod tale beneficium, ne dum demonstratiuè, sed suppositiuè conferar in instrumento appositum.*

DECISIO CCXXIII.

FVit aliàs in hac eadem causa resolutum Dominam Isabellam Celsam hæredem bon. mem. Laurentij Celsi censeri renunciasse beneficio legis, & inuentarii, nec vltra vires hæreditarias teneri, quamuis se proprio nomine, & bona sua obligauerit pro solutione legati, & hodie eadem causa proposita Domini in decisis persisterunt.

Considerantes quia etiam eodem instrumento apparet bon. mem. Iustum in executionem decreti congregationis Fabricæ ordinasse eidem Dominæ Isabellæ hæredi Laurentii Celsi cum beneficio legis, & inuentarij, vt solueret Catherinæ, quando monialis efficeretur scuta quingenta, & quia ipsa Isabella, vt decreto satisfaceret se obligauit per sequentia verba, quapropter volens modo Domina Isabella suprascripto ordini, seu mandato Domini Iusti obedire, promisit, & se solemniter obligauit, & pro quibus attendendis se, & hæredes, & bona in forma Cameræ obligauit. Ideo ratione causę finalis, quæ ex decreto deducitur, & etiam qualitate personæ per decretum obligatæ hæredis, scilicet cum beneficio legis, & inuentarij, & ex
1 voluntate Dominæ Isabellæ dispositiuè restricta ad decretum per illa verba, quapropter volens mandato supradicto obedire, ac demum propter consensum propinquorum, qui in eo præstando obligationi suscipiendæ iurarunt non tendere in præiudicium Dominæ Isabellæ
2 visum est posse sumi omnem interpretationem pro compatibilitate istarum obligationum, vt scilicet obligatio propria Dominę Isabellæ deseruiat creditoribus in via executiua, quam valde vtile, & commodum erit creditoribus, ne cogantur discussionem bonorum, & iurium hæreditatis expectare, & nihilominus vltra vires hæreditarias non teneatur quatenus pro solutione legati prædicti hæreditas soluendo non reperiatur, vt in his terminis declarant Monticul. *de inuentario, quæst.* 11. *nu.* 8. Minad. *decis.* 26. *nu.* 6. Franc. *decis.* 323. *nu.* 3. *& decis.* 648. *per totam in a-*
3 *lia decis. allegat.* quorum distinctio iterum placuit Dominis, cùm in hac parte non ostendatur doctrina Angeli *in cons.* 31. nec aliorum, qui Angelum sequuntur, quia non ponunt casum de hærede, qui coactè obligationem suscepit, aut de eo, qui liberè non poterat se obligare propter necessitatem consensus propinquorum, sed voluntariè & simpliciter se obligare, & bona sua supponente, in quibus terminis visum est procedere Angeli opinionem, & aliorum, qui eum sequuti sunt.

Non obstat, quod attenta etiam ratione compatibilitatis promissionum appareat de voluntate Dominæ Isabellæ nouandi priorem obligationem, dum non promisit soluere legatum simpliciter, quod poterat intelligi de eo, quod ipsa debebat saluo beneficio inuētarij, sed pro-
4 misit scuta 500. quæ summa sic certificata non videtur pati diminutionem, Bart. *in l. quod nomine. ff. de conditione indeb.* vbi ex hoc inductam esse nouationem affirmat, & sequuntur Surd. *decis.* 132. *nu.* 24. & Fanut. *de inuentario par.* 6. *nu.* 114. quia dum enunciato Iudicis decreto, & ordinę indicto Dominæ Isabellæ hæredi cum benefi-
5 cio legis, & inuentarii, vt solueret præcisam summam scutorum 500. Catherinæ, si ipsa Domina Isabella promisit soluere scuta 500. verba promissionis referenda sunt ad ius prout

tenetur ex forma decreti,& tāquam hæres cum
beneficio inuentarij,non autem ad nouam volūtatem,maximè quia se restrinxit ad debitum
promittendo supradicta scuta 500.vt ideo promissio videatur facta ex necessitate legis præ-
6 scriptæ, quæ merito ab eadem lege recipit interpretationem,ne promissore videatur renunciare beneficio sibi per legem inducto,*l.ex prætoris ff. de prætor. stipulat.* & ita declarat Alc. *de præsumptionibus reg.3.præsumpt.32.numer.12.* & per eādem rationem tollitur aliud obiectum,quod
7 Domina Isabella in promissione non repetiit se obligare vti hæredem cum beneficio legis, & inuentarij;prout videtur necesse secundum distinctione de qua in Clusina Grani 13.Iunij 1576. coram Robusterio,quia cùm de causa suę obligationis appareat in codē instrumēto,& vigore decreti se obligauerit per verba relatiua ad de-
8 cretum,satis est,vt verba, *vti hæres cum beneficio legis, & inuentarij* ,nedum demonstratiuè, sed suppositiuè censantur in instrumēto apposita.

Et ita fuit conclusum.

R.P. D. CAVALERIO.

Baren.fructuum,Mercurij 2.Iunij 1610.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ciuiles beneficiorum quales sunt pensiones domorum,responsiones,& similes tempore resignationis non exacti ad successorem spectant,ac etiam fructus pendentes.*
2 *Resignans simpliciter dicitur abdicare à se omne ius, & possessionem,& fructus,& amittis possessionem ciuilem, & naturalem.*
3 *Translatario debetur integer terminus pensionis matura post translationem,etiam pro rata temporis decursi ante translationem.*
4 *Fructus naturales, & industriales beneficiorum si sunt separati à solo ante diem resignationis, spectant ad resignantem.*
5 *Affictus pretium spectat ad resignantem,quando dies solutionis cepit ante diem resignationis.*
6 *Beneficiatus an æquiparetur vsufructuario in vita, & in morte vsuario.*
7 *Mors ciuilis non æquiparatur morti naturali.*
8 *Fructus pendentes non spectant ad successorem, quando quis fuit translatus ad aliam Ecclesiam,& consuetudo illius prædicta Ecclesia sit,quod fructus decedentis spectant ad Capitulum.*

DECISIO CCXXIV.

CVm Reuerendissimus Dominus Sanuitalis Archiepiscopus Baren. resignasset Archiepiscopatum in fauorem Reuerēdissimi Domini Caraccioli, orta est inter ipsos differentia super fructibus decursis, & inexactis vsque ad diem resignationis, & introducta causa coram Aud.Cam.fuit lata sententia,in qua quo ad fructus naturales, & industriales condemnauit Dominum Resignatarium ad restituendū Domino Resignanti omnes,& quoscunque fructus separatos à solo tempore resignationis, nec nō fructus perceptos de quocunque affictu, pro rata tamen fructuum recollectorum, quo verò ad fructus ciuiles condemnauit eumdem ad restituendum omnes fructus censuum, & similes qui ad eius manus peruenerunt post resignationem pro rata, à qua quidem sententia cùm fuisset hinc inde appellatum,fuit commissa causa appellationis in Rota appellatione remota. Dubitaui igitur, An fructus, & expensæ deberentur Domino Sanuitali iuxta sentētiam Auditoris Camaræ.

Et Domini dixerunt esse distinguēdum inter fructus ciuiles,& naturales,seu industriales.

1 Nam quo ad fructus ciuiles quales sunt census,pensiones domorum,respōsiones,& similes, quorum de tempore resignationis adhuc non venerat dies solutionis, censuerunt spectare ad successorē ad quem spectarent etiā fructus pendentes,gl.*in c.præsenti.ff.de offic.ord.in 6.*Card. & alij *in c.vlt.de pecul.cler.*Cald.*cons.2. eo.tit.* latè Couar.*lib.1.var.resolut.c.15.sub nu.2.*

Nec putauerunt, quod Dominus Resignans qui Ecclesiæ præfuit, & illius onera vsque ad diem dimissionis,& adeptionis possessionis resignatarij substituit, potest in hac rata aliquid prætendere, quia eo ipso, quod simpliciter di-
2 misit abdicauit à se omne ius,& possessionem, Inno.*in c.super hoc de renunciat.* Rot.*decis.1. eo.tit. in non.*Cassad.*decis.4. nu. 3. de restit. spol.* Achill. *decis.10.eod.tit.* & ideo post resignationem non potest percipere amplius aliquos fructus, *vt in dictis decisionibus*,& tradit Paris.*cons.39.lib.4.* & si post resignationem percipiat tanquam malę fidei possessor tenetur ad eorum restitutionem, ex quo remāsit absque titulo colorato, & amisit possessionem ciuilem,& naturalem, Put. *decis.158.nu.4.lib.3.*Prob.ad Mon.*in c.si te nu.30.de renunciat.* Rot.*d.decis.1.* Sarnen.*in regula de annali quæst.57. numer.3. vers. pro quo est diligenter*, & fuit resolutum in vna Seguntina beneficiorum 1.Iulii 1592.coram bon.mem. Orano,& pro his optimè facit *decis.* Put.14. *lib.3.* vbi ex prædi-
3 cta ratione fuit datus translatario integer terminus pensionis maturæ post translationem, etiam pro rata temporis decursi ante translationem.

Quo verò ad fructus naturales,& industriales Domini similiter distinguebant, nam qui erāt à solo separati ante diem 5.Iulii,qua die Domi-
4 nus Resignatarius fuit prouisus, censuerunt spectare ad Dominum Resignantem, iuxt. terminus *l.defuncta. C. de vsufruct. & l. diuortio cum ibi not.ff.solut.matrim.*etiam si fuissent locati, & dies solutionis affictus veniret post resignatio-
5 nem, quia de tali affictu seu pretio locationis, quod debetur ratione fructuum idem iudicatur, quod de fructibus, quorum loco affictus subrogatur, & sic non consideratur dies solutionis affictus, sed potius tempus perceptionis fructuum pro quibus affictus soluitur, Salic. *in l.fructus numer.3.vers.& probat ratione. C. de act. empt.* Alexan.*cons.28.num.2.lib.1.*Natt.*cons.141.nu.1.*cum aliis adductis per Honded. *cons.85. nu.13. & 23.lib.2.*

Nec putarunt Domini obstare, quod dicebatur fructus omnes pendentes indistinctè spectare ad Resignatarium, siue sint separati à solo, & venerit dies solutionis,siue fuerint recollecti,siue non, ea ratione, quia beneficiatus in vita æquiparatur vsufructuario, in morte verò
6 vsuario, iuxta d.glos. *in c. præsenti cum alijs supra allegatis*. & propterea idem videtur dicendum in resignante qui habetur pro mortuo,*c. in apibus.§.ecce 7.quæst.1.si quis iam translatus 21.quæst.2.*

& in

& in his terminis Card. *cons.* 110. *nu.* 2.

Nam talis æquiparatio in casu isto non placebat, quia in iure nõ reperitur facta, & tamen est certum mortem ciuilem non æquiparari
7 morti naturali, nisi in casibus à iure expressis, *glos. in cap. placuit el.* 2. 16. *qu.* & *in cap. susceptum in verbo non morte de rescriptis* 6. Præpos. *in d.* §. *ecce nu.* 21 & hac de causa ad propositum placuit, quod dicunt Doctores, quod si aliquis translata-
8 tus est de vna Ecclesia ad aliam, & consuetudo primæ Ecclesiæ ast, quod fructus decedentis perueniant ad Capitulum, Capitulum non habebit fructus pendentes de tempore translationis, vt per Archidiac. *in d.* §. *ecce, num.* 8. quem ibi sequitur Gemin. *nu.* 5. Egid. *num.* 2. Rot. *decis. vnic. de translatione Episcopi in antiq.* tenuit Rota in vna Burgen. expensarum 19. Nouembris 1584. quę est 809. *par.* 2. *diuers.* vbi reiicit dictum Cardinalis *in d. cons.* 110. Pauin. *de offic. & potestate Capituli sede vacan. par.* 2. *quæst.* 8. *num.* 28. Surd. *cons.* 333. *num.* 57. *vol.* 3. Aym. *cons.* 873. *numer.* 2. *vers. neque mouet volum.* 5.

Ex quibus, & aliis deductis per informantes ad excludendam hanc æquiparationem quæ placuerunt Dominis conclusum fuit fructus à solo separatos ante diem resignationis, deberi Domino resignanti, cæteros verò omnes Domino resignatario.

R. P. D. PIROVANO.

Cremonen. fructuum, 18. Martij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Fructus Episcopatus naturales, & industriales à solo separati debentur Episcopo resignanti, vsque ad diem admissæ resignationis.*
2 *Amplia procedere etiam si bona essent locata, & dies solutionis nondum venissent, quia satis est, quod fructus, quorum causa solutio est facienda tempore præterito, essent collecti.*
3 *Pensio succedit loco fructuum.*
4 *Amplia, quod propterea ad dignoscendum an pensio debeatur hæredibus pensionarij, inspicitur tempus an fuerint recollecti, nec ne.*
5 *Fructus ad hoc, vt debeantur vel ne, hæredibus beneficiati inspicitur tempus, quo separantur à solo.*
6 *Fructus ciuiles dicuntur, quando perueniunt ex re, quæ non producit fructum naturaliter.*
7 *Fructus ciuiles, quorum solutio nondum euenerat, debentur successori beneficij.*
8 *Amplia idem esse in fructibus naturalibus, & industrialibus pendentibus.*
Fructus naturales, & industriales pendentes omnes debentur successori in beneficio.
9 *Amplia procedere, etiam si omnes fructus maturi essent, & proximi recollectioni, & maior pars anni diem restitutionis bonorum præcesserit.*
10 *Fructus ciuiles etiam, quod non aduenerit dies solutionis, diuiduntur ad ratam temporis inter hæredes, & successorem in beneficio.*
11 *Resignatio abdicat à resignante omne ius, tam ratione dominij quàm possessionis.*
12 *Fructus beneficij non debentur resignanti, qui nec dominus, nec possessor est, & si receperit ad illorum restitutionem tenetur.*
13 *Fructus ciuiles quotidie incipiunt deberi.*
14 *Fructus, &c. Id quod operatur in naturalibus fructibus: separatio hoc operatur in ciuilibus, quantum ad effectum acquisitionis tempus, quo deberi incipiunt.*
15 *Fructus iam deberi incepti, licèt nondum esset orta actio, non debentur resignatario, sed successori, ex quo per resignationem voluntariè factam non reseruato iure quo ad fructus præteritos censetur ius tantum remissum.*
16 *Limita secus esse, quando beneficiatus moritur, quia tunc debentur pro rata temporis.*
17 *Fructus à solo separati post admissam resignationem in manibus Sanctissimi vsque ad diem securæ resignationis, non debentur resignatario, quando non agitur de resignatione facta ad fauorem certæ personæ, sed libera.*
18 *Resignans an, & quando diuidat fructus beneficij cum resignatario, vide supra de fructibus.*

DECISIO CCXXV.

Domini censuerunt fructus naturales, & industriales à solo separatos deberi Illustrissimo Cardinali, vsque ad diem admissę resigna-
1 tionis per Sanctissimum, quę alio non apparente contigit in die 19. Iulij anno 1610. in qua facta fuit prouisio moderni Episcopi, & ad illam vsque diem Dominus Cardinalis fuit legitimus Ecclesiæ Cremonen. sponsus.

Hoc enim expressè probarunt glos. *in cap. si propter in ver. primis an ii de rescript. in* 6. Franc *in cap. præsenti de offic. ord. in* 6. Corsetan *singul.* 49. *in verbo Clericus.* Couar. *in cap. cum in offi iu, num.* 12. *de testam. & lib.* 5. *var. resolut. cap* 15. *n.* 12. Rota Perusina *decis.* 33. *num.* 1. Ferret. *cons.* 256. *num.* 1. *part.* 2. Honded. *cons.* 85. *n.* 7. *vol.* 2. Rota in causa Burgen. expensarum 28. Nouembris 1583. *inter impress.* 561. *nu.* 4. & 6. *par.* 1. & apertius, modernis temporibus in vna Baren. fructuum 2. Iulij 1610. coram Domino meo Caualerio, in qua dictũ fuit pro-
2 cedere conclusionem, etiam si bona essent locata, & dies solutionis nondum venisset, quia satis est, quod fructus, quorum causa solutio est facienda tempore prædicto essent collecti, Salicet. *in l. fructus, nu.* 3. *vers. & probatur ratione. C. de act. empt.* Alex. *cons* 28. *nu.* 12. *lib.* 1. Honded. *cons.* 85. *nu.* 13. *lib.* 2. qui omnes in d. decis. Baren. fructuum allegantur, quibus accedunt Alexan. *cons.* 15. *nu.* 2. *lib.* 2. Couar. *d. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 3. Bellon. *cons.* 3. *nu.* 11. Ferret. *cons.* 151. *nu.* 2 *lib.* 1. Ancar. *cons.* 193. *nu.* 3. Alban. *cons.* 275 *nu.* 6. mouentur prædicti ex ratione *legis defuncta. ff. de vsufruct.* cùm pensio succedat
3 loco fructuum, *l. mercedes. ff. de petit. hæred. l. diuortio.* §. *item si messes. ff. solut. matrimon.* Bart. *in l. fin. in fin. ff. de iure fisci.*
4 Vnde sicuti in ipsius fructibus inspicitur tempus, quo separantur à solo, vt per Angel. & Alex. *in l. deducto,* §. *qui post. ff. ad Trebell.* ita etiam
5 idem met tempus inspicitur in pensionibus quę pro eis præstatur, vt bene declarat Alexan. *cons.* 28. *col.* 1. *vol.* 1.
6 Quo verò ad fructus ciuiles, qui verè dicuntur, quando proueniunt ex re non producente naturaliter fructum, vt declarat Bart. *in l. ex diuerso, nu.* 1. *ff. de rei vend. per text. in l. si uantis eodem*
7 *tit.* & quorum dies solutionis tempore resignationis non euenerat, dixerunt Domini ad Epi-
8 scopum successorem pertinere prout pertinent fructus naturales, & industriales pendentes,

Card. *cons. 2. de pecul. cler.* Couar. *lib. variar. resolut. cap. 15. nu. 1.* his accedit Tiraquell. *de retract. conuent. §. 5. glos. 4. in princip.* Honded. *d. cons. 85. num. 1.*
9 hoc admittentes etiam si fructus omnes maturi essent, & proximi recollectioni, & maior pars anni diem restitutionis bonorum præcessetit, vt bene probatur in allegata Baren. fructuum.

10 Non obstat, quod de fructibus ciuilibus, prout de naturalibus idem iudicium esse non debeat, quia pro ciuilibus etiam, quod non aduenerit dies solutionis sit diuisio ad ratã temporis inter hæredes, & successoré in beneficio, quod non admittitur, quando pendet dies collectionis fructuum natura itum Salic. *in l. Iulianus. §. si fructus, n. 8. & 10. ff. de act. empt.* Gabr. *cons. 191. nu. 5. vol. 2.* Franc. *decis. 79. nu. 3. & 4.*

Vnde cùm Dominus Cardinalis vsque ad diem suprascriptam, Ecclesiæ inseruierit, & onera sustinuerit, etio, quod solutionis dies pro fructibus ciuilibus non euenerit, non tamen videtur excludendus ad participandum pro rata temporis.

11 Nam pro responsione fuit dictum, quod per resignationem abdicatam remansit à resignante omne ius tam ratione dominii, quàm possessionis, Innocent. *in cap. super hoc de renunciat.* Abb. *in cap. si lustè, numer. 10. & 11. de restitut. spol.* Rota *decis. 1. de renunc. in non.* Sain. *de pac. resign. quæstio. 78. num. 2.* cum aliis allegat. in illa Baren. fru-
12 ctuum, adeo quod mirum non videtur si resignanti, qui nec dominus, nec possessor est, fructus non debeantur, & si recepit ad earum restitutionem teneatur, Cassador. *decis. 4. numer. 6. de restit. spol.* & Gabr. latè comprobans *cons. 191. nu. 2. lib. 2.*

13 Et si dicatur impedire quidem futuram fructuum acquisitionem cessante dominio, & possessione, sed quoad quæsitos de tempore resignationis eam non obesse, fructus autem ciuiles quotidie incipiunt deberi, vt dicunt Bald. *in l. filiusfamilias. §. apud Marcellum de legat.* Aretin.
14 *in l. diuortio, ad l. 8. solut. matrim.* itaque quod operatur in naturalibus separatio, hoc operatur in ciuilibus, quantum ad effectum acquisitionis, tempus, quo deberi incipiunt, vt bene declarat Cald. *in 2. respons. post tract. de restitut. in integr. nu. 14. in fin.*

15 Tunc potest responderi, quod cùm antequam cederent dies solutionum pensionum occasione fructuum ciuilium actio non esset orta, Domino autem Cardinali actionem orituram quo ad se extinxerit abdicando ius dominij, & possessionis bonorum Ecclesiæ per resignationem voluntariè factam in manibus Sanctissimi non reseruato iure, quoad fructus præteritos censetur ius totum remissum, iuxta doctrinam Bart.
16 *in l. fin. § fin. de iur. fisc.* Put. *decis. 14. lib. 3.* dicens diuersum esse in actu necessario morientis, quia licèt quo ad eum extinguatur actio, tamen pro parte illius interuenit actus positiuus, quo casu tex. *in l. defuncta. ff. de vsufruct.* & tenentes diuisionem pro rata temporis faciendam esse, sunt intelligendi, non autem de actu voluntario, & Put. sequuti sunt Gabr. *consilio 191. num. 3. volum. 2.* Honded. *consilio 85. num. 5. vol. 2.*

17 Quæ verò dicebantur de fructibus à solo separatis post admissam à Sanctissimo resignationem, & vsque ad diem scriptę dictæ resignationis, vt potuerit Dominus Cardinalis suos facere, non placuerunt Dominis, cùm non agatur
18 de resignatione facta fauore certæ personæ, sed de libera, vt bene aduertit Gabr. *allegat. cons. 191. num. 1. & 2. vol. 2.* nec de Episcopo motu proprio per Sanctissimum ad aliam Ecclesiam translato cuius consensus necessarius est, vt fuit consideratum in illa Placen. Canonicatus, & præbendæ 26. Martij 1610. coram Domino meo Lancellotto.

Atque ita solo Domino Cardinale informante resolutum fuit.

R. P. D. REMBOLDO.

Spoletana bonorum, 2. Iulij 1615.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio dicitur nulla, quando nulla prænia subhastatione, & deliberatione, nec æstimatione facta est.*

2 *Oblatio debiti cum depositione & cõsensu consignationis impedit distractionem & adiudicationem.*

3 *Spoliatus nuliter à iudice, potest agere interdicto recuperandæ, etiam contra bonorum emptorem.*

4 *Oblata bona debent prius æstimari antequam capiatur possessio.*

5 *Decretum, quod mandat vendi, & subhastari, intelligendum prænia subhastatione.*

DECISIO CCXXVI.

Dictum fuit sententiam Gubernatoris Spoleti, qua mandatur Franciscum reintegrari debere ad bona in executiône capta, & per Rocatum, & Aurelium occupata, esse iustam: fundamentum autem decisionis ex eo desumptum fuit, quod ex deductis satis videbatur liquere dictum Franciscum fuisse suis bonis priuatum iuris ordine minimè seruato, non solum quia nulla præcessit subhastatio, & deliberatio,
1 sed legitima pignoris adiudicatio prænia scilicet æstimatione facta, contra textum *in l. specialiter. ff. de distract. pignor. & in l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic.* Surd. *cons. 256. num. 5.* Roland. *cons. 32. n. 33. lib. 1.* Afflict. *decis. 358. nu. 5.*

2 Verùm etiam, quia stante Iudiciali oblatione debiti per eundem Franciscum Communitati facta, eiusdemque deposito, ac consensu præstito consignationi fiendę, non licuit aliquatione ad pignoris distractionem procedere, ad textum *l. si prius. C. de distract. pignor. & in l. si reus. ff. de procurat. & l. mulier. ff. qui pot. in pignor. hab.* Bart. *in l. creditoris. ff. de distract. pignor. num. 4.*
3 quo fit vt Franciscus sit spoliatus, & meritò agere potuerit interdicto recuperandæ etiam contra emptorem bonorum, vt in terminis executionis notat post scribentes *in d. l. à Diuo Pio* additio ad *decis.* Afflict. *302. nu. 2.*

4 Non obstat, quod Franciscus renunciauerit liti, abstuleritque Communitati bona eorumque possessionem, quia dicta oblatio fuit restricta ad summam, & quantitatem debitam, vnde non possunt censeri in solutum data, sed pro iusta æstimatione, quæ propterea necessario præcedere debebat antequam dictorum bonorum caperetur possessio, Surd. *d. cons. 256. nu. 2. vers. & ideo pro extinguendo.* & fuit dictum coram Seraphino *decis. inter impress. 984. numer. 2. decis. 1005. num. 3.*

n.3. vltra quod dicta oblatio, vt prætenditur nõ fuit per Communitatem accepta.

Minus etiam ad euitandum spolium Cõmunitati suffragatur Breue à fælic. recordat. Clemẽte VIII. super exactione debitorum Communitatum edictum, ex quo enim illud mandat bo-
5 na vendi, & auctioni subiici, necessario vult vẽditionem fieri mediante subhastatione, & licitatione, cùm auctio in effectu, idem sit, quod subastatio vend. scilicet in publico, & celebri loco facta, vt notat Rebuff. *super constit. reg. mom. tod. tit. de prox. licit. & subhast in princip. n.5.* atque ex his fuit in fauorem Francisci resolutum ipso solo informante.

R.P.D. MANZANEDO.

Romana Saluiani Interdicti, Venetis 20. Maij 1616.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis facit præsumi verificata fuisse omnia ea quæ Iudici narrata fuerunt.*

2 *Amplia, quod propterea contrarium asserenti, incumbit onus probandi.*

3 *Mulieris obligatio ad hoc, vt sit valida satis est, quod causa sit vera etiam quod non sit vtilis, reiecta opinione contraria de qua & nu. 4.*

5 *Census præsumitur in pecunia numerata, quando id ex instrumento colligitur, donec contrarium probetur.*

6 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 154. quo disponitur contractum mulieris læsiuum, vltra tertiam partẽ venire rescindendum, & iuramentum reputari dolo extortum habet locum in contractibus tantum in quibus hinc inde aliquid datur, vel promittitur, & nu 7.*

7 *Læsio non pot est verificari in ijs contractibus, in quibus aliquid non datur, vel promittitur vnum pro alio.*

8 *Læsio non potest conuenire, nec adaptatur in deposito, vel commodato, & in alijs contractibus non respectiuis, & in quibus respectu alicuius dati, vel recepti aliquid commutatiuè non datur, vel promittitur.*

9 *Statutum Vrbis lib. 1 cap. 154. non habet locum in contractu facto per mulierem pro subleuando marito.*

DECISIO CCXXVII.

Domini perstiterũt in decisis ex rationibus & fundamentis in decisione adductis.

Quibus visum fuit non obstare, quod causa propter quam Domina Olympia se obligauit non sit vera, cùm imposuerit Censum de quo agitur scutorũ 1500. super proprijs bonis pro liberando maritum ab ære alieno, quæ quidem summa non videtur sufficiens ad illum liberandum, ex quo eius debita ascendunt ad quantitatem longè maiorem.

Fuit enim responsum censum non fuisse impositum pro omnino liberando maritum, sed pro eum subleuando, & ad effugiendas expensas executionum, & periculum imminens carcerationis, quæ causa non videtur falsa, nec erronea, cùm negari non possit, cum dicta summa scutorum 1500. Olympiam magnum subleuamen viro præstitisse, & cum à dicto periculo carcerationis liberasse, prout euentus docuit, cùm tunc non fuerit carceratus.

1 Nec facit, quod non constet de imminenti periculo carcerationis, à quo maritus fuerit liberatus; Nam cùm Olympia se obligauerit cum decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus, præsumendum est hoc tunc verificatũ fuisse, Put. *dec. 205. n. 2. lib. 3.* Menoc. *de præsumpt. præsumpt. 75. n. 5.*
2 *lib. 2.* Gabr. *de senten. conclus. 5. numer. 1.* & contrarium asserenti incumbit onus illud probandi, vt fuit dictum in vna Romana Nullitatis Census 8. Nouembris 1610. coram R. P. D. meo Pirouano.

3 Minus obstat, quod fideiussio sit de sui natura læsiua, & obligatio mulieris non valet, nisi fuerit facta ex causa vtili ex adductis in illa Romana Argentorum 27. Iunij 1607. coram Reuerendissimo Bononien.

Quia ad effectum, vt obligatio sit valida non attenditur vtilitas causæ, sed veritas, pro qua veritate in casu nostro est præsumendum, propter Iudicis decretum, vt fuit nouissimè resolutum in causa Romana Saluiani Interdicti 15. Decembris 1614. coram Domino meo Pamphilio, vbi
4 in specie respondetur dictæ decisioni Romana Argentorum.

Non obstat, quod Census non fuerit creatus in pecunia numerata iuxta formam Bullæ san-
5 ctæ memoriæ Pij Quinti, quia contrarium apparet ex lectura instrumenti cui in hoc standũ videtur donec plenè & concludenter contrariũ probetur, vt fuit dictum in vna Beneuentana Census 16. Decembris 1594. coram bo. me. Cardinali Mantica, & in alia Romana Census 23. Iunij 1608. coram Reuerendissimo Bononien.

6 Tandem non fuit visum obstare obiectum de Statuto Vrbis *c. 154. lib. 1.* qua disponitur contractum mulieris læsiuum vltra tertiam partem venire rescindendum, & iuramentum illo adiectum dolo extortum reputari.

7 Respondebatur enim dictum statutum interpretationem accipere à iure communi iuxta quod læsio in quota certa, prout vltra tertiam, vel dimidiam non potest verificari in contractibus, in quibus hinc inde aliquid non datur, vel promittitur vnum pro alio, iuxta Bartol. *in cons. 90. num. 2. lib. 1.* quem refert, & sequitur Cagnol. *in l. 2. nu. 195. C. de rescind. vend.* & Pinell. *in eadem l. 2. cap. 3. num. 4* Rebuff. *in tractat de resc. in contract artic. vnic glos. 15. num. 6.* ex quo inferunt Doctores *dict. l. 2.* non procedere in actu, quo liberalitas exercetur, & in quo dicta læ-
8 sio vltra tertiam, vel dimidiam non potest conuenire, nec adaptari, vt in commodato, & deposito, & alijs contractibus non respectiuis; & in quibs respectu alicuius dati, vel recepti aliquid commutatiuè non datur, vel promittitur, vt notant Cagnol. & alij *supra relati*, & Siluan. *consil. 13. numero 4.* Fabian. de Monte *de empt. & vend. quæst. 8. numero 10.* sed sic
9 est, quod iste contractus obligationis mulieris pro marito subleuando, & à carceribus eximendo non correspectiuus, ita vt ratione dictæ obligationis aliquid daretur, vel promitteretur vxori; & per consequens non potest huic contractui commodè adaptari læsio vltra tertiam, & sic nec dispositio dicti statuti.

Ex quibus ita fuit resolutum.

R.P.D. GIPTIO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ, 29. Aprilis 1591.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana constitutio tollit obstaculum iuris canonici, & reddit nos ad ius ciuile.*
2 *Appellatio non admittitur in Saluiano Interdicto.*
3 *Soluere coactus per sententiam, potest eodem iure vti contra possidentes bona debitoris.*
4 *Depositum factum de pretio cum intimatione, liberat emptorem à solutione census.*
5 *Depositum in cedula factum, habet vim solutionis.*

DECISIO CCXXVIII.

1 QVoniam constitutio Aegidiana tollit obstaculum iuris canonici, & reddit nos ad ius ciuile, secundum terminos *l. vnice, de momen. possess.* Propterea resolutum fuit esse locũ dictæ constitutioni, cùm sententia Auditoris Cameræ sit lata in mero possessorio, videlicet in Saluiano
2 Interdicto, in quo non admittitur appellatio, quæ retardat executionem, *§. item Seruiana, Inst. de action. cum ibi notat.*

Nec facit, quod dicta constitutio excipiat aliquos casus, quoniam nulla ex dictis exceptionibus satis probatur.

Notoria iniustitia non apparet, quia Iacobus, & fratres à Porta actores habent ius cessũ à creditoribus Bargini; ideo quemadmodum ipsi coacti fuerunt per sententiam Rotalem soluere census Domino Gabrielio: pari ratione di-
3 cendum est licere ipsis vti eodem remedio aduersus possidentes bona Bargini, *vulgata l. illud, ad l. Aquil.*

Nec placuit Dominis, quod cessio facta fuerit per Dominum Gabrielium istis à Porta, quia vigore contractus erant principaliter obligati ad censum soluendum, per ea quæ tradit Bat. *in l. Modestinus. nu. 8. de solut.* quoniam stante deposito pretij domorum, mediante cedula bãcaria, cum intimatione facta Bargino, emptores non tenebantur ad solutionem dictorum censuum, nisi volente Bargino, qui nunquam fuerunt requisiti, nec interpellati.

4 Non obstat, quod depositum nõ fuit reale, sed fictum, quia etiamsi esset verum, quod negatur, ad hunc effectum nihil releuaret, cùm capsor possit cogi ad soluendum pretium secundum tenorem dictæ cedulæ, potuit enim capsor rem gratam facere illis à Porta, & sic de proprio promittere, & etiam soluere: nam contra dictam ce-
5 dulam, quæ habet vim solutionis, Put. *decis. 163. lib. 1.* nihil potuisset opponere.

Conditiones verò, de quibus in cedola, non releuant, quia sunt iuxta formam Bullæ retractus fel. rec. Gregorij XIII.

Quæ dicuntur de retentione rei, & pretij, per *l. curabit de act. empr.* tolluntur ex integro deposito pretij dictarum domorum.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Romana domus, Venetia 11. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana habet locum in quocunque possessorio.*
2 *Spolium probatur eo ipso, quod constat nulliter fuisse actum.*
3 *Verba ista, de & super recuperatione domus, in commissione posita, concernunt tam petitorium, quàm possessorium.*
4 *Mixtum continere non dicitur sententia, licet super nullitate fuerit cognitum, quando solum super possessione fuit sententiatum.*
5 *Mixtum iudicium non dicitur, quando incidenter dominium fuit in possessorio deductum.*
6 *Mixtum iudicium dicitur, quando in sententia fuit facta mentio de nullitate, vel quando aliquis declaratur hæres.*
7 *Appellatio non datur, quando sententia est restricta ad solam possessionem.*
8 *Mixtum iudicium dicitur, quando plenè fuit de nullitate cognitum ad effectum præiudicij in petitorio.*
9 *Procuratorem dominum litis effectum citasse sufficit.*

DECISIO CCXXIX.

FVit per Dominos resolutum esse locum Aegidianæ, quæ habet locum in quolibet pos-
1 sessorio, Caputaq. *dec. 127. lib. 1.* & consequenter in hoc casu, vbi sententia est lata pro restitutione, seu relaxatione possessionis domus, & sic in mero possessorio, Soc. *in l. rem quæ nobis n. 14. ff. de acquir. poss. & in cons. 262. n. 1. lib. 2.*

De iustitia sententiæ nõ est amplius ambigẽdũ, quia stante nullitate subhastationis domus, de qua cõstat ex resolutionibus in hac causa fa-
2 ctis coram R. P. D. Litta, intrat actio spolij, *ad c. p. querente.* vbi Abb. *nu. 8. de rest. spol.* & fuit resolutum in causa Interamnen. officij de anno 1576. coram Blanchetto, & in alia Romana pecuniaria 22. Februarii anni præteriti coram D. Iusto, & aliàs sæpius.

Non obstat, quod D. meo Littæ fuerit commissa causa in solo petitorio, *de & super recuperatione domus*, quia quidquid dicendum sit in sententia, quæ est strictè interpretanda, ista ver-
3 ba posita in commissione, seu libello, referuntur etiàm ad possessorium, iuxta distinctionem aliàs factam per Rot. in simili casu coram R. P. D. meo Decano in causa Fauentina spolii sub die 15. Aprilis 1580. ex doctrina Suc. *in d. l. rem quæ nobis, sub num. 14. & in d. cons. 261. num. 7.* qui alios allegat.

4 Nec obstat, quod pro limitatione ad Aegidianam deducitur mixtura, quam dicunt continere sententia R. P. D. Littæ ex eo, quod sit lata super spolio proueniente à nullitate subhastationis, de qua fuit cognitum: quia satis est, quod super ea non fuerit pronunciatum, verba enim sententiæ cuius tenor ad hunc effectum ostenditur, iuxta consil. Corn. *num. 3. lib. 4.* sæpius in Rota approbatum, sunt restricta ad merum possessorium, neque aliquam nullitatis complicationem habent, & illa cognitio nullitatis subhastationis, quæ erat necessaria pro iustificatione possessorii, non fuit principaliter facta ad effectum præiudicii in petitorio, sed tantum incidenter ad effectum solius possessorii, & ad illud colorandum, vt euentus docuit, ex quo iudex ad illud se restrinxit, & ideo non impedit effectum Aegidianæ; nec mixturã inducit, vt in
5 simili de dominio deducto ad effectum spolij tradit

tradit Dec. *in conf.* 28. & de nullitate, ex qua de-
ducitur spolium, fuit resolutum in vna Tiburti-
na Castri Sambuci coram Sanctissimo sub die 1.
Iulij 1577. & sæpissimè tenuit Rota in quàm
pluribus alijs causis.

6 Neque obstare, quod iudex cognoscendo de
nullitate subhastationis, videatur tacitè illam
reuocasse, & sic saltim virtualiter super ea pro-
nunciasse, iuxta *cons.* Bar. 141. *& cons.* 330. *lib.* 1. quia
Bal. loquitur, quando in sententia exprimitur
causa, quæ habeat complicationẽ cum petito-
rio, vt ipse se declarat *in d. cons.* 330. *lib.* 1. ibi, quod
si declaratur hæres in possessorio potest appel-
lari, & ita loquitur Put. *decis.* 108. *lib.* 3. & est alia
decisio in causa Hispalen. fructuum coram Chi-
rogra, quæ expresse loquitur in casu, in quo sen-
tentia restitutoria, fuit lata ex capite nullitatis,
quæ erat complicata cum restitutione, de qua
fuerat facta mentio in sententiâ, vt ex lectura
decisionis apparet; secus verò, quando senten-
tia est restricta ad merum possessorium, nec ha-
bet expressam nullitatis complicationem, quia
tunc non appellatur vt habetur in præfata de-
7 cisione Tiburtina, & fuit resolutum in pluribus
causis.

Nec obstat decisio bon. mem. de Rubeis in
causa Romana spolij, de Anno 1561. allegata
per Contard. *in l.* 1. 24. *limit. C. si de mom. poss.* quia
8 est intelligendum in casu, vbi plenè fuit cogni-
tum de nullitate, & ad effectum præiudicij in
petitorio, vt innuit ibi Contard. *num.* 41. & aliàs
sustinere non potest, cùm postea per plures de-
cisiones in causis maturè discussis, contrarium
fuerit resolutum.

9 Nec obstat nullitas sententiæ ex defectu ci-
tationis DD. de Rentiis, quia tollitur ex facto,
cũ fuerit citatus procurator effectus dominus
litis, *l. nulla.* vbi Bal. & Salic. *C. de procur.* & qui
debuit citari, Bar. *in l. procuratoribus in* 1. *lectura*,
& ibi Bal. *num.* 2. Castr. *num.* 2. Salic. *nu.* 3. & alii *C.
eodem titulo, cum alijs allegatis*; alia quæ pro do-
minis de Rentiis deducuntur, bene tolluntur
per informantes pro Illustrissimis DD. de Pier-
benedictis, & fuerunt sublata in decisionibus
iñ hac causa factis.

R.P.D. RVBEO.

Hortana Sanctissimæ Trinitatis,
15. Iunii 1577.

SVMMARIVM.

1 *Probatio dicitur facta in causa possessorij, quando fuit
suspensum petitorium, etiam, quod esset facta super
nullitate.*

2 *Aegidiana habet locum, quando in sententia sit men-
tio petitorij.*

3 *Consequens qui vult, etiam necessarium antecedens
velle dicitur.*

4 *Sententia dicitur lata super nullitate, quando pro-
bationes super ea fuerunt facta, & non esset suspen
sum petitorium.*

DECISIO CCXXX.

DOmini tenuerunt locum esse Aegidianæ,
si suspensum fuit petitorium, tunc enim
tota cognitio, quę fuit facta in petitorio, intelli
1 gitur facta ad effectum possessorii, & ad ipsum
colorandum solum, quã suspensionem dixerunt
Domini habere vim protestationis, quod quid-
quid fiet in causa sit iclũ ad effectũ possessorii.

2 Non obstant doctrinæ allegatę in contrariũ,
quia illæ procedunt, quando in sententia fit
mentio petitorii, vel causæ appellationem ad-
mittentes, vt ibi loquuntur decisiones, quæ in
contrarium allegantur, & nonnulli ex Dominis
dicebant in Rota fuisse semper tentam opinio-
nem Decii, quidquid in contrarium dixerit in
eodem casu Zas. *in cons.* 187. *lib.* 2. inueniõ verò,
quod petitorium non fuisset suspensum, res ma
iorẽ habet difficultatem, & aliqui ex Dominis,
qui tenebant, quod in præcedenti casu locus e-
rat appellationi, affirmabant, quod in hoc casu
contrarium tenerẽt, quia cognitio est facta ple-
na de nullitate subhastationis; vnde causatur
spoliũ, & non poterat pronunciari super nulli-
tate, & in sententiis, etiam præcedit argumen-
3 tum qui vult consequens, vult etiã necessarium
antecedens, & in hoc casu propter istud neces-
4 sariũ antecedens, si non adest suspensio, satis di-
ceretur expresse pronunciare ad istud effectum
super nullitate, Tiraq. *de leg. conub. gl.* 7. *nu.* 107.

R.P.D. BVBALO.

Romana Saluiani Interdicti,
Lunæ 12. Iunij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum in re Ecclesiastica.*

2 *Appellatio in possessorio datur de iure canonico, etiã
quo ad effectum suspensiuum.*

3 *Hospitale fundatum auctoritate Apostolica, dicitur
locus Ecclesiasticus.*

4 *Ius metitur ex parte actoris.*

DECISIO CCXXXI.

PRoposui dubium in hac causa vna tantum
parte informante, quia pars Archihospi-
talis sancti Iacobi Incurabilium non curauit
informare, An in casu, de quo agitur, esset locus
appellationi, ita quod sententia Auditoris Ca-
meræ lata ad fauorem Archihospitalis, non po-
tuerit exequi, stante appellatione interposita: &
Domini concluserunt, fuisse locum appellatio-
ni, & executionem factam vigore dictæ senten-
tiæ fuisse nullam, & attentatam: quia, & si fuerit
lata in mero possessorio Saluiani Interdicti, nõ
1 tamen erat locus executioni, quoniam Aegidia
na non habet locum, vbi agatur de re Ecclesia-
stica, & pluries fuit in Rota resolutum, & præ-
sertim in vna Auximana bonorum coram R.P.
D. Seraphino de anno 1579. cùm igitur Aegi-
diana non intret, locus est appellationi de iure
2 canonico, etiam quoad effectum suspensiuum,
Couar. *pract. quæst. capitul.* 23. *num.* 3. cum aliis per
Couar. *in l. vnica in* 3. *limit. C. si de mom. poss.* Nec
3 dubitandum est hic agi de re Ecclesiastica, quia
cùm Archihospitale sit fundatum auctoritate
Apostolica, dicitur locus Ecclesiasticus, & me-
4 titur ius ex parte actoris, ex quibus fuit con-
clusum fuisse nullam, & attentatam.

R.P.D. PENIA.

Romana damnorum, & interesse de Gabriel-
bus, Lunæ 10. Iunii 1591.

SVMMARIVM.

1 *Appellare non licet de iure ciuili in possessorio.*

2 *Appellationi delatum videtur, dando reuerentiales.*
3 *Intellige quoad effectum deuolutiuum.*
4 *Iudex differendo appellationem abdicat à se omnem iurisdictionem.*
5 *Reuerentiales à Iudice data intelliguntur, quatenus sententia appellationem admittat, & quatenus quoad illam partem qua est admittenda.*

DECISIO CCXXXII.

Lata fuit sententia in Rota cōtra Dominos fratres de Porta in possessorio, & ipsis ab ea appellantibus iudex dedit reuerentiales. Causa mihi commissa cum clausula, & quatenus locus esset Aegidianæ, ad effectum mandati, in dicta sententia decreti, relaxationem procedentem: Dubitaui, an Aegidianæ foret locus.

Prætendebant isti de Porta, ei non esse locum,
1 quia licet de iure ciuili à momentanea possessione nō appelletur, *l.1.* vbi Cin. Bar. & commu-
2 niter Doct. *C. si de mom. poss.* tamen ex quo iudex dedit reuerentiales, videtur appellationi detulisse, Rot. *decis. 5. de appell. in nouis.* Gabr. *cons. 35. nu. 10. lib. 1.* & causam factam fuisse appellabilem, ita quod non sit procedendum ad eius executionem, sed cognoscendum in causa appellationis, ad Bal. *in l. post sententiam, num. 7. C. de sent. & interlocut. omn. iudic.* Alexand. *consil. 2. numer. 15. lib. 2.*

Sed Domini contrarium pronunciantes, locum esse Aegidianæ censuerunt: nam dilatio appellationi facta per concessionem reuerentia-
3 lium, non operatur effectum suspensiuum, sed solum deuolutiuum, Petr. de Benintend. *deci. 17.* & licet iudex à quo per admissionem appellationis, & dilationem ei factam, à se abdicaue-
4 rit iurisdictionem, non tamen effecit, quin iudex ad quem, ad executionem sententiæ procedere potuit, stante præsertim commissione cū prædicta clausula: nec aliter Aegidiana appellationem in possessorio permittat, quasi ex eisdē actis sententia ostendatur iniusta, ad glos. communiter receptam *ex cap. ex conquestione, de restitut. spoliat.* quod in proposito minimè docebatur. Denique reuerentiales in forma dati in Rota, sub conditione concessi, videntur intelligendi, quatenus scilicet sententia appellationem admittat, & quo ad illam tantum partem, quæ admittitur, Soc. Iun. *cons. 18. lib. 1.* vt in hoc
5 casu quantum ad lites, & expensas, Achill. *deci. 8. de appell.* ex quibus cessabant in contrarium considerata.

R. P. D. ORADINO.

Romana de Comitibus, 15. Maij 1573.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones propter non vsum, recipiunt difficultatem.*
2 *Aegidiana habet locum in terris immediatè subiectis Romano Pontifici.*
3 *Paria sunt sortiri forum, & statutis ligari.*

DECISIO CCXXXIII.

Domini dixerunt, periculosum esse facere . im in verbis Vicariatus Aegidij, & Cōcilio Lateranen. tum quia possunt recipere varias responsiones, tum quia constitutiones pro-
1 pter non vsum recipiunt difficultatem, vt attestatuit Paulus Tertius in vna confirmatione: & quod tota difficultas remanet in dicta confirmatione, etiam quia ea restringit constitutionē Aegidianam ad loca immediatè subiecta.
2 Domini tenuerunt in præsenti casu esse locū Aegidianæ, quia vtraque pars litigantium est subiecta immediatè Romano Pontifici, & cùm litigauerit in Romana Curia, & super possessione Castri, de quo agitur, materia versa est in loco subiecto immediatè Sedi Apostolicæ.

Nec obstat, quod verba dirigantur in rem; nam effectus concernit personas, cùm Torquatus petierit immitti in possessionem dicti Castri, & fuerit pronunciatum pro eo, & facit il-
3 lud, quod solet dici, quod paria sunt sortiri forum, & ligari statutis; aliud tamen forte esset, si alibi litigarent, de aliqua re existente in dicto Castro, quia tunc possunt intrare rationes adductæ in contrarium, quem in articulum Domini non aliter tractarunt, quia non videtur necessarium ex prædictis.

R. P. D. BRAVO.

Perusina hæreditatis, Lunæ 27. Iunij 1587.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum inter personas Ecclesiasticas.*
2 *Ius metimur ex persona actoris.*

DECISIO CCXXXIV.

Proposito dubio in causa Perusina hæreditatis: An possessio capta sit attentata, & sic dandum mandatum de manutenendo. Domini fuerunt concordes esse attentatam, & dandum esse mandatū de manutenēdo Domino Ioanni Mariæ; quia cùm fuerit capta post appellationem, dicitur esse attentata, *iuxta vulg. iura,* & Aegidiana non intrat; quia non habet locum
1 inter personas Ecclesiasticas, vt pluties resoluit Rota, maximè in illa causa Hortana coram R.
2 P. D. meo Decano, & metimur ius ex persona actoris, argumento *l. 1. in princ. si pars hæreditatis petatur,* & est decisio Aegidij sæpius canonizata *616. incipien. si agit,* & secundum veterem impressionem est *nu. 617.* Et ideo cùm Fratres Sancti Domini agant, prætendantque se habere ius super dictis bonis, dubium non est, quin sit locus constitutioni, cùm ipsi dicantur personæ Ecclesiasticæ, & ita res careret omni prorsus difficultate.

R. P. D. RVBEO.

Hortana Sanctissimæ Trinitatis, 7. Iunij 1563.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum, quando tractatur de re Ecclesiastica.*

DECISIO CCXXXV.

1 Aegidius non habuit iurisdictionem, nisi in temporalibus, sed hic agitur de re Ecclesiastica, ita quod non intrat Agidiana, *c. cum Ecclesia Sancta Maria, de consist. & cleric. laicum, de foro compet.* vbi Felin. *nu. 5.* fuit tentum, quod non sit locus Aegidianæ, quia agitur de re Ecclesiastica.

ILLVS-

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Spoletana hæreditatis, Veneris 7. Iunij 1585.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non est exequenda, vbi datur appellatio.*

2 *Sententia, in qua mandatur exequi mandatum, cõtinet mixturam.*

3 *Aegidiana non habet locum in re Ecclesiastica, à qua metiri ius debet.*

DECISIO CCXXXVI.

1 PRoposiu causam Spoletanam hæreditatis, in qua Domini dixerunt vigore sententiæ latæ in hac causa in fauorem Fratrum Sancti Nicolai, per Reuerendissimum Episcopum Spoletanum, non potuisse quidquam exequi; tum quia de iure debetur appellatio, vt per allegata pro papillis, quibus addiderunt Achil. Personal. *de adipiscend. possess. num.* 344. *&* 345. qui plures alleg. Tum etiam, quia continet mixturam, dum mandat exequi testamentum super bonis Capitanei Manilij, habet causam proprietatis 2 admixtam, cùm virtualiter canonizet dictum testamentum, quo casu datur appellatio, Bald. *consil.* 141. *num.* 8. *lib.* 1. cum aliis per recentiores ad *l. vnic. C. de moment. possess. limit.* 2. *numer.* 9. Ex quibus cessant deducta in contrarium, cùm ratione dictæ mixturæ non sit locus Ægidianæ, quæ etiam non habet locum ad fauorem Eccle- 3 siæ à qua metiri ius debet. Cassad. *decis.* 3. *de iud.* & fuit resolutum in causis relatis per Dominum Pompeum Arigonum.

R.P.D. MARCO MONTIO.

Romana separationis Thori, Veneris 2. Decembris 1605.

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum non comprehendit causas spirituales, & fori Ecclesiastici.*

2 *Statutum Papale, & conditum à deputatis Pontificis comprehendit etiam Clericos.*

3 *Et eo magis si est confirmatum à Papa.*

4 *Causa spiritualis, & persona Clerici, est quid spirituale.*

5 *Statutum circa personas, & causas spirituales, æquè debet operari.*

6 *Aegidiana, licèt sit confirmata à Papa, tamen non comprehendit personas Ecclesiasticas, & n.* 8.

7 *Extensio facta dicitur cum omnibus suis qualitatibus, firma remanente eius natura.*

9 *Dictio, omnino, est præcisa, & vniuersalis, & significat indistinctè, & comprehendit omnem casum, & num.* 10.

11 *Dictio, nulla, est vniuersalis negatiua.*

12 *Dictio, vniuersalis, geminata, nullam recipit restrictionem.*

13 *Argumentum à proportionalibus valet.*

14 *Causa matrimonialis, quoad appellationem, non reperitur priuilegiata.*

DECISIO CCXXXVII.

QVoniam coniuges ciues esse non ambigitur, ideo opponitur de duabus conformibus: ad euitandum tamen Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 178. cui locum esse pro parte Dominæ Lauræ dicebatur, Informantes pro Domino Ioanne Baptista respondebât, causam separationis Thori, de qua agitur, esse spirituale, & fori Ecclesiastici, *cap. accedentibus, de excessibus Prælator.* & ibi Doctores.

1 Ideoque comprehendi non posse sub hoc laicorum statuto, iuxta dispositionem *cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitut.* Neque ad hunc effectum suffragari posse confirmationem Papæ, quia illa tantum roborat statutum, quoad causas in illo comprehensas, non autem illud extẽdit ad alias causas spirituales, Ias. *in l. more, num.* 41. & Dec. *nu.* 11. *ff. de iurisdict. omnium iudic.* Alexand. *cons.* 56. *& cons.* 39. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 6. *n.* 2. *lib.* 3.

Verùm, his non obstantibus, Domini fuerunt in contraria sententia, moti ex quo statutum, de quo agitur, est Papale, & conditum à deputatis à Papa; vnde non est restrictum ad forũ Capitolinũ, sed seruatur in omnibus Curiis, & et- 2 iam apud nos, & Clericos comprehendit, vt sæpe tenuit Rota: & signanter in vna Romana hæreditatis de Comitibus 21. Iunij 1577. coram felic. record. Clemente Octauo, tunc Rotæ Auditore, in qua dicitur, hoc prius fuisse dictum corã Binarioo, & Robusterio, quod si tunc Rota censuit, videtur idem nunc multo magis dicendum, postquam felic. record. Gregorius Decimus tertius, vt legitur in eius Bulla *in princip. voluminis statutorum impressa*, mandauit nonnullis Cardinalibus, aliisque personis Ecclesiasticis in dignitate constitutis, vt statuta viderent, & corrigerent, supplerent, & emendarent, prout fecerunt: dictisque statutis eo modo correctis, 3 & emendatis, idem Papa suam specificando confirmationem impartiuit, *capit. si Apostolica, de præbend. in* 6. *l.* 1. *C. de vet. iur. enucl.* Bald. *in l. ex placito. C. de rer. permut.* Rebuff. *super concord. tit. de form. mand. Apostolic.* in verb. *confirmationis, in princip.*

Igitur cùm ratio diuersitatis aliqua dari non 4 possit inter causas spirituales, & personas Clericorum, qui sunt quid spirituale, *cap. si iudex. de senten. excommunic. in* 6. statutum circa personas, 5 & causas æquè debeat operari, *ad vulg. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill.* & per consequens, quod antea decisum est super personis Clericorum, nunc &c.

Deducta autem pro Domino Ioãne Baptista non obstant, cùm non versemur in statuto laicorum, vel in statuto simpliciter cõfirmato; sed in statuto edito auctoritate Papæ, & in confirmatione specifica, ex certa scientia: quo casu supradicti Doctores non loquuntur, vt videre est apud Alexand. *dicto cons.* 39. *n.* 8. & Ias. *in l. more. n.* 42. qui alios cumulat.

Neque magis simile, quod etiam fuit proposi- 6 tum de Ægidiana, quæ quãuis confirmata à Sũmis Pontificibus, in causis tamen spiritualibus, locum non habet, vt est notissimum: nam vltra responsionem, quæ ex prædictis resultat, adhuc dicitur, confirmationes illas fuisse solum pro simplici extensione illius constitutionis ad totum statum Ecclesiasticum: extensio autem cẽ- 7 setur facta cum omnibus qualitatibus, & eadem remanente natura, *l. sed & si remanente. ff. de prec. l. Labeo. §. hac autem. ff. de arbitr.* Vnde nec 8 in causa Clericorum ea constitutio locum habet, vt fuit dictũ in quadam Auximana bonorũ

de anno 1579. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in alijs sæpissimè. ita vt cùm ex hoc solo capite appareat manifestè ab Aegidiana ad statuta Vrbis argui non posse.

Sic igitur firmata in hoc statuto disponendi facultate, etiam circa causas spirituales, non est dubium, quin verba statuti, quæ cùm omnino in nulla causa, seu casu apta sint, etiam dictas causas comprehendere. Dictio enim, *omnino*, est
9 præcisa, & vniuersalis. Bello. *de verbor. signific. lib.* 13. in verbo *omnino*, Ruin. *consil.* 150. *numero* 17. &
10 significat indistinctè, & comprehendit omnem casum, glos. & Bar. *in l. si cum exceptio. §. quatenus. ff. de eo, quod met. caus.* Ias. *consil.* 4. *colum.* 4. *lib.* 1. Ruin. *consi.* 135. *numero* 8. *lib.* 2. & verbum,
11 *nulla*, pariter est vniuersalis negatiua, in omnibus verificanda, Paris. *consi.* 53. *num.* 4. *lib.* 3. & de-
12 nique *vniuersalis* geminata, nullam capit restrictionē, Surd. qui alios congerit, *cons.* 453. *n.* 51. *lib.* 4. & concludendo ad casum huius causæ, cùm statutum in omnibus curijs seruari mandet dispositionem de duabus conformibus, ideoque seruari debeat, & seruetur in Rota (vt dictum est) non potest dari ratio, quare in causa separationis Thori, quæ in Rota vertitur, huic statuto locus esse non debeat, ex quo illud in omnibus Curijs intelligi debet, iuxta qualitatem fori, & sic Rota de causis Rotalibus, & quæ in Rota possunt tractari, & in foro Capitolino, de causis
13 quæ in illo foro agi possunt, arguendo à proportionalibus, quod argumentum in iure procedit, Bald. *in l. si filius. numer.* 6. *ff. si cert. pet.* Statuentes enim, & Papa, qui auctoritatem dedit statuendi, & qui confirmauit, solum habuerunt præ oculis, quod generalis esset inter Romanos, & non curauit, qualis esset causa, vel in quo Tribunali ageretur.

Et cùm causa matrimonialis, quæ quoad appellationem de iure communi, non inueniatur
14 priuilegiata, quia neque in illa licet tertio prouocare, Rota *decis.* 19. *de re iudic. in antiqun.* Abb. *in c. fraternitatis, num.* 21. *de frigid. & malef.* Franc. *in cap. directa, num.* 7. *in fine, de appellat.* nec etiam priuilegiata sit à statuto loquente de duabus conformibus, non est cur in statuto comprehendi non debeat, & cur in causa separationis thori inter Romanos Ciues in Tribunali competenti agitata, duæ conformes non faciant rem iudicatam. Itaque fuit conclusum locum esse statuto.

R.P.D. COCCINO.

Romana domus de Scapuccijs ad Sanctum Augustinum, Mercurij 19. Ianuarij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana ex defectu potestatis statuentis non comprehendit personas Ecclesiasticas, & eorum bona.*

2 *Iudex habens laicalem iurisdictionem tantum, nullam habet potestatem in bonis Clericorum.*

Ampliæ procedere etiam, quod agatur de vtili dominio tantum inter laicos n. 3. *vbi reddit rationem.*

3 *Qualitas non potest esse sine subiecto.*

4 *Connexitatis ratione, idem iudicandum est de vno connexorum, quod de alio.*

5 *Cognitio causæ annexæ spiritualibus spectat ad Iudices Ecclesiasticos.*

6 *Pupilli priuilegium ratione connexitatis extenditur, & ad maiorem.*

7 *Forum Clerici, extenditur ad laicum.*

8 *Præscriptio iure communi Episcopo & Capitulo non currit contra Capitulum, si Episcopus moritur.*

9 *Priuilegium illius, quod habet vacationem munerũ extenditur ad socium.*

10 *Causæ super dominio vtili rei Ecclesiasticæ spirituales sunt, & propterea ab eis recipiunt iudicium.*

11 *Lis inter vassallos terminanda est per dominum feudi etiam, quod sit Ecclesiasticus.*

12 *Iudex laicus non potest vllo modo se intromittere, etiam, quod agatur de vtili dominio rei Ecclesiæ inter laicos, & nu.* 20. *contra nu.* 22. *sed ostendit erroneam.*

13 *Forum sortiri, & statutis ligari, paria sunt.*

14 *Laicus nullo modo potest statuere super dominio vtili rei emphyteoticæ Ecclesiæ.*

15 *Ratio est, quia adest defectus potestatis statuentis, & præiudicium Ecclesiæ.*

16 *Statuta laicorum non comprehendunt vtile dominium in bonis emphyteoticis Ecclesiæ.*

17 *Vna, & eadem res, potest diuerso iure censeri.*

Limita procedere, quando respectu diuersæ personæ, vel diuerso respectu, concurrit diuersitatis ratio, secus autem, quando eadem ratio concurrit, & numer. 18.

19 *Dominium vtile rei Ecclesiæ non potest diuersimode considerari respectu laici, & Ecclesiæ, cùm semper remaneat annexum directo, vbi reddit rationem.*

Dominium vtile rei Ecclesiæ per concessionem factã laico non separatur actualiter à directo, sed per fictionem.

21 *Iudex laicus non potest cognoscere causam etiam super possessorio beneficij tantum, cùm possessio sit connexa cum proprietate spirituali.*

23 *Clericus veniens ad causam per defensionem emphyteutæ, non potest agere coram iudice laico, cùm non sit competens, etiam, quod renunciet priuilegio fori.*

24 *Aegidiana respicit ordinatoria Iudicij, & ideo seruandum ius fori.*

25 *Princeps laicus potest statuere super vtili dominio Ecclesiæ, dummodo non lædat Ecclesiam, & absque illius præiudicio.*

Contrarium sequitur Rota, vt nu. 26. *& seq. vbi amplissimè declarat.*

26 *Anchar. cons.* 125. *nu.* 7. *& cons.* 433. *nu.* 3. *declaratur, & nu.* 27. *& seq.*

27 *Fœminæ per statutum exclusæ, ideo non succedunt in Emphytheusi, quia præsumitur, quod acquirens in acquirendo, se conformauerit cum statuto, non autem quod statutum hoc operetur.*

28 *Doctor est intelligendus secundum ea, quæ allegat.*

Consuetudo laicorum in præiudicium Ecclesiæ non valet.

DECISIO CCXXXVIII.

DOmini, post maturam causæ discussionē, censuerunt non esse locum Aegidianæ, quia ex defectu potestatis statuentis, non com-
1 prehendit personas Ecclesiasticas, & earum bona, vt sæpe censuit Rota, vt in decisionibus allegatis

gatis per modernum Eugubinum *in conf.20.nu.*
8.volum.2. bona enim Ecclesiæ dicuntur Sancta
Sanctorum, *cap. nulli liceat, & cap. quicumque 12.*
quæst. 2. & dicuntur patrimonium Christi, *cap.*
cum ex eo, de elect. in 6. latè Felyn. *in cap. constitu-*
tus, num. 19. de rescript. & propterea habens iuris-
2 dictionem laicalem tantum, in illis nullam
habet potestatem, *cap. quæ in Ecclesiarum, & cap.*
Ecclesia Sancta Maria, de const. & vtrobique no-
tant Doctores omnes, qui defectus potestatis in-
trat etiam in casu, de quo agitur, quia licèt a-
gatur de vtili dominio inter laicos; tamen cùm
sit connexum, & dependens à dominio directo,
3 quod est magis dignum, & effectus, ac qualitas
quædam ipsius, quæ non potest esse hoc subie-
cto, vt post Bartol. *in extrauag. qui sint rebelles, in*
verbo, rebellando, numer. 17. dicit Ias. *in conf. 86. nu-*
mer. 14. lib. 4. & latè probat Bero. *in capitul. quæ*
in Ecclesiarum, num. 10. de const. ideo, ratione con-
4 nexitatis, tale iudicari debet, quale est dire-
ctum, *capi. translata, de const. capit. præterea,* & ibi
glos. *de off. delegat. l. 2. ff. de iurisd. om. iud.* latè Ca-
telin. Cotta *in verbo connexarum*; & in specie,
quod cognitio causæ annexæ spiritualibus spe-
5 ctet ad Iudices Ecclesiasticos, est tex. expressus
in cap. quanto, & ibi latè glos. *in verba connexa,* &
Doctores omnes, *de iudic.* & propterea vide-
mus, quod ratione connexitatis, illud, quod est
6 radicatum in pupillo, extenditur ad maiorem,
l. si communem. ff. quemad. seruit. amit. & quoad
eandem rationem, si causa est communis inter
7 laicum, & Clericum, Forum Clerici extenditur
ad laicum, Bar. *in l. præcipimus, in §. eadem, numer.*
1. C. de appell. & si res est communis Episcopo, &
8 Capitulo, si Episcopus moritur, non currit præ-
scriptio contra Capitulum, Abb. *in cap. 1. de præ-*
script. num. 4. & priuilegium illius, qui habet va-
9 cationem munerum, extenditur ad socium, glo.
in l. fin. C. de muner. & honor. lib. 10. & alia quam-
plura exempla adducit Andreas Siculus *in conf.*
1, numero 38. & seqq. lib. 2. & prædicta tanto ma-
10 gis procedunt in casu, de quo agitur, quia om-
nes causæ istius dominij vtilis spirituales sunt,
& propterea ab eis recipit iudicium, Card. *in*
Clem. per litteras, numer. 12. quæst. 15. de præben. ef-
ficiens enim est Ecclesia: materialis Bona ipsa
Deo dicata, finalis verò vtilitas ipsius Ecclesiæ.
Ita arguunt, & concludunt Bero. *in cap. quæ in*
Ecclesiarum num. 9. & seqq. & præsertim *num. 12 de*
const. Siluan. *consi. 9. numer. 23.* & pro ista senten-
tia videtur bonus tex. *in cap. cæterum,* vbi Abb. *in*
11 *princ. de iudic.* quem allegat Bero. *loco præcitato,*
vbi lis inter vassallos terminanda est per domi-
num feudi, etiam, quod sit Ecclesiasticus; &
hanc quoque sententiam sequuti sunt Fulgos.
in conf. 166. numero 3. versi. quinta quia, & colum.
12 *penult. in princip. vers. rursus.* vbi, quod Iudex lai-
cus nullo pacto potest se intromittere, etiam
quod agatur de vtili dominio inter laicos,
Card. *in conf. 92. numero 8. in fine, vers. insuper,* Cal-
der. *conf. 15. num. 1. de iudic.* Rebuff. *de decimis, quæst.*
10. num. 1. Cuman. *consi. 41 numer. 2. vers. sed his non*
obstantibus, Campeg. *inter conf.* Bruni, *conf. 2. nu-*
mer. 35. vers. & hoc quia feudatarius volu. 1. Aegid.
consi. 40. numero 3. in fin. vers. & est ratio, & hæc vi-
detur fuisse opinio Francisci de Tigrino, & V-
berti de Bobio, vt colligitur ex traditis per Io.
Andr. *in cap. quoniam frequenter, num. 34.* per Butr.
in §. quod si super, numer. 19. vers. si autem venit, &
per Abb. *in §. in alijs, numer. 28. vt lite non contest.*
pro qua possunt etiam allegari, quia in effectu
hoc sentiunt, Federic. de Sen. *consi. 245. nu. 3. versi.*
sine præiudicio veritatis, Gemin. *in cap. fin. numero*
14 de foro compet. in 6. Anchar. *in cap. ea quæ, nu-*
mero 12. de regul. iur. in 6. Bolognin. *in addit. ad*
conf. 1. de Anan. 84. nu. 7. Aluar. Valasc. *de iur. em-*
phyteb. quæst. 39. num. 14. vers. & idem si durante em-
phyteusi.

13 Et prædicta corroborantur etiam alia opti-
ma ratione, quia paria sunt forum sortiri, & sta-
tutis ligari, *cap. 2. de constit. in 6.* quod argumen-
tum ponderat Bero. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum,*
num. 12. sed sic est, quod laicus nullo pacto po-
14 test statuere super vtili dominio rei emphy-
theoticæ Ecclesiæ, vt est textus clarus *in d. capit.*
quæ in Ecclesiarum, de constitut. & iste est germa-
nus intellectus illius textus ex allegatis per Ri-
minald. Iun. *ibidem num. 2. vers. Secundus vera fuit*
cum pluribus sequentibus, vsque ad num. 13 & quam
uis dici posset hoc esse verum, quando agitur
de mutatione vassalli, quia tunc agitur de præ-
iudicio Ecclesiæ, tamen considerabant Do-
15 mini, quod circa validitatem statuti, inter alia,
duo possunt considerari, scilicet defectus po-
testatis statuentis, & præiudicium Ecclesiæ, *vt*
in d. capit. quæ in Ecclesiarum, & habetur etiam *in*
capit. Ecclesia Sancta Maria, de const. & considerat
Bero. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, numer. 9.* in sta-
tuto autem disponente super vtili dominio
laici, concurrit præiudicium Ecclesiæ propter
mutationem vassalli, Campeg. *inter consi.* Bruni
consilio 2. numero 36. versicu. & ideo non possunt sta-
tuere, Riminald. Iun. qui latè hoc probat, &
multos allegat *in d. capitul. quæ in Ecclesiarum,*
numero 12. de constit. & dicit ibidem Bero. *dict.*
num. 9.

Concurrit etiam defectus potestatis statuen-
tis ratione connexitatis, quam habet domi-
nium vtile cum directo, vt supra dictum fuit, &
probat Bero. *loco proximè allegato, vers. alia quo-*
que ratione, & in specie, quod statuta laicorum
16 non comprehendant vtile dominium in bo-
nis emphyteoticis, tenuerunt Card. *cons. 2. num. 1.*
vers. Item in hæreditate. Bald. *in auth. si quas rui-*
nas, num. 9. C. de sacros. Eccl. Campeg. *inter conf.* Bru-
ni *conf. 2. num. 34.* vbi, quod ista opinio est verior,
Abb. *conf. 72. in prin. lib. 1. & in cap. quæ in Ecclesia-*
rum, num. 2 in 3. not. vbi etiam Bero. *nu. 8.* & Dec.
num. 6. de const. Siluan. *consi. 9. num. 25.* Bald. *consil.*
300. num. 1. & 4. lib. 1. Ias. *consi. 152. num 9. lib. 4.* Cu-
man. *conf. 41. num. 2. vers. sed his non obstantibus,* &
est de mente Castren. *in conf. 146. in princ. & conf.*
300. colum. 2. in fin. vers. & idem si tenor lib. 2. dum
dicit in successione feudi, & emphyteusis non
esse attendendum statutum loci, sed tenorem
inuestituræ.

Non obstant in contrarium adducta; & pri-
mo, quod dominium vtile non est Ecclesiæ, sed
laici inuestiti, & ideo Iudex laicus est Iudex
competens, quia connexitas, quam habent ista
dominia inter se, non efficit, quin vtile dicatur
proprium laici, non autem Ecclesiæ, & licèt in-
separabile videatur à directo, tamen potest di-
uerso iure censeri eo modo, quo vna, & eadem
res potest diuerso respectu, immo ratione diuer-
17 sarum personarum diuersimodè iudicari, vt in

puncto dicit Surd. *in conf. 338. n. 19. verf. nec manet, lib. 3.* Nam fuit responsum, quod licet sit verum, quod aliquando vna, & eademres possit diuer-
18 so iure censeri, hoc tamen procedit, quando respectu diuersæ personę, vel diuerso respectu cócurrit diuersitatis ratio, secus autem, quando eadem ratio concurrit, vt declarat Abb. *in cap. cum in tua, num. 7. vers. solutio ex diuersitatu rationibus, de decim.*
19 Dominium autem vtile non potest diuersimodè considerari respectu Ecclesiæ, & laici, cùm semper remaneat annexum cum directo; nam per concessionem factam laico actualiter non separatur à directo, sed per quandam fictionem intellectus, vt dicitur de iurepatronatus, glo. 1. *in cap. pia mentis 16. quæst. 7.* quam sequitur Andreas Siculus *in cap. quanto, num. 16. vers. & si dicatur, de iudic.* quæ operatur, vt dominij vtilis capax sit laicus, non autem, quod ita efficiatur laicale, vt Iudex laicus sit Iudex competens, immo cognitio præfertur Iudici
20 Ecclesiastico, Alexand. *cons. 58. in fine, lib. 1.* & in propriis terminis, Bero. *in dict. cap. quæ in Ecclesiarum, num. . . vers. alia quoque de const.* & sic cessat argumentum Surdi *in d. cons. 338. num. 9.* quod bona sunt personarum accessoria, quia hoc est verum, quando res omnino transfertur, secus autem, quando solum dominium vtile, quod remanet connexum cum directo. & ideo non potest diuerso iure censeri, vt dictum est.

Nec prædicta responsio potest eludi, ex quo aliqui voluerunt causam possessionis beneficii posse tractari coram Iudice sæculari, & tamen
21 possessio est cónexa cum proprietate spirituali, quo argumento vtitur Surd. *vbi supra n. 25.* quia nedum tollitur obiectum ex rationibus prædictis, & ex adductis per Bero. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 12. in fin.* sed ex quo communis sententia est in contrarium, vt testatur Aufrer. *in addit. ad decisionem Capelæ Tolosanæ 471. incip. Item fuit quæsitum*, & de communi etiam testatur Aluar. Vallasc. *consultatione 93. num. 5.* & eam etiam sequitur Gulielmus de Benedictis *in cap. Raynutius, in verbo, & vxorem, decis. 2 nu. 35.* & infiniti, qui possent allegari, & semper etiam approbauit Rota, *vt in decis. 4. de lit. contest. in antiq.* quam ad punctum allegat Aufre. *vbi supra*, & est etiam decis. Putei 361. *in fin. lib. 1.* & fuit sæpissimè resolutum, & signanter in causa Oscen. Canonicatus 1. Decembris 1595. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

Non obstat, quod etiam in puncto plures Doctores videantur tenere contrarium, scilicet, quod Iudex laicus possit cognoscere super tali
22 dominio vtili inter ipsos laicos, quia istorum Doctorum auctoritates facilè tolluntur; nam Albert. Brun. *de stat. art. 8. ante num. 107. vers. & faciunt hæc*, qui pro ista opinione allegatur, nihil firmat, sed solum refert opinionem Vberti de Bobio, & Francisci de Tigrino, quos malè intellexit, quia ipsi pro contraria sententia possunt allegari, vt ex Buttio, & Io. And. & Abb. supra dictum est. & propterea Surd. *in d. cons. 338. nu. 17.* dum allegat Brun. decipitur, Abbas verò *in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, nu. 28. vt lit. non contest.* licèt videatur dicere, quod Clericus veniés ad causam pro defensione Emphytheotæ, non possit declinare iurisdictionem, tamen est aduertendum, quod impressio est mendosa, quia Spec. *de prima decreto, §. restat videre, num. 24. & 25.* quem ipse allegat, expressè tenet, quod Iudex
23 laicus non est Iudex competens Clerici venié tis ad causam, etiam quod renuntiet priuilegio fori, & in omnem euentum dictum Abbatis esset contra glos. *in capitul. Clericum nullum, 11. quæst. 1. in verbo secularem.* Cumanus autem *in cons. 84.* est sibi contrarius *in d. cons. 41. nu. 2. vers. sed hu non obstantibus*, & in eódem casu Cumani contrarium consuluit Fulgos. *in cons. 165. locis præcitatis*: Decisio verò in causa Auximana bonorum 19. Ianuarij 1604. licèt in terminis dicat quod est locus Agidianæ, quando agitur de vtili dominio inter laicos, quia personæ sunt sæculares, nec agitur de bonis, sed super possessione inter ipsos laicos, non firmat, quod causa possit cognosci coram Iudice laico, sed firmat potius, quod Aegidiana habet locum coram Iudice Ecclesiastico, quando agitur inter
24 laicos, quod non est verum, quia Aegidiana respicit ordinatoria iudicij, & ideo seruandum est ius fori, Contard. *de Aegidiane, lim. 4. ratione contraint egrand. num. 11. & 12.* in foro autem Ecclesiastico, vt dictum est, non habet locum Aegidiana, & propterea cùm prima vice illa decisio fuerit allegata in causa Sabinen. Villettarum 9. Iunij 1606. coram me, in qua agebatur de vtili dominio inter laicos, & dubitabatur, an esset locus Aegidianæ. Rota voluit videre de iustitia mandati de manutenendo, vt in positionibus, & diarijs Dominorum fuit annotatum, quia cũ Rota habeat vtramque iurisdictionem, nempe Ecclesiasticam, & laicalem, cùm ageretur de vtili dominio. sustinebamus vices Iudicum Ecclesiasticorum, & propterea erat seruandum ius fori Ecclesiastici.

25 Neque facit alia ponderatio, nempe quod si paria suot sotum sortiri, & statutis ligari, multi Doctores tenent, quod Princeps laicus potest statuere super vtili dominio, dummodo non lędatur Ecclesia, & absque illius pręiudicio, quos allegant Tiraquell. *de retract. lignager. glos. 13. nu. 8.* Surd. *d. cons. 338. num. 14. in fi. vers. quarto, quod statuta laicarum*, & Aluar. Vallasc. *de iure emphyt. quæst. 10. 17. numer. 12.* & hoc etiam reperitur scriptum in quadam annotatione bonæ memoriæ Orani in causa Mediolanen. bonorum 13. Nouembris 1596.

26 Nam dixerunt Domini, quod Ancha. *in cons. 125. num. 7. & in cons. 433. num. 2. & 3.* fuit auctor istius opinionis, & ideo resolutio pendet ab intellectu Anchar. qui verè loquitur in casu, quo emphyteusis fuerat acquisita pro hæredibus; & mouetur primo, quia aderat statutũ, per quod fœminæ excludebantur, vnde subdit, quod ex eo, quod fœminæ non poterant esse hæredes, non erant successibiles in emphyteusi acquisita pro hæredibus; & secundo mouetur quia Pater acquireodo pro filijs, vel liberis, non censetur acquisiuisse pro fœminis, quia censetur se conformasse cum dispositione statuti, & eodem modo acquirere, & ita intelligit, & declarat Anchar. Soc. Iun. *in cons. 71. num. 43. vsque ad fin. lib. 1.* & Brunus *de statutis art. 8. num. 106 in princ.* & ita illum etiã intellexit Rota in causa Romana domus S. Ludouici 27. Nouemb. 1601. corã Reuerendiss. D. meo Decano, & coram me in causa

Romana

Romana Emphytheusis 18. Maij eiusdem anni, & 28. Nouembris 1603 & aliàs sæpius; & quamuis Anchar. subdat, quod statutum non disponit super rebus Ecclesiæ; sed super vtili dominio, quod est laicorum, tamen est aduertendum quòd non loquitur de statuto in ordine ad intentionem acquirentis, quæ intentio acquirentis, vt masculis extantibus, fœminæ non succedant, non lædit Ecclesiam, cùm ipsius non intersit, vt pater magis acquirat vni, quàm alteri ex filijs; sed non propterea dicit, quod si Pater acquirat pro filiis masculis, & fœminis; ita vt omnes in simul succedant, stante statuto exclusiuo fœminatum, fœminæ non possint succedere. quia hoc esset contra iuris communis regulas, secundum quas tenor inuestituræ est seruandus, & non statuta loci, vt per Castren. *locus superius allegatu*, & Doctores, qui generaliter ponunt istam conclusionem, quod stante statuto
27 exclusiuo fœminatum, fœminæ in emphytheusi censeantur exclusæ, non fundant se in statuto, sed in intentione acquirentis, qui præsumitur in acquirendo se conformare cum statuto, vt per Bar. *in l. vt iurisiurandi. §. si liberi, num. 5. ff. de oper liber.* Clar. *in §. emphytheusis quæst. 32. vers. sed pone*, qui alios allegat. Decian. *cons. 30. nu. 40. & seqq.* Cur. Iun. qui de communi testatur in *cons. 31. nu. 3.* & dicit Rota in præcitatis decisionibus Romana domus Sancti Ludouici, & Romana Emphytheusis.

Et secundum sententiam Anchar. sunt intelligendi Doctores, qui allegatis præfatis rationibus ipsum simpliciter sequuntur, nempe Alexan. *cons. 9. num. 1. lib. 5. & cons. 27. num. 4. in fin. volum 6.* & Felyn. *in cap. quæ in Ecclesiarum num. 98. de const.* Dec. *in Auth. Cassa. num. 9. C. de sacros. Eccles. & cons. 139. num. 2. vers. nec obstat, & in cap. quæ in Ecclesiarum num. 20. de const.* Parif. *cons. 22. num. 86. volum. 2. & in addit. ad Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 20, in verbo Ecclesia. de const.* & merito quidem; nam vltra, quod hoc colligitur ex
28 verbis ipsorum Doctorum, intrat quoque alia ratio, quod Doctor est intelligendus secundum ea, quæ allegat, Roman. *cons. 211. nu. 5. vers. quo ad vltimum.*

Alij verò Doctores, aliqui, vel torquent Ancharanum, vel & secundum ipsum intelligi possunt, alij verò loquuntur in casibus particularibus, in quibus sunt reprobati; alij postremo nõ tangunt istam difficultatem, & in primo genere sunt Barbat. in *cons. 14. col. fin. vers. ad hoc respondes, lib. 1.* Brun. *de stat. loco supra allegato, vers. item illam simpliciter*, Ruin. *cons. 70. nu. 11. vol. 5.* Marcabrun. *cons. 16. nu. 131.* Buriat. *cons. 56. nu. 12. vol. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 180. nu. 9.*

In secundo verò genere sunt Castren. *in cons. 194. lib. 1.* qui tenet, quod statutum Florentiæ de prohibita alienatione rei communis irrequisito consorte, habeat etiam locum in donatione iurispatronatus, sed nihil probat, cùm res ipsa demonstret auctoritatem huius consilij, contra quod in specie est *cons.* Gemin. 67. *& per tot.* in quo concludit contrarium, tam ex defectu voluntatis, quàm potestatis statuentium, Socin. *in cons. 99. num. 2. vol. 2.* qui dicit, quod circa solutionem canonis est attendendum statutum, & consuetudo loci, in quo debet fieri solu-
29 tio, nihil etiam probat, quia non valet statutum, & consuetudo in præiudicium Ecclesiæ, *c. cum causam, de re iudic. c. 1. de consuetud. cap. clericum laicis, de immunit. Eccles. in 6.* & ista consuetudo dicitur proxima sacrilegio, Bald. *cons. 9. num. 6. vers. non valeret lib. 1.* Ruin. *cons. 196. num. 8. lib. 4.* vbi, quod consuetudo non valet ex causa efficienti, quia sicuti laici non possunt statuere, ita nec consuetudinem inducere onerosam Ecclesijs, Purpuratus vero *in cons. 332. num. 9. vers. tertio contingit*, qui loquitur ad effectum, quod vtile dominium possit collectari, nec etiam facit, quia in contrarium est doctrina Bart. *in l. priuata, num. 2. C. de excusat. muner. lib. 10.* vbi etiam post Angel. Ioan. de Platea *circa med. vers. dicit etiam hic.* Angelus Collaneus *in consuetud. Burgund. §. 4. glos. 5. super verbis textus: & supporter le moisie, vers. & intellige prædicta, num. 6.* Thomas Parpalia *in repet. l. placet, num. 73. & seqq. C. de sacros. Eccles.* Aegid. de Thomatis, *de collectis, in §. Pauperes, an aliquibus num. 29. & seqq.* Ias. *in l. 1. num. 31. C. de iur. emphyt.* & habetur ponderosissimum cons. Siluani 9. *per tot.* vbi latè, & doctè, & etiam in casu Purpurati loquuntur Surd. & Aluar. Vallasc. qui fuerunt quodammodo nouatores istius opinionis, & propterea conantur fundare intentionem suam, defendendo prædictas conclusiones.

In tertio verò genere sunt Afflict. *in cap. Imperialem, §. præterea inter, num. 19. de prohibita feud. alienat. per Fridericum*, qui dicit consuetudinem esse seruandam, quod Dominus Feudi Ecclesiasticus cognoscat de feudo Ecclesiæ, tam in possessorio, quàm in petitorio; quia ista consuetudo est secundum dispositionem iuris, & propterea Afflictus non facit ad punctum, Socin. iun. in *consi. 71 num. 13. volum. 1.* qui facit motiuum, sed concludit cum Anchar. quem etiam declarat, vt supra dictum est; & ideo non debuisset allegari, Castren *in cons. 290. in fin. lib. 3.* loquitur in terminis illius quæstionis, de his, quæ competunt clericis, non vti clericis, sed vt cuilibet, de qua per Bar. *in l. cunctos populos quæst. 5. num. 28. & seqq. C. de sum. Trinit. & Fid. Cath.* de qua quicquid dicendũ sit, non facit ad propositum Riminald. Sen. *cons. 447. nu. 20. vol. 3.* & Alba. *cons. 28. nu. 6.* absolutè non tangunt istam difficultatem.

Non obstat annotatio bon. mem. Orani in causa Messiplanen. bonorum, quia illa non est decisio Rotæ, vt patet ex eius initio ibi, Domini, per viam inclinationis, amplexi sunt decisionem factam sub die 20. Maij ad fauorem Domini Commendatarij, Rota enim non facit decisiones per viam inclinationis, sed in istis casibus est in arbitrio Ponentis, si aliquid annotare velit, memoriæ suæ causa, & tãto magis, quia in priori decisione huiusmodi conclusio non reperitur firmata.

Præterea vnus ex Dominis, qui tunc temporis erat in Rota, affirmabat, quod visa huiusmodi annotatione, Rota illam non agnoscit pro sua.

R.P.D. MARCO MONTIO.

Romana Vineæ, 1. Iunii 1611.

SVMMARIVM.

1 *Stilus post sententiam productus, nõ potest impedire*

2 *Expressum, & specificatum illud dicitur quod per relationem exprimitur.*

3 *Manutentio in qualibet instantia, & in qualibet iudicij parte peti, & concedi potest, etiam ratione solius ciuilis possessionis animo retenta.*

4 *Appellatio in possessorio admittitur, quando sententia continet mixturam petitorij.*

Amplia, quod admittitur etiam de aequitate canonica.

5 *Aegidiana non habet locum, quando tractatur inter Ecclesiasticos.*

6 *Amplia, vt nec etiam habeat locum inter laicos, quando agitur de quocunque praeiudicio Ecclesiae.*

DECISIO CCXXXIX.

Domini steterunt in decisis, licèt enim fundamentum decisionis impugnatum fuerit per canonicae rationem, quod Monasteriū Sāctae Susannae non possit dici legitimus contradictor, quia donatio, qua Monasterium nititur, non fuit producta coram Iudice, qui immissionem ad fauorem Ecclesiae Sancti Iacobi decreuit, sed illius demum, productio fuit facta in Rota in gradu appellationis à dicta sententia. Regula est autem, quod titulus post sententiam
1 productus, non potest impedire immissionem, Bart. in l. fin. nu 2 vers. si vero non allegaretur. C. de edi. diu. Adria. toll. Menoch. de adipiscend. remed. 4. numer. 529. fuit dictum in causa Eluen. beneficij Sancti Saluatoris 13. Nouembris 1602. coram. R. P. D. meo Decano, & in causa Picntina beneficij 13 Nouembris 1587. coram bon. mem. Cardinali Seraphino.

Tamen eam impugnationem Domini non admittebant, eo quia etiam sine donationis productione, de donatione cōstiterat praedicto Iudici per ipsummet testamentum, cuius vigore concessit immissionem Ecclesiae, in quo dicta donatio enunciatur, & habetur ad illam relatio, cum expressione, & nominatione Notarij per cuius acta fuit celebrata, & quamuis ibi testator illam donationē reuocet, tamen vltra quod iure legati relinquit quatuor partes vineae Monasterio, & dat Ecclesiae Sancti Iacobi facultatem capiendi possessionem solummodo pro quinta parte vineae, adhuc ille articulus: An donatio esset validè in dicto testamento reuocata, respiciebat petitorium & donec per tres sēntentias conformes fuisset dicta reuocatio confirmata Monasterium existens in possessione remanebat legitimus contradictor; cum illo donationis titulo de quo censeri potest, quod
2 satis Iudici constaret, quia illud dicitur expressum, & specificatum, quod per relationem exprimitur, vt latè Menoch. *cons. 287. nu. 28. & seq. lib. 3.*

Sed vt haec controuersia dirimatur in hac positione, Domini amplexi sunt aliam etiā rationem, quod cùm constet de anteriori Monasterii possessione debetur illi manutentio, praesertim cùm hodie etiam de titulo constet per productionem donationis, & testamenti.

Non obstat immissio concessa Ecclesiae Sancti Iacobi, nam concedi non poterat, cùm pro parte Monasterii fuisset à sententia immissionis appellatum.

3 Vnde cùm Monasterium non habuerit se pro spoliato petit hodie in Rota legitimae manutētionem, quae in qualibet instātia, & in qualibet Iudicii parte peti, & concedi potest, etiam ratione solius ciuilis possessionis animo retentae, quae trahit ad se naturalem.

4 Nec dubium est quin in hoc casu detur appellatio quo ad vtrumque effectum, nō solùm, quia dicta sententia contineet mixturam petitorii, verùm etiam quia de aequitate Canonica praedicta appellatio datur etiam in iudiciis possessoriis, & in hoc casu non potest intrare Aegi-
5 diana, cùm causa tractatur inter Ecclesiasticos, vt saepe fuit dictum, & signanter in Auximana bonorum 20. Nouembris 1579. coram bon. mem. Domino meo Seraphino, & in Hortana Sanctissimae Trinitatis 7. Ianuarii 1561. coram Rubeo, immo nec etiam habet locum inter lai-
6 cos, quando agitur de quocunque praeiudicio Ecclesiae, vt nuper in alia, & optimis rationibus fuit decisum in causa Romana domus ad Sanctum Augustinum 14. Ianuarii proximè praeteriti coram R. P. D. meo Coccino.

Ita standum esse in decisis censuerunt.

CAPVT AQVEN.

Decis. 227. lib. 1. in manuscript.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana habet locum in quocunque possessorio.*

2 *Amplia procedere, etiam vbi sententia esset lata in possessorio per Iudicem appellationis, ab obseruatione iudicij.*

3 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, non diffinit negotium.*

4 *Appellatio datur in possessorio, vbi pronunciatur, nō esse immittendum, secus è contra.*

5 *Appellatio datur à sententia absolutoria ab obseruatione iudicij.*

DECISIO CCXL.

1 Aegidiana habet locum in quocūque possessorio, Grat. *lib. 2. consil. vltim. in princ.* Soc. Iun. *cons. 182. num. 15. volum. 2.* de quo etiam Paris. *cons. 108. numer. 13. lib. 1.* & fuit sententum in vna Romana domus legatae coram Caput aquen. 14. Octob. 1560. Nam, vt ibi dixerunt, est ad instar *l. 1. C. de mon. en. possess.* quae secundum communem opinionem Doctorum habet locum in quocunque possessorio.

2 Quod in Maceraten. haereditatis, & bonorum 16. Decembris 1560. dixerunt Domini procedere etiam, vbi sententia super possessorio fuisset lata per iudicem appellationis à sententia absolutoria ab obseruatione iudicii. nō enim propterea dicitur facta appellabilis, cùm talis ab-
3 solutoria non diffiniat negocium, nec impediat actorem rursus agere, *Ias. in l. properandum. §. et si quidem, num. 16. & seq. C. de iudic. ad cons.* Bald. 141. *secundum antiquam impressionem* respondebatur, quod loquitur, quando causae sunt complicatae.

4 Praeterea licet à sententia de immittendo in possessionem, non datur appellatio, licèt detur ab illa, quod quis non sit immittendus, Ang. quem sequitur Iacobus de Sancto Georgio *in l. quisquis, in fine, Cod. quorum app ell. non recipi.* ita, &
5 fortius, licèt detur appellatio à sanatoria super obseruatione iudicii, non tamen dabitur à sententia super immissione, de cuius executione petitur.

R. P. D.

R.P.D. BVRATTO.

Romana hæreditatis, & Paragij dotis, Veneris 22. Iunij 1615.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio mulieris non seruata forma statuti est nulla.*

2 *Contractus mulieris redditur nullus, quando proximiores solum iurarunt non habere interesse, & non iurarunt non esse in præiudicium mulieris.*

3 *Decretum Iudicis non esse interpositum, in contractu mulieris apparet, quando in eo non legitur.*

Et præsertim, quando solitum est non interponi, nisi præuia illa assertione iurata consanguineorum asserentium non esse in præiudicium minoris, quæ in eo non legitur.

4 *Decretum Iudicis, & iuramentum propinquorum cum sint de substantialibus contractus minorum non comprehenduntur sub clausulis cæteratis.*

5 *Clausula, &c. quando extendi à Notario possit, tamen antequam extensio fieret Iudici aut hoc antea haberi non debet pro extensa.*

6 *Extensio clausulæ fieri non potest, nisi ab eodem Notario rogato, quando viuit.*

7 *Stilus Notarij arguitur ex alijs instrumentis ab eodem Notario celebratis.*

8 *Decretum Iudicis non potest sumi ex coniecturis, quando requiritur scripturam.*

9 *Error probatur eo ipso, quod in scriptura, seu contractu dicitur, prout in tali scriptura, & in ea non apparet de tali re, seu præmissione.*

10 *Causa conseruandæ agnationis, non est sufficiens ad inducendam renunciationis validitatem.*

11 *Contractus renunciationis à minore factus non sustinetur, quando de iuribus suis non fuit certioratus.*

12 *Certioratio non probatur ex clausula illa certiorata, &c. quia non operatur, nisi quo ad beneficium minoris in genere; secus quando adsunt præiudicia particularia.*

13 *Solemnitates statuti, & iuris communis non sunt necessaria quando tractatur de iure quærendo.*

14 *Limitatur, quando ratio solemnitaris est expressa in statuto, vel in lege, quæ potest esse læsiua, vt ius imbecillitatis sexus, & ætatis in minoribus.*

15 *Renunciatio, seu repudiatio iuris de futuro læsiua esse potest, & ideo restituitur aduersus emolumentum amissum.*

16 *Aditio hæreditatis præsumitur per patrem facta nomine filij, quando ipse ex propria persona successit.*

Et præsertim in casu in quo pater non acquirit vsumfructum in bonis filij.

17 *Solemnitas statuti, vel iuris communis non est necessaria, quando pater contrahit cum filio cũ cessat suspicio fraudis.*

18 *Contrarium tenet Rota, & præcipuè, quando adest statutum, vt Romæ cap. 151. lib. 1 in quo mandat, quod etiam si filius sit in potestate patris nihilominus vult quod vocentur proximiores, & sic nõ confidit de patre, & præsertim quando pater trãsijt ad secunda vota.*

19 *Pater transiens ad secunda vota, remouetur à tutela filiorum.*

20 *Renunciatio facta à minore causa conseruandæ agnationis filiorum secundi matrimonij, non dicitur ex iusta causa.*

21 *Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. comprehendit etiam renunciationes, & cessiones ob eas factas.*

22 *Donatio non firmata redditur nulla.*

23 *Solemnitas non præsumitur, nisi elapsis triginta annis.*

24 *Solemnitas extrinseca, quando requirit scripturam non præsumitur, nisi post lapsum tempus triginta annorum.*

25 *Donatio ob causam, non comprehenditur in statuto, quando est erronea, vel insufficiens.*

DECISIO CCXLI.

PRoposito dubio reseruato, An Faustinæ obstatet expressa renunciatio: DD. responderunt negatiuè.

1 Quia cùm illa sit facta non seruata forma statuti *lib. 1. cap. 151.* in contractibus mulierum, & minorum est nulla, vt in simili statuto, Bald. *cons. 198. num. 2. lib. 5.* Felyn. ex Bart *in cap. 2. num. 1. in fi. de const.* Paris. *cons. 98. num. 77 & seq & cons. 99. num. 25. volum. 1.* & est indubitatum cùm statutũ habeat clausulam annullatiuam ex qua censetur data forma, vt in puncto Dec. *cons. 279. num. 1. vers. & hoc expresse, & co. s. 612. nu. 1. in fi.* & præsumat iuramentum fraude, dolo, & metu extortum; Menoch. *cons. 188. n. 2.* & pluries fuit per Rotam resolutum.

2 Defectus formæ consistit. Primo, quia adhibiti vti proximiores iurarunt solum se nullum habere interesse, non autem, quod contractus non esset in præiudicium Faustinæ, quæ verba erant formaliter exprimenda, & iuramentum desuper præstandum, vt de verbis tutelæ de quibus *in l. fi. §. defensionem. C. de administr. tut.* tradit Bart. *in l. legitimos, in princip. num. 7. vers. tertium, & num. 8. vers. quintum quod requirit. ff. de legit. tut.* Soc. *cons. 24. num. 22. volum. 1.* & ideo non sufficiebant verba generalia, Innoc. Host. & Io. Andr. *in ca. 2. de consuet.* Butr. per illum tex. *in cap. prudit. num. 2. in princip. de iur. iur.* & ibi Imol. *in princip.* Iu. de Anan. *nu. 4.* Soc. *d. cons. 24. n. 21. & 22.* & super simile statut. Mediol. Lambert. *glos. 15. num. & 2.* & in nostro fuit resolutũ in Romana Saluiani 15. Decembris præteriti coram R.P.D. meo Pamphilio.

3 Secundo, cùm non legatur in instrumento interpositio decreti Iudicis probatur illius defectus, & sic solemnitatis; glos. *in l. fi.* & ibi Bar. *in l. not. C. de reb. cred.* idem Bart. *in l. Titia textores, num. 2. de leg. 1. & in l. 2. in fi. C. de erro. Aduoc.* cum allegatis per Surd. *cons. 28. num. 114. & consilio 303. numero 7. & consil. 452. numer. 10. & decisio. 300. num. 11.* & in decreto Simoncell. *in tract. de decret. lib. 3. tit. 7. inspect. 3. num. 33.* & sola præsentia non sufficit, sed opus erat loquela & expressione verborum, Bald. *in c. cum in veteri, nu. 3. & 4. de elect. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum num. 5. vers. quod autem, ff. de offic. procons.* Iul. *in l. omnium, nu. 4. vers. tamen requiritur. C. de testam.* & in Statut. Mediol. Lamberteng. *glos. 14. num. 3.* Qui decreti defectus eo magis arguitur, quod Iudex non solet illud interponere, nisi præuia dicta assertione iurata consanguineorum, quæ hic deficit vt dictum est.

Nec visum fuit DD. iuramentum, quod con-

tractum non est in damnum Faustinæ, comprehendi sub extensione dictionis cæteratæ consentientium, &c. & decretum Iudicis sub extensione clausulæ in fine appositæ super quibus, &c. iuxta attestationem Notariorum fori Capitolini.

4 Nam cùm assertio iurata propinquorum, ac Iudicis decretum sint de substantia, & forma, dici non potiunt venire sub dictionibus cæteratis, nec sub facultate extendedi ad consilium sapientis; sed expressionem requirunt, Butr. Abb. Imol. & Anan. *in d. cap. penult. de iur. iur.* Io. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de instrum. edit. §. instrumentum ergo public. num. 13. vers. quid si à contrahentibus additione magna, vers. de substantialibus autem*, Bald. *in cap. cum in iure peritus, nu. 16. de offic. deleg* & ibi Soc. *numer. 4.* qui expressè loquitur in iuramento, Ruin. *num. 19.* & sequitur Soc. Iun. *num. 24. & not. in l. 1. §. si quis ita, de verb. oblig.* Ruin. *num. 8.* Bologn. *num. 92.* idem Ruin. *consil. 3. num. 2. vers. non obstat. volum. 4.* Rot. *decis. 351. alias 1. de verb. signif. in antiq.* Lanfr. de Oriano *tract. de fid. instrum. numer. 19. vers. id iuxta.* Grat. *consil. 140. num. 7. volum. 1.* Rot. *decis. 658. num. 3. lib. 3. par. 3.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 10. numer. 2. & tit. 14. tit. 10. num. 4. in fin. & num. 45.* & in his terminis Statut. Moroni. Carpan. *ad illud cap. 314. num. 196.* impletum enim forme debet esse clarum, & certum, adeo vt non indigeat suppletione, vel diuinatione, Bald. *in d. cap. cum in iure peritus, num. 16. in fin. vers. sine, de offic. deleg.*

5 Accedit quod vbi etiam dictæ clausulæ, &c. modo quo supra extendi possent, non tamen antequam extensio fieret iudice auctorante haberi debent pro ita extensis, Grat. *consil. 9. n. 23. volum. 1.* Surd. *consil. 350. n. 29. volum. 3.*

6 Nec placuit Dominis in proposito attendere attestationem Notariorum cùm ipsemet Notarius de instrumento rogatus, per quem solum potest fieri extensio, Bald. *in rubr. C. de fid. instrum. in 6. colum. numer. 41. vers. quæritur, & in l. Gallus, §. idem credendum, numer. 4. ff. de libr. & posthum.* Grat. *d. consil. 9. num. 124. lib. 1.* & non sit attendendus stylus generalis, sed particularis illius, Bald. *in d. §. idem creden. num. 1.* & ibi Imol. *vers. 2.* Iaf. *num. 23.* Ruin. *num. 56.* Alexand. *consil. 28. num. 8. vers. nec obstat, volum. 2. & cons. 162. numer. 11. volum. 7* Paris. *consil. 48. num. 7. volum. 1.* Aym. *consil. 34. num. 5.* Rot. *d. decis. 658. in princip.* Surd. *d. decis. 223. num. 8.* & ita communiter obseruari, Corn. *consil. 225. in fin. vers. nam istæ dictiones istor. 3.* Mant. *de tacit. lib. 2. tit. 10. nu. 19.* Petr. Caball. *consil. decision. 177. num. 22.* & pro Faustina datur non leuis fumus stili contrarij ex nota plurium instrumentorū,
7 cum Mulieribus celebratorum de quibus fuit rogatus idem Notarius, qui erat solitus apponere dictam clausulam, *super quibus*, cæteratam non semel tantum, sed bis videlicet prima vice extensam per hæc verba super quibus d.D. Iudex causa cognita suam, & eius curiæ iudiciariam, & ordinariam interposuit auctoritatem, ac decretum supplendo, &c.

Secunda verò vice cæteratam in fine, & sic scripsit decretū Iudicis per extensum post clausulam *super quibus*, rogitum verò proprium designauit per clausulam *super quibus* cæteratam in fine appositam, & ita potest argui stylus Notarij, Rot. *d. decis. 658. numer. 2. & numer. 3.*

8 Neque locus videtur esse præsumptionibus, cùm decretum videatur succedere locũ decreti requisiti in alienationibus stabilium minorum, de quo *in l. 1. & tot. tit. ff de reb. eor. & Cod. de præd. minor.* quod vtique requirit scripturam, Paris. *consil. 98. num. 11. volum. 1.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu 171. num. 26. & consil. 80. numer. 60. in princip.* Achill. *decis. 3. de probat.* Surd. *consil. 28. nu. 108. volum. 1.* Odd. *de restit. in integr. par. 1. quæst. 25. artic. 3. nu. 17.* & innuit eadem Statutum disponens causam in scriptis Iudici expressam, & insinuatam esse debere, consequenter, & decretum, quo casu non admittitur probatio præsumptiua, sed per solam scripturam, vt ex not. in l. *sicut de verb. oblig.* Menoch. *præsumpt. 152. num. 27. lib. 3.* Præsertim cùm triginta anni non sint elapsi, vt in specie Surd. *decis. 231. nu. 19. & 29.*

9 Tertio, non fuit seruata forma respectū causæ ob quam fuit facta cessio: duplex enim exprimitur. Prima, quia in Apocha sponsalitiũ fuerat conuentum, quod cessio fieret, & tamen de hoc in dicta apocha nullum verbum, ergo probatur negatiua, & error, cùm affirmatiua sit coarctata ad dictam apocham sponsalitium, Salic. *in l. fin. num. 2. de rei. cred.* cum allegatis in Foroliuien. Census 1. Maij 1614. coram me, consequenter renunciatio fuit erronea, & Iudicis decretum nullum, *l. 1. §. magis puto. §. mater actio, ff. de reb. eor. l. præses, ff. de præd. min.* Rot. *decis. 624. num. 4. par. 1.* late Bertazz. *consil. 10. glos. 2. num. 9.* secun-
10 da ratio ob conseruationem agnationis quæ erat insufficiens, nec concludebat necessitatem renunciandi, vt ex Oldr. *consil. 5.* & aliis qui eum sequuntur tenuit Rota in Romana de Cuppis coram bon. mem. Cardinali Pamphilio 15. Iunij 1602.

11 Quarto, ponderabatur Faustinam non fuisse certioratam iuris sibi quæsiti, per transitum Patris ad secunda vota in proprietate eidem Patri ex successione filiorum obuenta; & ignorantia præsumitur ratione sexus, & minoris ætatis, glos. *in auth. de incest. nupt. in verb. sciens,* vbi Ang. *num. 10.* Alexand. *qui in minore consil. 126. num. 7. lib. 7.* Aym. *consil. 192. num. 5.* Becc. *consil. 111. num. 14. & 15.* & in specie nostra Menoch. *consil. 237. num. 18. cum seq.* secundum quod fuisse iudicatum testatur Peregr. *consil. 78. num. 9. volum. 1.* & idem Menoch. *consil. 106. numer. 23.* Et certiorationem requiri in minore, Bald. *in d. cap. cum in iure, numer. 17. vers. & unum scias per glos. mag. in l. sciendum, vers. nam non præsumo, de verb. oblig.* idem Bald. *in l. 2. in 4. quæst. in fin. Cod. de rescind. vend.* Addent. ad Alciat. *præsumpt. 42. numer. 2.* Menoch. *præsumpt. 82. numer. 6. & 7. libr. 3.* cum allegatis per Tiraquell. *in l. si vnquam in præfat. numer. 101. Cod. de reuoc. donat.* & in specie nostra, Iaf. *consil. 55. sub numer. 3. vers. præterea lib. 1.* Menoch. *consil. 990. numer. 23. vers. nam respondit primo, & numer. 24.* quæ erat etiam necessaria respectu iuris, quod sibi competere dubitasset, Bart. *in l. fin. §. 1. numer. 1. C. de furt.*

12 Nec certioratio probatur per illa verba certiorata, &c. quia illa clausula est restricta tantum ad beneficia minorum, & mulierum in genere, & nihil dictum fuit de morte filij primi matrimonij, nec quod Pater illi successerit, nec quod per transitum ad secunda vota proprie-

tate priuatus remansisit, & ideo decretum si fuisset interpositum, esset nullum, Bald. *cons.331. nu.5. vers. item non obstat. vol.3.*

13 Non obstat, quod solemnitates non essent necessariæ, quia renunciatio erat iuris quærendi cùm nondum esset acceptata deuolutio ob transitum Patris ad secundas nuptias, ex latè traditis per Tiraquell. *in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, nu.180. cum seqq. & de ll. connub. glos.5. num.31.*

14 Quia cùm ratio solemnitatum requisitarum sit in statuto expressa: scilicet imbecillitatis sensus, & ætatis in minoribus, habet etiam locum in repudiatione iuris de futuro, quę potest esse læsiua, vt tradunt *in rub. C. de pact.* Curt. Iun. *n.13.* Alciat. *nu.33. & 34.* Cagnol. *num.32. vers. tertia conclusio,* Bologner. *num.53. vers. sed breuiter.* Campeg. *de dot. par.1. quæst.101. in fin.* & tenet Bald. *in l. pactum quod dotali in fine. C. de collat.* Castr. *cons.171. col. num.2. vers. item ideo volum.1.* Tiraquell. *de ll. connub. d. glos.5. num.32. in fin.* & in statuto Brixiæ Iai. *cons.53. num.4. in fin. vol.1.* & Mediolan. Lamberteng. *glos.4. num.2. vsque ad fin.* & in constitutione Marchiæ, Boccac. ad illas *glos.8. num.21.* & in alio simili Statuto glos. ad Statut. Bonon. *de contract. minor. in verb. renunciare, & in ver. compeiit uno,* & in Statuto Vrbis de quo agit Gabr. *cons.6. numero 2. & seq. volum.2.* Gratian. *discept. forens. lib.1. cap.132. num.22. vers. quod magis,* & nouissimè Picus ad hoc Statutum *glos.8. num.4.13. & seqq.*

15 Renunciatio enim seu repudiatio iuris futuri læsiua esse potest, & ideo Minor restituitur in integrum aduersus emolumentum amissum, *l. non omnia 45. & ibi glo. ff. de minor.* Odd. *de restit. in integr. par.1. quæst.4. artic.3. in fine, & part.2. qu.85. artic.4. in fin.*

16 Et in proposito videtur cessare difficultas, Quia agebatur de iure quæsito respectu portionum in quibus Faustina ex propria persona successit fratribus, cùm hæreditas præsumeretur adita per Patrem nomine Faustinæ, ex quo possedit omnia bona per annos 14. ante renunciationem, Bart. *cons.129. num.2.* Castr. *in l. gerit in fin. ff. de acquir. hered. & in l. cum in antiquioribus, num.5. vers. certe. C. de iure deliber.* & de communi Ruin. *cons.112. in fin. vol.2.* Alexand. *cons.20. nu.1. lib.7.* Natt. *cons.74. nu.10.* Surd. *decis.140. in princ.* præsertim, quia pater non poterat retinere bona spectantia ad Faustinam iura vsusfructus, *authen. de hered. ab intest. venient. §. si igitur defunctus, vers. si vero. auth. Item hæreditas, C. de bonis, quæ lib.* Angel. *in §. præferuntur, num.9. vers. & nota ad Tertull.*

17 Minus obstat, solemnitates non fuisse necessarias in renunciatione facta Patri, in quo cessat præsumptio fraudis, Bald. *in d. l. pactum quod dotali in fin. C. de collat.* cum alleg. per Tiraquell. *in d. l. si vnquam num.26. & de ll. connub. dicta glos.5. num.33.* & de communi Gabr. *de statut. concl.2. nu.1. & 3.* & allegant decis. Rot. Cresc. *prima. de donat.* Sarnen. *decis.98. & 99.* Caputaq. *decis.205. nu.8. par.3.* & Romana indemnitatis 20. Maij 1602. coram Reuerendissimo Attrebaten. & alia de Calandris 5. Martij 1602. coram Illustrissimo Lancellotto.

Nam hæc opinio non videtur tuta in Rota, vt in Bononien. census coram Reuerendissimo Lugdunen. 17. Martij 1608. & in Perusina nullitatis donationis 18. Aprilis 1608. coram Illustrissimo Lancellotto, & contrariam tenuerunt Gomes. *in §. actionum num.29. Inst. de act.* Boccac. *ad Const. March. glos.3. num.137. in fin.* cum pluribus per Tiraquell. *in d. præfat. l. si vnquam. num.27. & de ll. connub. d. gloss.5. num.34 & seqq.* Tamen, cùm sit fundata in generali præsumptione confidentiæ, quam lex habet de patre, ad tex. *in l. patris pro filio 28. §. fin. ff. de minor. & l. fin. C. qua, & aduer. quos.* qua ratione mouentur Bald. & alij, qui eum sequuntur, Crescent. *d. decis.1. num.2. vers. 2.*

18 quia Rot. in dict. decis. coram Reuerendissimo Lugdunen. non potest sibi vendicare locum in terminis dicti Statuti Vrbis *cap.151.* Quod non confidit de Patre, vult enim quod si minor, vel mulier sit sub patria potestate vocentur coniuncti proximiores ex linea materna, vel in eorum defectum curator, & nihilominus præsentia patris interueniat, & sic vltra præsentiam patris requirit propinquos ex latere materno, vel curatorem. Vnde si non confidit, quando minor contrahit cum extraneo, multo minus, quando cum ipso patre, cessante itaque ratione confidentiæ non potest habere locum d. opinio *vulg. l. adigere. §. quamuis, ff. de iure patr.* Tiraquell. *cess. cau. litera l. numero 130. litt.5. numero 234.*

19 Quæ confidentia magis cessat in patre qui ad secunda vota transiuit, in quo præsumitur mutata affectio, qua etiam ratione tutela remouetur, Bald. *cons.96. num.1. vers.2. ratione lib.4.* Aym. *cons.18. num.3.* cum aliis per Menoch. *consil.5. num.31. vers. non obstat,* facit tex. *in l. lex quæ tutores in fin. C. de administr. tut. & in §. mater, auth. de nupt.* quæ licèt loquantur in matre: eadem tamen ratio videtur militare in patre, qui superinduxit Nouercā, de cuius delinimentis lex suspicatur, *l.3. ff. de inoff. testam.* vbi not. Odofr. Alber. Bart. & Ang. Curt. Sen. *cons.27. nu.36. vers. tum quia, & cons.47. col.3. in princ.* Card. Mantic. *de tacit. lib.12. tit.23. num.13.*

20 Cessare etiam videtur prædicta ratio in casu nostro, cùm ex renunciationis tenore liqueat illam factam fauore Masculorum ex secundo matrimonio procreandorum, & sic illorum amorem præponderasse, ita limitat dictum Bal. Dec. *d. l. pactum quod dotali in fin.* Gabr. *de Statut. d. concl.2. num.6.* Boccac. *d. glos.3. numer.138.* Et decis. Cresc. *prima de donat.* loquitur expresse in Statuto *cap.150. de insinuand. donat.* & in donatione paruæ summæ, vt declarat etiam Boccac. *vbi supra num.137.* & Rot. in dict. Perusina coram Illustrissimo Lancellotto quæ dicit prædictas decisiones non procedere, quando statutum requirit solemnitates ad euitandas fraudes prout nostrum.

21 Nec denique obstat, quod statutum non comprehendat renunciationes, seu cessiones ob causam, quia cōtrarium colligitur ex verbis statuti volentis causam esse in scriptis, iudici expressam, insinuatam, ac plenè cognitam, & ex identitate rationis ne mulieres, & minores circumueniantur in specie nostra, Put. *decis.55. num.7. lib.3.*

22 Aliqui etiam ex Dominis aduertebant deficere solemnitates statuti, *cap.150. de donat.* quia dicta donatio non fuit insinuata, per acta alterius

DECISIO CCXLV.

1 Aegidiana secundùm Dominos in vna Romana domus coram Aldobrandino 8. Iunij 1565. non est necessario producenda, ad Cassad. *dec. 1. s. 2. num. 7. de pens.* & eo minus, vt ea non
2 producta, executio debeat reuocari, vt attentata. Et quod dicitur causam propter primam appellationem esse factam appellabilem, procedit quando prima sententia fuit reuocata, vt per Soc. Iun. *cons. 15. lib. 1.*

R. P. D. RVBEO.

Viterbien. prætensi spolij bonorum, 23. Maij 1561.

SVMMARIVM.

1 *Spolium non intrat, vbi fuit actum per viam subhastationis.*
2 *Sententia continet mixturam, quando virtualiter in ea continetur causa nullitatis.*
3 *Decisio Putei 4. de Aegidiana, qualiter sit intelligenda.*

DECISIO CCXLVI.

1 Fuit tentum, quod non sit locus Aegidianæ in isto casu, tum quia in actis reperitur qui dam processus subhastationis, qui aut est validus, & non datur spolium, & per consequens sententia R. P. D. Chisanen. est notoriè iniusta, & ita non habet locum Aegidiana; aut est nullus, & tunc sententia R. P. D. Chisanen. virtua-
2 liter habet implicitam causam nullitatis illius processus, ita quod intrat *consil.* Bald. 141. *lib. 1.* Et tanto magis, quia in sententia D. Chisanen. dicitur, sententiam Domini Auditoris Cameræ esse nullam, vnde datur causa implicita spolij, cùm alioquin fuisset locus Aegidianæ, ratione absolutionis; & ideo non debet militare maior præsumptio pro vna sententia, quàm pro alia, vt per Card. *in Clement. vnic. de sequestrat. possess.*
3 Decisio autem Reuerendissimi Putei 4. *de Aegidiana*, non procedit in casu isto, quia debet intelligi, quando non datur complicatio; & quando sententia secunda foret simpliciter lata, non reuocando primam tanquam nullam, sed simpliciter pronunciando esse restituendum.

R. P. D. CAVALERIO.

Balneoregien. Terrarum 15. Maij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana habet locum in possessorio, quando non adest nullitas, nec mixtura.*
2 *Iniustitia notoria considerari non potest, vbi maturè causa discussa est, & plures Decisiones emanatæ fuerunt.*

DECISIO CCXLVII.

1 Cum sententia R. P. D. Sacrati, sit lata in mero possessorio, nec adsit mixtura, aut nullitas; Domini censuerunt intrare Aegidianam.

Nec dicebant constare de prætensa notoria iniustitia, quæ pro parte Dominorum de Baleonibus deducebatur.

Quia licèt Domini de Baleonibus prætendát probasse, alueum fluminis in loco per ipsos designato: inualuerunt probationes factæ à Dominis Monaldensibus, quæ visæ fuerunt Dominis præualere tanquam magis releuantes, & ideo prouiderunt, prout in sententia, relicto quod in petitorio quilibet melius deducat ius suum: vnde, non dicebant posse conside-
2 rari excessus, aut notoria iniustitia, in causa, quę maturè fuit in Rota discussa, & in qua emanatunt tot decisiones, vltra inspectionem loci ab aliquibus ex Dominis ocularitet facta: ex quibus censuerunt esse locum Aegidianæ.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Bononien. bonorum emphytheoticorum 29. Maij 1581.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum, vbi statutum particulare disponit in possessorio posse appellari, & numero 3.*
2 *Appellatio est de appendicijs prioris instantiæ.*
4 *Statutum prædictum habet locum, tam deuolutiuè quàm suspensiuè.*
5 *Statutum particulare derogat generali.*

DECISIO CCXLVIII.

1 Resoluerunt Domini in casu, de quo agitur, constitutionem Aegidianam non habere locum, sed esse locum statuto Bononien. permittenti semel posse appellari à sententia
2 lata super possessorio: nam appellatio est de appendiciis illius instantiæ, cuius est sententia à qua interponitur, *l. eius, vbi not. C. de procur.* & ideo subiacet statutis illius loci, in quo lata est sententia, Achil. & alij per Alexan. *cons. 167. ante fin. lib. 4.* Abb. Felin. & alij in *ca. Ecclesia sancta Ma-*
3 *riæ, num. 19. de constit.* Accedit, quod Aegidiana non habet locum, vbi adsunt statuta particularia, Corn. *cons. 151. nu. 6. in 3.* & bene per informantes illorum de Ludouisiis. Vnde cùm sit attendendum statutum Bononiæ, illud clarè semel appellationem admittit, quod intelligendum
4 est, tam deuolutiuè, quàm suspensiuè, vt per Grat. *cons. 163. num. 8. lib. 2.* & bene iidem informantes hic.

Non obstat, quod posse appellare, vel non posse, est de ordinariis, & sic Aegidiana dicitur respicere ordinaria; & est attendenda in dicto
5 loco iudicii: nam cùm in Ciuitate Bononien. adsit particulare statutum, illud derogat generali, & est attendendum, & non Aegidiana, ex deductis.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Balneoregien. bonorum, Lunæ 30. Octobris 1589.

SVMMARIVM.

1 *Districtus Vrbis intra 40. milliaria passus comprehenditur.*
2 *Districtus comprehendit omnia, quæ intra illius fines sunt.*
3 *Constitutio generaliter disponens generaliter est intelligenda.*
4 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

5 *Statuta noua non recipiunt interpretationem ab antiquis, quando distinctio antiquorum statutorum eis non adaptatur.*

6 *Interpretatio non est sumenda ab antiquis statutis, quibus est derogatum.*

7 *Statuta Vrbis sunt seruanda in locis, & Castris inter districtum, in quibus non adsunt statuta particularia.*

8 *Districtus latius patet; quàm territorium.*

9 *Statuta particularia vbi deficiunt, recurritur ad statuta Vrbis.*

10 *Statuta, quæ sunt condita de mandato, & à deputatis à Papa, dicuntur Papalia.*

11 *Papa potest subiicere loca intra districtum existentia statutis Vrbis.*

12 *Expreßio vnius loci, fit ad tollendas dubitationes.*

DECISIO CCXLIX.

FVit per Dominos resolutum, districtum
Vrbis intra 40. miliaria per nouum statu-
1 tum confirmatum, comprehendere omnia lo-
ca, quæ intra hunc ambitum continentur, sub-
lata differentia solutionis salis focatici.

Et moti fuerunt, quia *in cap. fin. sub tit. de ver-
bor. signif. lib. 1. in nou.* statuentes, qui sciebant,
pluries fuisse in Rota dubitatum, quomodo in-
telligeretur districtus, qui per antiqua statuta
non reperiebatur expresse firmatus: sed ad tol-
lendam hanc difficultatem, declararunt, quod
2 districtus Vrbis passibus 40. miliaria compre-
henderetur sub districtu in oppositione finium,
censeatur inclusum, quidquid intra dictos fines
continetur. *l. de sacra. §. fin. ff. de contrahen. empt.*
Socin. *cons. 88. nu. 6. & cons. 123. num. 2. lib. 1. cum alys
allegatis*, & maximè, quia statutum vtitur ver-
bo finito, quod opponitur principio, & totum
quod inter ipsos est, complectitur, vt bene
ponderatur per informantes pro Domino Co-
radino.

Neque habendam esse aliquam rationem:
An loca existentia intra 40. milliatia soluant
focaticum, quatenus ad effectum, vt diceretur
de districtu, videbantur requiri in statutis anti-
quis *lib. 3. cap. 257. iuxta decis.* Put. *24. lib. 3.* quam
pluries Domini sequuti fuerunt, quia in consti-
tutione fel. rec. Gregorij XIII. super confirma-
tione statuti, illud statutum vnà cum omnibus
aliis statutis antiquis, fuit penitus abrogatum
3 per noua statuta, quæ cum *in d. cap. fin. & in plu-
ribus alys:* de quibus fit mentio, de locis existen-
tibus intra districtum, *vt in cap. 54. cum sequent.
lib. 3.* generaliter, & indistinctè loquatur non
adhibita ista distinctione salis focatici distin-
ctè soluti, generaliter quoque, & indistinctè
datur intelligi, *vulgata l. 1. §. generaliter. ff. de
4 leg. præstan.* quia vbi lex non distinguit, nec nos
distinguere debemus, *l. non distinguemus. ff. de re-
cept. arbitr. l. de precio, de public.* præsertim, quia
de tempore, quo fuerunt condita noua statu-
ta; nulla amplius aderant loca, quæ solue-
rent istud sal focaticum, qui sciebant amplius
non solui.

5 Et ita cessat, quod dicebatur noua statuta
recipere interpretationem ab antiquis, iuxta
notata per glos. Bartol. & alios *in l. fiendum ff.
qui satisdar. cogan.* quia distinctio antiqui statuti
non attenditur: nam quando fuerunt condita
antiqua statuta, aderant multa loca, quæ solue-
bant Cameræ Vrbis, & ideo potuit per statutum
declarari, quod illa tantum loca, quæ soluebant,
essent de districtu, quod statutum quousque vi-
guit fuit obseruatum, etiam, quod illa loca am-
plius non soluerent Cameræ Vrbis, vt in deci-
sionibus in Rota factis: sed cùm postea fuerit
sublatum statutum antiquum, & tempore
nouorum statutorum, nulla aderant loca, quæ
soluerent Cameræ Vrbis, non potest hæc distin-
ctio accómodari statutis nouis, quæ nunquam
recipiunt interpretationem, vel distinguuntur
ab antiquis, vbi materia antiqua est diuersa, &
non adaptatur nouis, Ias. *in dict. l. fiendum, num.
2. sub nu. 4. in secunda limitatione.*

Præterea, quia tam ex Bulla confirmationis
statutorum, in qua penitus abolentur statuta
antiqua, & ordinatur, quod nulla alia, quàm
noua allegari possint, quin etiam ex pluribus
ponderatis per informantes, in quibus simplici-
ter disponitur de locis existentibus intra distri-
ctum, apparet de mente statuentium, quod vo-
6 luerant derogare antiquis, quo casu nó sumitur
ex eis interpretatio ad distinctionem noui, vt
post Imol. Alex. & alios declarat Ias. *in d. l. fien-
dum, nu. 4. in 3. limitat.*

Non obstat, quod secundum hunc intelle-
ctum, videatur data maior iurisdictio Populo
Romano, quàm antea habuerit, cùm intra 40.
miliaria adsint multæ ciuitates, & Castra subie-
cta Sedi Apostolicæ, & aliis Dominis, qui non
soluebant sal focaticum, & per consequens non
ligabantur statutis antiquis, & hoc modo sub-
7 iicerentur Populo Romano: quia ista sub-
iectio intelligitur tantum, ad effectum, vt
in illis seruentur statuta Vrbis in casibus, in
quibus particularia locorum statuta non ex-
stant, prout Stat. *lib. 1. cap. 42.* loquitur; non au-
tem, vt ex hoc censeatur data aliqua iurisdictio
8 Populo, & cùm latius pateat districtus, quàm
territorium, vt probat Aret. *in cons. 77. num. 3. &
seq.* Cagnol. *in l. fin. n. 4. ff. de iurisd. omn. iud.* & col-
ligitur ex ipsis statutis *cap. 54. & 56. lib. 3.* Ex qui-
9 bus constat nonnullas ciuitates esse de districtu
Vrbis, quas tunc certum est habere proprium
territorium, & propria statuta, quibus deficien-
tibus, tunc demum recurritur ad statuta Vrbis
iuxta cons. Rom. 218. vbi addit Socin. *cons. 6. col. 3.
nu. 7. vers. præterea lib. 1.*

Et cessat omnis difficultas, quia huiusmodi
10 statuta, cùm sint condita de mandato, & à de-
putatis à Papa, sunt Papalia, ad notata per Bar.
*in l. stipulationum, quæ est lex quinta in princ. nu. 4.
de verb. oblig.* & sepius resoluit Rota in pluribus
11 causis: & non est dubium, quod potuit Papa
subiicere omnia loca existentia intra 40. milia-
ria statutis Vrbis, prout facere voluisse, ex su-
pradictis liquet.

Quod dicitur, in statutis nouis *lib. 3. cap. 56.*
factam fuisse mentionem ciuitatis Tiburtinæ,
tanquam separatam à districtu, quæ tamen no-
tissimum est esse infra 40. milliatia, non obstat:
12 quia expressa fuit ciuitas Tiburtina ad tollen-
dam dubitationem, quæ potuisset oriri ex anti-
quis decisionibus, Anton. Aug. *in tit. de constit.
§. 14. & in decis. 79. lib. 3.* qui dicunt statuta Vrbis
non ligare Tiburtinos.

Ad alia in contrarium allegata colligitur ex
prædictis

prædictis responsia, & ita bene respondent informantes pro Domino Cotadino.

R. P. D. MARCO MONTIO.

Romana separationis Thori, Lunæ 16. Ianuarij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Vrbis ligant clericos.*

2 *Statuta Vrbis non solum robur recipiunt ligandi clericos à confirmatione Papæ, sed etiam quia de mandato Papæ condita fuerunt.*

3 *Statuta Vrbis originem habent à Papa, quamuis ab alio condantur, & dicuntur Papalia.*

4 *Statuentes præsumuntur cogitasse de omnibus casibus sub eo comprehendendis qui sub eo venire poterant.*

5 *Aegidius Cardinalis non habuit iurisdictionem, nisi in temporalibus.*

6 *Statuta dicuntur facta à deputatis Papæ, quando fuerunt deputati pro reuisione illorum, sicut quando fuerunt deputati ad condendum.*

7 *Subrogata statuta in locum alterius, dicuntur subrogata cum eadem qualitate.*

8 *Recedere à statuto Papali sine auctoritate Papæ, non licet.*

9 *Dictio, etiam, exprimit casum magis dubitabilem.*

10 *Statutum Vrbis disponit super iuramento, & dat illius cognitionem iudicibus laicis.*

11 *Statuta, quantumuis auctoritate Papali munita, non extenduntur ad casus, in quibus iurisdictio Ecclesiastica læderetur.*

DECISIO CCL.

DOmini censuarunt, standum esse in decisis: rationibus de quibus in decisione: neque obstare, quæ in contrarium fuerunt deducta.

Quòd enim respondebatur decis. in Romana
de Comitibus, & similes, in quibus Rota resol-
1 uerit statuta vrbis ligare Clericos, ideo emanas-
se: quia in casibus dictarum decisionum age-
batur de bonis clericorum patrimonialibus: re-
pelli quidem potest pluribus modis, & in spe-
cie, *ex cap. quamuis de censibus in 6.* & ibi per tradi-
ta per Doctores: sed quoad præsentem inspe-
ctionem sufficit dicere, in huiusmodi decisioni-
bus nūquam fuisse consideratam materiam rei
controuersę, sed solam auctoritatem statuti, vt-
pote Papalis, & facti à deputatis à Papa: & quod
hæc sit ratio, super qua tot decisiones fuerunt
fundatæ, vt fuit expresse dictum in vna Roma-
na de Cariis, Veneris vltima Februarii 1589. co-
ram Illustrissimo Blanchetto.

2 In qua etiam decisione additur, quod licèt à
confirmatione tantum, statuta vrbis non acci-
piant robur ligandi Clericos: illud tamen acci-
pere, ex quo fuerūt condita de mandato Papæ,
3 & ab ipso Papa originem habet, quamuis ab a-
lio condatur, dicitur Papale, Felin. *in cap. 1. nu. 4.
de spons.* Rip. *in cap. 1. nu. 5. de feud.* vnde non est lo-
cus oppositioni, quæ fit de verisimili defectu
statuentium voluntatis, ex Abb. *in cap. cum Eccle-
sia nu. 25.* & Dec. *an. 50. de const.* Cùm enim statu-
tis in ipsa origine auctoritas Papæ adfuerit, ve-
risimile est potius statuentes, huiusmodi aucto-
4 ritate fretos, cogitasse statim ab initio de omni-
bus illis casibus comprehendendis, qui sub sta-
tuto venire poterant, & nihilominus, vbi non
cogitassent nō propterea statuta minus sunt Pa-
palia, aut minus suum effectum sortiuntur, & ex
his sequitur non vrgere, quæ fuerunt deducta
de defectu confirmationis, & de constitutioni-
bus Aegidianis, nam (vt dictum est) robur non
venit statuto ex confirmatione; sed ex origine
Papali: & prædictæ constitutiones habuerunt
5 originem à bon. mem. Cardinali Aegidio; qui
nō habuit iurisdictionem nisi in temporalibus,
vt fuit dictum in multis causis, quas congerit
Houded.

Non obstat; quod noua statuta compilata fuerint à Luca Peto de ordine Populi Romani, ex quo infertur ab initio fuisse laicalia.

Nam prædicta decisio in Romana de Cariis,
& alia Romana Secretariatus 20. Nouembris
1592. coram Reuerendissimo Rodien. quæ ean-
dem habet conclusionem, emanarunt post no-
ua statuta, & ex litteris cōfirmationis nouorum
statutorum, ibi, nostra auctoritate, & præsidiis
freti instituerunt, colligitur statim ab initio in-
teruenisse fel. rec. Gregorij *XIII.* auctoritatem.
Præterea cùm illa Lucæ Peti compilatio, per
deputatos à prædicto Pontifice fuerit visa cor-
6 recta, & emendata, intrat decisio Romana de
Comitibus coram S. Clemente *VIII.* tunc Rotę
Auditore, statuta ita dici facta à deputatis à
Papa, quando deputauit pro reuisione, quem-
admodum, quando deputauit ad condendum,
& compilandum. Denique cùm statuta noua, vt
ex illorum confirmatione colligitur, subrogata
sint in locum antiquorum, quæ sine dubio sta-
tim ab origine Papalia fuerant, vt in illorum e-
7 xordio legitur, debent censeri subrogata cum
eadem qualitate, *l. filia. §. Titio de cond. & demonst.
l. si cum. §. quod iniuriarum. ff si quis cautionibus*: ma-
ximè cùm ab huiusmodi statutis antiquis origi-
ne, & auctoritate Papalibus, populus Romanus
8 recedere non potuerit sine Papæ auctoritate,
Bart. *in l. omnes populi, nu. 33. de inst. & iur.* Abb. *in
cap. dilecti nu. 10. de praben.*

9 Nec obstat, quod specialiter Papa approba-
uerit statuta, in ea parte, vbi restringunt effe-
ctum iuramenti: nam ponderādo illam dictio-
nem, *etiam*, quæ exprimit casum dubitabilem,
de qua loquitur, vt per Dec. *in l. qui se patris nu.
11. C. vnde lib.* fuit responsum illam mentionem
de iuramento, per prædictam dictionem, *etiam*,
potius indicare casum de quo agitur, posse cō-
prehendi statuto, cum prohibere in causa sepa-
rationis thori inter ciues agitata, secundo ap-
pelletur, minus sit, quàm restringere iuramenti
validitatem: vel illa expressio de iuramento po-
tuit fieri, ad cautelam abūdantiorem, & ad tol-
lendam omnem dubitationem. Vel denique,
quia si non adfuisset illa expressa confirmatio,
poterat dici in illa parte violata libertas Eccle-
10 siastica: ex quo non solum super iuramēto, sed
etiam illud annullatur, & circa hoc datur co-
gnitio iudicibus laicis, Aret. *cons. 8.* post notata
per Ioan. Andr. & alios Doctores *in cap. tua no-
bis, in prinæ. de decim.*

11 Ista enim statuta, quantumuis auctoritate
Papali munita, non extenduntur ad casus, in
quibus iurisdictio Ecclesiastica læderetur, quia

neque Papa, neque statuentes id voluerunt. Felin. *in cap. 2. nu. 40. & seq. de rescript.* vnde non valet ista consequentia: Causa separationis thori comprehenditur in statuto de duabus conformibus: ergo in Capitolio potest cognosci: repellitur enim ex supradictis, & ex traditis per Innoc. *in cap. non minus nu. 6.* Card. *quaest. 5.* Anch. *in fin. de immun. Ecclesiast.* & illa comprehensio est ad hunc effectum, vt postquam à legitimis, & Ecclesiasticis iudicibus huiusmodi causa inter ciues, aut alias personas à statuto comprehensas fuerit cognita ab eisdem iudicibus iuxta tenorem illius statuti, executioni demandetur: in quo non violatur vllo modo libertas Ecclesiastica, imo res summum fauorem continet, quo citius imponatur finis litibus, *l. 3. §. 1. de recept. arbitr. & simil.*

REVERENDISS. SACRATO.

Romana Relocationis, Mercurij
2. Decembris 1609.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheusis est relocanda aguatis vltimi inuestiti cum eisdem pactis, & conditionibus in vim statuti Vr. in lib. 1. cap. 124.*
2 *Statutum conditum de ordine, & mandato Papae tanquam Papale aptum est ligare res, causas, & personas Ecclesiasticas in his, in quibus reperiuntur specialiter priuilegiata.*
3 *Secus est in bonis, quae reperiuntur specialiter priuilegiata per extrauagantem ambitiosae de rebus Ecclesi. non alien.*
4 *Statutum generaliter loquens, non est traheudum ad causas habentes specialem prouisionem, & priuilegium.*

DECISIO CCLI.

CVm praesupposito, quod Archiconfraternitas soleat distrahere sine solennitatibus, censuerunt Domini confraternitatem teneri
1 relocare cum antiquis pactis, & conditionibus Annae, & sororibus tanquam de sanguine vltimi inuestiti in vim statuti Vrbis *cap. 124. lib. 1.*
2 Quod quidem statutum cùm sit Papale, tanquam conditum de ordine, & mandato Papae, est aptum ligare res, causas, & personas Ecclesiasticas in his in quibus non reperiuntur particulariter priuilegiatae, vt tenuit Rota in causa Romana de Comitibus *relat. inter diuers. impres. decis. 452. par. 1.* & in alia Portuen. plani coram Robusterio confirmata *in decis. 371. num. 3. eadem par. 1. diuers.* & vltimo loco in Romana separationis Thori coram R.P.D. Marco Montio in duabus resolutionibus.

Et proinde non fuit necessarium ingredi quęstionē: An ista confraternitas sit locus pius, vel ne, quia de potestate statuētis, etiam quo ad loca pia non potest dubitari ex praedictis, nec minus de voluntate, stante quod, vt supponitur in facto, confraternitas alienat sine solemnitatibus. Vnde cùm circa alienationem minimè habeat specialem prouisionem, siue sit locus pius, siue non, debet comprehendi sub generali dispositione statutorum sicut veniunt res, causae, & personae, vt in allegatis decisionibus.

Atque hinc corruere videbatur fundamentum ex decisione in causa Romana relocationis coram Giptio die 13. Martij 1595. in qua fuit
3 dictum huiusmodi statuta nō habere locum in bonis Ecclesiasticis, quia hoc ideo est, quia super bonis Ecclesiae adest specialis prouisio, nempe, *in extrauagan. ambitiosae de reb. Ecclesi. non alien.*
4 & statutum generaliter loquens, non debet trahi ad casus habentes specialem prouisionem, & priuilegium, ad not. *in l. si quando. §. generaliter. C. de inoffic. testam.* Put. *decis. 160. num. 2. & 3. lib. 3.* & ita fuit conclusum, non tamen sine contradictione.

CAPVTAQVEN.

Decis. 414. lib. 1. in manuscript.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum in iurisdictionalibus.*
2 *Aegidiana aequiparatur l. vnica. C. si de momēt. possess. & easdem recipit limitationes, quas recipit d.l. vnica.*
3 *Possessorium habens mixturam cum causa proprietatis admittit appellationem.*
4 *Possessorium iurisdictionalium, habet admixtam causam proprietatis.*

DECISIO CCLII.

1 AEgidiana non habet locum in iurisdictionalibus, quia cum aequiparetur *l. vnica. C.*
2 *si de mom. poss. ff. iuer. appellat.* easdē recipit limita-
3 tiones, quas recepit *d. l. vnica*, & propterea sicut illa limitator, vt non procedat in possessorio habente mixturam cum causa proprietatis, vt per Ias. *cons. 183. col. 2. vol. 2.* per Apostillam ad *decisio.* Tholetanam 50. & per Guid. Pap. *singul. 357.* ita
4 est limitanda Aegidiana in possessorio iurisdictionalium, cùm illud habeat admixtam causam proprietatis, vt per Alexand. *in §. nihil commune. col. 4. in 4. fallentia.* Aegid. *cons. 29. & seq.* Paris. *cons. 98. col. 2. vol. 2.* Castad. *decis. 1. nu. 11. de restit. spol.* Caccialup. *in l. imperium, num. 22. in 6. quaest. de iurisdict. omn. iud.*

CHISANEN.

Decis. 79. in manuscript.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium dicitur habere admixtam causam proprietatis, quando sumus in iurisdictionalibus quando haberi non possunt sine principis concessione.*
2 *Decl. ra. quod hoc casu sententia non demandatur executioni, sed si non agatur super dominio, sed super possessorio, tunc non datur appellatio.*

DECISIO CCLIII.

1 QVando sumus in iurisdictionalibus, videlicet, quae haberi non possunt sine Principis concessione, dicitur possessorium habere causam proprietatis annexam. Paris. *cons. 98. col. 2. vol. 2.* Castad. *decis. 1. de restit. spol.* nam tunc pri-
2 ma sententia executioni non demandabitur: si tamen non agitur super dominio sed super possessorio, tunc non datur appellatio, Ripa post alios *in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. num. 78.*

R. P. D.

R. P. D. LITTA.

Romana domus, Veneris 7. Nouembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio datur non solum ad possessionem, sed etiam ad statum.*

2 *Saluianum Interdictum præstat iustam causam possidendi.*

3 *Spoliatus dicitur, qui vigore mandati iniusti de euacuando fuit priuatus de possessione.*

4 *Recognitio in dominum, non sibi præiudicat, quando est facta sine præiudicio sui crediti.*

5 *Clausula,* non alias aliter, nec alio modo, *importat conditionem suspensiuam.*

6 *Inquilinus non potest expelli, quando locator pro manutentione, obligauit & sua bona in ampliori forma Cameræ.*

7 *Iuramentum obligat præcise ad factum.*

DECISIO CCLIV.

1 PRo informante, quia potissimum est dare remedium restitutionis, non dum ad possessionem, sed etiam ad statum, *cap. querelam.* vbi Butr. Abb. *num. 12. & alij de elect.* Cassad. *decis. 4. n. 8 super regulis Cancellariæ,* Mohed. *decis. 127. alias 8. de restit. spoliat.* & ideo restituendum esse Lucam ad eius statum, vtendi domo, constat ex instrumento immissionis auctore Prætore, in vim
2 Saluiani Interdicti, quod iustam causam possidendi præstat, vt per Bart. & Salic. *in l. 1. C. de Saluian. Interd.* Arat. *in §. item Seruiana, n. 9.* & ibi Ias. *num. 93. Instit. de act.* Neguf. *de pignor. 1. memb. 8. par. num. 2.* Bald. *cons. 14. nu. 2.* maxime stante illius constitutione cum fructuum perceptione, vsque
3 ad annum 1593. quo fuit ab Antonio spoliatus vigore mandati de euacuando, quod tanquam notorie iniustum non excludit actionem spolij, iuxta notata *in l. iuste possidet ff. de acqu. poss. & in cap. conquerente de restit. spoliat.* Non enim poterat Lucas expelli, antequam esset satisfactus de suo credito, etiam non recognouerit Anto-
4 nium in dominum simpliciter, sed cum clausula, *sine præiudicio sui crediti, & non aliter, nec alio modo,* quæ operatur, vt interim, donec sit satisfactus non censeatur recognouisse. & de clausula *sine præiudicio* per text. *in l. testamento centurio §. 1. de manu. test.* & tradit Put. *decis. 12. lib. 2.* & de
5 clausula *non alias aliter, nec alio modo,* quod importat conditionem suspensiuam, vt tradit Bal. *in auth. ingressi nu. 7. C. de sacros. Eccles.* Ias. *in l. fin. n. 142. de iure emphyt.* Caputaq. *decis. 84. n. 10. par. 3.* præsertim stante obligatione Antonij, qui in forma Cameræ promisit manutenere Lucam in possessione domus, & ipsum non expellere, donec ex pensionibus fuerit ei de suo credito satisfactum cum iuramento, & hypotheca suorum bonorum, cuius ratione etiam meritus Inquili-
6 nus durante locatione, expelli non potest, Bart. *in l. 1. §. quod ante. ff. de superfic.* Roland. *consil. 6.*
7 *libro primo,* qui dicit hoc absque dubio procedere stante iuramento, quod obligat præcise ad factum, quod etiam fuit resolutum in causa retractus die 8. Iunij 1588. coram Illustrissimo Mantica.

R. P. D. IVSTO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 28. Ianuarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio datur ex capite ignorantiæ.*

2 *Ignorantia debet esse iusta, & probabilis: non crassa, vel supina: vel vbi interuenire poterit aliqua negligentia.*

3 *Ignorantia ab omni parte debet esse excusabilis.*

4 *Ignorantia non dicitur excusabilis, quando ex coniecturis arguitur scientia: vel quando habuit in genere notitiam, vel tenebatur inuestigare, & num. 7. & 8.*

5 *Scientia probatur ex eo, quod produxit citationem, vel sciuerit litem motam.*

6 *Restitutio non datur, post lapsum quadraginta annorum.*

DECISIO CCLV.

REgula iuris est pro Domino Carolo Ga-
1 brielio, quod ex capite ignorantiæ datur in integrum restitutio, Bart. *in l. si quis autem, de itiner. actuque priu.* Mohed. *decis. 1. de rest. in integ.* & est receptissima opinio Felin. *in cap. vigilanti nu. 2. de præscript.* Alex. *cons. 71 nu. 3 lib. 1.* Dec. *consil. 305. nu. 5.* Bald. *de præscript. 4. part. 4. partis princ. q. 19.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 35. glos. 4. num. 36.* & tenuit Rota vltimo loco corá Domino meo Penia, in Reatina depositi 18. Decembris 1600. præsertim in facto non proprio, quo casu dicitur probari ignorantia iuris præsumptione, Caputaq. *decis. 207. in fin. par. 3.*

2 Tamen, vt procedat eadem regula, ignorantia debet esse iusta, & probabilis, non autem crassa, & supina, vel in qua potuerit interuenire aliqua negligentia, Imol. *in cap. fin. n. 31. de præscript.* Rom. *cons. 127. in fin.* Felin. *in d. cap. vigilanti n. 4. vers. limita tertio,* Balb. *latè vbi supra nu.*
3 8. Alban. *cons. 18. num. 1.* vbi dicit, quod ab omni parte debet esse excusabilis ignorantia, quod
4 non est quando ex coniecturis arguitur scientia, etiam si sint remotæ: vel quando habuit in genere notitiam, vel quando tenebatur inuestigare, quæ fuerunt approbata per Rotam in Florentina iurispatronatus 14. Maij 1576. coram Sanctissimo Domino nostro.

5 Ignorantia autem Domini Caroli, non videtur secundum prædicta, esse excusabilis, & iusta. quia debebat perquirere possessorem, cùm sciret prætensiones aliorum super domo sui debitoris, vt dicitur in dicta decis. Florentina, & Caputaquen. *decis. 216. sub nu. 4. par. 3.*

Quæ maximè procedunt, quia Dominus Carolus de anno 1594. habuit scientiam possessionis Dominæ Catherinæ, quod probatur ex citatione, ab eo producta facta pro parte Petri contra Dominam Catherinam de anno 1591. etiam ex lite mota: Ex quibus inducitur scientia, & propterea, cùm à die scientiæ effluxerit qua-
6 driennium, non est agendum de restitutione. *l. fin. C. de temp. in integr. restit. cap. 2. de in integr. rest. lib. 6.*

7 Nec obstat, quod quadriennium non currat, nisi à die scientiæ, quia vt (supra dictum est) arguitur scientia, vel saltim negligens ignoran-

tia, quæ non impedit cursum quadriennij, vt fuit dictum in eadem decis. Florentina iuris patronatus.

Nec iuramentum Domini Caroli nemine deferente præiudicat *l. 3, in prin. de iureiuran.*

8 Neque decretum Capitanei appellationem debebat operari, quominus Dominus Carolus esset diligens inuestigator iurium aduersariæ, *l. qui cum alio*, vbi Doct. *de regul. iur.* quinimò ex tota serie facti magna resultat suspicio iurium alterius, quæ erant requirenda.

Et ita fuit decisum.

R. P. D. IVSTO.

Romana Saluiani Interdicti Lunæ 18. Martij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Scire, & inquirere debet agens iura suorum.*

2 *Notitiam in genere habuisse nocet, cum debebat perquirere.*

3 *Diligentiam adhibere debet actor inquirendo iura sua, nec sufficit ostendere casum implicitum, & difficilem.*

4 *Diligentiam si quis non adhibuerit sciendi, nec beneficium restitutionis ei est concedendum ex capite ignorantia.*

5 *Ignorantia hoc casu non probatur iuramento.*

DECISIO CCXLVI.

CVm Dominus Carolus Gabrielius petierit iterum audiri super eo, quod decisum fuit in hac causa die Lunæ 28. Ianuarij præteriti, Domini volentes illi, & iustitiæ satisfacere mandarunt causam proponi. Et denuò auditis partibus dixerunt non obstare decisioni, quæ opponebantur.

Dum enim Dominus Carolus conabatur ostendere suam ignorantiam fuisse iustam, & probabilem, vt ex ea valeret consequi restitutionem in integrum aduersus præscriptionem decennalem, & deducebat, quod non potuit habere notitiá à Petro suo auctore, qui studiose iura occultabat, ne detegeret suam turpitudinem: responsum fuit, regulam iuris esse contra

1 Dominum Carolum, qui scire, vel inquirere, & inuestigare debebat iura sui auctoris, *l. qui cum alio*, vbi Doct. *de reg. iur.* & ita non satis est non habere notitiam à Petro, qui volebat eum defraudare, cùm de aliqua diligentia, vel inuestigatione non constet, quę posset Dominum Carolum excusare.

Et dum vlterius deducebatur ignorantia ex dilatione Dominæ Catherinæ in producendo instrumentum venditionis domus, replicatum iam dicta, videlicèt, quod cùm ex controuersia Petri contra Dominã Catherinam super domo

2 habuerit notitiam in genere de iuribus suis, & causam dubitandi debebat inquirere aliunde, quàm à Domina Catherina, quę non tenebatur deducere iura sua ad notitiam Domini Caroli: quinimo obtinuit in spolio contra Dominum Carolum absque productione instrumenti, de qua conqueritur, & sic manifestè est nimia securitas Domini Caroli iurium suorum, & præsertim mandati demanutenẽdo, quod euacuatum fuit per spolium prędictum, & sententiam, & cessioné. Et hinc orta est ignorantia hypothe-

3 cæ, & eorundem iurium, pro quorum firmitate non satis est ostẽdere factum fuisse implicitum, & difficile, sed probari debet adhibitam fuisse perquisitionem, & diligentiam, glos. *in cap. innotuit, in verb. ignorantiam de elect.* & Doct. *in d. l. qui cum alio.*

Et hæc licèt non arguant motam in Carolo, vt ius suum amiserit, credendo assertis per Pe-

4 trum in instrumento venditionis, vt bene per Bald. *cons. 154. col. fin. vers. item instissimam, lib. 5.* Non tamen illi prodesse debet ad beneficium restitutionis in integrum impetrandum, in præiudicium Dominæ Catherinæ, quæ cursu temporis liberata est à molestiis; neque petit ius Caroli ex suo instrumento, & iuxta credulitatem narratorum à suo auctore acquisitum, sed proprium defendit.

5 Nec iuramentum prodest ad probandam ignorantiam huiusmodi, licèt legitimè præstitum, simplicem ignorantiam probare potuisset.

Ex quibus omnia in contrarium adducta, euacuata fuisse à Dominis decisum fuit.

R. P. D. ORANO.

Romana redditionis rationis. Lunæ 15. Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur ex capite ignorantia, etiam aduersus præscriptionem statutariam.*

2 *Ignorantia debet esse probabilis, ad hoc vt illius vigore restitutio concedatur.*

3 *Ignorantia præsumitur in hærede.*

4 *Negligentia non præsumitur in hærede, ignorantis iura sibi competere.*

5 *Non valenti agere non currit præscriptio.*

6 *Ignorantia probatur iuramento.*

7 *Præscriptio, quando est cœpta cum defuncto, non competit restitutio hæredi, quando institutio est priuilegiata, puta quia sit minor, vel miles.*

8 *Restitutio non datur minori, quando est cœpta cum defuncto ex capite minoris ætatis, quando nihil est actum cum minore.*

9 *Restitutio ex capite ignorantia datur, siue sit minor siue maior ætate, etiam si nihil sit actum cum minore.*

10 *Restitutio datur ex capite ignorantia, siue agatur, siue excipiatur.*

11 *Restitutio datur ex clausula generali ex capite ignorantia.*

12 *Restitutio non datur possidenti.*

13 *Præscriptio non datur sine possessione.*

14 *Restitutio præsupponit priuationem, & reddit, quod abstulit præscriptio.*

15 *Iusta causa excusat ab expensis ex parte rei; secus ex parte actoris.*

DECISIO CCLVII.

COntendebat Bonifacius Canobius hæres q. Ioannis Francisci Canobij eius patrui, sibi reddi rationem fructuum quorũdam locorum Montium secundi Auenionis, & facti fœderis per q. Ioannem Baptistam. Procuratorio nomine eiusdem patris Francisci; dum à curia abesset, receptorum, ab anno 1577. vsque ad 1581. verùm quia societas Sanctissimi Sacramenti Ecclesiæ S. Mariæ in via, eiusdem Ioannis Baptistæ hæres

hæres præscriptione statutaria V. bis 16. annor. quam Domini intrare resoluerant, ab huiusmodi præscriptione agentem excluserat, habuit recursum ad Signaturam, & impetrata commissione restitutionis in integrum aduersus hanc præscriptionem, prout de iure, obtinuit videri, an illi locus esset: & Domini resoluerunt locum esse, nam quamuis controuersa sit quæstio, an aduersus præscriptionem 30. vel 4 . annorum, in cuius locum successit statutaria Vrbis præscriptio, detur restitutio in integrum, ex capite ignorantiæ, de qua nouissimè per Aym. *cons.* 201. *num.* 54.

2 Nihilominus receptior visa fuit affirmatiua sustinentium sententia, quam tenuit gloss. *in l. qui filium. §. Sabinus ad Trebell.* Bart. *in l. Aemilius, nu.* 5. *ff. de minor. & in l. cum filius. § in hoc, de verb. oblig. & in l.* 2. *C. si aduers. vend. pig.* Curt. Sen. *cons.* 58. *nu.* 1. Gozad. *cons.* 51. *nu.* 10. Soc. Iun. *cons.* 70. *n.* 18. *& seq. vol.* 1. de communi Mandell. *cons.* 654. *nu.* 2. & eam aliàs vti veriorem amplexum fuit Sacrum Rotæ Auditorium, in terminis præscriptionis statutariæ, vt videre est apud Peregr. *decis.* 44. in vna *Bononien. hæreditatis lib.* 2. Chilanen. *decis.* 153. Caput. *decis.* 207. *p.* 3. & nouissimè coram bon. mem. Domino de Rubeis in vna Romana domus de Motonibus 13. Nouembris 1579. & coram Vicecomite in v. a Tiburtina sancationis

3 2. Ianuarij 1583. dummodo tamen ignorantia sit probabilis, vt vult Bal. *in cap. licet ... suppl. negl. Pr*æ*l.* Roman. *cons.* 1 ... *fin.* ... 340. *in fin.* Aret. *cons.* 25. *in fin.* Alexan. *cons.* 71. *vol.* 1. Felin. *in cap. vigilanti ... de præscript.* Dec. *cons.* 267. *in fin. & cons.* 266. *circa fin.* cum relatis per Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 45. *gloss.* 4. *nu.* 33. Rolan. *cons.* 59. *nu.* 21. *vol.* 2. B... *cons.* 46. *nu.* 16. quam in præsenti casu Domini censuerunt nullomodo posse calumniari, tum quia sumus in hærede, in quo præsumitur ignorantia *l. qui in alterius.* vbi Decian. & Cagn. *de reg. iur.* Paleo. *decis.* 40. Caputaq. *decis.* 207. *p.* 4. præsertim cum non potuerit notitiam habere locorum Montium ex scripturis, seu litteris patentibus, tanquam de ... penes defunctum, cum loca Móntium essent distracta: quietantiæ verò receptorum in libris depositariorum conseruarentur: tum etiam quia ratio statuti hoc casu cessat, quæ militat circa ne-

4 gligentem, non ignorantem, in quem non cadit negligentia. Chilanen. *decis.* 253.

5 Vnde cùm de eis, quæ ignorauit, non potuerit agere: non valenti agere non currit præscriptio. & ... currit, subueniri oportuit propter iustum impedimentum per restitutionem. *l. Aemilius. ff. de minor. ... præscr. gl. in cap. si sit in verbo ... vbi Castren. ff. quemadm. seru. amitt.* Alexan. *cons.* 150. *col.* 2. *lib.* ... *non simul.* & tanto facilius, quia Dominus Bonifacius vltro se iuramento purgaturum eius scientiam obtulit. per

6 quod non est dubium probari ignorantiam; *cap. significasti, & ibi gloss. in verb. si ita est, de homicid.* Bald. *cons.* 154. *vol.* 5. Aym. *cons.* 101. *nu.* 32. Mil. *in repert. in verb. ignorantia.*

7 Non obstat, quod cùm fuerit cœpta præscriptio cum defuncto, non videatur posse competere remedium restitutionis hæredi: quia hoc procedit respectu restitutionis priuilegiatæ competentis ratione personæ, vt quia sit minor, vel miles, ex quo enim habuit initium in perso-

8 na defuncti, non competit restitutio in integrum ex priuilegio minoris ætatis, nisi aliquid sit gestum cum minore.

Verùm si vult restitui ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa*, propter iustam causam ignorantiæ, indistinctè quis potest restitui, siue sit maior, siue minor, & competit hoc, etiam si

9 nihil sit gestum cum ipso, vt post Bart. *in l. Aemilius, n.* 5. *ff. de minor.* declarat Ias. *in l. cum filiusfamilias. §. in hoc, nu.* 6. *de verb. oblig.* Cagnol. *in l.* 2. *nu.* 219. *C. de pact. inter empt. & vend.*

Non obstat, quod restitutio datur hæredi excipienti, non autem agenti, Din. *in cap. cum quis minus, de reg. iur. lib.* 6. Curt. Sen. *cons.* 58. *nu.* 4. *versic. tertio solido:* Etenim Doct. indistinctè loquun-

10 tur, nec faciunt differentiam inter actorem, & reum: quin potius contrarium tenentium opinio confunditur, per gloss. *in l. si partem, vers. non vtendo. ff. quemadmodum seruit. amitt.* vbi si legatarius amittat seruitutem sibi legatam, quia eam longo tempore non petiit, nec ea vsus

11 fuit, si ideo non petiit, quia ignorauit sibi relictum legatum, restituitur ex generali clausula, Balb. *de præscript. par.* 4. *in fin. qu.* 29. *nu.* 9. Pinell. *in auth. nisi triennale. nu.* 6. *C. de bon. mater.* & in terminis petentis legatum, & pro hac opinione est *cons.* Alexand. 171. *nu.* 2. *vers. sed præmissis, vol.* 1. Rum. *cons.* 54. *num.* 9. *vol.* 1.

12 Et ratio ipsa hoc suadet, nam vbi petens restitutionem possidet, non est agendum de restitutione: nam cùm non potest currere præscriptio, quæ non datur sine possessione, *cap. sine possessione, de præscript. lib.* 6. vbi enim non præcedit præ-

13 scriptio, non requiritur restitutio, quæ præsupponit priuationem, & hoc reddit restitutio, quod

14 abstulit præscriptio, *l. quod si minor. §. restitutio de minor.* Angel. *cons.* 256. *nu.* 3. itaque Aym. & aliorum sententia habebit locum quoad damnum: quod quis incurrit comparendo in iudicio: ab eo namque agens non excusatur, vbi dicit tex-

15 tus *in l. qui in alterius*, vbi reus excusatur ab expensis: sed non actor, in cuius facultate est agere, vel non agere: quo fit, vt prius explorare debeat, antequam veniat ad iudicium: an iustam causam foueat, quod secus est in reo, qui conuentus cogitur defensionem suscipere, Cagnol. *in l. qui in alterius, nu.* 12. *ff. de reg. iur.* Curt. autem Sen. distinctio *consil.* 58. reprobatur à Cagnol. *in l.* 2. *nu.* 223. *C. de pact. inter empt. & vendit.* vbi attestatur, opinionem Bart. esse communem, & nominatim à Curt. discedit Natt. *cons.* 492. *num.* 5. *in fin.*

R. P. D. LITTA.

Romana legati, Lunæ 23. Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio statutaria habet etiam locum aduersus legatum certæ summæ, & sic aduersus creditum ex quasi contractu.*

2 *Præscriptio prædicta currit etiam contra ignorantem, tamen datur ei restitutio.*

3 *Ignorantia præsumitur in hærede.*

DECISIO CCLVIII.

RESolutum fuit exceptionem præscriptionis non obstare Domino Antonio, quia

1 licet præscriptio Statuti Vrbis *cap.158. lib.1.* habeat locum aduersus creditorem occasione legati certæ summæ pecuniarum, quale est id de quo agitur, & sic aduersus creditum ex quasi contractu, & tenuit Rota in causa Romana tutelæ de Fabiis 29. Ianuarij 1589. coram Seraphi-
2 no. & talis præscriptio currit etiam contra ignorantem, datur tunc eidem in integrum restitutio aduersus eam, Alexan. *cons.71.nu.4.lib.1.* Bou. *de stat. vrb. præs. opt. glos. 19. nu. 1. & seq.* tenuit Rota in causa Romana redditionis 15. præsentis mensis coram R.P.D. meo Orano.

3 De ignorantia autem, si non Marij patris Antonij, cui facta fuit cessio legati, de quo agitur, & contra quem non fuit completa ipsa præscriptio: saltim ipsius Antonij hæredis illius, ex præsumptione iuris, satis constare videtur, *vulgata l. verius, ff. de probat. iuncta l. qui in alterius de reg. iur.* quæ ignorantia Antonij, verisimilior redditur, quoad dictum legatum, primo egit nomine Calandriæ Monialis, cui fictum fuerat legatum, seu nomine Monasterij, & vti procurator illius Monasterij, mox cum ei oppositum fuisset de dicta cessione, cessit liti nomine Monialium, & illico cœpit nomine proprio agere ad idem legatum, vti hæres Marij patris, in cuius fauorem fuerat facta dicta cessio. Ideo, &c.

R. P. D. PENIA.

Reatina depositi, Veneris 25. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis, si per sententiam esset vulnerata, tollitur illa vulneratio, si Papa mandet, prætensa vulneratione non obstante, procedendum esse ad executionem obligationis Cameralis.*
2 *Taciturnitas longi temporis, non est sufficiens ad præsumendam solutionem.*
3 *Impossibilitas excluditur, quando prouidus, & diligens vir, illud facere potuisset.*
4 *Inuerisimilitudo ex facto subsequenti tollitur.*
5 *Præscriptio non inducitur contra eum, cui ante completam præscriptionem decessit.*
6 *Restitutio datur hæredi ex capite iustæ ignorantiæ.*
7 *Ignorantia præsumitur in herede.*
8 *Instrumentum, vbi cum suis solemnitatibus reperitur, non indiget matrice.*

DECISIO CCLIX.

Die 18. Decembris 1600. fuerat in hac causa dictum instrumentum, de quo agebatur, executae, quia erat in forma probanti, & habebat omnia requisita ad publicum instrumentum necessaria. Sed quia tunc ego excitaueram aliquas difficultates, ideo iuxta decisionem tunc factam, non fuit ad vlteriora processum. Causa autem nunc iterum proposita, vtraque parte informante, Rota non obstantibus difficultatibus in decisis persistendum censuit.

Neque enim obstat prima difficultas deducta ex vulneratione obligationis Cameralis per sententiam domini Marchesani, ea enim fuerat sublata, ex quo Sanctissimus per speciale rescri-
1 ptum ordinauerat, vt prætensa vulneratione non obstante ad executionem obligationis Cameralis procederetur.

Rursus non obstabat secunda difficultas de taciturnitate 16 annorum, quia tanto tempore non videbatur verisimile Petrum Vincentium distulisse petere suum depositum, notabilis præstentis quantitatis, ducatorum 8. millium auri in auro: sed respondebatur primo, istam coniecturam præsumptam ex taciturnitate longi tempo-
2 ris in non petendo creditum, non sufficere ad præsumendam solutionem, not. in vna Romana extinctionis census die 17. Maij 1594. & consequenter in casu proposito non excludere probationem resultantem ex publico instrumento, cum tunc debeant plures concurrere.

Secundo respondebatur, ideo Petrum Vincentium distulisse petere suum depositum, quia sciebat esse tutum penes Agamemnonem Dilectum depositarium, qui fuerat etiam a deponente hæres institutus in primo testamento, reuocato parum ante obitum.

Ad tertiam difficultatem deductam ex inuerisimilitudine, ex eo, quod non videbatur verisimile Petrum Vincentium non admodum diuitem depositurum ducat. 100. millia auri in auro in ciuitate Reatina, vbi non facile reperiri solent.

3 Respondebatur primo, potuisse virum diligentem, & prouidum decursu temporis colligere tot ducatos aureos, quos penes Agamemnonem deposuerat, & consequenter excludi difficultatem, quæ impossibilitati æquiparatur, glos. in §. fere, in verf. diff. l.1. Instit. de rerum diuis. Bero. cons. 88. n.33. vers. præterea li .1.

4 Secundo respondetur ex testamento Petri Vincentij liquere, ipsum fuisse satis diuitem, ex quo collabat proposita inuerisimilitudo, Alex. cons. 13. n.17. vers. & hanc partem lib.6.

Ad quartam difficultatem desumptam ex præscriptione 16. annorum, quam contra limi ... depositorum instrumenta dicebatur induce... statutum Reatinum, respondetur primo
5 ... deponentis nullam adfuisse præscriptionem, quia deponens obierat ante lapsum sexdecim annorum.

6 Secundo respondetur, quod licet respectu hæredis esset completa, illi tamen competebat restitutio ex capite ignorantiæ. Alexan. cons. 71. n.2. & 3. vers. quod autem, & cons. 84. n.2. & 3. vers. sic præterea, lib.1. Bero. cons. 56. nu. 41. vers. & quod, & cons. 121. num. 2. vers. & ... lib. 3. Vetall. decis. 207. circa finem par. 4. & fuit decisum in causa Romana redditionis rationis, die 15. Martij 1599. coram bon. m. m. Orano & in caus. Romana legati, die 29. Martij 1599. coram Domino meo
7 Litta, in quibus fuit dictum, ignorantiam probari iuris præsumptione, eo ipso, quod fuimus in hærede, qualis in casu proposito erat Dominus Marcellus de Sanctis, penes quem non erat instrumentum originale depositi, quod paulo antea deposuerat, l. qui in alterius, vbi Dec. ff. de reg. iur. Sard. decis. 246. n.8. in princ.

8 Ad vltimam difficultatem deductam ex matrice, quæ non videbatur esse eiusdem characteris cum publico instrumento, inde ... Respondebatur primo, quod habens publicum instrumentum cum solemnitatibus requisitis recognitum, & publicatum non indiget matrice.

Secundo respondetur, infirmam satis, & debilem

bolem fuisse iudicatam eam coniecturam, quæ ex diuersitate characteris proponebatur, quia peritus, quem extraiudicialiter consuluetam, diligenter perpensis vtriusque instrumentis, responderat manum fuisse eandem, licèt ex temperatione calami crassiores essent characteres, quibus matrix censebatur scripta.

Atque ex his iure Rota censuit in decisis persistendum.

R. P. D. COCCINO.

Romana Saluiani Interdicti, Veneris 8. Februatij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca prohibita censetur, per prohibitionem alienationis, etiam latè sumpto vocabulo.*
2 *Relatum dicitur esse in referente, cum omnibus suis qualitatibus.*
3 *Regula generalis non refertur ad specificata.*
4 *Clausula, si quid exequendum, est verificanda ex eisdem.*
5 *Limitatur ex parte rei, qui potest ex nouiter deductis docere de iniustitia sententiæ.*
6 *Condemnatio in expensis de stilo Rotæ semper fit.*
7 *Agens vigore Saluiani, de fructibus est satisfaciendus.*
8 *Proprietas licet prohibita est alienari, tamen fructus qui sunt emphyteutæ possunt.*
9 *Obligatio rei emphyteuticæ, solum durat ipsius vita durante.*
10 *Obligatio rei emphyteuticæ expirat per mortem, vel per resolutionem.*
11 *Actio personalis non transit in singularem successorem.*

DECISIO CCLX.

MOtiuum identitatis domus, & præscriptionis videbatur Dominis sublatum ex iis, quæ pro parte Angeli deducebantur: Aliud tamen, quod domus, de qua agitur, non posset alienari, etiam *alienatione* latè sumpto vocabulo, sub pœna caducitatis, remanebat inconcussum, quapropter non veniebat in generali obligatione: imò propter talem prohibitionem cé-
1 sebatur etiã prohibita hypotheca rationibus, de quibus latè in decisione in hac causa coram me facta 10. Decembris præteriti.

Et quamuis in instrumento concessionis factæ illis del Rè, non adsit hæc prohibitio, sed solum, quod domus non possit alienari sine cõsensu domini directi; satis tamen est, quod fuerit in altero duorum instrumentorum, quę fuerunt inserta in dicto instrumento, cùm relatum
2 sit in referente, *l. asse toto. ff. de hered. instit.* Nec pacta ad se inuicem pugnant, cùm domus etiam prohibita alienari, latè *alienationis* sumpto vocabulo, possit de licentia Domini directi alienari.

3 Ex quo cessat, quod dicebatur, clausulam generalem nõ referri ad specificata, ad *l. doli clausulam. de verb. oblig.*

4 Et eo magis procedunt prædicta stante generalitate verborum promissionis illorum del Rè, de obseruando pacta, conuentiones, venditiones, & capitula, promissiones, & obseruationes in dictis instrumentis contentas, & expressas, quę fuerunt de verbo ad verbum insertæ in dicto instrumento concessionis; & licèt hęc *instrumenta* non fuerint producta coram A. C. nihil refert, cùm hodie non agatur ad effectum
5 clausulæ, *si quid exequendum*, quæ debet ex eisdem actis iustificari, sed ad effectum impediendi executionem sententiæ A. C. quo casu sufficit, quod detegatur iniustitia, etiam ex nouiter deducendis, cùm id tendat ad corroborationem probationum antiquarum, quod potest fieri etiam post sententiam, faciunt tradita per Gabr. *ac tit. lib. concl. 21. num. 38.* & fuit latè deductum coram R. P. D. meo Iusto in causa Tudertina officij Cancellariæ 19. Ianuarij 1598. Et hęc noua iurium productio in nullo alio potest
6 suffragari Angelo, nisi vt ipse non obstante stilo Rotæ, quod semper in expensis condemnat, Cassad. *decis. 13. de vsur.* Put. *decis. 246. lib. 2.* venit reuocanda, Vetall. *decis. 340. n. 4. par. 1.*

7 Non obstat, quod agatur vigore Saluiani, vt ex fructibus satisfiat hæredi, Neg. *de pign. in 1. membr. 8. par. num. 6.*

8 Et licèt proprietas sit prohibita alienari, tamen secus dicendum, si de fructibus, qui sunt in bonis emphyteutæ, vnde venirent in generali obligatione, Grat. *cons. 22. num. 3. & cons. 54. num. 14. lib. 1.*

Nam quidquid sit de veritate illius conclusionis, an emphyteuta possit constituere censum fructuum, vel potius fructus ipsius rei hypothecatæ, de qua Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 7. n. 41. vsque ad 47.*

9 Tamen sufficit in casu isto, quod hæc obligatio solum duret ad vitam, & possessionẽ em-
10 phyteutæ, & sic fuit per mortem, vel resolutionem iuris illius del Rè extincta, Pincll. *in l. 1. par. 3. numer. 7. C. de bon. mater.* Ruland. *cons. 54. numer. 7. 11. & 20. lib. 2.* qui alios allegat, Grat. *loco præcitato*, & fuit dictum in causa Romana de Theodolis 7. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Blanchetto.

11 Actio verò personalis, si qua erat, non potuit transire in Archiepiscopum singularem successorem, *l. fin. in fin. ff. de contrahen. empt. l. quædam, §. is autem. Cod. de eden.* cum aliis latè per Crauet. *cons. 1. num. 7.*

Nec facit, quod in dicto instrumento concessionis enuncietur fuisse impositum super hac domo aliquem cẽsum, quem pro parte pretij soluerunt, cùm ius cœperunt illi del Rè; quia non ex eo potest inferri fuisse concessam facultatem alienandi domum sine licentia domini directi, *ad text. in l. Iulianus, ff de minoribus.*

R. P. D. COCCINO.

Romana Vineæ de Fabris, Lunæ 20. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata inducitur ob non interpositam appellationem.*
2 *L. 2. C. de execut. rei iudic. habet locum, quando constat de re iudicata, ac de illius iustitia.*
3 *Clausula, si quid exequendum, suspendit solum, donec de iustitia sententia cognoscatur.*
4 *Sententia redditur nulla, si aduersarius non fuerit citatus.*
5 *Sententia afficit etiam fideiussores non citatos,*

quando fideiussio est facta coram Iudice, & apud acta iudicij.

6 *Sententia est executioni demandanda, quando non fuit appell. tum in tempore.*

7 *Fideiussor in forma depositi, tenetur omnino adimplere, etiam si promisisset factum alienum.*

8 *Fideiussor vti principalis, & in solidum, dicitur principalis respectu illius, pro quo fideiussit.*

9 *Fideiussor non tenetur, quando agens stipulatus est iudicatum solui de vna re, & postea egit de alia.*

10 *Fructus, qui seruando seruari non possunt vltra triennium, non præsumuntur durare.*

11 *Fructus, quando tempore condemnationis extare non possunt, tunc fit condemnatio ad æstimationem.*

12 *Principalis habens notitiam de spolio, à procuratore commisso, si comparet in iudicio, dicitur ratificare gesta per suum procuratorem.*

13 *Spolium ratificatum non dicitur, postquam quis est restitutus ad effectum, vt possit agere spolio.*

14 *Spoliatus, vt quis dicatur, necesse est, vt expulsus habeat mandatum, vel ratificationem illius, cuius nomine possidebat.*

15 *Interpretatio stricta est facienda ad fauorem fideiussorum.*

16 *Dictos, supradictos, est repetitiua præcedentium.*

17 *Dominium non transfertur in emptorem, quando venditor illud sibi reseruauit, donec de pretio satisficeret.*

18 *Possessio remanet penes locatorem, quando locatio est facta pro certa responsione, donec retinebat dominium.*

19 *Possessio ciuilis reseruata dicitur, quando quis reseruauit sibi dominium, & rem alteri locasset.*

20 *Testis, qui iurauit extra terminum, dicitur nulliter examinatus.*

21 *Citatio est facienda personaliter ad videndum examinari testes.*

22 *Testis sufficit iurasse infra triginta dies, prout in termino citationis ad videndum examinari.*

23 *Citatio domi, dimissa copia, sufficit, quando à principio fuit personaliter citatus, si postea non reperitur, vel difficulter citari potest.*

24 *Citatio domi, dimissa copia, sufficit, quando quis elegit domicilium, vbi citari voluit, & esset forensis.*

25 *Obseruantia subsecuta, ostendit mentem contrahentis.*

26 *Approbare dicitur, qui in eo actu comparuit.*

27 *Ratificatio citationis inducitur per comparitionem.*

28 *Libri priuati partis aduersæ non probant.*

DECISIO CCLXI.

DVbitaui, an sententia Rotalis liquidatoria fructuum esset exequenda. & Domini affirmatiuè resoluerunt: quia cùm constet de re
1 iudicata, ob non interpositam appellationem, *auth. hodie. C. de appellat. cap. Romana. §. si vero, de*
2 *appellat. in 6.* & de iustitia dictæ sententiæ, est locus executioni *l. 2. C. de execu. rei iudicat.* clau-
3 sula enim *si quid exequendum*, cum qua fuit commissa causa, suspendit solum, donec de iustitia sententiæ exequendæ cognoscatur, Paleott. *decis. 133.* Verald. *decision. 180. in fin. lib. 1. in manuscriptis.*

Nec est verum, quod cùm agatur de executione facienda contra fideiussores, qui se obligarunt de restituendo fructus perceptos ad o-
4 mne mandatum dominorum, sententia ipsis non citatis, remaneat nulla: quia cùm isti sint fideiussores iudicij, fideiussio enim fuit facta coram Iudice, & in loco iudicij, & apud acta, Bart. *in l. 1. ff. iud. solut.* Rimin. *cons. 98 num. 4. lib. 5.* Surd. *cons. 325. n. 25. lib. 3. & cons. 271. n. 39. & 4. lib. 2.*
5 Sententia lata contra principalem ipsis quoque etiam non citatis nocet: finguntur enim vna cum principale condemnati, Bart. & alij *in loco supra citato,* Alexand. *in l. si postliminium n. 17. ff. de re iudic.* Guid. Pap. *decis. 26.* Surd. *d. cons. 271. n. 3. & seq. & cons. 12.* & fuit resolutum coram me in causa Romana fideiussionis 10. Nouembris 1602.

Non obstat, quod fideiussores potuerunt appellare ab huiusmodi sententia, quia cùm nec principalis, nec fideiussores appellauerint in
6 tempore, meritò sententia potest executioni demandari, vt in puncto Surd. *d. cons. 271. n. 32.*

Nec placuit, quod cùm promiserint factum alienum, nempe quod Ioannes restitueret fructus, debuerunt citari, ad effectum, quod facerent, quantum in se esset, vt restitueret, & inde consequenter liberationem: quia hæc non est
7 promissio facti alieni simpliciter, sed est fideiussio in forma depositi, & ideo fideiussores omnino tenerentur, Cagnol. *in l. impossibilium. nu. 4. ff. de reg. iur.* Orman. & Decius *in l. 4. §. Cato. nu. 57. ff. de verb. oblig.* Matant. *in specul. disput. 7. num. 23. cum seq.*
8 Eoque magis cùm fideiussores se obligauerint, vti principales principaliter, & in solidum, quia respectu illorum de Fabris sunt principales, Alexan. *cons. 272. sub nu. 13. in fin. lib. 4. & cons. 19. nu. 36. lib. 7.* Aymon. *cons. 272. sub nu. 43.* Mohed. *decis. 2. de fideiussor.*

Non obstat, quod dicti fideiussores fuerint condemnati ad restituendam æstimationem fructuum, quod non promiserunt; & quotiescunque mutatur iud. z, res, vel actio, fideiussores non tenentur, *l. non à iudice. §. 1.* vbi glos. & Doct. *ff. de iudic.*
9 Quia respondetur, quod tunc res mutatur quando de vna re actum, stipulatum est iudicatum solui, & postea egit de alia, & tunc fideiussor non tenetur; quia eius obligatio alteratur: sed in casu isto non militant prædicta, quia cùm fideiussio fuerit de restituendo fructus, qui, ex
10 quo seruando seruari non possunt, non præsumuntur vltra triennium durare, glos. in l. 2. & ibi omnes. C. si aduers. vsucap. Corn. *cons. 364. num. 26.*
11 vbi de communi lib. 2. & ideo cùm de tempore condemnationis isti fructus extare non possent, meritò fuit facta condemnatio ad æstimationem, Bart. *in l. cum qui, num. 1. ff. de his quibus, vt indignis, & in l. ex diuerso. §. 1. in fin. ff. de rei vend. & in l. diuortio. §. ob donat. nu. 4.* & ibi Iaf. *in l. final. ff. solut. matrim.* Abb. *in cap. grauis, num. 22. de restit. spoliat.* Ang. Aret. *in §. si quis à non Domino, sub nu. 6. de rerum diuis.* & fuit resolutum in causa Tarraconen. liquidationis fructuum 17. Maij 1593. coram Illustrissimo Domino meo Cardinali Seraphino. & cessat omnis difficultas, quia expresse se obligarunt soluere fructus, vel æstimationem.

Nec minus placuit alia nullitas, ex quo non fuit

fuit citatus Ioannes Occihoa; qui tanquam procurator generalis ad lites, non poterat præiudicare principali, spoliando Fabros, Aegid. *decis.* 550. Rot. *in nou. decis. 7. vt lit. penden.* & ideo om-
12 nino erat citandus: quia cessat hoc fundamentum, cùm Petrus principalis habuerit notitiam spolij, illud defendendo, & ideo per comparitionem censetur habuisse rata gesta per procuratorem, Lancell. *de attent. par. 2. c. 1. n.* 56. & ideo bene potuit agi contra principalem, non citato Ioanne Occihoa.

Nec est verum, quod Petrus non potuerit ratificare dictum spolium, postquam Fabri fuerunt restituti, vt in causa Collen. Parochialis 11. Decembris 1595. coram Illustrissimo Seraphino;
13 quia illa decisio loquitur ad effectum, vt spoliatus non possit agere spolio: nam si ille, qui fuit expulsus, non docet de mandato, vel ratificatione illius, cuius nomine possidebat ante dictum spolium, post eiectionem, ratificatio non
14 valet, & ita loquitur *decis. 9. de restit. spol. in nou.* quæ in dicta Collen. allegatur.

Nec releuat, quod cùm de tempore obligationis Petrus non spoliasset, sed Occihoa, ratificatio subsequens non potest nocere fideiussoribus ad effectum, quod Occihoa nõ deberet citari, cuius intuitu fideiussores se obligauerint;
15 & ad eorum fauorem est facienda strictissima interpretatio *l. blanditus. C. de fideiuss. l. stipul. ita in nam alie. §. si ita acceptum. ff. de verb. oblig. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss.*

Nam fuit responsum, quod Ioãnes Occihoa semper egit nomine Petri, & fideiussores se obligarunt intuitu Ioannis Occihoa Procuratoris, & non Ioannis simpliciter, & ideo quamuis fuisset in facultate Petri ratificare, vel non ratificare spolium, tamen gesta per Occihoam implicitè afficiebant dictum Petrum, scilicet quatenus vellet ratificare; & ideo sibi imputent fideiussores, si voluerunt intercedere pro eo, qui gessit procuratorio nomine, absque legitimo mandato, & subijcere se huic futuro euentui ex voluntate Petri principalis.

Minus etiam subsistit iniustitia sententiæ, ex quo condemnatio ad fructus non poterat fieri ad fauorem illorum de Fabris, cùm sententia in spolio non fuerit lata ad fauorem illorum, quia in sententia dicitur Petrum Matthæum, & alios supradictos esse restituendos, inter quos cùm esset nominatus Petrus Fabrus, meritò, & ipse comprehenditur in hac restitutione.
16 Dicto enim *supra. n. 4.* est repetitio omniũ præcedentium, Surd. *dec. 125. n. 1. vers. facit etiã.*

Nec releuat, quod Petrus Fabrus vendiderit vineã Petro Matthæo Varrino, & Paulo Bellono, quia nihilominus dictus Petrus Fabrus sibi reseruauit dominium, donec de pretio integrè esset satisfactus, & interim fuit conuentum, quod vinea censeretur locata pro certa responsione, ne emptores retinerent rem, & pretium; quare cùm non constet Petrum fuisse satisfa-
17 ctum de pretio, nunquam dominium fuit translatum in emptores, sed remansit penes ipsum, Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. num. 23. quæst. 13.* Abb. *cons. 66. nu. 2. par. 1.* Dec. *cons. 440. in princip.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 2. nu. 39.* & fuit resolutum in causa Romana officij Notariatus Rotæ, 21. Maij 1604. coram Illustrissimo D. meo Cardinali Pamphilio, & idem dicendum est de
18 possessione, quod semper remanserit penes Fabros, cùm locatio fuerit facta pro certa responsione, donec ipsi retinebant dominium; & ideo donec pretium solueretur, emptores essent cõductores; meritò non sibi, sed dominis possidebant *l. si quis ante, & l. quod meo, in princ. & l. si aliquam rem, & l. quamuis. ff. de acqu. poss.* Corn. *cons.* 40. *num. 6. volum. 4.* Alber. *cons. 35. num. 3.*

Nec etiam releuat, quod in instrumento Fabrus reseruat in euentum non solutionis facul-
19 tatem capiendi possessionem propria auctoritate, quia cùm reseruasset sibi dominium, & locasset, hæc facultas intelligitur de possessione naturali, non autem ciuili, ad tradita per Put. *decis. 419. num. 4. lib. 2.* Mohed. *decis. 11. num. 1. de caus. poss. & propr.* Implicat enim contradictionem, quod locet fructus vineæ, & non retineat possessionem ciuilem.

Non obstat, quod postea Paulus Bellonus vendidit portionem suam Benedicto Monifoco, & Petrus Matthæus Varrinus vendidit certam portionem Bernardino Zeffiro, & ita illi conductores potuerunt alienando rem sibi locatam, & tradendo realem possessionem alteri, interuertere possessionem Petri Fabri, Bart. *in l. quamuis. §. si conductor, num. 3. ff. de acquiren. poss.* cum alijs per Surd. *cons. 417. n. 21. lib. 3.* Vnde cùm Petrus non haberet possessionem de tempore spolij, meritò sententia lata in spolio ad sui fauorem, vel non sustineretur, vel est intelligenda ad fauorem Petri, tanquam necessarij defensoris, vti talis enim venit ad causam. Nam respondetur, quod Bellonus expresè in venditione Monifoco facta, conuenit, quod solueret pretium Fabro, & interim solueret affictus, prout ipse Bellonus soluebat; Petrus Matthæus verò expresse cõuenit, quod Zeffirus solueret affictus, donec integrè illi fuisset satisfactum. Ex quibus apparet, quod illi noluerũt interuertere possessionem Fabri, sed subrogare emptores in locum ipsorum venditorum, ita vt nullum præiudiciũ inferretur Fabro; & ideo quamuis Fabrus venisset ad causam defendendo se per prædictos; tamen cùm defenderit possidentes nomine suo, implicitè defendit suam possessionem.

Non afficiunt ea, quæ contra liquidationem deducuntur: quod enim testes fuerint nulliter examinati, ex quo non fuit citatus Ioannes Occihoa, sed Petrus, cessat ex prædictis; quod verò fuerint examinati nulliter, partim, quia iura-
20 runt extra terminum, Felin. *in cap. licet causam, numero 18. de probat.* Caputaquen. *decisio. 285. numero 1. part. 3.* partim, quia citatio ad videndum iurare testes, non fuit facta personaliter, sed domi dimissa copia, glos. *in capitul. causam, in verb. ad domum, de dolo, & contumac.* Innoc. *in capitul. significauit, in verbo denunciando, de testibus,* Abb. *consilio 84. lib. 2.* cum alijs per Vant. *de null. ex defectu citat. numero 90.* non subsistit: nam quantum attinet ad primum, citatio fuit facta ad primam diem, & triginta dies sequentes, iuxta stilum Curiæ, infra quod tempus, sufficit, quod testes iurauerint. Secũdũ verò de citatione, domi dimissa copia facta, minus obstat, quia fuit facta in loco, in quo Petrus elegit sibi

domicilium,& ad omnes actus;& ideo licèt re-
21 gula sit,quod citatio debeat esse personalis,In-
nocen.*in dictis cap.significanti,de testibus,cum alijs*
22 *supra citatis*, tamen fallit, quando quis semel
fuit citatus personaliter ad causam; vel postea,
vel non repetitur, vel difficiliter citari potest,
tunc enim sufficit citatio, domi dimissa copia,
Bart.*in l.4.§.Prætor ait,num.4.*& Alexand. *num.*
18.ff.de damn. infect. Rot. *decis.1.de dolo,& contu-*
*mac.in nou.*Put.*decis.297.lib.2.*Veral.*decis.117. nu.*
1.par.1.& fuit resolutum coram bon. mem. Car-
dinali Lancellotto in causa Papien. bonorum
10.Ianuarij 1578. & meis temporibus, in causa
Papien. Archipresbyteratus 19. Maij 1600. co-
ram Illustrissimo Pamphilio,cùm ab initio Pe-
trus Losa fuisset personaliter citatus,& esset a-
lienigena, nec haberet domicilium perma-
nens, & ob id Rota voluisset, quod elige-
23 ret domicilium,prout ipse elegit, citatio fa-
cta in isto domicilio sufficit, etiam quod re-
quireretur citatio personalis; cùm fuerit ele-
ctum,ex quo ipse tanquam forensis,& non ha-
bens domum permanentem,reperiri non pote-
rat.

Nec placuit Dominis, quod ista electio de-
buit intelligi pro citationib. quę poterát fieri
domi dimissa copia,quia hoc procederet,si e-
lectio domicilij fuisset facta, ex quo ipse inha-
24 bitasset in aliqua parte remotiore,propter cō-
moditatem Curiorum,sed ista electio fuit facta
ex quo ipse non habebat sedem permanentem,
25 nec propterea poterat reperiri,& ita etiam do
cuit obseruantia subsequuta.& semper citatus
in isto domicilio comparuit.

26 Nec refert,quod istud domicilium fuerit ele-
ctum in alia causa.quia cùm in illa causa etiam
Fabri fuissent citati, & postea Petrus Losa in-
troducta hac causa,approbauit istud domicilium
cùm in eo citatus semper comparuerit & deni-
que in ista causa citatis Fabris reuocasset hoc do-
micilium,manifestè apparet, quod habet illam
electionem domicilij,etiam pro ista causa

Vltra, quod dicti testes deponunt de valore
æquali, ac quasi certæ quantitatis rei venditæ,
tamen respectu aliorum fructuum,& prętertim
vini,testes fuerūt validè examinati: nam Petrus
27 post citationem domi dimissa copia, compa-
ruit in actis,& ideo conualidauit dictá citatio-
nem,Rot.*decis.11. de dol. & contum. in nou.* Ruin.
*cons.61.n.31.lib.5.*Denique non constat de exces-
siuitate liquidationis.Fuit enim facta ęstimatio
deductis deducendis,electaque media via circa
pretium,iuxta dispositionem testium.vt in dec.
D.mei Littæ 14. Nouembris 1603. cui non est
quod addatur.

Nec facit,quod quàmplures expensæ nō fue-
runt deductæ,quia de expensis doliorum cellæ
vinatiæ,& similium,non est habenda ratio cùm
æstimatio vini fuerit facta pretio,quo ad vascá
venditum fuit.

De expensis verò factis, minus etiam habēda
est ratio,quia ex inuentario apparet,quod in vi
nea aderant duo torcularia.& in omnem euen-
tum,quod torcular esset restituendum.vsus pro
duobus annis posset cōpensari in torcularibus
antiquis,quæ bene restituta fuerunt.

Nec est verum, quod fuerint factæ expensę in
vasca,quæ erant deducēdæ,quia de huiusmodi
expensis non constat; & quietantiæ quæ dan-
tur,vltra quod non sunt in actis,non loquūtur
de expensis factis in vasca, sed in vinea: nec est
28 habēda ratio libri Occihoæ, nisi partitæ iusti-
ficetur,cùm fuerit pars formalis in ista causa,*l.*
exemplo.C.de prob.& Bar.*in l.admonendi,nu. 26.*&
ibi Rip.*num. 121.de iur.iur.*& fuit dictum in hac
causa 29.Maij 1589.coram Reuerendissimo Pe-
rusino.

Minusque releuat,quod non fuerit taxatum
salarium vinitoris, & tamen constat plures pe-
cunias illi fuisse solutas; quia pretium vini, &
fructuum,fuit æstimatum,deductis expensis,in
quibus comprehenditur etiam expensa vinito-
ris.

Quod Fabri aliàs habuerunt scuta 300.nō re
leuat,quia nō probatur,quodnam pro fructibus
anni 1584.& 1589.pro quibus hodie agitur.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Cornetana Pecuniaria, Mercurij
4.Iulij 1601.

SVMMARIVM.

1. *Restitutio in integrum de iure non impedit executio-*
nem iam cœptam.
2. *Restitutio ad appellandum impedit etiam executio-*
nem cœptam.
3. *Restitutus ad appellandum debet infra decem dies*
appellare.
4. *Instrumentum continet probationem probatam.*
5. *Præsumptio ex computatione sui creditis non sufficit*
ad excludendam probationem.
6. *Relatio indemnitatis quando est facta fideiussori ha-*
bet plenam significatum,& præseruat fideiussorē
indemnem ab omnibus molestijs.

DECISIO CCLXII.

DOmini dixerunt non esse locum arbitrio
ad retardandam executionem,quia arbi-
trium intelligitur prout de iure,Bar.*in extraua-*
*gan.ad reprimendum in verb.videbitur nu.8.*Paris.
*cons.96.nu.5.lib.5.*de iure autem restitutio in in-
1 tegrū non impedit executionem iam cœptam,
Alex.*cons.216.nu.8.lib.6.*Ripa *in l. 4. §. condemna-*
tum.sub nu.30.ff.de re iudic. Put. *decis. 10. de resti-*
tut.in integr.& decis.285.lib.2.& fuit resolutum
in causa Carthaginensi Decanatus 18. Decem-
bris 1587.coram bon. mem.Bubalo,& antea co-
ram eodem in causa Burgensi decimarum de
Scialante 28. Octobris 1586. & aliàs sæpius. In
casu verò de quo agitur,non solùm ante petitā
restitutionem fuerat decretum, & relaxatum
mandatum executiuum, quod sufficit, vt exe-
cutio dicatur cœpta,vt per Put.*decis.285.*& ha-
betur in dd.decisionibus Carthaginensi,& Bur-
gēsi, sed etiá executio erat facta realiter in par-
tibus, & personaliter hic in Curia in persona
Fortunij.

2 Nec obstat, quod restitutio ad appellandum
impediat etiam executionem cœptam ex alle-
gat.per Oid.*de restit.in integr.quæst.42 art 7.nu.*
39. quia hoc tollitur ex facto: constat enim ex
tenore commissionis, restitutionem non fuisse
concessam ad appellandum,sed simpliciter ad-
uersus sententiam, & rem iudicatam, & vltro
quod hæc limitatio non procedit,quando resti
tutus ad appellandum, vel omnino numquam
appel-

appellat, infra decem dies post obtentam resti-
tutionem; prout Domini de Læliis non appel-
larunt, Lancell. *de attent. pend. restit. in integr. ad*
3 *appellant. nu.* 30. Oldr. *d. art.* 7. *n.* 43. & notissimum
est restitutum ad appellãdum debere infra de-
cem dies appellare, Rota *decis. in nouiss.* 62. *n.* 2. *de*
appell. Vestr. *in sua prax. libr.* 8. *cap.* 3. *nu.* 18. Lancel-
lott. *de attent. appellat. pend. limit.* 50. *n.* 109.

Nec etiam obstat, quod versemur in restitu-
tione minoris, cui competit de iure communi,
& impedit executionem, quia fuit responsum,
hoc nõ procedere, quando executio est cœpta,
vt per Alexand. *cons.* 123. *num.* 6. & fuit dictum *su-
pra in allegat. decis. Burgensi.*

Vltra quod constat de iustitia sententiæ Ro-
talis ex decisione facta coram bon. mem. Ora-
no, & cùm hodie contra eam nihil de nouo de-
ducatur, quod vrgeat huiusmodi restitutio, vi-
detur calumniosè petita ad impediendam vlte-
riorẽ executionem sententię, quo casu executio
per restitutionem non impeditur, Abb. & Imol.
in cap. suscitata. de restit. in integr. Cassad. *decis.* 1.
eod. tit. Afflict. *decis.* 356. *n.* 6.

De iustitia sententiæ, & bono iure Domini Vi-
pereschi, videtur non esse amplius dubitãdum:
ostendit enim se creditorem Zerbini anterio-
rem, & potiorem Dominis de Læliis, tam in scu-
tis 200. solutis prò Zerbino, occasione societa-
tis initæ de anno 1579. cuius bonam fidem re-
cognouerat ipse Zerbinus, qui etiam promise-
rat Vipereschum indemnem releuare, quàm et-
iam in aliis scutis 377. in circa prò expensis fa-
ctis, in recollectione frumenti, vt in decisione
dicitur.

4 De solutione enim scutorum 200. constat ex
publico instrumento extinctionis societatis,
quod continet probationem probatam, Bald.
in l. interest. in ult. not. de solut. & facit rem mani-
festam, Bart. *in l.* 1. *num.* 3. & ibi Ias. *num.* 10. *de nou.
oper. nun.* & ista extinctio præsumitur facta de
propriis pecuniis ipsius Viperesci soluentis, *l.
si defunctus. C. de arbitr. tut. l.* 2. *vbi not. C. pro socio,*
Bart. *in l. si pastor nu. sub num.* 4. *C. commun. ver. iud.*
Ioan. de Anan. *cons.* 56. *sub num.* 12. *in* 2. *cas.* & cùm
sit fideiussor Zerbini, ad quem societatis com-
modum pertinuit, Bar. *in l.* 2. *§. fin. num.* 15. & Ron-
chegal. *num.* 164. *ff. de duobus reis,* dicitur facta ad
extinguendam suam obligationem, non au-
tem Zerbini principalis, Bart. *in l. Modestinus, nu-
mer.* 3. *& seq. in vers.* 2. *casu.* Castr. *sub numer.* 3. *vers. si
vero vnus.* & ibi etiam alij. *ff. de solut.*

Neque obstat, quod in instrumento recogni-
tionis bonæ fidei, & releuationis indemnitatis,
Zerbinus conuenerit consignare in manibus
Vipereschi rubia 50. grani in proxima recolle-
cta, vt venderentur, & illorum pretio societas
extingueretur, quia nõ constat de hac cõsigna-
tione, quæ cùm sit facti, non præsumitur, &
probanda est à Dominis de Læliis, qui illam al-
legant, *l.* 2. *& l. extinguenda. ff. de probat. l. actor. C.
eod. tit. cum vulgar.*

Non obstat, quod Viperescus in emptione fa-
cta à Zerbino de anno 1586. in pretio computa-
uerit ista scuta 200. quia ex hoc non probatur
solutio, *l. si cum dos,* vbi Bart. & alij, *ff. rerum amot.*
Bart. *in l. si quidem, num.* 3. & ibi Bald. etiam, *num.*
3. & alij. *C. de transact.* maximè quod potuit illa
non computasse ex quo iniuit cum Zerbino so-
cietatem pro qua inseruire debeat huiusmodi
pretium, & satis fuit Viperesco sibi præuarica-
ri, ex quo granum recolligendum peruenire de-
bebat ad manus suas, & poterat ex eo sibi satis-
fieri vltra quod ista præsumptio ex non com-
putatione sui crediti non sufficit ad excluden-
5 dam probationem resultantem ex publico in-
strumento, Paris. *cons.* 137. *num.* 19. *libr.* 4. cum de-
ductis in causa Reatina depositi sub die 25. Maij
proximè præteriti coram Domino meo Penia.

Non obstat, quod Viperescus soluerit dicta
scuta 200. pro extinctione societatis absque so-
lita iurium cessione, quia ei opus non erat, stan-
te promissione releuationis indemnitatis, quæ
cùm sit facta fideiussori, habet plenum signifi-
catum, Bald. *in l. si pro ea, nu.* 13. *C. mandati,* & præ-
6 seruat fideiussorem indemnem ab omnibus
molestiis, Bart. *in l. pater, numer.* 1. *ff. de dot. præl.*
Rum. *consil.* 187. *numer.* 2. *libr.* 1. Paris. *consil.* 109.
nu. 37. *cum seq. lib.* 1. & cùm ista obligatio proce-
dat in tempore crediti Dominis de Læliis intrat
regula *l. potior, in princip. & l. qui balneum, ff. qui
pot. in pignor. habean. cum vulgar.*

Quo ad aliud creditum pro expensis factis in
recollectione frumenti similiter constat de bo-
no iure Vipereschi qui in frumento suis expen-
sis, & pecunia recollecto, & simpliciter sibi pro
7 eis hypothecato, potior est omnibus credito-
ribus Zerbini etiam anterioribus, & eis est præ-
ferendus, iuxt. text. *in l. interdum,* vbi Bart. & alij.
ff. qui pot. in pignor. l. licet. Cod. eadem. Ripa *in leg. si
ventri, §. diuus, numer.* 2. *ff. de priuil. credit.* Neguss.
de pignor. par. 5. *membr.* 5. *n.* 15.

Quod granum de quo agitur reconditum in
puteis à Domino Viperesco conductis fuerit
cùm eis pecunia recollectum, constat ex parti-
8 tis eius libri subscriptis à Zerbino, qui eas sub-
scribendo dicitur approbasse, *leg. sunt. §. non vi-
detur,* & ibi Bartol. *ff. quib. mod. pignor. vel hy-
poth. soluant,* latè Ias. *in l. si ita stipulatus.* 6. *Chri-
sogonus numer.* 12. *ff. de verb. obligat.* Felin. *cons.* 2.
numer. 19.

Quod autem subscriptio sit ipsius Zerbini
constat ex testibus, nempe tertio, & quarto iux-
ta 20. qui recognoscunt manum Zerbini, dicen-
tes, se habere notam manum illius, quem vide-
runt pluries scribere, quod sufficit cùm versa-
mur in partitis libri, in quibus non solent adhi-
beri testes, vt sæpius in Rota decisum fuit, &
istæ partitæ probant etiam contra Dominos de
Læliis, causam ab eo habentibus, Anchar. *cons.*
4. *numer.* 6. *vers.* 7. Aym. *de antiq. temp. par.* 1. *§. am-
pliatur enim, numer.* 23. præsertim, cùm earum
veritas coadiuuetur ex pacto expresso de sub-
ministrando per Viperescum omnes pecunias
ad effectum necessarias, *l. fin. C. de alim. pup. præst.*
Bartol. *in l. cum seruus. ff. de verbor. obligat.* Abbas
consil. 54. *sub numer.* 2. *libr.* 1. *cum vulg.* & ex testi-
bus, qui licet non deponant de certa quantita-
te pecuniarum, data per Viperescum, depo-
nunt tamen de quantitate in genere, & in cau-
sam grani, & vnus eorum asserit se fuisse mul-
toties præsentem, quãdo Zerbinus se subscribe-
bat in libro, & ex solidatione facta, cùm tutori-
bus filiorum Zerbini, quos ratione sui offi-
cij dicendum est fuisse informatos de verita-
te istarum solutionum, quo fit, vt tot adminicu-
lis concurrentibus, istę partitę reddantur valde

verisimiles,& ei standum sit,ad not. per Bald. in l.1.n.11.vers.illud verum.C.de edend. Dec.cons. 596. num. 9.

Non obstat,quod granum fuerit seminatum, etiam cũ proprijs bouibus ipsius Zerbini, quia hæc difficultas tollitur ex pacto , cùm in diuisione frumenti recollecti , vltra portionem ex instrumento debitam Zerbino fuerit ei consignata alia quinta pars pro proprijs bouibus suis & hodie agitur de grano quod remansit in puteis conductis à Viperesco vltra quintam partẽ assignatam Zerbino ratione suorum boũ,quã ipse habuerat.

Non obstat assignatio in causa discussionis facta à commissario Corneti Dominicis de Lælijs, quia ab hac assignatione reclamauit Viperescus, & stante eius creditore, & potiore constat granum non potuisse Lelijs assignari,& omnia in contrarium gesta reuocanda.

Et ita fuit conclusum.

ILLVSTRISSI. ALDOBRANDINO, POSTEA CLEMENTE VIII.

Mediolanen.pensionis,1.Iunij 1574.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quæ non oritur ex ventre litterarum sed aliunde,non impedit executionem,& nu.4.*

2 *Exceptio actionem tunc inesse dicitur, quando non potest deduci actio , quin etiam deducatur exceptio.*

3 *Clausula eisdem modis, & forma , quid significat.*

DECISIO CCLXIII.

Fvit tentum , non ita constare de nullitate pensionis, vt sit retardanda solutio,quia hu-
1 iusmodi exceptio non oritur ex ventre litterarum,sed aliunde,& extrinsecus,nempe ex productione litterarum clericatus , tunc enim a-
2 ctionis exceptio inest , quando non potest deduci actio in iudicio , quin deducatur etiam exceptio,Cassad.decis.2.de restit.Bar.in l.si ita quis.ff.si cert.pet.

Non obstant dictiones istæ , *per se*, cùm alijs ponderatis ex aduerso,quę videntur restringere facultatem transferendi pensiones in laicos, ad Alexandrum primum referuatam,quia clausula subsequens *eisdem modo, & forma* , vel tollit
3 huiusmodi restitutionem , vel reddit dubiam hanc oppositionem , adiunctis præsertim illis alijs verbis, *quibuscunque alijs*.

Minus obstat,quod executor non esset certus de iurisdictione transferendi in laicos quia satis est, clausulam illam, *eisdem modo , & forma*, tribuere hanc facultatem, & opinio sua fuit bona,vt ex supplicatione decretum hoc,maximè, quia huiusmodi exceptio, non oritur ex ventre
4 litterarum,& propterea stante clausula *sine retardatione solutionis pensionis*,non posse ex hoc capite retardari.

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Romana pensionis die 23. Martij 1576.

SVMMARIVM.

1 *Impugnans concordiam , non potest se ea iuuare , & num.3.*

2 *Clausula sine præiudicio , & sine retardatione, operatur , vt quis teneatur soluere pensionem.*

4 *Clausula,sine retardatione , requirit , quod alter sit in possessione exigendi,quatenus littera nõ sint expeditæ,secus si expeditæ.*

5 *Exceptio nullitatis non impedit executionem,quando contrarium probari potest.*

6 *De non esse non dicitur constare,quandiu de eo controuertitur.*

DECISIO CCLXIV.

IN causa Romana pensionis,dubitatum An esset deueniendum ad expeditionem causæ, stante clausula,*sine retardatione,& concordia*,antequam Rector satisfaceret, iuxta formam litterarum, & fuit resolutum coram R. P. D. meo Seraphino , ipsum non posse iuuari dicta con-
1 cordia,quam impugnabat:& fuit resolutũ,quo ad validitatem expeditionis causæ per Rectorem petitæ,iri primis, & ante omnia ipsum teneri soluere pensionem Lælio , iuxta formam litterarum. Cùm enim multi commissa causa sit,cum clausula,*sine præiudicio,& sine retarda-*
2 *tione*,formam meç commissionis seruare debeo, Paris.cons.94.lib.4. & Rector iuuari non potest
3 concordia,quam ipse impugnat, vt fuit resolutum coram R.P.D.meo Seraphino.

Nec obstat,quod hæc clausula videtur requirere quasi possessionem exigendi,quia hoc procedit,vbi non sunt expeditæ litteræ,illis autem
4 expeditis ob illarum rejectionem, est procedendum ad præstationem pensionis, Cassad. de rescr.decis.10.

5 Non obstat,quod exceptio nullitatis oritur ex ventre litterarum, quia oritur ex probationibus aliunde factis, & contrarium probare potest Lelius, qui interim non est impediendus in exactione, Put.decis.35.lib.1. & non potest dici
6 constare notoriè de non iure ipsius , quamdiu ius ipsius controuertitur.

CAPVT AQVEN.

Decis.353.lib.1.in manuscriptis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia vna lata , datur retentio restitis expensis , sine dimissione possessionis, secundum oraculum.*

2 *Iudicato tenetur quis parere de iure.*

3 *Verba ista, & alias, sigue augmentatiue.*

4 *Verba ista,prout ipsum fuerit , importan: præiis de iure.*

DECISIO CCLXV.

LIcèt secundum Stafil. *in tractatu de litteris gratia*, *fol.*162. secundum primam impressionem , ibi vna totum esta lata sententia per Auditorem Contradictarum , datur reten-
1 tio restitis expensis,etiam sine dimissione possessionis: tenuerunt tamen domini in vna Lerdien. Cappellaniæ coram Pitanen.de anno 1555. quòd doctrina Stafil. non seruatur in Rota,quia
2 de iure tenetur quis parere iudicato,& ideo licèt in dicta causa esset præsentata commissio, quod constito de re iudicata & restitutis expen-
3 sis restituatur,tamen quia in eadẽ dicebatur,& aliàs

alias prout iustum fuerit restituat; dictum fuit, quod ista verba, *& alias*, stant augmentatiuè, & illa, *prout iustum*, idem important, quæ, *prout de iure*, Ias. *in l. causas. C. de transact. num.* 7. De iure autem debet parere iudicato, vt per Stafil. *in dicta carta* 162. *vers. quando est lata, & vers. sed si per Contradictas*.

ILLVSTRISS. MILLINO.

Tolletana Cappellaniæ die 14. Aprilis 1589.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, pacito iudicato, *dicitur satisfactum per patientiam verbalem, quando nihil est præstandum.*

2 *Clausula*, refectis expensis, *non datur in commissione, nisi vbi adest res iudicata.*

DECISIO CCLXVI.

Domini dixerant, clausulam *parito iudicato* nō obstare, quin possit procedi in causa, nam respectu negocij principalis est sufficienter paritum; quia cùm confraternitas non te-
1 neatur aliquid præstare, sufficit patientia verbalis, Put. *decis.* 251. *libr.* 1. Mohed. *decis.* 275. & fuit resolutum in causa Burgen. In opelis 29. Octobris 1588. coram Decano in vna Mediolanen. Cappellaniæ 13. & 21. Maij 1591. & aliàs sæpius.

Quantum verò ad expensas, dicitur non obstare, quia præsupponit rem iudicatam, quæ hic non adest; cùm super expensis adsit solum contra sententiam, à qua fuit appellatum, & in his terminis fuit resolutum coram Decano, in qua fuit dictum, stilum Signaturæ esse, quod detur huiusmodi clausula solùm, quando adsunt conformes, vel adest vnica sententia, etiā, quod ob non interpositam, vel prosecutam ap-
2 pellationem, transitum fecerit in rem iudicatam.

R. P. D. ORANO.

Romana Vineæ, Veneris 12. Nouembris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu venditionis appositum, si non fuerit ab emptore seruatum stante reseruatione dominij, an venditor possit rem venditam vendicare.*

2 *Potentia, & voluntas in quolibet actu requiritur, ad eius validitatem.*

3 *Deuolutio secuta contra patrem viuentem non potest contra filium obijcere.*

4 *Per oblationem purgatur mora etiam, quod sit verbalis.*

5 *Mandatum speciale non requiritur, quando gestum est ad vtilitatem Domini.*

6 *Oblatio facta ab extraneo impedit distractionem pignoris.*

7 *Oblatio facta cum conditione, factis computis, non reddit eam conditionalem, cùm veniat ex natura actus.*

DECISIO CCLXVII.

Tametsi in instrumento venditionis vineæ Magnificum Antonium Tagliaferrum An-
1 tonio Magniano factæ pactum legeretur appositum reseruationis dominij donec pretium integraliter fuisset solutum, & propterea non secuta tempore promisso solutione venditori, tanquam resoluto contractu licitum fuisse prætenderetur vineam vendicare, & in alium transferre, iuxta tradita per Fabr. de Mont. *de empt. & vend.* 3. *quæst. princ. nume.* 50. *vers. quod intelligas.* Ias. *in l. à Diuo Pio.* §. *sed si empt. in* 4. *not. ff. de re iud.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 34. *cum seq.* Magon. *decis. Luc.* 31. *num.* 10. nihilominus Domini in casu proposito aliter sentiendum esse iudicarunt, quia cùm in hoc actu, prout in quolibet alio desideraretur simul vendito-
2 ris potentia, & voluntas, *l. si generaliter. C. de iur. d. t.* & vtraque deficit, potentia quidem, quoniam cùm fuerit acceptata resolutio, & caducitas
3 contra emptorem, non potuit contra eius hæredes obtineri, Riminald. Sen. *consi.* 429. *numera* 66. *volum.* 3. Bero. *in cap. pot int numero* 7. *& seq. extra de loc. & consi.* 49. *numer.* 13. *volum.* 3. Cassad. *decis.* 2. *locat. & conduct.* voluntas etiam ex iudicio intentato conijcitur plenè, non ad resolutionem, sed ad pretij supplementum egisse, quod primo probatur ex impetrato mandato de immittendo donec, & quousque fuisset sibi de credito suo satisfactum, secundo ex cessione facta ad fauorem D. Marufcelli, cùm non fuerit facta venditio de vinea vti propria pro pretio debito, sed tertio ex æstimatione, & subhastatione secuta, quod omnino est incompatibile cum dominio, quod ex primo iudicio prætenditur esse vendicatum, hoc enim stante firma rema-
4 net conclusio, quod quandocunque per obligationem residui factus fuit locus purgationi moræ, *l. Item liberatur.* §. *quod pare. us ff. quib. mod. pig. vel hypoth.* etiam, quod oblatio fuisset verbalis, Natt. *cons.* 631. *n.* 2. *vers. ad prædicta lib.* 3. Achil. *decis.* 2. *locat.* & fuit resolutum in vna Vibeuetana deuolutionis 25. Iunij 1579. coram bo. me. D. Brauo, & contractus iuratus, Caputaq. *decis.* 230. *nu.* 3. *part.* 2. præsertim, quod fuit facta ante æstimationem.

Nec dicatur non sustineri tanquam facta à persona minus legitima, & non habente ad id speciale mandatum, quia nunquam requiritur
5 mandatum speciale, cùm actus tendat ad Domini vtilitatem, Dec. *cons.* 25. *num.* 17. & ad effectū impediendi negatur contra debitorem, & in consequentiam ne deueniatur ad distractionē
6 pignoris, nam potest etiam ab extraneo oblatio fieri, vt not. Aug. *in l. si ete pactū.* §. *quod pronunciauit ff. de pact. seq.* Castr. *ibidem num.* 1. Negus. *de pignor.* 3. *memb.* 5. *partis num.* 39. nec ad rem pertinet, quod obligationi adiecta fuit conditio de faciendis computis, nam cùm illa ex natura a-
7 ctus veniat, non reddidit oblationem conditionalem, Negus. *de pig.* 2. *parte. in* 3. *memb.* 5. *pars. princ. num.* 11. & ex his, & alijs in altera positione huius causæ deductis fuit conclusum standum esse in resolutis.

ILLVSTRISSIMO LVDOVISIO.

Romana Domorum, Mercurij 19. Ianuarij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Res indicata dicitur, quando adsunt duæ conformes.*

quæ vigore statuti habent vim trium.

2 *Amplia, quando à sententia non fuit appellatum.*

3 *Commissio causæ non præiudicat rei iudicatæ, stante clausula prout de iure.*

4 *Nullitas, quæ non est ex tribus; & turbida non operatur.*

5 *Oblatio facta extra tempus nihil operatur.*

6 *Pactum resolutiuum operatur, vt oblatio postea facta nihil valeat.*

7 *Oblatio verbalis non sufficit quando quis tenetur restituere integrum pretium.*

8 *Ablatiuum absolutum importat conditionem, quæ in forma specifica impleri debet.*

9 *Clausula refectis expensis operatur, vt non admittatur oblatio.*

10 *Pactum de retrouendendo facit præsumere, vt minus iusti pretij dicatur facta venditio.*

11 *Pactum, quod prouenit ex liberalitate emptoris infirmari non potest*

12 *Agenti ex causa onerosa magis succurritur, quam ex causa lucratiua.*

13 *Causa onerosa est fauorabilior.*

14 *Pactum correspectiuum in venditione non dicitur ex eo, quod instrumentum venditionis, & aliud retrouenditionis sint facta eadem die, quando retrouenditionis pactum processit à mera voluntate emptoris.*

15 *Oblatio conditionalis non releuat, veluti quando est citatus ad recipiendum calculum ad effectum docendi de solutione.*

16 *Amplia procedere in oblatione reali cum deposito.*

17 *In oblatione facienda requiritur citatio specialis pro dicta causa, ita quod generalis non suffragatur.*

18 *Oblatio licèt fieri possit in vltimo momento, tamē tunc valet, quando post illam oblationem aliquid remaneat faciendum.*

19 *Oblatione facta si postea siletur per longum tempus dicitur facta ad diludendum.*

20 *Mandatum speciale ad constituendum aliquem in mora non requiritur.*

DECISIO CCLXVIII.

CONstat de re iudicata non propter duas conformes, quæ inter Ciues, & incolas ha-
1 bent vim trium, ex dispositione statuti Vrbis *lib.1.cap.178.* sed etiam, quia à secunda sententia
2 non fuit appellatum: *authen. hodie C. de appellat. cap. quod ad consultationem de re iudic.* contra quā rem iudicatam Flaminia, & litis consortes non sunt amplius audiendi *l. cum quærebatur* *& duabus legibus seqq. de re iudicata*, & rei iudicatæ non
3 præiudicat Commissio causæ in Rota, cùm habeat clausulam prout de iure, *l. fin. C. quæ sent. resin. non possit. cap. exhibita, de arbitr. l. causas*, vbi Alexand. *numer.4. Ias. numer. 6. & seqq.* Curt. Iun. *numero 7. C. de transact.* Alexand. *cons. 36 numero 10. lib. 6.* Non obstant nullitates adductæ contra sententias, quia vltra, quod non sunt de tribus, & per consequens reiectæ per constit. Pij
4 V. Clem. VIII. visæ fuerunt etiam Dominis multum turbidæ, placueruntque responsiones datæ per informantes. Non obstant quæ pro iniustitia sententiarum deducuntur ex oblationibus factis pro redimendis domibus in vim pacti; nam omissa sententia, & aliis vlterioribus,
5 quæ nullo modo releuare possunt; tanquā factæ post lapsum tēpus datum ad redimendū, Cagnol. *in l.2. sub num.11. C. de pact. inter empt. & vendit.* Gozzad. *cons. 94. num. 59.* Tiraquell. *de retract. connent. §.1. gloss.2. num. 44.* præsertim stante
6 pacto resolutiuo, quod elapso quinquennio & non facta redemptione promissio, & conuentio cesset, immo pro nulla, & non facta habeatur, & Iacobus non teneatur ad aliquam retrouenditionem. Prima oblatio facta sub die 14. Maij 1606. quæ erat penultima dies termini præfixi ad redemptionem, neque etiam ipsa obstat, quia quidquid sit de illa opinione Ioannis Andreæ, & aliorum tenentium oblationem verbalem admitti in pacto de retrouendendo, cuius tamen contrarium tenuit Ancha. *cons. 39. sub numer. 1.* & alij adducti, Domini dixerunt non applicari casui de quo agitur, cùm in pacto conuentum sit expresse, vt in retrouenditione restituatur integrum pretium scu-
7 torum 1700 moneta argentea, ex late deductis per Decian. *cons. 10. num. 89. vers. nec obstat vlt. normam seqq. lib. 1.* quod magis suadent verba illa pacti (*restituto*) cùm, & illud ablatiuum ab-
8 solutum conditionem importat *l. si debitor §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* Bart. *in l. 1. in 3. quæst. ff. de condit. & demonstr.* quæ impleri debet in forma specifica, & non per æquipollens, *l. qui heredi. & l. Mænius. ff. de condit. & demonstr.* Ruin. *cons. 110. lib. 4.* cum cumulatis per Surd. *consilio 186. numer. 1.* facit, quod dicitur de clau-
9 sula *refectis expensis* in commissione posita, quæ non admittit oblationem, Put. *decis. 129. in fin. lib. 1.* tenuit Rota in vna Romana legitimæ coram Robustello 16. Martij 1587. & in vna Romana rescissionis contractus 1. Octobris 1602. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & bene pluries in aliis. Videbatur etiam Dominis consideratione dignum, quod pactum de retrouendendo factum fuit non in ipso contractu venditionis, neque in eodem instrumento, sed in separato instrumento, & in alio loco, & coram aliis testibus, & ex mera liberalitate emptoris ad faciendum, vt dicitur in instrumento, *rem gratam creditori*, vnde quidquid sit, qua-
10 do est positum in instrumento venditionis, quo casu res censetur minus vendita propter dictum pactum Socin. *cons. 288. in fi. lib. 2.* Decia. *cons. 308. num. 3.* Ruin. *cons. 66. post num. 8. lib. 4.* & pactum haberat ex causa onerosa, & vti pars pretii, Ruin. *vt id.* Roland. *cons. 96. numer. 45. lib. 2.* Cephal. *cons. 170. num. 95.* de illo casu ad casum
11 istum, in quo pactum venit ex sola liberalitate emptoris infirmari non potest, quia agenti ex
12 causa onerosa magis succurritur quam ex causa lucratiua, ad not. per Iaf. *in l. item quia sub num. 1. & vers. 2. limita. ff. de pactis*, & causa onerosa
13 est fauorabilior *l. sciendum cum ibi not. ff. ex quibus caus. maior.* Honded. *cons. 4. num. 18. lib. 1.* Neque potest dici pactum retrouendendi esse correspectiuum ad venditionem prius factam, ex eo, quod instrumenta sint eodem die celebrata,
14 quia cùm procedat à mera liberalitate, quæ omnem illam causam includit, & sic non à causa venditionis, vbi est diuersitas causæ, temporis vicinitas non inducit correspectiuitatē, Put. *decis. 271. num. 5. & seqq. & 490. sub numer. 2. lib. 2.* Accedit, quod oblatio prædicta non est pura, cùm non interpellet solū pro pretio recipiēdo, sed

15 sed etiam pro docendo de solutione pecunia-
rum assectarum in venditione calcalando, & a-
liis, vnde non releuat. Grat. *cons. 93. num. 75. lib. 1.*
16 Gabr. *de solut. conclus. 8. num. 4.* quod etiam ha-
bet locum in oblatione reali cum deposito,
Bart. *in l. soluendo num. 5. ff. de solut.* Bald. *in l. accep-
tam num. 14. in fi.* vbi etiam Paul. de Castr. *num. 2.
C. de vsur.* Gabr. *cons. 57. num. 6. lib. 1.* fuit dictum in
vna Bononien. damnorum, & interesse 16. Iunij
1578. coram Lauretano, & in alijs, & tanto ma-
gis, quia prædictæ conuentiones respiciunt in-
strumentum venditionis cum quo nihil habet
commune pactum de retronendendo in instru-
mento, vt dictum est separato positum: Ex alio
etiam non releuat prædicta oblatio, quia cita-
tio, quæ requiritur in oblatione, Tiraquell. *de*
17 *retract. lignag. §. 8. glos. 2. num. 1.* debet esse specia-
lis pro dicta causa, it vt a generalis nullo mo-
do admittatur. latè Tiraquell. *ibid. numero 3. cum
nonnullis sequentibus*, citatio autem facta per
partem aduersam fuit solum ad dicendum con
tra iura videndum fieri protestationem, & in-
terpellationem, nec facit quod in termino ci-
tationis pars interpellauerit, & obtulerit, quia
interpellatio, & oblatio non subsistit, cùm non
fuerit facta parte præsente, nec præcedente
legitima citatione. Additur, quod licèt ob-
latio possit fieri non solum vltimo die, sed e-
tiam vltimo momento, vt per Tiraquell. *dicta*
18 *glos. 2. sub num. 2.* attamen hoc verum est, nisi
post illum actum remaneret aliquid faciendũ,
quod non posset intrà terminum expediri, idẽ
Tiraquell. *de retract. convent. § 1. glos. 3. num. 4. in
fin.* in casu autem de quo agitur fuisse in penul-
tima die non solum interpellatum pro precio
recipiendo, sed etiam pro docendo de solutio-
ne pecuniarum, & de calculando, quæ omnia
sine dubio non poterant extrà dictum angu-
stum terminum expediri. Quæ ratio vltra supe-
rius addicta à fortiori concludit in secunda o-
bligatione, quæ facta fuit die 26. quatenus pos-
sit dici facta in termino, *tanto magis*, quia post
huiusmodi oblationes aduersarij siluerunt per
19 triennium, & vltra ex quo apparet oblationes
factas fuisse ad deludendum emptorem, iuxta
tradita per Tiraquell. *de retract. lignag. §. 8. glos.
2. num. 7.* Accedit, quod non solum non constat
de aliqua recusatione Virginiæ, & litis consor-
tium, sed de ea, neque suspicari potuerunt,
quia citata ad recipiendum, & reuendendum
non recusauit, nec dixit nolle facere, sed potius
ostendit se paratam; nec facit, quod non de suf-
ficienti mandato procuratoris ad istum actum
opponatur, ideo quia requiritur speciale; nam vl-
trà quod hoc censeri debet factum de ordine,
& de commissione principalis; sufficere debet
20 saltem ad constituendum Cinos in mora ad
quod non requiritur speciale mandatum, *ad l. si
quis solutione, §. 1. ff. vsur.* ex traditis per Felin. *in
capit. cum M. Ferrariensis, num 45.* vbi etiam Rip.
numer. 141. de constit. Io. Bolognet. *in l. non solum,
§. morte, numero 237. ff. de nou. oper. nunc.* & fuit
dictum in Reatina Castri Postæ 19. Maij 1589.
coram Illustrissimo Cardinali Platto, ad ma-
gis ostendendum, quod pars volebat illudere
emptorem.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO

Romana Saluiani Interdicti. Veneris
10. Decembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio tollitur satisfactione eius, quod debetur.*
2 *Cedula deposita parte intimata, ac præstito con-
sensu, vt pecuniæ soluantur, tunc non potest domi-
nus census de precio disponere.*
3 *Protestatio non intimata, non releuat.*
4 *Venditio intimata parti, non potest alienari, sed fit
facienda cum eisdem pactis, & conuentionibus, iux
ta Bullam iuris congrui.*
5 *Intimatio venditionis est facienda, ne aperiatur via
fraudibus, ad exclusionem Inquilini, & alio-
rum.*
6 *Ex vsu instrumenti non infertur acceptatio, quoad
alterata præter apocham.*
7 *Solutio est facienda iuxta formam promissionis, ali-
ter diceretur malè soluisse.*
8 *Depositum non dicitur fictum, quotiescunque emptor
promisit soluere, cùm possit cogi ad soluen-
dum.*
9 *Conditio, quæ inest, non dicitur extrinseca, & non
facit depositum conditionale.*
10 *Ignorantiam prætendere non potest, qui consensit
venditioni.*

DECISIO CCLXIX.

CAusa bis proposita Dominis recedendum à
resolutione facta die 20. Nouembris anni
præteriti coram bon. mem. Giptio censuerunt,
Dominos à Porta non fuisse in culpa, quin cen-
sus fuerint extincti ipsi enim facta prius decla-
ratione, quod volebant emere domum iuxta
formam apochæ eis intimatæ, dederunt cedu-
lam bancariam pretij domus ad effectum, vt ex
eo soluerentur scuta 4154. creditoribus Bargini,
ad omne eius beneplacitum, & simplicem re-
quisitionem; residuum verò, quod erat scuto-
rum 1246. solueretur ipsimet Bargino, prout
conuentum fuerat cum Ghislerio in apocha
venditionis eis intimatæ rursus citatum Bargi-
num, & Ghislerium ad illam recipiendam, con-
sentiendo consignationi illius, & sic adimple-
uerũt totum id, quod iuxta formam Bullæ, & a-
pochę facere tenebantur: & vulgaris est regula,
1 quod satisfactione eius, quod debetur, tollitur
obligatio, & cùm onus extinguendi census spe-
ctaret ad Barginum, vt in decisionibus Domi-
norum Decani, & Giptij, qui nunquam suum
beneplacitum declarauit, nec requisiuit Domi-
nos à Porta, quod soluerent pecunias censua-
tijs, non potest aliqua ipsorum mora, vel culpa
considerari; immo non debebant census extin-
guere, & soluere pecunias aliter, quàm fuit con
uentum, absque requisitione Bargini, & volun-
tate, de qua non solum non constat, sed etiam
adest magna præsumptio in contrarium, cùm
consenserit, quod census cederent Gabrielo,
quia hac occasione mouit litem contra Domi-
nos à Porta super prælatione, licèt deinde suc-
cubuerit.
2 Neque contra Dominos à Porta poterant ex
tinguere, si voluissent, nam data cedula, facta in-
timatione, & præstito consensu, (vt supra) non
poterant amplius de precio disponere, quod

remanebat ad dispositionem Bargini vendito-
ris,nec Vbertini mercatores,quorum erat cedu
la,soluissent creditoribus,ex solo mandato DD.
à Porta sine interuentu Bargini,cũ promiserint
soluere ad illius beneplacitum,& requisitioné,
sequutis maximè sententijs Camerarii & Mace
ratensis, in quibus mandarut cedula consigna-
ri Bargino, abdicando illius dispositionem à
Dominis à Porta.

Quoad pactum extinguendi census ad bene-
placitum,& requisitionem Bargini ,considera-
runt Domini non fuisse appositum sine mini-
sterio , & sic non potuisse in aliquo alterari:
nam interérat,tam Bargini,quam Ghislerii , vt
solutio hoc modo fieret,quia cùm essent extin-
guendi census , & societates , necesse erat non
solum soluere sortem,sed etiam fructus , & erat
necessarius interuentus Bargini , tum vt posset
facere computa,tum etiam,vt curaret quietan-
tias retrouenditionis censuum per eum impoli-
torum,& cassationes societatum,in quibus erat
obligatus.

Non obstant mndo fundamenta , per quæ a-
liàs Domini moti fuerunt. Et primo nõ obstat,
quod Barginus declarauerit animum suum su-
per facienda extinctione censuum,eo ipso , quo
protestatus fuerit , nihil habere agere cum Do-
minis à Porta, ex quo receperat partem pretii à
Ghislerio, qui sibi accollauerat pro residuo cẽ-
sus cum onere liberandi ipsum Barginum,& fi-
deiussores: quia omisso , quod ista protestatio
5 non fuit Dominis à Porta intimata , verba , in
ea apposita,non important licentiam soluendi,
vltra quod talis protestatio non releuat : nam
4 postquam fuit Dominis à Porta intimata ven-
ditio cum pactis , & conditionibus in ea con-
tentis, non poterant in præiudicium Domino-
rum à Porta alterari pacta; nam venditio erat
facienda,cum eisdem pactis, & conditionibus,
vt habetur in Bulla iuris congrui, *in §.f.d.& cum*
aliqua,ne aliàs aperiatur via fraudis,& collusio-
nis inter emptorem , & venditorem alterandi
5 pacta post venditionem intimatam , ad exclu-
dendum Inquilinum , seu alium habentem ius
retractus,vt deducit Tiraquel. *de retract.conuent.*
§.1.*gl.f 7.num.*18.

Secundo non obstat , quod Domini à Porta
fuerint subrogati in locum Ghislerii , ita vt te-
nerentur adimplere ea omnia, ad quæ teneba-
tur Ghislerius;quia hoc verum est, quo ad pro-
missa in cedula bancaria,secus verò quoad pro-
missa in instrumento, deinde facto inter Bargi-
num,& Ghislerium,alterando formam apochę,
quod Dominis à Porta non fuit intimatũ iuxta
formam Bullę:Nec refert,quod deinde respectu
fideiussorum vsi fuerint dicto instrumẽto, quia
6 non ideo acceptarunt onus extinguẽdi census:
ex vsu enim instrumẽti,quoad conformia in a-
pocha, non posset inferri ad acceptationem il-
lius,quoad alterata;& eo magis , quia de dicto
tempore,iam magna pars pretii de mandato Iu
dicis diuersis creditoribus erat consignata.

Tertio non obstat , quod pactum soluendi
creditoribus,de quo in apocha, fuerit appositũ
ad fauorem Bargini , ad liberandum se ab obli-
gatione personali;quia etiam hoc concesso, nõ
sequitur propterea,quod Domini à Porta tene-
rentur extinguere , cum pretio domus , absque
requisitione,& beneplacito ipsius Bargini ven-
ditoris. Immo si aliter soluisset, potuisset ei op-
7 poni de mala solutione , tanquam facta contra
formam promissionis,& aliter, quam inter par-
tes conuentum fuisset.

Quarto non obstat,quod Ghislerius ex pecu-
niis depositatis receperit suam quantitatem
Bargino solutam,quia si Domini à Porta intel-
ligere potuissent residuum remansisse pro cen-
suum extinctione , quia Domini à Porta nihil
habebant agere cum Ghislerio; & quia quod
per eum actum fuit, vltra contenta in cedula in
timata,non poterit nocere Dominis à Porta,qui
non tenebantur ad extinctionem censuum,nisi
(vt supra dictum est)ad beneplacitum,& requi
sitionem Bargini.

Quinto non obstat , quod sententia Macera-
tensis solum declaret nullum ius competere
Ghislerio,quia hoc nihil releuat,& ex eius lectu
ra apparet , quod mandat consignari cedulam
Bargino, ad effectum adimplendi contẽta in a-
pocha intimata,& sic constat,quod Dominis à
Porta,non imponit onus extinguendi census.
8 Sexto non obstat,quod depositũ non fuit reale
sed fictũ , quia vt fuit dictũ die 29. Aprilis 1598.
coram bon. me. Cirptio,id non releuat, cùm cã-
ptor posset cogi ad soluendum secũdum formã
cedulæ,& cùm mercator promiserit,cessat dif-
ficultas :vltra quod ex effectu postea subsequu-
to,apparet depositum reuera fuisse reale.
9 Septimo non obstat,quod depositum nõ fuis-
set liberum,quia condicio,vt intrinseca,& con-
tenta in apocha, & in ipsa Bulla iuris congrui,
non poterit reddere depositum conditionale:nã
Domini à Porta voluerunt in omnibus, & per
omnia seruare formam dictæ Bullæ. Et eodem
modo responderetur ad protestationẽ,quod non
consignaretur,nisi citatis fideiussoribus de eui-
ctione,quamuis de eo tempore dati fuissent, id
tamen nesciebant Domini à Porta , & maximè,
quia per pręcedentem dationem fideiussorum,
conditio erat impleta.

Octauo non obstat,quod Domini à Porta cõ-
uenti in iudicio Saluiani,non intimarunt litem
Bargino,quia fuisset superflua intimatio : nam
Barginus non poterat prætendere ignorantiã,
10 stante quod consenserat emptioni censuum
ad fauorem Gabrielis.

Nono non obstat , quod Ghislerius obtulerit
se paratum retrouendere domum Dominis à
Porta,dummodo restituerent pecunias Bargino
solutas;quia vigore cedulæ venditionis intima
tæ,ipsi non tenebantur soluere scuta 3000. Bar-
gino,nec assumere onus censuum , vltra quod
huiusmodi oblatio fuit facta post sententias,&
non fuit libera,sed conditionalis.

Vltimo non obstat, quod cedula fuit restitu-
ta Dominis à Porta , quia id factum fuit , post-
quam sortita fuit effectum , nempe post distri-
butas pecunias;quo casu erat restituenda mer-
catori, neque ex hoc aliquod præiudicium ali-
cui resultare poterat.

R.P.D. IVSTO.
Romana fructuum census,Lunæ
9.Aprilis 1606.

SVMMARIVM.

1 *Depositum liberat debitorem.*

2 *Depo-*

2 *Depositum in materia retractus, liberat à solutione fructuum, & impedit cursum vsurarum.*

3 *Cedula bancaria, habet vim solutionis.*

4 *Solutio inducitur ex traditione cedulæ bancariæ ad effectum extinguendi censum.*

5 *Acceptari dicitur depositum, si instatur sibi consignari.*

6 *Confessio ex deposito numerati, non probat.*

DECISIO CCLXX.

DVbitaui, an depositum factum per Dominum Iustinianum Orphinum in Banco de Vbertinis, cum inde sequutis, liberet ipsum in casu, de quo agitur: & Domini circumscripta disputatione, quoad sortem principalem, super qua volunt partes separatim audiri, respectu solutionis fructuum census, resoluerunt dictum Iustinianum ex deposito fuisse liberatum: quia

1 in retractibus, consignatione, & depositione pretij fructus lucrantur rei redemptæ, vel im-

2 peditur cursus vsurarum, vt concludit Tiraquell. *post allegat. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. num. 1. & 4.* Folei. *de censib. §. vt vides, numer. 45. & seq.*

3 Cùm igitur habeamus cedulam bancariam pro deposito, quæ vlterius habet vim solutionis, Put. *decis. 163. lib. 1.* & ideo Rota dixit, emptorem census satisfecisse de pretio, mediante tra-

4 ditione cedulæ bancariæ coram R. P. D. meo Lancellotto in Romana Saluiani Interdicti 10. Decembris 1599. idem dicẽdum videtur in hoc casu ad effectũ, vt census vlterius non currant.

Non obstat, quod depositũ non fuerit actuale, quia ex diligentijs factis per Archiconfraternitatem pro effectuali, acquisitione cedulæ, ac ex fructibus exactis residui census depositum

5 videtur ab Archiconfraternitate acceptatum, Natt. *cons. 131. n. 4. cum alleg.*

6 Vltra, quod confessio ex deposito numeratio nem probat, nec opponitur exceptio nõ numeratæ pecuniæ, *l. Publia. § final. de deposi. l. in contract. C. de non num. pecun.* Bald. *cons. 256. actum fuit depositi lib. 1.* cum alijs deductis per Tiraquell. *vbi supra nu. 8.* & consequenter Archiconfraternitas potuit à mercatore creditum sui pretij exigere seruata forma contractus.

Ex quibus videntur tolli ea, quæ in contrariũ deducebantur & ita decisum fuit.

R. P. D. GIPTIO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 20. Nouembris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Successor tenetur ad omnia ea, quæ auctor suus tenebatur.*

2 *Census redemptio est onus reale, & transit ad quoscunque successores.*

3 *Pactum inductum ad fauorem alicuius, non debet in eius odium retorqueri.*

4 *Depositum habet vim solutionis.*

5 *Depositum nisi sit simplex, & purum, non liberat deponentem.*

6 *Intimatio licet est necessaria ad hoc, vt euitetur culpa.*

DECISIO CCLXXI.

IOannes Barginus vendiderat vnam eius domũ Domino Philippo Ghislerio cum pacto inter cætera, quod residuum pretij domus Ghislerius deberet ad omnem eius requisitionem soluere, vel ipsi Bargino, vel censuarijs, seu eorum cessionarijs, ad effectum redimendi nonnullos census super dicta domo impositos, facta prius intimatione iuxta formam Bullæ iuris congrui dominis à Porta inquilinis, qui declararunt velle præferri in emptione domus, propterea in actis deposuerunt cedulam bancariam, cum protestatione, & interpellatione, quod consignenter dicto Ghislerio, & Bargino, facta retrouenditione, ac tradita pacifica possessione domus, sed quia Barginus in actis dixerat, nihil habere agere cum istis à Porta, quoniam à Ghislerio satisfactus fuerat, & cum eo esse tractandum; quamobrem citato Ghislerio lata fuit sententia in fauorem illorum à Porta, & versa vice Ghislerius die prima Iulij obtulit se paratum retrouendere domum, dummodo emptores sibi restituerent pecunias Bargino solutas, ac assumerent onus prædictorum censuum, *vt in summario, num. 10.*

Istis sic in facto se habẽtibus dubitaui, an culpa Bargini, vel potius illorum à Porta, dicti cẽsus non fuerint extincti. Et culpa Dominorum à Porta non fuisse extinctos Domini censuerũt, quoniam ipsi, qui successerunt in locum Ghisle rij, tenebantur ea omnia adimplere, ad quæ ip-

1 se Ghislerius tenebatur, *ad l. si et cet. §. si quis, ff de euict. l. si cum §. iniuriarum. ff si quis caut.* quamobrem, sicut onus extinctionis censuum ad Ghislerium spectabat, eodem modo à Porta debebant huiusmodi extinctionem procurare, cùm successissent in eadem obligatione, ex dispositione bullæ iuris congrui.

Nec refragatur, quod dicta extinctio fieri oportebat ad requisitionem Bargini, de qua explicatione non constat, quia vt bene animaduertit D. Nicolaus Angelius, dictum pactum fuit in venditione appositum in fauorem Bargini, vt posset cogere emptorem ad redimendũ census, ac liberandum eundem ab obligatione personali, qua astrictus remanebat erga censuatios, ideo dicta requisitione non obstante, licitè potuissent emptores census redimere; maximè, quia hoc onus est reale, & transit ad quoscum-

2 que successores, *l. fin. de contrahen. empt. et in alijs citatis*; quo fit vt circumscripto pacto, etiam de iure communi ad ipsos pertineret dicta extinctio. præsertim cùm pretium remansisset penes depositarium; aliàs sequeretur, quod pactum ad fauorem Bargini appositum in eius odium re-

3 torqueretur, contra *l. quod fauore. C. de legib. cum vulg.*

Præterea satis dici potest, Barginum licentiam dedisse redimendi census Dominis à Porta, cùm ad eorũdem interpellationem bis protestatus fuerit, nihil cum ipsis habere agere, & quod erat satisfactus à Ghislerio, illis etiam indicando instrumentum venditionis domus (vt supra dictum est) ex quibus pactum, eis per dictas protestationes denunciare videbatur, propterea cessant deducta in alia decisione cuius copia datur, quia in illis nulla habita fuit mentio de istis protestationibus.

His accedat, quod Ghislerius ex pecunijs depositatis solum recepit quantitatem Bargino solutam, quod circa emptores sine dubio intelli

gere poterant residuum pretij ibi remansisse pro extinctione censuum, ad quorum extinctionem ipsi tenebantur per praeallegata.

Non obstat Maceraten. sententia, quia in ea solum declaratur ibi, nullum ius competere Ghislerio, & emptorem teneri adimplere omnia in apocha venditionis ipsis intimata, & idē continetur in sententia magistrorum viarum.

Culpa dominorum à Porta etiam deprehendi posse dicebatur ex eo, quod depositum non fuit liberum, & quod protestati fuerant, non consignari nisi datis idoneis fideiussoribus de euictione, & tamen iam dati erant, *vt in summario, num. 4.*

Nec Barginus ad alios praestandum cogi poterat, quia emptores domum solùm poterant retrahere, cum pactis, & conditionibus cum Ghislerio stipulatis.

Ex his cessant, quae dicebantur, quod domini à Porta non tenebantur, nisi ad deponendum

4 pretium, quod quidem depositum habet vim solutionis, Put. *decis.* 163. *lib.* 1. & depositum, nisi

5 sit simplex, & purum, non liberat deponentem, vt fuit dictum coram R. P. D. meo Decano in vna Romana census 28. Junij 1589.

Adest etiam culpa praedictorum à Porta, quia

6 citati in Saluiano Interdicti litem non intimarunt Bargino, qui certioratus potuisset extinguere dictos census, cum pecuniis depositatis, & non permisisset, otiosè in banco per decennium, & vltra permanere.

R. P. D. BVBALO.

Romana census, seu Saluiani Interdicti, 21. Maij 1590.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa*, deposuit penes talem, *in instrumento posita important verum, & actuale depositum.*

2 *Et praesertim vbi adsunt illa verba*, in praesentia mei notarij, & testium infra scriptorum habuerunt, &c.

3 *Dictio*, verò, *aduersatiua, repetit omnes qualitates casus, cui aduersatur.*

4 *Verbum*, deposuit, *in contractu positū, licet sit temporis praeteriti, tamen respicit tempus praesens contractus.*

5 *Depositarius praesumitur praesens, & se obligare ad restitutionem depositi, quando depositum est factum in eius domo.*

6 *Decretum interpositum à Iudice habet praesumptionem veritatis pro se.*

DECISIO CCLXXII.

FVit resolutum, constare de solutione pretij domus emptae per D. Paulum Natum à Dominis Blondis, tunc minoribus, de anno 1533. pro pretio ducatorum 750. de Carolenis; nam quoad summam videlicet scutorum 117. baioch. 5. non potest dubitari, quia Notarius asserit fuisse numerata manualiter, & incontanti; quo verò ad residuum, apparet ex eodem instrumento fuisse depositatum penes Philippum de Senis Camerae Apostolicae clericum executorem testamentarium q. Pauli Blondi patris dictorum venditorum, de mandato Dominorum Lucretiae, & Gloriae matris, & auiae respectiuè dictorum venditorum, quae vt tutrices, & curatrices consensum praestiterunt in praesentia Iudicis Capitolini, qui etiam decretum super omnibus interposuit. Nam verba illa instrumenti, videlicet, *residuum verò dicti pretij ducatorum 635. praefatus Paulus Natus de mandato, & voluntate praefatarum Lucretia, & Gloriae, Hieronymi, & Raphaelis, deposuit penes R. P. D. Philippum de Senis, &c.* important verum, & actuale depositum in

1 praesentia ipsius Notarij, quia non sunt verba confessionis partis, sed verba visus, & sensus ipsius Notarij, vt per Docto. *in l. si ex cautione,* vbi Bald. in terminis, *num.* 7. *C. de non num. pecun.* Socin. *cons.* 143. *num.* 1. *lib.* 1. quod eo maximè procedit in casu, de quo agitur, stantibus verbis Notarij praecedentibus, dum dicitur, *qui nunc manualiter, & in contanti praefati creditores in praesentia mei Notarij, & testium infra scriptorum,*

2 *&c.* Acc. 5. *act. num.* 3. *de act.* Corn. *cons.* 61. *num.* 13. *& seq. lib.* 3. Alexand. *cons.* 79. *num.* 6. *lib.* 2. Natt. *cons.* 162. *nu.* 15. habuerunt, & receperunt à dicto domino Paulo emptore duc. 117. vnde cùm postea subdit, *residuum verò, &c.* illa verba, *manualiter, & incontanti,* censentur repetita in alia

3 parte orationis, in qua asseritur *residuum verò deposuit, &c.* quia aduersatiua repetit omnes qualitates praecedentis casus, cui aduersatur, vt post Bald. *in l. omnes populi, de iustit. & iure.* tradit Dec. *cons.* 561. *nu.* 3.

Et quamuis verbum illud *deposuit*, sit temporis praeteriti, respicit tamen tempus praesens

4 contractus, quod etiam arguunt verba sequentia ibi, *cum pactu, & conditionibus inter dictas partes solemni stipulatione vallatis, videlicet, quod dictum residuum depositatum exponatur, &c.* nam si non fuisset reale depositum, vtique non obligasset venditores ad intrancandum census impositos super domo vendita, nec etiam se obligassent ad solutionem fructuum dictorum cēsuum vsque ad illorum extinctionem.

Nec obstat, quod dicitur de nullitate illius depositi, ex quo non constat Dominum Philippum de Senis depositarium fuisse praesentem, & se obligasse ad restitutionem depositi; ad

5 tradita per Rol. *cons.* 63. *num.* 13. *lib.* 1. Primò quia contractus fuit celebratus in eius domo: secundo, quia iudex, qui illuc accessit, interposuit suum decretum super omnibus, quod non in-

6 terposuisset, nisi sibi constitisset de vero, & actuali deposito; tertio quia dictus Philippus erat executor testamentarius, vnde ex omnibus supradictis fit verisimile, quod depositum fuerit verum, & actuale, vt bene deducitur in voto R. P. D. mei Seraphini dato, dum haec causa penderet coram bon. mem. R. P. D. Frumento.

Et vltra deducta in dicto voto, Domini considerabant ex subsequentibus optimè comprobari veritatem huius depositi, quia cùm Paulus Natus emptor conuentus de anno 1538. ab haeredibus Lucae de Iuuentibus super solutione census 18. ducatorum, statim intimauit litem domino de Blondis, qui litem auctoritate eorum procuratoris, & curatoris respectiuè, nec non etiam ipsis compatentibus, in se susceperunt cum protestatione, quod impostetum non procedatur contra Natum ad exactionem census, attēta litis pendentia, super illius nullitate. Opponebāt enim cēsū fuisse nullū, vti impositū

super

super bonis fideicommisso subiectis, nec oppo-fuerunt ab initio de solutione pretij domus, quod vtique fecissent, si pretium non fuisset solutum, nec verisimiliter sustinuissent litem in curia Capitolij cum tot expensis, si poterant recusare diffinitionem illius litis ob non solutionem pretij domus præfatæ.

Non obstat, quod postea de anno 1557. Dominus de Blondis commiserit causam super solutionem residui dicti pretij, quia dicta commissio fuit præsentata post mortem.

REVERENDISS. SACRATO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 28. Nouembris 1611.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur ei, qui possedet de tempore mota litis.*

2 *Possessio probatur per instrumentum captæ possessionis, non docto de alterius possessione possidentis, & nu. 3.*

4 *Mandatum Iudicis priuat ciuili, & naturali possessione.*

5 *Limita procedere, quando ritè, & rectè procedit.*

6 *Immissio concessa pendente termino triginta dierũ ad solutionem est nulla.*

Amplia procedere etiam si dictus terminus non fuisset datus à Iudice, sed susceptus ex se, vt constitutum fuit in Tribunali Auditoris Cameræ, quia habetur perinde, ac si ab eo fuisset datus.

7 *Fecisse, vel facere debuisse paria sunt.*

8 *Apostoli si in casu, in quo debuissent dari fuerunt periti habentur pro datis.*

9 Dilatio, &c. *Iudicis culpa in deroganda dilatione, quam debuisset dare non debet operari inualiditatem actus, quia aliàs data dilatione fine dubio fuisset nullus.*

10 *Terminus triginta dierum ad soluendum debet per Auditorem Cameræ omnibus dari.*

11 *Verbum videtur importat arbitrium boni viri.*

12 *Executio propter excessum etiam in minima propter indiuiduitatem decreti vitiatur in totum.*

DECISIO CCLXXIII.

1 FVit resolutum pro manutentione Angelæ de Richis, nam de eius possessione tempore motæ litis non controuertitur, & probatur per

2 instrumentum captæ possessionis, quod non docto de alterius possessione præcedẽti probat possessionem *l. non idcirco. C. de fid. instrum.* Abb. *in c. cum nobis. n. 5. vers. item per instrumenta, de præscript.* cum alijs per Natt. *cons. 572. n. 15.* & ad effe-

3 ctum manutentionis, Cæf. de Graff. *decis. 5. nu. 1. de caus. poss. & propriet.* Rota in causa Cernien. bonorum 20. Nouemb. 1578. coram Brauo *relat. inter impress. diuers. decis. 506. nu. 1. part. 1. diuers.* & Meden. beneficij Sancti Lazzari 5. Iulij 1608. coram me.

4 Non obstat, quod fuerit ab Auditore Cameræ cuius mandatum illam priuat ciuili, & naturali possessione, Angel. *in l. qui vniuersas. §. item cũ prætor in fine. ff. de acquir. possess.* Dec. *cons. 13. nu. u. t. vers. sed tunc insurgit.* Mohed. *decis. 4. num. 4. de*

5 *restitut. spoliat.* quia hoc procedit, quando Iudex ritè, & rectè procedit, aliàs non priuat possidentem sua possessione, quia habetur loco priuati, Corn. *cons. 193. nu. 4. lib. 3.* Rota in causa Pen-nen. & Admien. beneficiorum 4. Iulij 1584. corã bon. me. Cardinali Seraphino, *relat. inter diuers. impress. deci. 902. n. 7. vers. quia pro responsione par. 1.* & in causa Sãcti Seuerini bonorum 20. Decembris 1610. coram me.

Ritè autem, & rectè non visus fuit processisse Auditor Cameræ in hoc casu, quandoquidem ante immissionem Angela confessa fuit

6 debitum, & susceptio termini triginti dierum nihilominus pendente huiusmodi termino data fuit immissio, quod fieri minimè potuit, tam de iure communi, quia data dilatione est supersedendum *l. fine pars. C. de dilat.* Anchar. *cons. 36. num. 6.* Gabr. *de dilat. conclus. 1. num. 1. cum pluribus sequent.* quàm ex forma constitut. Pij Papæ Quinti super Tribunal. Auditoris Cameræ in Bulla *impress. tr. 7. vers. quod petenti*, nec suffragari

7 visa fuit responsio, quod huiusmodi terminus maximè fuerit datus à Iudice, quia cùm fuerit ab Angela petitus, & debuisset dari, habetur pro dato: paria enim sunt fecisse, vel facere debuisse, *l. si finita. §. elegauter. ff. de dam. infect. l. si creditoru. C. de fideicommiss. l. t. ibi* glos. *in verbo manifestum. C. de instit. & substit.* Castr. *cons. 80. nu. 1. vers. & ideo lib. 1. & cons. 358. in fin. lib. 2.* Alexand. *cons. 102. num. 1. lib. 1.* & simile de Apostolis, qui si

8 casu in quo debuissent dari, fuerint periti, habentur pro datis, *clem. quamuis. §. si quod Iudex, de appellatio. l. ab eo. C. eodem.* Federic. de Sen. *consi. 12. nu. 1. vers. 2. membr. principali.* Bald. *cons. 44. n. 8. lib. 3.*

9 Nec debet culpa Iudicis in deneganda dilatione, quam dare debebat, operari validitatem actus, quia aliàs data dilatione fine dubio fuisset nullus, per text. *in d. l. si finita. §. elegauter; cum ibi not.* per Castr. *in princip. vers. habetur ergo. ff. de dam. infect. & in c. ex ratione verbi impotentiam, de appellat.* Dec. *cons. 356. nu. 4.* Afflict. *decis. 50. nu. 5.* cum alijs per Vitell. *ibi nu. 1.*

10 Quod autem Auditor Cameræ dare huiusmodi dilationem non obstante quod Constitut. Pij Quinti *in d. vers. quod si parti.* non vtatur verbis præceptiuis, sed arbitrarijs, ibi danda videbitur longior dilatio, dixerunt Domini posse fir-

11 mari ex ea, quod verbum *videbitur* importat arbitrium boni viri, *l. fideicommissaria libertas la tertia, vers. si tibi videbitur. ff. de fideicommiss. lib.* Bart. *in extrauagant. ad reprimen. verbum videbitur, in princip.* Roman. *cons. 467. num. 1.* Alexand. *cons. 163. num. 4. lib. 6.* Dec. *cons. 493. num. 19.* ex pluribus autem saltim simul iunctis dicebatur ita fuisse arbitrandum, nempe quia ex notorio stilo Auditoris Cameræ iste terminus minimè solet denegari, & quia summa crediti erat modica respectu bonorum, in quibus petebatur immissio, & quia creditum non erat originarium istorum de Rosconibus, sed paulo ante procuratum per viam cessionis, & quia agebatur cum muliere, quibus propter earum imbecillitatem iura fauent, & quia ex deposito facto per Angelam eadem die, qua fuit facta immissio, & aliis oblationibus, de soluendo per eandem factis durante lite satis apparere visum fuit, quod immissio in eius vineas nimis affectabat: Vnde nõ visa fuit posse excusari properantia, & grauamen.

Ex alio etiam dicebatur immissionem nullam, nempe, quia fuit data pro summa petita

ſcuta 110.bonon.76.dempta tantum ſexta parte
correſpondente ſcutis centum reſtitutis ab He-
lena, & nihilominus plus quàm ſexta pars erat
ex computanda ſtantibus ſcutis 25. quæ iidem
Rusconij re habuerunt ab eadem Helena ad
computum pecuniæ per eos ſolutæ pro fructi-
12 bus, vt latius deducitur per informantes pro
Angela, clarum eſt in iure, quod exceſſus licèt
in modico propter indiuiduitatem vitiat to-
tam executionem, Put. *decis.* 323 *n.* 2. *lib.* 1. Romã.
conſ. 450. *numer.* 3. *ad fin.* Caſtr. *in l. ſi non ſortem.* §. *ſi
centum*, Iaſ. *numer.* 1. *ff. de condit. inde.* Paril. *conſil.*
81. *numer.* 36. *libr.* 2. fuit dictum in vna Romana
Spolij 2. Februarij 1600. coram bon. memor.
Iuſto.

REVERENDISS. SACRATO

Romana Saluiani Interdicti, Veneris
17. Februarij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* videtur *importat neceſſitatem.*
2 *Dilatio modica debitori concedenda eſt.*
3. *Iudex denegando modicam dilationem dicitur grauare.*
4 *Verbum* videbitur *importat arbitrium boni viri.*
5 *Terminus triginta dierum ad ſoluendum in Saluiano concedendus eſt.*
6 *Regulam qui habet pro ſe ſi quis contrarium dicit, vel limitationem adducit probare debet.*
7 *Saluianum licet principaliter dirigatur cõtra rem ex cuius fructibus debet ſatisfieri, tamen non debetur illi principaliter res, ſed creditum.*
8 *Tertio poſſeſſori, qui eſt in bona fide, & non fuit in mora in ſoluendo multo magis eſt concedenda dilatio quàm principali debitori.*
9 *Terminus, qui datur in ſtrictiori obligatione multo magis dandus eſt tertio, qui non ſe obligauit.*
10 *Appellatio denegatur in Saluiano.*
11 *Stilus Auditoris Cameræ non eſt pronunciare ſuper termino, quando ſi ſuſpenr.*

DECISIO CCLXXIV.

DOmini perſtiterunt in deciſis coram me,
& in hac cauſa ſub die 28. Nouebris pro-
ximè. Et tutiſſimum fuit viſum fundamentum,
quod poſt confeſſionem debiti, & terminum
ſuſceptum per Angelam ad ſoluendum non
debebat dari immiſſio, & vltra alia ponderata
1 in deciſione ad oſtendendum, quod verbum *vi-
debitur* de quo in Conſtitut. Pij Quinti ſuper
Tribunal. Auditoris Cameræ importet neceſſi-
tatem, fuit conſideratum, quod etiam de iure
communi debet concedi debitori ad ſoluen-
2 dum modica dilatio, Io. de Anan. *in cap. queren-
ti, num.* 3. Butr. *num* 11. Imol. *num.* 7. *de offic. delegat.*
Butr. *in l. ſi cum exceptione.* §. *quatenus, nu.* 5. Bald.
num. 5. Odoffr. *colum.* 2. *verſ. ſed denuo. ff. quod met.
cauſ.* idem Bart. *in l. in fideicommiſſu, num.* 4. Bald.
numer 7. *ff. de vſur.* Iacobus de Sancto Georgio *in
3 l. ſi debitore, numer.* 19. *ff. de Iud.* & Iudex denegan-
do huiuſmodi dilationem dicitur grauare, Ri-
pa *in l.* 2. *numer.* 29. *ff. de re iudic.* Roman. *conſ.* 261.
4 *num.* 6. *verſ modo ſic*, & proinde, cùm verbum *vi-
debitur* importaret arbitrium boni viri, Bart *in
extrauagan. ad reprimen. verb. videbitur, cum aliis*
in prædicta deciſ. allegatis, immo arbitrio Iudicis
ordinarij *l. vir. bonus. ff. iudic. ſolui.* concludebant
omnino debuiſſe dari prædictum terminum
5 ſtante etiam notorio ſtilo Auditoris Cameræ in
illo dando, qui ſtilus facit ius, Abb. *in cap. ex lit-
tern, numer.* 6. *de conſtit.* Dec. *conſ.* 699. *num.* 5. The-
ſaur. *deciſ.* 1. *nu.* 9. latè Euer. *in l. co à ſtilo Curiæ, n.*
1. *& per totum.*

Nec mouit Dominos fides aliquorum Nota-
riorum aſſerentium non vidiſſe dari terminum,
quando quis conuenitur in Saluiano, nam præ-
ter quod non concludit in verbis, quia poteſt
eſſe, quod fuerit datus, & ipſi non viderint, &
cùm Angela habeat regulam pro ſe debet limi-
6 tatio ex aduerſo plenè probari, Iaſ. *in l. cætera, n.*
3. *&* 4. *ff. de legat.* 1. Ancharan. *conſ.* 368. *numer.* 3 Ge-
min. *conſ.* 1x3. *numer.* 5. Crauett. *conſ.* 25. *num.* 8. Ro-
land. *con.* 81 *num.* 5. *&* 6. *libr.* 1. illi Notarij ne aſſe-
rentes conuincuntur de mala informatione, ex
quo pro parte Angelæ fuerunt dati caſus parti-
culares, in quibus etiam coniuncto ex Saluiano
fuit datus terminus, & dicebatur militare can-
dem rationem in vtroque caſu, nam etſi agens
7 Saluiano principaliter dirigat iudicium contra
rem ex cuius fructibus petit ſatisfieri, attamen
non debetur illi principaliter res, ſed creditum,
Rota in cauſa Rauennaten. Saluiani 20. Iunii
1607. coram Reuerendiſſimo Ludouiſio, vnde
poſſeſſor offerendo dictum creditum liberatur,
l. Paulus in fine. ff. qui. mod. pign. vel hypotheca. Ro-
land *conſ* 14. *num* 9. *&* 10. *libr.* 1. Menoch. *de adipi-
ſcend. remed.* 3. *numer.* 1 1. Rota in cauſa Senoga-
lien. prædij 158;. coram Bubalo, & in Bononien.
Saluiani Interdicti 21. Iunii 1599. coram Illuſtriſ-
ſimo Cardinali Lancellotto, & proinde non ap-
plicantur, quæ dicuntur de actione reali, & de
eo, cui debetur res, quia ſi debetur res in caſu
Saluiani, id eſt ſecundario, & incidenter, hoc eſt
quatenus creditum non offeratur, immo ille
8 tertius poſſeſſor, qui eſt in bona fide, & non cõ-
mittit moram in ſoluendo debito à ſe contra-
cto, ſicut fuit principalis debitor, & dignus ma-
iori priuilegio, & ſic multo magis debet illi cõ-
cedi dilatio, quàm principali debitori, cùm pa-
tiatur ob alienam culpam, *ad l. ſi fideiuſſor.* §. *ſi ne-
ceſſaria*, & ibi Bart. *in princip. ff. qui ſatiſd. cog.*
Bald. *in l. de die.* §. *tutor. ff. eodem titulo. gloſ. in l. fi-
nal. verb. generando. C. ſi ſtatut. vel cur.* iterum Ar-
chid. *in cap. perueniſt in fine* 18. *diſtinct. in.* Inno-
cent. *in cap. cum inter, numer.* 1. Felin. *numer.* 11. *de
except.*

Circa aliud, quod terminus non datur niſi
pro debitis habentibus obligationem Came-
ralem, nec talis limitatio viſa fuit alicubi
9 probari, & rationem eſſe potius in contra-
rium, quia ſi datur obligato ſtrictiori obli-
gatione, prout eſt ille, qui ſe obligauit in
forma Cameræ, & contra formam iuramen-
ti contenti in dicta obligatione, per quod iu-
rans videtur ſe obligaſſe præciſe ſoluere die
conuento, iuxta notat. per gloſ. *in leg. pecuniam
verb. neceſſe. ff. de condiction. cauſ. dat.* Butr.
in capit. fin. l. numer. 4. *Ne prælat. vices ſuas.*
Alexand. *conſil.* 89. *numer.* 5. *libr.* 7. Iaſ. *conſil.*
9. *numer.* 10. *libr.* 1. Socin. *conſil.* 90. *numer.* 10.
libr. 4. Gozad. *conſil.* 24. *numer.* 9. Guid. Pap. *de-
ciſ.* 627. quanto magis debet dari tertio, qui ta-
liter non ſe obligauit, nec iurauit, & quod repli-
catur,

catur, hoc ideo esse propter citam exequutionem, quam trahit secum obligatio Cameralis, vt scilicet debitor habeat tempus parandi pecunias, quod non est necessarium in Iudiciis ordinariis in quibus proceditur per tres, & aliquando per quatuor instantias, fuit dictum in omnem euentum non ap-
10 plicari in conuento Iudicio Saluiani, cui non conceduntur istæ tres instantiæ, sed denegatur appellatio, Bart. *in l. 1. num. 4. ff. de Saluiano Interdicto.* Corn. *cons. 190. nu. 2. lib. 1.* Thesaur. *deci. 175. num. 3.* Verall. *decis. 106. part. 3.* Rota in causa Romana, seu Amerina domus 8. Iunij 1576. coram Cantuccio *relat. inter diuers. decis. 34. num. 3. par. 1.* & in vna Saluiani Interdicti 26. Nouembris 1605. coram R.P.D. Manzanedo.

Ad aliud, quod Iudex non dederit terminum, sed Angela illam sponte susceperit in actis Notarij, confitendo debitum, placuit responsio ex
11 notorio stilo, quod Auditor Cameræ non solet interloqui super istis terminis, super quo etiam fuerunt dati actus particulares in quibus ita fuit seruatum.

Et cùm prædicta viderentur sufficere, Domini non aggressi fuerunt aliud caput decisionis, An scilicet executio fuerit excessiua, &c.

R. P. D. PEREGRINO.

Romana Vsurariæ prauitatis, Veneris 4. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Contractus talis præsumitur, qualis à partibus denominatur.*
2 *Animalia bruta locari possunt.*
3 *Amplia procedere siue locentur singula animalia, siue armentum, siue præcodium in genere.*
4 *Contractus duo possunt fieri de eadem re alternatiue ad vnius partis electionem.*
5 *Venditio cum pacto redimendi est permissa.*
6 *Contrahentes censentur se conformasse cum dispositione iuris communis.*
7 *Obligatus in forma Cameræ debet soluere, & postea si prætendit indebitum, repetere.*
8 *Vsurarium est pactum, quod quis pensionem percipiat, & saluum sit capitale, & nu. 9.*
10 *Dominium non censetur translatum ex æstimatione, quando ad alium finem fuit facta.*
Aestimatio non transfert dominium, quando ad alium finem fuit facta.
11 *Locatio vnica dicitur, quando respectu partis non est adeo vtilis, sicut totum respectu totius.*
12 *Conductor gregis, seu armenti, ad instar vsufructuarij teneatur loco demortuarum, vel inutilium subrogare.*
13 *Locatio vnica dicitur etiam si pensio certa pro qualibet capite animalium constituta sit.*
14 *Læsio ad effectum rescindendi contractum, non singula capita de se consideranda sunt, sed omnia simul iuncta, quia licet vnum pactum lædat partem, esse potest, quod in alio releuetur etiam in foro conscientiæ, & nu. 15.*
16 *Obligationis Cameralis executio, retardari non potest sub prætextu vsuræ, nisi sit saltem ita apparens, vt tergiuersari non possit.*

DECISIO CCLXXV.

FVit extra Rotam propositum dubium stante Instrumento dationis concessionis, & Affictus Casalis Falcognani, & Præcodij obligatione Camerali vallato, terminòque in actis suscepto de soluendo ac constitutione Felic. record. Sixti Quinti super fructibus societatum animalium ad caput saluum, quorum copia datur, & aliis hinc inde deductis, An conuentiones in dicto contractu contentæ præsertim *in cap. 7. 8. 10. & 11.* essent licitæ, vel illicitæ ita, vt esset vel ne retardanda executio Cameralis, ac termini suscepti in casu de quo agitur.

Conuentiones autem, de quibus in dubio sunt infrascriptæ.

Et perche in detta Tenuta di Santo Merlo vi è vn Precodio di Vacche Rosse, il detto Monsignore à nome come di sopra, l'alloca al detto Signor Domenico per detto tempo di anni noue, da cominciar' come di sopra per prezzo di scudi due l'vna ogn' anno, di tutte quelle che se li consegnaranno, da pagarsi nelle dette paghe.

Et caso che tornasse bene al detto Signor Domenico pagare dette Vacche, lo possa fare à ragione di scudi 19. l'vna, e nell' vno, e nell' altro modo che piaccià al Signor Domenico, volere l'habbia à restituire l'vltimo anno di detto Affitto.

Di più se li consegnaranno cinque Caualle con suoi Basti, finimenti, cioè, tre con basti, e due con Bardelle, le quali habbino à seruire per detto Precodio, & in euento che detto Signor Domenico tenghi il detto Affitto non s'intenda, ne s'habbi à pigliare cosa alcuna, ma volendola comprare l'habbia à pagare scudi 20. con dimidio.

Che à Santo Angelo di Settembre prossimo alla consegna di detto precodio, si habbia à pigliare vn' buono per parte, & si habbia à stimare l'età e l'esser' di dette Vacche, e Caualle, & in caso di restitutione il detto Signor Domenico sia obligato restituire nell' istesso modo, stato, & età, e nel medesimo caso s'habbia parimente ad elegere doi periti vno per parte, e stimar' nel modo sudetto, & caso che fosse di maggior etate, e di manco bontà il detto Signore Domenico habbi da pagare quello che saranno di peggio, & caso che fussero in meglior' essere, e di manco età, e di miglior' bontà, il detto Monsignore Reuerendissimo l'habbi da pagare al detto Signore Domenico quello che saranno stimate, & in euento che si siano Vitelle picciole, li medemi periti debbano quelo stimare, & il prezzo d'esse s'habbi à pagare al Signor Domenico.

Quod dubium fuit negatiuè resolutum, dixerunt namque Domini non esse dubitandum quin contractus iste esset locationis, dum quia sic à partibus denominatur, vt in secunda conuentione, de qua in dubio, talis enim præsumi-
1 tur contractus qualis à partibus denominatur, Bald. *in tit. qui succes. dar. ten. in vsib. feud.* Socin. *cons. 165. nu. 5.* Calder. *cons. 139. num. 24.* Tum quia
2 subiecta materia hoc patitur, cùm etiam brutorum datur licita locatio. Nam salua eorum substantia, ex illis veniunt multæ commoditates, vt fructus, vtiles humanæ necessitati, quo quis mercede potest alteri concedere retenta sibi dictorum brutorum proprietate, vt latè ostendit Cottrad. *de contract. tract. 5. quæst. 89. num. 1.* & passim hoc admittunt omnes.

Vnde cùm postea dd. conuentiones de qui-
bus in dubio non repugnant ad effectũ de quo
agebatur, vtique propter illas non veniebat
retardanda obligationis Cameralis executio,&
termini illius vigore suscepti. Non enim repu-
gnabat septima conuentio, quia vt supra fuit
consideratum etiam in brutis cadit licita loca-
tio,siue dicamus locatas fuisse singulas Vaccas,
3 siue armentum, siue Præcodium in genere, vt
verius est:Non erat quoque illicita octaua con-
uentio vbi dabatur facultas conductori con-
uertendi locationẽ in venditionem cum pacto
de redimẽdo, cùm non reperiatur de iure pro-
hibitum, quod partes de eadem re non possint
4 duos contractus alternatiuè facere ad vnius
partis electionem, dummodo ambo liciti sunt,
prout sunt in casu de quo agitur.Nam,& loca-
tio brutorum est licita ex supra deductis, & vẽ-
5 ditio cum pacto redimendi à iure non repro-
batur,*l.2.C.de pact.inter empt. & vend.cap. ad no-
stram de empt.& vendit.*

Decima autem conuentio tantum abest, vt
dici posset illicita,quod immo absolutè rende-
ret ad fauorem, & commodum ipsius condu-
ctoris, ita vt tota difficultas, & si quid aderat
scrupuli,id omne esset reductum ad 11. conuen-
tionem, quam tamen neque ipsam repugnare
locationi contractus, neque aliquod illicitum
ad effectum de quo agebatur in se continere
visum fuit. Nam cùm in ipsa expressè non lege-
rentur, nec ea necessario obligarentur, neque
fuit deducta aliqua obseruantia subsequuta in
qua contrahentes sensisse, minùsque esset veri-
simile eos voluisse, quod tempore quo præco-
dium erat restituendum idem numerus Vacca-
rum,vel præcodium in genere eiusdem bonita-
tis, & valoris restitueretur: quamuis in dicta
conuentione haberetur, quod tempore restitu-
tionis Vaccarum deberent æstimari, & eodem
modo,& statu restitui,ita,vt si deterioratæ, vel
melioratæ fuerint,id commodo, & incommo-
do conductoris cederet, non poterat ex hoc di-
ci, quod locator voluerit saluum esse capitale,
sed immo interpretandam conuentionem iux-
6 ta dispositionem iuris communis, & naturam
ipsius contractus,cui fuit apposita ipsa conuen-
tio,cum quo partes regulariter censentur se cõ-
formasse,ad tradita per Doct.*in l.hæredes mei.§.
cum ita.ff.ad Trebell.* & fuit decisum coram O-
randino in vna Camerinen. domus 18. Aprilis
1572.& coram bon.mem. Cantuccio in vna Ro-
mana locationis domus 10. Decembris 1578. di-
cendum erat locatorem voluisse,quod illæ tan-
tum restituerentur, quæ tunc reperiebantur,ac
illarum tantum æstimatio solueretur, quæ ex
dolo, & culpa conductoris, deficere repertum
fuerit, non autem earum quæ casu fortuito, &
absque dolo,& culpa conductoris periissent, &
ad quarum æstimationem iuxta naturam gesti
contractus non tenebatur conductor, de qui-
bus omnibus probabiliter creditur habitam
fuisse rationem in relatione executionis, cum
fuerit debitum confitendo, terminus ad illud
soluendum à conductore susceptus, ad cuius
postea retardationem non est admittenda eius-
dem conductoris contraria probatio, sed iuxta
7 naturã Cameralis obligationis soluere,&postea
repetere debeat si indebitum soluisse prætẽdat.

Nec obstare DD. visum fuit dum dicebatur
ex decima prima conuentione necessario colli-
gebantur d. locatorem voluisse Vaccas locare,
sed potius mutare illarum dominium in Domi-
nicum transferendo. Tum quia de illis æstima-
tis assignando conuenit, tum quia videtur de-
disse facultatẽ D.Dominico non easdẽ vt est de
natura locationis, sed alias etiã minoris ætatis
restituendi,dummodo similiores, vel deteriores
non essent, quæ restituerentur,hinc inde dete-
riorationis, vel meliorationis æstimatio refun-
deretur,& propterea verè dici possit D.Cinthiũ
intendisse,quod Capitale esset saluum, & vltra
8 illud voluisse quotannis pensionem ex singula
Vacca percipere,quod quidem sapit vsuram,vt
in diuiduo considerat Nauarr.*cons.37. de vsur.
volum.2.*

Nam pro responsione fuit dictum retorquen-
do argumentum, immo non censeri hoc casu
9 per æstimationem fuisse actum de transferendo
dominio, quia sic contractus efficeretur vsura-
rius,*arg.l.merito.ff.pro socio,* & in terminis tradit
Corn.*in d.l.si pascenda num.46.C.de pact.* & quia
etiam apparet, quod æstimatio ad alium finem
10 erat facienda,nempe,vt certus esset Vaccarum
valor, ad effectum de quo supra, quo casu per
æstimationem nõ dicitur trãsferri dominium,
glo.*in l.si inter virum.C.de iur.dot.*& fuit dictum
coram bon.mem.Cantuccio in vna Pient. Affi-
ctus 13.Iunij 1580. Neque etiam ex eo, quod D.
Dominicus facultatem haberet alias restituen-
di, dici poterat Vaccarum dominium in eum
fuisse translatum, quia cùm illi præcodium in
genere, nũ autem singulæ Vaccæ locatum fue-
rit,vt expresse legitur in sexta conuentione, &
hac decimaprima,& colligitur etiam,quia cer-
tus numerus Vaccarum non fuit expressus, &
apertus,quia non verisimile est Dominum Cin-
thium fuisse locaturum nisi totum præcodium,
quoniam locatio partis nonnullarum Vacca-
rum attulisset ei maximum dispendium, tum
propter massaritias ad vsum præcodii paratas,
quæ diuisa non sufficeissent ipsi,ac conductori,
tum propter pascui commoditatem, quia ca-
ruisset,cùm iam locasset totum Casale,vbi Vac-
cæ ipsæ morabantur, & pars illius non potuis-
set ita vtiliter locari, propter illa quæ conside-
rant Informantes.Ex quibus apparet,quod pars
11 respectu partis,ei non attulisset tantam vtilita-
tem, quantam totum attulit respectu totius,
quo casu vnica locatio facta præsumitur,& in-
diuiduus dicitur contractus, vt tradunt omnes
in l.stipulationes non diuiduntur. ff.de verbo.oblig.
12 & conductor gregis seu armenti ad instar vsu-
fructuarii,teneatur loco demortuarum, vel et-
iam inutilium subrogare, iuxta normam tra-
ditam à Iurisconsult. *in l. vetus. ff.de vsufruct. &
quemad.quis vti,& frui.* Et ob id fuit considera-
tum à partibus esse posse, vt Vaccæ minoris
ætatis restituerentur finita locatione, quæ e-
rat facta ad nouennium,quo casu cùm inten-
tio partium fuerit postea, vt commodum, &
incommodum deteriorationis, & melioratio-
nis non quidem totius præcodii in genere: id
enim argueret, immo necessario inferret D.
Cinthium voluisse saluum esse Capitale, & in-
trarent motiua Informantium pro D. Domini-
co:sed singularũ illarum Vaccarum, quæ iuxta
naturam

naturam huiusmodi locationis veniret restituendæ ad conductorem spectaret,ob id etiam de illis æstimandis fuit conuentum.

13 Neque minus dici poterat fuisse locatū pecodium in genere, quia ad singula capita fuerit precium constitutum, stantibus prædictis coniecturis,per tex.*in l.cum eiusdem. §. interdum de adil.edict.*Roman.*in conf.432 n. 4.* & eo maximè quia id factum fuisse credi debet in casu de quo agitur,pro maiori locationis æstimatione: Nam cum Prædium prædictum posset recipere diminutionem,vt quia Vaccæ aliquæ casu fortuito absque culpa,& dolo conductoris,vel etiam morte naturali periissent, nec tam cito

14 fœtus nascerentur,nec de antea natis, tunc esset in armento,quatenus de illis subrogatio fieri debeat,quod negauit Florian.*in d. l. vetus numer.1.vbi in text.ad fructuarium*,ex quibus possit fieri subrogatio, loco demortuarum iuxta terminos *d.l.vetus,& l.quid ergo.ff.de vsufruct.* quo casu æquum nó erat, vt eadem pensio ei solueretur,quæ soluitur, quando plenum est armentum.propterea, vt certum esset, quæ nam pensio dicto casu soluenda foret, & quæ desalcatio facienda,fuit conuentum,vt duo scuta pro singula Vacca persoluerentur, earum videlicet, vt supra dictum fuit, quæ reperiuntur tempore faciendæ solutionis,non autem earum,quę absque culpa,&dolo conductoris periissent, dummodo conductor fecerit debitam subrogationem, & vti diligens paterfamilias se gesserit in custodiendo armento. Neque esse præsentis speculationis Domini dixerunt,An postea pensio prædicta esset nimis excessiua, quando ex fætibus teneretur Conductor loco demortuarū,& inutilium subrogare, vt in voce deducebant pro Domino Dominico informantes, neque quod pactum illud, quod commodum proueniens ex melioramentis, & deterioratione spectet ad conductorem,sit ipsi conductori dānosum,cùm enim ad effectum de quo agitur satis sit,quod ex ipso non inferatur,quod saluum sit capitale, neque per illud excludatur, quod casus fortuiti,& mors naturalis animalium, facta tamen debita subrogatione, vt supra,non cedant damno ipsius locatoris,iuxta naturam locationis armenti, sed quando dabitur de læsione, tunc videndum erit, An prætensa læsio sit considerabilis, ac sufficiens ad rescindendum

15 contractum non quidem singula pacta de se consideranda, sed omnibus simul iunctis, quia licèt vnum pactum lædat partem, esse potest, quod in alio releuetur,quod quidem sufficit ad sustinendum contractum etiam in foro animæ, vt bene explicat Corrad. *de mente omnium Summistarum in d.quæst.89.numer.1.coroll. 3.d.conclusionis,& per totam illam quæstionem,& in quæst. 90.& 91.* & sufficit pro resolutione propositi dubij, quod talis iniustitia in præsenti non deducatur, quæ reddit ipsum contractum vsurarium,saltem ad effectum de quo agitur,nempe ad retardationem obligationis Cameralis iuramento, & termini illius vigore susce-

16 pti executionem, quæ dicto casu non retardatur, etiam sub prætextu vsuræ, nisi saltem ita apparens sit,vt tergiuersari non possit, vt tradit Abb. Felin. & alij *in cap. debitores de iur. iuran.*

Quo casu multi scribentes, & ii quidem magnæ authoritatis voluerunt soluendas esse vsuras,& postea repetendas.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Vineæ de Panellinis, Veneris 29.Octobris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior non potest molestari ab aliis creditoribus, nec etiam vigore Saluiani Interdicti, quando offert pecunias.*

2 *Cautio est præstanda in actione tributoria.*

3 *Cautio non est præstanda in aliis casibus, in quibus satisfaciendum est creditoribus primo venientibus.*

4 *Possessor qui vult impedire immissionem, debet simpliciter offerre pecunias,& non petere cautionem.*

5 *Vendens coactè,non tenetur præstare cautionem.*

6 *Creditores anteriores non adesse, præsumitur ex eo quod per multum temporis spatium, nihil fuit petitum.*

7 *Cautio est præstanda, quando adest aliqua suspicio circa residuum pretij rei venditæ.*

8 *Cautionem de restituendo,accipere debet heres cum beneficio legis,& inuentarij.*

9 *Cautio de restituendo prioribus, non datur, nisi quando constat de aliis anterioribus.*

DECISIO CCLXXVI.

Domini resoluerunt,Petrum Lucam nō teneri ad præstandam cautionem de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus, ad fauorem Collegij, quia ei competebat immissio vigore Saluiani, & si fuisset immissus nō tenebatur præstare cautionem,quia Collegium non poterat molestari ab anterioribus creditoribus,cùm eis remaneret antiquior hypotheca super Vinea; nec ratione hypothecæ in Saluiano,poterat auocare fructus bona fide consumptos, nisi à die motæ litis, & ideo si Collegium vult impedire immissionem offerendo pecu-

1 nias, non debet efficere eius conditionem deteriorem, vt teneatur ad præstandam cautionem, ad quam non erat obligatus secuta immissione,tanto magis cum hoc in casu offerendo non reperitur prouisum de alio remedio quam vt creditor ei cedat actiones, *l.mulier. ff. qui pot.in pignor.hab.*

2 Secundo moti fuerunt Domini,quia excepta actione tributoria, in qua debet præstari ista cautio,quia æqualis est conditio, quandocunque agentium, *l.procuratoris. §.si plures, leg non enim,& l.illud.ff.de tribut.act.*& exceptis quibusdam casibus particularibus, qui in dictis legibus referuntur per Doct.regulariter in aliis casibus debet satisfieri creditoribus, primo venientibus,nulla præstita cautione,Alber.*in d.l. procuratoris.§.vltim.*& ibi Ang.*num.2.* Fulgos.*in vers.ratio differentiæ*,& Paul.deCastr.*in §.si plures,numer.* 7. Io. de Platea *in §.introduxit,vers.& attende*, & Aret. *sub numer. 4. Instit. quod cum eo qui in alia potest.* & ideo cùm non versemur in aliquo casu limitationum,succedit supradicta conclusio Doctorum, quod non est locus cautioni.

Tertio placuit Dominis aliud fundamentum,

quod Petrus Lucas petiit solum immissionem:
ideo siCollegium vult eum cogere ad recipien-
4 dum pecunias,& impedire immissionem,debet
simpliciter offerre, nec potest petere cautionē.
Et placuit in hoc simile, quod affertur per in-
5 formantesde venditore coacto ad vendendum,
qui non tenetur præstare cautionem, cùm non
vendat liberè, & secundum eius voluntatem,
glos. *in l.emptori duplam.ff.de euict.*

Quarto considerabant etiam Domini,quod
cessat timor probabilis, quod Collegium possit
pati molestiam,quia in actis non constat, quod
6 adsint creditores anteriores, & creditum Petri
Lucæ est de anno 1557. ideo multum verisimile
est,quod verè non adsint, quia non fuissent ne-
gligentes in petendo per spatium tanti tempo-
ris, Aymon *in cons.269.nu.7.& 8.*

Non obstat doctri. a Bald. *in auth. hoc nisi ad
finem.C.de solut.* vbi dicit,quod,quando adest su-
7 spicio,debet præstari cautela,quia loquitur iux-
ta secundam partem illius textus de cautela
præstanda à debitore ad fauorem creditoris,
quod de pretio ex vēditione rei suæ redigendo
satisfacit creditori, vltra, quod in casu isto la-
psus tanti temporis excludit suspicionem,quod
adsint alij creditores anteriores.

Non obstat,quod Alciat. *in respons.41. tom.1.
lib.2.* defendit, quod hæres cum beneficio legis,
8 & inuentarii non debet accipere cautionem,&
sic intelligitur, quod cessante beneficio inuen-
tarii debeat eam petere,quia in dictis doctrinis
non sumitur argumentum à contrario sensu,
Cald. *cons.3.de preben.*

Et quicquid indistinctè videatur sentire An-
gel. *in d.l.si procuratoris, §.vlt.* quod hæres non
9 tenetur præstare istam cautionem, nisi, quan-
do scit adesse alios creditores, Paul. de Castr.&
Corn. *in l.vlt.§.& si præfatam,nu.4.de iur.delib.* &
in casu isto neque constat, neque verisimile est,
quod adsint alij creditores anteriores, vt di-
ctum fuit.

R. P. D. ORANO.

Romana Vineæ, 5.Iunii 1598.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum datur probatis extremis.*
2 *Excußio non datur in Saluiano.*
3 *Obligationes, & actiones per confiscationem bonorum transfunduntur in Cameram Apostolicam.*
4 *Saluianum non tollitur per compensationem faciendam de iure tertij, ipso iure non extendentis ius agentis.*
5 *Ceßionarius plus iuris non habet, quàm cedens.*

DECISIO CCLXXVII.

PEtrus Lucas de Grandis intentauit Saluia-
num Interdictum contra Collegium Ger-
manicum,tanquam possessorem vineæ aliàs per
Panellinum tempore debiti, causa mutui, cum
Petro Ioanne eius auctore sub hypotheca,& o-
bligatione, omnium suorum bonorum contra-
cti possessæ,probatis per eum extremis.
1 Domini tenebant aduersus Collegium hodie
vineam possidentem, sibi competere vtile Sal-
uianum.Bart. *in l.1.in princ.per illum text. de Sal-
uian. interd.* Soc.Sen. *cons.80.nu.2.lib.4.* latè Surd.
cons.131.nu.1. & seq. qui subdit ad hunc effectum
2 non requiri aliquam excussionem principalis
debitoris: quia licet Collegium eius intentio-
nem prætendat excludere, sub prætextu, quod
Panellinus debitor auctoris Petri, esset etiam in
maiori summa,& ex alia causa, nempe Thesse-
ratum affictus Camerini suus creditor, nihilo-
minus hoc visum fuit non obstare, stante enim
delicto per Panellinum commisso, creditum il-
lud,quod cum Petro Ioanne habuit,fuit in Ca-
meram Apostolicam cū confiscatione omnium
3 bonorum trans fusum, adeo, quod confusa illa
obligatione,& actione in Camera non secus,ac
si soluisset,fuit liberata, *l.frater à fratre. ff.de cond.
indeb.l.si ei cui de euic.cum alleg.* cùm autem Ca-
mera non transtulerit in Collegium prędictum
creditum Panellini, sed dumtaxat Vineam ob-
noxiam Saluiano,vtique non potest Collegium
4 ad hoc, vt impediat Saluiani effectum, oppone-
re de aliqua compensatione prædicti crediti,
quæ concernit ius tertii, ipso iure non exclusi-
uum iuris agentis, *l.cum seruum*, vbi Cyn.Bald.&
alii, *C.de seru.fug.in l.2.n.11.de except.rei iud.* Præ-
sertim si attendatur, quod Camera promisit rae
Ioannem Petrum releuare indemnem à credito
Panellinorum, nam sicut Camera non posset
opponere illi compensationem, aut retentio-
nem, pariter nec Collegium, cùm plus iuris
non habeat, *l.nemo plus,de reg.iur.* Quæ de iure
Morsci adducta sunt, non spectant ad præsen-
tem quæstionem, in qua dubitatur, An Colle-
gium,ex quo habet ius à Camera,possit vti iure
Panellinorum.

R. P. D. MANZANEDO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ
1.Iunij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, qui dolo desijt opponere exceptiones sibi, vel suo principali competentes, non potest à principali repetere.*
2 *Limitatur, quando fideiussor ignorauerit talem sibi competere exceptionem: secus si sciuerit.*
3 *Scientia probanda est ab eo, qui in ea se fundat.*
4 *Ignorantia præsumitur in his, quæ consistunt in facto.*
5 *Obligatus, vti principalis principaliter, & in solidum, potest creditor contra eum agere, omisso, & non excusso principali debitore.*
6 *Fideiussor est præferendus ratione melioramentorum alijs creditoribus.*
7 *Bona debitoris debent cedere in duriorem causam.*
8 *Ceßionarius non potest plus prætendere, quàm habebat cedens.*

DECISIO CCLXXVIII.

VT facilius posset expeditioni istius causæ
consuli, proposui hodie duo dubia, quo-
rum primum est, Præsupposito, quod Mons Pie-
tatis, post decoctionem Augustini Sanctini ha-
buerit ex illius bonis scuta 5.millia, & vltra, &
quod de iure illa deberentur cedere in duriorē
causam,& sic fideiussionis, quamuis remanet a-
lias debitor Montis, ad textum *in l.cum ex pluri-
bus.ff.de solut.* cum notatis per Corn. *cons.91. nu-
mero 25.lib.1.* & Rot. *diuers.decis.113.num.3.part.1.*
& in

& in terminis fuit dictum in vna Romana fi-
deiussionis 21. Maij 1604. coram Domino meo
Lancellotto. Dubitaui: an dominus Dux de tē-
pore executionis sibi factæ per Montem pro
dictis scutis 5. millibus teneretur opponere
contra Montem de solutione scutorum 5. mil-
libus à Monte habitorum de bonis Augustinis
& obstet Domino Duci agenti contra Colle-
gium, non opposuisse dictam exceptionem. Et
1 licèt pro Collegio sit regula, quod fideiussor
dolo omittens opponere exceptiones, tam sibi,
quàm principali cōpetentes, non possit à prin-
cipali repetere *l. si fideiussor. 29 ff. mand. l. exceptio-
ne*, vbi Bar. Paul. & omnes, *de fideiuss.* Alexand.
cons. 59. n. 11. lib 1. Paris. *cons. 14. n. 1. lib.* 3. Contrariū
tamen in nostro casu Domini respondendo di-
xere. Primò, quia non fuit visum constare, quod
tempore relaxati mandati contra dominum
Ducem esset satisfactum Montis ex bonis Iun-
ctini, & sic dominus Dux non poterat oppone-
re de solutione, quæ adhuc Monti non erat fa-
cta: tum etiam quia licèt sit verum Montem de
dicto tempore fuisse satisfactum de scutis 5.
millibus ex bonis Iunctini; nihilominus cùm
dominus Dux ignoraret prædictam solutionē,
2 excusandus veniebat; cùm ad hoc, vt regula
contraria procedat, requiritur in fideiussore
scientia exceptionis sibi, vel principalis compe-
tentis; illa verò cessante; nihil illi potest impu-
tari, iuxta distinctionem textus *in d. l. si fideius-
sor*, quam sequitur Bald. *in l. constitutionem, nu. 2.
C. de vsur.* Salic. *in l. fin. pro 10, nu. 12. & 13. C. mand.*
quam etiam approbauit Rota *dicta decis.* 113. *nu.*
12. *par.* 1. quod in tantum est verum, vt eadem *l. si
fideiussor, in vers. potuit.* dicat Potuit enim, atque
debuit reus permittendi certiorare fideiusso-
rem suum, ne fortè ignorans soluat debitum;
vnde scientia non præsumitur in Domino Du-
ce, & illam probare debet Collegium, cùm sit
suum fundamentum, & consistat in facto, cu-
3 ius ignorantia præsumitur, *l. in bello. § facta. ff. de
4 capt. & postlim. reuers.* Et faciliùs præsumitur ista
ignorantia, cùm de illo tempore D. Dux esset
absens, & decere ipsum teneri inuestigare: nam
ex hoc resultat supina ignorantia, nec lata cul-
pa, vt requiritur à *d. l. si fideiussor, tunc ta gloss. in
verbo, dissoluta.* Nec minus facit, quod adessent
bona Iunctini valoris scutorum 14. millium,
quia cùm Dominus Dux esset ad fauorem Mō-
tis obligatus, vti principalis, principaliter, & in
solidum, non poterat euitare solutionem op-
ponendo adesse in bonis Iunctini, vltra scuta 5.
millia, cùm esset in facultate Montis contra
5 ipsum agere, omisso, vel non executo principali,
Alex. *cons. 29. n. 35. li. 7.* Caputa *decis. 275. n. 8. par. 2.*
& fuit dictū in vna Rom. fideiussionis 18. April.
1608. coram eodem D. meo Lancellotto.

Secundum dubium fuit; An stante cessione
Montis ad fauorem Collegij, censeatur Mons
satisfactus de scutis 2300. in quibus meliora-
menta domus supponuntur fuisse æstimata, &
sic obstet D. Duci agenti contra Collegiū, præ-
dicta cessio; & cùm Mons prætenderet contra
Collegiū valorem melioramētorum factorum
per Iunctinum in ista domo, possessa à Collegio,
fuit deuentum de ordine sanctissimi ad cōcor-
diam, in qua Mons pro scutis mille realiter sibi
à Collegio solutis, illi cessit quæcunque iura su-
per dicta domo hypothecata, illiusq; meliora-
menta sibi competētia, amplissimis verbis: vnde
Collegium prætendit Montem esse satisfactum
de omnibus istis melioramentis, cùm in dicta
cessione, illius administratores vocent, se satis-
factos pro scutis mille, receptis de omnibus
melioramentis ad quamcunque summam. Et
quamuis opponebatur, cessionem prædictam
non obstare Duci, nisi pro scutis mille solutis à
Collegio, cùm pro illis tātum Mons promiserit
de euictione: & quod Mons sibi reseruauerit in
ista concordia iura pro residuo sui crediti con-
tra Iunctinum, illiusque bona, & fideiussores,
& aliosquoscunque, & tertios possessores, quod
arguit non fuisse cessa Collegio omnia iura cō-
petentia Monti, sed pro dictis solutis tantum:
nihilominus respondebatur, stare simul fuisse
omnia iussa cessa, & euictionē restricta ad scuta
mille tantum. Immo cùm Mons non habuisset
nisi scuta mille, non videbatur rationi con-
gruum, quod vltra illa obligaretur de euictio-
ne, etiam quoad prædictam reseruationem: di-
cebatur, fuisse factam à Monte ad tollendas no-
uationes respectu aliorum: quoad illos enim,
nolebat Mons sibi præiudicare. Vltra quod ab
ista præseruatione iurium, fuit expresse exce-
ptum Collegium, & domus ista, illiusque iura,
& melioramenta, & sic constat nihil fuisse re-
seruatum, quoad domum, & melioramenta.

Sed quamuis omnia illa in cessione compre-
hendantur: nihilominus Domini censuerunt,
prædictam cessionem non obstare D. Duci. Ea
potissima ratione, quia si melioramenta, ita à
Iunctino in domo facta, essent penes Montem,
non posset euitare Mons, quominus D. Dux de
illis satisfieret pro reseruatione sibi debita, &
6 promissa per Iunctinum, & quoad suum credi-
tum esset D. Dux præferendus in illis meliora-
mentis ipsi Monti, & fuit resolutum in vna Ro-
mana fideiussionis 15. Maij proximè præteriti
coram D. meo Lancellotto; sed ratio est, quia
D. Dux fideiusserit pro Iunctino, & se obligaue-
rit pro scutis 5. millibus tantum, illa recepta in
bonis Iunctini debere cedere in duriorem cau-
7 sam, nempe in extinctionem debiti præcedentis
tis ex dicta fideiussione, vt supra in principio
diximus.

Nec Collegium poterit euitare, quominus
D. Dux satisfiat de illis melioramentis à Monte
cessis Collegio, cùm non possit Collegium ex di-
8 cta cessione prætendere plus iuris quàm esset
penes Montem, ad regulam tex. *in l. nemo plus iu-
ris. ff. de reg. iur.*

Ex quibus sic per Dominos fuit conclusum.

R. P. D. PENIA.

Vrbeuetana Census 31. Maij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Census extinguitur perempta re super qua imposi-
tus est, & num. 8.*
2 *Fundamenta sublato corruit fundatum.*
3 *Census pretium non restituitur perempta re super
qua impositus est.*
4 *Fructus Census legitima via consequendi sunt.*
5 *Census iusto pretio vendi potest.*
6 *Census licitus præsumitur quando palam, & publicè
frequentatur illa forma.*
7 *Persona honesta, & bonæ famæ à suspicione vsu-*

rarum releuatur.

9 *Fructus Census debent esse liberi à casu eos destruentes.*

10 *Pactum de non petendo reductionem, seu defalcationem fructuum licitum est.*

11 *Sterilitas vnius anni, compensatur cum fertilitate alterius anni.*

12 *Exemplum licèt non restringat, tamen declarat rem procedere in terminis similibus.*

13 *Contractus si non seruatur propter iuramentum, resoluitur.*

14 *Interpretatio illa sumenda est, qua magis fauet animæ.*

15 *Intellige procedere in foro conscientiæ, seu in foro poli, secus in foro exteriori, seu ciuili, siue in foro fori.*

16 *Pactum de non redimendo Censum loco Pio donatum, nisi alium æquè idoneum ei donauerit, non est licitum.*

17 *Pactum ne census redimi possit, est illicitum.*

DECISIO CCLXXIX.

Seuerinus Meninus anno 1567. vendidit D. Sebastiano Vantio Episcopo Vrbeuetano annuum perpetuum Censum scutorum 80. liberum, & exemptum à quocunque grauamine, & impositione tam ordinaria, quàm extraordinaria, & à quocunque etiam fortuito casu, maximè belli, pestis, grandinis, tempestatis, vis maioris, seu quouis alio, vel dissimili de sursum, vel deorsum prouenienti casu, quia in huiusmodi euentu tantundem de suo liberè donare velle dixit de semestre in semestre, ac in principio cuiuslibet semestris annuatim persoluen. cum promissione, quod casu quo per spatium sex mensium ipse, vel eius hæredes in solutione cessarent, tunc posset agi contra eos ad restituendum pretium, seu sortem principalem, & casu quo huiusmodi Census fuerit venditus, vel donatus, vel largitus fabricæ alicuius Capellæ, seu alteri pio loco, non possit redimi nisi alius Census eodem loco donaretur, qui pro isto Censu foret obligatus, cùm velut vsurarium coram A.C. accusaueret, & cùm Locumtenens A.C. meum suffragium requireret, ego inclinabam in partem affirmatiuam, quod contractus esset fœneratitius, tum quia Census eximebatur ab omni casu, etiam fortuito, quę conditio videtur oppugnare naturam Census. cùm perempta re,

1 super qua imponitur, consestim extinctus censeatur, neque enim verum est, quod scripsit Sot. *lib. 6. de iust. & iure q. 5. art. 1.* nempe hanc conditionem non continere *in extrauagan. Martini Quinti, & Calisti Tertij tit. de empt. & vendit.* nam licet prudenter monuit Nauar. *tract. de vsur. nu. 71. & 74.* non ideo id exprimere omiserunt illi Pótifices, quia aliud sentirent, sed propterea de ea re non dubitarent, nam certum est sublato

2 fundamento nō sustineri fundatum, *cap. cū Paulus 1. quæst. 1.* solum .n. dubitabatur, an qui pretia recepissent ad eorum solutionē tenerētur: cùm Cēsus ob quos data fuerat pereuntibus prædiis periret, cui dubitationi respondendo Pontifices

3 diffinierunt prædiis pereuntibus non restitui pretia, non tamen dicunt non extingui Census, tum etiam ex illa conditione, quòd si venditor cessaret à solutione fructuum per sex menses tunc ad solutionem sortis principalis compelli

4 posset, hoc enim naturam Census perpetui oppugnat: nam is cui debentur Census, seu fructus, legitima via agere debet ad eos cōsequendum: verùm talem pactionem opponere, non licet, ad tradita per Contard. *de contract. quæst. 8.*

Cùm autem ex aduerso peteretur, vt causam proponerem in Rota, illam proposui sub die 11. Februarii 1591. & Domini tunc dixerunt, quod causa concordaretur, sed cùm agentes pro validitate contractus nollent concordiam inire, iterum causa proposita sub die 31. Maij fuit conclusum per Dominos contractum esse validum & licitum.

Primum considerabant iuxta constitutiones Martini Quinti, & Calisti Tertij, censum iusto

5 pretio vendi posse, vt concludit Anchar. *cons. 30.* & Decian. *cons. 2. n. 68. & seq. lib. 1.*

Item istum censum fuisse creatum, & venditum cum præfatis pactionibus de anno 1567. & sic ante constitutionem Pij Quinti de censuum creatione, quæ fuit edita anno 1568. & sub prædicta forma tunc publicè, & palàm frequenta-

6 batur. Vnde etiam præsumebatur licitus, non vsurarius, Grat. *cons. 39. nu. 4. & cons. 49. nu. 12. lib. 1.* Soc. Iun. *cons. 27. n. 7. lib. 4.* Crauet. *cons. 37. num. 1.* Rolan. *cons. 58. n. 18. & 19. li. 4.*

Accedebat qualitas personæ contrahentis videlicet Domini Sebastiani Vantij Episcopi Vrbeuetani viri probatæ vitæ, & bonæ conditionis, & famæ, in quem nō facilè cadebat sinistra

7 voluntas: nam generaliter honestæ personæ à suspicione vsurarum releuantur, Crauet. *cons. 145. nu. 24.* Menoch. *cons. 343. n. 17.*

Non obstat primum pactum, quod census eximitur à quocunque grauamine, seu suspicione, & à quocunque casu etiam fortuito, cùm ta-

8 men debeat super re certa, & diffinita constitui, vt ea perempta, periri debeat iuxta verum intellectum *extrauag. constitutionem Martini Quinti, & Calisti Tertij, sub tit. de empt. & vend.* & receptam opinionem, quam profitentur Roman. *cons. 417. nu. 4.* Pari. *cons. 75. nu. 31. lib. 4.*

Nam Domini dicebant ad excludendum vsurarium pactum posse referri ad casum fortuitum contingentem super fructibus, videlicet census deberet esse liber, & immunis ab omni, & quocunque casu fortuito, non tam ipsam stabilem, super qua fuit census impositus totaliter pertinente, ac destruente, nam tūc certum est censum ipsum esse totaliter perimendum à

9 casu deuastante fructus ipsius rei, Paris. *d. consil. 75. nu. 31. lib. 4.* & fuit resolutum in Romana nullitatis Census 4. Nouembris 1593. coram Domino Lautetano, nec verba pacti videbantur hōc censum excludere, videlicet belli, pestis, grandinis, tempestatis, vis maioris, & c. quibus significatur non extinctio, seu destructio rei stabilis, sed potius fructuum inde prouenientium, ita vt propter bellum, pestem, vel grandinem, seu turbedinem venti, aut ignis deorsum, vel deorsum prouenientis, vel domus fructuum habitationis, vel Agri, aut prædii, vel Vineæ fructū sufficium, aut vini reddere aliquo tempore non valeant, hoc enim casu licitum est pactum de non

10 petendo reductionem, seu defalcationem: nam sterilitas vnius temporis, cùm vbertate alterius

11 compensari potest, *l. licet. C. locat. cap. propter sterilitatem.*

vilitatem, de locat. ista enim exempla, quamuis
non restringant, declarant tamen rem procede-
re in terminis similibus, Oldrad. *cons. 244. num.*
14. Soc. Iun. *cons. 2. nu. 2. lib. 4.* quod fiebat euiden-
12 tius, ex eo quod in huiusmodi euentu emptor
census tantundem de suo liberè velle donare
dixit, & ideo donatio debet restringi, vt non in-
telligatur de æstimatione totius census, sed il-
lius anni, vel tempore quo in fructibus contin-
git sterilitas, seu interitus, *arg. l. cum de indebito.*
ff. de probation.

Non obstat aliud pactum, quod si per sex
menses cessatum fuerit à solutione census, vel
fideiussores non fuerint renuuati possit cogi ad
restitutionem pretii. Quia fuit per Dominos
responsum hoc etiam pactum non esse præci-
13 sum, sed ipse non obseruauerit contractum ce-
lebratum cum iuramento, tunc enim resoluitur
per *l. quisquis maior. C. de transact.* & ei culpa potest
imputari, *iuxta l. quod quis, de reg. iur.*

14 Non obstat, quod in dubiò erat facienda in-
terpretatio, quæ magis fauet animæ, Cassad. *de-*
cis. 1. nu. 2. de vsur. Prob. *in cap. quanquam, num. 39. de*
vsur. lib. 6. Menoch. *cons. 109. num. 24.* quod vtri-
que parti contingeret, in hoc casu, si fieret in-
terpretatio declarando istum contractum fuis-
se fœneratitium.

15 Nam regula procedit in foro conscientiæ, si-
ue in foro poli, secus tamen in foro exteriori, si-
ue in ciuili, siue in foro fori, Roland. *cons. 46. lib.*
2. num. 4.

Postremo Domini dixerunt non obstare il-
lud pactum de non redimendo censum alicui
16 loco pio donatū, nisi alium censum æquè ido-
neum donaret, quasi id non liceret, ad tradita
per Nauar. *de vsur. nu. 72. & 78.*

17 Quoniam Nauar. loquitur absolutè, quando
pactum conuentum est, ne Census redimi pos-
sit, quod est illicitum, & vsurarium recipiendo
commodum ipsius emptoris.

At in casu proposito pactum fuit appositum
ad fauorem prędictæ causæ, & cum ex hoc em-
ptor non percipiat vberiores fructus non debet
census vsurarius censeri, &c.

ILLVSTRISS. ALDOBRANDINO,
POSTEA CLEMENTE VIII.

Romana de Odescalchis, 1581.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nominati non resoluuntur post moram,*
sed debet agi ad implementum.
2 *Amplia quod stante mora agitur ad interesse.*
3 *Interesse appellatione in materia emptionis & ven-*
ditionis venit recuperatio pretij.
4 *Declara, quod hoc casu pretium non repetitur vti*
pretium, sed vti interesse.
5 *Contractus nominati non rescinduntur per contra-*
uentionem.
6 *Contractus in quo fuit promissa qualitas, vel bonitas*
rei rescinditur, si promissio non obseruatur.
7 *Limita procedere in qualitate intrinseca ipsiusmet*
rei, vt si ager sit pestilens, vel si pestiferus, vel
lethiferas herbas ferat, secus est si recipit alie-
nas conuentiones, puta an sit liberum, vel alteri
obligatum, quia tunc inspiciendum est, an illud
dederit causam contractui, vel ne, & n. 8.
9 *Emptor emens rem vti liberam, quæ tamen non sit,*
habet remedium, quod si pretium solutum sit
possit agi, vt bona liberentur, & indemnis ser-
uetur, si verè non est solutum repellitur vendi-
tor donec liberetur.
10 *Pacta ita sunt interpretanda, vt censeantur appo-*
sita gratia amborum contrahentium.

DECISIO CCLXXX.

1 CONtractus nominati nō resoluuntur pro-
pter moram, sed agi debet ad implemen-
tum, *l. in iutle*, & ibi Bart. Bald. Angel. Salic. &
Paul. de Castr. *C. de rei vend.* Paul. *in l. fin. ff. de cod.*
2 *ob caus. nu. 7.* & stante mora agitur ad interesse, *l.*
1. de act. empt. & idem Paul. *in d. l. 1. n. 7. in fin.* cuius
3 interesse appellatione venit recuperatio ipsius
pretii, & ita videtur procedere text. *in l. Lucius*
de act. empt. super quo se fundat, Ruin. *cons. 141.*
num. 6. lib. 1. si enim venditor rem venditam non
tradit, tenetur ad interesse. Vnde nō potest esse
difficultas, quando emptoris interest recupera-
4 re pretium solutum: pretium enim non repeti-
tur vti pretium, sed vti interesse, *l. sicut in fin. C.*
de action. empt. & ita videtur bene declarare Bal.
in d. l. sicut in fin. nu 40.

5 Et hinc est quod plus est, quod etiam con-
trauentio non rescindit contractum, & in hoc
limitatur *lex cum proponas l. 2. C. de pact.* Alexand.
in d. l. cum proponas in 3. limitat. & ibi etiam Dec.
in d. 3. limit. bene Soc. Sen. *in l. qui Romæ. §. Seiagi.*
6. ff. de verb. oblig.

Non obstat Aym. *in alleg. cons.* quia Corn. quem
allegat, hoc non dicit, sed solum dicit, quod il-
lud, quod dici solet, quod contractus nominati
non rescinduntur, non procedit quoad exce-
ptionem non adimplementi, quod non habet
difficultatem.

6 Non obstat Bald. *in l. si prædium, num. 12.* quod
quando promissio respicit qualitatem, vel bo-
nitatem rei, tunc est locus redhibitioni, quæ
rescindit contractum, *l. redhibere de ædilit. edict.*
7 quia tunc est locus redhibitioni, quando est er-
ratum in qualitate intrinseca ipsiusmet rei, vt si
ager est pestilēs, *l. etiam in fundo. ff. de ædilit. edict.*
vel si pestiferas herbas ferat, *l. si prædium. C. eod.*
per quem text. mouetur Bald. vnde bene dicit
in iis, quæ respiciunt qualitatem vel bonitatem
rei, secus si alienas conuentiones, quia tunc ha-
bet locum *d. lex cum te. C. de pact. inter empt. &*
8 *vendit.* vt inspiciamus si illud dederit causam
contractui, vel ne, vt per Bald. ibi bene, & ratio
est, quia redhibitio ab Aedilibus introducta
fuit, quod de corporali vitio tantum locuti fue-
runt, *l. 1. in fin. ff. de ædilit. edict.* & propterea in
fundo Iurisconsulti, & Imperatores exemplifi-
cant in qualitate intrinseca, quæ corporaliter
inest ipsi rei, vt si ager est pestifer, vel pestiferas
herbas ferat, non autem quando est, vel non est
alteri obligatus, vel etiam alienatus, emptor
tunc contra agere non potest, ergo non potest
dici, quod sit locus redhibitioni, quia emptor
9 agere possit redhibitione: quando enim res vē-
ditur vti libera quæ non est, tunc si precium est
solutum agitur, vt bona liberentur, & vt indem-
nis seruetur emptor, si non est solutum pretium
repellitur venditor donec liberetur, *l. cum præ-*
dia l. cum librum. C. de euict. & Bald. *in d. l. cum præ-*

scuta 110.bonon.76.dempta tantum sexta parte correspondente scutis centum restitutis ab Helena, & nihilominus plus quàm sexta pars erat ex computanda stantibus scutis 25. quæ iidem Ruseonij re habuerunt ab eadem Helena ad computum pecuniæ per eos solutæ pro fructi-
11 bus, vt latius deducitur per informantes pro Angela, clarum est in iure, quod excessus licèt in modico propter indiuiduitatem vitiat totam executionem, Put. *decis.* 323 *n.* 2. *lib.* 1. Romã. *cons.* 450. *numer.* 3. *ad fin.* Castr. *in l. si non sortem. §. si centum*, Ias. *numer.* 1. *ff. de condit. indeb.* Paris. *consil.* 81. *numer.* 36. *libr.* 2. fuit dictum in vna Romana Spolij 2. Februarij 1600. coram bon. memor. Iusto.

REVERENDISS. SACRATO

Romana Saluiani Interdicti, Veneris 17. Februarij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* videtur *importat necessitatem.*
2 *Dilatio modica debitori concedenda est.*
3. *Iudex denegando modicam dilationem dicitur grauare.*
4 *Verbum* videbitur *importat arbitrium boni viri.*
5 *Terminus triginta dierum ad soluendum in Saluiano concedendus est.*
6 *Regulam qui habet pro se si quis contrarium dicit, vel limitationem adducit probare debet.*
7 *Saluianum licet principaliter dirigatur cõtra rem ex cuius fructibus debet satisfieri, tamen non debetur illi principaliter res, sed creditum.*
8 *Tertio possessori, qui est in bona fide, & non fuit in mora in soluendo multo magis est concedenda dilatio quàm principali debitori.*
9 *Terminus, qui datur in strictiori obligatione multo magis dandus est tertio, qui non se obligauit.*
10 *Appellatio denegatur in Saluiano.*
11 *Stilus Auditoris Cameræ non est pronunciare super termino, quando si supplicetur.*

DECISIO CCLXXIV.

DOmini persliterunt in decisis coram me, & in hac causa sub die 28. Nouembris proximè. Et tutissimum fuit visum fundamentum, quod post confessionem debiti, & terminum susceptum per Angelam ad soluendum non debebat dari immissio, & vltra alia ponderata
1 in decisione ad ostendendum, quod verbum *videbitur* de quo in Constitut. Pij Quinti super Tribunal. Auditoris Cameræ importet necessitatem, fuit consideratum, quod etiam de iure communi debet concedi debitori ad soluen-
2 dum modica dilatio, Io. de Anan. *in cap. querenti num.* 3. Butr. *num* 11. Imol. *num.* 7. *de offic. delegat.* Butr. *in l. si cum exceptione. §. quatenus, nu.* 5. Bald. *num.* 5. Odoffr. *colum.* 2. *vers. sed denuo. ff. quod met. caus.* idem Bart. *in l. in fideicommissu, num.* 4. Bald. *numer* 7. *ff. de vsur.* Iacobus de Sancto Georgio *in*
3 *l. si debitore, numer.* 19. *ff. de Iud.* & Iudex denegando huiusmodi dilationem dicitur grauare, Ripa *in l.* 2. *numer.* 29. *ff. de re iudic.* Roman. *cons.* 261.
4 *num.* 6. *vers modo sic*, & proinde, cùm verbum *videbitur* importaret arbitrium boni viri, Bart. *in extrauagan. ad reprimen. verb. videbitur, cum aliis in prædicta decis. allegatis.* immo arbitrio Iudicis ordinarij, *l. vir. bonus. ff. iudic. solut.* concludebant omnino debuisse dari prædictum terminum
5 stante etiam notorio stilo Auditoris Cameræ in illo dando, qui stilus facit ius, Abb. *in cap. ex litteris, numer.* 6. *de constit.* Dec. *cons.* 699. *num.* 5. Thesaur. *decis.* 1. *nu.* 9. latè Euer. *in l. cõ à stilo Curiæ, n.* 1. *& per totum.*

Nec mouit Dominos fides aliquorum Notariorum asserentium non vidisse dari terminum, quando quis conuenitur in Saluiano, nam præter quod non concludit in verbis, quia potest esse, quod fuerit datus, & ipsi non viderint, & cùm Angela habeat regulam pro se debet limi-
6 tatio ex aduerso plenè probari, Ias. *in l. cætera, n.* 3. *&* 4. *ff. de legat.* 1. Aucharan. *cons.* 168. *numer.* 3. Gemin. *cons.* 103. *numer.* 5. Crauett. *cons.* 25. *num.* 8. Roland. *cons.* 81 *num.* 5. *&* 6. *libr.* 1. illi Notarij sic asserentes conuincuntur de mala informatione, ex quo pro parte Angelæ fuerunt dati casus particulares, in quibus etiam coniuncto ex Saluiano fuit datus terminus, & dicebatur militare eandem rationem in vtroque casu, nam etsi agens
7 Saluiano principaliter dirigat iudicium contra rem ex cuius fructibus petit satisfieri, attamen non debetur illi principaliter res, sed creditum, Rota in causa Rauennaten. Saluiani 20. Iunii 1607. coram Reuerendissimo Ludouisio, vnde possessor offerendo dictum creditum liberatur, *l. causus in fine. ff. qui . mod. pign. vel hypot. solu.* Roland *cons.* 14. *num* 9. *&* 10. *libr.* 1. Menoch. *de adipiscend. remed.* 3. *numer.* 1 1. Rota in causa Senogallien. prædij 1583. coram Babalo, & in Bononien. Saluiani Interdicti 21. Iunii 1599. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, & proinde non applicantur, quæ dicuntur de actione reali, & de eo, cui debetur res, quia si debetur res in casu Saluiani, id est secundario, & incidenter, hoc est quatenus creditum non offeratur, immo iste
8 tertius possessor, qui est in bona fide, & non cõmittit moram in soluendo debito à se contracto, sicut fuit principalis debitor, & dignus maiori priuilegio, & sic multo magis debet illi cõcedi dilatio, quàm principali debitori, cùm patiatur ob alienam culpam, *ad l. si fideiussor. §. si necessaria*, & ibi Bart. *in princip. ff. qui satisd. cog.* Bald. *in l. de die. §. tutor. ff. eodem titulo. glos. in l. final. verb. generando. C. si statut. vel cur.* secum Archid. *in cap. peruenit in fine* 18. *distinction.* Innocent. *in cap. cum inter, numer.* 1. Felin. *numer.* 11. *de except.*

Circa aliud, quod terminus non datur nisi pro debitis habentibus obligationem Cameralem, nec talis limitatio visa fuit alicubi
9 probari, & rationem esse potius in contrarium, quia si datur obligato strictiori obligatione, prout est ille, qui se obligauit in forma Cameræ, & contra formam iuramenti contenti in dicta obligatione, per quod iurans videtur se obligasse præcise soluere die conuento, iuxta notat. per glos. *in leg. pecuniam verb. necesse. ff. de condiction. caus. dat.* Butr. *in capit. finali. numer.* 4. *Ne prælat. vices suas.* Alexand. *consil.* 89. *numer.* 5. *libr.* 7. Ias. *consil.* 9. *numer.* 10. *libr.* 1. Socin. *consil.* 90. *numer.* 10. *libr.* 4. Gozad. *consil.* 24. *numer.* 9. Guid. Pap. *decis.* 627. quanto magis debet dari tertio, qui taliter non se obligauit, nec iurauit, & quod replicatur,

catur, hoc ideo esse propter citam exequutionem, quam trahit secum obligatio Cameralis, vt scilicet debitor habeat tempus parandi pecunias, quod non est necessarium in Iudiciis ordinariis in quibus proceditur per tres, & aliquando per quatuor instantias, fuit dictum in omnem euentum non ap-
10 plicari in conuento Iudicio Saluiani, cui non conceduntur istæ tres instantiæ, sed denegatur appellatio, Bart. *in l. 1. num. 4. ff. de Saluiano Interdicto.* Corn. *conf. 190. nu. 2. lib. 1.* Thesaur. *deci. 175. num. 3.* Verall. *decis. 106. part. 3.* Rota in causa Romana, seu Amerina domus 8. Iunij 1576. coram Cantuccio *relat. inter diuers. decis. 34. num. 3. par. 2.* & in vna Saluiani Interdicti 26. Nouembris 1605. coram R.P.D. Manzanedo.

Ad aliud, quod Iudex non dederit terminum, sed Angela illum sponte susceperit in actis Notarij, confitendo debitum, placuit responsio ex
11 notorio stilo, quod Auditor Cameræ non solet interloqui super istis terminis, super quo etiam fuerunt dati actus particulares in quibus ita fuit seruatum.

Et cùm prædicta viderentur sufficere, Domini non aggressi fuerunt aliud caput decisionis, An scilicet executio fuerit excessiua, &c.

R. P. D. PEREGRINO.

Romana Vsuratiæ prauitatis, Veneria 4. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Contractus talis præsumitur, qualis à partibus denominatur.*
2 *Animalia bruta locari possunt.*
3 *Ampliа procedere siue locentur singula animalia, siue armentum, siue precodium in genere.*
4 *Contractus duo possunt fieri de eadem re alternatiue ad vnius partis electionem.*
5 *Venditio cum pacto redimendi est permissa.*
6 *Contrahentes censentur se conformasse cum dispositione iuris communis.*
7 *Obligatus in forma Cameræ debet soluere, & postea si prætendit indebitum, repetere.*
8 *Vsurarium est pactum, quod quis pensionem percipiat, & saluum sit capitale, & nu. 9.*
10 *Dominium non censetur translatum ex æstimatione, quando ad alium finem fuit facta.*
Aestimatio non transfert dominium, quando ad alium finem fuit facta.
11 *Locatio vnica dicitur, quando respectu partis non est adeo vtilis, sicut totum respectu totius.*
12 *Conductor gregis, seu armenti, ad instar vsufructuarij teneatur loco demortuarum, vel inutilium subrogare.*
13 *Locatio vnica dicitur etiam si pensio certa pro quolibet capite animalium constituta sit.*
14 *Læsio ad effectum rescindendi contractum, non singula capita de se consideranda sunt, sed omnia simul iuncta, quia licet vnum pactum lædat partem, esse potest, quod in alia releuetur etiam in foro conscientiæ, & nu. 15.*
16 *Obligationis Cameralis executio, retardari non potest sub prætextu vsuræ, nisi sit saltem ita apparens, vt tergiuersari non possit.*

DECISIO CCLXXV.

FVit extra Rotam propositum dubium stante Instrumento dationis concessionis, & Afflictus Casalis Falcoguani, & Precodij obligatione Camerali vallato, terminoque in actis suscepto de soluendo ac constitutione Felic. record. Sixti Quinti super fructibus societatum animalium ad caput saluum, quorum copia datur, & aliis hinc inde deductis, An conuentiones in dicto contractu contentæ præsertim *in cap. 7. 8. 10. & 11.* essent licitæ, vel illicitæ ita, vt esset vel ne retardanda executio Cameralis, ac termini suscepti in casu de quo agitur.

Conuentiones autem, de quibus in dubio sunt infrascriptæ.

Et perche in detta Tenuta di Santo Merlo vi è vn Precodio di Vacche Rosse, il detto Monsignore à nome, come di sopra, l'alloca al detto Signor Domenico per detto tempo di anni noue, da cominciar' come di sopra per prezzo di scudi due l'una ogn' anno, di tutte quelle che se li consegnaranno, da pagarsi nelle dette paghe.

Et caso che tornasse bene al detto Signor Domenico pagare dette Vacche, lo possa fare à ragione di scudi 19. l'una, e nell' vno, e nell' altro modo che piacciá al Signor Domenico, volere l'habbia à restituire l'vltimo anno di detto Affitto.

Di più se li consegnaranno cinque Cauallе con suoi Basti, finimenti, cioè, tre con basti, e due con Bardelle, le quali habbino à seruire per detto Precodio, & in euento che detto Signor Domenico tenghi il detto Affitto non s'intenda, ne s'habbi à pigliare cosa alcuna, ma volendola comprare l'habbia à pagare scudi 20. con dimidio.

Che à Santo Angelo di Settembre prossimo alla consegna di detto precodio, si habbia à pigliare vn' huomo per parte, & si habbia à stimare l'età, e l'esser' di dette Vacche, e Caualle, & in caso di restitutione il detto Signor Domenico sia obligato restituire nell' istesso modo, stato, & età, e nel medesimo caso s'habbia parimente ad elegere doi periti vno per parte, e stimar' nel modo sudetto, & caso ci fosse di maggior etate, e di manco bontà il detto Signore Domenico habbi da pagare quello che saranno di peggio. & caso che fossero in meglior' essere, e di manco età, e di miglior' bontà, il detto Monsignore Reuerendissimo l'habbi da pagare al detto Signore Domenico quello che saranno stimate, & in euento che si siano Vitelle picciole, li medemi periti debbano quello stimare, & il prezzo d'esse s'habbi à pagare al Signor Domenico.

Quod dubium fuit negatiuè resolutum, dixerunt namque Domini non esse dubitandum quin contractus iste esset locationis, dum quia sic à partibus denominatur, vt in secunda conuentione, de qua in dubio, talis enim præsumi-
1 tur contractus qualis à partibus denominatur, Bald. *in tit. qui succes. dar. ten. in vsib. fend.* Socin. *conf 165. nu. 5.* Calder. *conf. 139. num. 24.* Tum quia
2 subiecta materia hoc patitur, cùm etiam brutorum datur licita locatio. Nam salua eorum substantia, ex illis veniunt multæ commoditates, vt fructus, vtiles humanæ necessitati, quo quis mercede potest alteri concedere retenta sibi dictorum brutorum proprietate, vt latè ostendit Cortad. *de contract. tract. 5. quæst. 89. num. 1.* & passim hoc admittunt omnes.

betutam huiusmodi locationis venirent restituendæ ad conductorem spectaret, ob id etiam de illis æstimandis fuit conuentum.

13 Neque minus dici poterat fuisse locatũ prę-
codium in genere, quia ad singula capita fuerit precium constitutum, stantibus prædictis coniecturis, per tex. *in l. cum eiusdem. §. interdum de adil. edict.* Roman. *in consil.* 432 *n.* 4. & eo maximè quia id factum fuisse credi debet in casu de quo agitur, pro maiori locationis æstimatione: Nam cum Præcodium prædictum posset retipere diminutionem, vt quia Vaccæ aliquæ casu fortuito absque culpa, & dolo conductoris, vel etiam morte naturali periissent, nec tam cito
14 fœtus nascerentur, nec de antea natis, tunc esset in armento, quatenus de illis subrogatio fieri debeat, quod negauit Florian. *in d. l. vetus numer.* 1. *vbi in text. ad fructuarium*, ex quibus possit fieri subrogatio, loco demortuarum iuxta terminos *d. l. vetus, & l. quid ergo. ff. de vsufruct.* quo casu æquum nõ erat, vt eadem pensio ei solueretur, quæ soluitur, quando plenum est armentum proptetea, vt certum esset, quæ nam pensio dicto casu soluenda foret, & quæ defalcatio facienda, fuit conuentum, vt duo scuta pro singula Vacca persoluerentur, earum videlicet, vt supra dictum fuit, quæ repetiuntur tempore faciendæ solutionis, non autem earum, quę absque culpa, & dolo conductoris periissent, dummodo conductor fecerit debitam subrogationem, & vti diligens paterfamilias se gesserit in custodiendo armento. Neque esse præsentis speculationis Domini dixerunt, An postea pensio prædicta esset nimis excessiua, quando ex fætibus tenetur Conductor loco demortuarũ, & inutilium subrogare, vt in voce deducebant pro Domino Dominico informantes, neque quod pactum illud, quod commodum prouenjens ex melioramentis, & deterioratione spectet ad conductorem, sit ipsi conductori dãnosum, cùm enim ad effectum de quo agitur satis sit, quod ex ipso non inferatur, quod saluum sit capitale, neque per illud excludatur, quod casus fortuiti, & mors naturalis animalium, facta tamen debita subrogatione, vt supra, non cedant damno ipsius locatoris, iuxta naturam locationis armenti, sed quando dabitur de læsione, tunc videndum erit, An prætensa læsio sit considerabilis, ac sufficiens ad rescindendum
15 contractum non quidem singula pacta de se consideranda, sed omnibus simul iunctis, quia licèt vnum pactum lædat partem, esse potest, quod in alio releuetur, quod quidem sufficit ad iustificandum contractum etiam in foro animæ, vt bene explicat Corrad. *de mente omnium Summistarum in d. quæst. 89. numer. 1. coroll. 3. d. conclusionis, & per totam illam quæstionem, & in quæst. 90. & 91.* & sufficit pro resolutione propositi dubij, qood talis iniustitia in præsenti non deducatur, quæ reddit ipsum contractum vsurarium, saltem ad effectum de quo agitur, nempe ad retardationem obligationis Cameralis iuramento, & termini illius vigore suscepti executionem, quæ dicto casu non retardatur, etiam sub prætexto vsuræ, nisi saltem ita
16 appareos sit, vt tergiuersari nun possit, vt tradit Abb. Felin. & alij *in cap. debitores de iur. iuran.*

Quo casu multi scribentes, & ii quidem magnæ authoritatis voluerunt soluendas esse vsuras, & postea repetendas.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Vineæ de Panellinis, Veneris 29. Octobris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior non potest molestari ab aliis creditoribus. nec etiam vigore Saluiani Interdicti, quando offert pecunias.*
2 *Cautio est præstanda in actione tributoria.*
3 *Cautio non est præstanda in aliis casibus, in quibus satisfaciendum est creditoribus primo venientibus.*
4 *Possessor qui vult impedire immißionem, debet simpliciter offerre pecunias, & non petere cautionem.*
5 *Vendens coactè, non tenetur præstare cautionem.*
6 *Creditores anteriores non adesse, præsumitur ex eo, quod per multum temporis spatium, nihil fuit petitum.*
7 *Cautio est præstanda, quando adest aliqua suspicio circa residuum pretij rei vendita.*
8 *Cautionem de restituendo, accipere debet heres cum beneficio legis, & inuentarij.*
9 *Cautio de restituendo prioribus, non datur, nisi quando constat de aliis anterioribus.*

DECISIO CCLXXVI.

DOmini resoluerunt, Petrum Lucam nõ teneri ad præstandam cautionem de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus, ad fauorem Collegij, quia ei competebat immissio vigore Saluiani, & si fuisset immissus nõ tenebatur præstare cautionem, quia Collegium non poterat molestari ab anterioribus creditoribus, cùm eis remaneret antiquior hypotheca super Vinea; nec ratione hypothecæ in Saluiano, poterat auocare fructus bona fide consumptos, nisi à die motæ litis, & ideo si Collegium vult impedire immissionem offerendo pecu-
1 nias, non debet efficere eius conditionem deteriorem, vt teneatur ad præstandam cautionem, ad quam non erat obligatus secuta immissione, tanto magis cum hoc in casu offerendo non reperitur prouisum de alio remedio quam vt creditor ei cedat actiones, *l. mulier. ff. qui pot. in pignor. hab.*
2 Secundo moti fuerunt Domini, quia excepta actione tributoria, in qua debet præstari ista cautio, quia æqualis est conditio, quandoconqua agentium, *l. procuratoris. §. si plures, leg. non eum, & l. illud. ff. de tribut. act.* & exceptis quibusdam casibus particularibus, qui in dictis legibus referuntur per Doct. regulariter in aliis casibus debet satisfieri creditoribus, primo venientibus, nulla præstita cautione, Alber. *in d. l. procuratoris. §. vltim.* & ibi Ang. *num.* 2. Fulgos. *in vers. ratio differentia*, & Paul. de Castr. *in §. si plures, numer.* 7. Io. de Platea *in §. introduxit. vers. & attende*, & Aret. *sub numer.* 4. *Instit. quod cum eo qui in alia potest.* & ideo cùm nun versemur in aliquo casu limitationum, succedit supradicta conclusio Doctorum, quod non est locus cautioni.

Tertio placuit Dominis aliud fundamentum,

quod Petrus Lucas petiit solum immissionem: ideo si Collegium vult eum cogere ad recipien-
4 dum pecunias,& impedire immissionem,debet simpliciter offerre, nec potest petere cautionē. Et placuit in hoc simile, quod affertur per in-
5 formantes de venditore coacto ad vendendum, qui non tenetur præstare cautionem, cùm non vendat liberè, & secundum eius voluntatem, glos. *in l. emptori duplam.ff.de evict.*

Quarto considerabant etiam Domini, quod cessat timor probabilis, quod Collegium possit pati molestiam, quia in actis non constat, quod
6 adsint creditores anteriores, & creditum Petri Lucæ est de anno 1557. ideo multum verisimile est, quod verè non adsint, quia non fuissent negligentes in petendo per spacium tanti temporis, Aymon *in cons.269.nu.7.& 8.*

Non obstat dicti. a Bald. *in auth. hoc nisi ad finem.C.de sol.* vbi dicit, quod, quando adest su-
7 spicio, debet præstari cautela, quia loquitur iuxta secundam partem illius textus de cautela præstanda à debitore ad fauorem creditoris, quod de pretio ex venditione rei suæ redigendo satisfacit creditori, vltra, quod in casu isto lapsus tanti temporis excludit suspicionem, quod adsint alij creditores anteriores.

Non obstat, quod Alciat. *in respons.41. tom.1. lib.2.* defendit, quod hæres cum beneficio legis,
8 & inuentarii non debet accipere cautionem, & sic intelligitur, quod cessante beneficio inuentarii debeat eam petere, quia in dictis doctrinis non sumitur argumentum à contrario sensu, Cald. *cons.3.de preben.*

Et quicquid indistinctè videatur sentire Angel. *in d.l.si procuratoris, §.vlt.* quod hæres non
9 tenetur præstare istam cautionem, nisi, quando scit adesse alios creditores, Paul. de Castr.& Corn. *in l.vlt.§.& si præfatam,nu.4.de iur.delib.*& in casu isto neque constat, neque verisimile est, quod adsint alij creditores anteriores, vt dictum fuit.

R. P. D. ORANO.

Romana Vineæ, 5. Iunii 1598.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum datur probatis extremis.*
2 *Excussio non datur in Saluiano.*
3 *Obligationes, & actiones per confiscationem bonorum transfunduntur in Cameram Apostolicam.*
4 *Saluianum non tollitur per compensationem faciendam de iure tertij, ipso iure non extendentis ius agentis.*
5 *Cessionarius plus iuris non habet, quàm cedens.*

DECISIO CCLXXVII.

PEtrus Lucas de Grandis intentauit Saluianum Interdictum contra Collegium Germanicum, tanquam possessorem vineæ aliàs per Panellinum tempore debiti, causa mutui, cum Petro Ioanne eius auctore sub hypotheca, & obligatione, omnium suorum bonorum contracti possessæ, probatis per eum extremis.

1 Domini tenebant aduersus Collegium hodie vineam possidentem, sibi competere vtile Saluianum, Bart. *in l.1.in princ.per illum text. de Saluian. interd.* Soc.Sen. *cons.80.nu.2.lib.4.* latè Surd. *cons.131.nu.1. & seq.* qui subdit ad hunc effectum
2 non requiri aliquam excussionem principalis debitoris: quia licet Collegium eius intentionem prætendat excludere, sub prætextu, quod Panellinus debitor auctoris Petri, esset etiam in maiori summa, & ex alia causa, nempe Thesseratum affictus Camerini suus creditor, nihilominus hoc visum fuit non obstare, stante enim delicto per Panellinum commisso, creditum illud, quod cum Petro Ioanne habuit, fuit in Cameram Apostolicam cū confiscatione omnium
3 bonorum transfusum, adeo, quod confusa illa obligatione, & actione in Camera non secus, ac si soluisset, fuit liberata, *l.frater à fratre. ff.de cond. indeb.l.si ex cau. de excu.cum alleg.* cùm autem Camera non transtulerit in Collegium prædictum creditum Panellini, sed dumtaxat Vineam obnoxiam Saluiano, vtique non potest Collegium
4 ad hoc, vt impediat Saluiani effectum, opponere de aliqua compensatione prædicti crediti, quæ concernit ius tertii, ipso iure non exclusiuum iuris agentis, *l.cum seruum*, vbi Cyn. Bald.& alii, *C.de seru.fug.in l.2.n.11.de except.rei ind.* Præsertim si attendatur, quod Camera promisit Ioannem Petrum releuare indemnem à credito Panellinorum, nam sicut Camera non posset opponere illi compensationem, aut retentionem, pariter nec Collegium, cùm plus iuris non habeat, *l.nemo plus, de reg.iur.* Quæ de iure Morsei adducta sunt, non spectant ad præsentem quæstionem, in qua dubitatur, An Collegium, ex quo habet ius à Camera, possit vti iure Panellinorum.

R. P. D. MANZANEDO.

Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 1. Iunij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, qui dolo desijt opponere exceptiones sibi, vel suo principali competentes, non potest à principali repetere.*
2 *Limitatur, quando fideiussor ignorauerit talem sibi competere exceptionem: secus si sciuerit.*
3 *Scientia probanda est ab eo, qui in ea se fundat.*
4 *Ignorantia præsumitur in his, quæ consistunt in facto.*
5 *Obligatus, vti principalis principaliter, & in solidum, potest creditor contra eum agere, omisso, & non excusso principali debitore.*
6 *Fideiussor est præferendus ratione melioramentorum alijs creditoribus.*
7 *Bona debitoris debent cedere in duriorem causam.*
8 *Cessionarius non potest plus prætendere, quàm habebat cedens.*

DECISIO CCLXXVIII.

VT facilius posset expeditioni istius causæ consuli, proposui hodie duo dubia, quorum primum est, Præsupposito, quod Mons Pietatis, post decoctionem Augustini Iancini habuerit ex illius bonis securè 5. millia, & vltra, & quod de iure illa deberentur cedere in duriorē causam, & sic fideiussionis, quamuis remanet alias debitor Montis, ad textum *in l.cum ex pluribus.ff.de solut.* cum notatis per Corn. *cons.91. numero 25.lib.1.* & Rot. *diuers.decis.113.num.3.part.1.*

& in

& in terminis fuit dictum in vna Romana fideiussionis 21. Maij 1604. coram Domino meo Lancellotto. Dubitaui: an dominus Dux de tempore executionis sibi factæ per Montem pro dictis scutis 5. millibus teneretur opponere contra Montem de solutione scutorum 5. millibus à Monte habitorum de bonis Augustinis, & obstet Domino Duci agenti contra Collegium, non opposuisse dictam exceptionem. Et
1 licèt pro Collegio sit regula, quod fideiussor dolo omittens opponere exceptiones, tam sibi, quàm principali cõpetentes, non possit à principali repetere *l. si fideiussor. 29 ff. mand. l. exceptione*, vbi Bar. Paul. & omnes, *de fideiuss.* Alexand. *cons. 59. n. ... lib. 1.* Paris. *cons. ... 4. n. 1. lib. 3.* Contrariũ tamen in nostro casu Domini respondendo dixere. Primò, quia non fuit visum constare, quod tempore relaxati mandati contra dominum Ducem, esset satisfactum Montis ex bonis Iunctini, & sic dominus Dux non poterat opponere de solutione, quæ adhuc Monti non erat facta: tum etiam quia licèt sit verum Montem de dicto tempore fuisse satisfactum de scutis 5. millibus ex bonis Iunctini; nihilominus cùm dominus Dux ignoraret prædictam solutionẽ,
2 excusandus veniebat; cùm ad hoc, vt regula contraria procedat, requiritur in fideiussore scientia exceptionis sibi, vel principalis competentis; illa verò cessante; nihil illi potest imputari, iuxta distinctionem textus *in d. l. si fideiussor*, quam sequitur Bald. *in l. constitutionem, nu. 2. C. de vsur.* Salic. *in l. fin. pro so, nu. 12. & 14. C. mand.* quam etiam approbauit Rota *dicta decis. 113. nu. 12. par. 1.* quod in tantum est verum, vt eadem *l. si fideiussor, in vers. poenit,* dicat Potuit enim, atque debuit reus permittendi certiorare fideiussorem suum, ne fortè ignorans soluat debitum; vnde scientia non præsumitur in Domino Duce, & illam probare debet Collegium, cùm sit suum fundamentum, & consistat in facto, cu-
3 ius ignorantia præsumitur, *l. in bello. § facta. ff. de*
4 *capt. & postlim. reuers.* Et faciliùs præsumitur ista ignorantia, cùm de illo tempore D. Dux esset absens, & decere ipsum teneri inuestigare: nam ex hoc resultat supina ignorantia, nec lata culpa, vt requiritur à *d. l. si fideiussor, iuncta gloss. in verbo, dissoluta.* Nec minus facit, quod adessent bona Iunctini valoris scutorum 14. millium, quia cùm Dominus Dux esset ad fauorem Montis obligatus, vti principalis, principaliter, & in solidum, non poterat euitare solutionem opponendo adesse in bonis Iunctini, vltra scuta 5. millia, cùm esset in facultate Montis contra
5 ipsum agere, omisso, vel non excusso principali, Alex. *cons. 29. n. 35. li. 7.* Capyta. *decis. 275. n. 8. par. 2.* & fuit dictũ in vna Rom. fideiussionis 18. April. 1608. coram eodem D. meo Lancellotto.

Secundum dubium fuit; An stante cessione Montis ad fauorem Collegij, censeatur Mons satisfactus de scutis 2300. in quibus melioramenta domus supponuntur fuisse æstimata, & sic obstet D. Duci agenti contra Collegiũ, prædicta cessio: & cùm Mons prætenderet contra Collegiũ valorem melioramẽtorum factorum per Iunctinum in ista domo, possessa à Collegio, fuit deuentum de ordine Sanctissimi ad cõcordiam, in qua Mons pro scutis mille realiter sibi à Collegio solutis, illi cessit quæcunque iura sibi per dicta domo hypothecata, illiusq; melioramenta sibi competẽtia, amplissimis verbis: vnde Collegium prætendit Montem esse satisfactum de omnibus istis melioramentis, cùm in dicta cessione, illius administratores vocent, se satisfactos pro scutis mille; receptis de omnibus melioramentis ad quamcunque summam. Et quamuis opponebatur, cessionem prædictam non obstare Duci, nisi pro scutis mille solutis à Collegio, cùm pro illis tãtum Mons promiserit de euictione: & quod Mons sibi reseruauerit in ista concordia iura pro residuo sui crediti contra Iunctinum, illiusque bona, & fideiussores, & aliosquoscunque, & tertios possessores, quod arguit non fuisse cessa Collegio omnia iura cõpetentia Monti, sed pro dictis solutis tantum: nihilominus respondebatur; stare simul fuisse omnia iura cessa, & euictione restricta ad scuta mille tantum. Immo cùm Mons non habuisset nisi scuta mille, non videbatur rationi congruum, quod vltra illa obligaretur de euictione, etiam quoad prædictam reseruationem: dicebatur, fuisse factam à Monte ad tollendas nouationes respectu aliorum: quoad illos enim, nolebat Mons sibi præiudicare: Vltra quod ab ista præseruatione iurium, fuit expressè exceptum Collegium, & domus ista, illiusque iura, & melioramenta, & sic constat nihil fuisse reseruatum, quoad domum, & melioramenta.

Sed quamuis omnia illa in cessione comprehendantur: nihilominus Domini censuerunt, prædictam cessionem non obstare D. Duci. Ea potissima ratione, quia si melioramenta, ita à Iunctino in domo facta, essent penes Montem, non posset euitare Mons, quominus D. Dux de illis satisfieret pro reseruatione sibi debita, &
6 promissa per Iunctinum, & quoad suum creditum esset D. Dux præferendus in istis melioramentis ipsi Monti, & fuit resolutum in vna Romana fideiussionis 15. Maij proximè præteriti coram D. meo Lancellotto; sed ratio est, quia D. Dux fideiusserit pro Iunctino, & se obligauerit pro scutis 5. millibus tantum, illa reperta in bonis Iunctini debere cedere in ditiorem cau-
7 sam, nempe in extinctionem debiti præcedentis ex dicta fideiussione, vt supra in principio diximus.

Nec Collegium poterit euitare, quominus D. Dux satisfiat de istis melioramentis à Monte cessis Collegio, cùm non possit Collegium ex di-
8 cta cessione prætendere plus iuris quàm esset penes Montem, ad regulam tex. *in l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.*

Ex quibus sic per Dominos fuit conclusum.

R. P. D. PENIA.

Vrbeuetana Census 31. Maij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Census extinguitur perempta re super qua impositus est, & num. 8.*
2 *Fundamento sublato corruit fundatum.*
3 *Census pretium non restituitur perempta re super qua impositus est.*
4 *Fructus Census legitima via consequendi sunt.*
5 *Census iusto pretio vendi potest.*
6 *Census licitus præsumitur quando palam, & publicè frequentatur illa forma.*
7 *Persona honesta, & bonæ famæ à suspicione vsu-*

rarum releuatur.

9 *Fructus Census debent esse liberi à casu eos destruentes.*

10 *Pactum de non petendo reductionem, seu defalcationem fructuum licitum est.*

11 *Sterilitas vnius anni, compensatur cum fertilitate alterius anni.*

12 *Exemplum licèt non restringat, tamen declarat rem procedere in terminis similibus.*

13 *Contractus si non seruatur propter iuramentum, resoluitur.*

14 *Interpretatio illa sumenda est, quæ magis fauet animæ.*

15 *Intellige procedere in foro conscientiæ, seu in foro poli, secus in foro exteriori, seu ciuili, siue in foro fori.*

16 *Pactum de non redimendo Censum loco Pio donatum, nisi alium æque idoneum ei donauerit, non est licitum.*

17 *Pactum ne census redimi possit, est illicitum.*

DECISIO CCLXXIX.

Seuerinus Meninus anno 1567. vendidit D.
Sebastiano Vantio Episcopo Vrbeuetano
annuum perpetuum Censum scutorum 80. li-
berum, & exemptum à quocunque grauamine,
& impositione tam ordinaria, quàm extraordi-
naria, & à quocunque etiam fortuito casu, ma-
ximè belli, pestis, grandinis, tempestatis, vis ma-
ioris, seu quouis alio, vel dissimili desursum, vel
deorsum proueniente casu, quia in huiusmodi
euentu tantundem de suo liberè donare velle
dixit de semestre in semestre, ac in principio
cuiuslibet semestris annuatim persoluen. cum
promissione, quod casu quo per spatium sex
mensium ipse, vel eius hæredes in solutione ces-
sarent, tunc posset agi contra eos ad restituen-
dum pretium, seu sortem principalem, & casu
quo huiusmodi Census fuerit venditus, vel do-
natus, vel largitus fabricæ alicuius Capellæ, seu
alteri pio loco, non possit redimi, nisi alius Cen-
sus eodem loco donaretur, qui pro isto Censu
fuerat obligatus, cùm velut vsurarium coram
A.C. accusauerat, & cùm Locumtenens A.C.
meum suffragium requireret, ego inclinabam
in partem affirmatiuam, quod contractus esset
fœneratitius, tum quia Census eximebatur ab
omni casu, etiam fortuito, quę conditio videtur
oppugnare naturam Census, cùm perempta re,
1 super qua imponitur, confestim extinctus cen-
seatur, neque enim verum est, quod scripsit Sot.
lib. 6. de iust. & iure q. 5. art. 1. nempe hanc condi-
tionem non continere *in extrauag. in. Martini
Quinti. & Calisti Tertij tit. de empt. & vendit.* nam
sicut prudenter monuit Nauar. *tract. de vsur. nu.*
73. & 74. non ideo id exprimere omiserunt illi
Pōtifices, quia aliud sentirent, sed propterea de
de ea re non dubitarent, nam certum est sublato
2 fundamento nō sustineri fundatum, *cap. cū Pau-
lus 1. quæst. 1.* solum .n. dubitabatur, an qui pretia
recepissent ad eorum solutionē tenerētur: cùm
Cēsus ob quos data fuerat pereuntibus prædiis
periret, cui dubitationi respondendo Pontifices
3 diffinierunt prædiis pereuntibus non restitui
pretia, non tamen dicunt non extingui Census,
tum etiam ex illa conditione, quod si venditor
cessaret à solutione fructuum per sex menses:
tunc ad solutionem sortis principalis compelli
4 potest, hoc enim naturam Census perpetui op-
pugnat: nam is cui debentur Census, seu fructus
legitima via agere debet ad eos cōsequendum:
verùm talem pactionem opponere, non licet,
ad tradita per Contard. *de contract. quæst. 8.*

Cùm autem ex aduerso peterētur, vt causam
proponerem in Rota, illam proposui sub die 11.
Februarii 1591. & Domini tunc dixerunt, quod
causa concordaretur, sed cùm agentes pro vali-
ditate contractus nollent concordiam inire, i-
terum causa proposita sub die 31. Maij fuit con-
clusum per Dominos contractum esse validum
& licitum.

Primum considerabant iuxta constitutiones
Martini Quinti, & Calisti Tertij, censum iusto
5 pretio vendi posse, vt concludit Anchar. *cons.*
30. & Decian. *cons. 2. n. 68. & seq. lib. 1.*

Item istum censum fuisse creatum, & vendi-
tum cum præfatis pactionibus de anno 1567. &
sic ante cōstitutionem Pij Quinti de censuum
creatione, quæ fuit edita anno 1568. & sub præ-
dicta forma tunc publicè, & palàm frequenta-
6 batur. Vnde etiam præsumebatur licitus, non
vsurarius, Grat. *cons. 39. nu. 4. & cons. 49. nu. 12. lib. 2.*
Soc. Iun. *cons. 27. n. 7. lib. 4.* Crauet. *cons. 127. num. 21.*
Rolan. *cons. 58. n. 18. & 19. lib. 4.*

Accedebat qualitas personæ contrahentis vi-
delicet Domini Sebastiani Vantij Episcopi Vr-
beuetani viri probatæ vitæ, & bonæ conditio-
nis, & famæ, in quem nō facilè cadebat sinistra
7 voluntas: nam generaliter honestæ personæ à
suspicione vsurarum releuantur, Crauet. *cons.*
145. *nu. 24.* Menoch. *cons. 343. n. 17.*

Non obstat primum pactum, quod census e-
ximitur à quocunque grauamine, seu suspicio-
ne, & à quocunque casu etiam fortuito, cùm ta-
8 men debeat super re certa, & diffinita constitui,
vt ea perempta, periri debeat iuxta verum in-
tellectum *extrauag. constitutionem Martini Quin-
ti, & Calisti Tertij, sub tit. de empt. & vend.* & rece-
ptam opinionem, quam profitentur Roman.
cons. 417. nu. 4. Paris. *cons. 75. nu. 31. lib. 4.*

Nam Domini dicebant ad excludendum v-
surarium pactum posse referri ad casum fortui-
tum contingentem super fructibus, videlicet
census deberet esse liber, & immunis ab omni,
& quocunque casu fortuito, non rem ipsam
stabilem, super qua fuit census impositus tota-
liter perimente, ac destruente, nam tūc certum
est censum ipsum esse totaliter perimendum à
9 casu deuastante fructus ipsius rei, Paris. *d. consil.*
75. *nu. 31. lib. 4.* & fuit resolutum in Romana nul-
litatis Census 4. Nouembris 1593. coram Domi-
no Lauretano, nec verba pacti videbantur hūc
censum excludere, videlicet belli, pestis, grandi-
nis, tempestatis, vis maioris, &c. quibus signifi-
catur non extinctio, seu destructio rei stabilis,
sed potius fructuum inde prouenientium, ita vt
propter bellum, pestem, vel grandinem, seu tur-
bedinem venti, aut ignis desursum, vel deorsum
prouenientis, vel domus fructuum habitatio-
nis, vel Agri, aut prædia, vel Vineæ fructū mes-
sium, aut vini reddere aliquo tempore non va-
leant; hoc enim casu licitum est pactum de non
10 petendo reductionem, seu defalcationem: nam
sterilitas vnius temporis, cum vbertate alterius
11 compensari potest, *l. licet. C. locat. cap. propter ste-
rilitatem,*

rilificatem, de locat. ista enim exempla, quamuis non restringant, declarant tamen rem procedere in terminis similibus. Oldrad. cons. 244. num. 14. Soc. Iun. cons. 2. nu. 2. lib. 4. quod fiebat euiden-
12 tius, ex eo quod in huiusmodi euentu emptor census tantundem de suo libere velle donare dixit, & ideo donatio debet restringi, vt non intelligatur de æstimatione totius census, sed illius anni, vel tempore quo in fructibus contingit sterilitas, seu interitus, arg. l. cum de indebito. ff. de probation.

Non obstat aliud pactum, quod si per sex menses cessatum fuerit à solutione census, vel fideiussores non fuerint renouati, possit cogi ad restitutionem pretij. Quia fuit per Dominos responsum hoc etiam pactum non esse præci-
13 sum, sed ipse non obseruauerit contractum celebratum cum iuramento, tunc enim resoluitur per l. qui maior. C. de transact. & ei culpa potest imputari, iuxta l. quod quis de reg. iur.

14 Non obstat, quod in dubio erat facienda interpretatio, quæ magis fauet animæ; Callad. decis. 1. nu. 2. de vsur. Prob. in cap. quanquam, num. 39. de vsur. lib. 6. Menoch. cons. 109. num. 24. quod vtrique patti contingeret, in hoc casu, si fieret interpretatio declarando istum contractum fuisse feneratitium.

15 Nam regula procedit in foro conscientiæ, siue in foro poli, secus tamen in foro exteriori, siue in ciuili, siue in foro fori, Roland. cons. 40. lib. 2. num. 4.

Postremo Domini dixerunt non obstare illud pactum de non redimendo censum alicui
16 loco pio donatū, nisi alium censum æquè idoneum donaret, quasi id non liceret, ad tradita per Nauar. de vsur. nu. 72. & 78.

17 Quoniam Nauar. loquitur absolutè, quando pactum conuentum est, ne Census redimi possit, quod est illicitum, & vsurarium recipiendo commodum ipsius emptoris.

At in casu proposito pactum fuit appositum ad fauorem prædictæ causæ, & cum ex hoc emptor non percipiat vberiores fructus non debet census vsurarius censeri, &c.

ILLVSTRISS. ALDOBRANDINO, POSTEA CLEMENTE VIII.

Romana de Odescalchis, 1581.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nominati non resoluuntur post moram, sed debet agi ad implementum.*
2 *Amplia quod stante mora agitur ad interesse.*
3 *Interesse appellatione in materia emptionum, & venditionum venit recuperatio pretij.*
4 *Declara, quod hoc casu pretium non repetitur vt pretium, sed vt interesse.*
5 *Contractus nominati non rescinduntur per contraueniionem.*
6 *Contractus in quo fuit promissa qualitas, vel bonitas rei rescinditur, si promissio non obseruatur.*
7 *Limita procedere in qualitate intrinseca ipsiusmet rei, vt si ager sit pestilens, vel si pestiferas, vel lethiferas herbas ferat, secus est si recipit alienas conuentiones, puta an sit liberum, vel alteri obligatum, quia tunc sufficiendum est, an illud dederit causam contractui, vel ne, & n. 8.*
9 *Emptor emens rem vti liberam, quæ tamen non sit, habet remedium, quod si pretium solutum sit possit agi, vt bona liberentur, & indemnus seruetur si verè non est solutum repellitur venditor donec liberetur.*
10 *Pacta ita sunt interpretanda, vt censeantur apposita gratia amborum contrahentium.*

DECISIO CCLXXX.

1 Contractus nominati nō resoluuntur propter moram, sed agi debet ad implementum, l. in tutle, & ibi Bart. Bald. Angel. Salic. & Paul. de Castr. C. de rei vend. Paul. in l. fin ff. de eod.
2 eb caus. nu. 7. & stante mora agitur ad interesse, l. 1. de act. empt. & idem Paul. in d. l. 1. n. 7. in fin. cuius
3 interesse appellatione venit recuperatio ipsius pretii, & ita videtur procedere text. in l. Lucius de act. empt. super quo se fundat, Ruin. cons. 141. num. 6. lib. 1. si enim venditor rem venditam non tradit, tenetur ad interesse. Vnde nō potest esse difficultas, quando emptoris intersit recupera-
4 re pretium solutum: pretium enim non repetitur vti pretium, sed vti interesse, l. sicut in fin. C. de act. in empt. & ita videtur bene declarare Bal. in d. l. sicut in fin. nu 40.

5 Et hinc est quod plus est, quod etiam contrauentio non rescindit contractum, & in hoc limitatur lex cum proponas l. 2. C. de pact. Alexand. in d. l. cum proponas in 3. limitat. & ibi etiam Dec. in d. 3. limit. bene Soc. Sen. in l. qui Romæ. §. Seiagi. 6. ff. de verb. oblig.

Non obstat Ayin. in alleg. cons. quia Corn. quem allegat, hoc non dicit, sed solum dicit, quod illud, quod dici solet, quod contractus nominati non rescinduntur, non procedit quoad exceptionem non adimplementi, quod non habet difficultatem.

6 Non obstat Bald. in l. si prædium, num. 12. quod quando promissio respicit qualitatem, vel bonitatem rei, tunc est locus redhibitioni, quæ rescindit contractum, l. redhibere de adilit. edict.
7 quia tunc est locus redhibitioni, quando est erratum in qualitate intrinseca ipsiusmet rei, vt si ager est pestilēs, l. etiam in fundo ff. de adilit. edict. vel si pestiferas herbas ferat, l. si prædium. C. eod. per quem text. mouetur Bald. vnde bene dicit in iis, quæ respiciunt qualitatem vel bonitatem rei, secus si alienas conuentiones, quia tunc habet locum d. lex cum te. C. de pact. inter empt. &
8 vendit. vt inspiciamus si illud dederit causam contractui, vel ne, vt per Bald. ibi bene, & ratio est, quia redhibitio ab Aedilibus introducta fuit, quod de corporali vitio tantum locuti fuerunt, l. 1. in fin. ff. de adilit. edict. & propterea in fundo Iurisconsulti, & Imperatores exemplificant in qualitate intrinseca, quæ corporaliter inest ipsi rei, vt si ager est pestifer, vel pestiferas herbas ferat, non autem quando est, vel non est alteri obligatus, vel etiam alienatus, emptor tunc contra agere non potest, ergo non potest dici, quod sit locus redhibitioni, quia emptor
9 agere possit redhibitione: quando enim res vēditur vti libera quæ non est, tunc si precium est solutum agitur, vt bona liberentur, & vt indemnis seruetur emptor, si non est solutum pretium repellitur venditor donec liberetur, l. cum prædiu l. cum librum. C. de euict. & Bald. in d. l. cum præ-

dijs inquit, quod emptor habet duo remedia, vnum quod agat, vt res sibi tradatur libera, alterum, quod non soluat nisi liberetur, & in eo casu etiam succurritur per cautionem Mutianam, Doct. *in d.l.3. C. de euict.*

Sed duo mihi faciunt difficultatem hoc casu, his stantibus: primum quod cùm dd. de Odescalchis plura bona hoc tempore, quo Bufalinus non adimpleuit, posséderint, non possint repetere solutum, quia reuera non interfuit eorum, cùm hoc tempore plura bona possederint excedentia valorem precij soluti. Secundum est, an possit præfigi terminus ad implendum stante pacto, quod Odescalchi non teneantur soluere pretium, nisi tradita omnium singulatū rerum
10 possessione, cùm enim pacta interpretāda sint, vt censeantur apposita gratia amborum cōtrahentium, *l. si vnica. ff. de peric. & com... rei vend.* Alciat. per illum tex. *cons.109. nu.1.* nam respicere videtur hoc pactum fauorem dd. de Odescalchis, vt non cogantur soluere pro rata rerum traditarum precium: respicere potest etiam fauorem venditoris, vt longiorem habeant dilationem ad tradendum, & interim emptor fruātur rebus traditis.

R. P. D. ORANO.

Romana Vineæ, Veneris 3. Aprilis 1598.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nominati, non dissoluuntur prætextu inobseruantiæ, & contrauentionis. sed agendum est ad implementum, & ad interesse.*

2 *Fallit, quando conuentum fuit, quod emptore non respondente in tempore promisso locus sit dissolutioni.*

3 *Contrahens, qui non obseruauit suam promißionem iuratam, cadit à commodo contractus, iuxta l. si quis maior. C. de transact.*

4 *Dispositio l. si quis maior. Cod. de transact. tanquam rigorosa non debet paßim recipi, sed potius declinandum est quoties læsio partis cessat, & abest dolus obligati.*

5 *Amplia maxime procedere, quando non fuit probata minoritas 25. annorum, vti articulandum, & probandum est.*

6 *Amplia etiam maximè procedere, quando cessat dolus, & probatur impotentia soluendi.*

7 *Dolus quoties deducitur ex non facto, supponitur impotentia soluendi.*

8 *Contractus resolutio causata ex inobseruantia emptoris, quoties non fuit declarata viuente emptore, & debitore, non potest ea iuuari contra hæredem eiusdem.*

9 *Iuramenti effectus non egreditur personam iurantis, non afficit hæredem.*

10 *Limita procedere, quo ad robur contractus, quia ille bene transit in hæredem.*

11 *Oblatio iudicialis solo etiam verbo facta, tamen sufficit ad impediēdum distractionem pignoris.*

12 *Mora de æquitate canonica semper purgatur, etiam quod simus in contractu iurato, dummodo creditoris ius ex tali mora non esset effectum deterius, & illæsum sine damno conseruaretur.*

13 *Amplia maxime procedere, quando tunc temporis res esset integra.*

14 *Amplia, quod purgari potest in qualibet parte iudicij, vbi ius partis remanet illæsum.*

15 *Mora purgari non potest, quando ius partis est effectum deterius, & pars est in damno.*

16 *Limita hoc esse verum, nisi pars parata esset damnum, & interesse propter moram passum resarcire.*

17 *Mora purgari non potest, vbi adest obligatio Cameralis.*

Limita procedere de æquitate canonica, maximè concurrente impotentia debitoris.

18 *Dominij reseruatio non resoluit contractum, sed suspendit acquisitionem dominij, nisi secuta solutione pretij, & nu.19.*

20 *Mora non incurritur pendente dilatione data ad soluendum.*

21 *Dominij reseruatio operatur, quod res vendicari poßit si pretium non soluatur, sed emptor non prohibetur vendicanti offerre pretium.*

22 *Venditio facta duobus operatur, vt secundus præferatur, si ei fuit res tradita, & venditor non incidit in crimen falsi.*

23 *Subhastatio facta pro maiori pretio, quod esset creditum, & adiudicatio inde secuta est nulla.*

DECISIO CCLXXXI.

DOmini resoluerunt venditionem Vineæ de anno 1588. factā non obstante, quod *Io.* Antonius Magnascus illius emptor in solutione secundæ paghæ conuentæ defecerit aliter non facile resolutam.

1 Quia cùm versemur in contractu nominato
prætextu eius inobseruantiæ, & contrauentionis non operatur eius resolutionem, sed agendum est ad eius implementum, & interesse *l. sicut. C. de act. & oblig. l. in commodato. §. si. ut. ff. commod. l.1.* & ibi communiter Doctores, *C. de action.*
2 *empt. cum concord.* & licèt aliud dicendum esset si
fuerit conuentum, quod emptore non respondente in tempore non promisso, locus sit resolutioni, vt per Alciat. *cons.10. num.1. cum seq. tom. 3. lib.5.*

Non tamen conuenit præsenti facto, in quo non legitur huiusmodi pactum fuisse contractui appositum, vt nec etiam potest habere locum, quod Ioannes Antonius ceciderit à commodo contractus ex eo, quod fuit in mora sol-
3 uendi dictam pagham, quam iuxta suam obligationem iuratam tenebatur venditori de anno 1592. soluere, *iuxt. l. si quis maior. C. de transact.* Bald. *in cap. querelam, de iuran.* Alexan. *cons.85. lib. 1. cum aliis*, de quibus hic per Informantes. Quia
4 vt dicebant Domini, eius legis dispositio tan-
quam rigorosa non debet passim recipi, sed potius declinanda est, quoties læsio partis cessat, & abest dolus obligati, ex traditis per Corn. *cons.a46. lib.3.* Roland. à Vall. *cons.57. nu.46. lib.1.* Curt. Iun. & Bolognet. *ad d.l. si quis maior, hic circa fin. ille nu.17.* & fuit dictum in vna Cornetana bonorum coram Sanctissimo *in relata decis.49.*
5 *num.3. par.1.* maximè quod non fuit probatum
Ioannem Antonium fuisse tempore emptionis maiorem 25. annorum, vt articulandum, & probandum tradit Rolan. *d. cons.57. nu.2. lib.2.* Aldobrand. *cons.19. n.81. cum seq.*
6 Si quidem dolus, qui considerari solet ex in-
obseruantia promissi ad effectum, vt emptor cadat à cōmodo contractus, facilè hic emitatur propter impotētiam soluendi Ioannis Antonij

per

per Testes probatam, vt in terminis tenet Ale-
xand.*cons.92.nu.3.lib.2.* quem sequitur Iob.Non.
cons.70.num.9.
7 Quoties enim deducitur dolus ex non facto,
supponitur potentia in faciendo, Aymon *cons.*
6.nu.96.& habetur *d.decis.583.nu 10.& 11.*& pro-
pterea non facit ad propositum decisio facta
coram me in vna Mediolanen. frumenti Lunæ
1.Februarii 1588.quoniam de potentia soluendi
Communitatis non controuertebatur ad effe-
ctum resoluendi contractum,sed hoc vrgebant
Mercatores, vt Communitas Mediolanen. co-
geretur ad eius obseruantiam, & sic ad solutio-
nem pretij frumenti, cuius iam dies venerat.
8 Quibus accedit, quod etiam si locus fuisset re-
solutioni,cùm tamen venditor viuente empto-
re, & debitore, non declarauerit caducitatem
contractus venditionis causatam ex inobser-
uantia emptoris, non potuit ea iuuari contra
heredem eiusdem.ad Cassad.*decis.2.& 3.de locat.*
9 Nam effectus iuramenti non egreditur per-
sonam iurantis,nec afficit hæredem.Port.*in §.1.*
in glo.verbo prohibetur Insti.quib.alien.licet vel nõ,
10 quidquid sit, quo ad robur contractus respe-
ctu iuramenti, quod transit ad hæredes, vt ex
pluribus declarat Seraph.*de priuileg. iur. priuil.*
52.nu.9. Vnde cùm mortuo Ioanne Antonio se-
cuta immissione, venditores in possessionem
Vineæ ante factam illi adiudicationem Vineæ
11 fuerit illi nomine hæredum defuncti facta ob-
latio de soluendo omne id,& totum,in quo re-
manebat creditor, nulla ratio permittebat, vt
deueniretur ad venditionem pignoris,*l.si prius-*
*quam,*vbi glo.declarat solam verbalem oblatio-
nem iudicialem sufficere ad effectum,vt prohi-
beatur venditio pignoris, quam sequitur Bald.
& Salic.*C.de distrab.pign.* Negus.*de pignor.3 meb.*
12 *5.par.num.43.* sed omnino hæredes admittendi
erant ad purgationem moræ de æquitate cano-
nica,etiam quod simus in contractu iurato,dũ-
modo creditoris ius ex tali purgatione moræ
non esset effectum deterius, & ipse sine damno
conseruaretur,Caputaq.*decis.230.nu.2.par.2.*præ-
13 sertim quando tunc temporis res est integra,
neque Vinea alteri vendita,Bellam.*decis.662.nu.*
14 *5.*nam in qualibet parte Iudicij, vbi ius partis
remanet illæsum,potest mora purgari,vt tenuit
Rota coram Domino Penia in vna Placentina
Decanatus 6.Nouembris 1595.& in alia Calagu-
ritana Prioratus coram Illustrissimo Domino
meo Blanchetto 15.Ianuarij 1589.
Nec dicatur præmissis aduersari resolutionem
factam coram R.P.D. Millino in vna Romana
hæreditatis della Porta 24. Nouembris 1595. in
15 qua Domini dixerunt non esse locum purga-
tioni moræ, quando ius partis effectum est de-
terius ob talem moram,atque ita vbi pars est in
damno,quia subditum fuit hoc esse verum,nisi
16 pars parata esset interesse,& damnum propter
dictam moram passam resarcire.Cùm igitur hæ-
redes Ioannis Antonij obtulerint soluere ratam
precii decursam,& fructus eius occasione debi-
tos,non patiebatur æquitas canonica, vt hære-
des à purgatione moræ excluderentur.
17 Non obstat, quod propter obligationem Ca-
meralem purgationi non esset locus, Put.*decis.*
465.lib.2. quia hoc de æquitate canonica non
est receptum, concurrentibus maximè iis quæ
deducta sunt,nempe potentia debitoris,ac tacita
remissione creditoris, qui viuente debitore ca-
ducitatem non acceptauit.
18 Nec refragatur,quod contractus prætendatur
resolutus propter pactum reseruationis domi-
nii, donec integrè precium Vineæ fuisset solu-
tum,ex traditis per Tiraquell.*de retract. lign.g.*
*§.1.glos.2.num.34.*Fab.de Mont.*de emp.& vendit.*
19 *qu.5.in princ.nu.36.*quoniam eo casu non resol-
uitur contractus,sed suspenditur acquisitio do-
minij,nisi secuta solutione precij, quia interim
potius transit in alium contractum, ita quod si
20 data fuit dilatio ad soluendum donec ea durat,
non incurritur mora, nisi quo ad eam ratam
cuius dies cessit, neque tantisper potest in vim
illius agi ad integrum precium, nisi in vim *l.si*
*quis maior.*qui, vt ostensum est,non intrat in ca-
su præsenti,& hoc est,quod respondit Iuriscon-
21 sultus *in l.procuratoris, §.plures. ff.de tribut.act.*
quæ res vendicari quidem potest si precium
non soluatur, sed non prohibetur vendicanti
offerre precium, quod non esset si contractus
esset ipso iure resolutus, vt ibi affirmat *glos. in*
ver. vendicare. Fatendum ergo est aliud dicen-
dum esse si creditor vendicasset Vineam, quia
pretium non fuerat oblatum,quo casu potuisset
creditor postea alteri Vineam vendere, neque
22 competeret primo emptori purgatio moræ,
quia secunda venditio iuncta traditione facit,
vt secundus emptor præferatur,& vẽditor non
incidat in crimen falsi vendendo duobus, ita
Bald.post Odofred. *in l. venditor. ff. de hæredit. in*
*inst.l.quoties,n.1.C.de rei vendic.*verùm cùm cre-
ditor propter nõ solutam ratam pretij Vineam
non vendicauerit, quia partem precij solutam
non restituit, sed ad pretium conuentum ege-
rit, fueritque in possessionem illius immissus
donec sibi de precio esset satisfactum,celeritq;
iura D.Maruscello, qui postea subhastari fecit
23 Vineam pro maiori summa, quàm esset eius
auctoris creditum, sequitur adiudicationem
inde sequutam fuisse nullam, Batt. *in l.si non for-*
tem.§.si centum ff.de cond.& dem.& consequenter
purgationi moræ per oblationem iudicialem
factum fuisse locum, atque ita D. Abbati Ma-
ruscello nullum ius in vineam fuisse acquisi-
tum. Et ita decisum.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana Hæreditatis, 24.No-
uembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Mora in omittendo, etiam contrauentione subsecuta operatur, vt sit locus l. si quis maior.* C. *de transact.*
2 *L. si quis maior.* C. *de transact. non habet locum in vniuersitate quo ad periurium.*
3 *L. si quis maior habet locum tam in actore, quàm in reo secundum communem opinionem.*
4 *Iuramentum operatur tam contra reum inobseruantem, quàm contra actorem.*
5 *Implementum non facit in partem cessare dispositionem l. si quis maior.* C. *de transact.*
6 *Mora denuo commissa, & contrauentio non tolli-*

tur per primam moram commissam.

7 *Mora non purgatur, quando adest magna contumacia cum pluribus interpellationibus iudicialibus, & declaratione, quod nolebant acceptare cōtractum transactionis.*

8 *Mora purgatio de aquitate canonica semper admittitur quotiescunque ius alterius non est factum deterius.*

9 *Mitius agitur cum eo qui soluit partem, quàm cum eo qui nihil soluit.*

10 *Clausula* non aliàs, *habet vim resolutionis contractus.*

11 *Mora purgationi non est locus contractu resoluto.*

12 *Declaratione stante, quod non vult acceptare transactionem non potest postea petere executionem illius, & purgare moram.*

13 *Ius deterius factum dicitur, quando fuerunt facta expensa in litibus.*

14 *Item dicitur factum deterius, quando ex culpa aduersarij non potuit exigere pensiones.*

15 *Mora purgationi non est locus, quando ius alterius est factum deterius.*

DECISIO CCLXXXII.

CVm D. Camilla della Porta. & d. Constantius eius filius habeat diuersas prætensiones contra Ven. Archiconfraternitatem Sanctissimæ Trinitatis hæredem Francisci della Porta, fuit inita inter eos transactio, in qua fuit hinc inde renunciatum omnibus prætensionibus. De hac transactione pro parte Societatis ad hunc effectum impediendi processum in causa, fuit coram me oppositum, ideo dubitaui, An transactio obstet Camillæ, & Constantio ita, vt non possint agere, & Domini distinxerunt dubium in duas difficultates principales, quarum prima fuit: An propter moram societatis adimplendo, vel propter contrauentionem, sit locus factus dispositioni *l. si quis maior. C. de trāsact.* ita, quod Societas fuerit priuata commodo contractus, & exceptio transactionis non obstet Camillæ; & Cōstantio: Altera difficultas fuit, præsupposito, quod societas fuerit in mora in adimplendo, vel contrauenerit, & quod sit locus dispositioni *d. l. si quis maior*, an saltem ista mora possit purgari. Quantum ad primam difficultatem Domini fuerunt concordes, quod sit factus locus dispositioni *l. si quis maior*, & ideo transactio non obstat Camillæ & Cōstantio, quoniam concurrunt omnia eius requisita: nam contractus est iuratus, & fuit adimpletus in tempore à Camilla, & Constantio, mora societatis in adimplēdo magna, & inexcusabilis, quia fuit pluries iudicialiter interpellata ad implēdum pro parte sua, & noluit adimplere: adest etiam contrauentio expressa, quia transactio debet ratificari à Congregatione generali, & deputati ab ea declinauerunt, quod cùm pacta essent præiudicialia societati volebant acceptare transactionem, quātum ad summam scutorum 1600. & cum certis conditionibus. & non aliàs, & ex ista mora in omittēdo successiua & continuata
1 quasi per biennium concurrentibus tot interpellationibus & cōtrauentione in declarando, quod volebant stare contractui, probatur sufficienter dolus ad effectum, vt sit locus *d. l. si quis maior*, vt fuit resolutum in causa Mediolanensi frumenti die 16. Octobris 1587. coram R.P.D. meo Orano in causa Beneuentana transactionis 23. Ianuarii 1593. coram R.P.D. Penia.

2 Non obstat, quod *d. l. si quis maior.* non habet locum in vniuersitate, quia hoc procedit quantum ad pœnam periurij, & infamiæ, non autem quantum ad pœnam priuationis commodi cōtractus, Ias. *cons. 118. nu. 15. lib. 1. & d. l. si quis maior, n. 7. & 8.* & ibi Curt. Iun. *nu. 22.* Cagnol. *n. 17.* Purpur. *cons. 536. num. 20.* & fuit resolutum in dictis causis Mediolanen. frumenti, & Beneuentana transactionis.

3 Non obstat quod *l. si quis maior* habet locum in actore, & non in reo, Ant. de Prat. *vet. inter cons.* Alexan. *cons. 29. n. 16. lib. 4.* quia ista limitatio habet contra se communem opinionem, quam tenent *in d. l. si quis maior. glos. in verb. consecutus.* Bart. *nu. 12* Salic. *nu. 15.* Iacob. de S. Georgio *nu. 63.* Parpal. *nu. 109.* & Curt. Iun. *nu. 28* qui testantur de communi contra Ant. de Prat. vet. Ruin. *cōs. 172 nu. 1 & 2. lib. 4.* Caccialup. *de transact. quæst. 5.* Ant. Gabr. *de trans. ct. concl. 1. nu. 57.* & ista opinio communis placuit Dominis, quia, vt bene deducit Ruin. *in d. cons. 172.* Iuramentum operatur eundem effectum, tam contra reum inobser-
4 uantem, quàm contra actorem, & quia non debet induci claudicatio contractus, præsertim in correlatiuis.

Non obstat, quod per solutionem certæ summæ factam Constantio mora fuerit remissa, quia solutio fuit facta incontinenti post transactionem. & societas postea declarauit. quod nolebat acceptare transactionem, & licèt sæpius fuerit interpellata, tamen semper perseuerauit in sua contumacia, & implementum in parte,
5 non facit cessare dispositionem *d. l. si quis maior*, concurrente noua mora, Rub. Alexan. *cons. 30. n. 2. & 3.* Brun. *cons. 48. n. 10.* Ant. Gabr. *d. concl. 1. n. 4.*

Non obstat, quod Camilla, & Constantius petierunt in commissione executionem transactionis, quia hoc posset excusare societatem si postea adimpleuisset pro parte sua, sed neque ipsa curauit adimplere, neque Camilla, & Constantius perseuerunt in eadem voluntate, quia per obtentam commissionem declarauerunt de nouo caducitatem, & petierunt census deductos decursos in transactione. & pro illis obtinuerunt mandatum: & societas incurrendo
6 nouam contrauentionem, opposuit per viam compensationis de debito ipsius Camillæ pariter deducto in transactione. Ideo stante noua morā & contrauentione, remissio moræ præcedentis, non potest excusare societatem, Caputaquen. *decis. 316. par. 3.*

Quo ad secundam difficultatem Domini non fuerunt concordes in fundamento principali, an attēta æquitate canonica societas possit purgare moram. Aliqui enim tenebant, quod in isto casu cessaret ista æquitas canonica, & mouebantur, quia videbatur eis nimis magna contumacia societatis, cùm concurrant plures
7 interpellationes iudiciales, iteratæ acceptationes caducitatis, lapsus temporis notabilis, & declaratio societatis, quod nolebat acceptare transactionem, & placebat istis Dominis *cons.* Gozzad. 57. *nu. 16.* & decis. in causa Romana caducitatis coram Caputaqu. fuit etiam allegata alia decisio in causa Fauensi Grant 4. Decembris

bris 1572. coram R.P.D. Blanchetto. Alij verò
8 contrarium sentiebant, quia de æquitate canonica semper admittitur purgatiõ moræ, quãdo
ius alterius non est effectum deterius, *cap. suam de pen. cap. apud misericordem 32. quæst. 1.* Alexand.
in d. l. si quis maior num. 7. vbi *Ias. num. 25.* & Iacob.
de S. Georgio *nu. 43.* Dec. *cons. 138. num. 7.* & istam
opinionẽ sæpius secuta est Rota veluti in causa Terracenensi concordiæ Romana mutui 26.
Februarij 1567. coram S.D.N. Romana Afflictus
Casalis 21. Nouembris 1572. coram D. Episcopo
Oriolen. & Romana de Manellis 19. Nouembris 1582. coram R.P.D. Decano, & hoc etiam videtur procedere stante oppositione de non adimplemento, & de rescissione, Afflict. *decis. 280.*
& sentit aliàs Rota in causa Cometana bonorum 28. Iunij 1579. coram S. D. N. tanto magis
cùm fuerit soluta certa summa magnam, vt inquit
Aretin. *in l. si ita quis §. certa solum. 4. de verb. oblig.*
mitius agitur cum eo, qui soluit partem, quàm
9 cum eo, qui nihil soluit: sed omisso isto capite
ex aliis duobus fundamentis, quæ ego præsupponebam in facto pro veris, Domini concluserunt non esse locum purgationi moræ.

Primum fundamentum fuit, quod res non est
integra; nam deputati à congregatione generali, quæ habet supremam auctoritatem, declarauerunt, quod solùm volebant acceptare trãsactionem quantum ad scuta 1600. cũ istis cõditionibus, quatenus Camilla, & Constantius ratificarent infra mensem, & solutio istius summę
posset fieri ex bonis hæreditatis, & non aliàs,
quæ clausula, *& non aliàs* non secuta ratificatione Camillæ, & Constantii infra mensem, haber
10 vim resolutionis contractus, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 8. glos. 6. nu. 2. & de retract. conuent.*
§. 4. glos. 7. num. 14. præsertim cùm postea pro eorum parte fuerit acceptata caducitas, & stante
11 resolutione contractus non est amplius locus
purgationi moræ, Put. *decis. 66. lib. 3. & decis. 11. de transact.* Ant. Aug. *cod. tit. §. vis.* Grat. *respons. 93.*
num. 61. lib. 1. & fuit resolutum in causa Vrbeuetana deuolutionis 15. Iunii 1579. coram bon.
mem. Domino Brauo.

12 Quod dicebant Domini tanto magis procedere quia Congregatio generalis nunquam
reuocauit declarationem factã à deputatis ab
ea, quod societas volebat solùm acceptare trãsactionem quantum ad summam scutorũ 1600.
& sine ista reuocatione, non possunt hodie officiales impugnando factum Congregationis
generalis petere obseruantiam transactionis, &
purgationem moræ. *cap. cum inferior de maior. & obed. clem. ne Romani de elect. glos.* Bart. Bald. Paul.
& alii *in Authen. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer.* Paris. *cons. 118. num. 6. lib. 1.*

13 Aliud fundamentum fuit, quod ius Camillę,
& Constãtio est effectum deterius, tum propter
expensas factas in litibus coram diuersis Iudicibus, Gozzad. *d. cons. 57. num. 18.* tum etiam quia
iuxta formam transactionis societas debebat
eis soluere scuta 1600. vel tradere domum, pro
vt ipsis magis expediebat, & ipsi elegerunt domum, & propter retinentiam societatis, non
potuerunt eam habere nec percipere pẽsiones,
quas percepissent, si domus eis fuisset tradita.
Vnde cùm propter culpam societatis ius ipsorum sit effectum deterius, & societas non offe-
14 rat eis soluere interesse passum, immo prætendat, quod certæ summæ pecuniarum, quæ eis
fuerunt solutæ ponantur in computum dictæ
summæ scutorum 1600. etiam attenta æquita-
15 te Canonica, non est purgationi moræ locus,
Ias. *consil. 82. numer. 5. libr. 2.* Gozzad. *d. consil. 57. numer. 18.* Ant. Gabr. *dicto consil. 1. n. 14.*

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Anconitana Terrarum, Lunæ 10.
Aprilis 1581.

SVMMARIVM.

1 *Defensionem suscipiens, præsumitur suscipere ex antecedenti obligatione, & interpellatus.*
2 *Mora inducitur ex sola scientia litis postquam quis effectus sit maior.*
3 *Mora inducitur absque interpellatione, vbi adest iuramentum.*
4 *Scientia præsumitur etiam non subsequuta denunciatione, vbi adest iuramentum.*
5 *Emptor non debet carere re, & pretio, & pati damna.*

DECISIO CCLXXXIII.

DOmini tertio steterunt in decisis ex allegatis, tum etiam quia hic constat de sciẽtia fratrum de Gozzis præsumptiuè, & verè
præsumptiuè ex eo, quod Communitas potuerit ab initio suscipere litis defensionem, ad quã
tenebatur, ex antecedenti venditione facta A-
1 loysio, & præsumitur ad eam venisse interpellata à fratribus de Gozzis ex præcedenti obligatione erga Aloysium, & eius hæredes, non autem ad instantiam Ioannis Dominici cui nihil
erat promissum, nec obligatum, argumento eorum quæ tradit Soccin. *cons. 15. num. 7. libr. 4.* verè
præterea constat ex litteris anni 1565. & nunc
præsuppositis, ex quibus resultat, quod quam-
2 diu filii Ioannis Dominici fuerunt minores, sola scientia litis absq; denunciatione constituat
in mora venditorem, postquam verò fuerũt ef-
3 fecti maiores propter iuramentum absque denunciatione, constituat in mora venditorem,
postquam verè fuerunt effecti maiores propter
iuramentum, & de scientia idem sit dicendum,
4 etiam non subsecuta denunciatione, Couar.
var. resolut. lib. 3. cap. 17. nu. 4. & 5. præcipuè cùm
Zerbina agat vigore primæ obligationis, vt res
sibi libera tradatur, Aym. *cons. 83. num. 4. cum aliis aliàs allegatis.*

Nec obstat, quod iura Ecclesię non sint effecta
deteriora, cùm Ecclesiæ actiones non sint spolii vitio, & nullitatis, & iniustitiæ affectæ, quas
hæredes Aloysii poterant exercere, interim tamen Zerbina non debet carere, & pretio, & pati damna, & interesse expensarum, quas acerri-
5 mè defendendo eas hucusque, cùm ex his quæ
constant in actis nihil intentatum amisisset
pro defensione iuris sui, & auctorum suorum
parte aduersa non informante, oretenus dixerunt Domini se stare in decisis.

R.P.D. ORANO.

Romana fructuum dotis, Veneris 15.
Nouembris 1596.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis, qui debentur mulieri dotata, & nu-*

pta post moram debentur ratione alimentorum.

2 *Statutum Vrbis antiquum cap.78. lib.1. non considerat moram promittentis, sed solum, quod dos non fuit soluta.*

3 *Mulier statim atque transiuit ad obsequia viri debet ali ex dote.*

4 *Mora regularis dicitur incursa, quando fuit facta promissio ad certum tempus, mandato, & cum obligatione de soluendo interesse.*

5 *Mora irregularis dicitur incursa per promissorem dotis, quando illam non soluit in tempore, & maritus sustinuit onera matrimonij.*

6 *Statutum nouum non extenditur ad actus, qui ortum habuerunt ante emanatum statutum.*

7 *Interpellatio, quam requirit statutum Vrbis adhoc, vt fructus currant mulieri, intelligitur, quando dos repetitur ab haeredibus Viri.*

8 *Interesse dotis non solutæ dicitur dotis accessio.*

9 *Fructus dotis non exacti per maritum, possunt exigi per mulierem, cùm sint accessorij ad dotem.*

10 *Dotis exactio, quando fuit promissa ab extraneo, competit mulieri soluto matrimonio.*

11 *Ampliа, quod hoc casu mulier habet electionem, an velit contra heredem mariti agere, vel contra promissorem.*

DECISIO CCLXXXIV.

FVit resolutum altera tantum parte informante D.Federicum teneri ad fructus dotis
per q.Cardinalem Celium promissæ, & non solutæ D. Flaminiæ Celiæ de Sabellia, quia cùm
ipse sit hæres Cardinalis, qui fuit in mora soluendi dotem, intrat dispositio statuti vrbis, *cap.*
1 *78.lib.1. & cap.20.lib.4.* taxatis interusuriis ad rationem septem cum dimidio pro quolibet
centenario ratione alimentorum, quæ debentur mulieri dotatæ, & nuptæ cui dos soluta
non fuit, Paris. *cons.64.nu.3.lib.4.*

2 Neque refragari, quod prætendatur statutum exigere moram promittentis, quia *cap.78.*
non considerat moram promittentis, sed solum quod dos nõ fuit soluta: eo enim ipso, quo mu-
3 lier trãsiuit ad obsequia mariti debet ali ex dote, *l.pro oneribus.C.de iure dot.* & cùm promissio
de illam soluendo iuxtà certum tempus, fuit facta medio iuramento cum obligatione aliàs
4 de soluendo, damna, & interesse, dies interpellauit pro eo, per quam incursa fuit mora regu-
laris, *l.magnam C.de contrah. & committ. stipulat.*
5 & etiam Irregularis, ex quo maritus sustinuit onera matrimonii iuxta æquitatem, *l.curabit C.*
de act.empt. Alexan.*cons.147.n.4.lib.5.* de communi Bero.*cons.129.n.7.& 11.lib.3.*

6 Nec ad rem facere statutum nouum *cap.137.* *lib.1.* quod videtur requirere Iudicialem interpellationẽ, nam si fuerit ante illius editionem contracta mora, patet illud nõ applicari, ex traditis per Bar. *in l.omnes populi num. 44. de iust.& iure*, vbi quando actus est perfectus in se, sed pendet ratione effectus ad illud statutum, vel lex morte non porrigitur sicut, quando statutum inducit exceptionem, & exceptio causatur tempore cõtractæ obligationis statutum talem exceptionẽ ad cõtractus præteritos nõ extẽdit.

7 Vltra, quod statutum volens interpellationem fieri à muliere repetente dotes suas ad effectum, vt fructus ex mora sequatur, loqui videtur in terminis, quibus repetatur ab hæredibus mariti defuncti, Alexan.*cons.72.lib.2.nu.10.*

8 Nihil etiam obstare, quod dos fuerit promissa viro, quia cũ istud interesse sit dotis accessio, DD.*in l.marito.§.fin.* & ibi Rom.*nu.31.ff.solut.ma-*
9 *trim.* idcirco dotem sequitur. Vnde cùm maritus illud non exegerit remãsit in credito dotis, & consequenter ad D. Flaminiam cum dote remansit, Guid.Pap.*decis.57.* Boer.*decis.328.num.2.* Cephal.*cons.458.nu.113.lib.4.* maximè stante iuramento, quod facit, vbi competat actio etiam non obtenta ab hæredibus, secundum Alexan. *in cons.207.n.5.lib.7.* & dicit *in l.possessio. §.1.col.2. de acquir.poss.* præterea extra tempus, quo D.Flaminia à marito alimẽta habuit, & sic postquam per eius mortem solutum fuit matrimonium, cùm dos fuerit promissa ab extraneo, videlicet à patruo, & non soluta, competit mulieri pro
10 ea actio, Bald.*in l.1. §.accedit nu.2. C.de rei vxor. act.& per l.si extraneus.ff.de iure dot.* habetque electionem an velit contra heredem mariti age-
11 re, vel contra promissorem, Paris.*cons.93. nu.2.& & 3.lib.2.* contra hæredem quidem, quia illam auctor hæredis cùm non exegerit videtur fuisse in culpa, Aym.*cons.304.nu.2.* contra autem promissorem, quia eo casu videtur sibi stipulata, Bald. Nouell.*de dot.part.8.priuil.6.*

R. P. D. IVSTO,

Romana Appaltus, Lunæ 15. Ianuarij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Camera Apostolica contrahens mediante Chirographo Papa, vtitur iure communi.*

2 *Amplia, quid, quo ad iuris effectum, dicitur factus à Papa, & nu.7.*

3 *Locator, qui promisit manutenere, & non manutenuit, dicitur non adimpleuisse.*

4 *Exceptio, quæ obstat principali, obstat etiam alio habenti causam ab eo.*

5 *Conductor, qui non potuit vti re locata facto locatoris, potest agere non solum ad interesse lucri cessantis, sed etiam damni emergentis.*

6 *Qui habet actionem, multo magis habet exceptionem.*

7 *Qui tenetur ad interesse, si agit ad aliquid consequendum, potest exceptione repelli.*

8 *Locator tenetur remouere impedimentum ad hoc, vt conductor vti possit re locata.*

9 *Euictio, quæ processit ex facto Principis non suffragatur, quando fuit contractum cum ipso principe.*

10 *Gabella potest semper per Principem extingui.*

DECISIO CCLXXXV.

SIxtus V. erexit gabellam, seu datium cirteiatorum, vt aiunt, & gabella illamque Hospitali mendicantium, pro eius subuentione vni-
1 uit, & applicauit, & Camera Apostolica Bartholomeo Bonoamico locauit ad nouennium, qui soluere promisit annuum affictum conuentum. Innocentius Nonus eandem gabellam, seu datium confirmauit, & S. D. N. à Bonoamico appellatum perpetuo sustulit, & extraxit cum obligationibus, & applicationibus, seu assignationibus aut aliisquibuscunq; depositionibus,

nibus,& quorumcunque etiam Piorum locorũ
factis,tam à Camera,quàm à quibuſcunque of-
ficialibus.

Verùm dum affictus durabat in ſuo robore
Bonamicus remanſit debitor certæ ſummæ pro
ſolutionibus decurſis,quas Bonamicus prætendit retinere, & compenſare cum damno ſibi
prouenięte ex dicta extinctione appaltus, quia
Camera Apoſtolica promiſerat manutenere,&
cauſa introducta coram Illuſtriſſimo; & Reuerendiſſimo Cardinali Montealto protectore
Hoſpitalis,ſiue coram Iudice deputato placuit
habere votum Rotę,& propoſito per me dubio
vtraq.parte informante 15.Ianuarij 1596.an Bartholomeus cogi poſſit ad ſolutionem dictorum
terminorũ, Domini amplexi ſunt partes negatiuas in fauorem Bonamici, quia eadem exceptio,quæ obſtat Camerę,obſtat etiam Hoſpitali,
verùm Camera,quæ repræſentat Principem,in
hoc caſu contraxit mediante Chirographo Papæ,& vtitur iure communi, Bald. *in l.ex imperfecto.C.de teſtament*.Card.*conſi*. 147. *colum. penult.*
obſtaret exceptio non adimplementi,quia pro-
2 miſit manutenere, & non adimpleuit, *l. Iulianus.§.offerre,de action.empt.* Aymon *conſ*.141.*num.*
3 10. idcirco competit contra Hoſpitale, quod
vtitur iure Cameræ, *l. ex qua perſona, ff. de reg. iur.*

4 Quinimo Bonamicus poſſet agere non ſolum
ad intereſſe damni emergentis, ſed etiam lucri
ceſſantis,quia facto Cameræ, vel Principis non
potuit vti rebus locatis,*l.ſi in lege,§. ſi colonus.ff. locat.*Grat.*conſ*.75.*nu.* 1.*lib.* 1. & qui habet actio-
5 nem.multo magis exceptionem,*l.1.§.1.l. cui da-*
6 *mus.ff.de reg.iur.*Natt.*conſ*.77.*numero* 4. cùm igitur teneatur ad intereſſe, Socin. Iun. *conſil.* 156.
lib. 2. etiam repelli poteſt exceptione, *l. vendicationem.ff.de euict.* & facit deciſ. Caputaquen.
180. *part.* 1. cum alijs allegatis per informantes.

Nec controuertitur,quod Papa potuit appaltum extinguere prout extinxit,ſed dicitur,quod
cùm appaltus factus à Camera, quo ad omnem
7 effectum cenſeatur factus à Papa,ſecundũ Bald.
in l inter colonum per illum textum ff.de pign. Fel.
in cap.ſuborta, num. 1. *de re iud.* contra Cameram
8 competant exceptiones,& conſequenter Hoſpitale,quod tenebatur remouere impedimentũ,
Franc.Mar.*deciſ*.62.

9 Et ex his non applicantur, quæ deducũtur ex
*l.Lucius.de euictio.*quia contractus fuit initus cũ
Camera,& Princeps,& Hoſpitale nõ habet pinguius ius quàm habeat Camera. & Princeps,&
Hoſpitalis,& ſic non intrat *deciſ.*Put.381.*in cauſa Bononien.Palatij lib.*3.

10 Non obſtat, quod videatur extinctus appaltus,ſua propria natura, cùm videatur Bonamicus conduxiſſe,quatenus Gabella durauerit, &
non fuerit extincta,quę poteſt ſemper per Principem extingui,Fulgoſ. *in dict. l.Lucius.* Socin.*d. conſ.*156.Vnde non intraret euictiò, *l.1.C.cred.euict.pign.non deb.l.periculum.ff.de pign.*Natt.*conſi.*
38.quia S.D.N.nihil aliud fecit,niſi quod extinxit contractum inter Bonamicum,& Cameram
& priſtinam emendi,& vendendi ciuiliter reſtituit libertatem.

Vnde prædicta non applicatur,& intrat obligatio Camerę de obſeruantia,aliàs ad damna,&
intereſſe:& conſequenter obſtat Hoſpitali.

ILLVSTRISS. LVDOVISIO.

Romana Melioramentorum,Lunæ
16.Ianuarij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio implementi contra tertium opponi non poteſt.*
2 *Exceptio implementi opponi non poteſt, niſi quando agitur vigore illius inſtrumenti, in quo promiſſum eſt.*

DECISIO CCLXXXVI.

STrictè ad dubium,quo quęritur, An Scarlatto, & Cellino agentibus vtili Saluiano Interdicto, obſtet exceptio non implementi, fuit
reſolutum non obſtare, quia ipſi non veniunt
contra illos de Cibo in vim contractus initi cũ
Ioanne conductore,neque ex eius perſona.

1 Vnde non poteſt eis opponi exceptio non implementi,quæ tunc demum intrat,quãdo quis
agit ex illo contractu, in quo obligatur adim-
2 plere,iuxta tradita per Cephal. *conſ.* 48.*num.* 42.
alioſque adductos per informãtes,& dixit Rota
in vna Romana executionis,ſeu non implementi 25.Iunij 1593. Agũt enim remedio *l.1.ff.in quib. cauſ.pign.vel hypoth.contrah.& l.interdum. ff. qui pot.in pign.hab.*

Quæ remedia ſi intrent,& an obſtent ea,quæ
contra prętenſam hypothecam opponuntur,erunt particulari dubio diſcutienda,quia nõ ſũt
præſentis inſpectionis in quo quęritur, an illis
obſtet exceptio non implementi. circa ea, quæ
fuerunt promiſſa Ioanni pro cuius reſolutione
ſufficit, quod non agatur ex contractu cum eo
inito,neque ex eius perſona per prædicta.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Romana Deuolutionis Vineæ.
26.Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio cauſatur ob non ſolutionem Canonis.*
2 *Deuolutione acceptata, & obtento mandato de capienda poſſeſſione poteſt Dominus capere poſſeſſionem,& inhibere emphytheutæ ne accedant ad bona deuoluta.*
3 *Deuolutio qualiter dicatur ſortita effectum.*
4 *Deuolutio habet locum etiam ſi Canonici ſint citati ad recipiendum reſponſiones, & non comparuerint ſi poſtea emphytheuta eſſet citatus ad ſoluendum in pecunijs,iuxta ſtilum Vrbis,& paſſus eſt contra eum relaxari mandatum, ac terminum ad ſoluendum ſuſceperit.*
5 *Mora non dicitur purgata per interpellationem factam procuratori ad lites non habenti facultatẽ recipiendi canonem poſt poſſeſſionem captam à Domino, & poſt executionem,& recognitionem in Dominum.*
6 *Amplia etiam ſi eſſet factum depoſitum.*
7 *Deuolutio non dicitur remiſſa ſi poſt adeptam poſſeſſionem fuerit à Domino obtentum mandatum pro canonibus decurſis,& expenſis taxatis.*
8 *Deuolutio non euitatur ſi pro vna parte fuerit ſolutus canon,& pro alia non.*
9 *Deuolutio inducitur ex noua caducitate vigore interpellationis facta tempore litis.*

10 *Depositum nihil operatur, quando extra tempus est factum.*

DECISIO CCLXXXVII.

PRoposita hac causa super deuolutione Vineæ, sub die 19. Nouembris 1597. Domini ex earum solita æquitate ordinarunt, quod augeretur
1 retur Canon in futurum, & soluerentur decursi vsque in illam diem, sed quia ab inde citra D. Ioannes Baptista sæpius interpellatus, & monitus nunquam potuit adduci ad obligandum se pro dicto augmento, & ad soluendum Canones decursos: instantibus Canonicis pro resolutione dubij, & ordine Dominorum meorum, de nouo causam proposui.

Et fuit per omnes Dominos resolutum factũ fuisse locum caducitati Vineæ stante mora Dominorum de Gottifredis, qui ab anno 1594. citra, & sic per biennium continuum, & vltra cessarunt in solutione Canonis, *l. 2. C. de iur. emphyt. Auth. qui rem. C. de sacr. sanct. Eccles. cap. potuit de locat.*

Præsertim quia non solum adest lapsus diei appositæ in concessione facta de anno 1551. sed etiam concurrit specialis interpellatio, & quidem geminata, & iudicialis cum relaxatione mandati executiui pro Canonibus decursis, cuius vigore post lapsum termini ad soluendum suscepti fuit facta executio, quæ etiam adhibita per Canonicos omni diligentia ob inhibitiones Rotales, & diuersa impedimenta præstita, nunquam potuit sortiri effectum, adeo quod licuit Canonicis postea de Mense Martij
2 1596. acceptare caducitatem, & ingredi possessionem Vineæ inhibentibus Dominis Bruto, & Ioanni Baptistæ eius filio ne ad eam accederent, glos. *in d. l. 2.* Dec. *cons. 146. num. 7.* Peregr. *decis. 30. lib. 1.*

3 Et ista acceptatio deuolutionis fuit sortita suum effectum quia Canonici citatis præfatis Dominis Bruto, & Ioanne Baptista obtinuerunt ex decreto Iudicis per peritos electos fieri separationem huius Vineæ ab alia contigua eiusdem Bruti cum licentia de faciendo sepem diuisoriam, & vlterius fuit eis concessum mandatum de manutenendo in possessione Vineæ, & fuerunt taxatæ expensæ litis, & pro illis relaxatum mandatum executiuum.

Et quod magis est, huic deuolutioni acquieuerunt tam Dominus Brutus, qui sub die 4. Iunij 1596. post captam possessionem à Canonicis recognouit Monasterium in dominum, & promisit illi respondere de fructibus etiam cum obligatione Camerali: quam etiam Dominus Ioannes Baptista, qui in executione mandati de manutenendo, sub die 14. Aprilis 1597. consignauit claues Vineæ executori, à quo fuerunt traditæ Canonicis, licèt postea de Mense Maij 1597. & sic longè post terminum, appellauit à mandato de manutenendo.

Non obstat, quod tempore vindemiarum anni 1595. Canonici interpellati à DD. de Gottifredis ad recipiendum responsiones de-
4 bitas ad Vineam non accesserint, quia non ideo excusantur à mora, cùm postea interpellati, & citati à Canonicis ad soluendum Canones in pecuniis iuxta consuetudinem Vrbis, illas non soluerint, & passi sint contra eos relaxari mandatum executiuum, quod etiam suscepto termino ad soluendum, nunquam potuit sortiri effectum suum ob diuersa impedimenta ab eis præstita.

Non obstat alia interpellatio procuratoria DD. Guttifredis facta sub die 20. Iulij 1596.
5 ad recipiendos Canones, quia ista interpellatio fuit facta procuratori ad lites non habenti facultatem recipiendi Canones, & post incursam, & acceptatam caducitatem, & possessionem illius vigore acquisitam, & recognitionem Monasterij in dominum, quo casu non est locus purgationi moræ post factam executionem, Roman. *cons.* 103. Dec. *cons. 146. numer. 4.* Afflict. *decis.* 174. & Iap. *in l. si insulam, nu. 38. de verb. oblig.* Gozzad. *cons.* 47. *sub numer.* 18. & adest decis. Caputaq. 223. *lib. 1. in manuscript.* & sæpius fuit resolutum in diuersis causis.

6 Et ex eadem ratione, non obstat depositum factum per Dominum Ioannem Baptistam in Montem pietatis sub die 17. Maij 1597. quia stante acceptatione deuolutionis per annum & vltra cum adeptæ possessionis recognitione Domini Bruti ex traditione clauium facta per Dominum Ioannem Baptistam in executionem mandati de manutenendo non fuit in emptore, nec sufficiens ad purgationem moræ post factam executionem ex allegatis.

Non obstat, quod Procurator Monasterij post declaratam caducitatem, & adeptam possessionem Vineæ obtinuerit mandatum pro Canonibus decursis, & pro expensis taxatis, quia
7 non ideo dicitur recessum à caducitate, cùm vltra Vineam debeantur Domino etiam Canones præteriti antea decursi, Clar. §. *emphyteusis, quæst. 10. vers. hæc tamen omnia*, quod etiam videtur fuisse de intentione procuratoris, qui eodẽ contextu obtinuit mandatum de manutenendo Canonicos in possessione Vineæ.

Non obstat, quod dicitur certam partem huius Vineæ fuisse occupatam à propugnaculis Vrbis, quia illa pars iam fuerat prædictis DD. Gottifredis restituta, & à quatuor annis, & vltra illam possederat, & non excusantur à caducita-
8 te, maximè cùm non soluerint pro alia parte nõ occupata, quam semper possederunt, ad not. per Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 8.*

Non obstat, quod gesta cũ Bruto non afficiũt Dominũ Ioannem Baptistam filium donatariũ Vineæ, quia Ioãni Baptistæ etiam fuit intimata acceptatio deuolutionis cũ inhibitione ñe ad Vineam accederet, & similiter ipso citato fuit per peritos facta separatio Vineæ, & data licẽtia faciendo sepem diuisoriam, & concessum Canonicis mandatũ de manutenendo in cuius executione ipse consignauit Notario claues Vineæ. Et tollit omnem difficultatem, quod lite pendente in Rota fuit pluriès citatus, & monitus ad soluendum Canones decursos, & se obligandum pro augmento à Dominis ordinato, quod nunquam facere voluit etiam non obstãte decreto R. P. D. mei Otani, ex ordine Dominorum sub die 4. Dec. prædicti super relaxatione Vineæ, nisi infra 10. prædicta adimpleuerit,
9 & sic pro ista caducitate adest noua mora, quæ etiam de tempore litis consideratur, iuxt. *decis.* Capicc. 16. quam Rota approbauit, vt per Achill. *decis. 1. de locat.* Put. *decis. 426. lib. 3.*

Non

Non obstat citatio facta Canonicis in vindemijs preteritis ad recipiendum responsiones, & totum id quod debetur ex augmento per Dominos ordinato, quia Procurator Monasterij obtulit se paratum recipere citra remissionem caducitatis, & non solùm non fuit facta solutio quod etiam postea citatus expectauit decretũ Domini mei Orani, absque eo quod voluerit se obligare, vel aliquid soluere.

Non obstat obligatio, & depositum in Monte Pietatis vltimo loco factum, quia non fuit factum in tempore, sed dum causa erat in propositione ad euitandam resolutionem.

CAPVTAQVEN.

Decis.36.lib.2.in manuscriptis.

SVMMARIVM.

1 *Primum extremum probatur ex confessione principalis super positionibus facta.*
2 *Confessio Prælati non præiudicat Ecclesiæ.*
3 *Confessio Prælati præiudicat Ecclesiæ, quando est facta iudicialiter, per viam contentiosæ iurisdictionis.*

DECISIO CCLXXXVIII.

1 PRimum extremum probatur per confessionem Beneficiatorum, qui super positionibus respondendo fatentur Archipresbyterum fuisse in quasi possessione percipiendi certum quid ab eis ratione superioritatis, licèt regula-
2 riter confessio Prælati non debeat Ecclesiæ præiudicare, *c. præsertim, de test. in 6.* quia rector Ecclesiæ simplicis, & Collegiatæ per confessio-
3 nem iudicialem per viam contentiosæ iurisdictionis præiudicat Ecclesiæ, Abb. *in cap. dilectus, col. 1. de Cappell. Monac.* Dec. *cons. 474. colum. 2. num. 6.* Aegid. *cons. 498.* Abb. *cap. final. colu. penult. & vltima de præscript.* & ibi Feli. *col. penult. n. 14.* ita Domini concluserunt in vna Valentina iurisdictionis coram Domino Caputaq. 18. Aprilis 1554. fol. 100.

R.P.D. MARCO MONTIO.

Bononien. census, Veneris 20. Februarij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 113. generaliter loquitur, & generaliter de quibuscunque minoribus, etiam filiisfamilias intelligi debet, num. 1. & per aliud Statutum dicti lib. 1. cap. 151. declaratur vt numero 2.*
3 *Statutum de contractibus sine certa solemnitate non valituris, comprehendit etiam filios cum patre contrahentes.*
4 *Amplia in filio consentiente in contractu patris.*
5 *Impugnans contractum, quod non possit audiri, nisi prius restituat receptum ex eodem contractu, procedit vbi agitur de rescissione, secus autem, quando actus ex nullitate impugnatur.*
6 *Minor impugnans contractum à se factum non tenetur restituere quod recepit, nisi probetur inde factum locupletior.*
7 *Contractus à minore sine solemnitatibus vtiliter gestus, est validus ipso volente.*
8 *Vtilitas contractus minoris sine solemnitatibus celebrati, ad hoc vt contractus sustineatur, debet esse euidens.*
9 *Filiusfamiliàs eo ipso, quod pro patre fideiubet, dicitur læsus, & restituitur.*
10 *Creditor tenetur præstare alimenta debitori carcerato, & inopi.*
11 *Filius alienans bona propria, vel fideiubens pro patre excarcerando non restituitur.*
12 *Limita quia si statutum annullat contractus minoris sine certa solemnitate celebratos, filius non eget restitutione.*
13 *Minor dum contrahit ad hoc, vt contractus sustineatur, non solum requiritur iusta causa, sed etiam obseruatio solemnitatum statuti, aliàs potest contractum impugnare, etiam quod causa fuerit iusta, & num. 14.*
15 *Minorum in rebus non sat est aliquid rectè fieri, nisi etiam fiat.*
16 *Filiusfamiliàs cùm se obliget pro patre excarcerando requiritur iusta causa, & obseruantia solemnitatum statuti, & num. 19.*
Pupillus si fame laboret poterunt eius bona vendi, sed non sine debitis solemnitatibus, dicto numero 16.
17 *Actus licet considerato fine sit laudabilis, ratione tamen modi potest esse factus imprudenter, & inutiliter, ideo cùm minor contrahit necesse est, vt omnia examinentur coram Iudice cum interuentu coniunctorum.*
18 *Crot. cons. 74. num. 8. & seqq. declaratur.*
20 *Statutum de solemnitatibus non habet locum, vbi adest causa necessaria.*
21 *Alimentorum præstatio, & excarceratio patris à pari procedunt.*
22 *Causa ad hoc, vt dici possit necessaria in obligatione minoris debet esse præcisa, vt ex ea minor compelli possit.*
23 *Filius non potest cogi ad liberandum patrem à carceribus, si autem liberat, laudandus est.*
24 *Filius non liberans patrem à carceribus potest exheredari.*
25 *Alimentorum causa, & excarcerationis æquiparantur in hoc, quod vterque dicitur pia, sed in reliquis non.*
26 *Filius, qui vix habet tot bona, ex quibus ipse alere se potest, non tenetur alia vendere, vt patrem liberet à carceribus, nec minus, vt alimentet.*
27 *Solemnitates non sunt necessariæ in obligatione pro dote, nec in causa pia.*
28 *Intellige in muliere maiore dotante, non autem in minore.*
29 *Dos est de iure specialiter priuilegiata, vt pro ea mulier obligari possit, sed in minore id esse dispositum non reperitur, & nu. 30.*
31 *Minor contrahens sine solemnitatibus, nec naturaliter obligatur, vel saltem impeditur effectus obligationis, & nu. 32.*
33 *Minor obligatus sine solemnitatibus, non impeditur solutum repetere.*
34 *Repetitio indebiti licèt regulariter impediatur per obligationem naturalem, tamen non procedit in eo, qui soluit per errorẽ iuris, aut facti probabilis.*
35 *Error iuris in obligatione minoris est probabilis, & minor excusatur, præcipuè cùm agitur de damno euitando.*

DECISIO CCLXXXIX.

DOmini steterunt in decisis die 17. Martij proximè præteriti, videlicet cessionem

& extinctionem census non obstate Annibali
ex rationibus in decis. deductis: quibus non ob-
1 stat, quod statutum Vrbis *lib. 1. cap.* 113 loquitur
in minoribus patre carentibus, nam quinimo
generaliter loquitur, ideoque generaliter de
quibuscunque minoribus debet intelligi, & si
quæ subesset ambiguitas, illa declaratur per a-
2 liud statutum *eodem lib. cap* 151. vbi in contractibus minoris constituti in patria potestate requiritur, vltra patris præsentiam consensus, & approbatio duorum coniunctorum, ex linea materna, quod enim illorum statutorum detur concursus, aliàs Rota sensit, & fuit dictum in decisione.

3 Non obstat, quod dispositio statutaria non habeat locum in patre contrahente cum filio: nam vltra, quod contraria opinio forsan est magis communis, & magis vera, ex deductis per Ias. *cons. 69. num. 5. & seq. lib. 2. & in l. pactum, num. 5. C. de donat.* Bened. *in cap. Raynutius in vers. duas habens filias nu. 256. de testamen.* Callan. *super consuet. Burgunden. rub. 4. §. 1. in verbo contract entre les vifs, num. 37.* Boer. *super consuetud. Burricen. tit. 1. §. 4. glos. 6. vers. sed quid si pater.* Alciat. *de præsum. pt. reg. 1. præsumpt. 2. num. 5* Tiraquell. *de legib. connub. glos. 11. num. 115.* remanet præterea data in
4 decisione responsio, quod Annibal non contraxit cum patre, sed cōsensit patri contrahenti, cum Camera, & ad hoc vltra allegationes bene Eugen. *cons. 88. nu. 51.* cuius dictum probauit Rota in his terminis in causa Romana releuationis indemnitatis 22. Martij 1602. coram R.P.D. Ottinbergo.

5 Non obstat, quod prætenditur contractum fuisse vtilem Annibali, ideoque non posse per ipsum impugnari, nisi restitutis receptis, nam regula habet locum vbi agitur de rescissione; secus autem quando actus ex nullitate impu-
6 gnatur, vt fuit sæpe decisum. Deinde minor non tenetur restituere, quod recipit, nisi probetur inde factus locupletior, ex cumulatis per Riminald. Iun. *cons. 5. nu. 76.* sed in isto casu cessant ista omnia, quia Annibal nihil recipit, nec illi fuit vtilis contractus; vltra quod illud, quod dicitur contractum vtiliter à minore gestum
7 esse validum absque solemnitatibus, procedit iuxta receptiorem opinionem, minore ita valente, Put. *decis. 2. lib. 1.* Gabr. qui alios allegat,
8 *cons. 20. num. 66. & seq. lib. 2.* Atque in omnem euentum vtilitas debet esse euidens, vt fuit considetatum in causa Camerinen. prædij 10. Nouembris 1597. coram bon. mem. Seraphino.

9 Hic autem tantum abest, quod detur euidens vtilitas Annibalis, quin potius filiusfamiliàs regulariter eo ipso, quod simpliciter pro patre fideiussit, dicitur læsus, & restituitur, *l. 1. C. de fil. famil. min.* Soc. Iun. *cons. 47. num. 7. & 8.* Pedroc. *cons. 25. num. 6. & 7.* & quomodocunque consideretur cessio, quam tractamus, fuit minori enormiter læsiua, nec vtilitas reperitur alibi, quàm ex parte Cameræ Bonon. quæ cùm haberet debitorem, qui nullo modo erat soluendo, & qui capitis maximam diminutionem erat
10 passus, ita vt siue rem, siue æstimationem spectemus, nihil proficeret Camera illum in carceribus retinendo, sed potius damnum sentiret ex alimentis illi de necessitate præstandis, iuxta glos. *in l. final. in verbo agnoscere. C. de erog. mil. an. lib. 12.* Afflict. *decis. 71.* excogitauit nihilominus modum, per quem extenuissimam filijfamilias minoris substantiam aliquam, seu crediti partem consequeretur, quam nec sperare quidem potuisset ex paternis facultatibus, licèt insuper, & ad abundantiorem cautelam, sibi cam meliorem illorum casuum, & Theodosij debitoris pinguiorem fortunam reseruauerit, & obligauerit, quo nomine magis læsiua existit Annibalis cessio, cùm adempta illi foret omnis spes indemnitatis.

11 Non obstat, quod filius fideiubens, aut alienans bona pro patris excarceratione, exercet officium pietatis, & facit actum, quem quilibet pater familiàs, & non maior faceret, ideoque non est restituendus, Aretin. *in l. 1. circa fin. C. de fil. famil. minor.* Odd. *de restit. in integr. quæst. 23. nu. 52.* etenim non concludit ista illatio, cessat resti-
12 tutio de iure communi, ergo non intrat dispositio statuti, quia cùm statutum procedebat an-
13 nullando contractum, minor non indiget restitutione, nec hodie prætenditur, quod causa cessionis iusta non fuerit, sed dicitur vltra illam iustam causam requiri etiam solēnitates statutarias, quæ hic deficiunt, & si laudatur Annibal, quod liberando suum patrem fecerit id quod
14 fecisset quilibet bonus pater famil. non debet illi vitio verti, si iterum eādem personam boni, & prudentis patris famil. assumens se ipsum liberare ab egestate contendit, & si vtitur sorte sua, qua effectum est, vt in hoc contractu Camera sibi non cauerit adhibendo solemnitates à statuto requisitas.

15 Solet quippe dari regula, quæ probatur *in l. non solum. §. final. ff. de ritu nupt.* non esse satis in rebus minorum aliquid rectè fieri, nisi etiam ri-
16 tè fiat, & in terminis huius controuersiæ fuit in decisione allegatus Bald. *cons. 213. lib. 2.* vt ad validitatem obligationis à filio factæ pro patre excarcerando, dicitur quod præter illam iustam, & rationabilem causam requirebantur etiam solemnitates, si etiam pupillus famæ laboraret poterunt vendi bona eius, sed non sine solemnitatibus, vt per Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 45. num. 2.* vbi ait ita loqui glos. *in l. ob æs. C. de præd. minor.* & bene aduertit Odd. *dicta quæst. 23. num. 56.*

17 Quod licèt considerato fine actus sit laudabilis, ratione tamen modus potest esse factus imprudenter, & iuueniliter, ideoque operę pretium est, vt omnia examinentur coram Iudice, & in præsentia earum personarum, quas statutum requirit, & quidē si cessioni fuissent pręsentes consanguinei Annibalis, qui nouerant conditionem, & facultates patris, & filij, forsan Camera non fecisset suas conditiones adeo bonas, nec sine aliqua ratione Annibal minor, qui consentire poterat Bononiæ, fuit adductus Romam, vbi consanguineos non habebat.

18 Non obstat Crot. *cons. 74. num. 8. & seq.* vbi dicitur non obstate statuto prohibente dotis alienationem, mulierem posse suæ dotis partem alienare pro marito excarcerando, omisso enim quod Crotus *in fine* dicit illo casu non fuisse alienationem, idoque non fuisse contrauentum statuto, ad hoc est aduertendum, quod ibi non dicitur alienationem dotis fieri absque so-
19 lemnitatibus statutarijs, totum enim illud
confi-

consilium fundatur in hoc dumtaxat, quod statutum esset irrationabile, si adimeret absolutè mulieri omnem facultatem subueniendi suo viro in necessitate constituto, id autem non applicatur casui nostro, quia non repugnat rationi naturali, quia filius, qui vult alienare bona sua pro patre excarcerando, id facere debeat eum debitis solemnitatibus, stant enim simul, quod causa alienandi sit iusta, & alienatio nihilominus sub certa forma fieri debeat, vt est receptissimum in contractibus Ecclesiæ, minorum, mulierum, & similibus.

20 Non obstat, quod dispositio statuti super solemnitatibus non habet locum, vbi adest causa necessaria, Verall. *decis.* 199. *par.* 3. Put. *decis.* 226. *lib.* 1. & 160. *lib.* 3. Alexan. *cons.* 115. *nu.* 7. *lib.* 6.

21 Quodque in hoc casu, causa excarcerandi patrem esset necessaria, cùm à pari procedant præstatio alimentorum, & excarceratio, ex allegatis per Surd. *decis.* 86. fuit enim in responsionibus datis additum, necessariam causam ad
22 hunc effectum intelligi eam, quæ continet propriam, & præcisam necessitatem, ad quam compelli quis possit, ex traditis per Tiraquell. *de leg. connu. gl.* 8. *num.* 197. & *seqq.* & Gabr. *cons.* 20. *nu.* 50. & *sequen.* talis autem necessitas non
23 adest in hoc casu, quia non reperitur iure cautum, quod, filius præcisè cogatur patrem excarcerare, siquidem lex laudat quidem, & commendat pietatem filij liberantis suum patrem ex carceribus, sed absolutè filium ad hoc faciendum non obligat, Bald. *eleganter in l. sed & si ideo in fine. ff. sol. mat. matrimon.* nec glos. *in cap. quinta Valln, in verbo exheredare, de iureiuran.*
24 aliud dicit, nisi quod filius potest exhæredari, si patrem non liberauerit, ideoque idem Bald. *in Auth. si captiui, num.* 8. dicit, nulla alia pœna, aut compulsione cogi, sed solummodo priuari successione, vt Calti. *consil.* 447. *volum.* 1. *in princip.* dicit patrem teneri redimere filium necessitate causatiua, quia aliàs priuatur illius successione.

Nec in prædicta decisione Surd. statui potest aliquod fundamentum, non solum quia ipse Surd. *in fine* dicit illam resolutionem sibi non placuisse, sed etiam quia ibi fuit petita facultas à Iudice alienandi dotem, & sic præsumitur fuisse seruatas solemnitates, quarum solum de-
25 fectu nititur in hoc casu Annibal, vt supra dictum est. Insuper nec illa paritas rationis inter alimenta, & excarcerationem facilè admittenda est, quod quidem DD. per Surd. allegat. dicût quidem causam excarcerationis in genere esse piam, & in hoc potest procedere paritas cum alimentis, verùm, quod vtraque causa sit æquè necessaria, hoc non dicunt dicti DD. neque dicere possunt propter differentiæ rationem manifestam, ad tradita per Cepol. *cons.* 27. *num.* 5. & *seq.* constitutus enim in carcere eùm habeat alimenta, à publico, vel à creditore, non habet illam præcisam necessitatem famis, quæ in necessaria alimentorum causa consideratur, quando bona stabilia minoris permittuntur alienari, propterea nec defuerunt DD. qui illam iustam alienationis causam intellexerunt in necessitate, & fame solius filij, vt aduertit idem Surd. *de alimentis tit.* 8. *priuileg.* 37. *præsertim num.* 6. tradit post Azon. *in summ. C. de bon. qua lib. num.* 12. & alios, ipsum patrem in quouis casu necessitatis non posse bona filij minoris alienare sine Iudicis decreto.

Ex quibus omnibus probatum remanet quòd tumvis iusta fuerit concessionis causa per Annibalem facta, non posse tamen euitari illius nullitatem, seu inualiditatem ex quo solemnitas statutaria seruata non fuit.

26 Nec prætermittendum est consanguineorum præsentiam, eo magis in hoc casu fuisse necessariam, quia cùm ipse Annibal vix haberet tot bona, ex quibus ipse se alere posset, multo minus tenebatur, illa bona alienare, nedum, vt patrem excarceraret, sed nec, vt illi præstaret alimenta, *ad l. præses. C. de seruit.* & *aq. l. Iulia.* §. *si quis omiss. caus. testam.* Bar. *in Auth. res quæ num.* 4. *C. comm. de leg.* Afflict. *decis.* 205. *num.* 9. *glos. in l. si quis à liberis.* §. *fin. in verb. liberato. ff. de lib. agnosc.* Cordub. *in repet. einsdem legis in prin. num.* 40. & 42.

27 Non obstat, quod in causa dotis non sint necessariæ solemnitates statutariæ, vnde infertur idem esse dicendum in excarceratione, & alia qualibet causa pia, vt per Calcan. *cons.* 13. *num.* 4. & *seq.* Vltra enim, quod in dote versatur fauor publicus, fuit dictum prædictam conclusionem
28 procedere in muliere maiore, dotante, non in minore, vt latè per Gabr. *dicto cons.* 20. & illius
29 conclusionis ratio non est, quia dos non venit in generali dispositione, sed quia est in iure specialiter priuilegiata, vt pro illa muliere se obli-
30 gare possit, *l. promittendo de iure dot. l. fi. C. ad Vellean.* id autem in minore dispositum non reperitur, Lambert. *d. contract. mulier. gl.* 21. *n.* 4. & 5. Put. *decis.* 160. *lib.* 3.

31 Non obstat denique, quod per contractum cessionis Annibal fuit nulliter obligatus, ideoque solutum tanquam indebitum repetere potest, nam fuit responsum, quod minor contrahens sine solemnitatibus, nec etiam naturaliter obligatur, ex Tiraquell. *de leg. conn. glos.* 4. *nn.* 12. Lambert. *dicto tract. mulier. glos.* 16 *quæst.* 3. *nnm.* 5. & *sequent.* vel saltem impeditur effectus natura-
32 lis obligationis, *Ias. in l. si non sortem num.* 3. *ff.*
33 *sol. matrim.* Riminald. Iun. *cons.* 160. *num.* 10. ideoque minor non impeditur solutum repetere, Lambert. *dicto tract. in fine num.* 151. Accedit, quod regula, quę habet obligationem naturalē
34 impedire repetitionem indebiti soluti, nō pro-
35 cedit in eo qui soluit per errorem iuris, & facti probabilis, latè alios cumulans Lambert. *vbi supra num.* 150. error autem iuris in isto minore est probabilis, quia præsumitur, latè Menoch. *præsumpt.* 23. *n.* 19. *lib.* 6. & excusatur, Anchar. *cons.* 394. *in fine*, præcipuè cùm agatur de damno euitando, Surd. *cons.* 349. *nu.* 15. & 16. Riminald. Iun. *cons.* 462. *nn.* 4.

Atque ex his iterum Domini firmarunt cessionem, & extinctionem census non obstare Annibali.

ILLVSTRISS. MANTICA.

Placentina Saluiani Interdicti, Veneris 16. Iunii 1589.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum non competit contra creditorem habentem anteriorem hypothecam.*
2 *Instrumenta faciunt manifestam probationem.*

3 *Creditor ad hoc, vt succedat in locum anterioris creditoris, requiritur, quod hoc est actũ, & quod cessio fuerit facta antequam per solutionem sublata fuerit obligatio.*

4 *Limita procedere hoc habere locum, quo ad effectum agendi hypothecaria secus est quo ad effectum excipiendi, & retinendi, tunc enim sufficit pretium rei empta peruenisse ad creditores anteriores absque alia concessione, & conuentione.*

5 *Retentio competit soluenti, ex eo solum, quod pretiũ rei empta peruenerit in creditores anteriores, absque alia conuentione, & cessione.*

6 *Appellationis interpositio suspendit rem iudicatam.*

DECISIO CCXC.

FVit resolutum Gregorium posse retinere
domum, de qua agitur, atque ita placuit Do
minis recedendum esse à decisis, in hac parte,
quia Saluianum Interdictum non competit
1 contra creditorem habentem anteriorem hy-
pothecam, vt sæpius fuit resolutum, constat au-
tem Gregorium esse creditorem Belloni ante-
riorem, quàm sit Groppolus, nam hypotheca
Groppoli est de anno 1569. Gregorius autem
successit in locum creditorum, qui habebant
hypothecam de anno 1565. vt constat in instru-
mento depositi facti sub die 12. Ianuarij 1568. ad
fauorem Io. Baptistæ, qui cessit Guglielmo, cui
postea pecuniæ fuerunt à Gregorio solutæ ex
pretio domus sibi venditæ à Bellono, idemque
apparet ex alio instrumento mutui sub die 29.
Martij 1568. ad fauorem Abraham Hebræi, cu-
ius hæredibus à Gregorio similiter fuerunt so-
luta scuta quindecim, quod instrumentum fuit
nouissimè productum.

2 Neque verò de credito, nec de solutione du-
bitari potest, quia extant publica instrumenta,
quæ faciunt manifestam probationem, *cap. cum dilecti, & ibi not.* Abb. *num. 2. de donat.* Bal. *in l. imperator col. 1 de stat. homin. & l. interest. nu. 2. C. de solut.* Dec. *cons. 423. nu. 10. & seq.* Socin. Iun. *cons. 27. num. 10. lib. 3.*

3 Non obstat, quod ad hoc, vt quis succedat in
locum anterioris creditoris requiritur, quod
hoc actum sit. & quod cessio fuerit facta, ante-
quam per solutionem sublata fuerit obligatio,
Ripa *in l. si ventri §. eorum ratio num. 8. & 9. ff. de priuil. credit. cum alijs allegatis.*

4 Quia hoc locum haber, quo ad effectum agẽ-
di hypothecaria, diuersum est autem ad effe-
ctum excipiendi, & retinendi, tunc enim suffi-
5 cit pretium rei emptæ peruenisse ad potiores
creditores absque alia conuentione, & cessio-
ne, *l. qui à debitore. ff. qui potior. in pignor. ha ent. l. si potiores, & ibi Glos. C. de his qui in prior. creditor. locũ succed.* Glos. *in l. 1. in prin. in verbo desiderabit. ff. quib. mod. pignus vel hypothec. soluit.* & ibi Bar. & Salicet. & ita etiam tenet Alber. post Guid. de Suzar. *in l. cum prior. ff. de distract. pignor.* & hanc opinionem sequitur Neguf. *de pignor. membr. 3. part. 5. in princ. num. 3.* quam etiam humaniorem, & æquiorem profitetur Fulgos. *in d. l. cum prior*, & tanquam benigniorem, & magis communẽ amplectitur Rota Bunonien. vt per Benintend. *decis. 50. in fine*, & ita dicebant Domini fuisse sæpius resolutum.

Nec ad rem facit, quod huiusmodi credita anteriora non absumant pretium omnium bonorum, quia nunc agitur solùm de retentione domus, cuius pretium ascendit ad creditum prædictorum anteriorum creditorum.

Neque etiam refert, quod Gregorius hodie
non possideat, quia perinde habetur, ac si possi-
deret, siquidem pendet appellatio interposita,
6 quæ suspendit rem iudicatam, *cap. venientes de iure iur. cap. pastoralis. §. præterea de offic. delegat.* Abb. *in ca. vltim. nu. 6. de sequestrat. possess. & fruct. & in Rub. de appellat. num. 4.* & ibidem Felin. *& num. 4.*

ILLVSTRISS. MILLINO.

Romana societatum, Lunæ 29.
Ianuarij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Societas super vno officio, non potest contrahi, nisi vsque ad illius valorem, & non vltra.*

2 *Societas vltra valorem medietatis officij per prius contrahi non poterat, hodie vigore Bullæ Pij IV. vltra dictum valorem contrahi potest.*

3 *Societas officij non sustinetur in excessu valoris, nec in vim contractus.*

4 *Societas officij sustinetur, quia officialis facit socium conferentem pecuniam participem fructuum illius officij, & officium est subiectum societati.*

5 *Periculum societatis officij, communicatur inter socios, quia si moritur ille, qui dat pecunias, amittit capitale.*

6 *Officium non dicitur de regalibus, & potest pignorari.*

7 *Officium semper remanet integrum penes officialẽ, & consequenter remanet etiam subiectum societati.*

8 *Titulus officij non potest alienari sine consensu Papa.*

9 *Officia sunt in communi commercio, & possunt etiam in totum fructus communicari.*

10 *Socij plures, an possint super eodem officio admitti.*

11 *Obligatio ad interesse succedit in obligatione facti.*

12 *Socius admissus, officium est ei communicatum, & non est amplius communicabile.*

13 *Census vitalitij non sunt extinguibiles nec pecunia repeti potest, & sustinentur propter periculum vita.*

14 *Officium, cùm est in totum granatum, non existentibus fructibus, nihil remanet officiali periculo expositum.*

15 *Periculum cum periculo compensatur.*

16 *Societatis contractus non sustinetur in vim sponsionis cessante periculo vita, quia iustitia sponsionis, pariter est fundata super periculo vita.*

17 *Societas non sustinetur ad rationem census, cum capitale repeti posse, finitis sex mensibus, neque in vim contractus societatis, quando non adest periculum amissionis officij.*

18 *Societas sustinetur ratione periculi, & finito periculo, remanet purum mutuum, & nu. 19.*

20 *Societas super re aliena contrahi potest.*

21 *Officia non possunt subhastari, nisi cum magna difficultate, & cum licentia Papa.*

22 *Societatis contractus, sine officio redditur vsurarius.*

23 *Consuetudo est obtinenda in contradictorio iudicio parte opponente.*

24 *Consuetudo non inducitur ex sententiis difformibus.*

25 Con-

25 *Consuetudo non suffragatur in materia usura.*

DECISIO CCXCI.

HOnorius Trincius super suo officio mili-
tis Pij valoris scutorum 500. acceperat à
Lelio Bassiano diuersis temporibus plures pe-
cuniarum summas longè excedentes valorem
officij.

Dubitaui, an istæ societates officij fuerint va-
lidæ in totum, vel solum vsque ad valorem Of-
ficij, & Domini fuerunt concordes, quod socie-
tates officij initæ cum eadem persona, super
eodem officio, sustinentur solùm vsque ad valo-
rem officij, & non vltra.

Mouebantur primo propter cōstitutiones fel.
rec. Pauli IV. & Pii IV. in constitutione enim
Pauli IV. prohibentur cōtrahi societates officii
vltra medietatē valoris officii, & requiritur sup-
plicatio signata manu Papæ. Constitutio verò
Pii IV. continet moderationē illius constitutio-
nis, & permittit, vt in futurum contrahi possint
societates sine supplicatione, vsque ad valorem
1 officii, & non vltra. Et quamuis nō inueniatur
publicatio constitutionis Pii IV. tamen dice-
bant Domini, quod aut ista constitutio fuit pu-
blicata, & societates vltra valorem non susti-
nentur; aut non fuit publicata, & multo minus
sustinentur, quia si ista constitutio non habuit
effectum, remanet constitutio Pauli IV. prohi-
bens contrahi societates vltra medietatem va-
loris officii. Vltra quod si publicatio est neces-
saria in constitutionibus emanatis motu pro-
prio, illa est multū verisimilis, cùm ista cōstitu-
tio reperiatur registrata in secretaria Apostoli-
ca, impressa ab impressoribus Cameralibus, &
publicè vendita, & vsque ad hanc diem fuerit
semper allegata, in decisione causarū, & obser-
uata sine aliqua contradictione, & cessat secū-
dum Dominos omnis difficultas, quia in Pon-
tificatu Pauli IV. expediebātur super huiusmo-
di societatibus supplicationes, quæ vigore il-
lius constitutionis erant necessariæ, & post istā
constitutionem Pii IV. non fuerunt amplius
expeditæ iuxta formam istius constitutionis, &
2 societates fuerunt contractæ vltra medietatem
valoris officii, & ex ista obseruantia subsequu-
ta, satis apertè declaratur, quod constitutio Pii
IV. fuit publicata, & habuit effectum.

Secundo circumscriptis etiam istis Constitu-
tionibus, mouebantur Domini, quia ex dispo-
3 sitione iuris communis, istæ societates nō pos-
sunt sustineri in excessu, neque in vim contra-
ctus societatis, neq; in vim alterius contractus.

Quantum enim ad contractum societatis, no-
tissima est illius forma, quod partes ineūt socie-
tatem super officio, & officialis facit participē
fructuum eum, qui dat pecunias pro rata par-
te, quam partem propter incertitudinē fructuū
officii, & ad effectum euitandi labores compu-
torum, idem officialis conducit ad rationem
duodecim pro centenario, & ideo cùm dās pe-
cunias admittatur ab officiali in socium officii,
& ad participationem fructuum, in eo, quod
societates excedunt valorem officij, cessat offi-
cium, quod est subiectum societatis, & commu-
nicatio fructuum, quorum socius pecunias cō-
4 ferens particeps fieri possit, & consequenter si-
ne subiecto, & communicatione fructuum, non
potest consistere societas, *l. verum in fin. ff. pro so-
cio*, & 12. pro 100. percipiūtur ex pecunia, ex qua
non possunt licitè percipi fructus, & quamuis
officium nō pereat communi periculo, sed per
mortem officialis totum pereat damno ipsius,
contra naturam contractus societatis, tamē ex
5 hoc non sequitur, quod officium non sit subie-
ctum societati, quia pro maiori commoditate
contrahentium, periculum societatis inter so-
cios communicatur, si enim officialis moritur,
officium amittit, & è contra si moritur ille, qui
dat pecunias, amittit suum capitale, & sic in ef-
fectu compensantur pericula cum periculo.

6 Nec placuit Dominis, quod officia sint de re-
galibus, & non possint pignorari, vel obligari,
& ideo licèt societates absorbeant totum valo-
7 rem officij, officium semper remanet integrum
penes officialem, & consequenter remanet et-
iam subiectum societati, & res, quę possit com-
municari, quia per istum contractum non alie-
natur officium, sed socius admittitur solum ad
participationem fructuum, & in excessu nō re-
manent fructus, qui possint communicari. Præ-
8 terea licèt titulus officij nō possit alienari sine
consensu Papæ, ad effectum euitandi fraudes,
vt possit esse certus de vacatione; tamen respe-
ctu contrahentium, dummodo non mutetur
persona officialis, & remaneat periculum vitæ
9 in eadem persona, officia sunt in communi cō-
mercio, & possunt etiam in totum fructus cō-
municari, vt fuit dictum in causa Romana offi-
cii scriptoriæ 1. Aprilis 1588. coram R.P.D. meo
Pamphilio, & tanto magis per viam contractus
societatis, qui aliter iniri non potest, & permit-
titur à Papa etiam sine licentia.

Non obstat, quod sicut idem prædium, & fru-
ctus illius possunt vendi pluribus personis, ita
pariter super officio, & illius fructibus possint
10 admitti plures socij: quia inter istos duos casus
ratio diuersitatis est euidens. Quando enim ea-
dem res venditur pluribus, venditio est valida,
quia cùm vēditor teneatur solum tradere, & sic
ad factum, cuius loco succedit obligatio ad in-
11 teresse, si non potest secundo emptori tradere
idem prædium, vel fructus illius, soluēdo inter
esse liberatur; sed in societate secus est, quia nō
potest consistere sine officio, & eo ipso, quod
12 est admissus aliquis in socium, officium est ei
communicatum, & non est amplius communi-
cabile, & consequenter de tempore contractus
nihil remanet penes socium, quod possit alteri
cōmunicari, & super eo admittere aliū in sociū.

Quod verò non possint sustineri in vim alte-
rius contractus, fundamentum dominorū fuit,
quia in vim census vitalitii propter periculum
vitę æstimabile pecunia; iuxta *cons.* Oldrad. 107.
non potest sustineri, quia de natura istius cen-
sus vitalitii est, quod pecunia repeti non possit,
13 & sustinetur solum propter incertitudinem vi-
tæ, vt per Dec. *in cons. 125. sub num. 1.* & ideo cùm
dans pecunias ad societatem, possit illas repe-
tere elapsis sex mensibus, iste contractus est
contrarius naturæ census vitalitii; ratione ve-
rò assumpti periculi non potest sustineri, quia
quando officium est grauatum in totum non
14 existēre officio, nec fructibus, nihil remanet of-
ficiali periculo expositū, pro cuius assecuratio-
ne aliquid præstari possit, *l. nihil interest, & l. pr-*

riculi. ff. de nautic. fæno. & etiam quia nullum pe-
15 riculum transfertur in officialem pecunia æsti-
mabile, cùm periculum cum periculo compen-
setur, & cessante periculo non potest etiam su-
16 stineri in vim contractus sponsionis, quia iu-
stitia sponsionis pariter est fundata super peri-
culo, & licèt Sot. *de iust. & iur. lib. 6. quæst. 6. art. 2. colum. penult.* & Nauar. *consil. 29. num. 3. de vsur.* ui-
tantur solum iustificare istos contractus, ratio-
ne assumpti periculi, & assecurationis, & in vim
sponsionis; tamen vterque eorum præsupponit
existentiam, & capacitatem officij, & dubitant
solum de validitate istius contractus: quia non
potest reduci ad rationem census, cùm capita-
le possit repeti finitis sex mensibus; neque po-
test sustineri in vim contractus societatis, quia
17 socius iuxta naturam societatis, non subit pe-
riculum amissionis officij, & ideo patent illum
esse reducendum ad contractum assecuratio-
nis, vel sponsionis, sed cùm in isto contractu
periculum cum periculo compensetur, (vt di-
ctum fuit,) cessat eorum fundamentum, & cō-
tractus remanet licitus ex sui natura, & sustine-
tur ex lege societatis: neque eget iustificatione,
reducendo illum ad aliam speciem contractus,
quem contrahentes non intellexerunt inire, &
tanto magis cùm in vim illorum contractuum
non possit sustineri.

Tertio dicebant Domini non esse recedendū
ab hac opinione, quia vltra rationes, concurrūt
etiam auctoritates Doctorum: hanc enim opi-
nionem semper tenuit Rota, vt patet ex multis
decisionibus factis in hac materia, in causa Ro-
mana societatis de Fertis 6. Nouembris 1581. co-
rā R. P. D. meo Seraphino, in causa Romana so-
cietatis de Luchinis 14. Ianuarij 1575. coram Il-
lustrissimo Cardinali Blāchetto, & corā eodem
in alia Romana societatis 28. Ianuarij 1591. & 20.
Octobris 1595. & in alia Romana societatis 1. Iu-
lij 1596. coram R. P. D. meo Corduba, & decisio-
nes, quæ allegantur in contrarium, non tangūt
istum casum: & in eis semper præsupponitur
existentia, & capacitas officij.

18 Licèt enim iste contractus sustineatur ratio-
ne periculi, vt fuit resolutum in causis Roman.
compromissi, & Foroliuien. societatis coram
bon. mem. Episcopo Laurerano, & ideo cessan-
19 te periculo remanet purum mutuum & fructus
non debentur, vt fuit resolutum in causa Ro-
mana societatis coram bon. mem. Cardinali Lā-
cellotto. & Romana damnorum, coram Cotta;
tamen ex hoc non sequitur, quod societates su-
stineātur solum propter periculum sine officio,
& quod non requiratur existentia, & capacitas
officij: in causa verò Romana, seu Tusculana so-
cietatis, officium erat capax, & fuit solum reso-
lutum societatem sustineri, quia etiam super re
aliena potest contrahi societas in præiudicium
20 contrahentis, & præsertim cùm adesset proba
bilis ignorantia dantis pecuniam ad societa-
tem, quæ in hoc casu cessat: & alia decisio, quæ
allegatur in causa Romana societatis de Lu-
chinis. Quod à communiter accidentibus in-
spiciuntur potius fideiussores, quàm officia, quę
ad colorandum contractum, & euitandam v-
surariam prauitatem interponuntur, non facit
ad rem, quia licèt habeatur respectus magis ad
fideiussores, quàm officia; cùm officia non pos-
21 sint subhastari, nisi cum magna difficultate, &
de licentia Papæ, & à fideiussoribus sit facilior
exactio; tamen ex hoc non infertur, quod socie
tates sustineantur sine officio, & potius illa de-
cisio confirmat hanc opinionem, cùm admittat
22 contractum sine officio esse vsurarium, & sic
Rota numquam recessit ab hac opinione: quā
etiam sequuti fuerunt multi Iudices extra Ro-
tam, adhibito etiam consilio Theologorum, &
omnes recentiores, qui de istis societatibus scri
pserunt; & demum articulo diligenter discusso,
eadem opinio placuit Congregationi ad istum
effectum à Sanctissimo Domino Nostro institu-
tæ, cui interfuerunt quinque Illustrissimi Car-
dinales, tres Auditores Rotæ antiquiores, &
tres Theologi.

Non obstat, quod propter consuetudinem in-
eundi societates vltra valorem officij, isti con-
tractus sustinentur ex bona fide contrahentiū:
23 quia ista consuetudo non probatur obtenta in
contradictorio iudicio cum oppositione par-
tium, & effectuationi mandatum, prout proba-
ri debent, & constat de contrario ex decisioni-
bus factis in diuersis causis, secundum quas fuit
iudicatum.

24 Et consuetudo nō inducitur ex sententiis dif-
for. mibus, Alberic. *in l. quæsitum, §. si quod eadem. ff. de fund. instruct.* Aymon *cons. 96. num. 5.*

Vltra quod si probaretur, non releuaret, quia
consuetudo non suffragatur in materia vsuræ,
cap. quia in omnibus de vsur. & fuit latè deductum
25 in causa Romana societatis 2. Iunii 1570. coram
bon. mem. Cardinali Lancellotto.

ILLVSTRISS. PLATTO.

Perusina de Oddis, Veneris
25. Maij 1590.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit legatario pro rebus legatis.*

2 *Saluianum vtile datur cuicunque habenti hypothe-cam.*

3 *Actio, &c. speciale est in donatione, vt quæratur actio a seneri, in cuius fauorem donatur super re donata aliquid reseruat.*

4 *Amplia maxime procedere, quando donatio incipit à traditione vera, vel ficta per clausulā consti-tuti.*

DECISIO CCXCII.

Resoluerunt Domini competere D. Gentili Saluianum Interdictū contra tertios pos-
sessores bonorum de quibus agitur, & quod at-
tinet ad vsumfructum bonorum comprehenso
rum in testamento D. Restauri, res nullam visa
est habere difficultatem, quia Rota passim se-
quitur eam opinionem quæ vult, quod pro bo-
1 nis legatis competat legatario Saluianum Inter
dictum, vt fuit dictum coram me in causa Stri-
gonien. legati 20. Iunii 1588.

Quo verò ad bona comprehensa in donatio-
ne difficultas reducebatur ad id. An ex clausulis
instrumenti donationis resultaret aliqua hypo-
theca ad fauorem D. Gentilis cùm Saluianū vtile
2 datur cuicunque habenti hypothecam, *l. 1.* vbi
Bart. *ff. de Salu. Interd.* & ita Rota seruat; cōclu-
sum autem fuit ex instrumento donationis re-
sultare hypothecam ad fauorem D. Gentilis

In prin-

In ptincipio enim instrumenti Restaurus do-
nans, obligat omnia sua bona præsentia, & futu
ra pro obseruatione omnium, & singulorũ con
tentorum in eodem donationis instrumento, &
in fine promittit omnia, & singula perpetuo ob
seruare sub hypotheca, & obligatione omniũ,
& singulorum bonorum suorum; quamobrem
cùm inter alia disposita, & promissa in donatio
ne sit etiam vsusfructus bonorum alienandorũ
reseruatus ad fauorem D. Gentilis: reliquum
est, vt pro obseruatione istius reseruationis v-
susfructus hæc bona, quæ tunc erant Restauri,
censeantur hypothecata, & per consequẽs pro
eorum possessione consequenda competat D.
Gentili Saluianum Interdictum.

Non obstat, quod D. Gentilis tempore dona-
tionis esset absens, nec Horatius fuerit pro ea
stipulatus, quia vltra quod donatarius eius ma-
ritus stipulatus est pro se, ac his, quibus ius suũ
concesserit, & per consequens stipulatus fuit
pro Dom. Gentili, cui de expresso eius consen-
su reseruatus est vsusfructus bonorum aliena-
3 torum: speciale etiam est in donatione, vt quæ-
ratur actio absenti, in cuius fauorem donator
super re donata aliquid reseruat. *l. quoties. C. de
donat. quæ sub modo*, quod non habet difficultatẽ,
4 cùm donatio incipit à traditione vera, vel ficta,
scilicet per clausulã *constituti*, vt in casu nostro,
per ea quæ latè tradit Couar. *variar. resolut. lib.
1. cap. 14. num. 2.*

Ad alia non est opus respondere, quia tollũ-
tur ex prædictis, & omnibus bene respondent
informantes pro D. Gentili.

R. P. D. ORANO.

Romana Pecuniaria, Lunæ 4. Maij 1587.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecam specialem sibi reseruans præfertur omni-
bus alijs creditoribus, etiam anterioribus.*

2 *Amplia procedere etiam, quando emptor constituit
specialem hypothecam.*

3 *Ablatiuum absolutum importat conditionem.*

4 *Hypotheca specialis cessat secuta solutione.*

5 *Hypotheca specialis reseruari potest, & super ea so-
cietatem coire, & reseruatur prælatio.*

6 *Pactum, & conditiones in venditione apponi
possunt, nec prohibentur, & dicuntur pars pre-
tij.*

7 *Hypotheca specialis, quando in obligatione repetita
est censetur cum omnibus suis qualitatibus, &
priuilegijs prælationis repetita.*

DECISIO CCXCIII.

PRoposita fuit iterum quæstio, An reserua-
tio hypothecæ, de qua in instrumento ven-
ditionis domus suffragetur D. Thomæ Palaui-
cino, ita quod præferendus sit cæteris credito-
ribus Cellesij, in qua domini vnanimiter respõ-
derunt affirmatiuè, & ratio fuit, quia cũ dictus
Thomas in venditione domus pro residuo pre-
tij super domo vendita reseruauerit sibi specia-
1 lem hypothecam, præferendus est alijs credito-
ribus, etiam anterioribus, iuxta textum in *l. licet.*
vbi Bar. Bal. Salic. & alij. *C. qui pot. in pign. habea.*
latè Neguf. *de pign. in 2. membr. 5. part. num. 15. &
num. 19.*
2 Id quod habet locum non modò, quando vẽ-
ditor sibi reseruat specialem hypothecam, sed e-
tiam quando emptor constituit specialem hy-
pothecam, nam in hoc nulla potest constitui di
uersitas, cùm sufficiat quælibet conuentio su-
per specialem hypothecam. Neguf. *de pignor. d.
memb. num. 18.* quod autem Thomas voluerit sibi
in reseruatam specialem Hypothecam esse,
constat ex tot reseruationibus geminatis, vt ex
constitutione specialis hypothecæ apposita in
fine instrumenti, adeo quod reseruatio inest in
ipso contractu venditionis, quia vendidit reser-
3 uatis, &c. qui ablatiui absoluti important con-
dictionem. Nec obstat, quod hæc hypotheca
videatur extincta per contractum societatis i-
nitum super residuo pretij venditionis, ex
quo contrahentes videntur id egisse, vt per
contractum societatis, non amplius remane-
ret debitum ex causa pretij domus, sed ex cau-
sa societatis, ad not. per DD. *in l. singularia. ff. si
4 cert. petat.* quo casu cessat specialis hypothe-
ca, quæ competit tantum ratione pretij, *ad l. li-
cet.*

Nam responsum fuit, quod cùm omnia fue-
rint vnico contextu gesta in ipsa venditione,
& traditione, etiam quod dici posset pretium
fuisse solutum, nihilominus potuit venditor in
ipso contractu venditionis inire societatem, &
5 in ea reseruare sibi specialem hypothecam
super domo, si enim aliquis in ipsa traditione
potest reseruare hypothecam in fauorem tertij
creditoris, ita vt præferatur cæteris, multò sanè
magis potest hoc ad sui fauorem facere, cùm
quilibet in traditione rei suæ, & in venditione
possit apponere pacta, quæ non reperiũtur pro-
6 hibita, quia huiusmodi pacta dicũtur pars pre-
tij, Bal. *in l. nulla, num 9. C. de iure dot.* Soc. *cons. 75.
num. 2. lib. 4.* & nihilominus quatenus debitum
ex causa pretij fuisset transfusum in debitum
ex causa societatis, non potest dici ex hac noua
tione fuisse inductam specialis hypothecæ re-
nunciationem, quia in ea societate fuit speciali
ter reseruata, & quando in obligatione nouata
7 repetita est specialis hypotheca, censetur repe-
tita cum omnibus suis priuilegijs prælationis;
*l. creditor acceptis. l. si potior in princip. ff. qui pot. in
pign. habeant.* Ripa *in l. priuilegia nu. 9. de priuil.
credit.*

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Foroliuien. fideicommissi, Lunæ 11.
Februarij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Identitas probatur per duos confines.*

2 *Amplia, quod probatur etiam per testes, quorum a-
liqui conueniunt in vocabulo, aliqui verò in quã-
titate.*

3 *Amplia, quod probatur per leuiores probationes etiã
per iudicia, & coniecturas.*

4 *Testibus, qui sunt plures numero magis creden-
dum est.*

5 *Amplia maximè procedere quando sunt melius in-
formati, & adminiculantur ex instrumentis.*

6 *Catastum non probat concludenter dominium.*

DECISIO CCXCIV.

FVit resolutum constare de identitate bono
rum, de quibus agitur, nam quod Maria te-

statrix dum viueret possideret prædium situm
in Territorio Foroliuen. in vocabulo Villę Frã-
chæ bene probant testes examinati pro parte
Dominorum Iacobi Mariæ, & Marci Antonij
super primo, & quarto articulo, qui non solum
dicunt d. prædium comprehendere tres petias
terrarum de quibus in summario dato pro par-
te dd. Iacubi Mariæ, & Marci Antonij, *num.1.* sed
etiam conueniunt cum dictis tribus petijs in
1 quantitate tornaturarum, & in pluribus con-
finibus, quorum tamen duo sufficiunt, iuxta
doctrinam Bar. *in l. demonstratio, nu.14. ff. de con-
dit. & demonstr.* quam Rota sæpius sequuta fuit,
vt fuit dictum in causa Viterbien. bonorum 23.
Februarij 1604. coram bon. me. Cardinali Pam-
philio.

Quod verò possideret vineam in eodẽ Terri-
torio in vocabulo Sancti Petri in Arco, pariter
2 deponunt supradicti testes super quinto articu-
lo, qui dicunt testatricem semper possedisse di-
ctam vineam, vsque ad tempus mortis, & licèt
non exprimant confinia illorum, tamen proba-
tio visa fuit Dominis sufficiens, quia vltra quod
omnes conueniunt in vocabulo, alter illorum,
conuenit etiam in quantitate.

Et supradicta eo facilius procedere in casu i-
sto, tam respectu prædij Villæ Franchæ, quàm
Vineæ, quia dicta testium adminiculantur ex
tribus instrumentis locationũ dicti prædii, nec
non ex instrumento emptionis Vineæ, & vnius
ex supradictis petiis terrarũ factæ nomine Ma-
riæ; ita vt de illorũ identitate dubitari non pos-
3 sit, maximè quia ad illam probandam sufficiũt
leuiores probationes, etiam per indicia, & con-
iecturas, Affl. *decis.23. nu.3.* Dec. *cons.17. nu.6.* tenuit
Rota in causa Gerunden. Vini 17. Martij 1603. co-
ram bo. me. Cardinali Seraphino.

Nec obstare testes examinatos pro parte Ar-
millinæ, & Elisabettæ deponẽtes, quod ista bo-
na fuerunt possessa à Ioanne Francisco marito
testatricis, post illius mortem à Thoma, & Ale-
xandro hæredibus, quia fuit responsum supradi-
ctis testibus deponentibus de possessione Marię
4 esse magis credendum. tum quia sunt plures nu-
mero, Dec. *in c. licet causam, n.82. de probat.* Gabr.
de testibus conclus.4. nu.50.

5 Tum etiã quia sunt melius informati, ex quo
aliqui illorum fuerunt laboratores in dictis ter-
ris, & illorum dicta adminiculantur ex dictis
instrumentis locationum, & emptionum, ad tra-
dita per Gabr. *de test. d. concl.4. n.28. & 64.*

Minus obstare Catasta, in quibus ista bona
fuerunt de anno 1570. descripta sub nomine e-
iusdem Ioannis Francisci, & de anno 1602. sub
nomine Alexandri nepotis, ex Thoma filio Te-
6 statricis, quia vltra quod illa non probant con-
cludenter, Soc. Sen. *cons.29. n.11. vers.3. etiam pon-
deran. lib.1.* Menoc. *de retinen. remed.3. n.570.* Quã-
tum ad Ioannem Franciscum fuit dictum bona
fuisse ibi descripta nomine ipsius propter variũ
vsum, & stilum illarum partiũ describendi bo-
na vxoris sub nomine mariti, vt apparet de atte-
stationibus, quæ dantur.

Quod etiam suadetur ex eo, quia ex primo
Catasto, quod datur de anno 1540. apparet bona
sita in vocabulo Villæ Franchę prouenisse à Ia-
cobo Maria patre testatricis mediante persona
Elisabettæ matris, cui ipsa successit ex dispo-
sitione dicti Iacobi.

Quo verò ad Alexandrum responsio satis ap-
paret ex eo, quia de illo tẽpore Maria testatrix
erat iam defuncta, eique Alexander cum aliis
hæredibus successerat.

R.P.D. MANZANEDO

Bononien. de Lambertinis, Lunæ
20. Februarii 1612.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit quotiescunque datur hypothe-
caria.*
2 *Hypothecaria datur pro legatis, & fideicommissis.*
3 *Extremum primum in Saluiano probatur ex ipso le-
gato.*
4 *Hypotheca probatur ex ipso legato.*
5 *Possessio testatoris probatur per inuentarium.*
6 *Extremum secundum probatur per sustentationem
litis.*
7 *Exceptio dominij, cùm requirat altiorẽ indaginem nõ
admittitur in Saluiano. & nu.11.*
8 *Legitimatio probatur confessione testatoris.*
9 *Hæres non potest contra venire confessioni testato-
ris.*
10 *Legitimitatis defectus ante omnia est discutiẽdus.*
12 *Legitimatio dicitur rectè facta à Dominis de Cam-
pegys.*
13 *Priuilegium legitimandi concessum, vt dicitur Do-
minis de Campegys, non comprehendit filios Illu-
strissimorum Comitum, & Principum Bononien-
sium.*

DECISIO CCXCV.

DOminus Comes Cęsar obijt de anno 1608.
condito testamento, in quo Dominæ I-
meldæ, ipsius filiæ naturali libras 200 millium
bonorum ex causa dotis legauit. Vnde petijt
virtute Saluiani immissionem sibi dari in bona
patris pro dicto legato, & dato dubio, An dicta
immissio esset danda, Domini æstimarunt re-
spondendum censuere, nam iuxta communem,
1 de qua per Gabr. *cons.46. nu.21. lib.1.* hoc Interdi-
ctum competit, quotiescunque datur hypothe-
caria, vt not. *in l.1. C. de Salu. Inter.* Aret. *in §. item
Seruiana, num.8. Instit. de act.* Rota *decis.44. nu.4.
par.1 diuers.*

2 Hypothecaria autem datur etiam pro lega-
tis, & fideicommissis, vt probat tex. *in l.1. C. com-
mun. delegat.* & fuit dictum in Foroliuien. bo-
norum 24. Februarij 1561. coram bon. mem. Car-
dinali Paleotto, & in Recanaten. hæreditatis 31.
Ianuarij 1603. coram Domino Decano, & in hac
eadem causa coram me *in 1. decis. 22. Iunij* 1609. *&
alias sæpe.*

3 Extrema verò in Saluiano requisita, sine dif-
ficultate probari visa fuerunt cùm de credito
apparet ex ipso legato, & de hypotheca ex regu-
4 la supra firmata, de tex. *in l.1. C. commun. delegat.*
ex quo omnia bona testatoris pro legato cen-
sentur hypotheeata. *§. nostra autem Instit. de lega.*
5 & ibi gl. & Doct. possessio autem testatoris satis
probatur per inuentarium ab hæredibus cõfe-
ctum, ad tradita per Bar. *in l. fina. §. licentia. C. de
iure deliberandi*, & per Paris. *cons.45. nu.20. lib.2.*
6 Moden. *de fideicomm. art.44. nu.2.* quod verò ista
bona per dictos hæredes hodie possideantur de
monstrat sustentatio litis.

7 Qui-

7 Quibus non obstat exceptio fideicommissi in contrarium opposita, cùm illa respiciat petitorium, & dominium, & requirat altiorem indaginem, vt not. Rip. *in Rub. ff. de pignor. nu. 19. prope fin.* Natt. *consi.* 532 *nu.* 4. *lib.* 3. Menoch. *de adipiscen. remed.* 3. *nu.* 18. *vers. & in hoc Iudicio*, & tenuit Rota in prædicta bonorum coram Cardinali Paleotto, quod ex eo magis in nostro casu habet locum, cùm licèt semel Rota coram me dicta die 22. Iunij 1609. decreuerit constare de fideicommisso Comitis Alexandri, nihilominus causa repropositа 11. Martij 1611. Domini à prædicta decisione recesserūt, existimantes non cōstare de dicto fideicommisso, & quamuis dictas decisiones reuidere decreuerint, non potest negari, quin aut de fideicommisso non constet, aut illud habeat magnam difficultatem ex quo non debet prędicta immissio impediri ex supra adductis.

8 Nec etiam obstare videbatur exceptio illegitimitatis Dominæ Imeldæ, cùm ad effectum sufficere videatur testatorem in suo testamento

9 illam legitimatam vocasse, contra cuius confessionem Aduersarii tanquam hæredes Cæsaris venire non valent, *l. cum à matre. C. de rei vendic.* Paris. *cons.* 11. *num.* 39. *lib.* 3.

10 Nec obstat opinio Grat. *consi.* 140. *num.* 30. *lib.* 1. Ruin. & alii quos refert *dec.* 455. *par.* 2. apud Verall. tenentium, quod defectus legitimitatis sit ante omnia discutiendus. Quia vt Rota *in eadem decis.* respondet prædicti DD. loquuntur in exceptionibus notoriis, non autem in requirenti-

11 bus altiorem indaginem, quæ reseruantur videnda in petitorio, Gozzad. *cons.* 6. *nu.* 85. *& seq. cum aliis ibi adductis.*

12 Vltra quod constat de legitimitate Dominæ Imeldæ facta à Dominis de Campegiis, quorum facultas in hac materia est notissima, & sæpius in Rota canonizata, & præsertim in illa Bononien. de Bologninis 17. Iunii de anno 1566.

13 Minus obstat exceptio desumpta ex ventre ipsius facultatis legitimandi concessæ DD. de Campegiis, quæ non extenditur ad filios Illustrium Comitum Bononien. quia respondetur prædicta verba non comprehendere D. Cæsarem, quamuis admodum nobilem, sed referri ad Illustres Principes, aut Illustres Comites, prout etiam censuit Curt. Sen. *cons.* 17. *in fine*, & in terminis dixit Rota in Romana de Zambeccariis 23. Iunii 1589. coram Reuerendissimo Domino Perusino.

Nec tandem obstare visum fuit non constare de descendentia legitimitatis ab illis, quibus facultas legitimandi fuit concessa, cùm hæc exceptio fuit sublata ex testibus, tam hic in Curia, quàm in partibus examinatis bene ad istum effectum descendentiam prædictam probantibus.

Ex quibus pro dicta immissione sic fuit resolutum.

R. P. D. MANZANEDO.

Fanen. fideicommissi. Mercurii 24. Februarii 1616.

SVMMARIVM.

1 *Attentare dicitur, si aliquid fuerit executum infra tempora ad appellandum, vel postea appellationē interpositam.*

2 *Appellatio in possessorio non datur, stante Aegidiana.*

3 *Attentare non dicitur, quando aliquid innouatur intra tempora ad appellandum, si in eo casu non detur appellatio.*

4 *Appellatio non prohibetur in possessorio, quando sententia continet mixturam, & exemplum vide ibid.*

5 *Petitorium continere dicitur sententia, quando canonizat instrumentum, & mandat illud obseruare.*

6 *Petitorium dicitur, quando canonizatur titulus, vel creditum.*

7 *Sententia lata in possessorio si condemnat ad restitutionem fructuum, & expensarum dicitur continere mixturam.*

8 *Fructus debentur à die motæ litis, & sic postquam reus fit constitutus in mora.*

9 *Appellatio datur ex capite iniustitiæ in causa possessoriis, & cessat Aegidiana.*

DECISIO CCXCVI.

1 FVit resolutum constare de attentatis cùm mandatum de immittendo fuerit relaxatū, & executum, non solùm infra tempora ad appellandum, sed etiam post appellationem interpositam, *Auth. hodie. C. de appellat. cap. non solum, de appellat. in 6.*

2 Non obstat, quod versemur in possessorio adipiscendæ, in quo stante Aegidiana, nec etiam

3 de iure Canonico appellatio admittitur, & consequenter cessant attentata, Paris. *consil.* 108. *nu.* 22. *lib.* 1. Lancellot. *de attentat. appellat. pendent. cap.* 11. *limit.* 25. *num.* 8. *& sequ.* quia cùm sententia

4 contineat mixturam non prohibetur appellatio, Lancellot. *de attentat. cap.* 28. *num.* 101. *& seq.* Contard. *in l. vnic. limit.* 1. *in princip. numer.* 45. & fuit dictum in vna Spoletana hæreditatis 2. Iunii 1589. coram Blanchetto, quæ quidem mixtura in casu nostro elicitur ex eo, quod mandat solui filiabus Pauli per fideicōmissarios scuta 1400. pro dotibus auiæ paternæ, & Florenos 200. erogatos per earum patrem in emptionem partis domus, quas tamen pecunias mandat postea compensari in bonis fideicommissi venditis per earum patrem, & Tutores, quod quidem videtur egredi terminos possessorii, tā ratione mandatę solutionis dictarum pecuniarum, quā compensationis cum bonis alienatis, cùm videatur declarare bona vendita fuisse fideicom-

5 missaria, & canonizare instrumentum venditionis factæ per tutores, & dictas filias cogere ad illud ratificandum, nondum reddita per illas ratione, quæ omnia petitorium sapiunt.

6 Quia canonizatio crediti, vel alterius tituli petitorium concernit, Menoch. *de recuperanda in praelud. num.* 8. *& 9.* Contard. *vbi supra, quæst.* 13. *num.* 5. *& seq.* & fuit dictum in allegata Spoletana hæreditatis.

7 Vlterius dicta sententia condemnauit etiam in expensis, & fructibus à die purificati fideicōmissi, ex quo non solū resultat mixtura, & causa efficitur appellabilis in totum, vt superesse in dicta Aegidiana cauetur, vt tradunt Ruin. *cons.* 164. *num.* 6. *vol.* 5. Menoch. *de recuperand. remed.*

8 9. *num.* 321. sed etiam iniustitia, cùm fructus debeantur tantummodo à die motæ litis, & sic

postquã reus constitutus est in mala fide, Corn. *cons. 80. nu. 12. lib. 4.* Gabr. *cons. 121. num. 58. vers. fructus autem, lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 49. n. 79. & seq.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. n. 7. vers. rursus.*

Qua iniustitia stante etiam cessat Ægidiana, & est locus appellationi quo ad vtrunque effectum, Menoch. *de adipiscend. remed. 4. n. 850.* Rota *diuers. decis. 19. n. 2. par. 3. lib. 2.*

Et ita conclusum.

R.P.D. CORDVBA.

Romana Vineæ, Veneris 4. Martij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tenor semper attendi debet.*

2 *Appellatio non datur in possessorio propter Aegidianam.*

3 *Attentare non dicitur, vbi appellari non potest.*

4 *Mixtura non inducitur ex eo, quod in sententia declaratur actorem esse satisfactum.*

5 *Mixtura inducitur, quando adest complicatio petitorij cum possessorio in ipsa sententia.*

6 *Appellatio non datur in possessorio propter Aegidianam, si in processu fuerit super nullitate, & super petitorio cognitum, si in sententia fuerit solum super possessorio pronunciatum.*

7 *Mixtura non dicitur inducta, si in narratiua sententiæ fuerit facta mentio de petitorio, si in dispositiua solum de possessorio fuerit pronunciatum.*

8 *Appellatio non datur, si in causa possessorij fuerit quis condemnatus ad restitutionem fructuum, quando est facta condemnatio in parte separata, nam tunc solum quo ad fructus datur appellatio.*

9 *Aegidiana non habet locum in praiudicio in reparabili, secus vbi datur appellatio vbi iura sua deducere possunt.*

10 *Notorium grauamen non dicitur, quando super ea fuerit aliàs sententiatum.*

DECISIO CCXCVII.

Dubitaui an possessio Vineę tradita Dominis Brunis fuerit attentata, & an Domino Vincentio Merendę veniret restituenda, & quo ad primam partem dubij, fuit resolutum negatiuè
1 stante tenote sententiæ, qui semper attendi debet, Corn. *cons. 10. nu. 3. lib. 4.* & fuit dictum coram R.P.D. meo Decano Veneris 15. Aprilis 1580. in vna Fauent. Spolij, & quod sententia fuit lata in solo possessorio, quo casu propter
2 Ægidianã non est locus appellationi, Crescent. *decis. 120.* A. A. *titul. de Aegidiana, seu appellat. pro-*
3 *hibit. §. 1.* atque potuit fieri executio, & cessant attentata, *cap. non solum, de appellat. in 6. cum ibi not.*

4 Neque obstabat, quod sentẽtia videatur appellabilis, ex quo per eam declaratur Domino Merendę fuisse satisfactum de suo credito, nam dixerunt Domini hoc non facere mixturã, cùm ista inspectio facta per modum causæ, esset necessaria pro ratificatione possessionis, & inde nec etiam causam factam appellabilem, Dec. *cons. 28. n. 2.* Verall. *decis. 70. incipit, causa erat commissa libr. 2. in manuscript.* nec refragatur doctrina Bald. *consil. 141. libr. 1.* ex aduerso allegata, quæ loquitur de complicatione, seu in mixtura, pro-
5 cedit enim, quando adest complicatio petitorij cum possessorio in ipsa sententia, vt censuit Rota coram bon. mem. Cãtuccio in vna Ariminen. domus 8. Iunii 1576. nam quãuis in proces-
6 su fuerit cognitum super nullitate contractus, vel super credito, vel super concurrente petitorio, semper est locus Ægidianæ, quando Iudex pronunciauerit in solo possessorio, quia non attenditur id, de quo cognouit. sed super quo sẽtentiam tulit, Dec. *dict. cons. 28.* Ias. *cons. 187. libr. 2.* & fuit resolutum coram Sanctissimo in causa Tiburtin. Castri 1. Iulii 1578.

7 Non obstat, quod de complicitate in ipsa sẽtentia fuerit actum, quoniam dicta mentio fit in narratiua sententiæ, quæ non attenditur, sed solum dispositiua quæ solum dicuntur verba Iudicis, Corn. *in l. ex stipulatione, n. 5. C. de sentent.* & fuit dictum in dict. Ariminen. domus, & in alia Romana Vineæ 13. Nouembris 1589. coram R.P.D. Pamphilio, & in Firmana bonorum coram Seraphino Veneris 29. Aprilis 1583.

8 Minus obstabat, quod Dom. Merenda fuerit condẽnatus in fructibus perceptis excedentibus debitum, quia cùm sit facta condemnatio in parte separata nulla adest complicatio, & respectu huius cõdemnationis datur appellatio, Crescent. & Ant. Aug. *supra allegat.*

9 Quod verò dicebatur non esse locum Ægidianę propter præiudicium irreparabile in cõdemnatione fructuum; fuit sublatum, quia stãte, quod respectu illorum causa est appellabilis poterit deducere omnia iura, & exceptiones sibi bene visas.

10 Ad aliud verò obiectum ex notorio grauamine; responderunt Domini, quod aut illud deducebat D. Merenda ex eo, quod fructus non essent imputandi in sortem, & ex resolutione facta coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto apparebat hoc fuisse iustissimum, aut ex necessitate liquidationis fructuum, & de hoc etiam adest resolutio; vltra quod D. Merenda cùm de dicto excessu constiterit, poterit agere in causa appellationis, aut verò deducebat ex denegata retentione ratione alterius crediti, iuxta *l. 3. §. fin. cum ibi not.* à Ias. & aliis *de acq. possess.* & creditum non erat liquidum, cùm proueniret ratione societatis initæ per Tobiam cum Grimaldo, quæ fuerat renouata super vita ipsius Grimaldi per eius obitum fuit extincta, & luctata, & licèt renouatio fuerit facta à procuratore, seu agente Tobię; Satis videbatur ratificata ex lapsu temporis, & ex eo quod Tobias in sententia super excussione creditorum Grimaldi non fuit graduatus super ista summa, & acquieuit, quæ omnia saltim faciunt, quod huiusmodi creditũ non esset taliter liquidum, & denegata retentione sententia posset dici notoriè iniusta.

Ad secundam partem dubij dixerunt Domini Dominum Merendam non esse restituendum, sed audiendum si voluerit super credito quod prætendit.

R.P.D. MANZANEDO.

Bergomen. præheminentiarum, Veneris 16. Iunij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Attentare nõ dicitur, quãdo pars tacitè, vel expressè acceptat;*

se acceptauit sententiam.
2 *Attentare dicitur si interuenit dolus.*
3 *Dolus non committitur, quando quis consensit.*
4 *Legitima persona ad appellandum, non dicitur, qui non habet mandatum.*
5 *Legitimatio personarum requiritur in quolibet iudicio summario.*
6 *Sententia, quæ facit transitum in iudicatum potest executioni demandari.*
7 *Appellatio à mandato de manutenendo regulariter est prohibita.*
8 *Attentare non dicitur, vbi non datur appellatio.*
9 *Appellatio non datur à decreto manutentionis, secus verò quando per diffinitiuam sententiam datur manutentio.*
10 *Decretum de manutenendo, quo ad Iudicem nunquam transit in iudicatum, & ideo ab eo retractari potest.*
11 *Sententia diffinitiuè lata ab eodem Iudice retractari non potest, cùm functus sit officio suo.*
12 *Appellatio interposita ab vno ex collitigantibus prodest alijs, ita quod contra alios exequi non potest, aliàs dicitur attentare.*
13 *Limita si collitigantes sententiæ acquieuerunt.*
14 *Limitatur, quando sunt diuersæ personæ, & diuersæ causæ defensionis.*

DECISIO CCXCVIII.

DOmini dixerunt executoriales esse attentatas, quo ad Parochum Sueri tantũ, quia ille appellauit legitimè à sententia Vicarij Cremen. Vnde appellatione pendente executoriales, & reliqua actitata inducunt attentata, *cap. non solum, de appellat. in 6.* Quantum verò attinet ad Parochos vtriusque Cerreti alti, & inferioris, non censuerunt adesse attentata, quia Parochus Cerreti alti expressè acceptauit dictã sen-
1 tentiam, illique acquieuit, ex quo resultat illius expressus consensus, quia & tacitus sufficiebat ad excludenda attentata, ex Crescen. *decis. 2. vt lit. penden.* Lancellot. *de attentat. 2. par. c. 4. limit. 16. nu. 2. cum seq. & cap. 12. limit 42. num. 12.* post Panormit. & Card. *in cap. constitutus, de appellat.* Et
2 ratio est, quia cùm in attentatis requiratur dolus, *ex deci. 5. alias 25. de restit. spoliat. in nou.* ille nõ
3 committitur contra consentientem, *vt in regula scienti, de reg. iuris in 6.*

Quantum verò attinet ad Parochum Cerreti Inferioris pro quo Bigoninus appellauit, cùm ille non haberet mandatum à dicto Parocho,
4 non potuit dici legitima persona ad appellandum, Verall. *decis. 35. nu. 6. par. 1.* & fuit dictum in vna Ariminen. bonorum 29. Nouembris 1602. coram Domino meo Litta. Præcipuè cùm in quolibet Iudicio quantumuis summario requi
5 ratur legitimatio personarum, ex Menoch. qui plures citat, *de recuperand. remed. 15. q. 24. nu. 272. cum seqq.*

6 Ex quibus constat Rectores vtriusque Cerreti à prædicta sententia non appellasse, vnde illa trãsiuit in rem iudicatam, & executioni potuit mandari, *cap. quod ad consultationem de re iudic. & cap. cum Ecclesia, de appellat. cap. Romana. §. si vero, eodem titul. lib. 6. Authen. hodie. C. de appellat.* Bar. *in l. si quis ad ciuilia, & in l. ligatoribus per illum textum. C. eodem.* & per consequens executoriales, quo ad duos præfatos Parochos non fuerunt attentatæ, secus verò, quo ad Parochum Sueri circa quem potest esse difficultas, cùm sententia fuerit lata super mandato de manute-
7 nendo, à qua tanquam in iudicio possessorio regulariter est prohibita appellatio, ad text. *in cap. final. §. de possessione 2. quæ. 6. l. 1. C. si de moment. poss.* dicit communem Decian. *consi. 18. numer. 5.* Vnde appellatione prohibita non dantur attentata, ad tex. & ibi notant omnes, *in d. cap. non solum, de appellat. in 6.* ibi, *exceptis casibus, in quibus*
8 *iura post sententiam prohibent appellare.* Roland. cùm alijs citatis *consi 79. numer. 20. lib. 2.* Lancellott. *vbi supra 2. par. capit. 12. limit. 25. numer. 1. cum seqq.* & dicit magis communem Benintend. *dec. 17. num. 5.*

9 Prædicta tamen procedunt, quando proceditur in possessorio manutentionis per decretum, secus verò quando per viam sententiæ diffinitiuæ, vt in nostro casu, tunc nanque intrat appellatio, vt notat Benintend. *decis. 79. per totam,* & Contard. *de moment. possess. limit. 3. nu. 48.* quam distinctionem amplexa fuit Rota in vna Valentina decimarum 23. Octobris 1598. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, tunc Rotæ Au-
10 ditore. Ea ratione, quia quando per decretum datur manutentio, decretum illud quantum ad Iudicem nunquam transit in rem iudicatam, ita vt retractari non possit ab eodem Iudice, quoties altera pars docuerit de sua possessione, quod secus est, quando proceditur per viam senten-
11 tiæ diffinitiuæ, qua lata Iudex functus est officio suo, & illam non potest reuocare. Vnde nimirum si ab illa detur appellatio, & per consequens ab ista sententia potuerunt isti Parochi appellare, & cùm constet tantum de appellatione Parochi Sueri, quo ad illum executoriales fuerunt attentatæ ex supradictis.

12 Quibus non obstat quod appellatio interposita ab vno ex collitigantibus prodest alijs, ex tex. *in cap. vna sententia, de appellat. l. si quis separatim. §. final. ff. de appellat. in l. 1. & l. final. C. si vnus ex pluribus,* & vtrobique DD. Lancellot. *vbi supra 2. par. cap. 12. de attentat. appellat. pendent. ampliat. 11.* dicens quod si appellatio fuerit interposita per vnum ex pluribus condemnatis, illa pendente non potest fieri executio contra alios, qui non appellauerunt, secundum Imol. *in d. l. si quis separatim. §. fin.* post Bart. & alios ibi relatos, quia *vt ibidem numer.* 4. traditur talis executio, etiam respectu consortum dicitur attentata, & venit reuocanda, vt tenuit Rota in vna Anconitana attentatorum 26. Iunij 1566. coram bon. me. Oradino. Vnde videbãtur appellationem interpositam per Parochum Sueri profuisse alijs Parochis collitigantibus, ita vt illa pendẽte nõ solum respectu Parochi Sueri executio fuerit attentata, quin, & respectu cæterorum Parochorum collitigantium.

Respondetur namque, quod prædicta quo ad Parochum Cerreti alti non procedant cùm ip-
13 se prędictę sentẽtię acquieuerit, vt tradit Guido Papa. *de appellat. quæst. 120. vers. sed fallit primo,* & Lancellot. *dicta ampliat. 11. num. 10.* quin tam quo ad Parochum Cerreti alti qui sentẽtiæ acquieuit, quàm ad Parochum Cerreti Inferioris, qui non appellauit, prædicta non procedũt, vt bene declarauit Dominus Fabius Carandinus, ex eo quod sint diuersæ personæ litigan-

tes respectu diuersarum Parochiarum, & non sit vna, & eadem causa defensionis omnium,
14 cũ Rector Sueri prætendat se præpositũ illius Ecclesiæ, & sibi subditos esse Rectores vtriusque Cereti, & sic fuisse per sententiam tentũ in Rota coram Domino meo Ludouisio in causa Verten. inter Dominum Præpositum ex vna, & Dominum Archipresbyterum ex altera; qua declaratum fuit Dominum Præpositum non teneri in Sabbato Sancto accedere ad Ecclesiam Clusioni, & ibi benedictioni fontis baptismalis assistere, & ab Archipresbytero Oleum Sanctũ recipere. Immo dd. functiones baptismales dicto Præposito in sua Ecclesia cum assistentia dictorum Rectorum vtriusque Cereti explere licuisse, & licere. Vnde cùm huiusmodi Rector Sueri prætendat se Præpositum suæ Ecclesiæ, & in eã prædictas præheminẽtias habere, quę defensio est diuersa ab illis, quibus vtuntur Parochi vtriusque Cereti, qui nullatenus prædictam superioritatem prætendunt, sequitur quod data inter istos collitigantes diuersitate defensionum appellatio vnius nempe Præpositi Parochi Sueri, non profuit alijs Parochis collitigantibus & dispositio tex. *in d. cap. vna sententia. & d. l. si quis separatim. §. final. & l 1. & d. l. fin. C. si vnus ex pluribus.* procedit quando eadem causa defensionis omnium existit, vt expresse *in d. cap. vna sententia in fin.* notatur, & ibi glos. & Abb. *num. 4. vers. quintò requiritur*, & DD. Felin. *in cap. cum super. num. 5. vers. tertio vbi de senten & re iud. per tex. in l si quis separatim. §. final. vers. aterutrum, ff. de appellat.* Bald. *in l. 1. C. si vnus ex plurib.* notatque Guido Papa *vbi supra dicta quæst. 120. nu. 96. vers. tertio fallit*, & Lancellot. *d. ampliat. 11. num. 12.*

An verò hic transitus sententiæ in rem iudicatam quo ad dictos Parochos vtriusque Cereti obstiterit Præposito Parocho Sueri, quo ad subiectionem quam prętendit à dictis Parochis vtriusque Cereti sibi, & non Archipresbytero deberi, & an isto respectu Parochus Cereti alti assentiendo dictæ sententiæ, & Parochus Cereti inferioris appellationem non interponendo potuerint præiudicare Præposito Parochi Sueri, ita, vt etiam hoc contra respectu executoriales sint attentatæ, particulariter esset videndum.

R.P.D. MANZANEDO.

Terracinen. Saluiani Interdicti, Mercurij 11. Maij 1616.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex confessione Aduersarij.*
2 *Manutentio danda est Cessionario, sicuti Cedenti.*
3 *Possessio probetur ex sententijs condemnantibus, ad dimittendam possessionem.*
4 *Ratificare possessionem dicitur, si obtinuit in ea manuteneri.*
5 *Possessio acquiritur per Cessionem.*
6 *Possessio acquiritur per clausulam* constituti.

DECISIO CCXCIX.

DOmini dixerunt Aureliæ dandũ esse manutentionem, cũ ipsa sit Cessionaria Neapolionis, qui non solũ per vim Saluiani fuit immissus in possessionem bonorũ, de quibus agitur, & postea in illa manutentus ab Aud. Cam. siue illius deputato, sed ab ipsomet Capitulo Vincentio habitus pro possessore, dum in Iudicio Saluiani obtulit soluere pretium cum confessione, quod Curtius filius Neapolionis est adeptus possessionem domus, & cum protestatione, quod sibi debeat cedi iura crediti, & possessiones captæ, ex quo resultat tã confessio crediti Vincentij de possessione Neapolionis, quæ
1 ad hunc effectum sufficit, Dec. *cons. 125. nu. 1.* quã probatio, quud ipse se habuerit pro spoliato.

Vnde cùm cõstet de possessione Neapolionis infertur, quod quemadmodum illi esset danda
2 manutẽtio, ita & dari debeat Aureliæ eius Cessionariæ, & constitutariæ, Fab. *in §. retinendæ, nu. 7. Instit. de Interd. vers. verum est.* Bald. *cons. 435. nu. 4. lib. 3* per glo. *in l. 2. §. idem Nerua. ff. ne quid in loco publ.* Aym. *consi. 191 num. 2. vers. similiter ius recuperandi.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 25. gl. 3. num. 17.*

3 Maximè quia etiam ipsa Aurelia possedit, vt patet ex sententijs, eam tanquam possedĩtricẽ condemnantibus ad dimittendam possessionẽ, iuxta tradita per Crauet. *cons. 16. n. 5. vers. videtur mo priuatio.*

Nõ obstat, quod possessio fuit capta per Curtium, & ab eodem pariter facta cessio sine speciali mandato Neapolionis, quia quo ad cessio-
4 nem adest expressa illius ratificatio, quo verò ad possessionem, illam facto ratificasse videtur dum obtinuit in ea manuteneri.

5 Minus obstat, quod possessio non acquiratur per cessionem ad trad. per Natt. *cons. 398. num. 13. & multis seqq.* & Siluan. *cons. 55. num. 1. & seq.* Menoch. *de retinend. rem. 3. num. 267. & seq.* quia in casu nostro possessio non fuit acquisita per so-
6 lam cessionẽ, sed virtute clausulæ *constituti* appositę in dicta cessione, quæ operatur, vt possessio tam ciuilis, quàm naturalis censeatur translata in constitutariam, *l. quod meo, in princip. & l. iuterd. de acquirend. poss.* Capiec. *decis. 14. num. 8.* Rota *diuers. dec. 131. n. 5. par. 1. n. 2.* Mantic. *de tacit. & am. lib. 13. tit. 23 n. 34.*

Nec obstat nullitas, & iniustitia mandati de immittẽdo, cùm defectus citationis tollatur ex facto. Cætera verò per informantes pro Capitaneo deducta, requirunt altiorem indaginem.

R.P.D. VBALDO.

Romana Saluiani Interdicti, Mercurij 22. Iunij 1616.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio vnica sufficit in annuis præstationibus, quando proueniunt ex contractu.*
2 *Hypotheca à tertio præscribitur spatio decem annorum, & nu. 5.*
3 *Præscriptiones tot requiruntur in obligatione conditionali, quot sunt anni.*
4 *Conditionalis dicitur contractus impositionis census videlicet, quando fructus non debeantur, nisi quatenus non sit redemptus.*
6 *Restitutio in integrum datur ex capite iustæ ignorantiæ.*
7 *Restitutio datur ex iusta causa, & iusta causa dicitur ignorantia.*
8 *Præscriptio non currit non valenti agere.*
9 *Tertius possessor non præscribit res fideicõmissarias, etiam si haberet titulum, & bonam fidem.*

10 Clau-

10 *Clausula constituti, ubi est apposita illius vigore competit contra tertium possessorem conditio ex l. fin. C. de acquir. poss.*

DECISIO CCC.

IN decisionibus in hac causa factis fuerant reiectæ aliæ exceptiones oppositæ pro parte Domini Caroli præter exceptionem præscriptionis, de qua fuit reseruatum, vt particulariter videretur, Ideo proposito dubio super præscriptione die 24. Februarij præteriti fuit dictũ, vt informaretur etiam super restitutione in integrum, quam D. Ioannes Baptista prætendebat sibi competere: Et demum sindie die 22. Iunij Domini resoluerunt eidem D. Ioanni Baptistæ non obstare præscriptionem à D. Carolo allegatam: nã licet recepta sententia sit in Rota quod in annuis præstationibus, quæ debetur ex con-
1 tractu, sufficiat vnica præscriptio pro omnibus annis secũdum opinionem Citramontanorum, vt per Put. *decis. 253. secundũ nou. impress. lib. 1.* Mohed. *decis. 4. de praescript.* Balb. *in tract. de praescript. par. 4. quarta partis princip. quaest. 4. nu. 1. & 2.* Surd. *cons. 208. num. 8. lib. 3.* Decian. qui de magis communi testatur *cons. 2. nu. 39. lib. 1.* & Dominus Carolus prætendat fluxisse plusquam decennium, ex quo fuit cessatum à solutione censuum, infra quod spatium dicitur præscripta à tertio pos-
2 sessore actio hypothecaria inter præsentes, & consequenter Saluianum, *l. 1. & 2.* vbi glos. & communiter Doct. *C. si aduers. credit. praes. oppon.* & est communis opinio, de qua latè per Modern. Roman. *in tract. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. nu. 222.* & Felician. *de censib. lib. 3. cap. 4. num. 12.* Gaspat. Rodcrig. *de annuis redit. lib. 2. quaest. 9. numer. 64. vers. secundus casus.* Gurtier *quaest. iuul. 90. num. 5. lib. 1. & cons. 47. per tot.* & fuit dictũ in Imol. Saluiani 27. Iunij 1594. coram bon. mem. Card. Mant. *relata in dicto tract. de Salu. decis. 73. num. 12. & seq.* vbi de communi, & aliæ decisiones in d. tract. allegantur *loco citato.* Tamen nonnullis ex Dominis placebat limitatio, quando versamur in obli-
3 gatione conditionali, tunc enim tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni. Balb. *vbi supra num. 5.* Follcr. *in Praxi censual. §. census, nu. 105.* Mohed. *d. decis. 4. vers. in casu tamẽ.* Put. *d. decis. 253.*

Vnde cùm census sit redimibilis iuxta constitutiones felic. record. Martini, Calisti, & Pij Quinti, videmus esse in contractu conditionali,
4 videlicet quod fructus nõ debeantur, nisi quatenus census non fuerit redemptus, vt in his terminis resoluit Rota in vna Romana censis de Capharellis 9. Decembris 1587. coram bon. mem. Giptio, quam secura est Rota in alia Romana fructuum census 13. Iunij 1602. coram Illustrissimo Dom. Cardinali Millino.

Et quamuis responderetur prædictas decisiones procedere inter emptorem, & venditorem census, vel eius hæredem, non autem respectu tertij possessoris præscribendo hypothecariam
5 per lapsum decem annorum, *d. l. 1. & 2. C. si aduers. credit. cum alijs supra alleg.* Replicabatur tamen, quod ex mutatione personæ non videtur mutari natiuram census conditionalis, cuius tot debent esse præscriptiones, quot sunt anni, *ex decisionibus alleg.* Cùm semper transeat cum suo onere, & cum sua causa. Quia tamen hæc non omnino aliis Dominis placuerunt, tum quia prædicta decisio in illa Romana de Capharellis videbatur non transire sine difficultate, tum quia distinctio inter principales contrahentes, vel eorum hæredes, & tertium possessorem fuit amplexa à Rota in dicta Romana Saluiani coram Card. Mant. ideo libentius residetur in aliis motiuis.

Et primo, quod in omnem euentum videatur competere D. Ioann. Baptistæ restitutio in in-
6 tegrum, ex capite iustæ, & probabilis ignorantiæ, *iuxt. decis. 11. nu. 10. & decis. 171. nu. 1. impress. post tract. Modern. de Salu. Interd.* idque eo magis cùm hæreditas Ioannis Antonij fuerit iuxta eius testamentum ministrata à congregatione Charitaris, & quod in terminis *d. l. 1. C. si aduers. credit.* super qua est fundata d. decis. in Imolen. Saluiani corã Mantica, concedatur ex iusta causa re-
7 stitutio, tenet glos. *ibi in vers. incumbant, in prima solutione,* quam ibi sequuntur post Dyn. Cyn. *nu. 1.* Alber. *nu. 2. vers. oppouit glos.* Angel. *nu. 1. vers. in glos.* Salic. *num. 3. vers. oppono ad idem:* & iusta causa videtur ignorantia in hærede, qui succedit in locum alterius, *l. qui in alterius,* vbi Doct. & Cagnol. *ff. de reg. iur.* Rot. *in d. tract. decis. 147. nu. 3.* Quę iusta nõ videtur posse negari in Ioan. Baptista, quicquid esset dicendum de Aloysio, cuius negligentia non videtur potuisse præiudicare Ioanni Baptistæ vocato post eius mortem sine filiis ad hæreditatem Ioannis Antonij, ex quo etiã eliciebat vnus ex Dominis, quod cùm viuente Aloysio nõ esset nata actio Ioanni Baptistæ vocato sub dicta conditione, succedit
8 regula vulgaris, quod non valenti agere non currat præscriptio, *l. 1. in fin. C. de ann. except.* &
9 quod in cõditionalibus tertius possessor etiam cum titulo non præscribat, vt est text. *in l. cum notissimi, §. illud, C. de prescr. ann. in l. fin. §. sin autem sub conditione, C. commun. de legat.* Alex. *consi. 101. n. 23. lib. 7.* Natt. *consi. 437. num. 5.* & hanc dicit communem post plures relatos Molin. *de Hispan. primogenit. lib. 4. tit. 10. in 3. conclus.* Peregr. *de fideicommiss. articul. 41. num. 16. versic. quinta conclusio, num. 17.*

Alterum fuit motiuum, quia in instrumento census adest clausula *constituti*, quo casu com-
10 petit contra tertium possessorem titulo, & bona fide, conditio *ex l. fin. C. de acquir. poss.* Afflict. *decis. 139. num. 5.* Ofasch. *decis. 35. num. 5.* Modern. *d. tract. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 118.* quæ conditio non præscribitur, nisi spatio 30. annorum, iuxta *l. omnes, & l. sicut. C. de praescrip. 30. annorum.* Afflict. *vbi supra num. 5.*

Et ita fuit decisum.

R. P. D. IVSTO.

Romana dotis, Veneris 23. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Praescriptio decennalis, & sexdecim annorum vigore statuti cap. 159. lib. 4. habet locum in censibus, canonibus, & pensionibus, sed non in fructibus dotis.*

2 *Obligatio conditionalis tot requirit praescriptiones quot sunt anni.*

3 *Præscriptio statutaria interrumpitur per extraiudicialem interpellationem.*
4 *Præscriptis extraiudicialis non solùm interrumpit præscriptionem, sed inducit agnitionem debiti.*
5 *Et ad interrumpendam talem præscriptionem non est necessaria specialis mentio dotis, sed sufficit generica, quæ non potest in alio verificari.*
6 *Fructus veniunt in consequentiam, quia dependent à sorte principali.*

DECISIO CCCI.

1 PRætendebatur præscriptio decennalis, &
16. annorum secundum statuta Vrbis in
fructibus dotis, sed quantum ad decennalem
præscriptionem *ex cap.159.lib.1.* Domini dixe-
runt non intrare, cùm statutum disponat circa
pensiones, canones, & census, sed in casu nostro
quæritur de fructibus dotis, iux. text. *in l.si vero
§.decreto.ff.solut.matrim.* & ibi Doct.

Quantum ad præscriptionem 16. annorum
ex cap.præcedenti 158.eod.lib. quod Put. dixit pro-
cedere in fructibus dotis, licèt non habeat lo-
cum in dote, *decis.93.lib.1.* Domini amplexi sunt
opinionem antiquorum, videlicet, quod in ob-
ligatione condicionali tot requiruntur præscri-
2 ptiones, quot sunt anni, quia tot sunt obliga-
tiones, & debitor toties est in mora non sol-
uendo sortem principalem, ita tenuit Rota co-
ram Mohed. *decis.4.de præscription.* Put. *decis.259.
lib.1.*

3 Verùm in hoc casu visum fuit cessare diffi-
cultatem stante interpellatione extraiudiciali,
quæ admittitur per statutum, quidquid sit de
iure communi, quia extraiudicialis interpella-
tio non sufficit, Imol. *in l.si seruum.§.sequitur,* &
ibi Alexan. *ff.de verb.oblig.* & Rota tenuit coram
Illustrissimo Blanchetto in Romana hæredita-
tis de Benefacientibus 18. Aprilis 1575.

De qua interpellatione extraiudiciali constat
ex literis missiuis bon.mem. Cardinalis Marcel-
li de Sancta Cruce iuncta transactione inter
eosdem inita, in qua de prætensionibus Comi-
tis Rosellæ occasione dotis suæ expressa fit
4 mentio, quæ interrumpunt præscriptionem, &
inducunt debiti agnitionem, Natt. *cons.*401. de-
cis. Pedem. 102. *num.*1.

5 Nec obstat, quod nulla fiat mentio dotis, vel
fructuum, quia sufficit generica, quæ non po-
test in alio verificari, *l. fundus qui locatus ff. de
fund.instruct. l.quintus, §. 1.* vbi Bart. *ff. de auro, &
arg legat.* Ias. *in §.item si quis, num.44. vers.accedat
Instit.de act.* & si poterant verificari in sorte prin-
cipali scutorum mille in prætensione Comitis,
6 vt admittunt informãtes pro Domino Tarqui-
nio, prætensio fructuum venit in consequen-
tiam, qui dependent à sorte principali.

Ex his cessant aliæ præsumptiones. Quapro-
pter conclusum fuit intrare præscriptionem.

R. P. D. GIPTIO.

Romana Census de Capharellis, 9. Nouembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum probat creditum.*
2 *Præscriptio contra pupillum non currit.*
3 *Amplia procedere in præscriptione statutaria.*
4 *Præscriptio statutaria loco præscriptionis triginta annorum subintrat.*
5 *Præscriptio statutaria impeditur per superuenientiam alterius statuti.*
6 *Instrumentum census inducit actionem realem.*
7 *Actio realis competit etiam vbi personalis, & hypotheca competit.*
8 *Statuti dispositio non respicit præterita, sed futura.*
9 *Præscriptio vnica non sufficit, quando in promissione adest aliqua conditio.*
10 *Actio non nascitur ante euentum conditionis.*
11 *Præscriptio vnica non sufficit, quo ad fructus, quando sors principalis exigi non potest.*

DECISIO CCCII.

AGebat Illustris Dominus Petrus Capha-
rellus ad solutionem fructuum Census, de
quo agitur post obitum Domini Ascanij sui pa-
1 tris decursorum, vt de credito per instrumen-
tum impositionis dicti Census docebat, ad
tradita *in cap.cum dilecti,* vbi Abb. *in 1. not. de do-
nat.* Craueт. *cons.315.nu.1.cum simil.*

Ad impediendam huiusmodi executionem
pro parte Illustris dictorum filiorum q. Domini
Prosperi, nonnulla in medium afferebant, quæ
alia responsione non indigere Domini dixerũt,
cùm satis ex deductis in facto tollantur.

Difficultas itaque ad duo potissimum restrin-
gi videbatur, videlicet ad præscriptionem sta-
tutariam 16. annorum, & ad tacitam, seu præ-
sumptam huius crediti remissionem, iuxta ter-
minos *l. Procula, de probat.*

Quod ad exceptionem præscriptionis attinet,
fuit cõclusum illam non intrare, & consequen-
ter executionem impedire non posse, si quidem
in confesso apud partes existit, præscriptionem
statutariam 16. annorũ in vita Domini Ascanii,
qui censum emerat completam non fuisse, post
verò eius mortem durante pupillari ætate dicti
Ioannis Petri perfici non potuit, *l.sicut. C.de præ-
script.30.vel 40.annor.* nam quidquid sit in aliis
præscriptionibus hæc contra pupillũ non cur-
2 rit, sed dormit, vt de communi attestatur Balb.
de præscript.par.6.princip.in 23.casu, nu.34.ante fin.
& voluerunt DD. in vna Romana de Magdale-
nis coram R.P.D. Blanchetto 9. Iunii præteriti,
3 quæ quidem præscriptio etiam sibi locum ven-
dicat in præscriptione à statuto inducta, secun-
dum Paul. Castr. *cons.439.n.3.vers.quantum, lib.2.*
nec ad rem pertinet, quod statuti præscriptio
tanquam inducta post *l.fin.C.in quib.caus. restit.
in integr.non est necesse.* currere, & compleri con-
tra pupillum valeat, per ea, quæ tradit Bald. *loco
supra citato, nu.43. vers.nec obstat,* quoniam ipse
paulo post se declarans, subdit non habere lo-
cum in pupillo per text. *in d.l.sicut,* & si aliter
sentiret eius opinio tenenda non esset, quia
4 præscriptio statutaria loco præscriptionis 30.
annorum subintrat, Paul. de Castr. *dict.cons.439.
numer.13.circa med.* Balb. *vbi supra numer.45.vers.
final.*

Minusque huic sententiæ aduersatur, quod
præscriptio compleri potuerit postquam Ioan-
nes Petrus effectus fuit maior: quoniam obiectũ
procederet, nisi ipso adhuc in ætate pupillari e-
5 xistẽte superuenisset nouum statutum 158. *lib.1.*
hanc

hanc præscriptionem prohibens, noua statuti dispositio, locum sibi assumit in præscriptione cepta nondum perfecta, vbi præscriptio à facto futuro præscriptionem expectat, Felin. *in cap.si. nu.11.in 5.fallen.de constit.*

6 Propterea ex contractu censuali oritur obligatio, quæ actionẽ realem parit; Aymo *cons.117. nu.4.* Tiraquell. *de retract.lignag.* §.1.*glos.6.nu.4.* sed statutum actionem realem non comprehendit, Gabr. *de prascript.conclus.4.num.17.* & pluries tenuit Rota præsertim in vna Romana Vineæ coram R.P.D. Decano de anno 1576. & in alia extinctionis Census 22. Octobris 1582. coram bon.mem. Episcopo Lauretano. Vnde licèt

7 annua præstatio tanquam res sibi debita petatur personalisque obligatio, vel hyppotheca per ea competat, non propterea excluditur, quin, & realis actio non debeatur, *ex allegat. in informatione.*

Non obstat, quia sicut vnica solutione fructus census, & ius illorum exigendo debentur, pari modo vnica præscriptione tollantur, DD. *in l.de pupillo.§.in pluri us,de nou.oper. nunt. Laum acutisimus. §.in ou, vbi glos. de præscript.30.vel 40. annorum, & in cap.de quarta, de præscript.cum similibus,* quia omissa illa disputatione, An sint tot præscriptiones, quot sunt annuæ solutiones, vt per Mohed. *decis.226.* sat est, quod in casu nostro non adest aliqua præscriptio, *vt ex supra deductis apparet.*

8 Nec refragatur, quod statutum *cap.159. lib.1.* in nouis inducat præscriptionem decennalem in præstatis annuis præstationibus, quia nõ trahitur retro, sed intelligitur dummodo decem anni post publicationem statuti decursi sint, vt per Bart. *in l.omnes populi, num.26.de iustit. & iure cum alijs allegat.*

9 Propterea omnes in hoc conuenire videntur, quod vnica præscriptio non sufficiat, quando in promissione insit aliqua conditio, vt puta si debitor est in mora, quo casu plures requiruntur præscriptiones, vt declarat Mohed. *d.decisio. 226.* Put. *decis.259. lib.1.* sed cùm iuxta Constitutiones Calixti, & Martini census redimibiles sint, dubium non est hanc conditionem opera-

10 ri, quod ante euentum dictæ cõditionis actio nata non sit, iuxta *l.cedere diem, de verb.signif.* idcirco tot censentur præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes, Follcr. qui alios citat *de censibus.§.census, num.105.* ideo stante, quod D.A-

11 scanius, nec eius hæres sortem principalem petere poterant conueniens, & æquum satis videtur, quod eis dicta præscriptio obesse non valeat, *ad l.fin.de annal.except.* nam præscriptio etiam statutaria fundatur in negligentia non petentis satisfactionem, & præscriptionem inducit, quæ quidem præscriptio in casu proposito non intrat per supradicta.

Quo ad aliam difficultatem Domini dixerunt esse particulariter videndum.

ILLVSTRISSIMO MILLINO.

Romana fructuum Census, 13. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio statutaria non habet locum contra fructum census.*

2 *Statutum cap.158. lib.1. non comprehendit censum nec habet locum in contractu iurato.*

3 *Præscriptio vnica non sufficit in annuis præstationibus.*

DECISIO CCCIII.

Domini resoluerunt pro informante, quod possit petere fructus decursos per spatium triginta annorum ante motam litem à

1 Marciis, quia statutum antiquum in hoc casu non habet locum, vt fuit resolutum in causa Romana census de Caphatellis 9. Decembris 1587. coram bon.mem. Giprio.

2 Statutum verò nouum *in cap.158.lib.1.* expressè excipit contractus census, *& cap.159.* non cõprehendit contractum iuratum, vt fuit resolutum in causa Romana Pensionis domus 16. Iunij 1598. coram R.P.D. Lancellotto, circumscripto verò statuto iuxta illam opinionem, quam Rota sequitur non sufficit vnica præscriptio in

3 illis annuis præstationibus, Mohed. *decis.190.* Put. *decis.259. lib.1.* & propterea possunt peti fructus decursi per spatium 30. annorum, quia in illis cessat præscriptio, Soc.Iun. *cons.80. nu.24. lib.3.*

R.P.D. MANZANEDO.

Ciuitatis Castelli supplementi legitimę, Veneris 27. Nouembris 1615.

SVMMARIVM.

1 *Legitima supplementum à tertio possessore consequi non potest, nisi harede reperto non soluendo, vel in subsidium.*

2 *Hæres negans se possidere tot bona, quæ sufficiant ad legitimæ supplementum tenetur hoc probare.*

3 *Vsusfructus imputantur in legitima.*

4 *Legitima vsusfructus imputatur in legitima.*

5 *Sententia est strictè intelligenda, prout de iure.*

6 *Fructus debentur ratione dominij, seu vsus rei.*

DECISIO CCCIV.

Angela Rubea de Vitellis exhæredato Alphonso eius filio, & quatenus exheredatio non teneret, ei relictis scutis 50. heredes in vsufructu instituit Iulium. & Vincentium alins filios, in proprietate verò primogenitum d. Vincentii, cui maternę dispositioni non acquieuit Alphonsus, sed causã super legitimæ supplemẽto in Rota commisit, quam prosequendo Dominus Lucius eius filius obtinuit ad sui fauorẽ duas sententias conformes, & rem iudicatam, ac postmodum facta corã me liquidatione corporum hereditariorum, instabat pro eiusdẽ rei iudicatę executione, ad quam antequã deuenirem, dedi dubium, An, & quis, & pro qua quantitate veniret condemnandus in legitimam, & fructus de quibus agitur, & quia stantibus resolutionibus in hac causa factis non cõtrouertebatur, An ad illius solutionẽ vnà cum fructibus teneretur Domin. Ioannes primogenitus Vincentij, & hæres proprietarius Angelæ: An verò Dominus Iulius successor Iulij senioris mediante persona Clementis, sui authoris, qui vt prætenditur hodie reperitur in possessione multorum bonorum hereditariorum. Ideo aliis omissis

quo ad supplementum legitimæ Domini dixerunt Ioanne, quo verò ad fructus teneri Iulium iuniorem, & Ioannem pro rata temporis, quo Vincentius, & Iulius senior habuerunt vsumfructum hæreditatis Angelæ, tempore autem consolidationis vsusfructus in personam Ioannis teneri solum Ioannem.

1 Et mouebantur quo ad primam partem resolutionis, quia quando hæres possidet tantum quod sufficiat pro solutione legitimæ siue supplementi tūc ipse est condemnandus, & tertius possessor conueniri nō debet, nisi in subsidium, & hærede reperto non soluendo, iux. Angel. *in l. Papinianus, §. si conditioni, nu. 5. ff. de inoff. testam.* Salic. *in l. omnimodo, n. 5. C. eod.* Ripa *in l. in quartam, nu. 212.* ibi Bolognet. *nu. 370. vers. quamobrem concludas.* & Soc. Iun. *nu. 144. ff. ad l. Falcid.* Crauet. *cons. 19. nu. 14.* Natt. *cons. 199. nu. 7.* Landerch. *cons. 163. n. 5.* Afflict. *decis. 162. nu. 7.* Grammat. *decis. 90. nu. 2.* Boer. *decis. 145. nu. 7.* Surd. *decis. 316. nu. 4. & n. 14.* Peregr. *de fideicommiss. art. 4. num. 33.* Crass. *in §. legitima, quæst. 18.*

2 Vnde cùm in casu nostro præsupponatur Ioannem hæredem possidere tot bona, quæ vltra propriam legitimam sufficiant pro solutione dicti supplementi Alphonsi, ipse videtur condemnandus, vel quatenus neget tot bona possidere, debet hoc probare tanquam fundamentum suæ intentionis, vt in terminis responderunt Natt. *vbi supra.* & Surd. *d. nu. 14.*

3 Nec obstat, quod vsusfructus perceptus per Iulium seniorem sit ei in legitima imputandus, *iuxta decis.* Seraph. 1365. quam secuta est Rota in Romana de Contarellis 5. Iulii 1604. coram Reuerendissimo Bononien. & consequenter Iulius Iunior retineat bona Angelæ sine causa, & teneatur illa restituere, quia omissa pro nunc illa
4 quæstione, An vsusfructus filiis imputetur in legitimam, dicebatur in casu nostro cessare obiectum ex eo, quod non obstante dicto vsufructu, bona quę possidet Iulius iunior fuerant per Thesaurum assignata Clementi eius Authori de anno 1601. pro legitima Iulii Senioris sine præiudicio iurium ambarum partium, & melioris liquidationis, quam sibi rettractauit, & Ioannes condemnauit in eum modum, qui in dicta assignatione narratur, & proinde non potest hodie idem Ioannes ex hoc capite impedire solutionem legitimæ Alphonsi, sed si vult dictam assignationem impugnare debet probare incumbentiam, & seruatis seruandis agere ad recuperationem prædictorum bonorum, nec interim sub prætextu huius conditionis indebitæ potest Iulius tertius possessor molestari, nisi in subsidium, vt supradictum est.

Vltra quod Iulius possidet dicta bona etiam pro legitima debita Ferranti alteri filio Angelę, cui debere fuit iam resolutum coram Illustrissimo Lancellotto, qui quidem Ferrātes heredem instituit Alexandrum, vt constat ex testamento & articulis aliàs datis pro parte Lucii, cuius Alexandri est hæres, & filius iunior, vt apparet ex aditione cum beneficio legis & inuentarii per ipsum facta.

5 Minus obstat, quod sententiæ Rotales condemnent ad supplementum legitimæ non solum Ioannem, sed etiam Clementem, quia cùm illæ sint strictè intelligendæ, & prout de iure, Menoch. *cons. 110. nu. 32.* Surd. *cons. 64. nu. 14.* Rota *diuers. decis. 112. num. 2. & seq. par. 2.* videns dictum Clementem condemnasse non principaliter, sed in subsidium, & hærede reperto non soluendo, iuxta superius adducta.

Quo verò ad alteram partem resolutionis respicientem fructus legitimæ, Domini mouebantur, quia post mortem Angelę tam Vincentius, quàm Iulius senior, singuli pro medietate perceperunt vsumfructum totius hæreditatis vsque ad annum 1583. quo mortuus est Vincentius, & totus vsusfructus remansit penes Iulium, vsque ad eius obitum de anno 1600.

6 Vnde cùm fructus debeantur ratione dominii, seu vsus rei, Peregr. *de fideicommissu, art. 36. nu. 69. in fine,* illi sunt restituendi à quolibet hærede ipsorum pro rata temporis quo dd. Iulius senior, & Vincentius possederint, & non vltra, & ex eadem ratione cùm de anno 1600. expirauerit vsusfructus, & tota hæreditas deuenerit ad Ioannem hæredem proprietarium, qui dicto tempore fructus percepit, ad illorum restitutionem ipse tantum tenetur.

Et ita conclusum.

R. P. D. PENIA.

Romana Pecuniaria, Lunæ 2. Decembris 1596.

SVMMARIVM.

1 *Societas dicitur finita si accipiens tempore conuento fideiussorem non præstiterit in locum fideiussoris demortui, & præcipuè stante clausula resolutiua.*

2 *Lucrum reportari non potest ex contractu, qui pro parte recipientis non fuit adimpletus.*

3 *Fideiussor idoneus dicitur, qui possidet stabilia, & habitat in eodem loco, nec filius dicitur idoneus fideiussor.*

4 *Mandatum de obligando extenditur, vt possint apponi clausulæ consueta.*

5 *Iuramentum obligat precise, adeo vt post moram non est commissioni locus.*

DECISIO CCCV.

AD tres societates officiorum contractas die 26. Iunij anni 1590. ad fauorē q. Ioannis Baptistæ de Aragonia, vnam videlicet 500. & alteram 600. & tertiam 696. scutorum monetæ, fideiussores accesserunt Petrus Antonius & Horatius, & Octauius nunc Illustriss. Cardinalis de Bandinis, qui tāquam principalis principaliter, & in solidum se debitores, & promissores ad fauorem d. Dom. Ioannis Baptistæ constituerunt obligantes se cum iuramento, & in forma Cameræ consueta, cum pacto, quod fideiussoribus, seu aliquo deficiente, moriente, ex Vrbe recedente, aut conditionem deteriorante alium, seu alios fideiussores idoneos intra dies 15. ad beneplacitum Ioannis Baptistæ loco deficientis, seu deficientium dari deberent, aliàs esset locus restitutioni pecuniarum.

Societatibus ratificatio, & pro scutis mille constituto vitæ periculo super personis Iuliæ vxoris Ioannis Baptistæ, & Virginiæ eius filiæ pro scutis 300. & pro reliquis scut. 496. periculo vitæ

vitæ ipsiusmet Ioannis Baptistæ, & Horatio Bandino altero fideiussore anno 1590. vita functo, Petro Antonio, & Octauio Bandino nunc Cardinali, alterum fideiussorem in locum Horatij defuncti dare differentibus, & tandem eius procuratore coram Aud. Cam. comparente, & allegante, quod licèt sui principales non tenerentur dare alterum fideiussorem, nihilominus offerebant Ioannem Abbatem de Bandinis huiusmodi filium, & fratrem Florentiæ commorantem, & Ioanne Baptista talem fideiussorem recusante, quia erat filiusfamilias, & clericus, & in Vrbe non possidebat bona immobilia, dum Bādini datis quibusdam articulis probare nitebantur Ioannem Abbatem fuisse idoneum fideiussorem, Ioannes Baptista de Aragonia die 16. Martii 1591. diē clausit extremum, cùm autē post obitum, Dominus Cardinalis Bandinus prætenderet suo lucro cessisse scuta 496. posita sub vitæ periculo eiusdem Ioannis Baptistæ, & de partium cōsensu coram Aud. Camer. fuisset conuentum, vt starent Rotæ iudicio, me proponente fuit dubitatum an esset locus lucri pecuniarum, & Domini conformiter censuerunt per obitum Ioannis Baptistæ non fuisse locum lucro pecuniarum.

Ratio potissima fuit, quia cùm in societate adesset pactum, quod deficiente aliquo ex fideiussoribus Bandini alium ipsius loco fideiussorem æquè idoneum infra dies 15. ad beneplacitum, contentamentum, & satisfactionem Ioannis Baptistæ dare tenerentur, aliàs esset locus restitutioni sortis principalis perinde, ac si so-
5 cietas esset finita, & prætenso tempore clapso non fuisset realiter, & cum effectu datus alius fideiussor in locum Horatii defuncti, ad quod tamen præstandum sæpe Bandini fuerāt interpellati, pacto resolutiuo in societate apposito fuerat factus locus, & cùm consequenter ante obitum Ioannis Baptistæ censeretur finita societas non potuit per illius obitum D. Cardinalis illas lucrari, Alexand. *in l. si insulam in 16. fallen. ff. de verb. oblig. cap. rerum, de condit. appos. l. 2. C. de condit. ob caus.* Corn. *cons.* 12. *nu.* 34. *lib.* 2. Put. *decis. vltim. tit. de transact.* Mohed. *decis.* 16. & fuit resolutum in causa Romana societatis coram R.P.D. Seraphino 18. Decembris 1573. & die 19. Martii 1574.

2 Bandinis etiam obstabat non adimplementū: non enim poterant reportare lucrum ex cōtractu, quem non impleuissent, Dec. *in l. cum proponas la secunda, nu.* 4. vbi Riminald. *nu.* 3. *C. de pact.* Roland. *cons.* 53. *nu.* 28. *libr.* 1. Crauet. *cons.* 264. *nu.* 3. quia ad effectum, vt quis ex contractu consequatur actionem, vel exceptionem in primis docere debet pro parte sua se adimpleuisse, & promissis stetisse, *l. Iulianus.* §. *offerre, de act. empt.* Crauet. *cons.* 151. *n.* 8.

Nec ab hac decisione putarunt Domini recedendum ex eo, quod die 2. Martii anno 1591. fuerat oblatus Ioannes Abbas Bandinus in locum Horatii, quia omissa illa disputatione, an stante pacto resolutiuo talis oblatio post dies 10. fuisset admittenda ex ipsa serie contractus, tollebatur omnis difficultas, nam cùm fideiussor dandus deberet esse æquè idoneus, & ad benepla-
3 citum, contentamentum, & satisfactionem Ioannis Baptistæ licitè potuit Ioannem Abbatē recusare, cùm esset filiusfamilias, & Clericus, & bona stabilia non possideret in Vrbe, & præsertim cùm esset etiam absens, & vigore conuentionis in locum absentis alius foret subrogandus.

Præterea non obstabat, quod mandatum Domini Cardinalis se extenderet ad faciendam obligationem pro renouatione fideiussionis, quia præterquàm quod verba mandati erant multum generalia, dicebatur, quod cùm talis
4 clausula esset fere ordinaria, & apponi solita in omnibus instrumentis, consequenter videbatur extendi ad istam promissionem.

Et difficultas cessabat, quia ad effectum, vt societas censeretur finita, licèt Cardinalis nō fuisset obligatus, satisfecerat, Petrum Antonium Bandinum fuisse etiam interpellatum, præsertim cùm non ageretur contra Cardinalem pro renouatione fideiussionis, sed pro solutione sortis principalis ex eo, quod Petrus Antonius principalis fideiussorem non renouauerat, & consequenter societas esset finita.

Non placuit Dominis consideratio informantium pro Bandinis, quod ipsi non tenebantur adimplere promissionem de facto alieno, quia licèt ista prætensio posset habere locum si fuisset promissa fideiussio alicuius certæ personæ, secus erat in hac facti specie, in qua pactum, seu promissio de alio fideiussore præstando erat concepta in genere.

5 Et præsertim stante iuramento, quod obligat præcise iurantem, *cap. & si Christus de iure iuran.* adeo vt post moram non videbatur relinquere omissioni locum, Crauett. *cons.* 64. *nu.* 2. Gabr. *de iur. iuran. conclus.* 2. *n.* 1.

Postremo non obstat, quod Ioannes Baptista de Aragonia videbatur ratificasse societatem, ex quo post mortem Horatii sciens, & prudens receperat fructus societatis pro vlteriori semestri, quod informantes pro Bandinis ostendere nitebantur ex quadam copia partitæ ex libris Bandinorum extracta, quia respondebatur ex eadem partita apparuisse illam fructuum receptionem pro fructibus decursis ante obitū Horatii, ibi, *pagatoli contanti fino di Giugno passato, cioè, del 1560. per frutti del semestre, che maturò à 27. di Decembre passato.*

Atque ex prædictis fuit sine difficultate conclusum nonfuisse locum lucro pecuniarum per obitum Ioannis Baptistæ.

R.P.D. IVSTO.

Romana Societatis officii, Lunæ 2. Aprilis 1601.

SVMMARIVM.

1 *Societatis contractus dicitur perfectus statim secuto consensu vtriusque partis, & n. 4.*

2 *Ordo, seu mandatum directum ad Banchum habet vim solutionis.*

3 *Implementum non suspendit consensum, si aliquid remanet adimplere pro obseruatione pactorum.*

5 *Decedere à contractu non licet ob non adimplementum.*

6 *Fideiussorū datio remitti potest à principali.*

7 *Fideiussorū datio non est de substantia contractus societatis.*

8 *Societas resoluitur, si officialis non præstitit fideiussores in contractu societatis promissos.*

DECISIO CCCVI.

QVæsitum fuit extra Rotam coram me, An
societas officij inceperit, à die qua contra-
cta fuerit, vel à die accessionis fideiussoris pro-
missi.

Primo enim casu non esset locus lucro pecu-
niarum, quia dissolcta est facta in tempore, & o-
bitu illius, qui dedit pecunias, & contigisset post
sex menses: secundo casu, primi sex menses non
essent præteriti, & consequenter lucrum pecu-
niarum iuxta formam societatis.

1 Et Domini responderunt sine difficultate so-
cietatem nō fuisse lucratam, moti fuerunt, quia
contractus societatis perfectus fuit statim se-
cuto consensu vtriusque socii, *l. qui admittitur,*
l. planè. ff. pro soc. l. consensu. ff. de act. & obligat. & in
terminis huius societatis Gabr. *cons. 81. sub nu. 5.*
lib. 1. & cons. 63. n. 5. lib. 2.

2 Et præsertim in hoc casu, vbi ex parte dantis
pecunias nihil aliud erat ad implendum dato
mandato dicto mercatori, quod habet vim so-
lutionis fauore mandantis, & crediti contracti
pro mandatario, *l. si patronus ff. de donat. l. fi. C. ad*
l. falcid. Din. *cons.* 17. Gabr. *cons.* 155 *n. 20. lib. 1.*

3 Et nihilominus societas sumpsisset initium à
primæuo consensu, secundum glos. & Doct. o-
mnes in *l. ex placito. C. de rerum permut.* quamuis
confessio de recepto esset sub spe futuræ effe-
ctualis numerationis.

4 Siquidem non remouet, vel suspendit con-
sensum, si aliquid restat adimplendum pro ob-
seruatione pactorum in hoc contractu, qui sal-
tim respectu dantis pecuniam, non requirit rem
præsentem, & pecuniam solutioni paratam, vt
5 per Gabr. *d. cons. 81. sub nu. 5.* ita vt nec etiam po-
tuerit officialis non adimplendo recedere à
contractu, *l. iniuste,* & ibi Bald. *in princip. C. de*
res vend. l. non idcirco. C. de contrah. empt. DD. cō-
muniter in *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.* Ro-
ta coram Cotta in vna Romana Casalis 17. Iunij
1575. & coram Cantuccio in Bononien. damno-
rum, & interesse, quapropter postea faciendo
accedere fideiussorem, & recipiendo pecunias
adimpleuit contractum, qui habebat vires ab
initio.

6 Immo poterat tacito, vel expresso consensu
dantis pecunias omitti datio fideiussoris, Bald.
in *l. qui crimen, nu. 15. C. qui accus. non possunt.* Aret.
7 *cons. 136. n. 20.* quia fideiussio non est de substan-
tia, vel natura contractus societatis, Barbat.
cons. 31. n. 30. lib. 1.

Neque facit ad propositum decisio coram
R.P.D. meo Seraphino in vna Romana duo-
rum millium 18. Decembris 1573. quoniam ibi
resoluitur, officialem, qui non dedit fideiusso-
8 rem promissum, non posse prætendere lucrum
pecuniarum, quia non impleuit pro parte sua.

Et ita quo ad se suspendit effectum contractæ
societatis, ad Soccinum in *l. quibus diebus. §. qui-*
dam il secondo. ff. de in diem adiecto, quia suspen-
sione sublata per supplementum remanet con-
tractus à principio pro vtraque parte, quia tunc
fuit præstitus consensus.

Et ita decisum.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO,

Romana Societatis officij, Lunæ
2. Iunij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Implementum si non fuerit adhibitum in instrumento, non potest quis ex eo se iuuare, & n. 14.*

2 *Societas officij non lucratur per eum, qui fideiussores præstare tenebatur, si non præstitit.*

3 *Terminus ad soluendum dotem, currit à die matrimonij, & n. 6. & speciale in dote, nu. 7.*

4 *Terminus ad soluendum pretium infra annum intelligitur à die consignationis rei emptæ, & est speciale.*

5 *Dos non potest esse sine matrimonio.*

8 *Præsumptio cessat, quando constat de contrario.*

9 *Contracturus, vt non aliter quis esset, qualiter probetur.*

10 *Verbum* proximior *denotat extremitatem temporis.*

11 *Obseruantia subsecuta declarat, qualiter fuerit animus contrahentium.*

12 *Pactum in instrumento appositum operatur, quo ad partem obseruantis, & adimplentis, non autem ad fauorem non adimplentis.*

13 *Mora purgationi non est locus; præstando interesse, quando adquando tractatur de acquirendo.*

DECISIO CCCVII.

CVm Domini de Sorbellionibus non de-
derunt fideiussorem prout conuenerant,
& pro parte sua non adimpleuerint, Domini re-
soluerunt non fuisse locum lucro pecuniarum,
ac inde mandatum Aud. Cam. relaxatum fuisse
exequendum; cùm nō possint se fundare in pa-
1 cto, nec iuuari contractu vltra citroq; obliga-
torio, nec lucrum facere ex instrumento, quod
non obseruarunt, *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp.*
l. cum proponas la secunda, & ibi Dec. & alij. *C. de*
pact. & in his terminis, quod is, qui non præstitit
2 fideiussores promissos nō lucretur pecunias per
obitum illius super cuius vitæ periculo inita e-
rat societas. fuit resolutum in causa Romana 2.
milliū 19. Martij 1574. & in alia Romana socie-
tatis 9. Iulij 1584. coram Illustriss. Card. Seraph.

Neque obstat, quod cùm obligatio dandi fi-
deiussores esset pro fructibus soluendis, & cùm
fructus primi semestris essent soluti, promissio
de illis præstandis infra duos menses debet in-
telligi finito primo semestri, *l. tali. ff. de iure dot.*
3 vbi terminus ad soluendum dotem currit à die
matrimonij, sicut terminus ad soluendum pre-
4 cium infra annum intelligitur à die consigna-
tionis rei emptæ cum aliis similibus exemplis.
Tum quia in dd. casibus terminus ad soluēdum
dotem nō poterat incipere antequam fiant nu-
ptiæ, vt notat Bald. *in an tiqua lectura illius l.* cùm
5 dos non sit sine matrimonio, & propterea ca-
pienda est talis interpretatio, vt fuit resolutū in
6 causa Romana fideiussionis de repræsentando
18. Maij 1607. coram R.P.D. meo Marco Mōtio,
7 vbi etiam fuit dictum, quod dispositio d. legis est
specialis in dote, sicut etiam in casu emptionis,
& venditionis dies solutionis precij non venit,
nisi postquam res empta sit consignata, ne aliàs
quis retineat rē & precium, quæ ratio cessat in
casu

casu nostro, quia dans pecunias voluit cauere in futurum, vt adueniente secundo semestri esset tutus, nec aliàs fuisset cõtracturus, tum quia prędicta cõclusio est fundata in verisimili mẽte
8 contrahentium, & si de contrario constat cessat alia præsumptio, Vincent. de Franch. *decis. 354. n. 9. vers. nihilominus hac opinio.* In casu autem nostro ex verbis instrumẽti clarè constat de men-
9 te dãtis pecunias, & quod aliàs non fuisset contracturus: nam expresse conuenit, quod pro solutione fructuum tantum durante societate daretur intra duos menses proximos aliquis mercator, ex quibus patet, quod mens contrahentium fuit dare, & recipere fideiussorem pro fructibus intra duos menses à die celebrati contractus: nam verbũ *proximior* designat extenuitatem prioris temporis, scilicet tempus factę
10 obligationis, *§. pupillus Instit. de inut. stipul.* Bald. *cons. 246. nu. 2. lib. 5.* & dictio *intra* includit tantum sua extrema, & excludit ea, quæ sunt intra, Soc. *cons. 211. in princ. lib. 2.* & faciunt tradita per Gemin. *cons. 121. attenta forma statuti nu. 7.* & do-
11 cuit obseruantia subsecuta, nam statim sequuto obitu Ioannis Baptistæ non expectato secundo semestri datus fuit fideiussor, quod ostendit partes non sentire, quod præstaretur, finito primo semestri, Castr. *cons. 314. in fin. & cons. 343. col. fi. lib. 1.* Aymon *cons. 21. nu. 8.*

Nec releuat, quod dicitur dilationem concessam respectu certæ causæ non incipere currere, nisi illa causa incipiat, quia licet solutio fructuum secundi semestri non incipiat, nisi lapso primo: voluit Cincius sibi prospicere infra duos menses, & quamuis potuisset non durare nisi pro primo semestri, tamen poterat etiam durare, & ideo dans pecunias se cautelauit ad effectum, vt adueniente secundo semestri esset tutus, quatenus societas duraret, aliter non contracturus, nisi cum illis cautelis, & obligationibus.

Neque contrarium colligitur ex pacto, quod in casu non præstationis fideiussorum Sorbellioni teneantur ad fructus vsque tunc decursos, & ad damna, & interesse, quia hoc procedit durante societate, & non reclamante, neque excipiente de non implemento socii, qui dedit pecunias, & ad effectum, ne dubitaret, quod in casu non implemẽti fructus non deberentur durante societate, aliud verò factum, nihilominus si extendatur, quod etiam non dato fideiussore duret societas, intelligitur, & procedit solum ad fauorem obseruantis, non autem
12 suffragatur ei, qui non impleuit ex parte sua, glos. *in l. qui fidem, ff. de transact. in l. cum proponas, la secunda, C. eod. tit.* & fuit dictum in causa Vrbeuetana Castrorum coram Oradino, *qua est decis. 15. nu. 2. par. 1. diuersorum.*

Nec etiam obstat, quod stante non implemento possint Domini de Sorbellionibus præstando interesse satisfacere, & purgare moram, quia hoc solum procedit ad conseruandam actionem, non autem ad quærendam: si enim ageretur de cõtinuanda societate, & opponeretur de non implemento, bene esset locus purgationi moræ præstando interesse, sed cùm agatur de purgatione moræ ad quærendam actio-
13 nem, cùm res non sit amplius integra, ad effectum, vt pecuniæ dicãtur superlucratæ, non est locus purgationi moræ præstando interesse; *l. Titan. §. Stichus, vers. contra, ff. de fidei. liber.* Bart. *in l. si insulam, num. 24. ff. de verb. oblig.* Castr. *cons. 228. nu. 2. vers. tertio aduertendum, vol. 2.* Grat. *cons. 252. nu. 8. vol. 3* Syluan. *cons. 85. nu. 12.* & fuit resolutum in causa Tiburtina compromissi 16. Iunii 1595. coram Seraphino, & in causa transactionis 5. Iunii 1604. coram R. P. D. Coccino.

Quæ dicuntur de resolutione contractus non faciunt ad rem, cùm sint termini diuersi, quod contractus sit resolutus, vel quod non sit adimpletus, & nihilominus si fuit resolutus non potuit esse locus lucro pecuniarum, si non applicantur, quæ deducũtur de pœna, cùm non præ-
14 tendatur incursus alicuius pœnæ, sed solus defectus implementi in tempore conuento, ita vt, qui non adimpleuit ex parte sua non possit iuuari pactis, & commodo contractus, iuxta terminos *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & l. cum proponas la secunda. C. de pact. cum vtrobique allegatis.*

R. P. D. IVSTO.

Romana fructuum dotis de Luraghia, 19. Ianuarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis cõprehendit etiam ennunciata.*
2 *Statutum Vrbis cap. 137. lib. 2. procedit in repetitione dotis absoluto matrimonio.*
3 *Fructus dotis quando debentur ab eo qui tenetur ad restitutionem dotis, & fuit in mora.*
4 *Fructus dotis debentur à promissore constante matrimonio, etiam si esset extraneus.*
5 *Fructus taxari possunt ad certam quantitatem, & præcipuè Authoritate Apostolica.*
6 *Fructus dotis debentur ratione oneris matrimonij.*
7 *Nomen debitoris si fuerit in dotem datum, omnis actio in maritum transfertur.*
8 *Fructus dotis sine interpellatione debentur pro oneribus matrimonij.*
9 *Amplia procedere in cessionario.*
10 *Limitatur, quando esset mutata persona.*
11 *Fructus dotis debentur viro, & non vxori, & ideo viro sunt soluendi, nisi maritus ratum habuerit talem solutionem.*
12 *Fructus dotis post factam interpellationem debentur absque difficultate.*

DECISIO CCCVIII.

IN hac causa visum fuit Dominis procedendum esse ad vlteriorem executionem, quia licitè fuerunt exacti fructus dotis, sed respectu fructuum donationis propter nuptias nihil fuit decisum.

1 Et in primis firmauit adesse sufficientem obligationem, & procedere potuit via executiua in vim obligationis Cameralis, quoniam cùm sit enunciata restitutio dotis, & adsit obligatio pro omnibus, & singulis, intelligitur etiam adesse pro restitutione dotis, vt in his terminis dixit Rota coram bon. mem. Lauretano in causa Romana dotis 11 Februarii 1585.

Post, tria tempora fuerunt considerata. Primum Viduitatis: secũdum secundi matrimonij

ante iudicialem interpellationem, tertium post
iodicialem petitionem.

2 Circa primum licèt statutum Vrbis *capit.*
157.lib.1. quo ad maritum post moram conce-
dat fructus dotis promissæ non solutæ, & in vi-
dua requirat iudicialem interpellationem, ni-
hilominus aliàs Domini dixerunt coram bon.
memor. Orano in vna Romana fructuum dotis
15. Nouembr. 1596. & in eadem 19. Ianuarij 1598.
statutum procedere, quando mulier soluto
matrimonio repetit dotem ab hæredibus viri,
tunc enim ante interpellationem iudicialem
3 veniunt fructus, nõ somus in eo, qui ex propria
obligatione tenetur ad restitutionem dotis, qui
fructus soluit dum esset in mora restituendi, &
petitur in sortem imputari.

Et quod in hoc casu tollit omnem difficul-
tatem secundum sententiam vnius ex Dominis,
quod idem statutum admittit viduam haben-
tem pignus dotale posse percipere fructus loco
alimentorum, nec sunt in sortem imputandi,
qua propter cùm Ioannes Baptista, qui teneba-
tur restituere dotem, sed ex pignore dotali pro
alimentis, vt fiat interpretatio de casu licito,
Ruin. *cons. 224. num. 13. lib. 1.* cum allegat. per Mo-
dern. *de aliment. quæst. 42. nu. 3. tit. 1.*

4 Circa secundum tempus constante matri-
monio ante petitionem iudicialem cùm Ioan-
nes Baptista teneretur dotem restituere, & re-
spectiuè soluere ab ipso quamuis extraneo fru-
ctus dotis debebantur, vt in allegatis decisioni-
bus coram bon. mem. Orano, & coram eodem
in Romana dotis 5. Iulij 1599. quæ post eius ob-
5 itum fuit per me expressa, vbi ostenditur ve-
riorem esse opinionem fructus dotis posse ta-
xari ad certam summam, & præsertim Apostoli-
ca authoritate, Bald. *in l. fi. §. præterea, sub n. 10. C.*
de iur. dot. & cons. 166. lib. 1. Couar. *var. resol. lib. 3.*
cap. 1. nu. 5. vers. 7.

Nec aliqua mora considerari potest in hoc
casu vbi fructus soluti reperiuntur ex pacto ex-
presso, de quo constat ex partitis Luraghi, vel
saltem tacito, de quo constat ex solutionibus.

Neque obstat dicere, quod hoc pacto fructus
soluti nullo casu cõputabantur in sortem, quia
semper pactũ tacitum præsupponitur, & tamen
multi sunt casus, in quibus Doctor. admittunt
imputationem, nam Doct. intelligendi sunt in
omnibus casibus, in quibus fructus fuerint in-
debitè, & illicitè soluti, & exacti, nos versamur
6 in casu licito, quia pro oneribus matrimonij
debentur fructus dotis, *cap. salubriter,* vbi Doct.
de vsur. & habemus quantitatem taxatam à sta-
tuto, vt diximus, & in omnem euentum minuit
difficultatem in hoc casu, quia cùm Ioann. Ba-
7 ptista teneretur dotem restituere, & in solutum
illustri Domino Ludouico Vicecomiti, secũdo
viro Dominæ Lauræ Maccharanæ fuerit da-
tum pro dote nomen Ioannis Baptistæ, & cõn-
sequenter omnis actio contra Ioannem Bapti-
stam transfusa in Dominum Ludouicum *l. 2. C.*
8 *de act. & oblig.* vtique Dom. Antonius Maccha-
ranus pater Dominæ Lauræ tenebatur soluere
fructus pro oneribus matrimonij absque aliqua
interpellatione, *l. pro oneribus, C. de iure dot. gl. ff. fi.*
in l. diuisione. ff. solut. matrim. cum alleg. per Mo-
dern. *de alimen. qu. 42. nu. 13.* ita quod Ioannes Ba-
9 ptista soluere tenebatur, vt dixit Ruin. *cons. 13. in*
fin. lib. 2. Modern. *d. quæst. 24. num. 70.* qui dicunt,
quod ratio æquè militat pro marito, cui est ces-
sum nomen, aut dotei promissa fuisset, & in
quantum contradixit, Gabr. *cons. 151. num. 7. & 8.*
10 *lib. 1.* forte procederet si alio modo, quàm per
cessionem murata esset persona debitoris, iuxta
Ruin. *allegat. cons. 224. lib. 1.* & Modern. *vbi supra*
num. 64. vel saltem si debitor obligaretur, ad
quod prius non tenebatur, quæ non militat in
hoc casu.

11 Nec obstat, quod pars fructuum fuerit solu-
ta Lauræ, & quod mulier post cessionem no-
minis petere non possit, sed vir, Grat. *cons. 56. lib.*
1. si quidem vir tatum habet, & mulier non pe-
tit, sed agitur de pecuniis iam exactis,

12 Quo ad tertium tempus scilicet post inter-
pellationem iudicialem, & post obtentum de-
cretum, & relaxatum mandatum etiam de sub-
hastando cessant omnia supradicta in contra-
rium, & creditores Luraghi non existunt, & id-
circo transit sine difficultate.

Item per Dominos vnanimiter conclusum fuit.

FINIS DECISIONVM.

INDEX

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
VERBORVM, ET RERVM
OMNIVM DECISIONVM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

In Tractatu Salniani Interdicti deductarum,

Ordine Alphabetico.

Primus numerus est Decisionum, secundus notabilium, tertium paginarum.

A

ex

Confessio

E

I

M

liquida

tione

Possessor

Procura-

Retentio

FINIS. 959.